

1858
1927

[illegible]

M. TULLII CICERONIS

OPERA

QUAE SUPERSUNT OMNIA.

VOLUMEN SECUNDUM

ORATIONES CONTINENS.

Cicero.

M. TULLII CICERONIS

OPERA

QUAE SUPERSUNT OMNIA

EX RECENSIONE

IO. CASP. ORELLII.

EDITIO ALTERA EMENDATIOR.

OPUS MORTE ORELLII INTERRUPTUM

CONTINUAVERUNT

I. G. BAITERUS ET CAR. HALMIUS.

VOLUMINIS II. PARS I.

TURICI

SUMPTIBUS AC TYPIS ORELLII FÜSSLINI ET SOCIORUM.

LONDINII, WILLIAMS ET NORGATE.

AMSTELODAMI, IO. MÜLLER.

M. DCCC. LIV.

H. MEYERO,

H. SAUPPIO, L. SPENGELIO

D. D. D.

I. G. BAITERUS ET C. HALMIUS.

I. G. BAITERUS ET C. HALMIUS

LECTURIS S.

Iam anno ante quam I. C. ORELLIUS mortem obiit, cum eius corporis vires ita debilitatae essent, ut consilium Ciceronis sui continuandi abiicere cogeretur, inter nos convenit opus ab eo inceptum absolvere. Quod negotium cum in nos reciperemus, una tamen spes vehementer nos fefellerat. Exspectaveramus enim nos adhibitis novis copiis ab Orellio paratis statim ad opus editoris curis Horatianis et Taciteis iam per aliquot annos intermissum aggredi posse, sed iis accuratius examinatis intelleximus, nisi aliis melioribusque subsidiis instructi essemus, nec orationes Ciceronis nec opera quae ad philosophiam spectant vulgari posse, nisi in plerisque partibus nihil aliud nisi priorem editionem repetere vellemus. Praeter eas enim lectiones, quas ex aliquot, non multis illis codicibus exscriptas Orellius in variis scriptis Tullianis, quae post editionem maiorem vulgavit, iam ipse in lucem protulerat, nullas fere alias copias ab eo collectas invenimus, codicumque paucissimorum, ex quibus lectiones descriptae in Orellii schedis repertae sunt, nonnullos tam negligenter collatos esse intelleximus, ut, si eos adhibere vellemus, iterum excutiendi viderentur. Codex autem, quem facile totius apparatus optimum existimares, Bernensis num. 104, is quidem totus abiiciendus erat, cum Halmius postea Parisino num. 7794 excusso, quo eaedem plane orationes continentur, ex certissimis indiciis cognovisset atque declaravisset Bernensem ex nullo alio nisi ex ipso Parisino descriptum esse; cf. Nov. mus. Rhen. VIIII, p. 322 et

Ann. nov. philol. et paedag. Vol. LXXI, p. 117. Quae res cum ita se haberet, nova subsidia nobis quaerenda et comparanda fuerunt. In quo negotio dubii sumus quid magis praedicemus, amicorumne studia, qui multos codices in nostrum usum gratis contulerunt, an bibliothecarum praefectorum liberalitatem, qui thesauros sibi commissos nobis recluserunt, an denique fortunae benignitatem, per quam nobis nova quaedam reperire licuit. Qui autem recognoscere voluerit, quot codices per breve spatium quinque sexve annorum excussi sint, ut melius instructi ad opera Ciceronis edenda accederemus, industriae laudem facile nobis concedet; nam praeter amplum apparatum criticum, quem in hac orationum editione cum litteratis hominibus communicavimus, non minus copiosum ad scripta quae ad philosophiam spectant comparavimus, cum vetustissimos codices quibus haec scripta continentur nobis acquisivisse videamur; ad rhetorica quoque Halmius non multa illa quidem subsidia, sed egregia et ab aliis nondum adhibita nactus est. Hoc praeterea praemonendum est nos in lectionibus exscribendis a ratione, quam Orellius etiam in duobus voluminibus secundae editionis secutus est, omnino discessisse. Nos enim ubique optimorum codicum quos habuimus lectiones integras attulimus ne minimis quidem mendis primarii cuiusque libri praetermissis, selectas tantum in iis orationibus, in quibus alii meliores codices praesto erant, quod sicubi faciendum putavimus, ne praeter necessitatem apparatum criticum augeremus, in notarum explicatione, quae cuique orationi praescripta est, religiose indicavimus. His praemissis iam breviter recognoscamus quibus codicibus in orationibus Tullianis recensendis usi simus.

In prima oratione **Quinctiana** post apparatum criticum quem F. L. Kellerus congessit supervacaneum visum est nova subsidia quaerere, cum praesertim codices saeculo XV antiquiores huius orationis non videantur exstare exceptis fragmentis, quae in palimpsesto Taurinensi servata sunt. Consuluimus tamen ex parte etiam codices Genevensem et Mediceum, qui dicitur Petrarchae, atque locupletavimus orationem ex rhetore Iulio Severiano p. 341 ed. Capp., qui ex loco cap. 27 extr., ubi in codd. est magna lacuna, plures sententias attulit.

Non alia est causa orationis quam Cicero pro S. Roscio Amerino habuit. Huius quoque recensio ex codicibus saeculo demum XV scriptis repetenda est, sed hoc interest inter hanc et Quinctianam, quod in illa quid quoque loco in codicibus scriptum esset iam ex apparatu Kelleriano notum erat, Roscianae aliquot scripturae adhuc neglectae iacuerant, cum prioribus editoribus non suppetiissent nisi copiae Oxonienses et lectiones a Steinmetzio ex Parisinis excerptae. Hinc factum est ut non sine aliquo fructu tres codices primum adhiberemus, ad quos accedebat apparatus Lagomarsinianus a Niebuhrio ad §§ 1—25 descriptus. Illud quoque antea ignotum erat, etiam hanc orationem et illam quam Cicero pro Murena habuit a Poggio tempore, quo concilio Constantiae habito intererat, apud Gallos repertam et ad populares suos reportatam esse, ut testatur Guarini Veronensis (v. p. 66 ed. nostrae) in expositione orationis, quae legitur in cod. Paris. 7832, quod testimonium Theodorus Mommsenius primus in lucem protulit. Reliquae orationes, quas a Poggio tum primum in monasteriis Gallicis et Germanicis inventas esse iam prius constabat, sunt hae: or. pro Caecina, in Rullum I, II, III, in Pisonem, pro Rabirio Postumo, pro Rabirio perduellionis reo, pro Roscio Comoedo. Interciderunt in exemplo illo, quod Poggius invenerat, aliquot folia, quo damno factum est ut hodie orationis pro Rab. perd. reo non habeamus nisi partem priorem, Roscianae autem tantum posteriorem. (Omnium orationum Tullianarum a Poggio repertarum syllogen nitidissime scriptam, in qua orationes p. Murena et p. Roscio Amerino ceteras praecedunt, complectitur cod. Ambrosianus Part. sup. C. 96 membr. fol° a Baitero his ipsis diebus inspectus.)

Sed ut ad hanc, cuius modo mentionem iniecimus, quam Cicero habuit pro Roscio Comoedo, transeamus, male eam habitam esse in libris superstitibus satis constat; in nostra editione ex tribus codicibus antea nondum collatis saltem accurate cognoscetur, quid quoque loco libri scriptum habeant, coniunctisque Mommsenii nostri studiis in aliquot certe locis oratio facilior ad legendum facta esse videbitur.

Ut orationis pro M. Tullio fragmenta, ad quam neque nova ex codicibus afferre neque cura Klotziana novissima sicut in ceteris

uti licuit, quoniam nos primi hanc orationem Verrinis praeposuimus, silentio praetermittamus, quae sequuntur orationes Verrinae, eas a nobis rogatus Car. Adolphus Iordan curandas suscepit. Nihil praesto erat praeter apparatum a Car. Tim. Zumptio congestum, sed in editione nostra lectiones codicum ab illo iam adhibitorum multo accuratius descriptae sunt. Primum enim Iordanus ipse duos Wolfenbuttelanos, in quibus exstant divinatio in Caecilium, actio prior primique libri accusationis pars maior purius scriptae quam sunt in plerisque aliis libris, iterum excussit; deinde opera Halmii etiam meliora subsidia acquisita sunt. Primum enim per munificentiam eorum, qui rebus scholasticis in Bavaria praesunt, ei contigit ut palimpsestum illum Vaticanum, ex quo Ang. Mai satis ampla fragmenta Verrinarum in Auct. class. e Vatt. codd. II, pag. 390 sqq. Romae a. 1828 publicaverat, iterum conferendum curare posset, in quo negotio difficillimo quanta diligentia sollertiaque Henricus Brunnus versatus sit, quotque novae lectiones et emendationes in lucem protractae sint, ab Halmio expositum est in lectione academica sic inscripta «*Ueber die Handschriften der Verrinischen Reden des Cicero, insbesondere den Vatikanischen Palimpsest*»; v. Gelehrte Anzeigen der bayer. Akad. der Wissensch. 1853 num. 29—34. Deinde Halmius cum apud Zumptium in praef. pag. XXXI legisset, illum exemplum Niebuhrianum editionis Neapolitanae, in cuius marginibus vir ille immortalis lectiones codicum Lagomarsinianorum descripserat, non ipsum ad manus habuisse, sed apographo Romae sibi facto usum esse, precibus adiit Classenium v. cl., ut sibi ad lectiones a Zumptio publicatas recognoscendas exemplum Niebuhrianum commodaret. In quo labore taedii pleno illud compertum est Zumptium nimium fidei apographo suo tribuisse, cum diceret tanta cura et diligentia lectiones ex exemplo Niebuhriano in suum translatas esse, ut nihil fieri posse perfectius videretur. Immo multa ab iuvene illo, cuius opera Zumptius usus est, praetermissa, multa male lecta et vitiose descripta sunt, in primis in libro II et III accusationis, quorum tot loci ope codicis praestantissimi, quem Lagomarsini numero 42 signavit, iam a Zumptio in integrum restituti sunt. Ut hos libros copiis Lagomarsinianis iterum excussis et nova palimpsesti collatione egregie emendare licuit, ita quarto et quinto libro Caroli Bursiani officiosa sedulitas subvenit, qui codicis pri-

marii **Parisini** num. 7774, A, iam ab aliis saepius usurpati, lectiones tanta diligentia exscripsit, ut nihil perfectius fieri potuisse nostro iure, qui duas alias eiusdem libri collationes ad manus habebamus, praedicare possimus.

Quae sequitur **oratio Fonteiana**, haec in ea parte, quae iam ante quam Niebuhrius nova eius orationis fragmenta repperisset, nota erat, hoc proprii habet, quod etiam nunc codex ille archetypus exstat, ex quo ceteros omnes, qui hanc partem habent, defluxisse argumentis certissimis comprobatum est. Is codex est **Vaticanus** ille nobilissimus, in quo etiam orationes Philippicae scriptae exstant. Qui autem factum sit ut ex hoc codice post lectiones a Niebuhrio in *Orationum pro M. Fonteio* cet. *fragmentis* p. 112 publicatas aliquot novas nec contemnendas nobis proferre liceret, p. 462 breviter indicatum est.

Oratio Caeciniana est una ex iis, quas Poggius, ut supra diximus, primus ad populares suos reportavit. Sed gratia habenda est fortunae benignitati, quod eadem oratio etiam in nonnullis codd. Germanicis servata est. Horum iam antea notus erat Erfurtensis, qui quantum vulgaribus Italicis praestaret, cum ex ipsa lectionum bonitate facile erat intellectu, tum fragmentis eiusdem orationis, quae Peyronus ex palimpsesto Taurinensi protulit, comprobatum est. Alter codex eiusdem familiae Erfurtensi et vetustior et in haud paucis locis melior nostra demum aetate ad litteratorum hominum notitiam pervenit. Is est **Tegernseensis** ille inclytus, quo Garatoni primus in curis secundis ad Plancianam et in Miloniana usus est. Lectiones huius codicis ad Caecinianam primum petitae sunt ex schedis Garatonianis quae Ravennae asservantur, ubi Theodorus Mommsenius collationem codicis, quam Garatoni ab Ioanne Christophoro Harlessio acceperat, descripsit et cum Halmio communicavit. Ab eo lectiones Iordanus accepit et in commentatione de cod. Tegerns. cet. (Lips. 1848) publicavit. Nobis contigit ut in editione nostra lectiones Tegernseensis paulo accuratius referre possemus, cum anno demum 1853 exemplum illud editionis Ernestianae, in cuius marginibus lectiones codicis Tegernseensis descriptae exstant, ab I. Chr. Harlessii nepote Woldemaro inventum esset. Sed paulo post etiam benigniore

fortuna usi sumus; nam codicem ipsum, qui ab E. Trossio bibliopola Parisino in catalogo cum aliis libris venalibus expositus erat, deteximus, unde a Baitero redemptus iam in bibliothecam regiam Monacensem relatus est, in qua ceteri quoque Tegernseenses praeter paucos furum manibus subreptos asservantur.

Oratio Pompeiana in codice Erfurtensi tam pure scripta est, ut in emendatissimis orationibus Tullianis numeranda sit. In nostra editione apparatus criticus auctus est lectionibus codicis Palatini num. 1525 (= Pal. noni Gruteri) et fragmenti Tegernseensis, de quo modo diximus, publicatis, quorum uterque ad eandem familiam atque Erfurtensis pertinet. Praeterea curavimus ut reliquorum codicum Germanicorum nunc deperditorum quotquot lectiones a prioribus criticis exscriptae sunt accurate a nobis referrentur.

Ad Cluentianam, quam Ioannes Classen satis largo apparatu instructus a. 1831 Bonnae edidit, nihil novi habuimus, sed codicem Salisburgensem iam ab illo usurpatum, qui in hac oratione fere principatum tenet, non sine aliquo fructu iterum excussimus et locos a veteribus grammaticis et rhetoribus allatos, quam provinciam Classenius nimium neglexerat, diligenter, ut nobis videmur, collegimus.

Orationum quas Cicero de lege agraria contra P. Rullum habuit eadem est causa atque Caecinianae. Nam cum a Poggio XV saeculo ad Italos reportatae essent, eaedem postea etiam in aliquot codd. Germanicis inventae sunt. Sed in his quoque admodum vitiatae leguntur nec pleniores quam exstant in Italicis, ut non tantum ex his fontibus subsidii accesserit, quantum Caeciniana eiusdem familiae ope emendata est. Nos codicem antea nondum cognitum familiae Germanicae, Erlangensem, ex Palatino aliquo descriptum, adbibuimus; praeterea nobis praesto erant lectiones a Torrentio Levino ad marginem exempli Aldini a. 1554 ex codice aliquo bonae notae exscriptae, quarum ope unum locum ex or. II, § 7 p. 611, 3 insigni interpolatione liberare licuit. Ne quid tamen in apparatu nostro critico desideraretur, duorum quoque codicum Italicorum, Salisburgensis, nunc Monacensis, et Ambrosiani supra p. III memorati lectiones integras in supplemento editionis publicavimus.

Quae sequitur oratio pro C. Rabirio perduellionis reo item est una ex Poggianis. Ad eam recognoscendam praeter codicem Salisburgensem adhibuimus apparatum Lagomarsinianum, ut iam satis testatum habeamus, quae quoque loco lectio libris manu scriptis prodita sit.

Orationes Catilinariae cum iam, ante quam studia antiquitatis fere intermortua saeculo XIIII et XV in Italia renascerentur, in scholis lectitari ob eamque causam saepe describi solitae essent, iam pridem multis interpolationibus et pravis correctionibus foedari coeptae sunt, id quod antea magis divinari quam satis perspici poterat. Nunc nemo qui lectiones ex quadraginta codicibus, qui nobis in recensendis his orationibus ad manus erant, perscrutari atque examinare voluerit, amplius dubitabit, quin hae orationes in libris manu scriptis multis vitiis inquinatae ad nostram aetatem pervenerint, sed ita ut alia in aliis familiis mendorum genera deprehendantur. Nobis contigit ut optimae familiae septem codices nancisceremur, qui sunt Salisburgensis St. Petri, Benedictoburanus, Indersdorfensis sive codd. Monacenses Lat. num. 15964, 4611, 7809, et Lagomarsiniani quattuor, numeris 62, 10, 51, 57 signati, quorum tamen tres posteriores iam multas interpolationes habent. Sed in ingenti lectionum variarum copia magnisque scripturarum discrepantiis non tantum nobis adrogamus, ut ubique verum vidisse contendamus; illud tamen pro certo affirmare posse nobis videmur multorum locorum scripturam in his orationibus rectius a nobis constitutam esse. Quod ne exemplis confirmaremus, otium nobis fecit C. L. Kayseri industria, qui in censura prioris tomi nostrae editionis (v. *Münchner gelehrte Anzeigen* 1855) quae per singula mendorum genera correcta sunt, sub unum conspectum admodum diligenter vocavit.

Orationis pro Murena, cuius iam supra pag. III mentionem fecimus, codices saeculo XV vetustiores nulli videntur exstare. Post Steinmetzium, qui quinque Parisinos et duos Monacenses excussit, sed suo more non omnes lectiones, quas in suis codicibus invenerat, in commentarium criticum rettulit, nos tribus codicibus diligenter collatis usi sumus, ex quibus Helmstadtiensis quamquam negligen-

tissime scriptus saepius meliora habet quam codices vulgares Italici. Praeterea ad manus erant lectiones a Niebuhrio ex apparatu Lagomarsiniano excerptae, ut iam ad hanc quoque orationem recensendam, quae multis vitiis affecta ad nos pervenit, certiora fundamenta iacta sint.

Quam male habita oratio Sullana in codicibus vulgaribus Italicae originis legeretur, ex paucis illis lectionibus, quae saeculis XVI et XVII ex cod. Erfurtensi illo tempore nondum mutilato et ex Palatino nono exscriptae sunt, nostra autem aetate ex lemmatis scholiastae Bobiensis, ex lectionibus Erfurtensis a Wundero ad extremam orationis partem (§ 81 sqq.) publicatis, ex una denique insigni emendatione, quam Garatoni in *Curis secundis ad Plancianam* pag. X ed. Bon. ex codice Tegernseensi protulerat, satis cognosci potuit. Puriorem fontem primus Niebuhrius reclusit, qui Romae codicem Palatinum nonum Gruteri, quem quaerens multos Palatinos frustra evolverat, repperit lectionesque a se et a Fr. Blumio exscriptas cum Eduardo Wundero communicavit, qui cum ipse consilium eius edendae abiecisset, perhumaniter eis Halmio cessit. Sed cum ne in hoc quidem codice oratio integra exstet, sed tantum paragraphi 43 priores, ad bonam orationis partem (§§ 43—81) codex familiae non interpolatae desiderabatur, ex qua sola remedium multis corruptis locis exspectari posset. Subsidium diu frustra quaesitum tandem invento codice Tegernseensi nacti sumus, postquam iam a. 1851 orationem ex lectionibus huius codicis a Mommsenio ex schedis Garatonianis descriptis passim emendavimus. Praeterea adhibuimus codicem Bruxellensem num. 9763, admodum illum quidem interpolatum, qui tamen hoc proprii habet, quod eo haud paucae lectiones melioris familiae, quarum nullum est vestigium in vulgaribus Italicis, servatae sunt.

Ad orationem Archianam Niebuhrius apparatum criticum a Lagomarsinio ex duobus et viginti codicibus congestum totum descripsit, sed a nobis fere omnis abiiciendus erat, cum appareret codices Italicos multo deteriores esse quam Erfurtensem et Bruxellensem (num. 5352) illius simillimum, quo nos primum usi sumus.

Quae sequitur oratio **Flacciana** ut non integra ad nostram aetatem pervenit, ita ne ea quidem pars, quae ex temporum iniuria elapsa est, in codicibus vetustis servata est excepto uno fragmento §§ 29—54, quod in nobilissimo Vaticano, qui Philippicas habet, inventum est. Reliquae orationis recensio ex recentibus codd. Italicis repetenda est; sed tamen homines litterati nobis gratiam habebunt, quod quid in his codd. exstet saltem ex duobus, quos primum adhibuimus, in nostra editione cognoscent. Praeterea habuimus lectiones a Niebuhrio ex apparatu Lagomarsiniano selectas, quas omnes repetere ne in hac quidem oratione necesse habuimus.

Sequuntur deinde **novem orationes**, quas habet codex primarius, **Parisinus** ille num. 7794. Harum agmen ducunt orationes illae quattuor, quas Frid. Aug. Wolfius a Cicerone scriptas esse negavit, nos tamen summo oratore minime indignas videri iudicamus una illa excepta, quam populo gratias agens habuisse fertur. Laturusne fuerit Wolfius eandem sententiam, si nunc has orationes, postquam multis mendis codicum ope repurgatae sunt, legeret, supervacaneum est quaerere; sed hoc saltem nomine reprehendendus videtur, quod, ut Madvigii verbis (in Opusc. acad. I, p. 193 not.) utamur, Gruterianas sordes exagitare maluit tamquam declamatoris ineptias quam adhibitis, quae parata erant, aliisque provisis subsidiis in emendata scriptura certum ponere fundamentum. Atque in his quidem quattuor orationibus scripturae Parisini plane incognitae erant; in orationibus autem **pro Sestio**, **in Vatinium**, **pro Caelio**, **pro Cornelio Balbo**, **de provinciis consularibus** eas iam Madvigius, quem de harum ipsarum emendatione praeclare meritum esse inter omnes constat, in Opusculis suis academicis publicavit, eas tamen, quas non ipse, sed Krarupius ex codice exscripserat, homo in eo negotio non minus negligenter quam imperite versatus. Quare non possumus satis gratias agere bibliothecae imperialis Parisinae praefectis, quod Halmii rogatu concesserunt, ut codex in paucis egregius Monachium mitteretur ut iterum excuti posset, quo quidem beneficio summi illi viri non minus de nostra editione quam de universis litteris Latinis praeclare meruerunt. Illud autem, ut alia mittamus, praecipue iterata codicis collatione effectum est, ut, id quod in codice tam vetusto gravissimum est, lectiones

primae manus et secundae tertiaeve accurate distinguerentur, qua re plane perspecta quaestio difficilima, de qua Halmius in Novi musei Rhenani Vol. VIIII, p. 321 sqq. (*Interpolationen in Ciceronischen Reden aus dem codex Parisinus num.* 7794 *nachgewiesen*) egit, suborta est, quid statuendum esset de aliquot lacunis in Parisino, quae a librariis posterioribus in codice expletae apparent. Qui enim intellexerit, quotiens in hoc codice levia vitia in singulis verbis commissa prave a librariis posterioribus correcta sint, qui illud reputaverit, ex omnibus reliquis libris, quibus eaedem orationes continentur, nihil fere subsidii ad scripturam emendandam peti posse, is hoc saltem concedet de illis locis lacunosis, qui in libris Parisino longe deterioribus expleti sunt, admodum caute iudicandum esse, ne medio quod vocant aevo confecta pro Tullianis venditentur. In una tamen oratione, quam Cicero habuit cum post reditum ex exilio senatui gratias egit, duo codices a nobis usurpati, alter, quo iam usus est Pithoeus, ex bibliotheca Palatina, ut videtur, petitus, alter Erlangensis a nobis primum adhibitus, aliquot bonas lectiones habent, quae manaverintne ex fonte etiam puriore, an sint emendationes critici intelligentis dubitare possis. Nos quidem nunc satis habemus rem tetigisse, sed digna videtur de qua alii diligentius quaerant. Praeter Parisinum in eisdem orationibus habuimus codicem quondam Gemblacensem, nunc Bruxellensem num. 5345, qui ut longe est inferior Parisino, ita ceteris tamen codicibus, qui easdem orationes habent, facile praestat. Qui autem factum sit, ut nobilem illum Bernensem num. 104, quem, priusquam Parisinum ipsi tractassemus, codicem primae notae habendum esse putaramus, prorsus abiiceremus, iam supra p. I indicatum est.

Orationem Pisonianam saeculo XV a Poggio in Italiam reportatam esse iam diximus. Postea tamen magna eius pars (§§ 32—74) inventa est in codice illo inclyto tabulariae basilicae Vaticanae et nostra aetate aliquot fragmenta in palimpsesto Taurinensi. Quibus partibus detectis ut permulta orationis menda correcta sunt, ita hoc manifestum factum est ad reliquas orationis partes emendandas codices vulgares non sufficere, sed arti criticae maiorem in modum locum dandum esse. Nam codices Germanicos quoque, quamquam aliquanto meliores sunt, ex eodem fonte manasse ex quo apogra-

phum Poggianum, ex communibus utriusque familiae lacunis apparet. Quae tamen scripturae in his codicibus vulgaribus proditae sint, hoc quidem ut plene cognosci posset satis cura nostra provisum est; sex enim codices ad manus erant, inter quos sunt quattuor antea nondum cogniti. Illud autem magno opere dolendum est quod non invenimus qui iterum Vaticanum in nostrum usum conferret; non enim putamus huius codicis, qui in hac sui parte saeculo octavo scriptus est (v. ed. nostr. p. 1223) iam omnes lectiones exscriptas esse. Haec igitur provincia aliis, quibus facultas erit bibliothecae tabulariae Vaticanae adeundae, relicta est.

In oratione Planciana satis habuimus lectiones, quae exstant in lemmatis scholiastarum et in codd. Erfurtensi et Tegernseensi, congessisse; qui enim Wunderi apparatum criticum (in edit. a. 1830, 4.) inspexerit, reliquo apparatu supersederi posse facile intelliget.

In oratione quam Cicero pro C. Rabirio Postumo habuit, cuius non exstare videntur codices nisi ex apographo Poggiano derivati, hoc primum egimus ut quam quoque loco scripturam codices in hac oratione foede corrupti habent, ex quinque quos habuimus accurate referremus; deinde oratio a vanis commentis Hotomani, qui nescio quem codicem pervetustum repperisse sibi visus est aut simulavit, repurganda erat, qua de re proprie actum est in commentatione academica sic inscripta: *Ueber Cicero's Rede für C. Rabirius Postumus. Eine kritische Abhandlung von K. Halm* (München 1855, 4.). Denique id spectavimus, quantum quidem per temporis brevitatem licuit, ut scripturarum, quae codicibus testatae sunt, vestigia secuti aliquot saltem mendis orationem graviter vitiatam liberaremus; quod tamen eam quasi novam in editione nostra offerimus, ea non est nostra laus, sed praecipua Io. Nic. Madvigii, qui, cum oratio iam typis expressa erat, cum ad alias orationes tum ad Rabirianam aliquot suas emendationes nobiscum communicavit. Quibus perlectis cum intellexissemus quam felix fuisset homo mentis acumine praecellens in oratione Rabiriana emendanda, statim exemplo novae editionis misso eum rogavimus ut orationem nostri apparatus critici ope iam satis emendatam relegere et si quid praeterea novi

invenisset nobis impertire vellet. Quae spes cum non fefellisset et Madvigius priores suas emendationes novis egregiis auxisset, non dubitavimus folium 72 nostrae editionis iterum typis exscribendum curare, ut oratio quantum fieri poterat emendata publicaretur. In supplemento autem editionis argumenta, quibus Madvigius emendationes confirmavit et quae de aliquot locis aliarum orationum plane egregie, ut adsolet, commentatus est attulimus, religioni ducentes quidquam praetermittere eorum quae vir summus nobiscum communicaverat.

Ad orationem Milonianam Peyronus in Cic. oratt. pro Scauro cet. fragmentis (Stuttgardiae et Tubingae 1824. 4.) amplum apparatum criticum collegit, lectionibus codicum Lagomarsinianarum omnibus p. 282 sqq. descriptis; nos tamen satis habuimus lectiones codicum Germanicorum, ex quibus Tegernseensis antea nondum satis cognitus erat, integras rettulisse, quoniam ne in hac quidem oratione interpolatis codicibus Italicis ulla fides haberi potest.

In tribus orationibus quae sequuntur, quas grammatici nomine Caesarianarum complecti solent, pleraeque lectiones meliorum codicum iam ante nos cognitae erant. Auximus tamen apparatum criticum, aliquot codicibus, quorum lectiones afferre operae pretium visum est — nam ex pluribus lectiones exscriptas habemus — adhibitis, in quibus est optimus Gemblacensis, nunc Bruxellensis num. 5345. Sed est saepius in his orationibus difficilis optio inter scripturas duarum familiarum, velut in Deiotariana, in qua alterius familiae iam satis interpolatae agmen ducit codex Gudianus num. 335, quo nondum vetustior huius orationis inventus est. Nam si veteres grammaticos et rhetores, qui haud paucos ex his orationibus locos afferunt, audimus, in aliis locis alterius utrius familiae lectiones confirmatas videmus. Nos quidem familiam, cuius principes sunt Gemblacensis et Erfurtensis, ita secuti sumus ut ei nos non addiceremus, si ratio alias lectiones praeferendas esse persuaderet.

Restat ut quid in orationibus Philippicis emendandis, in quibus egregiis subsidiis adiuti eramus, effecerimus, paucis significemus. Primum enim nobis nova collatio codicis primarii Vaticani

ad manus erat, quam debemus amicitiae CAROLI BURSIANI et OTTONIS RIBBECKII, qui quamquam suis negotiis gravissimis Romae occupati erant, tamen hoc munus in se recipere non gravati sunt. Eorum diligentissima opera effectum est, ut tandem huius quoque codicis lectiones accurate cognoscerentur; nam nunc quidem vix ullo iam loco dubitatio superest quid in codice scriptum exstet. Praeterea adhibuimus quattuor codices familiae Germanicae, unius illos quidem recensionis, sed inter se magno opere discrepantes, Tegernseensem, eundem de quo supra p. V diximus, Bernensem, quo iam Carolus Stephanus usus est, Bambergensem, Gudianum, qui nunc est in bibliotheca Wolfenbuttelana. Quamquam hi codices longe meliores sunt quam vulgares Italici, quorum unum HENR. ALANUS, vir doctissimus, ex Hibernia benignissime ad nos transmisit, tamen in iis harum orationum partibus, quae exstant in Vaticano, non multum ad sermonem emendandum afferunt. Tanto maiorem fructum ex iis percepimus in illis orationum partibus, quae in lacerato Vaticano desiderantur, ad quas recensendas quamquam codicem non habuimus qui Vaticanum bonitate aequiparet, duo tamen praesto erant, Tegernseensis et Bernensis, quibus meliores nondum inventi sunt, qua re factum est ut in his orationum partibus multa novare atque emendare possemus.

Orationibus Tullianas tres declamationes subiunximus, ne quid in nostra editione desideraretur, quod inest in priore Orelliana, ad quas nugas antiquas emendandas egregia quaedam praesto erant subsidia.

Superest ut omnibus, qui nos partim codicibus conferendis et suppeditandis, partim emendationibus subministrandis, in quibus praeter ceteros MADVIGIUS et MOMMSENIUS nominandi sunt, in longo operosoque labore adiuvare voluerunt, quantas maximas possumus gratias publice agamus. Qui autem quid ipsi effecerimus examinare atque aestimare voluerint, ei velimus hoc cogitent, quantum operae et temporis in codicibus conquirendis et excutiendis, in eorum familiis discernendis et ponderandis, in tot milibus lectionum describendis et digerendis, in typothetarum denique innumerabilibus erroribus corrigendis consumendum fuerit, et quanto opere hoc ingenti molestissimoque labore, quo haud scio an nullum aliud ingenii et ocu-

lorum aciem magis obtundat, tempus contractum sit, quod in orationibus ad codicum vestigia ex ingenio emendandis collocaretur. Erant fortasse qui ne in hac quidem operis parte nos desides fuisse dicant, nos tamen hac una laude satis contenti erimus, si nostra opera effectum esse dicetur, ut crisis orationum Tullianarum iam longe melioribus et certioribus fundamentis quam quae ante habuimus nitatur.

Dabamus Turici et Monachii mense Augusto anni MDCCCLV.

Priore huius voluminis parte continentur:

Quinct

M. TULLII CICERONIS

ORATIO PRO P. QUINCTIO.

RECOGNOVIT

IO. GEORGIUS BAITERUS.

NOTARUM EXPLICATIO.

P = Palimpsestus Taurinensis ap. Peyron. *(M. Tullii Ciceronis orationum p. Scauro, p. Tullio et in Clodium fragmenta inedita* cet.) p. 214 sqq. continens verba §§. 50—53: *sed bonorum emptores ut --- dedisses tute collegis.* §§. 66—70: *sentem sine causa facere conetur --- rem commemorando renova ....* §§. 92—93: *minas quas ante horrebamus --- sibi ait officium.*
M = Cod. Mediceus 18. plut. XLVIII. qui dicitur Petrarchae. Contulit Th. Mommsen §§. 30—31. 60—62. 80. med. — 85 fin.
B = Cod. Bernensis 214. Vid. Kelleri Semestr. p. 206.
G = Cod. Genevensis n. 101. Sec. XV. Contulit J. Adert.
a b c d e f g h i k l m n = Codices Parisienses a Kellero excussi. Vid. Semestr. p. 200 sqq.
K = Codices Kelleri omnes.
V = Editio Veneta a. 1472.
A = Editio Ascensiana prima a. 1511.
L = Editio Lambiniana a. 1566.
ℓ = Repetitio Lambiniana a. 1584.
O = Editio Orelliana prior a. 1826.
Gar. 2 = Curae secundae Gasp. Garatonii ineditae.
Integram varietatem exhibuimus codicum P M e k, editionum A L ℓ O.

I. 1. Quae res in civitate duae plurimum possunt, eae contra nos ambae faciunt in hoc tempore, summa gratia et eloquentia, quarum alteram, C. Aquili, vereor, alteram metuo. Eloquentia Q. Hortensii ne me in dicendo impediat, nonnihil commoveor: gratia Sex. Naevii ne P. Quinctio noceat, id vero non mediocriter pertimesco. 2. Neque hoc tanto opere querendum videretur, haec summa in illis esse, si in nobis

---

1. *Quae duae res in civitate* k. — *eae (hee)* B d f g i m et L ℓ: *hae* AO. — 3. *Aquili* P (§. 53. et §. 68.), item G et A ubique: *Aquilli* L ℓ O. Cf. Orellius ad Cic. Brut. p. 273. et ad Top. p. 393. Duplici tamen *l* exhibetur hoc nomen in Fastis Capitolinis cons. a. 494., triumph. a. 495. et 627. — 4. *in* om. B G b c d f g h i l m et L ℓ. — 5. *Quinctio* P (§. 53. 67. 68. 93.) et L ℓ: *Quintio* AO ubique. Cf. Niebuhr *Kl. Schriften* II. p. 209. — *hoc tantopere* BG a b c d e f h l m et A L ℓ, *hoc tanto tempore* c i n, *hoc tempore* g k. *(tanto opere* P §. 69.)

essent saltem mediocria: verum ita se res habet, ut ego, qui neque usu satis et ingenio parum possum, cum patrono disertissimo comparer, P. Quinctius, cui tenues opes, nullae facultates, exiguae amicorum copiae sunt, cum adversario gratiosissimo contendat. 3. Illud quoque nobis accedit incommodum, quod M. Iunius, qui hanc causam, C. Aquili, aliquoties apud te egit, homo et in aliis causis exercitatus et in hac multum et saepe versatus, hoc tempore abest nova legatione impeditus, et ad me ventum est, qui, ut summa haberem cetera, temporis quidem certe vix satis habui, ut rem tantam, tot controversiis implicatam, possem cognoscere. 4. Ita, quod mihi consuevit in ceteris causis esse adiumento, id quoque in hac causa deficit. Nam, quo minus ingenio possum, subsidium mihi diligentiam comparavi: quae quanta sit, nisi tempus et spatium datum sit, intelligi non potest. Quae quo plura sunt, C. Aquili, eo te et hos, qui tibi in consilio sunt, meliore mente nostra verba audire oportebit, ut multis incommodis veritas debilitata tandem aequitate talium virorum recreetur. 5. Quod si tu iudex nullo praesidio fuisse videbere contra vim et gratiam solitudini atque inopiae; si apud hoc consilium ex opibus, non ex veritate causa pendetur: profecto nihil est iam sanctum atque sincerum in civitate, nihil, quod humilitatem cuiusquam gravitas et virtus iudicis consoletur. Certe aut apud te et eos, qui tibi adsunt, veritas valebit, aut ex hoc loco repulsa vi et gratia locum, ubi consistat, reperire non poterit. II. Non eo dico, C. Aquili, quo mihi veniat in dubium tua fides et constantia, aut quo non in his, quos tibi advocasti, viris lectissimis civitatis, spem summam habere P. Quinctius debeat. 6. Quid ergo est? Primum magnitudo periculi summo timore hominem afficit, quod uno iudicio de fortunis omnibus decernit; idque dum cogitat, non minus saepe ei venit in mentem potestatis quam aequitatis tuae, propterea quod omnes, quorum in alterius manu vita posita est, saepius illud cogitant, quid possit is, cuius in ditione ac potestate sunt, quam quid debeat facere. 7. Deinde habet adversarium P. Quinctius verbo Sex. Naevium, re vera huiusce

---

1. *res se* V. — *neque hoc usu* k. — 2. *possim* V. — 3. *cuius* cum codd. Helmstadiensi et Dresdensi Klotzius (ed. alt.) coll. p. Caec. 27, 78. — 5. *accidit* (quod coniecit quidam ap. Lambinum) G a m. Cf. §. 51. et Ruhnken ad Rutil. Lupum p. 3. — *hanc causam, C. Aquili, aliquoties* Klotzius (ed. alt.): *hanc aliquoties* (mediis omissis) B G a b c d e f g h i l m n et A, *hanc causam, Aquili, aliquoties* L 𝔈 O. *(hanc aliquotiens apud te egit causam Aquili* k.) — 6. *multum ac saepe* B G f k l m. — 9. *habeo* k. — *implicitam* e et A. — *possim* G a c d e h i k l n. — 11. *quoque me in* L de coniectura. — *quo minus* cet.] Quintilianus I. O. 11, 1, 19: *quo* (alii *quod*, alii *quia*; malim *quō* i. e. *quoniam) ingenio minus possum, subsidium mihi diligentia* (alii recte *diligentiam) comparavi.* — 12. *subsidium* codices Quintiliani: *subsidio* cum Ciceronis codicibus A L 𝔈 O. Cf. Cic. de Orat. 1, 45, 199. — 14. *sunt* B G a b c d e f g h i l m n: *adsunt* A L 𝔈 O. — *meliore* Klotzius (ed. pr.): *meliori* ceteri. — 16. *nulli* L. Cf. ad Herenn. 2, 11, 16: *nullo adiumento esse.* p. Roscio Com. §. 48: *nulli consilii.* — 19. *iam*] *tam* A. — *atque*] *neque* e k m et A. — *nihil est quod* B G d et A. — 22. *locum* om. k. — *ubi res consistat* G a b c d e f g k l et A, quod probant Klotzius Praefat. ed. pr. p. LVIII sq. et Seyffert ad Lael. p. 116. Tu cf. §. 10. 73. — 23. *quod mihi* c f g et margo 𝔈. — *aut quod* mg. 𝔈. — 24. *in* (ante v. *his*) om. B G a b c d e f g i m n et A 𝔈. — *hiis* n, *iis* A L 𝔈. — *lectissimis* Lambinus: *electissimis* cum codicibus A 𝔈 O. Vide Garatonium ad Catil. 4, 6, 13. p. 539. — *summam Quintius habere debeat* k. — 26. *afficit*] *conficit* e et A. Conf. Epist. ad Famil. 11, 2, 3. — 28. *potestatis*] *uis potestatis* G e k m, *lux potestatis* a. — 31. *Neuium* A L ubique.

aetatis homines disertissimos, fortissimos, ornatissimos nostrae civitatis, qui communi studio summis opibus Sex. Naevium defendunt, si id est defendere, cupiditati alterius obtemperare, quo is facilius, quem velit, iniquo iudicio opprimere possit. 8. Nam quid hoc iniquius aut indignius, C. Aquili, dici aut commemorari potest, quam me, qui caput alterius, famam fortunasque defendam, priore loco causam dicere, cum praesertim Q. Hortensius, qui in hoc iudicio partes accusatoris obtinet, contra me sit dicturus, cui summam copiam facultatemque dicendi natura largita est? Ita fit, ut ego, qui tela depellere et vulneribus mederi debeam, tum id facere cogar, cum etiam telum adversarius nullum iecerit, illis autem id tempus impugnandi detur, cum et vitandi illorum impetus potestas adempta nobis erit et, si qua in re, id quod parati sunt facere, falsum crimen quasi venenatum aliquod telum iecerint, medicinae faciendae locus non erit. 9. Id accidit praetoris iniquitate et iniuria: primum quod contra omnium consuetudinem iudicium prius de probro quam de re maluit fieri; deinde, quod ita constituit id ipsum iudicium, ut reus, antequam verbum accusatoris audisset, causam dicere cogeretur: quod eorum gratia et potentia factum est, qui, quasi sua res aut honos agatur, ita diligenter Sex. Naevii studio et cupiditati morem gerunt et in eiusmodi rebus opes suas experiuntur, in quibus, quo plus propter virtutem nobilitatemque possunt, eo minus, quantum possint, debent ostendere. 10. Cum tot tantisque difficultatibus affectus atque afflictus in tuam, C. Aquili, fidem, veritatem, misericordiam P. Quinctius confugerit; cum adhuc ei propter vim adversariorum non ius par, non agendi potestas eadem, non magistratus aequus reperiri potuerit; cum ei summam per iniuriam omnia inimica atque infesta fuerint: te, C. Aquili, vosque, qui in consilio adestis, orat atque obsecrat, ut multis iniuriis iactatam atque agitatam aequitatem in hoc tandem loco consistere et confirmari patiamini. Id quo facilius facere possitis, dabo operam, ut a principio res quemadmodum gesta et contracta sit cognoscatis.

III. 11. C. Quinctius fuit P. Quinctii huius frater, sane ceterarum rerum pater familias et prudens et attentus, una in re paulo minus consideratus, qui societatem cum Sex. Naevio fecerit, viro bono, verum tamen non ita instituto, ut iura societatis et officia certi patris familias nosse posset: non quo ei deesset ingenium; nam neque parum facetus scurra

---

1. *fortissimos*] *florentissimos* cum Hotomano L. Vocatur quidem infra (§. 72.) L. Philippus *eloquentia, gravitate, honore florentissimus civitatis*; sed idem de Orat. 3, 1, 4. dicitur *et vehemens et disertus et imprimis fortis ad resistendum.* — *ornatissimos*] *horrentissimos* B d f g i m n, *honorandissimos* G a, *honoratissimos* h l, *florentissimos* Klotzius (ed. alt.) coll. p. Roscio Am. 9, 24. — 7. *qui in hoc* nos: *qui hoc* cum libris A L 2 O. Cf. Divin. in Q. Caecil. 15, 49. — 10. *iecerit*] *legerit* B G a b c d e f g h i l m n et A, *egerit* (quod coniecerat Ruhnkenius ad Vellei. Paterc. 2, 30. p. 337.) k. Conf. v. 13.— 13. *falsum crimen quasi* delevit L. — *iecerint*] *legerint* B G a b d f g h i l m n, *egerint* k. — 15. *omnem* k l m. — 18. *eorum opera atque potentia* k. — 20. *in aute* v. *eiusmodi* om. B c d f g h i. — 21. *quantum*] *quod* b c d e f i l m (propter compendium scribendi non ubique certum), *quid* g, *quam* A. — 22. *possunt* k. — 32. «Victorinus ad Cic. de Inv. 1, 19. (p. 55. ed. Turic.) haec ita refert: *C. Quintius frater huiusce P. Quintii fuit*, ut p. Rosc. Am. c. 6. p. Cluent. c. 5.» GAR. 2. — *ceterarum rerum*] *cetera*: Lambini suspicio. Lectionem codicum firmat Servius ad Virg. Aen. 10, 48. Cf. Buttmann ad Fronton. ed. Nieb. p. 6. Madvig Opusc. I. p. 401. not. — 34. *qui*] «al. *quod*» mg. 2.

Sex. Naevius neque inhumanus praeco est umquam existimatus. Quid ergo est? Cum ei natura nihil melius quam vocem dedisset, pater nihil praeter libertatem reliquisset, vocem in quaestum contulit; libertate usus est, quo impunius dicax esset. 12. Quare quidem socium tibi eum velles adiungere, nihil erat, nisi ut in tua pecunia condisceret, qui pecuniae fructus esset; tamen inductus consuetudine ac familiaritate Quinctius fecit, ut dixi, societatem earum rerum, quae in Gallia comparabantur. Erat ei pecuaria res ampla et rustica sane bene culta et fructuosa. Tollitur ab atriis Liciniis atque a praeconum consessu in Galliam Naevius et trans Alpes usque transfertur. Fit magna mutatio loci, non ingenii. Nam, qui ab adolescentulo quaestum sibi instituisset sine impendio, posteaquam nescio quid impendit et in commune contulit, mediocri quaestu contentus esse non poterat. 13. Nec mirum, si is, qui vocem venalem habuerat, ea, quae voce quaesiverat, magno sibi quaestui fore putabat. Itaque hercule haud mediocriter de communi, quidquid poterat, ad se in privatam domum sevocabat. Qua in re ita diligens erat, quasi ii, qui magna fide societatem gererent, arbitrium pro socio condemnari solerent. Verum his de rebus non necesse habeo dicere ea, quae me P. Quinctius cupit commemorare: tametsi causa postulat, tamen, quia postulat, non flagitat, praeteribo. IV. 14. Cum annos iam complures societas esset et cum saepe suspectus Quinctio Naevius fuisset neque ita commode posset rationem reddere earum rerum, quas libidine, non ratione gesserat, moritur in Gallia Quinctius, cum adesset Naevius, et moritur repentino. Heredem testamento reliquit hunc P. Quinctium, ut, ad quem summus maeror morte sua veniebat, ad eundem summus honos quoque perveniret. 15. Quo mortuo nec ita multo post in Galliam proficiscitur Quinctius. Ibi cum isto [Naevio] familiariter vivit. Annum fere una sunt, cum et de societate inter se multa communicarent et de tota illa ratione atque re Gallicana, neque interea verbum ullum interposuit Naevius, aut societatem sibi quidpiam debere, aut privatim Quinctium debuisse. Cum aeris alieni aliquantum esset relictum, quibus nominibus pecuniam Romae curari oporteret, auctionem in Gallia P. hic Quinctius Narbone se facturum esse proscribit earum rerum, quae ipsius erant privatae. 16. Ibi tum vir optimus, Sex.

---

4. *quidem* B G a b c d f g h i k l n: *quid* e, *quod* A L 2 O. Cf. §. 60: *commissum nihil esset, quare ad istam rationem perveniretur,* et de usu particulae *quidem* Halm. ad or. in Vatin. 12, 30. p. 99. — *eum*] *cum* G a b k l n. — 8. *pecuniaria* G a e f l m n *(pecuaria* mg. f.) — 9. *Licinii* A. — *consensu* B G b c d e f g h i l n et A. *(consessu* mg. f.) — 11. *adolescente* tacite Klotzius ed. alt. — 14. «al. *quaesierat*» mg. 2. — 16. *quidquid*] *quod quidque* a b c d e f g h i k l n, *quod quisque* m et A, *quod quique* G, *quidem quidquid* B, *ut quidque* vel *quom quidque* Halmius. Malim *quodcunque.* — 17. *ii*] *hi* G a e h. — *arbitrium*] *arbitrii* Budaeus, *arbitrio* AL, *ad arbitrium* Manutius, *ad arbitrum* Ranconetus; «*arbitrium* pro glossemate habent Graevius, alii. Cf. pro Rosc. Com. 9, 25.» Or. («*Arbitrium* mihi esse videtur aestimatio litis pro socio, quantum arbiter deberi socio deciderit. Adfine illud est in or. p. redit. in sen. c. 7: *arbitria funeris solvebantur*, quanti scil. impensae funeris aestimabantur. Qua de re ad c. 37. p. domo disseruimus. Deest verbum et subauditur, si velis, *solvere.*» Gar. 2.) — 18. *solent* b e d e f g i l m, *soleant* A. — 19. *tametsi*] *nam etsi* Hotomanus, unde *nam tametsi* L. — 20. *tamen quia postulat* om. G. Cf. pro M. Tullio §. 5. Huschke Anal. p. 104. — 24. *repentine* k. — 27. *Naevio* suspectum Manutio delendum censet Gar. 2. — 29. *et de tota illa*] *deque illa tota* k. — 31. *aliquantum* G a b c d e f g h i m n, item Palatini et Oxonienses omnes, A L: *aliquantulum* 2 O. — 33. *galliam* e.

Naevius, hominem multis verbis deterret, ne auctionetur: eum non ita commode posse eo tempore, quae proscripsisset, vendere; Romae sibi nummorum facultatem esse, quam, si saperet, communem existimaret pro fraterna illa necessitudine et pro ipsius affinitate: nam P. Quinctii consobrinam habet in matrimonio Naevius et ex ea liberos. Quia, quod virum bonum facere oportebat, id loquebatur Naevius, credidit Quinctius eum, qui orationem bonorum imitaretur, facta quoque imitaturum: auctionem velle facere desistit, Romam proficiscitur; decedit ex Gallia Romam simul Naevius. 17. Cum pecuniam C. Quinctius P. Scapulae debuisset, per te, C. Aquili, decidit P. Quinctius, quid liberis eius dissolveret. Hoc eo per te agebatur, quod propter aerariam rationem non satis erat in tabulis inspexisse, quantum deberetur, nisi ad Castoris quaesisses, quantum solveretur. Decidis statuisque tu propter necessitudinem, quae tibi cum Scapulis est, quid iis ad denarium solveretur. V. 18. Haec omnia Quinctius agebat auctore et consuasore Naevio. Nec mirum, si eius utebatur consilio, cuius auxilium sibi paratum putabat. Non modo enim pollicitus erat in Gallia, sed Romae quotidie, simul atque sibi hic annuisset, numeraturum se dicebat. Quinctius porro istum posse facere videbat, debere intellegebat; mentiri, quia causa, cur mentiretur, non erat, non putabat. Quasi domi nummos haberet, ita constituit Scapulis se daturum. Naevium certiorem facit; rogat, ut curet, quod dixisset. 19. Tum iste vir optimus (vereor, ne se derideri putet, quod iterum iam dico, optimus), qui hunc in summas angustias adductum putaret, ut eum suis condicionibus in ipso articulo temporis adstringeret, assem sese negat daturum, nisi prius de rebus rationibusque societatis omnibus decidisset et scisset, sibi cum Quinctio controversiae nihil futurum. Posterius, inquit, ista videbimus, Quinctius: nunc hoc velim cures, si tibi videtur, quod dixisti. Negat se alia ratione facturum; quod promisisset, non plus sua referre, quam si, cum auctionem venderet, domini iussu quidpiam promisisset. 20. Destitutione illa perculsus Quinctius a Scapulis paucos dies aufert; in Galliam mittit, ut ea, quae proscripserat, venirent; deteriore tempore absens auctionatur; Scapulis difficiliore condicione dissolvit. Tunc appellat ultro Naevium, ut, quoniam suspicaretur aliqua de re fore controversiam, videret, ut quam primum et quam minima cum molestia tota res transigeretur. 21. (Dat iste amicum M. Trebellium, nos communem necessarium) qui istius domi

---

1. *eum n. i. c. posse*] *cum n. i. c. posset* e. — 2. *quae*] *quo* B G a b c d f g h i k l m n. Cf. §. 20. — 4. «fort. *pro ipsorum aff.*» mg. ᛈ. — 7. *rationem* A. — 8. *facere uelle destitit* k. — «al. *discedit*» mg. ᛈ. — *G. simul Romam* e et A. — 10. *quid* nos: *quod* cum codicibus notis A L ᛈ O. Cf. v. 14. — 12. *deberet* k. — *ad Castoris*] *a quaestoribus* e et ALᛈ («al. *ad Castoris*» mg. ᛈ), *ad quaestores* k, *ad quaestoris templum* a, *ad Castoris templum* G, *ad Catonis* Arusianus Mess. p. 213. Lindem. Cf. Niebuhr *Kl. Schr*. p. 212 sq. Ravii Var. Lectt. I. p. 157. — 13. *quaesisses* cum Hotomano Arusianus: *quaesisset* cum Ciceronis libris A L ᛈ O. — *Decidis - - - solveretur* om. k. — 18. *sibi* om. k; *hic* om. G; *sibi hic* om. Palat. 7.; *atque sibi hic* om. Palat. 6. — *innuisset* «reclamantibus libris omnibus» L. Cf. Non. Marc. p. 438. — 21. *Scapule* k. — *se* om. ᛈ. — 22. *Tum*] *cum* b c d e g i, *tamen* G. — 23. *deductum* k. — 24. *putet* e. — 26. *omnibus societatis* e et A. — 27. *uideamus* e, *uidemus* d. — 29. *plus*] «fort. *pluris*» mg. ᛈ. — *auctione* k, *in auctione* L. Cf. Klotz Adnotatt. ed. pr. p. 572. — 30. «al. *percussus*» mg. ᛈ. — 36. *amicum*] «al. *arbitrum*» mg. ᛈ. — *M. Trebellium*] *ei trabellium* k, *A. Trebellium* G.

erat eductus, et quo utebatur iste plurimum, propinquum nostrum, Sex. Alfenum. Res convenire nullo modo poterat propterea, quod hic mediocrem iacturam facere cupiebat, iste mediocri praeda contentus non erat. 22. Itaque ex eo tempore res esse in vadimonium coepit. Cum vadimonia saepe dilata essent et cum aliquantum temporis in ea re esset consumptum neque quidquam profectum esset, venit ad vadimonium Naevius. VI. Obsecro, C. Aquili vosque, qui adestis in consilio, ut diligenter attendatis, ut singulare genus fraudis et novam rationem insidiarum cognoscere possitis. 23. Ait se auctionatum esse in Gallia; quod sibi videretur, se vendidisse; curasse, ne quid sibi societas deberet; se iam neque vadari amplius neque vadimonium promittere; si quid agere secum velit Quinctius, non recusare. Hic, cum rem Gallicanam cuperet revisere, hominem in praesentia non vadatur; ita sine vadimonio disceditur. Deinde Romae dies xxx fere Quinctius commoratur. Cum ceteris quae habebat vadimonia differt, ut expeditus in Galliam proficisci posset. Proficiscitur. 24. Roma egreditur ante diem IV Kalend. Februarias Quinctius Scipione et Norbano Coss. Quaeso, ut eum diem memoriae mandetis. L. Albius, Sex. filius, Quirina, vir bonus et cum primis honestus, una profectus est. Cum venissent ad Vada Volaterrana quae nominantur, vident perfamiliarem Naevii, qui ex Gallia pueros venales isti adducebat, L. Publicium, qui, ut Romam venit, narrat Naevio, quo in loco viderit Quinctium. Quod nisi ex Publicio [narratum Naevio esset, non tam cito res in contentionem venisset. 25. Tum Naevius] pueros circum amicos dimittit; ipse suos necessarios ab atriis Liciniis et a faucibus macelli corrogat, ut ad tabulam Sextiam sibi adsint hora secunda postridie. Veniunt frequentes. Testificatur iste, P. QVINTIVM NON STITISSE ET SE STITISSE; tabulae maxime signis homi-

---

1. *eductus* e cum quattuor Oxoniensibus: *educatus* cum ceteris libris A L 𝔏 O. Vid. Klotz Praefat. ed. pr. p. LXI sq. Cf. §. 69. — 2. *Alphenum* A L 𝔏 ubique. Alteram scripturam praebet P §§. 67. 68. 69. et M ubique. — 6. *perfectum* B n et L 𝔏. («al. *profectum*» mg. 𝔏.) — 7. *C.* B G a b c d f g i l m n et A L 𝔏: *te, C.* e h k et O. Cf. §. 36. — 9. *esse se auctionatum* k. — 13. «al. *in praesenti*» mg. 𝔏. — 15. *expeditius* k. — 16. *IV*] *II* cum Hotomano (contra consuetudinem sermonis Latini) L 𝔏. Vid. ad §. 57. — 17. *Februarias* Oxon. S et O: *Februarii* G l et L 𝔏. Ceteri codd. Paris. et A hoc voc. per compendium exhibent. — *Quintius Scipione* a l et A: *Quintius Spicione* b c d f g h i n, *Quintius Spricione* e k, *Q. Spurione* m, *Quintio Spitone* G, *Scipione* (omisso nomine *Quinctius*) L 𝔏 O. — 18. *Albinus* G k. — *Quirinas* B G b c d e f g h i k l m n et A. — 19. *cum*] *in* k. — *uenisset* a e f l. — *Vada laterana* G. «Varie corruptum, velut *uadabo laterrana* et q. g. a. Rectius nonnisi in k m.» Kell. — 20. *uidentur* G a k l. — 21. *adducebant* b c d e l m. — 22. *uiderat* k. — *nisi*] *ubi* B i k m n, *ibi* h. — *ex Publicio*] *ex publico* A, *a Publicio* mg. 𝔏. — 23. *narratum Naevio - - - Tum Naevius*] «Desunt in B b c d f g h l m n, ubique spatiis vacuis versuum singulorum, binorum, ternorum relictis. In l a secunda manu suppleta sunt, ut duo versus, antea vacui relicti, ad unguem explerentur. In a e (et G) nihil deest. In k nullo lacunae signo habetur illorum verborum vice *agnouit*, ut legamus: *Quod ubi ex Publicio agnovit, pueros* rel.» Kell. Vetus supplementum lacunae quae in archetypo fuisse videtur reliquimus, etsi vv. *narratum N. esset* cum praepositione *ex* minime congruunt. — 24. *Naevius*] *Naevius ipse* G a et A. — 25. *Licinii* B G a b c d f g h i k l m et A. — *marcelli* k l m. — *Sestiam* 𝔏. — 26. *testificantur isti* G a e l m et A, *isti testificantur* k, *testificantur iste* b c d f. (*testificatur iste* g h i n.) — 27. *non stetisse et se stetisse* e k m et A 𝔏, *non stetisse et stetisse se* B b c f g h n, *non stetisse se* G d, *non stetisse se et* a, *non stetisse et fecisse et stetisse se* i, *non stetisse sex* l, *non se stitisse et se stitisse* L. (*stitisse* est ex certissima coniectura Hotomani. Cf. Gell. 2, 14.) — *maxime* G et sine dubio multi alii: *maximae* A L 𝔏 O. «Legendum est *maxime* cum codice S. Vict. et meo, i. e. *praecipue, potissimum*, signis potius hominum nobilium quam aliorum.» Gar. 2. Cf. Ianus a Costa in Meerm. Thes. I. p. 737.

num nobilium consignantur; disceditur. Postulat a Burrieno praetore Naevius, ut ex edicto bona possidere liceat. Iussit bona proscribi eius, quicum familiaritas fuerat, societas erat, affinitas liberis istius vivis divelli nullo modo poterat. 26. Qua ex re intelligi facile potuit, nullum esse officium tam sanctum atque sollemne, quod non avaritia comminuere atque violare soleat. Etenim si veritate amicitia, fide societas, pietate propinquitas colitur, necesse est iste, qui amicum, socium, affinem fama ac fortunis spoliare conatus est, vanum se et perfidiosum et impium esse fateatur. 27. Libellos Sex. Alfenus, procurator P. Quinctii, familiaris et propinquus Sex. Naevii, deiicit; servulum unum, quem iste prehenderat, abducit; denuntiat sese procuratorem esse, istum aequum esse famae fortunisque P. Quinctii consulere et adventum eius exspectare. Quod si facere nolit atque imbiberit eiusmodi rationibus illum ad suas condiciones perducere, sese nihil precari et, si quid agere velit, iudicio defendere. 28. Haec dum Romae geruntur, Quinctius interea contra ius, consuetudinem, edicta praetorum de saltu agroque communi a servis communibus vi detruditur. VII. Existima, C. Aquili, modo et ratione omnia Romae Naevium fecisse, si hoc, quod per litteras istius in Gallia gestum est, recte atque ordine factum esse videatur. Expulsus atque eiectus e praedio Quinctius accepta insigni iniuria confugit ad C. Flaccum imperatorem, qui tum erat in provincia: quem, ut ipsius dignitas poscit, honoris gratia nomino. Is eam rem quam vehementer vindicandam putarit, ex decretis eius poteritis cognoscere. 29. Alfenus interea Romae cum isto gladiatore vetulo quotidie pugnabat. Utebatur populo sane suo propterea, quod iste caput petere non desinebat. Iste postulat, ut procurator iudicatum solvi satis daret. Negat Alfenus aequum esse procuratorem satis dare, quod reus satis dare non deberet, si ipse adesset. Appellantur tribuni; a quibus cum esset certum auxilium petitum, ita tum disceditur, ut Idibus Septembribus P. Quinctium sisti Sex. Alfenus promitteret. VIII. Venit Romam Quinctius; vadimonium sistit. 30. Iste, homo acerrimus, bonorum possessor, expulsor, ereptor, annum et sex menses nihil petit; quiescit; condicionibus hunc, quoad potest, producit; a Cn. Dolabella denique praetore postulat, ut sibi Quinctius iudicatum solvi satis det ex formula, QVOD AB EO PETAT, CVIVS EX EDICTO PRAETORIS BONA DIES XXX POSSESSA SINT. Non recusabat Quinctius, quin ita satis dare iuberet, si bona possessa essent ex edicto. Decernit: quam aequum, nihil dico; unum hoc dico, novum; et hoc

---

1. *ab Arrienio* A. — 3. Arusianus Messius p. 257. Lindem.: *quicum tibi societas, affinitas erat.* — 4. *facile intelligi* A. — 8. *ac*] *atque* G f l m, *et* A. — *uarium* k et A, *nauum* d, *et vanum* L. — 11. *adducit* e. — 12. *consulere P. Quintii* e et A. — 13. *inhibuerit* G k l et A 𝔏, *imbuerit* a, *inierit* m, *inhiauerit* liber Nürnbergeri (Progr. Campod. 1832. p. 14.) ex correctione. — 16. *ius et cons.* e et A 𝔏. — *edicto* i n et A, *edicti* m. — *praetoris* 𝔏. — 17. *modo*] *id modo* B G K et A. — 19. *in Galliam* k. — *factum esse uideatur* e et edd. antiquae (Veneta a. 1483., Ascensiana, Iuntina, Cratandrina): *factum esse videbatur* Oxoniensis H, *factum videtur* V L 𝔏 O. — 20. *deiectus* G a f l m. — *insigni*] *summa* k. — 21. *tunc* B d f h l. — 23. *iudicandam* k et A. — 26. *postulat* B d e f g h k n et L 𝔏: *postulabat* A O. — 27. *satis dare* ante v. *non* om. k. — 29. *petitur* k. — *tamen* L 𝔏. *(tum* B G K et A.) — 30. *Sex.* om. k. — *Quinctius ad vadimonium. sistit se* L ex coniectura postea reiecta. — 34. *cuius*] *quoniam eius* B G K M et A, quae lectio orta est ex scriptura *quoius.* — 35. *praetoris*] *praetoris Romani* A L 𝔏 et (per compendia) M a b c d e f k l m. — *sunt* M k. — 36. *iuberetur* k, quod perplacuit Hotomano, Lambino, Schützio. — 37. *decerni* k. — *nihil*] *non* e et A.

ipsum tacuissem mallem, quoniam utrumque quivis intelligere potuisset. Iubet P. Quinctium sponsionem cum Sex. Naevio facere: SI BONA SUA EX EDICTO P. BURRIENI PRAETORIS DIES XXX POSSESSA NON ESSENT. Recusabant qui aderant tum Quinctio; demonstrabant, de re iudicium fieri oportere, ut aut uterque inter se aut neuter satis daret; non necesse esse famam alterius in iudicium venire. 31. Clamabat porro ipse Quinctius, sese idcirco nolle satis dare, ne videretur iudicasse, bona sua ex edicto possessa esse; sponsionem porro si istiusmodi faceret, se (id quod nunc evenit) de capite suo priore loco causam esse dicturum. Dolabella (quemadmodum solent homines nobiles: seu recte seu perperam facere coeperunt, ita in utroque excellunt, ut nemo nostro loco natus assequi possit) iniuriam facere fortissime perseverat; aut satis dare aut sponsionem iubet facere et interea recusantes nostros advocatos acerrime submoveri. IX. 32. Conturbatus sane discedit Quinctius: neque mirum, cui haec optio tam misera tamque iniqua daretur, ut aut ipse se capitis damnaret, si satis dedisset, aut causam capitis, si sponsionem fecisset, priore loco diceret. Cum in altera re causae nihil esset, quin secus iudicaret ipse de se — quod iudicium gravissimum est —, in altera spes esset ad talem tamen virum iudicem veniendi, unde eo plus opis auferret, quo minus attulisset gratiae: sponsionem facere maluit; fecit; te iudicem, C. Aquili, sumpsit; ex sponso egit. In hoc summa iudicii causaque tota consistit.

33. Iudicium esse, C. Aquili, non de re pecuniaria, sed de fama fortunisque P. Quinctii vides. Cum maiores ita constituerint, ut, qui pro capite diceret, is posteriore loco diceret, nos inaudita criminatione accusatorum priore loco causam dicere intelligis. Eos porro, qui defendere consuerunt, vides accusare et ea ingenia converti ad perniciem, quae antea versabantur in salute atque auxilio ferendo. Illud etiam restiterat, quod hesterno die fecerunt, ut te in ius educerent, ut nobis tempus, quam diu diceremus, praestitueres: quam rem facile a praetore impetrassent, nisi tu, quod esset tuum ius et officium potestasque, docuisses. 34. Neque nobis adhuc praeter te quisquam fuit, ubi nostrum ius contra

1. *tacuissem* Halmius: *tacuisse* ceteri. Cf. Wesenberg ad or. p. Sestio p. 2 sq. — 2. *Quinctium aut satisdare aut sponsionem* L. — *cum* om. G a f k l m. — 3. *P.*] *publico* M e k et A. — *Si bona - - - possessa non essent* B G M a b c d e f g h i l m n et A: *si bona - - - possessa essent* k et 𝔈 O, *ni bona - - - possessa non essent* L et mg. A. Cf. praeter Kellerum p. 26 sqq. Th. Mommsen in *Zeitschr. f. Alterthw.* 1845. p. 1091. — 4. *tum*] *cum* e n. — *demostrabat* M. — 7. *iudicasse* om. k. — 9. *eueniat* e. — Iulius Rufinianus de Fig. Sent. p. 33: *Dolabella autem, quemadmodum homines nobiles decet, ulcisci iniuriam fortissime perseverat.* — 11. *in*] *ex* M. — *excedunt* k cum codice Ursini. — 12. *posset* B G b c d e f h i k l m n et A 𝔈. — *satisdari* B, *satisdaret* G M a b c d f g h i k l m n. — 13. *recusantes*] *revocantes* M. — *commoueri* M k. — 15. *optio*] *optimo* k. — 19. *tamen*] *tum* k l. — *eo* om. k. — 20. *facit te iudicem* e. — 21. *sponso*] *sponsu* maluerunt Hotomanus et Passeratius, coll. A. Gellio 4, 4. et Varrone 6, 69 sq. (p. 245 sqq. Speng.) — 26. *intelligitis* B G e f i l m n et A, *intellegitis* a d g, *negligetis* b c. — 27. *consueuerunt* G k, *consuere* g, *consueuerant* B. — 28. *uersabatur* e. — *atque in auxilio* mg. 𝔈. — 29. *hexterno* G, *externo* B a b c d e f g i n, *extremo* l. — *educerent* e, Palatt. 2. 3., Oxon. H S, A: *adducerent* cum reliquis codicibus V L 𝔈 O. Conf. Verr. Lib. 3, 23, 56. pro Plancio 23, 55. Gell. N. A. 11, 17, 2. Leg. Rubr. c. 20. p. 5. v. 10. ed. Ritschl. — 30. *impetrassent* om. B b c d f g h i k l m n (spatio vacuo in omnibus relicto praeterquam in k), *impetrari spero* a e, *impetratam spero* G, *impetrari sperant* A. — 31. *tuum et ius* A. — *potestasque* e (etiam Aldina): *testesque* B a b c d f g h i k l m n et A, *testisque* G, *partesque* cum Naugerio L 𝔈 O, *tempusque* Klotzius ed. alt. Cf. §. 6. — 32. *quisquam fuit praeter te* k.

illos obtineremus; neque illis umquam satis fuit illud obtinere, quod probari omnibus posset: ita sine iniuria potentiam levem atque inopem esse arbitrantur. X. Verum quoniam tibi instat Hortensius, ut eas in consilium; a me postulat, ne dicendo tempus absumam; queritur, priore patrono causam defendente numquam perorari potuisse: non patiar istam manere suspicionem, nos rem iudicari nolle, nec illud mihi arrogabo, me posse causam commodius demonstrare, quam antea demonstrata sit; neque tamen tam multa verba faciam, propterea quod et ab illo, qui tum dixit, informata iam causa est, et a me, qui neque excogitare neque pronuntiare multa possum, brevitas postulatur, quae mihimet ipsi amicissima est. 35. Faciam, quod te saepe animadverti facere, Hortensi: totam causae meae dictionem certas in partes dividam. Tu id semper facis, quia semper potes; ego in hac causa faciam propterea, quod in hac videor posse facere. Quod tibi natura dat, ut semper possis, id mihi causa concedit, ut hodie possim. Certos mihi fines terminosque constituam, extra quos egredi non possim, si maxime velim: ut et mihi sit propositum, de quo dicam, et Hortensius habeat exposita, ad quae respondeat, et tu, C. Aquili, iam ante animo prospicere possis, quibus de rebus auditurus sis. 36. Negamus, te bona P. Quinctii, Sex. Naevi, possedisse ex edicto praetoris. In eo sponsio facta est. Ostendam primum, causam non fuisse, cur a praetore postulares, ut bona P. Quinctii possideres; deinde, ex edicto te possidere non potuisse; postremo, non possedisse. Quaeso, C. Aquili vosque, qui estis in consilio, ut, quid pollicitus sim, diligenter memoriae mandetis. Etenim rem facilius totam accipietis, si haec memineritis, et me facile vestra existimatione revocabitis, si extra hos cancellos egredi conabor, quos mihi ipse circumdedi. Nego fuisse causam, cur postularet; nego ex edicto possidere potuisse; nego possedisse. Haec tria cum docuero, peroraro.

XI. 37. Non fuit causa, cur postulares. Qui hoc intelligi potest? Quia Sex. Naevio neque ex societatis ratione neque privatim quidquam debuit Quinctius. Quis huic rei testis est? Idem, qui acerrimus adversarius. In hanc rem te, te, inquam, testem, Naevi, citabo. Annum et eo diutius post mortem C. Quinctii fuit in Gallia tecum simul Quinctius. Doce, te petisse ab eo istam nescio quam innumerabilem pecuniam; doce, aliquando mentionem fecisse, dixisse deberi: debuisse concedam. 38. Moritur C. Quinctius, qui tibi, ut ais, certis nominibus grandem pecuniam debuit. Heres eius P. Quinctius in Galliam ad te ipsum venit

---

1. *unquam illis* e et A. — 2. *possit* e et A. — 6. *neque* tacite Klotzius ed. alt. — 8. *tam* om. k. Malim abesse *tamen*. — *quod*] *quia* e. — 9. *tum* B G K (praeter e): *ante* e et A L 𝔖 O. — *iam informata* B G d h k m et V. — 10. *postulat* k. — 13. *quia semper potes* om. k. — 14. *dat - - - concedit*] *concedit - - - dat* L, *dat - - - dat* 𝔖. — 17. *et* ante v. *mihi* om. k. — 18. *perspicere* k. — 19. *Negamus* cet.] Cf. Mart. Cap. de rhet. p. 434. Capp. — *Sex. Naeuii* b c d i, *Sexti Naeuii* k. — 20. *In eo*] *in ea verba* L. (*ea* ex codicibus, *verba* ex coniectura.) — *sponsio*] *responsio* k. — 22. *te* om. k m. — 23. *non* om. k. — 25. *rem totam facilius accipietis* k. — 27. *ipse mihi* k, *mihi ipsi* e et A. — 28. *peroraro* a k l et V, item mg. f: *perorabo* A L 𝔖 O. Illud divinaverat Orellius coll. Verr. 3, 66, 154. Cf. infra §. 91. pro Cluentio §. 6. pro Caelio §. 70. — 29. *postularet* k et mg. 𝔖. — 30. *priuatum* e. — 32. *In hanc rem* k cum tribus Oxoniensibus: *in hac re* A L 𝔖 O. Cf. §. 75. Verr. Accus. 1, 14, 36. et praesertim 2, 59, 146. — *te* semel exhibent a b c d e f k l m n et A. — *teste* B c d e h i n. — 36. *certis*] *rectis* mg. 𝔖. Vid. ad Horat. Epp. 2, 1, 105.

in agrum communem, eo denique, ubi non modo res erat, sed ratio quoque omnis et omnes litterae. Quis tam dissolutus in re familiari fuisset, quis tam negligens, quis tam tui, Sexte, dissimilis, qui, cum res ab eo, quicum contraxisset, recessisset et ad heredem pervenisset, non heredem, cum primum vidisset, certiorem faceret, appellaret, rationem afferret; si quid in controversiam veniret, aut intra parietes aut summo iure experiretur? Itane est? quod viri optimi faciunt, si qui suos propinquos ac necessarios caros et honestos esse atque haberi volunt, id Sex. Naevius non faceret, qui usque eo fervet ferturque avaritia, ut de suis commodis aliquam partem velit committere, ne quam partem huic propinquo suo ullius ornamenti relinquat? 39. Et is pecuniam, si qua deberetur, non peteret, qui, quia, quod debitum numquam est, id datum non est, non pecuniam modo, verum etiam hominis propinqui sanguinem vitamque eripere conatur? Huic tum molestus esse videlicet noluisti, quem nunc respirare libere non sinis? quem nunc interficere nefarie cupis, eum tum pudenter appellare nolebas? Ita credo: hominem propinquum, tui observantem, virum bonum, pudentem, maiorem natu, nolebas aut non audebas appellare. Saepe, ut fit, cum ipse te confirmasses, cum statuisses de pecunia mentionem facere, cum paratus meditatusque venisses, homo timidus, virginali verecundia, subito ipse te retinebas; excidebat repente oratio; cum cuperes appellare, non audebas, ne invitus audiret. XII. 40. Id erat profecto. Credamus hoc, Sex. Naevium, cuius caput oppugnet, eius auribus pepercisse. Si debuisset, Sexte, petisses statim; si non statim, paulo quidem post; si non paulo, at aliquanto; sex quidem illis mensibus profecto; anno vertente sine controversia. Anno et sex mensibus vero, cum tibi quotidie potestas hominis fuisset admonendi, verbum nullum facis; biennio iam confecto fere appellas. Quis tam perditus ac profusus nepos, non adesa iam, sed abundanti etiam pecunia, sic dissolutus fuisset, ut fuit Sex. Naevius? Cum hominem nomino, satis mihi videor dicere. 41. Debuit tibi C. Quinctius: numquam petisti; mortuus est ille: res ad heredem venit. Cum eum quotidie videres, post biennium denique appellas. Dubitabitur, utrum sit probabilius, Sex. Naevium statim, si quid deberetur,

---

4. *quicum*] *qui* l et 𝔏. — 5. *vidisset*] *adesset* k, *adisset* Oxonn. duo. — «Fort. *rationes*» mg. 𝔏. — 6. *in controuersia inueniret* k, *in controversia veniret* A. — 7. *Itane est* cum libris omnibus AL𝔏: *Itane* Mureto (Var. Lectt. XVI. 19.) auctore O. Cf. p. Rosc. Am. §. 113. p. Cluent. §. 143. — *si qui* cum libris omnibus A𝔏: *et si qui* L, *ii qui* cum Mureto O. — 8. *ac*] *aut* k. — *claros* cum Hotomano L. — 9. *feruit* Palatt. 2. 3., *feruiet* d, *feruuit* e, *ferbuit* k. — *ferturque*] *et ferturque* Palatt. 5. 6. unde Gruterus *efferturque* et Klotzius (ed. pr.) *ecferturque*. Sed particula *et* orta videtur ex prava repetitione praecedentis syllabae. — 10. *aliquam partem velit committere* (litigando) B b c d f g h i n: *aliquam partem nolit committere* a, *aliquam partem nolit omittere* G k l m, *velit aliquam partem amittere* e et A, *nolit aliquam partem amittere* L𝔏, *aliquam partem velit amittere* O. — *ne quam*] *ut aliquam* L. — 12. *nunquam debitum* k. — 14. *tum* nos: *tu* cum libris AL𝔏O. Observa chiasmum: *Huic tum -- quem nunc -- quem nunc -- eum tum*. — 16. *tu impudenter* A, *tum impudenter* e k, *tu prudenter* m, *tamen prudenter* n. — 17. *prudentem* k l m n et A. — 19. *mentionem de pecunia* B G d g. — 22. *erit* b c d f g l m et pr. e. — 24. *petisses sed petisses statim* a d f h i l m n, *petisse sed petisse statim* b c, *petisses si petisses statim* g, *petisses et petisses statim* Klotzius Prooem. ed. alt. p. VI. — *si non paulo post, at* A. — 25. *aliquando* B G K et A 𝔏. (*aliquanto* codex Car. Stephani.) — 28. *fere* om. k. — *adesaiam pecunia sed* G a b c d e f g k l m n et A. — 29. *etiam iam pecunia* corr. e. — «al. *abundante*» mg. 𝔏. — *etiam* om. L, seclusit O. Est in B G K et A 𝔏. — *dubitatur* e k, *dubitabatur* pr. f.

petiturum fuisse, an, ne appellaturum quidem biennio? Appellandi tempus non erat? At tecum plus annum vixit. In Gallia agi non potuit? At et in provincia ius dicebatur, et Romae iudicia fiebant. Restat, ut aut summa negligentia tibi obstiterit aut unica liberalitas. Si negligentiam dices, mirabimur; si bonitatem, ridebimus; neque praeterea quid possis dicere, invenio. Satis est argumenti, nihil esse debitum Naevio, quod tam diu nihil petivit.

XIIII. 42. Quid? si hoc ipsum, quod nunc facit, ostendo testimonio esse, nihil deberi? quid enim nunc agit Sex. Naevius? qua de re controversia est? quod est hoc iudicium, in quo iam biennium versamur? quid negotii geritur, in quo ille tot et tales viros defatigat? Pecuniam petit. Nunc denique? Verum tamen petat: audiamus. 43. De rationibus et controversiis societatis vult diiudicari. Sero, verum aliquando tamen: concedamus. — Non, inquit, id ago, C. Aquili, neque in eo nunc laboro. Pecunia mea tot annos utitur P. Quinctius. Utatur sane: non peto. — Quid igitur pugnas? An, quod saepe multis in locis dixisti, ne in civitate sit? ne locum suum, quem adhuc honestissime defendit, obtineat? ne numeretur inter vivos? decernat de vita et ornamentis suis omnibus? apud iudicem causam priore loco dicat et, eam cum orarit, tum denique vocem accusatoris audiat? Quid? hoc quo pertinet? Ut ocius ad tuum pervenias? At, si id velles, iam pridem actum esse poterat. 44. Ut honestiore iudicio conflictere? At sine summo scelere P. Quinctium, propinquum tuum, iugulare non potes. Ut facilius iudicium sit? At neque C. Aquilius de capite alterius libenter iudicat, et Q. Hortensius contra caput non didicit dicere. Quid a nobis autem, C. Aquili, refertur? Pecuniam petit: negamus deberi. Iudicium fiat statim: non recusamus. Ut quid praeterea? Si veretur, ut res iudicio facto parata sit, iudicatum solvi satis accipiat; quibus a me verbis satis accipiet, isdem ipse, quod peto, satis det. Actum iam potest esse, C. Aquili. Iam tu potes liberatus discedere molestia prope dicam non minore quam Quinctius. 45. Quid agimus, Hortensi? quid de hac condicione dicimus? Possumus aliquando depositis armis sine periculo fortunarum de re pecuniaria disceptare? Possumus ita rem nostram persequi, ut hominis propinqui caput incolume esse patiamur? Possumus petitoris personam capere, accusatoris deponere? — Immo, inquit, abs te satis accipiam; ego autem tibi satis non dabo. — XIV. Quis tandem nobis ista iura tam aequa describit? quis hoc statuit, quod aequum sit in Quinctium, id iniquum esse in Naevium? — Quinctii bona, inquit, ex edicto

---

1. *quidem? Biennio appellandi* Halmius. — 2. *plus annum*] *anno plus* e et AL𝔈. — *uixit in Gallia. Agi* k. — 4. *si negligentia* c e et A. — *mirabuntur* B G a b c d e f g h (pr. m.) i l n et A. — 5. *bonitate* e et A. — *dicere possis* k. — 8. *Sex.* om. k. — 10. «al. *fatigat?*» mg. 𝔈. — 11. *verumtamen petit* L𝔈. — 12. *deiudicari* B G b c d e f h i l n. — *uerumtamen aliquando concedimus* k. — 13. *id*] *hoc id* e et A. — *neque nunc in eo laboro* A, «al. *neque de eo nunc lab.*» mg. 𝔈. — 14. *P.*] *C.* G a b c d e f g i k l m n et A. — 18. *perorarit* cum Hotomano L. — 19. *quid hoc? quo pertinet?* h k. — 21. *afflictarere* k. — 22. *iudicatum* e k. — 24. *vobis* A. — *autem*] *nunc* k. — 26. *Ut quid* B G K et A: *numquid* 𝔈 O, *numquid est* L. Conf. ad Att. 7, 7, 7. Lobeck ad Soph. Aiac. ed. sec. p. 407. — 27. *verbis*] *rebus* k. — *accipiet*] *acciperet* B a b c d e (pr. m.) f g h i l m n et A. — 28. *quod peto - - - molestia prope* om. i. — 29. *liberatus discedere* k l m: *liberatus discere* B G a b c d f g h n, *libenter discedere* e, *discedere liberatus* A L 𝔈 O. — 35. *tibi satis non dabo* B b c d e f h i l m n: *satis tibi non dabo* G, *tibi non satis dabo* A L 𝔈 O. Cf. p. Roscio Com. §. 35. — 36. *quis hoc*] *quid hoc* e. — *sit in Quintium iniquum esse* k.

praetoris possessa sunt. — Ergo, id ut confitear, postulas, ut, quod numquam factum esse iudicio defendimus, id, proinde quasi factum sit, nostro iudicio confirmemus. 46. Inveniri ratio, C. Aquili, non potest, ut ad suum quisque quam primum sine cuiusquam dedecore, infamia pernicieque perveniat? Profecto, si quid deberetur, peteret; non omnia iudicia fieri mallet, quam unum illud, unde haec omnia nascuntur. Qui inter tot annos ne appellarit quidem Quinctium, cum potestas esset agendi quotidie; qui, quo tempore primum male agere coepit, in vadimoniis differendis tempus omne consumpserit; qui postea vadimonium quoque missum fecerit, hunc per insidias vi de agro communi deiecerit; qui, cum de re agendi nullo recusante potestas fuisset, sponsionem de probro facere maluerit; qui, cum revocetur ad id iudicium, unde haec nata sunt omnia, condicionem aequissimam repudiet et fateatur se non pecuniam, sed vitam et sanguinem, petere; is non hoc palam dicit: — «Mihi si quid deberetur, peterem atque adeo iam pridem abstulissem; 47. nihil hoc tanto negotio, nihil tam invidioso iudicio, nihil tam copiosa advocatione uterer, si petendum esset; extorquendum est invito atque ingratiis; quod non debet, eripiendum atque exprimendum est; de fortunis omnibus P. Quinctius deturbandus est; potentes, diserti, nobiles omnes advocandi sunt; adhibenda vis est veritati; minae iactentur, pericula intendantur, formidines opponantur, ut his rebus aliquando victus et perterritus ipse se dedat.» — ? Quae mehercule omnia, cum, qui contra pugnent, video, et cum illum consessum considero, adesse atque impendere videntur neque vitari ullo modo posse; cum autem ad te, C. Aquili, oculos animumque rettuli, quo maiore conatu studioque aguntur, eo leviora infirmioraque existimo. Nihil igitur debuit, ut tu ipse praedicas.

48. Quid? si debuisset, continuone causa fuisset, cur a praetore postulares, ut bona possideres? Non opinor id quidem neque ius esse neque cuiquam expedire. Quid igitur demonstrat? Vadimonium sibi ait esse desertum. XV. Ante quam doceo id factum non esse, libet mihi, C. Aquili, ex officii ratione atque ex omnium consuetudine rem ipsam et factum simul Sex. Naevii considerare. Ad vadimonium non venerat, ut ais, (is, quicum tibi affinitas, societas, omnes denique causae et necessitudines veteres intercedebant.) Ilicone ad praetorem ire convenit?

1. *id ut*] *ut id* ꝛ. — *confiteatur* k. — «al. *postulas: postulas, ut, quod n.*» mg. ꝛ. — 2. *perinde* corr. e. — 3. *Inveniri*] «Legendum fortasse est *iniri.*» Lamb. — 5. *deueniat* k. — *quid*] *quod* k. — *peterent* k. — 6. *haec* om. k. — *omnia*] *omnia iudicia* B G K cum quattuor Oxoniensibus et A. Cf. v. 13 sq. p. 25. v. 12. et var. lect. ad p. 10, 28. — 9. *deferendis* G et A. — *postea vadimonium quoque missum* B a b c d f g h i l m n: *postea quoque vadimonium missum* e et Aꝛ, *postea vadimonium missum* G, *posteaquam vadimonium missum* k et L, *posteaquam vadimonium [quoque] missum* O. — 12. *facere* om. k. — *iudicium id* e k et A. — 13. *repudiet et fateatur* Gar. 2: *repudiet: qui fateatur* L, *repudiet: fatetur* k, *repudiet: fateatur* cum ceteris libris Aꝛ O. — 17. *aduocatione copiosa* B G a b c d f g h i l m n. — 18. *ingratis* e f k l m et Aꝛ, *ingrato* h i n, *ingratio* B, *ingratus* G b. Scripturam *ingratiis* firmat P pro M. Tullio §. 5. Cf. tamen Zumpt ad Verr. p. 670. — 20. *iactentur*] *locentur* B G a b c d e f g h i l n. Fort. *minae iactentur, insidiae locentur*. — 21. *hiis* c d f, *iis* m et ꝛ. — 22. *se dedat* Klotzius (ed. alt.): *sedeat* B G K cum quattuor Oxoniensibus, *cedat* A L ꝛ O. — 23. *qui* om. e. — *consensum* G a b c d f g h i l m n et pr. e. — 25. *animum oculosque* k. — 28. *Quid*] *quod* k. — 32. *omni* b c k n. — 34. *ait* errore typographico ꝛ.

continuone verum fuit postulare, ut ex edicto bona possidere liceret? Ad haec extrema et inimicissima iura tam cupide decurrebas, ut tibi nihil in posterum, quod gravius atque crudelius facere posses, reservares? 49. Nam quid homini potest turpius, quid vero miserius aut acerbius usu venire? quod tantum evenire dedecus, quae tanta calamitas inveniri potest? Pecuniam si cuipiam fortuna ademit aut si alicuius eripuit iniuria, tamen, dum existimatio est integra, facile consolatur honestas egestatem. At non nemo aut ignominia affectus aut iudicio turpi convictus bonis quidem suis utitur, alterius opes, id quod miserrimum est, non exspectat: hoc tamen in miseriis adiumento et solatio sublevatur. Cuius vero bona venierunt; (cuius non modo illae amplissimae fortunae, sed etiam victus vestitusque necessarius sub praeconem cum dedecore subiectus est) is non modo ex numero vivorum exturbatur, sed, si fieri potest, infra etiam mortuos amandatur. Etenim mors honesta saepe vitam quoque turpem exornat: vita turpis ne morti quidem honestae locum relinquit. 50. Ergo hercule, cuius bona ex edicto possidentur, (huius omnis fama et existimatio cum bonis simul possidetur;) de quo libelli in celeberrimis locis proponuntur, huic ne perire quidem tacite obscureque conceditur; cui magistri fiunt et domini constituuntur, qui, qua lege et qua condicione pereat, pronuntient; de quo homine praeconis vox praedicat et pretium conficit: huic acerbissimum vivo videntique funus ducitur, si funus id habendum sit, quo non amici conveniunt ad exsequias cohonestandas, sed bonorum emptores, ut carnifices, ad reliquias vitae lacerandas et distrahendas. XVI. 51. Itaque maiores nostri raro id accidere voluerunt; praetores, ut considerate fieret, comparaverunt: viri boni, cum palam fraudantur, cum experiundi potestas non est, timide tamen et pedetemptim istuc descendunt, vi ac necessitate coacti, inviti, multis vadimoniis desertis, saepe illusi ac destituti. Considerant enim, quid et quantum sit, alterius bona proscribere. Iugulare civem ne iure quidem quisquam bonus vult: mavult commemorare, se, cum posset perdere, pepercisse, quam, cum parcere potuerit, perdidisse. Haec in homines alienissimos, denique inimicissimos, viri boni faciunt et hominum existimationis et communis humanitatis causa, ut, cum ipsi nihil alteri scientes incommodarint, nihil ipsis iure incommodi cadere possit. 52. Ad vadimonium non venit. Quis?

---

1. *verum*] *uestrum* k l, *aequum* e m. «*Verum* pro *iusto* hic accipe» mg. h. Cf. nos ad Horat. Epp. 1, 7, 98. — 3. *atque*] *aut* B G g. — 4. *uero* BGK et AL: *viro* cum Manutio ℒO. — *aut*] *quid* k. — 6. *cuipiam si* A. — 9. «al. *altiores opes*, mendose» mg. ℒ. — 11. *subleuantur* e. — *uenierint* k. — 12. *praeconem* Wesenberg: *praecone* cum libris A L ℒ O. Vid. Madvig ad Cic. de Finn. p. 228 sq. — 13. *is non modo - - - mortuos mandatur* om. b c. — *virorum* A et errore typogr. O. — 14. «al. *etiam infra mort.*» mg. ℒ. — *mandatur* B G a d e f g h i k l m. — *Etenim - - relinquit.*] Ex multis huius pravae sententiae sanandae tentaminibus maxime arrident Orellii et Handii (Tursell. IV. p. 61.) coniecturae, quorum ille et *honesta* et *turpem* delenda censet, hic dumtaxat *turpem*; Klotzius *non* inseruit ante v. *turpem*. (*mors turpis ne vitae quidem* var. lect. Nauger.) — 18. *locis ponuntur* k. — 19. *quidem*] *quidem certe* e et A ℒ. — 20. *et conditione* b c k. — 22. *dicitur* B b c d h n et pr. f, *indicitur* e k et A ℒ, *inducitur* m. — *sit*] *est* Halmius. — 23. *ut*] *et* k. — 25. *accedere* c d f g. Cf. §. 3. — 30. *ciues* k. — *mavult* P: *mavult enim* cum ceteris libris ALℒO. — 32. *homines nulla secum cognatione aut affinitate coniunctos, alienissimos* L, miro errore ex Hotomani adnotatione verba ista supervacanea adsciscens. — *denique in inimicissimos* Manutius. — 34. *nihil in se iure* G l m et corr. f.

Propinquus. Si res ista gravissima sua sponte videretur, tamen eius atrocitas necessitudinis nomine levaretur. Ad vadimonium non venit. Quis? Socius. Etiam gravius aliquid ei deberes concedere, quicum te aut voluntas congregasset aut fortuna coniunxisset. Ad vadimonium non venit. Quis? Is, qui tibi praesto semper fuit. Ergo in eum, qui semel hoc commisit, ut tibi praesto non esset, omnia tela coniecisti, quae parata sunt in eos, qui permulta male agendi causa fraudandique fecerunt? 53. Si dupondius tuus ageretur, Sex. Naevi, si in parvula re captionis aliquid vererere, non statim ad C. Aquilium aut ad eorum aliquem, qui consuluntur, concurrisses? Cum ius amicitiae, societatis, affinitatis ageretur; cum officii rationem atque existimationis duci conveniret: eo tempore tu non modo non ad C. Aquilium aut L. Lucilium rettulisti, sed ne ipse quidem te consuluisti, ne hoc quidem tecum locutus es: Horae duae fuerunt; Quinctius ad vadimonium non venit: quid ago? Si mehercule haec tecum duo verba fecisses: Quid ago? (respirasset cupiditas atque avaritia paulum) aliquid loci rationi et consilio dedisses; tu te collegisses; non in eam turpitudinem venisses, ut hoc tibi esset apud tales viros confitendum, qua tibi vadimonium non sit obitum, eadem te hora consilium cepisse, hominis propinqui fortunas funditus evertere. XVII. 54. Ego pro te nunc hos consulo, post tempus et in aliena re, quoniam tu in tua re, cum tempus erat, consulere oblitus es. Quaero abs te, C. Aquili, L. Lucili, P. Quinctili, M. Marcelle: Vadimonium mihi non obiit quidam socius et (affinis meus,

---

1. *eius atrocitas* om. Iul. Severianus p. 342. Capp. — 3. *gravius* om. k. — 5. *semper praesto* c k. — 6. *tela omnia* k. — 8. *dupondius tuus*] *dupondius unus* L (e codice), *de praediis tuis* k et ℒ. (*dupundius* scriptum in multis codicibus et A.) Cf. Iul. Rufinianus de fig. sent. et eloc. p. 203. ed. Ruhnk. — *in parua re* h, *in aliqua re* k. — 9. *captiuis* b c d f h i n, *captiuus* g m, *capitis* e k l et mg. f, *captiuis vel capitis* a. — *uerere* B G b c d e f g h i n, *uereretur* m. — *non* om. Rufinianus. — *aut eorum* k cum Rufiniano. — 10. *qui*] *cui* G e m. — *cucurrisses* L cum Rufiniano et codice Car. Stephani. Cf. Zumpt ad Verrin. p. 895 sq. — 11. *affinitatis* om. P. — 12. *non modo non ad C. Aquilium aut L. Lucilium retulisti, sed ne ipse quidem te consuluisti* P: *non modo non ad C. Aq. aut ad L. Luculum acedere debuisses ne ipse idem tu consuluisti. sed ne ipse quidem ad te retulisti* a, *non modo non ad C. Aq. aut L. Luculum* (*Luctullum* n) *ne ipse quidem te consuluisti, sed ne ipse quidem ad te retulisti* B b c d f g i n, *non modo non ad C. Aq. aut L. Lucullum sed ne ipse quidem te consuluisti, sed ne ipse quidem ad te retulisti* e, *non modo ad C. Aq. aut L. Lucullum sed ne ipse quidem ad te retulisti* k, *non modo non ad C. Aq. aut L. Lucullum ne idem ipse te consuluisti ne ipse quidem ad te retulisti* l, *non modo non ad C. Aq. aut L. Lucullum ne idem ipse te contulisti sed ne ipse quidem ad te retulisti* m, *non modo non ad C. Aq. L. Lucullum ne ipse quidem te consuluisti, sed ne ipse quidem ad te retulisti* h, *non modo non ad C. Aquillium aut ad L. Luculum ne idem ipse te contulisti* G, *non modo ad C. Aquilium: aut L. Lucullum ne idem ipse te consuluisti: sed ne ipse quidem ad te retulisti* A, *non modo* (*aut* add. ℒ.) *C. Aquillium, aut L. Lucullum, sed ne ipse quidem te consuluisti: sed ne ipse quidem ad te retulisti* L ℒ, *non modo non ad C. Aq. aut ad L. Lucilium retulisti, sed ne ipse quidem te consuluisti* O. Sed praepositio *ad* ante *L. Lucilium* deest in P, saltem in editione Patavina a. 1753., cum qua Peyron codicem contulit. — 13. *ne*] *non* k, *nec* m. — *hoc* P a f k l: *haec* A L ℒ O. — 14. *es* om. P. — 16. *paulum* P: *paululum* cum reliquis libris A L ℒ O. — 18. *apud*] *ante* k. — *conficiendum* a b c d e f k m et A. — *qua*] *quia* k. — *tibi*] *tibi hora* L. — 19. *propinqui* om. Macrobius de diff. gr. et lat. verbi (p. 2763. ed. Putsch.) p. 268. Ian. et Incertus de Verbo in Anal. grammat. ed. Eichenfeld et Endlicher p. 164. — 20. *Ergo* k. — *hos* cum Rufiniano L O: *hoc* B G K et A ℒ. — 21. *et* om. m et L ℒ. — *quoniam*] *quos* L, *quod* ℒ. (*quoniam* etiam Rufinianus et B G K.) — *in tua*] *cum tua* e. — 22. *Lucili* Orellius: *luculi* a, *luculli* b c d f g h i n, *luculle* e k l m, Rufinianus et A L ℒ.

quicum mihi necessitudo vetus, controversia de re pecuniaria recens intercedit. Postulone a praetore, ut eius bona mihi possidere liceat, an, cum Romae domus eius, uxor, liberi sint, domum potius denuntiem? Quid est, quod hac tandem de re vobis possit videri? Profecto, si recte vestram bonitatem atque prudentiam cognovi, non multum me fallit, si consulamini, quid sitis responsuri: primum, exspectare; deinde, si latitare ac diutius ludificare videatur, amicos convenire; quaerere, quis procurator sit; domum denuntiare. Dici vix potest, quam multa sint, quae respondeatis ante fieri oportere quam ad hanc rationem extremam necessariam devenire. 55. Quid ad haec Naevius? Ridet scilicet nostram amentiam, qui in vita sua rationem summi officii desideremus et instituta virorum bonorum requiramus. Quid mihi, inquit, cum ista sanctimonia ac diligentia? Viderint, inquit, ista officia viri boni; de me autem ita considerent, non, quid habeam, sed quibus rebus invenerim; quaerant et quemadmodum natus et quo pacto educatus sim. Memini; vetus est, *de scurra multo facilius divitem quam patrem familias fieri posse.* 56. Haec ille, si verbis non audet, re quidem vera palam loquitur. Etenim si vult virorum bonorum instituto vivere, multa oportet discat atque dediscat: quorum illi aetati utrumque difficile est. XVIII. Non dubitavi, inquit, cum vadimonium desertum esset, bona proscribere. — Improbe; verum, quoniam tu id tibi arrogas et concedi postulas, concedamus. Quid? si numquam deseruit, si ista causa abs te tota per summam fraudem et malitiam ficta est, si vadimonium omnino tibi cum P. Quinctio nullum fuit: quo te nomine appellemus? Improbum? At etiam si desertum vadimonium esset, tamen in ista postulatione et proscriptione bonorum improbissimus reperiebare. Malitiosum? Non negas. Fraudulentum? Iam id quidem arrogas tibi et praeclarum putas. Audacem? cupidum? perfidiosum? Vulgaria et obsoleta sunt; res autem nova atque inaudita. 57. Quid ergo est? Vereor mehercule, ne aut gravioribus utar verbis, quam natura fert, aut levioribus, quam causa postulat. Ais esse vadimonium desertum. Quaesivit a te statim, ut Romam rediit, Quinctius, quo die vadimonium istuc factum esse diceres. Respondisti statim, Nonis Februariis. Discedens in memoriam

---

1. *quocum* Rufinianus. Vid. Iordan ad or. pro Caec. p. 140. — *recens de re pecuniaria* k. — 3. *eius*] *ei* e et A. Cf. §. 86. — 4. *uobis hac tandem de re* e, *tandem hac de re uobis* l. — 5. *atque*] *ac* A. — 6. *quid*] *quod* k. — 8. *qui* e, *inquis* B, *ecquis* Ursinus. — *demum* k. — 9. *extremam ac necessariam* L, *extremam nec necessariam* Cod. Iannoct., *extr. necessariamque* Palatt. 5. 7., *extr. necessarium sit* Halmius. — 10. *Quid* cet.] Cf. Aquila Rom. p. 189. Iul. Rufin. p. 226. Frotsch. — 11. *qui - - - desideremus*] «al. *cum - - - desideramus.*» mg. 𝔏. — 12. *virorum bonorum* B G b c d e f l m n et A: *bonorum virorum* cum ceteris codicibus et Rufiniano L 𝔏 O. Cf. v. 13. §. 51. §. 56. §. 66. §. 67. §. 94. — «al. *requirimus.*» mg. 𝔏. — 13. *ista* B G a b c d f g h i l n: *ista summa* e k m et A L 𝔏 O. — *diligentia ac sanctimonia* e et A, *sanctimonia et diligentia* k. — *inquit* om. L. — 14. *autem*] *tantum* k. — *ita*] *ista* g k cum codice Car. Stephani. — 15. *quaerant: quemadmodum* L. — *et quo*] *e quo* k. — *educatus sum, memini* L 𝔏, *educatus sim, meminerint* cod. Ursini. — 16. *vetus est de scurra: multo* cum Manutio O. — 18. *si vult*] *simulat* e. — *bonorum uirorum* d g. Cf. §. 55. — 19. *atque*] *ac* B c d h i m, *et* k. — 21. *verum*] *utrum* a e f h i l et A. — *tibi tu id* k. — 23. *facta* a b c e f h i l m n. — 25. *disertum* k. — 26. *Malitiosum? Non negas*] *Non malitiosum negas* B G a b c d e f g h i l m n, *num malitiosum? negas* k et A 𝔏. Emendavit Lambinus. — 29. *atque*] *et* k et A L 𝔏. — 30. *aut* om. k. — 32. *istud* a g k. — 33. *Februariis* G: *Februarii* k. Ceteri compendium exhibent.

rediit Quinctius, quo die Roma in Galliam profectus sit; ad ephemeridem revertitur: invenitur dies profectionis, pridie Kal. Februarias. Nonis Februariis si Romae fuit, causae nihil dicimus, quin tibi vadimonium promiserit. 58. Quid? hoc inveniri qui potest? Profectus est una L. Albius, homo cum primis honestus; dicet testimonium. Prosecuti sunt familiares et Albium et Quinctium; dicent hi quoque testimonium. Litterae P. Quinctii, testes tot, quibus omnibus causa iustissima est, cur scire potuerint, nulla, cur mentiantur, cum adstipulatore tuo comparabuntur. 59. Et in hac eiusmodi causa P. Quinctius laborabit et diutius in tanto metu miser periculoque versabitur? et vehementius eum gratia adversarii perterrebit, quam fides iudicis consolabitur? Vixit enim semper inculte atque horride; natura tristi ac recondita fuit; non ad solarium, non in campo, non in conviviis versatus est; id egit, ut amicos observantia, rem parsimonia retineret; antiquam officii rationem dilexit, cuius splendor omnis his moribus obsolevit. At, si in causa pari discedere inferior videretur, tamen esset non mediocriter conquerendum: nunc in causa superiore ne ut par quidem sit postulat, inferiorem esse se patitur, dumtaxat usque eo, ne cum bonis, fama fortunisque omnibus Sex. Naevii cupiditati crudelitatique dedatur.

XIX. 60. Docui, quod primum pollicitus sum, C. Aquili, causam omnino, cur postularet, non fuisse, quod neque pecunia debebatur et, si maxime deberetur, commissum nihil esset, quare ad istam rationem perveniretur. Attende nunc, ex edicto praetoris bona P. Quinctii possideri nullo modo potuisse. Tracta edictum: QVI FRAVDATIONIS CAVSA LATITARIT. Non est is Quinctius, nisi si latitant, qui ad negotium suum relicto procuratore proficiscuntur. CVI HERES NON EXSTABIT. Ne is quidem. QVI EXSILII CAVSA SOLVM VERTERIT. [Dici hoc de P. Quinctio non

---

2. *pridie Kal.*] Aut haec aut quae supra §. 24. scripta sunt, corrupta esse apparet; certa medela nondum reperta est. — *Februarii* e k; in ceteris sunt compendia. — 3. *Februariis* G: *Februarii* e k; in ceteris sunt compendia. — 5. *cum primis*] *in primis* V L 𝔏. — *dicit* a b c d f g h i k l m, *dicis* n. — *profecti* B a b c d f g h i k l m n et A 𝔏, *secuti* e. («al. *prosecuti*, vel dic *Albii et Quintii.*» mg. f.) — 6. *fam. Albii et Quintii* a, *fam. et Albii et Quintii* B h i k n et A L 𝔏. — *hii* c d f g i, *ii* k m. — 8. *comparabuntur. Et* A L 𝔏: *comparabuntur? Et* O. — 9. *Et* om. k. — 10. *eum*] *cum* k. — *gratia*] *causa* e. — 12. *ac*] *atque* e l et A. — 15. *omnis*] *omnibus* G A. — 17. *inferiorem*] *inferiore* e. — 18. *esse se patitur* 𝔏 O: *esse patitur* G a b c d e f g h i l m n et A, *se esse patitur* k et L. — 21. *debebatur*] *deberetur* L. — 22. *esse* B G a b c d e g i k l m n et A 𝔏. — 23. *ex* om. k. Cf. ad p. 17. v. 5. — *possidere* M b c d e f g h i l et A L 𝔏. — 24. *Tracta* Aldina et Cratandrina: *tractat* B G K M et V A, *Recita* L 𝔏 O. Cf. Tuscul. 4, 24, 53. — 25. *latitat* B i n, om. G M a b c d e f g k l m et A, *latitarit* mg. f. (*latitabit* Th. Mommsen *Zeitschr. f. Alterthumsw.* 1845. p. 1092. Sed cf. §. 86.) — *nisi latitant* M e et L 𝔏, *nisi ii latitant* codex Car. Stephani, *nisi si latitarunt* A, *nisi si latitarit* G a k l, *nisi latitarit* m. — 26. *proficiscuntur*] *proficiscitur* G, *profectus est* k. — 27. VERTERIT. *Dici hoc - - - FUERIT. Quo* cet. L: *verterit. Quo* cet. (mediis omissis) cum libris notis omnibus A 𝔏 O. Hotomanus «ex libro manuscripto perantiquo» scripserat: *verterit. Dici id non potest. QUI ABSENS IUDICIO DEFENSUS NON FUERIT. Ne id quidem. Quo* cet. Lambinus: «Restituimus in manuscriptis reperta, neque tamen reperimus ea Ciceronis verba, quae testatur Hotomanus se una cum verbis edicti reperisse, *ne hoc quidem*, neque vero sunt necessaria.» Falso igitur simile additamentum, *Ne is quidem,* Lambino tribuitur in mg. 𝔏. Vide omnino Kellerum p. 44 sqq. 64 sqq. et e contrario Th. Mommsen l. d., qui omni supplemento reiecto locum sanare conatur sic distinguendo et scribendo: VERTERIT. *Quo tempore? — Existimas oportuisse, Naevi, absentem Quinctium defendi. At quomodo? Tum, cum postulabas, ut bona possideres, nemo adfuit.* Cf. J. Frei *Philol. Schneidewin.* VI. p. 324 sqq. Eaedem quae h. l. negandi formulae sunt pro Tullio §. 48.

potest. QUI ABSENS IUDICIO DEFENSUS NON FUERIT.] Quo tempore existimas oportuisse, Naevi, absentem Quinctium defendi aut quomodo? Tum, cum postulabas, ut bona possideres? Nemo adfuit; neque enim quisquam divinare poterat te postulaturum, neque quemquam attinebat id recusare, quod praetor non fieri, sed ex edicto suo fieri iubebat. 61. Qui locus igitur absentis defendendi procuratori primus datus est? Cum proscribebas. Ergo adfuit, non passus est, libellos deiecit Sex. Alfenus: qui primus erat officii gradus, servatus est a procuratore summa cum diligentia. Videamus, quae deinde sint consecuta. Hominem P. Quinctii deprehendis in publico, conaris abducere. Non patitur Alfenus; vi tibi adimit; curat, ut domum reducatur ad Quinctium. Hic quoque summe constat procuratoris diligentis officium. Debere tibi dicis Quinctium: procurator negat. Vadari vis: promittit. In ius vocas: sequitur. Iudicium postulas: non recusat. Quid aliud sit absentem defendi, ego non intelligo. 62. At quis erat procurator? Credo aliquem eiectum hominem, egentem, litigiosum, improbum, qui posset scurrae divitis quotidianum convicium sustinere. Nihil minus: eques Romanus locuples, sui negotii bene gerens, denique is, quem, quoties Naevius in Galliam profectus est, procuratorem Romae reliquit. XX. Et audes, Sex. Naevi, negare, absentem defensum esse Quinctium, cum eum defenderit idem, qui te solebat? et, cum is iudicium acciperet pro Quinctio, cui tu et rem et famam tuam commendare proficiscens et concredere solebas, conaris hoc dicere, neminem exstitisse, qui Quinctium iudicio defenderet? — 63. Postulabam, inquit, ut satis daret. — Iniuria postulabas; ita videbare: recusabat Alfenus. — Ita, verum praetor decernebat. — Tribuni igitur appellabantur. — Hic te, inquit, teneo; non est istud iudicium pati neque iudicio defendere, cum auxilium a tribunis petas. — Hoc ego, cum attendo, qua prudentia sit Hortensius, dicturum esse eum non arbitror. Cum autem antea dixisse audio et causam ipsam considero, quid aliud dicere possit, non reperio. Fatetur enim libellos Alfenum deiecisse, vadimonium promisisse, iudicium quin acciperet in ea ipsa verba, quae

---

4. *te* om. M h k. — *neque*] *ne ad* k. — *id* om. k. — 5. *quod praetor non fieri sed ex edicto suo fieri iubebat*] *quod praetor non fieri sed edicto suo fieri iubebat* G M a b c d e f h i l m et A, *quod praetor non fieri sed edicto fieri iubebat* g, *quod praetor non fieri iubebat* (mediis omissis) k, *quod praetor non ex edicto fieri suo iubebat* L (invito Lambino, qui voluit *quod praetor non ex edicto suo fieri iubebat), quod praetor, sed ex edicto suo iubebat* 𝔈. Vid. Kellerum p. 88 sqq. et p. 241. — 6. *absenti - procuratoris* M. — *defendi* k. — 7. *Ergo* om. k. — *libellos dari deiecit* A. — 9. *sunt* k. — 11. *ademit* G M a b c d e f g h l m n et A 𝔈. — 13. *negat*] *recusat* e. — *uadari: uir promittit* k. — *uocat* b c d e f (*uocas* mg. f). — 14. *postulat* e. — *ego* om. b k. — 15. *electum* M b c d g i et pr. B f h. — 16. *diuitiis* pr. e, *de uitiis* h, *deuictis* B b c d f g i n, *deuictius* G, *deuicti* a l, «*deuicti* vel *deuictus*» mg. f, *diutius* M k. — 20. *idem* om. k m. — 21. *acciperet* B G a b c d e f g h i l m n et A: *acceperit* k et L 𝔈 O. Vid. Kellerum p. 242. n. 103. («*acciperet* i. e. paratus esset accipere.» GAR. 2.) — *tu ueterem et famam* B G a b c d f h i n, *tu ueterem et rem et famam* e, *et tu et famam tuam et rem* k. — 24. *satis daret* B m et A 𝔈: *satisdarent* G a b c d f g h i l n, *satisdaretur* e k cum codice Car. Stephani, *satisdares* L (ex coniectura). Cf. Kellerum p. 127. 137. — *ita videbare* cum libris omnibus (nisi quod d habet *videbate*) A 𝔈: *Ita iubebare* (ut verba sint Naevii) cum Hotomano LO. Vid. Kellerum p. 127 sqq. — 26. *iudicium* om. B G K et A. Excidisse videtur propter praecedentis vocabuli syllabam ultimam. — *nec iudicium defendere* k. — 27. *ego te cum* a b c d e f g k l m et A. — 29. *autem*] *aut* c d f g m, *haud* G a k l. — 30. *fateor* G a e f l m. — *dedisse* k.

Naevius edebat, non recusasse, ita tamen, more et instituto, per eum magistratum, qui auxilii causa constitutus est. 64. Aut haec facta non sint necesse est, aut C. Aquilius, talis vir, iuratus hoc ius in civitate constituat: cuius procurator non omnia iudicia acceperit, quae quisque in verba postularit, cuius procurator a praetore tribunos appellare ausus sit, eum non defendi, eius bona recte possideri posse, ei misero, absenti, ignaro fortunarum suarum omnia vitae ornamenta per summum dedecus et ignominiam deripi convenire. 65. Quod si probari nemini potest, illud certe probari omnibus necesse est, defensum esse iudicio absentem Quinctium. Quod cum ita sit, ex edicto bona possessa non sunt. — At enim tribuni plebis ne audierunt quidem. — Fateor, si ita est, procuratorem decreto praetoris oportuisse parere. Quid? si M. Brutus intercessurum se dixit palam, nisi quid inter ipsum Alfenum et Naevium conveniret, videturne intercessisse appellatio tribunorum non morae sed auxilii causa? XXI. 66. Quid deinde fit? Alfenus, ut omnes intelligere possent, iudicio defendi Quinctium, ne qua subesse posset aliena aut ipsius officio aut huius existimatione suspicio, viros bonos complures advocat, testatur isto audiente, se pro communi necessitudine id primum petere, ne quid atrocius in P. Quinctium absentem sine causa facere conetur; sin autem inimicissime atque infestissime contendere perseveret, se paratum esse omni recta atque honesta ratione defendere, quod petat, non deberi; se iudicium id, quod edat, accipere. 67. Eius rei condicionisque tabellas obsignaverunt viri boni complures. Res in dubium venire non potest. Fit rebus omnibus integris, neque proscriptis neque possessis bonis, ut Alfenus promittat Naevio, sisti Quinctium. Venit ad vadimonium Quinctius. Iacet res in controversiis isto calumniante biennium, usque dum inveniretur, qua ratione res ab usitata consuetudine recederet et in hoc singulare iudicium causa omnis concluderetur. 68. Quod officium, C. Aquili, commemorari procuratoris potest, quod ab Alfeno praeteritum esse videatur? Quid affertur, quare P. Quinctius negetur absens esse defensus? An vero id, quod Hortensium, quia nuper iniecit et quia Naevius semper id clamitat, dicturum arbitror, non fuisse Naevio parem certationem cum Alfeno illo tempore, illis

---

1. Post v. *recusasse* lacunae signa posuerunt L ℒ O, quam sic explendam putavit Lambinus: *cum satisdare a praetore iuberetur recusasse*, alii aliter. Sed optime Gar. 2: «*non recusasse, ita tamen*] nempe, quin acciperet id iudicium, quale sublata per tribunorum auxilium satisdatione experiundum relinqueretur. Nihil deesse arbitror.» Cf. Kellerum p. 244. n. 107. idem sentientem. — 2. *constitutum* e. — 4. *procurator non omnia* («etiam iniqua ac perniciosa, cf. §. 83.» Gar. 2.) *iudicia acceperit*, *quae* ℒ cum Palatino 7: *procurator non omnia iudicia quae* (verbo omisso) B G K (praeter k) et A, *procurator omnia iudicia acceperit*, *quae* cum Hotomano L, *procurator non recusarit omnia iudicia, quae* k et O. — 5. *tribunos*] *ad tribunos* k. — 7. *ignaro fortunarum* cum codicibus notis omnibus A ℒ: *ignaro, omnia fortunarum* cum Hotomano L O. — 8. *ignominia* e. — *diripi* B G a b c d e f g h i l m n et A L ℒ. Ernestii emendationem *deripi* firmat k. — 10. *sit* l et corr. e: *est* cum reliquis codd. A L ℒ O. — 12. *praetoris*] *praetoris Romani* B G a b c d e f g h i l m et A L ℒ, *et* n. — 13. *Alfenum* pro glossemate habet Manutius. — 14. *conuenisset* k. — *more* a k l m, *morte* B cum ceteris Parisiensibus et A. Cf. Kellerum p. 165 sq. 16. *defendit* A. — 18. *testantur* a b c d e f l m. — 21. *perseuerat* e. — 22. *petat*] *patet* P. — *iudicio id* k m et A ℒ, *iudicium in id* L ex coniectura. — 26. *Iacet*] *tacet* B G K et A. — — 28. *et* om. P absorptum a postrema praecedentis verbi syllaba. — 29. *C.* om. B G c d g h i k l m et A. — 31. *negetur absens esse* P: *absens negatur esse* ceteri codices noti et A, *absens negetur esse* cum Hotomano L ℒ O. — *quia nuper*] *qui nuper* g k. — 33. *cum*] *quom* P.

dominantibus? Quod si velim confiteri, illud, opinor, concedent, non procuratorem P. Quinctii neminem fuisse, sed gratiosum fuisse. Mihi autem ad vincendum satis est, fuisse procuratorem, quicum experiretur. Qualis is fuerit, si modo absentem defendebat per ius et per magistratum, nihil ad rem arbitror pertinere. — 69. Erat, inquit, illarum partium. — Quidni? qui apud te esset eductus, quem tu a puero sic instituisses, ut nobili ne gladiatori quidem faveret. Si, quod tu semper summe cupisti, idem volebat Alfenus, ea re tibi cum eo par contentio non erat? — Bruti, inquit, erat familiaris; itaque is intercedebat. — Tu contra Burrieni, qui iniuriam decernebat, omnium denique illorum, qui tum et poterant per vim et scelus plurimum et, quod poterant, id audebant. An omnes tu istos vincere volebas, qui nunc, tu ut vincas, tanto opere laborant? Aude id dicere, non palam, sed ipsis quos advocasti: tametsi nolo eam rem commemorando renovare, cuius omnino rei memoriam omnem tolli funditus ac deleri arbitror oportere. XXII. 70. Unum illud dico: si propter partium studium potens erat Alfenus, potentissimus Naevius; si fretus gratia postulabat aliquid iniquius Alfenus, multo iniquiora Naevius impetrabat. Neque enim inter studium vestrum quidquam, ut opinor, interfuit; ingenio, venustate, artificio tu facile vicisti. Ut alia omittam, hoc satis est: Alfenus cum iis et propter eos periit, quos diligebat; tu postquam qui tibi erant amici non poterant vincere, ut amici tibi essent qui vincebant, effecisti. 71. Quod si tum par tibi ius cum Alfeno fuisse non putas, quia tamen aliquem contra te advocare poterat, quia magistratus aliqui reperiebatur, apud quem Alfeni causa consisteret: quid hoc tempore Quinctio statuendum est? cui neque magistratus adhuc aequus inventus est neque iudicium redditum est usitatum, non condicio, non sponsio, non denique ulla umquam intercessit postulatio, mitto aequa, verum ante hoc tempus ne fando quidem audita. De re pecuniaria cupio contendere. — Non licet. — At ea controversia est. — Nihil ad me attinet; causam capitis dicas oportet. — Accusa, ubi ita necesse est. — Non, inquit, nisi tu ante novo

1. *concedant* B b c e f i. — 3. *quicum*] *qui quom* P. — *experiretur* P: *experiri posset* cum ceteris codicibus A L 𝔏 O. Vid. Madvig Opusc. alt. p. 310. — 4. *et magistratum* (omisso *per*) b c k et 𝔏. — 5. *Erat* P (saltem ed. Patavina) B d e k et 𝔏: *Erat enim* cum ceteris libris A L O. — 6. *quid neq. apud* P. — *eductus* P: *educatus* cum ceteris codicibus A L 𝔏 O. Cf. §. 21. — 7. *ueret* B d e f g h i n, *uereretur* G a l et mg. f, *iret* b c, *caederet* («unumque id verbum a recentiori manu») m, *cederet* k et A L 𝔏. (*faveret* P et «vetus liber» Ursini.) — *Si quod*] *sicut* codices praeter P omnes et A L 𝔏. — 8. *summe* om. G a b c d f l. — *cupisti* P: *concupisti* cum ceteris libris A L 𝔏 O. — *idem*] *item* L. — *alfaenus* P. — 9. *non* om. B a b d e f g l m n et A L 𝔏. — *Bruti*] *Breui* A. — 10. *Burrieni*] *Brutum* k. — *qui contra iniuriam* k l m, *qui iniuria* Manutius et Ravius *Var. Lect.* I. p. 35. — *illorum tibi societatem adiungebas qui* k. — 11. *et* ante v. *poterant* om. P. — 12. *nolebas* B b (d f) g h i, *mallebas* k. — 13. *tantopere* B G a b c d e f g h i k n et A L 𝔏. — *ipsis* P: *is ipsis* a b l n, *hiis ipsis* c d f i, *his ipsis* cum ceteris codicibus A L 𝔏 O. — 14. *aduocastis* a b c d f g i l n et pr. e. — *tamenetsi* B b c d f g i n, *tamen si* a, *tum etsi* G l. (*tametsi* etiam P, saltem editio Patavina.) — 17. *potentissimus erat Nevius* cum Ursino L. — 18. *multa* B G et pr. e. — *nequiora* k. — *imperabat* A. — 19. *venustate* Turnebus et Muretus: *vetustate* cum codicibus A L 𝔏 O. Cf. §. 11. 93. — 20. *iis*] *his* G a b e h m n et A, *is* l. — 23. *fuisset* k. — *tamen*] *tum* h i k et A, *cum* n. — 24. *aliqui* B b c d e g h i n et pr. f: *aliquis* cum reliquis codicibus A L 𝔏 O. — *reperiebantur* B b c d e h i n. — 25. *quem*] *quos* B e h i n. — 28. *nefande* e, *nefanda* A. — 29. *auditu* A. — 30. *At ea*] *ad ea* B a b c d f g h i k l n, *At ea de re* L. — 31. *ubi*] *ibi* B b c d g h i, *tibi* a f k l m (?) n.

modo priore loco dixeris. — Dicendum necessario est. — Praestituendae horae ad arbitrium nostrum. — Iudex ipse arcebit. — 72. Quid tum? tu aliquem patronum invenies, hominem antiqui officii, qui splendorem nostrum et gratiam negligat? Pro me pugnabit L. Philippus, eloquentia, gravitate, honore florentissimus civitatis; dicet Hortensius, excellens ingenio, nobilitate, existimatione; aderunt autem homines nobilissimi ac potentissimi, quorum frequentiam et consessum non modo P. Quinctius, qui de capite decernit, sed quivis, qui extra periculum sit, perhorrescat. — 73. Haec est iniqua certatio, non illa, qua tu contra Alfenum equitabas: huic ne ubi consisteret quidem contra te locum reliquisti. Quare aut doceas oportet, Alfenum negasse se procuratorem esse, non deiecisse libellos, iudicium accipere noluisse, aut, cum haec ita facta sint, ex edicto te bona P. Quinctii non possedisse concedas.

XXIIII. Etenim si ex edicto possedisti, quaero, cur bona non venierint, cur ceteri sponsores et creditores non convenerint. Nemone fuit, cui deberet Quinctius? Fuerunt, et complures fuerunt, propterea quod Caius frater aliquantum aeris alieni reliquerat. Quid ergo est? Homines erant ab hoc omnes alienissimi, et iis debebatur; neque tamen quisquam inventus est tam insignite improbus, qui violare P. Quinctii existimationem absentis auderet. 74. Unus fuit, affinis, socius, necessarius, Sex. Naevius, qui, cum ipse ultro deberet, quasi eximio praemio sceleris exposito cupidissime contenderet, ut per se afflictum atque eversum propinquum suum non modo honeste partis bonis, verum etiam communi luce privaret. Ubi erant ceteri creditores? denique hoc tempore ubi sunt? Quis est, qui fraudationis causa latuisse dicat? quis, qui absentem defensum neget esse Quinctium? Nemo invenitur. 75. At contra omnes, quibuscum ratio huic aut est aut fuit, adsunt, defendunt; fides huius multis locis cognita ne perfidia Sex. Naevii derogetur, laborant. In huiusmodi sponsionem testes dare oportebat ex eo numero, qui haec dicerent: vadimonium mihi deseruit, me fraudavit, a me nominis eius, quod infitiatus esset, diem petivit; ego experiri non potui; latitavit, procuratorem nullum reliquit. Horum nihil dicitur. Parantur

---

1. *Praestituendae*] *restituendum* B G K, *praestituendum* A. — 2. *arcebit* Spengel (Philologi Schneidew. vol. II. p. 298.) coll. §. 33: *arcebitur* B G K (nisi quod *creabitur* e, *acer acerbitur* a) et O, *arcessetur* A L 2. Eodem Spengelio auctore vv. *Non, inquit, nisi - - perhorrescat,* quae vulgo uni Naevio tribuebantur, inter Naevium et Quinctium divisimus. — *Quid? tum tu* A. — 7. *quorum*] *ut eorum* B G a b c d f g h i l m n et A, *ut quorum* e. — *consensum* B G a b c d f g i l m et pr. e. Pro *et* quod praecedit habent *atque* a e. — *non*] *ut non* b c d e g. — 9. *contra* om. k. — 10. *equitabas* B G K, item codex Car. Stephani et A: *velitabaris* cum Iuntina L 2 O. Totum locum sic audacissime refinxit L: *Haec est iniqua certatio, qua huic ne ubi consisteret quidem contra te, locum reliquisti: non illa, qua tu contra Alphenum velitabaris.* — 12. *ita* cum Cratandrina om. L 2. — 15. *sponsores*] *possessores* k (cum codice Ursini et Oxon. S). — 17. *Caius*] *Cecilius* A. — 18. *iis*] *his* a e h l m et A. — 19. *insigniter* k (cum cod. Ursini). — 20. *Unus fuit - - - ultro deberet* om. k. — 21. *ipsi nihil deberetur, ultro* L, *ipse ultro defendere deberet* Hotomanus, «al. *ipse ei ultro consulere deberet*» mg. 2. (*ultro* «insuper» explicant Grut. Graev. W. «immo, e contrario», Forcellin. «adeo» Scheller. Or.) — *quasi*] *qui quasi* B G a b c d e f g h i l m n et A. In h pro *quasi* a pr. m. incertum quid aliud fuerat. — 22. *exposito sceleris* k. — 27. *huic* om. k. — 28. *fides - - - derogetur*] Vid. Heinrich ad or. pro Flacco supplem. ined. p. 98 sq. — 29. *eiusmodi* l, *istiusmodi* 2. — *sponsione* a k m, om. l. — 30. *hoc* G a k et codex Car. Stephani. (*h^c^* alii plures.)

testes, qui haec dicant. Verum, opinor, viderimus, cum dixerint. Unum tamen hoc cogitent, ita se graves esse ut, si veritatem volent retinere, gravitatem possint obtinere, si eam negligere, ita leves sint, ut omnes intelligant, non ad obtinendum mendacium, sed ad verum probandum auctoritatem adiuvare. XXIV. 76. Ego haec duo quaero: primum, qua ratione Naevius susceptum negotium non transegerit, hoc est, cur bona, quae ex edicto possidebat, non vendiderit; deinde, cur ex tot creditoribus alius ad istam rationem nemo accesserit, ut necessario confiteare, neque tam temerarium quemquam fuisse, neque te ipsum id, quod turpissime suscepisses, perseverare et transigere potuisse. Quid, si tu ipse, Sex. Naevi, statuisti, bona P. Quinctii ex edicto possessa non esse? Opinor, tuum testimonium, quod in aliena re leve esset, id in tua, quoniam contra te est, gravissimum debet esse. Emisti bona Sex. Alfeni L. Sulla dictatore vendente. Socium tibi in his bonis edidisti Quinctium. Plura non dico. Cum eo tu voluntariam societatem coibas, qui te in hereditaria societate fraudarat, et eum iudicio tuo comprobabas, quem spoliatum fama fortunisque omnibus arbitrabare?

77. Diffidebam mehercule, C. Aquili, satis animo certo et confirmato me posse in hac causa consistere. Sic cogitabam: cum contra dicturus esset Hortensius et cum me esset attente auditurus Philippus, fore, uti permultis in rebus timore prolaberer. Dicebam huic Q. Roscio, cuius soror est cum P. Quinctio, cum a me peteret et summe contenderet, ut propinquum suum defenderem, mihi perdifficile esse contra tales oratores non modo tantam causam perorare, sed omnino verbum facere conari. Cum cupidius instaret, homini pro amicitia familiarius dixi, mihi videri ore durissimo esse, qui praesente eo gestum agere conaretur; qui vero cum ipso contenderent, eos, etiamsi quid antea recti aut venusti habere visi sint, id amittere; ne quid mihi eiusmodi accideret, cum contra talem artificem dicturus essem, me vereri. XXV. 78. Tum mihi Roscius et alia multa confirmandi mei causa dixit, ut mehercule, si nihil diceret, tacito ipso officio et studio, quod habebat erga propinquum suum, quemvis commoveret: etenim, cum artifex eiusmodi sit, ut solus dignus videatur esse, qui in scaena spectetur, tum vir eiusmodi est, ut solus dignus videatur, qui eo non accedat —; verum tamen,

1. *hoc* a b c d e f g h i k l n et A. Pronomen glossema videri posse monuit Gar. 2. — *videbimus* A. — 2. *uellent* c, *nolent* e. — *si*] *sin* L. — 3. *negligere* a et cod. Garatonii: *negligerent* d f l m, *neglexerint* B b c e g k n et A, *neglexerunt* G h i, *negligent* L 𝔏 O. — 5. *Ego haec*] *Sed ego haec* k, *Et haec* b c. — 8. *alius* c (?) e et A: *aliis* cum reliquis codicibus L 𝔏 O. Conf. §. 88. — 9. *tam temerarium* B G b c d e f i k l m n et A: *tam temerarium eorum* a, *eorum tam temerarium* L 𝔏 O. — 11. *Sex.* om. k. — 12. *id* om. L. — 14. *his* B G a h l m n et L: *hiis* b c d f g i, *iis* k, *huius* e et A 𝔏 O. — *edisti* B G b c d e f g i l m n, *adidisti* a. — *Quinctium*] *P. Quinctium* mg. 𝔏. — 15. *tu*] *in* k. — 16. *fraudauerat* k. — *eum*] *eo* k. — 18. *me hercle* k. — 20. *et cum me esset* B G a b c d f g h i l m n: *et eum esset* e, *et cum esset* k et AL𝔏O. — *Philippus*] *L. Philippus* mg. 𝔏. — 21. *uti multis* k. — 22. *a me*] *et me* B G b c d f g i l m n, *(et cum me* a,) unde Guilielmius: *ex me*. Sed vid. Hand Turs. II. p. 620. — 23. *propinquum suum* B G d g et A L 𝔏: *suum propinquum* cum reliquis codicibus O. Cf. §. 78. — 26. *conarentur* Halmius. — 28. *sint* Ernestius: *sunt* cum libris notis omnibus A L 𝔏 O. — *eiusdemmodi* B a d h i n et L, *cuiusmodi* G, *huiuscemodi* k. — 30. *ut* B G K (excepto k) et A: *et* k et L 𝔏 O. Vid. Klotzii Prooem. ed. alt. p. X. — 31. *habebat*] *adhibebat* cum Manutio L 𝔏. — 32. *etenim - - - accedat*] Cf. Quintil. Inst. Or. 9, 3, 86. Augustinus de consensu Evang. 1, 33. — *huiusmodi* g k. — 33. *in scaena spectetur*] *scenam introeat* Quintil. — 34. *videatur dignus* Quintil.

Quid, si, inquit, habes eiusmodi causam, ut hoc tibi planum sit faciendum, neminem esse, qui possit biduo aut summum triduo septingenta milia passuum ambulare, tamenne vereris, ut possis hoc contra Hortensium contendere? — Minime, inquam. 79. Sed quid id ad rem? — Nimirum, inquit, in eo causa consistit. — Quomodo? — Docet me eiusmodi rem et factum simul Sex. Naevii, quod si solum proferretur, satis esse deberet. Quod abs te, C. Aquili, et a vobis, qui estis in consilio, quaeso ut diligenter attendatis. Profecto intelligetis, illinc ab initio cupiditatem pugnasse et audaciam, hinc veritatem et pudorem, quoad potuerit, restitisse. Bona postulas, ut ex edicto possidere liceat. Quo die? Te ipsum, Naevi, volo audire; volo inauditum facinus ipsius, qui id commisit, voce convinci. Dic, Naevi, diem. — Ante diem v Kalend. intercalares. — Bene ais. Quam longe est hinc in saltum vestrum Gallicanum? Naevi, te rogo. — DCC milia passuum. — Optime. De saltu deiicitur Quinctius. Quo die? Possumus hoc quoque ex te audire? Quid taces? Dic, inquam, diem. Pudet dicere. Intelligo; verum et sero et nequiquam pudet. Deiicitur de saltu, C. Aquili, pridie Kalend. intercalares. Biduo post aut, ut statim de iure aliquis cucurrerit, non toto triduo DCC milia passuum conficiuntur. 80. O rem incredibilem! o cupiditatem inconsideratam! o nuntium volucrem! Administri et satellites Sex. Naevii Roma trans Alpes in Segusiavos biduo veniunt. O hominem fortunatum, qui eiusmodi nuntios seu potius Pegasos habeat! XXVI. Hic ego, si Crassi omnes cum Antoniis exsistant, si tu, L. Philippe, qui inter illos florebas, hanc causam voles cum Hortensio dicere, tamen superior sim necesse est. Non enim, quemadmodum putatis, omnia sunt in eloquentia: est quaedam tamen ita perspicua veritas, ut eam infirmare nulla res possit. 81. An ante quam postulasti, ut bona possideres, misisti, qui curaret, ut dominus de suo fundo a sua familia vi deiiceretur? Utrumlibet elige: alterum incredibile est, alterum ne-

---

2. *aut*] *ad* G a l et A Ꝗ, «*ut* vel *ad*» mg. f, *aut ad* m et corr. (sec. m.) e. Vid. Zumptium ad Verr. 2, 52, 129. — 3. *tamenne*] *tumne* k l m. — *uerearis* k. — *hoc* b c f g h k l n: *haec* ALꝖO. — 5. *Nimium in ea causa* A («al. *nimirum*» in margine). — 7. *estis* e cum quattuor Oxoniensibus et A: *adestis* cum reliquis codicibus L Ꝗ O. Cf. §. 4. 36. 91. — 8. *illinc*] *illum* G b c d e (in rasura) f g h i m n et A, *ipsum* k l, *illud* a. — 9. *cupiditate* e k l et A. — *audacia* A. — *hinc*] *huic* b c d (?) f i k et A, *hunc* l, qui deinceps habet *ueritate* et *pudore*. — 10. «al. *potuerint*» mg. Ꝗ. — 12. *id* om. A. — *diem* post v. *Ante* om. B c d e g h i k l et A. («Notae *A. D.* saepe corruptae sunt in *ad* vel *ante*, omisso *diem*.» Or.) — *quintum calares* k. — 13. *ais* Garatonius ad Verr. 3, 59, 135. et 3, 62, 146: *agis* cum codicibus A L Ꝗ O. Cf. var. lect. p. Sulla §. 22. de Imp. Cn. Pomp. §. 52. Catil. 1, 7, 18. Tusc. 5, 31, 88. Horat. Sat. 1, 9, 60. Epp. 2, 2, 30. — 14. *millibus* A. — 17. *praetor Kal. intercalaribus* e (sec. m.), *post Kal. intercalares* A. — 18. *concurrerit* A. — 19. *Septingenta milia passuum biduo cursa sunt. o rem - - - volucrem!* Iul. Severianus Rhet. p. 338. Capp. — 20. *at ministri* B G a b e f k l m n, *ac ministri* c h, *ut ministri* i. — 21. *trans alpis* e m. — *Segusiavos* nos: *Sebaguinos* s. *Sebagiunos* s. *Sebaginnos* B a b f h i n, *Sebaguines* G, *Sebagunios* c, *Sebaginnes* m, *Sebagranos* e et A, *Sebaguuios* g, *Sebagudios* k, *Sobagiunos* s. *Sobagrunos* d, *Sebusianos* L Ꝗ, *Segusianos* O cum mg. Ꝗ et fort. l, de quo Kellerus silet. Vid. Nipperdey ad Caesaris edit. mai. p. 792. (Omisso populi nomine Severianus: *Romam trans Alpis biduo veniunt. O hominem fortunatum, qui eiusmodi nuntios seu potius Pegasos habeat!*) — *triduo* k. — 24. *velis* L. — 26. *tamen quaedam* M. — *ita*] *ista* Ꝗ. — 27. *postulasti*] *postulares* e. — 28. *possideres bona* k. — *curaret* B G M a b c d f g h i l m n: *curarent* e et A L Ꝗ O, *procurarent* (expuncta praepositione) k. Conf. §. 83: *revocares eum, quem in G. miseras*. — *a* om. M e m et A. — 29. *eiiceretur* k.

farium, et ante hoc tempus utrumque inauditum. Septingenta milia passuum vis esse decursa biduo? Dic. — Negas? ante igitur misisti: malo. Si enim illud diceres, improbe mentiri viderere; cum hoc confiteris, id te admisisse concedis, quod ne mendacio quidem tegere possis. Hoc consilium Aquilio et talibus viris tam cupidum, tam audax, tam temerarium probabitur? 82. Quid haec amentia, quid haec festinatio, quid haec immaturitas tanta significat? non vim? non scelus? non latrocinium? non denique omnia potius quam ius, quam officium, quam pudorem? Mittis iniussu praetoris. Quo consilio? Iussurum sciebas. Quid? cum iussisset, tum mittere nonne poteras? Postulaturus eras. Quando? Post dies xxx. Nempe, si te nihil impediret, si voluntas eadem maneret, si valeres, denique si viveres. Praetor iussisset. Opinor, si vellet, si valeret, si ius diceret, si nemo recusaret, qui ex ipsius decreto et satis daret et iudicium accipere vellet. 83. Nam, per deos immortales, si Alfenus, procurator P. Quinctii, tibi tum satis daret et iudicium accipere vellet, denique omnia, quae postulares, facere voluisset, quid ageres? revocares eum, quem in Galliam miseras? At hic quidem iam de fundo expulsus, iam a suis dis penatibus praeceps eiectus, iam (quod indignissimum est) suorum servorum manibus nuntio atque imperio tuo violatus esset. Corrigeres haec scilicet tu postea. De cuiusquam vita dicere audes, qui hoc concedas necesse est, ita te caecum cupiditate et avaritia fuisse, ut, cum postea quid futurum esset ignorares, accidere autem multa possent, spem maleficii praesentis in incerto reliqui temporis eventu collocares? Atque haec perinde loquor, quasi ipso illo tempore, cum te praetor iussisset ex edicto possidere, si in possessionem misisses, debueris aut potueris P. Quinctium de possessione deturbare.

XXVII. 84. Omnia sunt, C. Aquili, eiusmodi, quivis ut perspicere possit, in hac causa improbitatem et gratiam cum inopia et veritate contendere. Praetor te quemadmodum possidere iussit? Opinor, ex edicto. Sponsio quae in verba facta est? Si ex edicto praetoris bona P. Qvinctii possessa non sunt. Redeamus ad edictum. Id quidem quemadmodum iubet possidere? Numquid est causae, C. Aquili, quin, si longe aliter possedit, quam praetor edixit, iste ex edicto non possede-

---

1. *passuum* om. M d g. — 2. *vis*] *uix* a k. — 6. *festinatio*] *extimatio* B G a b c d f g h i m n, *estimatio* M l et A. — 9. *sciebas?* L 𝔏. — 10. *tum*] *tu* G a f k l. — *nonne*] *non* A. — 11. *Post dies XXX* ineptum glossema esse opinatur Th. Mommsen l. d. p. 1140. Sed tot fere dies ante postulationem Naevius nuntium in Galliam misisse videtur. — *nil* M. — 12. *praetor si iussisset* M et A, *praetor si uixisset* B G b c d f g h i l m n, *Praetor scilicet iussisset* Klotzius. — 13. *qui* A 𝔏 cum codicibus (praeter k) omnibus: *quin* k et L O. — *satisdare* Ernestius. — 14. *accipere vellet*] *acciperet* L. — 15. *tum*] *cum* G e i. — *satisdare* L et typographi errore O cum k. — 16. «Fort. *voluisset* tollendum est, quod a reliquis discrepat.» Gar. 2. Cf. tamen Reisig *Lat. Sprachw.* p. 522 sq. — 17. *quidem*] *equidem* k. — 18. *a*] *ab* M. — 20. *haec*] *hoc* k. — 21. *caecum*] *tecum* G b d e g i et A. — 22. *postea quid*] «fort. *quid postea*» mg. 𝔏. — 24. *collocares*] Post hoc verbum L inseruit vv. *Omnia - - contendere.* (§. 84.) — *haec*] *hoc* k. — *proinde loquor quasi si ipso* L. — 25. *si* om. L. — 26. *aut potueris* om. k. — 29. Ante verbum *Praetor* defectus signa habent L 𝔏, post v. *deturbare* L, post v. *contendere* 𝔏. — 30. *est*] *sunt* e. — *Si - - possessa non sunt* B G K M: *nisi - - possessa non sunt* A, *ni - - possessa non sint* Hotomano auctore L 𝔏, *si - - possessa sint* cum Iuntina et Cratandrina (nisi quod hae quoque exhibent *sunt*) O. Cf. §. 30. — 31. *P.* om. k. — *Id quidem quemadmodum* M e k m et A: *id quid est quemadmodum* B G a b c d f g h i l n, *Id quemadmodum* L 𝔏 O. — 32. *Numquid*] *nunc quid* B K M et A. — 33. *possidet* k.

rit, ego sponsione vicerim? Nihil, opinor. Cognoscamus edictum. QVI EX EDICTO MEO IN POSSESSIONEM VENERINT. De te loquitur, Naevi, quemadmodum tu putas. Ais enim te ex edicto venisse. Tibi, quid facias, definit, te instituit, tibi praecepta dat. EOS ITA VIDETVR IN POSSESSIONE ESSE OPORTERE. Quomodo? QVOD IBIDEM RECTE CVSTODIRE POTERVNT, ID IBIDEM CVSTODIANT; QVOD NON POTERVNT, ID AVFERRE ET ABDVCERE LICEBIT. Quid tum? DOMINVM, inquit, INVITVM DETRVDERE NON PLACET. Eum ipsum, qui fraudandi causa latitet, eum ipsum, quem iudicio nemo defenderit, eum ipsum, qui cum omnibus creditoribus suis male agat, invitum de praedio detrudi vetat. 85. Proficiscenti tibi in possessionem praetor ipse, Sex. Naevi, palam dicit: ita possideto, ut tecum simul possideat Quinctius; ita possideto, ut Quinctio vis ne afferatur. Quid tu? id quemadmodum observas? (Mitto illud dicere, eum, qui non latitarit, cui Romae domus, uxor, liberi, procurator esset;) eum, qui tibi vadimonium non deseruisset; haec omnia mitto: illud dico, dominum expulsum esse de praedio, domino a familia sua manus allatas esse ante suos Lares familiares. Hoc dico

* * *

Si quis unum aliquem fundum quavis ratione possideat, ipsum autem

---

1. *sponsione vicerim*] «al. *sponsionem vicerim*» a c et mg. 2. Cf. Huschke Anal. p. 147. — 2. *uenerit* G M e k l et A, item mg. 2. — 4. *diffinit* k. — *videtur*] *iubet* k. — 7. *Eum -- eum -- eum*] *cum -- cum -- cum* k. — 8. *eum ipsum, quem iudicio nemo def.* typographi errore om. O. — *defenderit* Klotzius (ed. alt.): *defendit* B G K, *defendat* A L 2. — 10. *prof. in poss. pr. ipse tibi Naevi* k. — 11. *edicit* k. — *ita possideto -- Quinctius* om. k. — 12. *uis non afferatur* k et L, *ius ne auferatur* G a b c e g n, *ius non auferatur* f l m et A. (*uis ne afferatur* B M d h i.) — *Quid tu? id* Ravius (*Var. Lect.* II. p. 188.): *Quid? tu id* A L 2 O. — 13. *non* om. A cum M e et pr. f. — 15. *esse expulsum praedio* a k. — 16. *domino*] *domi* errore typographico 2. — *illatas* e et A. — 17. et p. 25. v. 8. *Hoc dico * * * Naevium ne appellasse quidem*] Sic, sed nullo lacunae signo, m: *hoc dico Naevium appellasset* (pr. *appellasse* corr.) *quidem* e, *cum hoc edicti nomine ne appellasset quidem* k, *hoc edicti unum ne appellasset quidem* G b, *hoc edam unum ne* (*me* B) *appellasset quidem* B c d g h i, *hoc edicti nuu ne appellasse quidem* f, *hoc edicti minime appellasset quidem* M, *hoc edictum unum ne appellasset quidem* a l, *hoc eadem unum ne appellasset quidem* n. Teste Hotomano Ms. non pervetustum in margine adscriptum habuit: «Hic in vetusto exemplari duo folia erant abscissa.» Deest praeter verba finalia secundi capitis tertium partitionis caput, in quo orator demonstrabat Naevium bona Quinctii ex edicto non possedisse, cum principio epilogi. Ex codicum turbis apparet etiam verba *dico* et *Naevium* incertissima esse; in sequentibus quoque magis placet coniunctivus *appellasset* (B G a b c d g h i k l n) quam infinitivus *appellasse*. Nam haec fere arbitror proxime praecessisse: *Docui non fuisse causam, cur postularet, primum quod* cet. Cf. §. 37 sqq. §. 42 sqq. — 18. Iulius Severianus p. 340. ed. Capp.: *Cicero pro Quintio adversarii definitionem ex opinione hominum reprehendit:* Si qui --- possidere. *Exponit* (*et ponit* recte duo Codd. Monac.) *definitionem suam:* Quid est, *inquit*, possidere? nimirum --- possideri. *Probat Nevium non bona, sed praedium possedisse:* Cum domus erat, *inquit*, Romae, servi in ipsa Gallia, privata --- ausus es possidere; *et colligit:* Quod si bona P. Quintii possideres, *possidere omnes eo iure debere.* Primus hunc locum attulit Gar. 2. Ceteros fugit propter mendum typographicum in Indice editionis Capperonerii. Aliud quoque fragmentum ad or. Quinctianae vel hoc caput vel c. 27. referri solet ex Ulpiano lib. 59. ad Edictum §. 4: *Quid sit autem* latitare *videamus.* Latitare est *non, ut Cicero definit,* turpis occultatio sui; *potest enim quis latitare non turpi de caussa, veluti qui tyranni crudelitatem timet aut vim hostium aut domesticas seditiones.* Sed incertissimum esse non modo ad quod huius orationis caput, sed ad quem Ciceronis librum haec definitio pertineat, post Hotomanum (ad c. 19.) recte monuit Kellerus p. 65. n. 43. — *Si quis* cod. Emmeranus E, LIX. nunc Monac. Lat. 14436. Sec. XII. (E): *si quid* cod. Monac. Elector. Num. 756. (M), *Si qui* Capp.

dominum patiatur cetera praedia tenere, is, ut opinor, praedium, non bona videatur alterius possidere.

* * *

Quid est possidere? nimirum in possessione esse earum rerum, quae possunt eo tempore possideri.

* * *

Domus erat Romae, servi, in ipsa Gallia privata P. Quinctii praedia, quae numquam ausus es possidere.

* * *

Quod si bona P. Quinctii possideres, possidere omnia eo iure deberes.

* * *

XXVIII. Naevium ne appellasse quidem Quinctium, cum simul esset et experiri posset quotidie: deinde quod omnia iudicia difficillima cum summa sua invidia maximoque periculo P. Quinctii fieri mallet, quam illud pecuniarium iudicium, quod uno die transigi posset: ex quo uno haec omnia nata et profecta esse concedit. Quo in loco condicionem tuli, si vellet pecuniam petere, P. Quinctium iudicatum solvi satis daturum, dum ipse, si quid peteret, pari condicione uteretur. 86. Ostendi, quam multa ante fieri convenerit, quam hominis propinqui bona possideri postularentur, praesertim cum Romae domus eius, uxor, liberi essent et procurator aeque utriusque necessarius. Docui, cum desertum esse dicat vadimonium, omnino vadimonium nullum fuisse; quo die hunc sibi promisisse dicat, eo die ne Romae quidem eum fuisse: id testibus me pollicitus sum planum facturum, qui et scire deberent et causam, cur mentirentur, non haberent. Ex edicto autem non potuisse bona possideri, demonstravi, quod neque fraudandi causa latitasset neque exsilii causa solum vertisse diceretur. 87. Reliquum est, ut eum nemo iudicio defenderit. Quod contra copiosissime defensum esse contendi, non ab homine alieno neque ab aliquo calumniatore atque improbo, sed ab equite Romano, propinquo ac necessario suo, quem ipse Sex. Naevius procuratorem relinquere antea consuesset; neque eum, si tribunos appellarit, idcirco minus iudicium pati paratum fuisse, neque potentia procuratoris Naevio ius ereptum: contra istum potentia sua tum tantummodo superiorem fuisse, nunc nobis vix respirandi potestatem dare. XXIX. 88. Quaesivi, quae causa fuisset, cur bona non venissent, cum ex edicto possiderentur. Deinde illud quoque requisivi, qua ra-

2. *videatur alterius* E M: *alterius videatur* Capp. — 3. Cf. §. 89. — 5. Cf. §. 89 sq. — *Domus* Gar. 2: *cum domus* Capp. et E M. — *erat Romae*, *erant servi*, *erant in ipsa Gallia privata* cet. Gar. 2., *erat Romae*, *Romae servi*, *in ipsa Gallia privata* cet. Halmius. — 6. *es*] *est* E. — 7. *omnia* M: *omnes* Capp. et E. — *deberes* E M: *debere* Capp. — 8. *appellavisse* 𝔏. — *esset et experiri* nos: *esset cum experiri* k, *esset*, *experiri* cum ceteris libris A L 𝔏 O. — 9. *cum sua summa invidia* 𝔏. — 11. *posset*] *potest* B G c e f h k n. — 12. *nata esse et profecta* k. — 13. *peteret* pr. e. — *P.* om. k. — 15. *conueniret* e k. — 18. *omnino*] *tum omnino* Lambini coniectura. — 20. *testibus pollicitus sum planum me facturum* e et A. — 22. *latitasset* A L 𝔏 cum codicibus omnibus (nisi quod c: *latuisset*): *latitasse* cum Iuntina et Lambino O. — 23. *est*] *esse* k. — *eum*] *cum* l m et A. — 26. *propinquo* om. k. — *ac* B G b c d f g i l m n: *atque* k, *et* cum ceteris libris A L 𝔏 O. — 27. *Sex.* om. k. — 28. *iudicium*] *iudicio* B G b c d f g h i l m n, *in iudicio* a. Cf. §. 63. — 29. *ereptum*] *ereptum esse* L. — *istum*] *ipsum* k. — 32. *ex dicto* L errore typographico.

tione ex tot creditoribus nemo neque tum idem fecerit neque nunc contra dicat, omnesque pro P. Quinctio pugnent, praesertim cum in tali iudicio testimonia creditorum existimentur ad rem maxime pertinere. Postea sum usus adversarii testimonio, qui sibi eum nuper edidit socium, quem, quo modo nunc intendit, ne in vivorum quidem numero tum demonstrat fuisse. Tum illam incredibilem celeritatem seu potius audaciam protuli: confirmavi necesse esse, aut biduo DCC milia passuum esse decursa, aut Sex. Naevium diebus compluribus ante in possessionem misisse, quam postularet, uti ei liceret bona possidere. 89. Postea recitavi edictum, quod aperte dominum de praedio detrudi vetaret, in quo constitit, Naevium ex edicto non possedisse, cum confiteretur ex praedio vi detrusum esse Quinctium. Omnino autem bona possessa non esse constitui, quod bonorum possessio spectetur non in aliqua parte, sed in universis, quae teneri et possideri possint. Dixi domum Romae fuisse, quo iste ne adspirarit quidem; servos complures, ex quibus iste possederit neminem, ne attigerit quidem: unum fuisse, quem attingere conatus sit; prohibitum fuisse, quievisse. 90. In ipsa Gallia cognostis in praedia privata Quinctii Sex. Naevium non venisse; denique ex hoc ipso saltu, quem per vim expulso socio possedit, servos privatos Quinctii non omnes eiectos esse: ex quo et ex ceteris dictis, factis cogitatisque Sex. Naevii quivis potest intelligere, istum nihil aliud egisse neque nunc agere nisi uti per vim, per iniuriam, per iniquitatem iudicii totum agrum, qui communis est, suum facere possit.

XXX. 91. Nunc causa perorata res ipsa et periculi magnitudo C. Aquili, cogere videtur ut te atque eos, qui tibi in consilio sunt, obsecret obtesteturque P. Quinctius per senectutem ac solitudinem suam nihil aliud nisi ut vestrae naturae bonitatique obsequamini, ut, cum veritas cum hoc faciat, plus huius inopia possit ad misericordiam quam illius opes ad crudelitatem. 92. Quo die ad te iudicem venimus, eodem die illorum minas, quas ante horrebamus, negligere coepimus. Si causa cum causa contenderet, nos nostram perfacile cuivis probaturos statuebamus: quod vitae ratio cum ratione vitae decerneret, idcirco nobis etiam magis te iudice opus esse arbitrati sumus. Ea res nunc enim in discrimine versatur, utrum possitne se contra luxuriem ac licentiam rusticana illa atque inculta parsimonia defendere, an deformata atque or-

---

3. *iudicio*] *negotio* k. — 5. *virorum* k. — 7. *aut*] *ut* k. — 9. *uti eius* B G a b c d f g h i l n et A, *ut ei* L. — 10. *edictum -- Naevium* om. k. — «al. *vetat*» mg. 𝔏. — 11. *consistit* e. — 12. *Quinctium ex praedio vi detrusum esse* L. — *Omnino* cum Hotomano L O: *Omnia* cum codicibus A 𝔏. — 14. *et* B G b c f g h i l m n: *ac* a d e k et A L 𝔏 O. — *possunt* k. — *domum Romae* B G a b c d f g h i k l m n: *Romae domum* e et A L 𝔏 O. Cf. §. 85. Frgm. tertium. — 15. *adspiravit* e. — 16. *possideret* e. — 17. *fuisse et quievisse* k. — 18. *hoc* om. 𝔏. — 20. *non* om. B G K et A. Habet iam Aldina. — *esse* om. k. — 25. *sunt*] *assunt* L invitis codicibus. Cf. §. 4. — 26. *Q. ad senectutem ac solitudinem* b c g h i, *Q. ad senectutem ad solitudinem* n, *Q. ac senectutem ac solitudinem* d f, *Q. per se ac senectutem et solitudinem* e k m et A. — 28. *cum* post v. *veritas* om. G a b c d e f g h i k l m n. — *hoc*] *haec* G a b c f g h i l m n et A. — 30. *antea* k. — 31. *cuivis*] *quotvis* P. «Fortasse erat *quoivis*.» PEYR. — *statueremus* k. — 33. *nunc enim* P: *enim nunc* cum ceteris codicibus A L 𝔏 O. — 34. *in discrimen* m et 𝔏. — *utrumne possit* L 𝔏, *possitne* (omisso v. *utrum*) k. — *luxuriam* k et L 𝔏.

namentis omnibus spoliata nuda cupiditati petulantiaeque addicatur. 93. Non comparat se tecum gratia P. Quinctius, Sex. Naevi; non opibus, non facultate contendit. Omnes tuas artes, quibus tu magnus es, tibi concedit. Fatetur se non belle dicere, non ad voluntatem loqui posse, non ab afflicta amicitia transfugere atque ad florentem aliam devolare, non profusis sumptibus vivere, non ornare magnifice splendideque convivium, non habere domum clausam pudori et sanctimoniae, patentem atque adeo expositam cupiditati et voluptatibus: contra sibi ait officium, fidem, diligentiam, vitam omnino semper horridam atque aridam cordi fuisse. Ista superiora esse ac plurimum posse his moribus sentit. 94. Quid ergo est? non usque eo tamen, ut in capite fortunisque hominum honestissimorum dominentur ii, qui relicta virorum bonorum disciplina et quaestum et sumptum Gallonii sequi maluerunt atque etiam, quod in illo non fuit, cum audacia perfidiaque vixerunt. Si licet vivere eum, quem Sex. Naevius non vult; si est homini honesto locus in civitate invito Naevio; si fas est respirare P. Quinctium contra nutum ditionemque Naevii; si, quae pudore ornamenta sibi peperit, ea potest contra petulantiam te defendente obtinere: spes est, hunc miserum atque infelicem aliquando tandem posse consistere. Sin et poterit Naevius id, quod libet, et ei libebit id, quod non licet, quid agendum est? qui deus appellandus est? cuius hominis fides imploranda est? qui denique questus, qui maeror dignus inveniri calamitate tanta potest? XXXI. 95. Miserum est deturbari fortunis omnibus, miserius iniuria; acerbum est ab aliquo circumveniri, acerbius a propinquo; calamitosum est bonis everti, calamitosius cum dedecore; funestum est a forti atque honesto viro iugulari, funestius ab eo, cuius vox in praeconio

---

1. *expoliata* e. — «Videtur mihi vox *nuda* superfluere.» Gar. 2. — *addicatur*] Post hoc verbum spatium vacuum est litterarum circiter quindecim in b c f g, paulo minus dimidio versu in d, adeoque sedecim versuum et dimidii in e, qui in lacuna scriptum habet: «Tantundem deficit in antiquissimo codice et in nullo alio reperitur.» Ad marginem codicis Palat. quarti adnotatum est duas deesse voces. Itaque lacunae signum posuit O. Contra in P nullum est defectus signum, neque quidquam desideratur. — 2. *Sex.* om. P. — 4. *concedit*] *condit* P. — *belle*] *uelle* G a (c) i k m n. — *voluptatem* Lambini suspicio. Vid. Ochsner Eclog. Cic. p. 195. — 5. *ab* om. P G. — *atque in florentem aliam transvolare* k. — 6. *ornare magnifice*] *ornatibus magnificis* P. — *splendide magnificeque* k. — 7. *sanctimoniae atque adeo expositam patentem cupiditati* e, *sanctimoniae: atque adeo expositam et patentem cupiditati* A, *sanctimoniae patentemque adeo expositam cupiditati* k. — 8. *et*] *atque* k. — *voluntatibus* P. — 9. *ait* om. A L 𝔏 cum omnibus codicibus praeter P et fortasse l. — *atque*] *ac* G b c d f g h i k. — 12. *ii*] *hi* a e h l m n et A. — *virorum bonorum* G b c d e g h i l m n et A: *bonorum virorum* L 𝔏 O. Cf. §. 55. — 13. *Gallonii*] *calonum* k. — 14. *vixerunt*] Post hoc verbum est spatium vacuum in a circiter duarum et viginti, in b c f septem, in g duodecim, in l sedecim litterarum. In d g versum claudit illud verbum, sequens autem initiali est ornatum. In margine Palatini quarti legitur: «Deficiunt duae dictiones vel una.» — 15. *eum vivere* k. — 16. *fas respirare* (om. *est*) k. — 17. *peperit*] *reperit* mg. 𝔏. — *ea*] *et* e. — 18. *spes est hunc* Iuntina: *spes est et hunc* cum codicibus notis A L 𝔏 O, *spes est etiam hunc* tacite Klotzius (ed. alt.). Cf. Reisig *Lat. Sprachw.* p. 430. — 19. *tandem*] *tamen* L 𝔏. — 20. *ei* om. A. — *libebit id, quod* B G a b c d e f g h i l n: *libebit quod* k m et A L 𝔏 O. — 22. *questus*] Post hoc verbum lacuna est 12 — 28. litteris recipiendis idonea in a b c d f g h i n et in codd. Palatinis aliquot. — *inveniri calamitate* Lambinus: *inveniri in calamitate* cum codicibus A 𝔏 O. — 23. *deturbari* e k cum quattuor Oxoniensibus: *exturbari* A L 𝔏 O. Cf. §. 47. §. 83. — *miserius iniuria* k: *miserius est iniuria* cum ceteris codicibus A L 𝔏 O. — 25. *forti viro atque honesto* k. — 26. *in* om. L 𝔏.

quaestu prostitit; indignum est a pari vinci aut superiore, indignius ab inferiore atque humiliore; luctuosum est tradi alteri cum bonis, luctuosius inimico; horribile est causam capitis dicere, horribilius priore loco dicere. 96. Omnia circumspexit Quinctius, omnia periclitatus est, C. Aquili: non praetorem modo, a quo ius impetraret, invenire non potuit, atque adeo ne unde arbitratu quidem suo postularet, sed ne amicos quidem Sex. Naevii, quorum saepe et diu ad pedes iacuit stratus, obsecrans per deos immortales, ut aut secum iure contenderent aut iniuriam sine ignominia sibi imponerent. 97. Denique ipsius inimici vultum superbissimum subiit, ipsius Sex. Naevii lacrimans manum prehendit in propinquorum bonis proscribendis exercitatam, obsecravit per fratris sui mortui cinerem, per nomen propinquitatis, per ipsius coniugem et liberos, quibus propior P. Quinctio nemo est, ut aliquando misericordiam caperet, aliquam, si non propinquitatis, at aetatis suae, si non hominis, at humanitatis rationem haberet; ut secum aliquid integra sua fama qualibet, dummodo tolerabili condicione transigeret. 98. Ab ipso repudiatus, ab amicis eius non sublevatus, ab omni magistratu agitatus atque perterritus, quem praeter te appellet, habet neminem: tibi se, tibi suas omnes opes fortunasque commendat, tibi committit existimationem ac spem reliquae vitae. Multis vexatus contumeliis, plurimis iactatus iniuriis, non turpis ad te, sed miser confugit: e fundo ornatissimo eiectus, ignominiis omnibus appetitus, cum illum in suis paternis bonis dominari videret, ipse filiae nubili dotem conficere non posset, nihil alienum tamen vita superiore commisit. 99. Itaque hoc te obsecrat, C. Aquili, ut, quam existimationem, quam honestatem in iudicium tuum prope acta iam aetate decursaque attulit, eam liceat ei secum ex hoc loco efferre, ne is, de cuius officio nemo umquam dubitavit, sexagesimo denique anno dedecore, macula turpissimaque ignominia notetur, ne ornamentis eius omnibus Sex. Naevius pro spoliis abutatur, ne per te ferat, quo minus, quae existimatio P. Quinctium usque ad senectutem produxit, eadem usque ad rogum prosequatur.

---

1. *quaestum praestitit* A cum k m et pr. e, *quaestum prostitit* G, *quaestu constitit* b c, *quaestu praestitit* i. Cf. §. 11 et 13. — *est* om. k. — 4. Post v. *circumspexit* lacuna est duorum verborum in tribus codicibus Palatinis, ante v. *modo* spatium vacuum 6 — 8. litterarum in d g. — 5. *invenire non potuit* k, L 𝔏 et mg. A: *invenire potuit* cum ceteris codicibus A O. (Haec verba transposita sunt post v. *postulare* in L.) — 10. *Sex.* om. k. — *manum apprehendit* A 𝔏. — 12. *cinerem*] *cruorem* k. — 13. *misericordia caperetur* L. Grutero et Ernestio haec verba e glossemate nata videntur. — 18. *proterritus* legendum putant quidam ap. Lambinum. Cf. Iordan ad or. p. Caecina p. 143 sq. — 19. *omnes suas opes fortunasque* G, *omnes fortunas suas opesque* k. — 20. *vitae*] *vitae suae* k. — 22. *eiectus* e g: *deiectus* cum ceteris codicibus A L 𝔏 O. Cf. §. 28. — 23. *possit* B G a b c d e f g h i l n. — 24. Arusianus Messius p. 213. Lindem.: *nihil tamen alienum v. s. c.* — *Itaque hoc te obsecrat* G b c e f g h i n et A: *itaque hoc* (omisso *te*) *obsecrat* k, *itaque te hoc obsecrat* cum ceteris libris L 𝔏 O. — 27. *afferre* k et pr. e, *auferre* Halmius. — *sexagesimoque anno* e. — 28. *dedecoris* k. — 29. *Sex.* om. k. — 31. *produxit* B b c e f h i l: *perduxit* A L 𝔏 O. — *prosequatur*] «al. *persequatur*» mg. 𝔏.

Rosc. Am.

M. TULLII CICERONIS

ORATIO PRO SEXTO ROSCIO AMERINO

AD IUDICES.

RECOGNOVIT

CAROLUS HALMIUS.

NOTARUM EXPLICATIO.

V = Palimpsestus Vaticanus Niebuhrii. *(Oratt. pro M. Fonteio etc. fragm.* p. 82 sq.)
G = codex Helmstadtiensis 304, nunc Wolfenbuttelanus (205 Ebert.), ab ALFREDO FLECKEISENO diligentissime collatus.
M = cod. Monacensis (cod. lat. 15734.), quondam Salisburgensis aulicus n. 34., partim a CAROLO PRANTELIO, partim a C. HALMIO collatus, in quo oratio bis descripta exstat fol. 14 sqq. et 326 sqq. Ubi duo apographa inter se discrepant, prius M1, posterius M2 significatum est.
C H R S T χ ψ = codices Oxonienses, ex quibus R in §. 76. deficit.
Sch. = Scholiastae Gronoviani lemmata.
Pall. = Palatini Gruteri, quos tres inspexit (v. eum ad c. 48.). Idem praeterea ex schedis Guilielmii codice St. Vict. (ad aedem St. Victoris) usus est.
Parr. = Parisini a Steinmetzio collati. (1. 4. 7. 8. 9.)
Iann. = varietates a Donato Iannoctio editioni Venetae a. 1540. adscriptae, quibus Garatonius usus est.
Gud. = Gudianus 68., quem Ernesti adhibuit. Sed ex accurata collatione §§. 1—20. a FLECKEISENO facta intellectum est, codicem mendis et interpolationibus refertissimum esse, nec dignum qui totus excuteretur.
v = ed. Veneta a. 1472., quae instar codicis est.
a = ed. Ascensiana a. 1511.
c = ed. Cratandrina a. 1528.
L = Lambiniana a. 1566.
2 = Lamb. repetitiones.
Gar. 2 = Curae secundae Gasp. Garatonii ineditae.
O = ed. Orelliana prior.
Or. 2 = ed. Orellii altera, Turici 1837. 4.
Os. = ed. Osenbrueggenii.

Praeterea in §§. 1—25. apparatu a Lagomarsinio collecto usus sum, qui ad hanc orationem tredecim codices excussit, quorum praestantissimus Niebuhrio ille visus est, quem Lagomarsinius numero 26. (= cod. Medic. Plut. XXXXVIII. n. 26.) signavit.

In commentarium criticum tota lectionum diversitas ex V G M, Sch., v a c, recepta est, nullis nisi monstrosis mendis, ex quibus nihil omnino subsidii peti possit, omissis.

I. 1. Credo ego vos, iudices, mirari, quid sit quod, cum tot summi oratores hominesque nobilissimi sedeant, ego potissimum surrexerim, qui neque aetate neque ingenio neque auctoritate sim cum his, qui sedeant, comparandus. Omnes hi, quos videtis adesse, in hac causa iniuriam novo scelere conflatam putant oportere defendi, defendere ipsi propter iniquitatem temporum non audent. Ita fit, ut adsint propterea, quod officium sequuntur, taceant autem idcirco, quia periculum vitant. **2.** Quid ergo? audacissimus ego ex omnibus? Minime. At tanto officiosior quam ceteri? Ne istius quidem laudis ita sim cupidus, ut aliis eam praereptam velim. Quae me igitur res praeter ceteros impulit, ut causam Sex. Roscii reciperem? Quia, si qui istorum dixisset, quos videtis adesse, in quibus summa auctoritas est atque amplitudo, si verbum de re publica fecisset, id quod in hac causa fieri necesse est, multo plura dixisse, quam dixisset, putaretur: **3.** ego etiam si omnia, quae dicenda sunt, libere dixero, nequaquam tamen similiter oratio mea exire atque in vulgus emanare poterit: deinde, quod ceterorum neque dictum obscurum potest esse propter nobilitatem et amplitudinem neque temere dicto concedi propter aetatem et prudentiam; ego si quid liberius dixero, vel occultum esse, propterea quod nondum ad rem publicam accessi, vel ignosci adolescentiae poterit: (tametsi non modo ignoscendi ratio, verum etiam cognoscendi consuetudo iam de civitate sublata est.) **4.** Accedit illa quoque causa, quod a ceteris forsitan ita petitum sit ut dicerent, ut utrumvis salvo officio facere se posse arbitrarentur: a me autem ii contenderunt, qui apud me et amicitia et beneficiis et dignitate plurimum possunt, quorum ego nec benevolentiam erga me ignorare nec auctoritatem aspernari nec voluntatem negligere debeam. **II. 5.** His de causis ego huic causae patronus exstiti, non electus unus, qui maximo ingenio, sed relictus ex omnibus, qui minimo periculo possem dicere, neque uti satis firmo praesidio defensus Sex. Roscius, verum uti ne omnino desertus esset. (Forsitan quaeratis, qui iste terror sit et quae tanta formido, quae tot ac tales viros impediat,) quo minus pro

---

INSCRIPTIO ORATIONIS. *M. T. C. pro Sesto Roscio Amerino oratio incipit* M; *Sexti Roscii amerini oratio incipit in genere iuditiali* Gud.; in G nulla est vetus inscriptio.

3. *qui* V M v a c: *is qui* G L, 2 codd. Lall. — *his* V M v a c: *hiis* G (ut semper habet et pro *his* et pro *iis*, quod posthac non enotabo); *iis* codd. alii. — *sedent* 2 Lag. — 4. *conparandus* V. — *omnes hi* V, Sch., Lag. 65: *omnes enim hi* rell. O. — *adesse, in hac causa*] sic distinxit I. M. Heusinger: alii comma post *causa* habent. Cf. Madv. Opusc. II. p. 338. not. 1. — 5. *ipsi*] *ipsi autem* V. — 6. *temporis* Lag. 9. — 7. *sequntur* V. — *autem* om. Lag. 65. — *vitant* V: *metuunt* rell. O. — 8. *at*] sic codd. fere omnes: *ac* V et Lag. 26; *an* Sch. *(atque minime tanto* G.) — 9. *sim* V et Lag. 26: om. *sim* G; *sum* rell. O. — 10. *eam* om. Lag. 26. — 11. *Rosci* V. — *si qui* V: *si quis* rell. O. Ego malim: *si quis horum*. — 13. *multa* G. — 14. *etiam si* G M v a c: *etsi* Charisius p. 120 L.; *autem si* V solus, quem h. l. propter Charisii auctoritatem sequi nolui. Cf. tamen Iordan in *Zeitschr. für die Alterthumsw.* 1845. p. 659. — 16. *uolgus* V. — 20. *adulescentiae* V: *adolescentiae meae* rell. O. — 21. *iam* om. G. — *civitate ipsa* G. — *sublatast* V. — 22. *quoque* om. Sch. — 23. *ut* ante *utr.* om. V v. — *facere se* v: *fa....e* V («abscissis ultimi versus litteris, videturque non omissum fuisse pronomen, sed scriptum *facere se*, quod edd. principes exhibent.» NIEBUHR.); *se facere* G M O a c. Cf. §. 10: *quam ferre me posse intelligo.* — 24. *ii* M2, a c: *hi* V M1, v. — *aput* V G (sic semper G). — *benificiis* G. — 25. *nec* V L: *neque* rell. O. — *benivolentiam* G M v a, ut semper. — *erga me* om. Lag. 65. — 26. *neque* bis v pro *nec*. — *debebam* coni. Ernesti. — 27. *extiti* G v a c, ut semper. — 28. *possim* V, qui hic desinit. — 30. *quaeretis* Lag. 18. — 31. *talis* M a et 9 Lagg.

capite et fortunis alterius, quemadmodum consueverunt, causam velint dicere. Quod adhuc vos ignorare non mirum est, propterea quod consulto ab accusatoribus eius rei, quae conflavit hoc iudicium, mentio facta non est. 6. Quae res ea est? Bona patris huiusce Sex. Roscii, quae sunt sexagies, quae de viro clarissimo et fortissimo, L. Sulla, quem honoris causa nomino, duobus milibus nummum sese dicit emisse adolescens vel potentissimus hoc tempore nostrae civitatis, L. Cornelius Chrysogonus. Is a vobis, iudices, hoc postulat, ut, quoniam in alienam pecuniam tam plenam atque praeclaram nullo iure invaserit quoniamque ei pecuniae vita Sex. Roscii obstare atque officere videatur, deleatis ex animo suo suspicionem omnemque metum tollatis: sese hoc incolumi non arbitratur huius innocentis patrimonium tam amplum et copiosum posse obtinere; damnato et eiecto sperat se posse, quod adeptus est per scelus, id per luxuriam effundere atque consumere. Hunc sibi ex animo scrupulum, qui se dies noctesque stimulat ac pungit, ut evellatis, postulat ut ad hanc suam praedam tam nefariam adiutores vos profiteamini. 7. Si vobis aequa et honesta postulatio videtur, iudices, ego contra brevem postulationem affero et, quomodo mihi persuadeo, aliquanto aequiorem. III. Primum a Chrysogono peto, ut pecunia fortunisque nostris contentus sit, sanguinem et vitam ne petat; deinde a vobis, iudices, ut audacium sceleri resistatis, innocentium calamitatem levetis et in causa Sex. Roscii periculum, quod in omnes intenditur, propulsetis. 8. Quod si aut causa criminis aut facti suspicio aut quaelibet denique vel minima res reperietur, quam ob rem videantur illi nonnihil tamen in deferendo nomine secuti, postremo, si praeter eam praedam, quam dixi, quidquam aliud causae inveneritis, non recusamus, quin illorum libidini Sex. Roscii vita dedatur. Sin aliud agitur nihil, nisi ut iis ne quid desit, quibus satis nihil est; si hoc solum hoc tempore pugnatur, ut ad illam opimam praeclaramque praedam damnatio Sex. Roscii velut cumulus accedat: nonne cum multa indigna, tum vel hoc indignissimum est, vos idoneos habitos, per quorum sententias iusque iurandum id assequantur, quod antea ipsi scelere et ferro assequi consueverunt? Qui ex civitate in senatum propter di-

1. *consueverunt* G a c, Lag. 26. 65: *consueverint* v; *consuerunt* M O. — 5. *sexagines* G (corruptum ex *sexagiens,* ut est in 4 Lagg.). — *clar. et fort.* 4 Lagg., a c, Arusianus p. 227 Lind.: *fort. et clar.* codd. rell. O. — *Sylla* M v a c; *silla* G (et sic plerumque). — 8. *quoniam*] *qui* v. — 10. *obstare*] *obscure* G. — 11. *omnemque metum* Lag. 26: *omnem metumque* rell. O. — 13. *sperat* M v a c: *speret* G, S. Vict., Pall., 3 Oxx. — *se* om. v. — 14. *id*] *non* G. — 15. *dies ac noctes* Probus de nomine §. 43. in *Anal. gramm.*; *noctes diesque* Lag. 26. — *stimulet ac pungat* coni. Ern.; sed firmat *pungit* Probus. — 16. *postulat ut*] *postulat et* coni. Hotomanus; Or. 2 autem: *ut evellatis postulat; postulat ut* cet. At pendet tantum posterius *ut* a *postulat,* prius *(ut evellatis)* ad totam sententiam pertinet, cum dicat orator: «ad hunc scrupulum sibi ex animo evellendum postulat ut cet.» — 17. *si*] *nisi* G. — 18. *adfero* G. — 20. *ne*] *non* Lag. 26. — 21. *calamitatis* Lag. 12. — 22. *in omnes* codd. et a c (sed aliquot *omnis,* ut M et 4 Lagg.): *in omnibus* v, unde Madv. suspicatus est: *omnibus.* — 23. *vel facti* M1. — 24. *res*] *pars* v et Lag. 26. — 25. *tamen*] *tum* R a; om. Pal. 3. — 27. *illorum*] *eorum* G solus ex notis, quod ita praeferendum videtur, ut supra *isti* pro *illi* legatur. — 28. *iis*] *is* G; *his* v et 3 Lagg. — *est* om. G. — *si hic* Lag. 26. — 30. *multa maligna* et deinde *malignissimum* Lag. 26. — 33. *adsequi* G. — *consueverunt* Lag. 26, G v: *consuerunt* M a c, rell., O; *consuerant* coni. Ern. probabiliter; v. tamen Iordan l. c. p. 660.

gnitatem, ex senatu in hoc consilium delecti estis propter severitatem, ab his hoc postulare homines sicarios atque gladiatores, non modo ut supplicia vitent, quae a vobis pro maleficiis suis metuere atque horrere debent, verum etiam ut spoliis ex hoc iudicio ornati auctique discedant? IV. 9. His de rebus tantis tamque atrocibus neque satis me commode dicere neque satis graviter conqueri neque satis libere vociferari posse intelligo. (Nam commoditati ingenium, gravitati aetas, libertati tempora sunt impedimento.) (Huc accedit summus timor,) quem mihi natura pudorque meus attribuit, (et vestra dignitas et vis adversariorum et Sex. Roscii pericula.) Quapropter vos oro atque obsecro, iudices, ut attente bonaque cum venia verba mea audiatis. 10. Fide sapientiaque vestra fretus plus oneris sustuli, quam ferre me posse intelligo. Hoc onus si vos aliqua ex parte allevabitis, feram, ut potero, studio et industria, iudices: sin a vobis, id quod non spero, deserar, tamen animo non deficiam et id, quod suscepi, quoad potero, perferam. Quod si perferre non potero, opprimi me onere officii malo quam id, quod mihi cum fide semel impositum est, aut propter perfidiam abiicere aut propter infirmitatem animi deponere. 11. Te quoque magno opere, M. Fanni, quaeso, ut, qualem te iam antea populo Romano praebuisti, cum huic eidem quaestioni [iudex] praeesses, talem te et nobis et rei publicae hoc tempore impertias. V. Quanta multitudo hominum convenerit ad hoc iudicium, (vides: (quae sit omnium mortalium exspectatio, quae cupiditas, ut acria ac severa iudicia fiant, intelligis.) Longo intervallo iudicium inter sicarios hoc primum committitur, cum interea caedes indignissimae maximaeque factae sunt: omnes hanc quaestionem te praetore manifestis maleficiis quotidianoque sanguine † dimissius sperant fu-

---

1. *dilecti* 2 in marg. — 2. *ab his*] malim *ab iis*. — 3. *a* om. G. — 4. *spoliis ex hoc*] sic distincte G, ut Madvigius emendavit: *spoliis sexti hoc* M1; *spoliis Sex ornati hoc* Gud.; *spoliis Sex. Roscii hoc* M2, v a c, O. (om. *Roscii* etiam cod. St. Vict. et Pall.) Similem depravationem vid. infra §. 23. — 5. *nec - - nec* Lag. 26. — *me satis* M1. — 8. *huc*] *huic* Lag. 26. — 10. *oro iudices atque obs.* Lag. 9. — 13. *adlevabitis* G; *alleviabitis* M v. — 16. *potero*, *potius opprimi* H a et aliquot Lagg. — *mihi in fide s. positum* M2. — 17. *est* om. Lag. 26. 65. — *abicere* G v et complures Lagg. (G semper habet *abicere*, *eicere* cet.); *obiicere* M2. — 18. *magno opere* G et Lag. 18: *magnopere* plerique; *maximo opere* Sch. et O. — *M.* om. Lag. 26. — 20. *eidem*] sic Lag. 26, T L, cod. Hotom., Martianus Capella (p. 432 Kopp.): *idem* G M O v a c, rell. — *quaestioni* om. G. — *iudex* om. Lag. 26., quod vocab. mihi quidem apertissimum glossema videtur. — *talem* om. Lag. 26. — *te nobis* v. — *vobis* G. — *et rei publ.*] sic cod. Gud. et Iann., Arusianus Mess. (p. 237. Lind.): *et populo Romano* rell. O; *talem te nobis praetorem* coni. Buechner. «M. Fannius eidem quaestioni bis praefuit: antea in communibus causis populo R. satisfecit; nunc in singulari iudicio fides eius exposcitur, qua Roscii innocentiae et reip. perturbationi subveniat.» Gar. 2. — 21. *impartias* M1, 3 Oxx. — 22. *expectatio* G M v a c, ut fere semper (*expectatio mortalium* a). — 23. *acria*] *acra* G M1, v. — *et severa* G v. — *longo*] *longo item* Sch. (ex *l. iterum*). — 25. *factae sunt* G M H T v c, Lag. 9. 10. 26. et 5 alii: *factae sint* a O et edd. vulg. — 26. *cotidianoque* G, ut semper. — *dimissius*] sic (vel *dimissuis*) G M C v; *dimissiui* cod. St. Vict.; *demissius* 4 Oxx., 2 Par., a c; *dimissm* Par. 1. 4. 7.; *dimisso* Sch.; ex Lag. habet 26. *dimissus*; reliqui *dimissius*, *demissius*, *demissus*. Vulgo (item in O) ex interpolatione Naugerii legitur: *te praetore de manifestis m. q. sanguine haud remissius sperant futuram*, at neque *te* neque *haud* in ullo codice inventum est. Madvigius in ed. III. orat. sell. (Hauniae 1848.) hanc emendationem proposuit: *hanc quaestionem te praetore e manifestis mal. quot. sanguine dimissui sperant futuram* «h. e. liberationi, ut aliquando ex his malis dimittamur et exsolvamur. *Dimissui* alibi non legitur, nisi quod apud Charisium II, 14, 23.

turam. 12. Qua vociferatione in ceteris iudiciis accusatores uti consueverunt, ea nos hoc tempore utimur, qui causam dicimus. Petimus abs te, M. Fanni, a vobisque, iudices, ut quam acerrime maleficia vindicetis, ut quam fortissime hominibus audacissimis resistatis, ut hoc cogitetis, nisi in hac causa, qui vester animus sit, ostendetis, eo prorumpere hominum cupiditatem et scelus et audaciam, ut non modo clam, verum etiam hic in foro, ante tribunal tuum, M. Fanni, ante pedes vestros, iudices, inter ipsa subsellia caedes futurae sint. 13. Etenim quid aliud hoc iudicio tentatur, nisi ut id fieri liceat? Accusant ii, qui in fortunas huius invaserunt; causam dicit is, cui praeter calamitatem nihil reliquerunt: accusant ii, quibus occidi patrem Sex. Roscii bono fuit; causam dicit is, cui non modo luctum mors patris attulit, verum etiam egestatem: accusant ii, qui hunc ipsum iugulare summe cupierunt; causam dicit is, qui etiam ad hoc ipsum iudicium cum praesidio venit, ne hic ibidem ante oculos vestros trucidetur: denique accusant ii, quos populus poscit; causam dicit is, qui unus relictus ex illorum nefaria caede restat. 14. Atque ut facilius intelligere possitis, iudices, ea, quae facta sunt, indigniora esse, quam haec sunt, quae dicimus, ab initio res quemadmodum gesta sit vobis exponemus, quo facilius et huius hominis innocentissimi miserias et illorum audaciam cognoscere possitis et rei publicae calamitatem.

VI. 15. Sextus Roscius, pater huiusce, municeps Amerinus fuit, cum genere et nobilitate et pecunia non modo sui municipii, verum etiam eius vicinitatis facile primus, tum gratia atque hospitiis florens hominum nobilissimorum. Nam cum Metellis, Serviliis, Scipionibus erat ei non modo hospitium, verum etiam domesticus usus et consuetudo, quas, ut aequum est, familias honestatis amplitudinisque gratia nomino. Itaque ex omnibus suis commodis hoc solum filio reliquit: nam patrimonium domestici praedones vi ereptum possident, fama et vita innocentis ab hospitibus amicisque paternis defenditur. 16. Hic cum omni tempore nobilitatis fautor fuisset, tum hoc tumultu proximo,

---

(p. 170 P.) cum similibus *translatui, receptui, ostentui* coniungitur; sed plura ex hoc genere raro dicuntur, ut *despicatui* apud Cic. semel legitur, ante autem apud Plautum, nec post usitatum, et in primae aetatis orationibus Cicero et vocabula nonnulla et constructiones posuit, quibus postea abstinuit. Illud tamen non omittendum, ea, quae similiter formantur, fere sic cum verbo *esse* coniungi, ut passive de subiecto intelligantur, ut esse *despicatui, irrisui, contemptui* etc.» Nuperrime proposuit Klotzius (in ed. II.): *omnes hanc quaestionem te praetore, manifestis maleficiis cotidianoque sanguine dimissam, sperant futuram* (vel *in manifestis -- diu omissam)*. Verum videtur, quod ait Or. 2., sententiam, quae latet in verbis corruptis, hanc fuisse: «Omnes hanc quaestionem te praetore manifestis maleficiis quotidianoque sanguini finem et modum tandem sperant facturam»: sed ne mihi quidem Madvigii emendatio, quamvis sit acuta, satisfacit. Reliquorum coniecturas silentio transmittere praestat. — *sperant*] *putant* M1. — 1. *consuerunt* M1 solus ex notis. — 2. *petimus*] *penitus* G. — 3. *Fanni*] *fauni* Lag. 26. — 5. *ostendetis* codd.: *ostenderitis* O ex coni. Heusingeri et Ern., qui praeterea proposuit *ostendatis*, quod Madv. recepit; at v. Iord. l. c. p. 660. — 9. *temptatur* G, ut semper. — 13. *ipsum* om. G. — 16. *is* om. G. — 18. *haec quae* c. — 20. *audacias* G. — 22. *Sextus* G et Gud.: *Sex.* vulgo. — *Amerinus* om. C. et cod. C. Steph.; at firmat vulg. etiam Sulpicius Victor p. 205 Capp. — 24. *primus*] *princeps* Lag. 9. — 28. *itaque*] malim *atque*, quod haud raro in *itaque* corruptum inveni. — *omnibus suis* Lag. 26: *suis omnibus* rell. noti et O; M1 *omnibus* post *commodis* habet. — 30. *innocentie* G. — *hic*] immo *is*, cum de occiso Roscio sermo sit. Cf. de hac frequenti confusione ad §. 118.

(cum omnium nobilium dignitas et salus in discrimen veniret, praeter ceteros in ea vicinitate eam partem causamque opera, studio, auctoritate defendit: etenim rectum putabat pro eorum honestate se pugnare, propter quos ipse honestissimus inter suos numerabatur. Posteaquam victoria constituta est ab armisque recessimus, cum proscriberentur homines atque ex omni regione caperentur ii, qui adversarii fuisse putabantur, erat ille Romae frequens atque in foro et in ore omnium quotidie versabatur, magis ut exsultare victoria nobilitatis videretur quam timere, ne quid ex ea calamitatis sibi accideret. 17. Erant ei veteres inimicitiae cum duobus Rosciis Amerinis, quorum alterum sedere in accusatorum subselliis video, alterum tria huiusce praedia possidere audio; quas inimicitias si tam cavere potuisset, quam metuere solebat, viveret: neque enim, iudices, iniuria metuebat. Nam duo isti sunt Titi Roscii — quorum alteri Capitoni cognomen est, iste qui adest Magnus vocatur — homines eiusmodi: alter plurimarum palmarum vetus ac nobilis gladiator habetur, hic autem nuper se ad eum lanistam contulit: qui ante hanc pugnam tiro esset [quod sciam], facile ipsum magistrum scelere audaciaque superavit.

VII. 18. Nam cum hic Sextus Roscius esset Ameriae, Titus autem iste Roscius Romae, cum hic filius assiduus in praediis esset cumque se voluntate patris rei familiari vitaeque rusticae dedisset, iste autem frequens Romae esset, occiditur ad balneas Pallacinas rediens a cena Sex. Roscius. Spero ex hoc ipso non esse obscurum, ad quem suspicio maleficii pertineat: verum id, quod adhuc est suspiciosum, nisi perspicuum res ipsa fecerit, hunc affinem culpae iudicatote. 19. Occiso Sex. Roscio primus Ameriam nuntiat Mallius Glaucia quidam, homo tenuis,

---

2. *vicinitate*] *civitate* v et Lag. 7. 9. 12. 13. 26. — 4. *numerant* Lag. 26. — 6. *caperentur* codd.: *raperentur* coni. Orelli (2); *conquirerentur* Lud. de Ian in *Münchner gel. Anzeigen* 1845. num. 140. At vid. Os. et cf. Auct. ad Herenn. IV, §. 31: *Saturninum, fide captum, malorum perfidia vita privavit.* — 7. *atque in foro*] om. *atque* C H S a et 3 Lagg. dett. soli ex notis. — 8. *exultare* G v a c. — 12. *cavere*] *prohibere* Curius Fortunatianus p. 82. — 13. *isti duo* M1, Gud., v. — *Titi* G M v a c: *T.* vulgo. — *Rosci* C. — 15. *eiuscemodi* M1, *huiusmodi* coni. Reisig (*Vorles. über latein. Sprachwiss.* p. 355.), quae emendatio necessaria videtur. — *palmarum* om. G. — 16. *hic autem*] *hic alter* a. Garat. (2) requirit vel *alter autem* vel *iste autem*; at cum praesens absenti ex adverso ponatur, lectio codd. non est tentanda; v. §. 118. — *qui ante* codd.: *qui cum ante* c L O; addit v *cum* ante *tiro*; *et qui ante* coni. Madvig Opusc. I. p. 178. Ego reliqui vulgatam, quam defendit Iordan l. c. p. 660., quod incertum videbatur, num *et qui* an, id quod ego malim, *quique* corrigendum esset. — *ante hanc*] *ante in* Sch. (ex *ante eam*). — 17. *quod sciam* G M2 C H χ, St. Vict., Pall., 4 Parr., v a c et Lagg. plerique: *quod scientiam* Lag. 26.; *quod scientia* M1 R T ψ; *qui scientia* Par. 7., unde vulg. *tiro esset scientia* orta est. (*quod sciam, iam facile* coni. Buechn.) Madvigius l. c. lectionem *quod sciam* scite ille quidem defendit, sed verum videtur Garatonii (2.) iudicium, qui diversas lectiones ex glossa marginali «*quoad scientiam*» profectas censet. — 19. *hic* om. v. — *Titus* mei: *T.* vulgo. — *autem*] *alter* Lag. 1. 3. 8. et a c. — 20. *hic* om. G. — 21. *familiaris* G. — *dedidisset* coni. Reisig; at v. Div. in Caec. §. 4: *qui me ad defendendos homines - - dedissem,* nisi utroque loco *dedere* restituendum est. — 22. *Romae frequens* v. — *Pallacinas* M H χ et 7 Lagg.: *Paluacinas* Lag. 26.; *Pallacenas* Nonius p. 194 M.; *Pallacine* Schol. in Argum. p. 424. et p. 436.; *Pallicinas* Lag. 7.; *Pallatinas* Lag. 3.; *pallacinus* cod. Goth. Phocae; *Pallageni* Pompei Comm. artis Donati p. 150 Lind.; *pellicias* Sergius p. 1842 P.; *Palatinas* G O v a c et Phocas p. 338 Lind. — 24. *est* om. G. — 25. *adfinem* G. — *occiso - - Mallius* om. G. — 26. *Ameriae* H; *Amerinus* T. — *Mallius* M v, Lag. 26., Pal. 8.: *Manlius* codd. plerique reliqui. — *Glautia* M1, v; *Glandia* G.

libertinus, cliens et familiaris istius Titi Roscii; et nuntiat domum non filii, sed Titi Capitonis, inimici: et, cum post horam primam noctis occisus esset, primo diluculo nuntius hic Ameriam venit. Decem horis nocturnis sex et quinquaginta milia passuum cisiis pervolavit, non modo ut exoptatum inimico nuntium primus afferret, sed etiam cruorem inimici quam recentissimum telumque paulo ante e corpore extractum ostenderet. 20. Quadriduo, quo haec gesta sunt, res ad Chrysogonum in castra L. Sullae Volaterras defertur; magnitudo pecuniae demonstratur; bonitas praediorum — nam fundos decem et tres reliquit, qui Tiberim fere omnes tangunt —, huius inopia et solitudo commemoratur; demonstrant, cum pater huiusce Sex. Roscius, homo tam splendidus et gratiosus, nullo negotio sit occisus, perfacile hunc hominem incautum et rusticum et Romae ignotum de medio tolli posse. Ad eam rem operam suam pollicentur. Ne diutius teneam, iudices, societas coitur.

VIII. 21. Cum nulla iam proscriptionis mentio fieret, cum etiam, qui antea metuerant, redirent ac iam defunctos sese periculis arbitrarentur, nomen refertur in tabulas Sexti Roscii, hominis studiosissimi nobilitatis; manceps fit Chrysogonus; tria praedia vel nobilissima Capitoni propria traduntur, quae hodie possidet; in reliquas omnes fortunas iste Titus Roscius nomine Chrysogoni, quemadmodum ipse dicit, impetum facit. Haec bona emuntur duobus milibus nummum. Haec omnia, iudices, imprudente L. Sulla facta esse certo scio. 22. Neque enim mirum, cum eodem tempore et ea, quae praeterita sunt, et ea, quae videntur instare, praeparet, cum et pacis constituendae rationem et belli

---

2. *captionis* M2. — *et* om. v. — 3. *diliculo* G; *diuculo* M1. — 4. *cisiis* Sch., a c: *cissis* G M v, 6 Oxx. et Lagg. praeter 26., qui *cissii* habet. — *volavit* v. — 5. *adferret* G. — 6. *estractum* M1. — 7. *quadriduo* G: *quatriduo* vulgo. — 8. *Volaterras* codd.: *Volaterrana* Buechnerus ex Schol.; at cum Scholion sic incipiat: «*Volaterrana*] Volaterrana civitas cet.», erroris origo manifesta est. — 13. *et rusticum* c et aliquot Pall., ut Gruterus affirmat: *et rusticum et rure* v; *et rure* a χ; *et rus* codd. mei et Lagg. — 14. *teneam* codd. noti omnes: *vos teneam* v c L O; cf. Madv. Opusc. I. p. 119. — *cogitur* v. — 15. *cum nulla iam - - fieret*] sic scripsi ex Charisio p. 156. Lind., in quo est *cum nulla etiam proscr. memoratio fieret,* et ex Diomede p. 384 P., in quo est: *cum nulla proscr. mentio f.*; *cum iam proscr. mentio nulla f.* codd. orationis et O. — *cum etiam* G M χ v, Par. 1., Lag. 26. et sex alii, Charisius: *cum etiam omnes* Diomedes; *et cum etiam* O a c, codd. alii. — 16. *metuerant, redirent* codd. et Diomedes: *proscripti erant*, *sederent* Charisius. — *defunctos se* cod. Mon. Diomedis saec. IX.; *sese defunctos* Diom. Putschii. — 17. *nomen refertur in tabulas Sexti Roscii*] Haec, quae desunt in codd. omnibus ex Charisio et Diomede (in cuius cod. Mon. et Par. 7494. *tabulis* scriptum est) Graevius, ut iam Hotomanus in Observatt. IX, c. 11. et Lipsius in Varior. III, c. 6. voluerant, primus inseruit. «E codd. omnibus ea excidisse mirum non est, cum omnes uno ex archetypo deducti sint: verum cum ipsi latinitati repugnet formula *mancipem hominis fieri* pro *praediorum eius*, ea prorsus necessaria esse apparet.» Orelli (2). Hotomano tamen aliud praeterea deesse visum est in hanc fere sententiam: *bona eius proscribuntur, hominis* cet. — 19. *propria*] *praemia* cod. Iann. — *omnis* M v. — 20. *nom. Chrys.* «Latini sermonis usus postulat: *Chrysogoni nomine.*» Garat. 2. — *dixit* G. — 21. *bona* codd.: *bona sexagies HS* edd. vulg. et O; *bona LX HS* c. Deest *sexagies HS* etiam in omnibus Lagg. — *duobus* Madvig (Opusc. I. p. 179.): *sestertiorum duobus* codd. (om. Oxon. T *haec bona - - nummum,* quod Or. 2. videtur probari.) — 22. *certo* M et Lag. 3. (soli ex notis), a c L: *certe* codd. reliqui. — 23. *et* ante *ea* om. Lag. 26. — *praeterita sunt*] addit L *reparet,* quod se ex uno libro ms. longe optimo restituisse testatur; Ernestius autem *curet* addere maluit, itemque Ravius Var. Lectt. II. p. 16, qui *curet* post *tempore* inseruit. — 24. *instare* om. Lag. 26. — *praepararet* M1, v. (*praecaveat* coni. Ravius.) — *pacis custodiende* G. — *belligerandi* M2.

gerendi potestatem solus habeat, cum omnes in unum spectent, unus omnia gubernet, cum tot tantisque negotiis distentus sit, ut respirare libere non possit, si aliquid non animadvertat, cum praesertim tam multi occupationem eius observent tempusque aucupentur, ut, simulatque ille despexerit, aliquid huiuscemodi moliantur. Huc accedit, quod, quamvis ille felix sit, sicut est, tamen [in] tanta felicitate nemo potest esse, in magna familia qui neminem neque servum neque libertum improbum habeat. 23. Interea iste T. Roscius, vir optimus, procurator Chrysogoni, Ameriam venit, in praedia huius invadit, hunc miserum, luctu perditum, qui nondum etiam omnia paterno funeri iusta solvisset, nudum eiicit domo atque focis patriis disque penatibus praecipitem, iudices, exturbat, ipse amplissimae pecuniae fit dominus. Qui in sua re fuisset egentissimus, erat, ut fit, insolens in aliena. Multa palam domum suam auferebat, plura clam de medio removebat; non pauca suis adiutoribus large effuseque donabat, reliqua constituta auctione vendebat. IX. 24. Quod Amerinis usque eo visum est indignum, ut urbe tota fletus gemitusque fieret. Etenim multa simul ante oculos versabantur: mors hominis florentissimi, Sex. Roscii, crudelissima, filii autem eius egestas indignissima, cui de tanto patrimonio praedo iste nefarius ne iter quidem ad sepulchrum patrium reliquisset, bonorum emptio flagitiosa, possessio, furta, rapinae, donationes. Nemo erat, qui non ardere illa omnia mallet quam videre in Sex. Roscii, viri optimi atque honestissimi, bonis iactantem se ac dominantem T. Roscium. 25. Itaque decurionum decretum statim fit, ut decem primi proficiscantur ad L. Sullam doceantque eum, qui vir Sex. Roscius fuerit, conquerantur de istorum scelere et iniuriis, orent, ut et illius mortui famam et filii innocentis fortunas conservatas velit. Atque ipsum decretum, quaeso, cognoscite. DECRETUM DECURIONUM. Legati in castra veniunt. Intelligitur, iudices, id quod iam ante dixi, imprudente L. Sulla scelera haec et flagitia fieri. Nam statim Chry-

1. *unus*] *solus* M1. — 4. *ut*] *et* G. — 5. *respexerit* M2, cod. Iann. (*simul atque alio respexerit* coni. R. Boëmoraeus.) — *huiusmodi* v. — *moliantur* - - *sicut est* om. G. — 6. *sicut*] *ut* L. — *in* delendum esse Lamb. perspexit. — *tanta*] *ista* Lag. 1. — *esse, in magna*] sic primus Ern. interpunxit. — 7. *qui* om. G; *quin* 4 Lagg. — *servom* Lag. 24. — *neque* om. Lag. 26. — *liberum* M2, χ. — 8. *iste* om. T. — *T.*] *Ti.* M1, quod vitium saepius habet. — 9. *huiusce* Lag. 43. — *perditum* G c: *preditum* M χ ψ a c et aliquot Lagg. — 10. *omnia* om. c cum aliquot codd. ut videtur, id quod unum verum esse Buechnerus probare conatus est; at firmat *omnia* etiam Schol. Lucani IX. 67. p. 686 Web., qui tamen *etiam* om. Cf. Os. — 11. *eiecit* G M a c, 4 Oxx. et aliquot Lagg. (ortum ex vetere scriptura *eicit* prave mutata, ut vicissim §. 39. Ox. C *obicit* habet pro *obiecit*). — *eiicit de domo* v. — *diisque* G M v a c. — *praecipitem iudices* M v c: addunt *Sex.* vel *Sextum* ante *iud.* 4 Oxx., 4 Lagg. et a, cuius interpolationis origo ex G apparet, qui habet: *praecipitem iudices Sex turbat*. Cf. §. 8. — 13. *in aliena* a c, Arus. Mess. p. 241 Lind.: *in alienam* G M v, 6 Oxx. — *in domum* G. — 14. *afferebat* M2. — 15. *effuse sunt donabat* G. — 17. *flerent* G. — 20. *emptio flagitiosa, possessio*] *emptio flagitiosa, flagitiosa possessio* Memmianus Lambini et fortasse aliquot Lagg., O; *emptio flagitiosa, malitiosa poss.* coni. Buechnerus. Quidam (etiam a) distinguere maluerunt: *bonorum emptio, flagitiosa poss.*; at v. Orell. (2) et impr. Osenb. p. 19 sqq. — 21. *donationes* om. H S. — *ardere illa omnia* Rufinianus (§. 36.): om. *illa* codd. Tulliani et O. «Rursus ex archetypo codd. nostrorum excidit pron. necessarium, quo omisso ambiguum fit, utrum hoc ipsum dicere voluerit: *ardere bona S. Roscii*, an nimia hyperbole: *omnia misceri atque perturbari*.» OR. 2. — 22. *Sexti* G. — 23. *se*] *sese* Lag. 10. — 24. *Sullam*] sic h. l. G M1 et paulo inferius *Sulla*. — 26. *ut et*] *et ut* G a. — 27. *decretum decurionum* om. C; *decretum decii* G. — 28. *id quod* c: *ut quod* G C H T v; *vel quod* χ; *quod* M a. Cf. p. Font. §. 46: *id quod dixi antea.*

sogonus et ipse ad eos accedit et homines nobiles allegat iis, qui peterent, ne ad Sullam adirent, et omnia Chrysogonum, quae vellent, esse facturum pollicerentur. 26. Usque adeo autem ille pertimuerat, ut mori mallet quam de his rebus Sullam doceri. Homines antiqui, qui ex sua natura ceteros fingerent, cum ille confirmaret sese nomen Sex. Roscii de tabulis exempturum, praedia vacua filio traditurum, cumque id ita futurum T. Roscius Capito, qui in decem legatis erat, appromitteret, crediderunt: Ameriam re inorata reverterunt. Ac primo rem differre quotidie ac procrastinare isti coeperunt, deinde aliquanto lentius [nihil] agere atque deludere; postremo, id quod facile intellectum est, insidias vitae huiusce Sex. Roscii parare, neque sese arbitrari posse diutius alienam pecuniam domino incolumi obtinere. X. 27. Quod hic simul atque sensit, de amicorum cognatorumque sententia Romam confugit et sese ad Caeciliam, † Nepotis filiam, quam honoris causa nomino, contulit, qua pater usus erat plurimum: in qua muliere, iudices, etiam nunc, id quod omnes semper existimaverunt, quasi exempli causa vestigia antiqui officii remanent. Ea Sex. Roscium inopem, eiectum domo atque expulsum ex suis bonis, fugientem latronum tela et minas, recepit domum hospitique oppresso iam desperatoque ab omnibus opitulata est. Eius virtute, fide, diligentia factum est, ut hic potius vivus in reos quam occisus in proscriptos referretur. 28. Nam postquam isti intellexerunt summa diligentia vitam Sex. Roscii custodiri neque sibi ullam caedis faciendae potestatem dari, consilium ceperunt plenum sceleris et audaciae, ut nomen huius de parricidio deferrent, ut ad eam rem aliquem accusatorem veterem compararent, qui de ea re posset dicere aliquid, in qua re nulla subesset suspicio, denique ut, quoniam crimine non poterant, tempore ipso pugnarent. Ita loqui homines: quod iudicia tam diu facta non essent, condemnari eum oportere, qui primus in iudicium adductus esset; huic autem patronos propter Chrysogoni gratiam defu-

---

1. *allegat iis*] *allegatus* Lag. 13. m. pr.; *allegabat iis* cod. Lamb., unde ipse fecit *allegat, ab iis qui*; contra Ern. et Garat. 2. *iis* delendum censent. Equidem suspicor: *adlegat, ab legatis qui peterent.* — Hic desinunt excerpta Niebuhrii ex collationibus Lagomarsinianis. — 7. *decem*] *legem* G; suspecta est vox O. M. Muellero; v. *Allgem. Schulzeit.* 1830. p. 731. — *legatus* χ. — 8. *re inorta* M1; *re morata* ψ; *remoratam* v; *remorati* G. — *revertunt* H S a. — *deferre cotidie* G. — 9. *coeperunt* Heusingero suspectum; at satis firmatur loco, quem obtinet pronomen *isti*. — *nihil* ut glossema voc. *lentius* uncinis inclusi: *aliquanto lentius, nihil agere* edd. — 10. *deludere*] *delere* M1; *deducere* v. — *quod* om. G. — 12. *optinere* G v. — *hic* G M v a, Parr.: *is* O c. — *simulat* G cum lacuna. — 14. *Caec. Nepotis filiam* codd.: *Caeciliam, Balearici filiam, Nepotis sororem* Hotom. ex lectione §. 147.; *Caec. Nepotis sororem, Bal. filiam* Garat. (2) et Klotz (1); Passeratius censuit aut legendum *Caec. Nepotis sororem* aut vv. *Nepotis filiam* prorsus delenda esse. Illud Buechn., hoc Schuetz. et Madv. amplexi sunt; at recte monuit Orelli (2): «Quod Schuetzio placuit, ut delerentur vv. parentelae, nimis nude dictum videtur: *ad Caeciliam, quam honoris causa nomino*; cum addendum saltem fuisset *lectissimam* vel *spectatissimam feminam*. Buechnerus cum Passer. *ad Caec. Nepotis sororem*. Sed quae de notis nominum dicit, *N. S.* facile confundi potuisse cum *N. F.*, ea non usquequaque vera sunt; numquam enim v. *soror* littera *S. (Sextus)* nec v. *Nepos* (scil. nomen proprium) littera *N. (Numerius)* signatum est.» — 15. *quam p.* G M. — 17. *domoque exp.* G. — 18. *domum* G M v c: *domi* H S a. — 19. *hospitique* v a c: *hospitioque* G χ ψ; *hospitio: que* M (M1 *quae*). — 20. *fide et dil.* v. — 21. *referetur* G M2. — 22. *sexti rosci* G. — 23. *faciundae* a c. — *ceperunt*] *operiunt* G. — 24. *nomen eius* v. — *paricidio* v, ut semper; *patricidio* L, et sic per totam orationem. — *ut ad*] *et ad* C. — 25. *posset* a c: *possit* G M C H v, sed C m. sec. *posset*. — 26. *nulla esset* G. — *suspitio* v, et sic alias.

turos; de bonorum venditione et de ista societate verbum esse facturum neminem; ipso nomine parricidii et atrocitate criminis fore, ut hic nullo negotio tolleretur, cum ab nullo defensus esset. 29. Hoc consilio atque adeo hac amentia impulsi, quem ipsi, cum cuperent, non potuerunt occidere, eum iugulandum vobis tradiderunt.

XI. Quid primum querar? aut unde potissimum, iudices, ordiar? aut quod aut a quibus auxilium petam? Deorumne immortalium, populine Romani, vestramne, qui summam potestatem habetis hoc tempore, fidem implorem? 30. Pater occisus nefarie, domus obsessa ab inimicis, bona adempta, possessa, direpta; filii vita infesta, saepe ferro atque insidiis appetita. Quid ab his tot maleficiis sceleris abesse videtur? tamen haec aliis nefariis cumulant atque adaugent: crimen incredibile confingunt, testes in hunc et accusatores huiusce pecunia comparant, hanc condicionem misero ferunt, ut optet, utrum malit cervices Roscio dare, an insutus in culleum per summum dedecus vitam amittere. Patronos huic defuturos putaverunt; desunt: qui libere dicat, qui cum fide defendat, id quod in hac causa satis est, non deest profecto, iudices. 31. Et forsitan in suscipienda causa temere impulsus adolescentia fecerim: quoniam quidem semel suscepi, licet hercules undique omnes mihi minae, terrores periculaque impendeant omnia, succurram atque subibo. Certum est deliberatumque, quae ad causam pertinere arbitror, omnia non modo dicere, verum etiam libenter audacter libereque dicere. Nulla res tanta exsistat, iudices, ut possit vim mihi maiorem adhibere metus quam fides. 32. Etenim quis tam dissoluto animo est, qui, haec cum videat, tacere ac negligere possit? «Patrem meum, cum proscriptus non esset, iugulastis; occisum in proscriptorum numerum rettulistis; me domo mea per vim expulistis; patrimonium meum possidetis.» Quid vultis amplius? etiamne ad subsellia cum ferro atque telis venistis, ut hic aut iuguletis aut condemnetis Sex. Roscium?

---

3. *a nullo* M2, v. — 6. *iud. ordiar* G M2, St. Vict., Par. 3. 8., v: *exordiar iud.* M1, a c; *exordiar* item habent H R S χ, sed ignota est verborum collocatio, nisi quod in H *iudices* deesse dicitur. — 7. *aut quid* c. — *populiue* G. — 9. *ab inimicis -- possessa* om. G. — 10. *possessio direpta* ed. Ven. 1480. prob. Passeratio. — fort. *infestata,* quod concinnitas oratoria requirere videtur. — 11. *adpetita* G. — 12. *haec aliis*] *ab alienis* G. — 14. *ut optet* c: *ut optetur* G M, 6 Oxx., v a; G pro *optet utrum* habet: *optetur ut,* quod profectum est ex *optetutrū.* — 15. *insitus* M2. — *in culleum* Hotom. et L: *in culleum supplicium parricidarum* codd. et edd. vett. (sed M1 O v a c *culeum*; 2 Parr. et a: *supplicio*). Manifestum glossema, cui iam in cod. Franciano «vacat» suprascriptum est, nunc Klotzius quoque in ed. II. delendum esse vidit. Scripturam *culleus* pro *culeus* habent etiam duo codd. optimi, a me collati, Wuerzburg. et Erlang., in Cic. de Invent. II. §. 149. — 16. *desunt. qui libere dicat* c: *desunt qui libere dicant* G M v a, 5 Oxx. — 17. *defendat* M v c: *defendant* G a, 4 Oxx. — *satis est* a: om. *est* G M H T χ v; *est satis* c et vulgo. (Intercidit *est,* cum scriptum fuerit *satist.*) Sequuntur deinde in omnibus codd. vv. *quoniam quidem suscepi,* quae ex loco inferiore (v. 19.) addita esse Heusingerus primus intellexit; v. Madv. Opusc. II. p.323. — 18. *causa*] *tam* G (ortum ex *cā*). — 19. *hercules* G M v a c: *hercule* χ O. — *omnes* om. T v, Franc. — 20. *mihi minae* Baiterus: *minae* Pal. 3. 8. χ; *mine* GM; *in me* v a c; *undique omnes terrores minae periculaque* L; *undique minae terrores periculaque* Gar. 2. coni. (Haec tria item coniuncta sunt p. Quinct. 14, 47.) — *impendeant* a c: *impendant* H T χ v; *impediant* G M C. — 22. *libenter*] *fidenter* susp. Dobree *Advers.* II. p. 375. — *audaciter* LO, quae forma §. 104. testimonio Prisciani confirmata est. — 23. *exsistat* M v c, Parr. 1. 4., Oxx. plerique, ut videtur: *exsistit* G H S a, Pal. 1., Par. 8. 9.; *exsistet* Pal. 8., Par. 7., Franc., O; *exstiterit* coni. Garat. 2. — *mihi vim* v. — 24. *qui*] *ut qui* G. — *hoc* T v. — 26. *numero* a. — 28. *cum ferro et cum telis* maluit Heus. — 29. *Sex. Roscium*] Haec vv., quae iam in

XII. 33. Hominem longe audacissimum nuper habuimus in civitate C. Fimbriam et, quod inter omnes constat, nisi inter eos, qui ipsi quoque insaniunt, insanissimum. Is cum curasset in funere C. Marii, ut Q. Scaevola vulneraretur, vir sanctissimus atque ornatissimus nostrae civitatis, — de cuius laude neque hic locus est ut multa dicantur, neque plura tamen dici possunt, quam populus Romanus memoria retinet; — diem Scaevolae dixit, posteaquam comperit eum posse vivere. Cum ab eo quaereretur, quid tandem accusaturus esset eum, quem pro dignitate ne laudare quidem quisquam satis commode posset: aiunt hominem, ut erat furiosus, respondisse, «quod non totum telum corpore recepisset.» Quo populus Romanus nihil vidit indignius, nisi eiusdem viri mortem, quae [tantum potuit, ut] omnes cives perdiderit et afflixerit, quos quia servare per compositionem volebat, ipse ab iis interemptus est. 34. Estne hoc illi dicto atque facto Fimbriano simillimum? Accusatis Sex. Roscium. Quid ita? quia de manibus vestris effugit, quia se occidi passus non est. Illud, quia in Scaevola factum est, magis indignum videtur: hoc, quia fit a Chrysogono, num est ferendum? Nam, per deos immortales! quid est in hac causa, quod defensionis indigeat? qui locus ingenium patroni requirit aut oratoris eloquentiam magno opere desiderat? Totam causam, iudices, explicemus atque ante oculos expositam consideremus: ita facillime, quae res totum iudicium contineat et quibus de rebus nos dicere oporteat et quid vos sequi conveniat, intelligetis.

XIII. 35. Tres sunt res, quantum ego existimare possum, quae obstent hoc tempore Sex. Roscio: crimen adversariorum et audacia et potentia. Criminis confictionem accusator Erucius suscepit, audaciae partes Roscii sibi poposcerunt, Chrysogonus autem, is qui plurimum potest, potentia pugnat. De hisce omnibus rebus me dicere oportere intelligo. 36. Quid igitur est? Non eodem modo de omnibus; ideo

---

2 ut mendosa inducta sunt, delevit Madv. (Op. I. p. 149.), quod ex Roscii persona illa omnia dicantur. At quid obstat, quo minus statuamus inde a vv. *Quid vultis amplius?* oratorem ipsum rursus iudices appellare? Accedit quod, si *S. Roscium* abesset, pronomen *me* aegre desideraretur. Cf. nunc etiam Klotz. in Praef. ed. II. p. XIII. — 3. *is cum*] *cui* G. — *mariique scevola* G. — 6. *tenet* cod. Ursini. — 9. *ne*] *nec* G. — 12. *tantum potuit ut*] haec ut suppositicia Garat. (2) auctore inclusi. «Quaenam est haec loquendi ratio? *tantum potuit!* est admirantis adscriptio, qua semel in ordinem recepta *ut* adiicere necesse fuit.» Suffragatur acuto Garatonii iudicio M1, in quo *ut* deest. — Contra Heusingerus vv. *quae tantum* usque ad *afflixerit* inducenda existimavit. — *cives* (vel *civis)* M H R S ψ a, 3 Parr.: *cives suos* O v c; *cives occisus* G, Par. 1. 4. soli ex notis. — *adfl.* G. — 13. *servare* G M v c: *conservare* C H S a. — *per compos.* a c: *per conseruare positionem* G; *per cos. (eos* M1 v) *repositionem* M v; *per positionem* C. — *ipse*] *is* v. — *ab hiis* G; *ab his* v a c, *ab aliis* M1 (Ravius: *ab hostibus patriae nefariis)*. — 14. *Fimbriano simillimum*] sic Rufinianus de fig. §. 23., ut coni. R. Boëmoraeus: *Fimbriae non simillimum* codd. — 15. *se* om. v. — 16. *non esset* a. — *illud quod in* v. — 17. *num est f.* Hotomanus: *non est f.* codd. O, quam lectionem defendunt Lamb. et Iordan l. c. p. 661.; at v. Ern. *(non* del. Victorius. Vid. *Gel. Anz. d. bay. Akad.* 1846. p. 924.) — 18. *quid est*] om. *est* M1; *quid est quod in hac causa* Prisc. XVIII. 30. p. 263 Kr. — 19. *magnopere* M v a c; *magno pede* G *(eloquentia m. desideratur* M1). — 22. *de* om. G C χ. — *quid* om. M1. — 23. *intelligitis* G. — 25. *obstent* G M v a c, 3 Parr.; *obstant* χ, Par. 7. 8. — 26. *confictionem* om. G. — 27. *depoposcerunt* coni. Lamb., ut est §. 95. — *is qui pl. potest* om. Victorinus p. 64. v. 23. ed. Or. — 29. *non*] *nonne* H; *num* Gud., quae lectio codicis corruptissimi multorum plausus tulit; sed recte se habet codicum tantum non omnium lectio. Cum enim dixerit orator: *de hisce omnibus rebus me dicere oportere intelligo,* recte pergit: *Dicam equidem*

quod prima illa res ad meum officium pertinet, duas autem reliquas vobis populus Romanus imposuit. Ego crimen oportet diluam: vos et audaciae resistere et hominum eiusmodi perniciosam atque intolerandam potentiam primo quoque tempore exstinguere atque opprimere debetis.

37. Occidisse patrem Sex. Roscius arguitur. Scelestum, di immortales, ac nefarium facinus atque eiusmodi, quo uno maleficio scelera omnia complexa esse videantur. Etenim si, id quod praeclare a sapientibus dicitur, vultu saepe laeditur pietas, quod supplicium satis acre reperietur in eum, qui mortem obtulerit parenti, pro quo mori ipsum, si res postularet, iura divina atque humana cogebant? 38. In hoc tanto, tam atroci, tam singulari maleficio, quod ita raro exstitit, ut, si quando auditum sit, portenti ac prodigii simile numeretur, quibus tandem, C. Eruci, argumentis accusatorem censes uti oportere? Nonne et audaciam eius, qui in crimen vocetur, singularem ostendere et mores feros immanemque naturam et vitam vitiis flagitiisque omnibus deditam et denique omnia ad perniciem profligata atque perdita? quorum tu nihil in Sex. Roscium ne obiiciendi quidem causa contulisti.

XIV. 39. Patrem occidit Sex. Roscius. Qui homo? adolescentulus corruptus et ab hominibus nequam inductus? Annos natus maior quadraginta. Vetus videlicet sicarius, homo audax et saepe in caede versatus. At hoc ab accusatore ne dici quidem audistis. Luxuries igitur hominem nimirum et aeris alieni magnitudo et indomitae animi cupiditates ad hoc scelus impulerunt. De luxuria purgavit Erucius, cum dixit hunc ne in convivio quidem ullo fere interfuisse. Nihil autem umquam debuit. Cupiditates porro quae possunt esse in eo, qui, ut ipse accusator obiecit, ruri semper habitarit et in agro colendo vixerit? quae vita maxime disiuncta a cupiditate est et cum officio coniuncta. 40. Quae res igitur tantum istum furorem Sex. Roscio obiecit? Patri, inquit, non placebat. Quam ob causam? necesse est enim eam quoque iustam et magnam et perspicuam fuisse. Nam ut illud incredibile est, mortem oblatam esse patri a filio sine plurimis et maximis causis, sic hoc veri simile non est, odio fuisse parenti filium sine causis multis et magnis et necessariis. 41. Rursus igitur eodem revertamur et quaeramus, quae

---

de his rebus, sed non eodem modo de omnibus. Simillima est argumentatio in or. p. Tullio §. 5. — *ideo quod*] *ideoque* M2. — 1. *illa prima res* M1. — 3. *huiusmodi* G v. — 4. *extinguere* G v a c, ut semper. — 6. *atque nef.* G. — *maleficia* G. — 7. *quod* om. G. — 8. *voltu* M1. — 11. *exstitit*] fort. *exsistit.* — 12. *auditum sit*] malim *auditum est.* — *tandem* Madvig (Op. II. p. 227.): *tandem te* codd. Dissentit Iordan p. 661.; at sententiam generalem esse, ex coniunctivo *qui in crimen vocetur*, sequitur. — *C. Eruci*] *guruci* G. — 14. *vocatur* C. — 15. *flagitiis* v. — *et denique*] *atque* G solus; *et* Madvig. (Opusc. I. p. 179.) cum 𝔈 delendum censet; sed ferendum videtur, cum in primo quoque colo partitionis *et* legatur; v. nunc impr. Klotz. ed. II. p. XIII sq. — 18. *adulescentulus* G. — 19. *annos natus maior*] sic G M v a, Parr., 6 Oxx., St. Vict., Pal. 3. 8. Arus. Mess. p. 249 L. (hic tamen numerum vitiosum *LX* habet): *annos natus magis* Pal. 1., c; *annis maior* O. Cf. Madvig. *Bemerkungen über lat. Sprachl.* p. 84. — 20. *videlicet*] *videtur* G. — 23. *scelus hoc* v. — *luxurie* G; v. Zumpt. ad Verr. p. 896. — 24. *nihil -- esse* om. G. — 26. *obicit* C; *abiecit* G. — 27. *a cup.* a c: om. *a* G M v, 6 Oxx. — *est* H R L, Gud. m. sec., cod. Ursini: om. *est* G M v a c. — *cum off. coni.* om. R; *coniuncta* om. G T χ v; *coniuncta est* M1 solus, fort. recte; nam *est* post *cupiditate* minus placet. — 28. *Patri, inquit, non placebat*] sic G ψ v (v. Madv. Op. I. p. 120.): *Patri, inquit, non placebat. Patri non placebat?* codd. rell. noti et O. Simile est glossema infra §. 54. — 31. *ablatam* G M1; *allatam* M1 m. sec. — 32. *odio parenti fuisse* v.

tanta vitia fuerint in unico filio, quare is patri displiceret. At perspicuum est nullum fuisse. Pater igitur amens, qui odisset eum sine causa, quem procrearat? At is quidem fuit omnium constantissimus. Ergo illud iam perspicuum profecto est, si neque amens pater neque perditus filius fuerit, neque odii causam patri neque sceleris filio fuisse. XV. 42. Nescio, inquit, quae causa odii fuerit: fuisse odium intelligo, quia antea, cum duos filios haberet, illum alterum, qui mortuus est, secum omni tempore volebat esse, hunc in praedia rustica relegarat. Quod Erucio accidebat in mala nugatoriaque accusatione, idem mihi usu venit in causa optima. Ille, quomodo crimen commenticium confirmaret, non inveniebat: ego, res tam leves qua ratione infirmem ac diluam, reperire non possum. 43. Quid ais, Eruci? Tot praedia, tam pulchra, tam fructuosa Sex. Roscius filio suo relegationis ac supplicii gratia colenda ac tuenda tradiderat? Quid? hoc patres familias, qui liberos habent, praesertim homines illius ordinis, ex municipiis rusticanis, nonne optatissimum sibi putant esse, filios suos rei familiari maxime servire et in praediis colendis operae plurimum studiique consumere? 44. An amandarat hunc sic, ut esset in agro ac tantummodo aleretur ad villam? ut commodis omnibus careret? Quid? si constat hunc non modo colendis praediis praefuisse, sed certis fundis patre vivo frui solitum esse, tamenne haec a te vita rusticana relegatio atque amandatio appellabitur? Vides, Eruci, quantum distet argumentatio tua ab re ipsa atque a veritate. Quod consuetudine patres faciunt, id quasi novum reprehendis; quod benevolentia fit, id odio factum criminaris; quod honoris causa pater filio suo concessit, id eum supplicii causa fecisse dicis. 45. Neque haec tu non intelligis, sed usque eo quod arguas non habes, ut non modo tibi contra nos dicendum putes, verum etiam contra rerum naturam contraque consuetudinem hominum contraque opiniones omnium.

XVI. At enim, cum duos filios haberet, alterum a se non dimittebat, alterum ruri esse patiebatur. Quaeso, Eruci, ut hoc in bonam partem accipias; non enim exprobrandi causa, sed commonendi gratia dicam. 46. Si tibi fortuna non dedit, ut patre certo nascerere, ex quo

---

1. *fuerunt* G. — *at*] *ac* G. — 3. *procreaverat* v. — 4. *est* om. G. — *perfidus* H S. — 5. *fuit* ψ. — 8. *relegaverat* v; *relegavit* G. — 9. *in magna* G. — *usu mihi* v. — 10. *commentitium* M v a c. — 11. *qua oratione* G M2, v a. — 12. *quid agis* v. — 13. *filio suo* om. C S; *suo* om. H. — 14. *ac tuenda*] *et servanda* Agroetius p. 2270 P. — *quid? hoc p.*] sic Madv. interpunxit: *quid hoc? Patres fam.* vulgo. — *patres familias* L v, Crat. margo (v. §. 48.): *p. familiae* codd. noti, ut est §. 120. — 18. *an*] *ac* G. — *emandarat* M2. — *ac*] *ut* G. — 19. *ut comm.*] *et comm.* Hotom. — *quid? si*] *quodsi* Sch. — 21. *haec a te vita rusticana rel.*] sic scripsi ex vestigiis codicum: *haec a te vita et rust. rel.* M a, Par. 9.; *haec attente vita et rust. r.* G v, 6 Oxx., St. Vict., Pal. 1. 3., Par. 1. 4.; *haec attenta vita et rust. r.* vulgo et O; *haec a te attenta vita et rust. rel.* Garat. susp.; *haec attenta vita a te rust. rel.* coni. O. M. Muellerus (*Schulzeit.* 1830. p. 371.). Quod ego posui, propterea praetuli, quod *attenta* in nullo cod. inventum est. Nec praetermittendum est, inferius bis legi §§. 48. 75. *rustica vita*, non *rusticana v.* Cf. etiam §. 46. extr. — *emandatio* G M2. — 23. *atque veritate* G M v, fort. recte. — 24. *benivolentia* G M v. — 25. *suo filio* v; delevit *suo* Madvig; v. Opusc. I. p. 114. — 26. *quod arguas* R L v, Ern. coni.: *quid arguas* G M O a c. Cf. Wesenbergii *Emend. Cic. epist.* p. 54. — 28. *contra consuetudinem* ℒ. — 30. *a se* om. v. — 31. *rure* v. — 32. *enim* om. G. — 33. *si -- dedit*] *etenim si tibi natura concessit* Sch. — *certe* G.

intelligere posses, qui animus patrius in liberos esset, at natura certe dedit, ut humanitatis non parum haberes. Eo accessit studium doctrinae, ut ne a litteris quidem alienus esses. Ecquid tandem tibi videtur, ut ad fabulas veniamus, senex ille Caecilianus minoris facere Eutychum, filium rusticum, quam illum alterum, Chaerestratum? — nam, ut opinor, hoc nomine est: — alterum in urbe secum honoris causa habere, alterum rus supplicii causa relegasse? 47. Quid ad istas ineptias abis? inquies. Quasi vero mihi difficile sit quamvis multos nominatim proferre, ne longius abeam, vel tribules vel vicinos meos, qui suos liberos, quos plurimi faciunt, agricolas assiduos esse cupiunt. Verum homines notos sumere odiosum est, cum et illud incertum sit, velintne ii sese nominari, et nemo vobis magis notus futurus sit, quam est hic Eutychus, et certe ad rem nihil intersit, utrum hunc ego comicum adolescentem, an aliquem ex agro Veiente nominem. Etenim haec conficta arbitror esse a poëtis, ut effictos nostros mores in alienis personis expressamque imaginem [nostrae] vitae quotidianae videremus. 48. Age nunc, refer animum sis ad veritatem et considera, non modo in Umbria atque in ea vicinitate, sed in his veteribus municipiis, quae studia a patribus familias maxime laudentur: iam profecto te intelliges inopia criminum summam laudem Sex. Roscio vitio et culpae dedisse. XVII. Ac non modo hoc patrum voluntate liberi faciunt, sed permultos et ego novi et, nisi me fallit animus, unus quisque vestrum qui et ipsi incensi sunt studio, quod ad agrum colendum attinet, vitamque hanc rusticam, quam tu probro et crimini putas esse oportere, et honestissimam et suavissimam esse arbitrantur. 49. Quid censes hunc ipsum Sex. Roscium, quo studio et qua intelligentia esse in rusticis rebus? Ut ex his propinquis eius, hominibus honestissimis, audio, non tu in isto artificio accusatorio callidior es quam hic in suo. Verum, ut opinor, quoniam ita Chrysogono videtur, qui huic nullum praedium reliquit, et artificium obliviscatur et studium deponat licebit. Quod tametsi miserum et indignum est, feret tamen aequo animo, iudices, si per vos vitam et famam potest obtinere. Hoc vero est, quod ferri non potest, si et in hanc calamitatem venit propter praediorum bonitatem et multitudinem, et, quod ea

---

1. *possis* G. — 3. *ecquid* ed. Car. Stephani: *quid* M v a c, 7 Oxx.; *esset quid* G (pro *esses ecquid*). — 4. *Caecilianus*] «Significat Caecilii Statii Hypobolimaeum; v. Mein. ad Menandr. p. 172. [Com. fragm. IV. p. 216.] et Spengel. in Caecilii fragm. p. 27., qui pro *Eutychum* — *Eutychus* vult *Aeschinum* — *Aeschinus*.» Or. 2. At v. Ritschelii *Parerga Plaut*. I. p. 135 not. — *eutycum* M1; *euthycum* v; *euthicum* G (et sic infra). — 5. *caerestratum* G M. — 6. *nomen* v. — 8. *sit* om. M2. — *proferre* G M v c: *proferre possim* H S χ ψ a. — 9. *tribulis* M C H v a c. — 10. *plurimum* M1. — 11. *et id* v. — ii] sic scripsi: *hi* vulgo. — 13. *hunc* om. C H S a. — *ego* om. G. — 14. *Veiente* a c: *veniente* G; *venientem* M v, 3 Oxx. — *haec*] *heret* G. — *esse a poetis* G M v: *a poetis esse* O a c. — 16. *nostrae* Hotomani libri veteres: *nostram* G M v a c; delevit *nostrae* Madv. Opusc. I. p. 180. — *videremus* c: *viderimus* G M C S; *videamus* v a. — *refer ad animum* Sch. — 18. *patribus familias* L c: *patribus familiis* G M C T χ v a (v. Zumpt. ad Verr. p. 608 sq.); *patribus familiae* codd. Gruteri. — 19. *te* om. v. — 20. *et*] *atque* G. — 20. *ac non* M v, ut coni. Heusinger: *at non* G O a c, codd. rell. noti. Cf. Madvigii *epist. ad Orell*. p. 110. — 21. *hoc* om. v. — *et ego*] om. *et* Sch.; *ut ego* C. — *novi* om. G. — 23. *quod ad* c: *quod* G; *quo ad* vel *quoad* M C H ψ v a. — 24. *et suav. et honest.* v. — 26. *his* et *hominibus* om. G. — 28. *es* om. Sch. et v. — 30. *licebit*] *libere licebit* T v. — 31. *ferret* M2 C H χ v. — *potest*] *poterit* L. — 32. *optinere* G v. — *ferri nullo modo potest* Sch. — 33. *venerit* v.

studiose coluit, id erit ei maxime fraudi, ut parum miseriae sit, quod aliis coluit, non sibi, nisi etiam, quod omnino coluit, crimini fuerit. XVIII. 50. Ne tu, Eruci, accusator esses ridiculus, si illis temporibus natus esses, cum ab aratro arcessebantur, qui consules fierent. Etenim, qui praeesse agro colendo flagitium putes, profecto illum Atilium, quem sua manu spargentem semen qui missi erant convenerunt, hominem turpissimum atque inhonestissimum iudicares. At hercule maiores nostri longe aliter et de illo et de ceteris talibus viris existimabant, itaque ex minima tenuissimaque re publica maximam et florentissimam nobis reliquerunt. Suos enim agros studiose colebant, non alienos cupide appetebant; quibus rebus et agris et urbibus et nationibus rem publicam atque hoc imperium et populi Romani nomen auxerunt. 51. Neque ego haec eo profero, quo conferenda sint cum hisce, de quibus nunc quaerimus, sed ut illud intelligatur, cum apud maiores nostros summi viri clarissimique homines, qui omni tempore ad gubernacula rei publicae sedere debebant, tamen in agris quoque colendis aliquantum operae temporisque consumpserint, ignosci oportere ei homini, qui se fateatur esse rusticum, cum ruri assiduus semper vixerit: cum praesertim nihil esset, quod aut patri gratius aut sibi iucundius aut re vera honestius facere posset.

52. Odium igitur acerrimum patris in filium ex hoc, opinor, ostenditur, Eruci, quod hunc ruri esse patiebatur. Numquid est aliud? Immo vero, inquit, est; nam istum exheredare in animo habebat. Audio: nunc dicis aliquid, quod ad rem pertineat: nam illa, opinor, tu quoque concedis levia esse atque inepta: «Convivia cum patre non inibat.» Quippe; qui ne in oppidum quidem nisi perraro veniret. «Domum suam istum non fere quisquam vocabat.» Nec mirum, qui neque in urbe viveret neque revocaturus esset. XIX. Verum haec tu quoque intelligis esse nugatoria: illud, quod coepimus, videamus, quo certius argumentum odii reperiri nullo modo potest. 53. «Exheredare pater filium cogitabat.» Mitto quaerere, qua de causa; quaero, qui scias; tametsi te dicere atque enumerare causas omnes oportebat, et id erat certi accusatoris

3. *ne tu* G M, cod. Lamb., Charisius p. 136 Lind.: *nec tu* v; *nae tu* O a c. Scripturam *nae* falsam esse, Fleckeisenus in *Schneidewini Philologo* II. p. 62 sq. demonstravit. — *eruce* G. — 4. *etenim*] *et eum* G. — 5. *Attilium* G v a c; at v. Osann. ad *Cic. de Rep.* p. 4. — 6. *sua* om. v. — *spergentem* G. — 8. *itaque*] *atque* G. — 10. *adpet.* G. — 11. *et* ante *urb.* om. G. — 12. *ego* om. G. — 13. *eo* om. Sch. — *quo*] *quod* L. — *sunt* G. — *cum hiisdem* G. — 14. *intelligatur* G M v c: *intelligant* χ; *intelligas* C H S ψ a, cod. Car. Steph. «Iudices, opinor, non accusator vafer ac venalis, intelligere debebant, S. Roscio ignosci oportere.» OR. 2. — 16. *quoque* om. M2. — 17. *consumpserint* c: *consumpserunt* G M v a, 6 Oxx. — 18. *cum ruri*] *qui ruri* cod. Ursini et Iann. — *semper assiduus* c; om. *semper* ed. Iunt.; *assiduos semper* G et cod. St. Vict., unde Guilielmius *assiduo semper* (ut est in χ) faciebat; at recte monet Garat. (2) *assiduos* esse antiquam scripturam pro *assiduus*. De pleonasmo autem (nam *semper* Ernestio suspectum erat) v. Duker. ad Liv. XXXIV. 9, 5. — 23. *inquid* G. — *est*] *est aliud* T v. — 24. *nam opinor illa* M1. — 25. *atque*] *et* M2. — 26. *perraro* M v c: *raro* G C H S a. — 28. *revocaturus* M, 6 Oxx., Pall., v a, margo Crat.: *rure vocaturus* R c (G: *ne quero vocatur cum esset)*; in Manut., C. Steph., Lamb. est interpolatio: *quem neque in urbe videret neque rure vocaturus esset.* — *haec tu quoque*] sic G M v et Aldus Nepos (ed. 1583.), quam lectionem Heus. primus revocavit: *haec quoque tu* a c, codd. rell., ut videtur. Cf. idem vitium §§. 82 et 93. — *intelligis in quolibet esse* v. — 29. *incepimus* T v. — 30. *exheredare filium pater cog.* Eutychius p. 179. ed. Lind. — 31. *tamen etsi* G. — 32. *omnis* G M a c.

officium, qui tanti sceleris argueret, explicare omnia vitia ac peccata filii, quibus incensus parens potuerit animum inducere, ut naturam ipsam vinceret, ut amorem illum penitus insitum eiiceret ex animo, ut denique patrem esse sese oblivisceretur, quae sine magnis huiusce peccatis accidere potuisse non arbitror. 54. Verum concedo tibi, ut ea praetereas, quae, cum taces, nulla esse concedis. Illum quidem voluisse exheredare certe tu planum facere debes. Quid ergo affers, quare id factum putemus? Vere nihil potes dicere. Finge aliquid saltem commode, ut ne plane videaris id facere, quod aperte facis, huius miseri fortunis et horum virorum talium dignitati illudere. Exheredare filium voluit. Quam ob causam? Nescio. Exheredavitne? Non. Quis prohibuit? Cogitabat. Cui dixit? Nemini. Quid est aliud iudicio ac legibus ac maiestate vestra abuti ad quaestum atque ad libidinem, nisi hoc modo accusare atque id obiicere, quod planum facere non modo non possis, verum ne coneris quidem? 55. Nemo nostrum est, Eruci, quin sciat, tibi inimicitias cum Sex. Roscio nullas esse; vident omnes, qua de causa huc inimicus venias; sciunt huiusce pecunia te adductum esse. Quid ergo est? Ita tamen quaestus te cupidum esse oportebat, ut horum existimationem et legem Remmiam putares aliquid valere oportere.

XX. Accusatores multos esse in civitate utile est, ut metu contineatur audacia: verum tamen hoc ita est utile, ut ne plane illudamur ab accusatoribus. Innocens est quispiam: verum tamen, quamquam abest a culpa, suspicione tamen non caret. Tametsi miserum est, tamen ei, qui hunc accuset, possim aliquo modo ignoscere. Cum enim aliquid habeat, quod possit criminose ac suspiciose dicere, aperte ludificari et calumniari sciens non videatur. 56. Quare facile omnes patimur esse quam plurimos accusatores, quod innocens, si accusatus sit, absolvi potest, nocens, nisi accusatus fuerit, condemnari non potest. Utilius est autem absolvi innocentem quam nocentem causam non dicere. Anseribus cibaria publice locantur, et canes aluntur in Capitolio, ut significent, si fures venerint. At fures internoscere non possunt: significant tamen, si qui noctu in Capitolium venerint; et, quia id est suspiciosum, tametsi bestiae sunt, tamen in eam partem potius peccant, quae est

1. *arguere* G. — *vitia* om. G. — *ac p.* M v a : *et p.* G; *atque p.* O c et vulg. — 2. *parens* M G c : *pater* C H S T v a, cod. Car. Steph. «In his vulgarius voc. substitutum est exquisitiori. Sic variavit etiam §. 37.: *Occidisse patrem Sex. Roscius arguitur - - qui mortem obtulerit parenti.*» Or. 2. — 4. *esse sese* G M1, v a c : *esse se* M2; *se esse* susp. Lamb. — 5. *concedo tibi*] *concedas* G. — 6. *cum* om. G. — 7. *certo* v. — *adfers id* (om. *quare)* G. — 8. *potes se dicere* G et cod. St. Vict. (fort. ex *potes edicere*; cf. Sal. Catil. 48, 4.) — *aliquid*] *aliud* H. — 9. *ut ne* G v a c : *ne* M. — 12. *cogitabat*] sic G T v : *cogitabat; cogitabat?* M a c, codd. rell. noti, O. Cf. Madv. Opusc. I. p. 120. — 13. *atque ad*] om. *ad* χ v. — 14. *posset* G. — 15. *nemo est nostrum* M2; *nemini vestrum est* Sch. — *quin sit* G. — 17. *huc* G M C T ψ v a, Parr.: *huic* L O c, quod Iordano *(Zeitschr. f. die Alterthumsw.* 1835. p. 725.) necessarium videbatur. — *inimicitiis* G. — 19. *Remmiam* G a, Sch., Gud. m. pr., codd. Ant. Augustini teste Grutero: *Remiam* S T; *rei miam* aut *reumiam* aut *herenniam* Pall.; *eruci iam* M; *remnuas* v; *memiam* R; *Memmiam* c, ut Hotom. voluit. — 20. *esse* om. G. — *ut metu - - utile ut* om. G. — 22. *quisquam verumptamen* G. — 23. *suspicione - - est* om. G. — 24. *possum* G. — 25. *possit* c : *possim* G M H S χ v a c; *possum* R. — *ludificare* G. — 26. *calumpniari* G; *kalumniari* cod. Lamb. — 28. *utilius autem est* G, fort. recte; *ut. est tamen* Lamb. susp. — 29. *si anseribus* Sch. — 30. *publice* om. v. — *collocantur* citat auctor Queroli p. 49. ed. Parei 1619. — *et* om. v. — *capitulio* G. — 31. *at*] *ac* G v. — 33. *tamen etsi* v. — *sint* C H S.

cautior. Quod si luce quoque canes latrent, cum deos salutatum aliqui venerint, opinor, iis crura suffringantur, quod acres sint etiam tum, cum suspicio nulla sit. 57. Simillima est accusatorum ratio. Alii vestrum anseres sunt, qui tantummodo clamant, nocere non possunt: alii canes, qui et latrare et mordere possunt. Cibaria vobis praeberi videmus: vos autem maxime debetis in eos impetum facere, qui merentur. Hoc populo gratissimum est. Deinde si voletis, etiam tum, cum veri simile erit aliquem commisisse, in suspicione latratote. Id quoque concedi potest. Sin autem sic agetis, ut arguatis aliquem patrem occidisse, neque dicere possitis aut quare aut quo modo, ac tantummodo sine suspicione latrabitis, crura quidem vobis nemo suffringet, sed si ego hos bene novi, litteram illam, cui vos usque eo inimici estis, ut etiam Kalendas omnes oderitis, ita vehementer ad caput affigent, ut postea neminem alium nisi fortunas vestras accusare possitis. XXI. 58. Quid mihi ad defendendum dedisti, bone accusator? quid hisce autem ad suspicandum? Ne exheredaretur, veritus est. Audio; sed qua de causa vereri debuerit, nemo dicit. Habebat pater in animo. Planum fac. Nihil est; non, quicum deliberarit, quem certiorem fecerit, unde istud vobis suspicari in mentem venerit. Cum hoc modo accusas, Eruci, nonne hoc palam dicis: Ego, quid acceperim, scio, quid dicam, nescio; unum illud spectavi, quod Chrysogonus aiebat, neminem isti patronum futurum, de bonorum emptione deque ea societate neminem esse, qui verbum facere auderet hoc tempore. Haec te opinio falsa in istam fraudem impulit. Non me hercules verbum fecisses, si tibi quemquam responsurum putasses.

59. Operae pretium erat, si animadvertistis, iudices, negligentiam eius in accusando considerare. Credo, cum vidisset, qui homines in hisce subselliis sederent, quaesisse, num ille aut ille defensurus esset; de me ne suspicatum quidem esse, quod antea causam publicam nullam dixerim. Posteaquam invenit neminem eorum, qui possunt et solent, ita negligens esse coepit, ut, cum in mentem veniret ei, resideret, deinde spatiaretur, nonnumquam etiam puerum vocaret, credo, cui cenam imperaret, prorsus ut vestro consessu et hoc conventu pro summa solitudine abuteretur. XXII. 60. Peroravit aliquando, assedit. Surrexi ego. Respirare visus est, quod non alius potius diceret. Coepi dicere. Usque eo animadverti, iudices, eum iocari atque alias res agere, ante-

1. *deos* v c: *deo* G; *eo* M a. «Glossema veram scripturam loco demovit; neque enim puto fuisse *deos eo salutatum.*» GAR. 2. — 2. *iis* om. G. — *etiam cum tum* G. — 3. *alii*] *un̄* G. — 4. *tamen modo* v. — 6. *in eum i. f. qui meretur* v. — 7. *grauissimum* G. — *voltis* χ. — 8. *aliquem aliquid commisisse* coni. Hotom. — 10. *sine suspicione*] haec vv. ut glossam voc. *tantummodo* delenda censuerunt Benecke in progr. Posen. 1833. p. 8. et Ravius II. p. 124. — 12. *Kal. omnes* Pighius, cuius emendationem praeter Scholiastae explicationem firmant M C *calomnis* (i. e. *Kal. omnis)* et Par. 1. 4. *cal. omnes* exhibentes: *calonnus* G; *calumniis* 5 Oxx., Par. 3. 8., v a; *eas omnes* c, Pal. 1. — 13. *affigent* M2 c: *adfingent* G C T a (sed C T a *aff.)*; *affringent* v; *affinget* χ; *effigent* M1; *effingent* R. — 14. *vestras* om. G. — 15. *bone accus.* om. G. — *ad supplicandum neque exh.* G. — 18. *deliberaverit* C; *deliberavit* G M, 4 Oxx., v a. — 19. *accusa* G. — 20. *dicitis* G. — 23. *auderet hoc tempore* G M v: *hoc temp. aud.* a c, edd. vulg. — 24. *me hercules* G M C H R S a: *me hercule* v c. — 27. *homines*] *bonos* G. — 28. *quaesisset* G v, 4 Oxx. — 29. *ne*] *non* G v. — *quidem esse* G M v a, 6 Oxx., Parr. (sed T v *esset*): om. *esse* O c. — *ante* v. — 32. *cenam* G L: *coenam* vulgo. — 33. *ut prorsus* M. — *et hoc*] *in hoc* v. — 34. *adsedit* G.

quam Chrysogonum nominavi: quem simul atque attigi, statim homo se erexit, mirari visus est. Intellexi, quid eum pupugisset. Iterum ac tertio nominavi. Postea homines cursare ultro et citro non destiterunt: credo, qui Chrysogono nuntiarent esse aliquem in civitate, qui contra voluntatem eius dicere auderet; aliter causam agi atque ille existimaret, aperiri bonorum emptionem, vexari pessime societatem, gratiam potentiamque eius negligi, iudices diligenter attendere, populo rem indignam videri. 61. Quae quoniam te fefellerunt, Eruci, quoniamque vides versa esse omnia; causam pro Sex. Roscio, si non commode, at libere dici; quem dedi putabas, defendi intelligis; quos tradituros sperabas, vides iudicare: restitue nobis aliquando veterem tuam illam calliditatem atque prudentiam, *aut* confitere *te* huc ea spe venisse, quod putares hic latrocinium, non iudicium futurum.

De parricidio causa dicitur: ratio ab accusatore reddita non est, quam ob causam patrem filius occiderit. 62. Quod in minimis noxiis et in his levioribus peccatis, quae magis crebra et iam prope quotidiana sunt, maxime et primum quaeritur, quae causa maleficii fuerit, id Erucius in parricidio quaeri non putat oportere. In quo scelere, iudices, etiam cum multae causae convenisse unum in locum atque inter se congruere videntur, tamen non temere creditur neque levi coniectura res penditur neque testis incertus auditur neque accusatoris ingenio res iudicatur. Cum multa antea commissa maleficia, cum vita hominis perditissima, tum singularis audacia ostendatur necesse est, neque audacia solum, sed summus furor atque amentia. Haec cum sint omnia, tamen exstent oportet expressa sceleris vestigia, ubi, qua ratione, per quos, quo tempore maleficium sit admissum. Quae nisi multa et manifesta sunt, profecto res tam scelesta, tam atrox, tam nefaria credi non potest. 63. Magna est enim vis humanitatis; multum valet communio sanguinis; reclamitat istiusmodi suspicionibus ipsa natura; portentum atque monstrum certissimum est esse aliquem humana specie et figura, qui tantum immanitate bestias vicerit, ut, propter quos hanc suavissimam lucem aspexerit, eos indignissime luce privarit, cum etiam feras inter sese partus atque educatio et natura ipsa conciliet.

---

2. *eum*] *enim* G. — *pupugisset* a c, Diomedes p. 364: *pepugisset* G M C, codd. Lamb. (v. Gell. N. Att. VII. 9.); *pepigisset* v. — 3. *ultro et citro* codd. Tulliani et Prisciani (XV. 3.) apparatus Hertziani: *ultro citroque* Prisc. ed. Krehl. p. 622., quae interpolatio ex verbis, quae apud Prisc. praecedunt «*unde dicitur ultro citroque*» orta est. — 4. *aliquem esse* v; om. *esse* G, ut lectio v vera videatur. — *in civitatem* G, St. Vict. — 5. *agi atque*] *atque aliter* G. — 6. *gratiamque* G. — 7. *eius* om. G. — 8. *quoniam vides* C. — 9. *at*] *ac* v; *atque* G. — 10. *intelligis* et deinde *vides* Buechn. uncis inclusit de Ern. sententia. «Sed scita est oppositio sic partienda: *vides versa esse omnia:* nam a) *causam libere dici, quem dedi putabas, defendi intelligis*; b) *quos tradituros sperabas, vides iudicare:* in quam interpolator vix incidisset.» Or. 2. Contra Gliemannus (*Archiv für Philol. u. Pädag.* XI. p. 591.) vv. *causam* - - *dici* pro spuriis habet. — 12. *aut confitere te*] sic L ex Hotom. emendatione: *aut* et *te* om. codd. O. Qualis insit sententia in lectione vulgari, aliis demonstrandum relinquo. — 15. *noxiis* G M χ ψ v a, 3 Parr., Crat. margo: *noxis* L c, Par. 7. 8. — 17. *maxime* v c: *id maxime* a et codd. noti. «Librarii per ἀβλεψίαν iam hic ἀπόδοσιν incipere opinabantur.» Or. 2. — *in maleficio* v. — 18. *non putat in parr. q. op.* a. — 22. *cum vita* G M v, 5 Oxx.: *tum vita* O a c. — 24. *tamen* om. G. — 25. *sceleris vest. expr.* M1. — 26. *et*] *ac* v. — 29. *reclamat* M1 et Victorinus ad Cic. de Inv. II. 15. (p. 133 Or.) prob. Garat. 2. — 30. *aliqua* v. — 32. *privaverit* v. — 33. *atque* om. C H S a.

XXIII. 64. Non ita multis ante annis aiunt T. Caelium quendam Tarracinensem, hominem non obscurum, cum cenatus cubitum in idem conclave cum duobus adolescentibus filiis isset, inventum esse mane iugulatum. Cum neque servus quisquam reperiretur neque liber, ad quem ea suspicio pertineret, id aetatis autem duo filii propter cubantes ne sensisse quidem se dicerent, nomina filiorum de parricidio delata sunt. Quid poterat tam esse suspiciosum? neutrumne sensisse? ausum autem esse quemquam se in id conclave committere eo potissimum tempore, cum ibidem essent duo adolescentes filii, qui et sentire et defendere facile possent? Erat porro nemo, in quem ea suspicio conveniret. 65. Tamen, cum planum iudicibus esset factum aperto ostio dormientes eos repertos esse, iudicio absoluti adolescentes et suspicione omni liberati sunt. Nemo enim putabat quemquam esse, qui, cum omnia divina atque humana iura scelere nefario polluisset, somnum statim capere potuisset, propterea quod, qui tantum facinus commiserunt, non modo sine cura quiescere, sed ne spirare quidem sine metu possunt. XXIV. 66. Videtisne, quos nobis poëtae tradiderunt patris ulciscendi causa supplicium de matre sumpsisse, cum praesertim deorum immortalium iussis atque oraculis id fecisse dicantur, tamen ut eos agitent Furiae neque consistere umquam patiantur, quod ne pii quidem sine scelere esse potuerunt? Sic se res habet, iudices: magnam vim, magnam necessitatem, magnam possidet religionem paternus maternusque sanguis; ex quo si qua macula concepta est, non modo elui non potest, verum usque eo permanat ad animum, ut summus furor atque amentia consequatur. 67. Nolite enim putare, quemadmodum in fabulis saepenumero videtis, eos, qui aliquid impie scelerateque commiserunt, agitari et per-

1. *ante* om. Sch. — *Caelium*] sic codd. Valerii Maximi (VIII. 1. abs. 13.), qui eandem narrationem ex hoc Cic. loco petivit: *Cloelium* G M1, O c; *Clodium* 4 Oxx., v a; *Claedium* S. Cum ex variis lectionibus codd. Tullianorum certe cognosci non possit, quale nomen fuerit, a Valerio Maximo, cuius codices multo antiquiores habemus, traditum recipiendum putavi, praecipue cum etiam Scholiastes nomen *Caecilius* habeat, quod cum *Caelius* confundi solere constat. (In loco Val. Max. codex optimus apparatus Kempfiani, Bernensis, habet *fratres caelii* et deinde *pater titus coelius*; ceteri codd. *celii* et *celius*; cod. Paris. in Epit. utroque loco *caelius*.) — *quemdam* G. — 2. *Tarracinensem* M a: *Terracinensem* G R T v, Par. 1. 4. 7., Schol. Scripturam *Tarr*. etiam Valerius Maximus confirmat. — *cum senatus* G. — 3. *adulescentibus* G. — 4. *reperiretur* c: *reperiebatur* codd., v a. Cf. Val. Max. l. c. et v. Madv. ad *Cic. de Finn.* p. 249. Simile mendum est in codd. infra §. 81. et *profitearis* §. 84. — 6. *sunt* om. G. — 7. *quid poterat tam esse suspiciosum? neutrumne*] sic Madvigius. Pro *tam esse* haec habent codices: *iam esse* M; *sā ē* G; *sa . . . est* (sic!) Par. 1. 4.; *sane* R T χ v (T v etiam *quod* pro *quid* et T *suspicionem)*; *satis est* H; *quod p. satis esse* a; *quid poterat? sane* c. Deinde legitur in omnibus codd. *suspiciosum autem* (soli T v: *susp. aut)* pro *suspiciosum*, unde mihi in mentem venit, Ciceronem iuveniliter exuberantem fortasse sic scripsisse: *Quid poterat tam esse suspiciosum? suspiciosum autem? Neutrumne sensisse* etc. Cf. Hand. Tursell. I. p. 576. *(Quid postea? erat sane suspiciosum: neutrum* L O ex coni. Manutii; *Quid magis poterat esse susp.?* Ferrettus in ed. Gryph. 1550.; *quid poterat sane tam esse s.?* Garat.) — *neutrumne*] *neutrum se* G; *neutrum nec* a; *ne* H (om. *neutrum*). — 11. *tamen*] *et tamen* L; *tum* v. — *hostio* M1 v. — 12. *et* om. G. — 15. *potuisse* G; *posset* Ern. coni.; at v. Reisigii *Schol. de L. L.* p. 504. — *commiserit* a. — 16. *respirare* L v. — *sine metu* om. G. — *possunt* G M v c: *possint* C H S O; *possit* a. — 17. *quos*] *eos quos* Sch.; *quod* C H S. — *uobis* G. — 20. *umquam* G M C χ, codd. Lamb.: *usquam* v a c, O. — 23. *elui* Victorius: *leui* G M χ, Par. 1. 4.; *leni* S a; *laui* Pal. 1., c *(leui* vel *leniri* Pall. reliqui); *leniri* 5 Oxx., v, Crat. margo. — 24. *permanet* v. — *furorum* G. — 26. *commiserunt* G M v: *commiserint* a c et rell. editt.

terreri Furiarum taedis ardentibus. Sua quemque fraus et suus terror maxime vexat; suum quemque scelus agitat amentiaque afficit; suae malae cogitationes conscientiaeque animi terrent; hae sunt impiis assiduae domesticaeque Furiae, quae dies noctesque parentum poenas a consceleratissimis filiis repetant. 68. Haec magnitudo maleficii facit, ut nisi paene manifestum parricidium proferatur, credibile non sit, nisi turpis adolescentia, nisi omnibus flagitiis vita inquinata, nisi sumptus effusi cum probro atque dedecore, nisi prorupta audacia, nisi tanta temeritas, ut non procul abhorreat ab insania. Accedat huc oportet odium parentis, animadversionis paternae metus, amici improbi, servi conscii, tempus idoneum, locus opportune captus ad eam rem; paene dicam, respersas manus sanguine paterno iudices videant oportet, si tantum facinus, tam immane, tam acerbum credituri sunt. 69. Quare hoc, quo minus est credibile, nisi ostenditur, eo magis est, si convincitur, vindicandum. XXV. Itaque cum multis ex rebus intelligi potest, maiores nostros non modo armis plus quam ceteras nationes, verum etiam consilio sapientiaque potuisse, tum ex hac re vel maxime, quod in impios singulare supplicium invenerunt. Qua in re quantum prudentia praestiterint iis, qui apud ceteros sapientissimi fuisse dicuntur, considerate. 70. Prudentissima civitas Atheniensium, dum ea rerum potita est, fuisse traditur: eius porro civitatis sapientissimum Solonem dicunt fuisse, eum, qui leges, quibus hodie quoque utuntur, scripserit. Is cum interrogaretur, cur nullum supplicium constituisset in eum, qui parentem necasset, respondit, se id neminem facturum putasse. Sapienter fecisse dicitur, cum de eo nihil sanxerit, quod antea commissum non erat, ne non tam prohibere quam admonere videretur. Quanto nostri maiores sapientius! qui cum intelligerent, nihil esse tam sanctum, quod non aliquando violaret audacia, supplicium in parricidas singulare excogitaverunt; ut, quos natura ipsa retinere in officio non potuisset, magnitudine poenae a maleficio summoverentur. Insui voluerunt in culleum vivos atque ita in flumen deiici. XXVI. 71. O singularem sapientiam, iudices! Nonne videntur hunc hominem ex rerum natura sustulisse et eripuisse, cui repente caelum, solem, aquam terrramque ademerint; ut, qui eum necasset, unde ipse natus esset, careret iis rebus omnibus, ex quibus

---

1. *taedis*] *cedis* G (ex *tedis*, ut est in v a c). — *et suus terror*] *et suus error* coni. J. F. Heusinger ad *Cic. de Off.* III. c. 31.; *et terror suus* v; *et error suus* coni. Klein. «Nimis tenue est voc. *error* post alterum *fraus*.» Or. 2. Cf. etiam Osenbr. — 2. *adficit* G. — 3. *conscientiaeque* M v c, Schol. Lucani ad VII. 784. p. 584 Web.: *conscientiae* G; *amentiaeque* C H S a; *amentiae* ψ. — *torrent* G. — *hae*] *haec* G a et Schol. Luc. Cf. Fleckeisenum in Novo Museo Rhen. (1850.) VII. p. 271 sqq. — 4. *sceleratissimis* M1. — 5. *repetunt* coni. Schuetz. — 7. *coinquinata* χ. — 8. *nisi praerupta* v; *atque prorupta* G. — 9. *parentis*] *parentis animum* G. — 11. *oportune* v. — 13. *cred. sint* a. — *quo m.*] *cominus* M2. — 14. *iudicandum* M1. — 18. *quantumcumque* G. — *praestiterunt* M χ c. — *iis*] *hi* v. — 20. *potita esset* χ. — 22. *hodie quibus* v. — *interrogatus esset* v. — 24. *id se* v. — *dicitur sap. fecisse* v. — 26. *admovere* χ. — *nostri mai.* G M a: *mai. nostri* O v c. — 27. *esse* om. G. — 29. *posset* susp. Ern. — *magnit.* G M v a c, 6 Oxx.: *ii magnit.* L O. — 30. *a malef.* M, ut coni. Wesenberg: om. *a* codd. rell. noti et O. Cf. Zumpt. *ad Verr.* p. 427. — *culleum* G M H S L a c: *culeum* O v. Cf. ad §. 30. — *ita* om. G T. — 32. *substulisse* M2. — *deripuisse* L. — 33. *terram* G. — *ademerint* G M v a: *ademerit* χ; *ademerunt* L c. — 34. *esset careret* c: *est et careret* G M v; *esset et car.* C H S T a; *esset etiam car.* R; *est car.* χ (?).

omnia nata esse dicuntur. Noluerunt feris corpus obiicere, ne bestiis quoque, quae tantum scelus attigissent, immanioribus uteremur: non sic nudos in flumen deiicere, ne cum delati essent in mare, ipsum polluerent, quo cetera, quae violata sunt, expiari putantur: denique nihil tam vile neque tam vulgare est, cuius partem ullam reliquerint. 72. Etenim quid est tam commune quam spiritus vivis, terra mortuis, mare fluctuantibus, litus eiectis? Ita vivunt, dum possunt, ut ducere animam de caelo non queant; ita moriuntur, ut eorum ossa terra non tangat; ita iactantur fluctibus, ut numquam adluantur; ita postremo eiiciuntur, ut ne ad saxa quidem mortui conquiescant. Tanti maleficii crimen, cui maleficio tam insigne supplicium est constitutum, probare te, Eruci, censes posse talibus viris, si ne causam quidem maleficii protuleris? Si hunc apud bonorum emptores ipsos accusares, eique iudicio Chrysogonus praeesset, tamen diligentius paratiusque venisses. 73. Utrum, quid agatur, non vides? an apud quos agatur? Agitur de parricidio, quod sine multis causis suscipi non potest: apud homines autem prudentissimos agitur, qui intelligunt neminem ne minimum quidem maleficium sine causa admittere.

XXVII. Esto: causam proferre non potes. Tametsi statim vicisse debeo, tamen de meo iure decedam et tibi, quod in alia causa non concederem, in hac concedam, fretus huius innocentia. Non quaero abs te, quare patrem Sex. Roscius occiderit: quaero, quo modo occiderit. Ita quaero abs te, C. Eruci, quo modo? et sic tecum agam, ut meo loco vel respondendi vel interpellandi tibi potestatem faciam vel etiam, si quid voles, interrogandi. 74. Quo modo occidit? ipse percussit, an aliis occidendum dedit? Si ipsum arguis, Romae non fuit: si per alios fecisse dicis, quaero servosne, an liberos? *Si liberos*, quos homines? indidemne Ameria, an hosce ex urbe sicarios? Si Ameria, qui sunt ii? cur non nominantur? si Roma, unde eos noverat Roscius, qui Romam multis annis non venit neque umquam plus triduo fuit? Ubi eos convenit? quicum locutus est? quomodo persuasit? «Pretium dedit.» Cui dedit? per quem dedit? unde aut quantum dedit? Nonne his vestigiis

---

1. *uoluerunt corpus abicere* G. — 2. *quae* om. G. — *uteremur* G M v c: *uterentur* C H S a, cod. C. Steph. — 3. *id ipsum* 𝔏 in marg. et χ. — 5. *vile*] *utile* c. — *ullam*] *ullam eis* 𝔏 in marg. — *etenim quid est tam comm.* L: *etenim quid tam est comm.* codd. orationis et O; *quid enim tam comm.* Cicero se ipse citans in Orat. §. 107. et Quintil. XII. 6, 4.; *quid est enim tam comm.* Arus. Mess. p. 221. Lind.; *nam quid est tam comm.* Serv. ad Verg. Aen. I. 540. — 7. *littus eiectus* G. — 8. *terra non tangat* G M v a c, Pall., codd. fort. omnes: *terram non tangant* L, ut est in codd. aliquot Oratoris l. c. — 9. *adluantur* cod. C. Steph., Crat. margo, L (sed hi *alluantur)*: *abluantur* G M O v a c, Pall., codd. plerique, ut videtur. In Oratore auctoritas codicum similiter variantium fere par est. Cf. Osenbr. ad h. l. et Klotz. ed. II. Praef. p. XIV sq. Varietas lectionis orta est ex frequenti confusione praepositionum *ad* et *ab*; sic in Verr. V. §. 96. codd. optimi, etiam Paris. *abluantur* prave habent; verum *adluantur* Vat. palimps. — 14. *tamen*] *tum* v. — *paratusque* G. — 16. *suspici* G M. — 18. *causis* v. — 19. *potest* G. — 20. *quod* om. v. — 21. *abs te*] *ex te* H. — 23. *ita; quaero* distingui iubet Gar. 2. coll. Lamb. ad Hor. Serm. 2, 7, 2. — *meo loco* Madvig (Op. I. p. 122.): *in eo loco* codd. et edd. priores. — 27. *quaero*] *queros quos* G (depravatum videtur ex *quaero, per quos*, quod vellem in codd. inveniretur). — *si liberos*] sic Madvig (et ante eum Matthiae, qui solum «*liberos?*» addidit): om. *si lib.* codd. et O. Cf. p. 51. v. 13. — 28. *indidemne*] *iudica an* v. — *si Ameria* a c: *si Ameriae* G M T χ v (sed Gom. *si*). — *ii*] sic scripsi: *hi* vulg. — 29. *si Roma* ed. R. Steph. a. 1543.: *si Romae* codd. et edd. vett. — 31. *est* om. v.

ad caput maleficii perveniri solet? Et simul tibi in mentem veniat facito, quemadmodum vitam huiusce depinxeris: hunc hominem ferum atque agrestem fuisse, numquam cum homine quoquam collocutum esse, numquam in oppido constitisse. 75. Qua in re praetereo illud, quod mihi maximo argumento ad huius innocentiam poterat esse, in rusticis moribus, in victu arido, in hac horrida incultaque vita istiusmodi maleficia gigni non solere. Ut non omnem frugem neque arborem in omni agro reperire possis, sic non omne facinus in omni vita nascitur. In urbe luxuries creatur; ex luxuria exsistat avaritia necesse est, ex avaritia erumpat audacia; inde omnia scelera ac maleficia gignuntur. Vita autem haec rustica, quam tu agrestem vocas, parsimoniae, diligentiae, iustitiae magistra est. XXVIII. 76. Verum haec missa facio. Illud quaero, is homo, qui, ut tute dicis, numquam inter homines fuerit, per quos homines hoc tantum facinus, tam occultum, absens praesertim conficere potuerit. Multa sunt falsa, iudices, quae tamen argui suspiciose possunt: in his rebus si suspicio reperta erit, culpam inesse concedam. Romae Sex. Roscius occiditur, cum in agro Amerino esset filius. Litteras, credo, misit alicui sicario, qui Romae noverat neminem. Arcessivit aliquem. Quem aut quando? Nuntium misit. Quem aut ad quem? Pretio, gratia, spe, promissis induxit aliquem. Nihil horum ne confingi quidem potest, et tamen causa de parricidio dicitur. 77. Reliquum est, ut per servos id admiserit. O di immortales! rem miseram et calamitosam, quod in tali crimine, quod innocenti saluti solet esse, ut servos in quaestionem polliceatur, id Sex. Roscio facere non licet! Vos, qui hunc accusatis, omnes eius servos habetis: unus puer, victus quotidiani administer, ex tanta familia Sex. Roscio relictus non est. Te nunc appello, P. Scipio, te, M. Metelle, vobis advocatis, vobis agentibus, aliquoties duos servos paternos in quaestionem ab adversariis Sex. Roscius postulavit. Meministisne T. Roscium recusare? Quid? ii servi ubi sunt? Chrysogonum, iudices, sectantur; apud eum sunt in honore et in pretio. Etiam nunc, ut ex iis quaeratur, ego postulo, hic orat atque obsecrat. 78. Quid facitis? cur recusatis? Dubitate etiam nunc, iudices, si potestis, a

---

2. *dempseris* M (sed M2 in marg. *depinxeris*). — *ferreum* v. — 3. *homine quodam* $\chi\psi$. — 7. *in*] *et in* G. — 9. *ex luxurie* G. — 10. *ac*] et G. — *gignantur* ψ. — 12. *magistra*] *ministra* T. — *est* om. G. — 13. *qui* om. G v a, 4 Oxx. — 15. *suspicione* M1. — 18. *aliquem. quem aut quando?*] sic optimi codd. Prisciani X. 8, 45. (Par. 7496. St. Gall. Bamberg. Darmst. 1.): *aliquem aut quando* 2 codd. Prisc. ex apparatu Hertzii et Par. 1.; *aliquem at quando* M v a c, codd. plerique, ut videtur, O; *aliquem aliquando* G, ut Ravius II. p. 122. voluit; *aliquem. Quando?* L. — 19. *emisit* v. — 23. *in* om. v. — *quod innocenti* M v a, St. Vict., Pal. 3. 8., 5 Oxx.: om. *quod* G, Pal. 1., c et O, sic distinguens: *calamitosam! Quod in tali cr. innocenti* cet. In recepta lectione prius *quod* est coniunctio, posterius pronomen; v. Madv. Opusc. I. p. 181. — 24. *polliceatur* ed. R. Steph.: *polliceantur* M G S $\chi\psi$ v a c, ut fort. *innocentibus* scribendum sit. — 25. *omnis* M a. — 27. *P.* om. Sch. — *te*] *et* H a; om. C v. — *M. Metelle*] *M.* om. codd.; praenomen addendum esse vidit A. Krause (*Archiv für Philol. und Pädag.* Vol. XIII. p. 307.). — *aliquotiens* G M v c. — 29. *meministisne T. Roscium* ed. R. Steph. et L: *meministine T. Roscium* M; *meministis te T. Roscium* cod. Iann. cum punctis sub *te* (teste Gar. 2.); *meministine T. roscio* v; *meministine T. Rosci* G T χ a, codd. Grut.; *meministi me T. Rosci* S; *meministi T. Rosci* C; *meministi te Tite Rosci* c; *meministine te, T. Rosci* O et vulgo, sed *te* in nullo cod. inventum est, et nequaquam ex §. 149. sequitur, hic quoque T. Roscium appellari. Cf. Buechn. p. 246., quocum Garat. 2. consentit. — *ubi ii servi* c. — 31. *ex iis* Madvig: *ex his* codd. et O prob. Iordano p. 662.

quo sit Sex. Roscius occisus: ab eone, qui propter illius mortem in egestate et *in* insidiis versatur, cui ne quaerendi quidem de morte patris potestas permittitur, an ab iis, qui quaestionem fugitant, bona possident, in caede atque ex caede vivunt. Omnia, iudices, in hac causa sunt misera atque indigna; tamen hoc nihil neque acerbius neque iniquius proferri potest: mortis paternae de servis paternis quaestionem habere filio non licet. Ne tam diu quidem dominus erit in suos, dum ex iis de patris morte quaeratur? Veniam, neque ita multo post, ad hunc locum; nam hoc totum ad Roscios pertinet, de quorum audacia tum me dicturum pollicitus sum, cum Erucii crimina diluissem. XXIX. 79. Nunc, Eruci, ad te venio. Conveniat mihi tecum necesse est, si ad hunc maleficium istud pertinet, aut ipsum sua manu fecisse, id quod negas, aut per aliquos liberos aut servos. Liberosne? quos neque ut convenire potuerit neque qua ratione inducere neque ubi neque per quos neque qua spe aut quo pretio potes ostendere. Ego contra ostendo, non modo nihil eorum fecisse Sex. Roscium, sed ne potuisse quidem facere, quod neque Romae multis annis fuerit neque de praediis umquam temere discesserit. Restare tibi videbatur servorum nomen, quo quasi in portum reiectus a ceteris suspicionibus confugere posses: ubi scopulum offendis eiusmodi, ut non modo ab hoc crimen resilire videas, verum omnem suspicionem in vosmet ipsos recidere intelligas. 80. Quid ergo est, quo tandem accusator inopia argumentorum confugerit? Eiusmodi tempus erat, inquit, ut homines vulgo impune occiderentur; quare hoc tu propter multitudinem sicariorum nullo negotio facere potuisti. Interim mihi videris, Eruci, una mercede duas res assequi velle: nos iudicio perfundere, accusare autem eos ipsos, a quibus mercedem accepisti. Quid ais? Vulgo occidebantur? Per quos et a quibus? Non cogitas te a sectoribus huc adductum esse? Quid postea? Nescimus per ista tempora eosdem fere sectores fuisse collorum et bonorum? 81. Ii denique, qui tum armati dies noctesque concursabant, qui Romae erant assidui, qui omni tempore in praeda et sanguine versabantur, Sex. Roscio temporis illius acerbitatem iniquitatemque obiicient, et illam sicariorum multitudinem, in qua ipsi duces ac principes erant, huic crimini putabunt fore? qui non modo Romae non fuit, sed omnino, quid Romae ageretur, nescivit,

2. *et in insidiis*] addidi *in* ex coni. — 3. *fugiant* M1. — 6. *proferre* G. — 8. *quaeratur?*] signum interrogationis Lamb. primus posuit. — *multa* G. — 11. *est* om. G. — 13. *conveniret* M H v a. — 18. *quos quasi* M1. — 20. *crimine* G ψ v c. — *resiliri* G. — 21. *quid ergo est* M v: *quid est ergo* codd. alii, O a c; *quid tamen est* G. De loci interpunctione v. Wesenbergii *Observv. crit. ad or. p. Sestio* p. 11. not. 1. — 22. *tamen* G. — 23. *hoc tu* G M2 v: *tu hoc* M1 O a c. — 24. *interim*] *interdum* cod. (?) Ursini. «Solet Cic. *interim* adhibere pro *interea*; at hic esset *aliquando, nonnumquam*, quo sensu Tullianum est *interdum*, quamquam postea ita multi usurparunt. [v. Duker. ad Florum I. 25, 7.] Forcellinus explicavit *interim* «dum ista dicis», quod vanum perfugium est.» GAR. 2. Neque mihi persuasit Handius in Tursell. III. p. 425. de lectionis integritate. — 26. *quid ais Eruci* Sch. — 27. *non cogitas* Ernesti: *nonne cogitas* codd. et O. Cf. Hand. Turs. IV. p. 310 sq. — 28. *nescimus*] *nescis* cod. Iann. et Schol. in explicatione, quod probarunt Gar. et Or. 2.; *nescius* a (ex v, ubi impressum est: nesciũs). — *tempora vero eosdem vero fuisse* G. — 30. *concursabant* M v c: *concurrebant* G; *circumcursabant* C H a; cf. Zumpt. ad Verr. p. 896. — 31. *et in sanguine* O v. — 32. *et* om. c. — 34. *nescivit* Madvig (v. Opusc. I. p. 182. et ad Cic. de Finn. p. 249.): *nesciret* codd., quod frustra Or. 2. et Ravius II. p. 193. defenderunt. Poterat tamen lectio codd. etiam ex *nescius erat* oriri. Contra Matthiaeus superius *fuerit* pro *fuit* scribere maluit.

propterea quod ruri assiduus, quemadmodum tute confiteris, fuit. 82. Vereor ne aut molestus sim vobis, iudices, aut ne ingeniis vestris videar diffidere, si de tam perspicuis rebus diutius disseram. Erucii criminatio tota, ut arbitror, dissoluta est: nisi forte exspectatis, ut illa diluam, quae de peculatu ac de eiusmodi rebus commenticiis inaudita nobis ante hoc tempus ac nova obiecit: quae mihi iste visus est ex alia oratione declamare, quam in alium reum commentaretur; ita neque ad crimen parricidii neque ad eum, qui causam dicit, pertinebant: de quibus quoniam verbo arguit, verbo satis est negare. Si quid est, quod ad testes reservet, ibi quoque nos, ut in ipsa causa, paratiores reperiet quam putabat.

XXX. 83. Venio nunc eo, quo me non cupiditas ducit, sed fides. Nam si mihi liberet accusare, accusarem alios potius, ex quibus possem crescere: quod certum est non facere, dum utrumvis licebit. Is enim mihi videtur amplissimus, qui sua virtute in altiorem locum pervenit, non qui ascendit per alterius incommodum et calamitatem. Desinamus aliquando ea scrutari, quae sunt inania: quaeramus ibi maleficium, ubi et est et inveniri potest. Iam intelliges, Eruci, certum crimen quam multis suspicionibus coarguatur: tametsi neque omnia dicam et leviter unumquidque tangam. Neque enim id facerem, nisi necesse esset: et id erit signi me invitum facere, quod non persequar longius, quam salus huius et mea fides postulabit. 84. Causam tu nullam reperiebas in Sex. Roscio: at ego in T. Roscio reperio. Tecum enim mihi res est, T. Rosci, quoniam istic sedes ac te palam adversarium esse profiteris. De Capitone post viderimus, si, quemadmodum paratum esse audio, testis prodierit; tum alias quoque suas palmas cognoscet, de quibus me ne audisse quidem suspicatur. L. Cassius ille, quem populus Romanus verissimum et sapientissimum iudicem putabat, identidem in causis quaerere solebat, «cui bono fuisset.» Sic vita hominum est, ut ad maleficium nemo conetur sine spe atque emolumento accedere. 85. Hunc quaesitorem ac iudicem fugiebant atque horrebant ii, quibus periculum creabatur, ideo quod, tametsi veritatis erat amicus, tamen natura non tam propensus ad misericordiam quam implicatus ad severitatem videbatur. Ego, quam-

---

1. *quod rure* v; *quod qui rome* G. — 2. *aut ingeniis* ℒ in marg. — 3. *de* om. G. — *eruci* G. — 4. *ut illa*] *dum illa* lectio varia apud Lamb. — 8. *pertinebant* L, codd. plerique, ut videtur: *pertinebat* G M χ v a c. — *quoniam* M2: *quum* T χ v c; *quomodo* G M1 C H ψ a. — 9. *ad servos vel testes* v. — 10. *ibi quoque nos* G M1 et 2, ut Madv. coniecit: *ibi nos quoque* O v a c. — *causa*] *tam* G. — *reperiret* M. — 12. *nunc* om. M1. — *non quo me* G. — 13. *liceret* v. — 15. *pervenit* om. G. — 17. *quaer. ibi malef. ubi* Steinmetz: *quaer. ubi mal. ubi* Par. 1. 4. 8., v, Oxx., ut videtur; *quaer. ubi malef.* G O c; *quaer. mal. ubi* M a, Par. 9. — 18. *et est*] om. *et* T. — *incertum crimen* Lamb. susp. At est *certum crimen* criminatio, quae multis suspicionibus argumentisque probabilis fieri possit, qualem iam Cic. ipse in T. Roscium intendit. Cf. §. 53. *certus accusator*. — 20. *unumquidque* Wesenberg (ad Sest. p. 12 not.): *unumquodque* codd. et O. Cf. Madv. ad *Cic. de Finn.* p. 39., a quo tamen dissentit Jordan l. c. — 21. *signum* v; *signo* coni. Weiske; at v. Os. et Klotz. in *Annal. philol. novis* Vol. 22 p. 173 sq. (1838.) — *persequar* L cum cod. (?) Ursini: *prosequar* codd. noti et O. — 23. *at ego -- Rosci* om. G. — 24. *atque te* a. — *profitearis* G M C S χ. — 26. *suas palmas quoque* v. — 27. *verissimum*] ℒ ait in marg. alios legere *severissimum*, ut item Zumptius ad Verr. p. 583. maluit; at v. adnot. meam ad Verr. IV. §. 113. p. 127 ed. Lips. — 28. *putabat*] *praedicabat* H. — 30. *et iudicem* G. — 32. *tamen* om. G. — 33. *implicatus* codices: *inclinatus* coni. Manu-

quam praeest huic quaestioni vir et contra audaciam fortissimus et ab innocentia clementissimus, tamen facile me paterer vel illo ipso acerrimo iudice quaerente vel apud Cassianos iudices, quorum etiam nunc ii, quibus causa dicenda est, nomen ipsum reformidant, pro Sex. Roscio dicere. XXXI. 86. In hac enim causa, cum viderent illos amplissimam pecuniam possidere, hunc in summa mendicitate esse, illud quidem non quaererent, cui bono fuisset, sed eo perspicuo crimen et suspicionem potius ad praedam adiungerent quam ad egestatem. Quid? si accedit eodem, ut tenuis antea fueris? quid? si ut avarus? quid? si ut audax? quid? si ut illius, qui occisus est, inimicissimus: num quaerenda causa, quae te ad tantum facinus adduxerit? Quid ergo horum negari potest? Tenuitas hominis eiusmodi est, ut dissimulari non queat atque eo magis eluceat, quo magis occultatur. 87. Avaritiam praefers, qui societatem coieris de municipis cognatique fortunis cum alienissimo. Quam sis audax, ut alia obliviscar, hinc omnes intelligere potuerunt, quod ex tota societate, hoc est, ex tot sicariis, solus tu inventus es, qui cum accusatoribus sederes atque os tuum non modo ostenderes, sed etiam offerres. Inimicitias tibi fuisse cum Sex. Roscio et magnas rei familiaris controversias concedas necesse est. 88. Restat, iudices, ut hoc dubitemus, uter potius Sex. Roscium occiderit: is, ad quem morte eius divitiae venerint, an is, ad quem mendicitas; is, qui antea tenuis fuerit, an is, qui postea factus sit egentissimus; is, qui ardens avaritia feratur infestus in suos, an is, qui semper ita vixerit, ut quaestum nosset nullum, fructum autem eum solum, quem labore peperisset; is, qui omnium sectorum audacissimus sit, an is, qui propter fori iudiciorumque insolentiam non modo subsellia, verum etiam urbem ipsam reformidet; postremo, iudices, id quod ad rem mea sententia maxime pertinet, utrum inimicus potius, an filius. XXXII. 89. Haec tu, Eruci, tot et tanta si nactus esses in reo, quamdiu diceres! quo te modo iactares! tempus hercule te citius quam oratio deficeret. Etenim in singulis rebus

---

tius, *implacatus* Graevius, *replicatus* Heus. Garat. 2. vulgatam sic explicuit: «erat L. Cassius sic ad severitatem astrictus, ut eam, quae misericordiae impedimento esset, non posset exuere.» At v. Madvigii Opusc. I. p. 181. not., cuius sententiae cum subscribam, equidem Manutii emendationem veram habeo. — *ad securitatem* G. — *ergo* v. — 1. *vir* om. v. — 3. *nunc ii*] *nuncii* G C H v. — 4. *reformident* G. — 7. *fuissent* G. — *eo perspicuo* Puteanus: *ei perspicuum* G T; *eo perspicuum* M O v a c, codd. reliqui. — 9. *accedat* χ et Martianus Capella p. 427. Kopp. — *eodem* om. Capella. — *ante* G. — *aut avarus* M1. — 10. *illius*] *eius* Capella. — *inimicus* M2 et Capella. — *num*] *non* G. — *quaerenda causa* G M c: om. *causa* Parr., Oxx., v a. — 11. *adduxerit* G M c: *adduxerint* T v; *adduxerunt* C S ψ a. De Parr. tacet Steinmetzius. Ait Cicero: «num quaerenda causa propria, quae te ad facinus adduxerit, quasi non iam in his, quae modo commemoravi, satis causae fuerit.» In lectione *quaerenda quae -- adduxerint* displicet numerus pluralis, cum hoc potius exspectes: *num quaerendum, quid* (vel *quae causa) praecipue te ad facinus adduxerit.* Poterat autem *c̄a* (i. e. *causa)* post *quaerenda* facillime intercidere. — *igitur* v. — 12. *negari non potest* Sch. — *queas* M2. — 13. *elucet* coni. Heumannus in edit. Heusingeri p. 414. — *prae te fers* liber Ursini. — 15. *poterunt* C. — 16. *hoc est* om. G. — 17. *os tuum*] *ostium* G, Parr. — 21. *venerunt* M1. — *mendicitas is qui* v a c, M2 m. sec.: *mendicitatis qui* G; *mendicitas qui* M C χ. — *ante* G. — 22. *factus est* v. — 24. *an is* G. — 25. *an qui* G. — 26. *reformidet* L: *reformidat* G M v a c, 5 Oxx., unde Buechn. coniecit *reformidarit.* — 29. *tanta si nactus*] *tantas in auctus* Par. 1. (teste Steinmetzio ad §. 104.), quae lectio ex *tanta si nanctus* orta videtur; v. adn. meam ad or. p. Sestio p. 103. — 30. *hercule*] *mercule* cod. Lamb.

eiusmodi materies est, ut dies singulos possis consumere. Neque ego non possum; non enim tantum mihi derogo, tametsi nihil arrogo, ut te copiosius quam me putem posse dicere: verum ego forsitan propter multitudinem patronorum in grege adnumerer; te pugna Cannensis accusatorem sat bonum fecit. Multos caesos non ad Trasumenum lacum, sed ad Servilium vidimus. 90. *Quis ibi non est vulneratus ferro Phrygio?* Non necesse est omnes commemorare, Curtios, Marios, denique † Mammeos, quos iam aetas a proeliis avocabat; postremo Priamum ipsum senem, Antistium, quem non modo aetas, sed etiam leges pugnare prohibebant. Iam quos nemo propter ignobilitatem nominat, sexcenti sunt, qui inter sicarios et de veneficiis accusabant: qui omnes, quod ad me attinet, vellem viverent. Nihil enim mali est canes ibi quam plurimos esse, ubi permulti observandi multaque servanda sunt. 91. Verum, ut fit, multa saepe imprudentibus imperatoribus vis belli ac turba molitur. Dum is in aliis rebus erat occupatus, qui summam rerum administrabat, erant interea, qui suis vulneribus mederentur; qui tamquam si offusa rei publicae sempiterna nox esset, ita ruebant in tenebris omniaque miscebant: a quibus miror, ne quod iudiciorum esset vestigium, non subsellia quoque esse combusta; nam et accusatores et iudices sustulerunt. Hoc commodi est, quod ita vixerunt, ut testes omnes, si cuperent, interficere non possent. Nam, dum hominum genus erit, qui accuset eos non deerit; dum civitas erit, iudicia fient. Verum, ut coepi dicere, et Erucius, haec si haberet in causa, quae commemoravi, posset ea quamvis diu dicere, et ego, iudices, possum: sed in animo est, quemadmodum ante dixi, leviter transire ac tantummodo perstringere

---

2. *non enim*] *neque enim* M1. — *tantum mihi* G M a: *mihi tantum* O v c. — *adrogo* G M. — 4. *in grege* a c: *in gregem* G M C T ψ v, Gud., 4 codd. Gruteri, quam lectionem praetulerunt Gar. et Stuerenb. ad Arch. p. 66. ed. I. Sed cf. Iahn. ad Brut. §. 75. — *accusatorum* coni. Phil. Buttmannus *(N. Act. soc. Jen.* p. 54.) et Buechn.; at firmat *accusatorem* Sch. Alludunt ad locum Arnobius V. c. 38. et Augustinus in Princ. Rhetor. p. 304 Pith. (327 Capp.) — 5. *facit* c. — *caesos* om. G. — *Trasumenum* Sch.: *trahasimemium* G; *Thrasimenum* a c; *Trasimenum* vulgo. In Cic. Brut. §. 57. *apud Trasumenum* Ellendtius ex codd. restituit; eandem formam habet cod. Gud. 166. in Corn. Nep. Hann. 4, 3.; in Cic. de D. N. II. §. 8. et de Divin. II. §. 21. cod. Erlang. bis habet *transsumenum*; item in Livio Alschefski *Trasumenus* scripsit; v. ad XXII. 4. Flori cod. optimus Bamberg. habet II. 6, 13. *thrasymenus lacus*. In Strabone quoque (V. 2, 9. Vol. I. p. 357.) Kramerus *ἡ Τρασουμέννα* ad codd. vestigia scripsit. — 6. *quis ibi non est v.*] *quis enim v.* Sch., unde Osannus in *Anal. crit.* p. 15. coni. *Quis ibi non vulneratu'st ferro Brugio?* At est versus Ennii tetrameter trochaicus; v. nunc *Fragm. trag. Rom.* ed. Ribbeck. p. 50. — *Phrygio*] *phirgio* G; *frugio* Sch. Illud recepi, quod aut sic, aut *Brugio*, ut Ennius solitus erat, Ciceronem scripsisse puto; cf. Orat. §. 160. — 7. *omnis* G M a c. — *memorare* C. — *Curtios Marios*] sic etiam Sch.: *Curiones Varios* coni. Matthiae ex Cic. Bruto c. 49; at v. Ellendt. ad Brut. p. 391. ed. II. — *Mammeos* G M v a, Parr., 5 Oxx., 2 Pall.: *Mameos* T, 2 codd. Lallem., Franc.; *Mamercos* Iann., Pal. 8., c; *Memmios* coni. Ursinus, quod probat Ellendt. ad Brut. p. 55. n. 45. ed. II.; v. tamen Madv. Op. I. p. 123. — 8. *Priamum*] *primo* G. — 9. *senem* delevit Madv. in ed. III. (v. Op. I. p. 123.) «Mihi sic defendi posse videtur, ut dicamus Priami veluti perpetuum fuisse *ἐπίθετον* apud tragicos Latinos, ex quibus paulo ante per iocum comparationem desumpsit.» Or. 2. Sed interpungunt alii: *Priamum ipsum, senem Antistium* etc. Cf. p. Arch. §. 16: *fortissimum virum, Catonem illum senem.* — *prohibeant* G. — 10. *iam* om. G. — *sescenti* G. — 11. *et* om. M. — 12. *uellent* G. — 14. *inprud.* G. — 15. *summam rem* maluit Lamb. — 16. *effusa* C ψ, Arus. Mess. p. 240 Lind.; *adfusa* cod. Neap. Arusiani teste Gar. 2, at in explicatione habet Arus. *offusa*. — 17. *re publ.* G C S ψ v. — 18. *a*] *ac* G. — 21. *nam*] *iam* G. — 23. *si*] *sibi* G. — 25. *transigere* susp. 2.

unam quamque rem, ut omnes intelligant me non studio accusare, sed officio defendere.

XXXIII. 92. Video igitur causas esse permultas, quae istum impellerent. Videamus nunc, ecquae facultas suscipiendi maleficii fuerit. Ubi occisus est Sex. Roscius? Romae. Quid tu, T. Rosci? ubi tunc eras? Romae: verum quid ad rem? et alii multi. Quasi nunc id agatur, quis ex tanta multitudine occiderit, ac non hoc quaeratur, eum, qui Romae sit occisus, utrum veri similius sit ab eo esse occisum, qui assiduus eo tempore Romae fuerit, an ab eo, qui multis annis Romam omnino non accesserit. 93. Age, nunc ceteras quoque facultates consideremus. Erat tum multitudo sicariorum, id quod commemoravit Erucius, et homines impune occidebantur. (Quid? ea multitudo quae erat?) Opinor, aut eorum, qui in bonis erant occupati, aut eorum, qui ab iis conducebantur, ut aliquem occiderent. Si eos putas, qui alienum appetebant, tu es in eo numero, qui nostra pecunia dives es; sin eos, quos, qui leviore nomine appellant, percussores vocant, quaere, in cuius fide sint et clientela: mihi crede, aliquem de societate tua reperies; et, quidquid tu contra dixeris, id cum defensione nostra contendito: ita facillime causa Sex. Roscii cum tua conferetur. 94. Dices: «Quid postea, si Romae assiduus fui?» Respondebo: At ego omnino non fui. «Fateor me sectorem esse; verum et alii multi.» At ego, ut tute arguis, agricola et rusticus. «Non continuo, si me in gregem sicariorum contuli, sum sicarius.» At ego profecto, qui ne novi quidem quemquam sicarium, longe absum ab eiusmodi crimine. Permulta sunt, quae dici possunt, quare intelligatur summam tibi facultatem fuisse maleficii suscipiendi, quae non modo idcirco praetereo, quod te ipsum non libenter accuso, verum eo magis etiam, quod, si de illis caedibus velim commemorare, quae tum factae sunt ista eadem ratione, qua Sex. Roscius occisus est, vereor ne ad plures oratio mea pertinere videatur.

XXXIV. 95. Videamus nunc strictim, sicut cetera, quae post mortem Sex. Roscii abs te, T. Rosci, facta sunt; quae ita aperta et manifesta sunt, ut mediusfidius, iudices, invitus ea dicam. Vereor enim, cuicuimodi es, T. Rosci, ne ita hunc videar voluisse servare, ut tibi omnino non pepercerim. Cum hoc vereor et cupio tibi aliqua ex parte, quod salva fide possim, parcere, rursus immuto voluntatem meam: venit

---

3. *esse causas* G. — 4. *ecquae* c: *et quae* G M v a, 5 Oxx.; *ecqua* O. — *suspiciendi* G. — 5. *tu T. Rosci* G: om. *T.* codd. rell. noti et edd. — 6. *quid ad rem*] *quid id ad rem* coni. Ern.; at v. p. Rosc. Com. §. 34: *Praeclare suum negotium gessit Roscius* - - *quid ad te?* — *nunc*] *non* G M, sed in M2 *nunc* sup. lin. — 7. *ac non*] *annon* G. — 8. *utrum* om. c. — 10. *ceteras quoque facult.* v, ut Garat. 2. et Weiske coniecerunt: *cet. facult. quoque* M O a c, codd. noti (*age inter tetras facultates quoque consideratus* G). — 13. *in bonis alienis* susp. Lamb. — *aut eorum* - - *ut* om. M2. — 14. *adpetebant* G; *appeterent* H. — 15. *si eos* a (*sive ostrios appellas qui leviori nomine percussores vocatur* G). — 17. *tua*] *tu* v. — *quicquid* M v a c. — 18. *defendito. Ita facile* v. — 20. *respondebo* om. H. — 24. *huiusmodi* v. — 25. *tibi fuisse facult.* G; *fac. tibi fuisse* v. — 28. *facta* M C v. — *sunt in ista* G. — *ratione* om. G. — 32. *vereor enim* om. G. — 33. *cuicuimodi* L et Prisc. XIII. 3, 11. p. 565 Kr.: *quiquimodi* G M, 4 Oxx., Pall., Parr. meliores; *quicquidmodi* ψ; *quin cuiusmodi* v a (sed v: *eiusm.*); *quum eiusmodi* T; *cuiusque modi* c. — *es T. Rosci* C H: *est Rosci* G S χ ψ v, Pall., codd. Prisciani; *est Roscii* T; *es Rosci* L c; *est Roscius* M a. — *ita* om. M. (habet Prisc.) — *voluisse* om. codd. Prisciani. — 34. *haec* v. — *et* om. G. — 35. *quod*] *quoad* susp. Or. 2.

enim mihi in mentem oris tui. Tene, cum ceteri socii tui fugerent ac se occultarent, ut hoc iudicium non de illorum praeda, sed de huius maleficio fieri videretur, potissimum tibi partes istas depoposcisse, ut in iudicio versarere et sederes cum accusatore? qua in re nihil aliud assequeris, nisi ut ab omnibus mortalibus audacia tua cognoscatur et impudentia. 96. Occiso Sex. Roscio, quis primus Ameriam nuntiat? Mallius Glaucia, quem iam antea nominavi, tuus cliens et familiaris. Quid attinuit eum potissimum nuntiare, quod, si nullum iam ante consilium de morte ac de bonis eius inieras nullamque societatem neque sceleris neque praemii cum homine ullo coieras, ad te minime omnium pertinebat? Sua sponte Mallius nuntiat. Quid, quaeso, eius intererat? An, cum Ameriam non huiusce rei causa venisset, casu accidit, ut id, quod Romae audierat, primus nuntiaret? Cuius rei causa venerat Ameriam? Non possum, inquit, divinare. Eo rem iam adducam, ut nihil divinatione opus sit. Qua ratione Roscio Capitoni primum nuntiavit? Cum Ameriae Sex. Roscii domus, uxor liberique essent, cum tot propinqui cognatique optime convenientes, qua ratione factum est, ut iste tuus cliens, sceleris tui nuntius, T. Roscio Capitoni potissimum nuntiaret? 97. Occisus est a cena rediens: nondum lucebat, cum Ameriae scitum est. Quid hic incredibilis cursus, quid haec tanta celeritas festinatioque significat? Non quaero, quis percusserit. Nihil est, Glaucia, quod metuas: non excutio te, si quid forte ferri habuisti, non scrutor; nihil ad me arbitror pertinere: quoniam, cuius consilio occisus sit, invenio, cuius manu sit percussus, non laboro. Unum hoc sumo, quod mihi apertum tuum scelus resque manifesta dat. Ubi aut unde audivit Glaucia? qui tam cito scivit? Fac audisse statim: quae res eum nocte una tantum itineris contendere coëgit? quae necessitas eum tanta premebat, ut, si sua sponte iter Ameriam faceret, id temporis Roma proficisceretur, nullam partem noctis requiesceret? XXXV. Etiamne in tam perspicuis rebus argumentatio quaerenda aut coniectura capienda est? 98. Nonne vobis haec, quae audistis, cernere oculis videmini, iudices? non illum miserum, ignarum casus sui, redeuntem a cena videtis? non positas insidias, non impetum repentinum? non versatur ante oculos vobis in caede Glaucia? non adest iste T. Roscius? non suis manibus in curru collocat Automedontem illum, sui sceleris acerbissimi nefariaeque victoriae nuntium? non orat, ut eam noctem pervigilet? ut honoris sui causa laboret? ut Capitoni quam primum nuntiet? 99. Quid erat,

---

1. *tene cum* v c: *tene qm* G; *tenes cum* M a; *tenes quin* C ψ: *tenes enim quin* H. — 3. *ut iudicio* G. — 4. *qua tu re* susp. Ern. — 5. *adsequeris* G. — 6. *imprudentia* G. — *quis*] sic scripsi: *qui* codd., relativo aut ad praecedens *Roscio* aut ad sequens *Mallius* prave a librariis relato. — 7. *Mallius* G M v a: *Manlius* C H S χ c. — *Glantia* G (et sic infra). — 8. *cum id pot.* 2. — 10. *neque* ante *praem.* om. G. — *cum illo* a. — 11. *quaeso* c: *quasi* G M v a, 4 Oxx., Pall. — 12. *cuius causa rei* G. — 14. *ut nihil ominatione* G. — 15. *primo* susp. Buechn. — 18. *T.* om. M. — 19. *lucescebat* ψ. — 20. *scitum* om. G. — *hic*] *adhuc* G. — 21. *nihil est* -- *non scrutor*] haec ex memoria affert Diomedes p. 387 P. — 23. *occisus est* G. — 25. *Ubi* -- *Glaucia, qui* (pron.) *tam c. scivit?* interpunxerunt Manutius et Heus.; at tum requireretur: *qui tam cito sciverit.* — 26. *audisset* G C ψ. — *nocte una cum t. i. c. coegerit* v. — 27. *tantum*] *tamen* M2. — 28. *Roma* om. G; *Romae* v. — 30. *capienda est* Madvig (Op. I. p. 484.) et Orelli 2: *cap. sit* codd. O. — 31. *oculis cernere* Aquila Rom. §. 13. — 32. *casum* G. — 33. *non versatur ante oculos ipse Glaucia* Aquila l. c. — 35. *automedontem* G.

quod Capitonem primum scire voluerit? Nescio; nisi hoc video, Capitonem in his bonis esse socium: de tribus et decem fundis tres nobilissimos fundos eum video possidere. 100. Audio praeterea, non hanc suspicionem nunc primum in Capitonem conferri: multas esse infames eius palmas, hanc primam esse tamen lemniscatam, quae Roma ei deferatur: nullum modum esse hominis occidendi, quo ille non aliquot occiderit, multos ferro, multos veneno. Habeo etiam dicere, quem contra morem maiorum minorem annis sexaginta de ponte in Tiberim deiecerit: quae, si prodierit atque adeo cum prodierit — scio enim proditurum esse —, audiet. 101. Veniat modo, explicet suum volumen illud, quod ei planum facere possum Erucium conscripsisse, quod aiunt illum Sex. Roscio intentasse et minitatum esse se omnia illa pro testimonio esse dicturum. O praeclarum testem, iudices! o gravitatem dignam exspectatione! o vitam honestam atque eiusmodi, ut libentibus animis ad eius testimonium vestrum ius iurandum accommodetis! Profecto non tam perspicue nos istorum maleficia videremus, nisi ipsos caecos redderet cupiditas et avaritia et audacia.

XXXVI. 102. Alter ex ipsa caede volucrem nuntium Ameriam ad socium atque ad magistrum suum misit, ut, si dissimulare omnes cuperent se scire, ad quem maleficium pertineret, tamen ipse apertum suum scelus ante omnium oculos poneret. Alter, si dis immortalibus placet, testimonium etiam in Sex. Roscium dicturus est: quasi vero non id nunc agatur, utrum is quod dixerit credendum, an quod fecerit vindicandum sit. Ita more maiorum comparatum est, ut in minimis rebus homines amplissimi testimonium de sua re non dicerent. 103. Africanus, qui suo cognomine declarat tertiam partem orbis terrarum se subegisse, tamen, si sua res ageretur, testimonium non diceret; nam illud in talem virum non audeo dicere: si diceret, non crederetur. Videte nunc, quam versa et mutata in peiorem partem sint omnia. Cum de bonis et de caede agatur, testimonium dicturus est is, qui et sector est et sicarius, hoc est, qui et illorum ipsorum bonorum, de quibus agitur, emptor

---

1. *scire vellet* susp. Ern. — 2. *tris* cod. Lamb. — 3. *video* ante *possidere* Madv. de Manutii sententia delevit. At videtur ferri posse, si statuas oratorem figura conduplicationis et interpretationis (v. Auct. ad Herenn. IV. c. 28.) coniuncta usum esse. Quod si est, recte in posteriore sententia *video* alium locum obtinet quam in priore. Cf. §. 125 extr. — *non*] *nunc* G. (*hanc susp. non nunc primum* Lamb. susp.) — 4. *infames eius* Gruterus: *infamius* M v, Pall., 3 Parr., 4 Oxx.; *infameis* c; *in facinus* G; *infamiae* Par. 8. et a; *infames* O. — 5. *palmas* -- *deferatur* om. G. — *lemniscatam* M v a c: *lemniscatamque* C; *lemniscatam tamquam* ψ. (Buechn. coni. *lemniscata quae Romae def.*) — *Roma ei* Garat. et Ernesti: *Romae* codd.; *Roma* alios legere ait Lamb. in marg., quod Madv. ascivit. — *deferat* H S ψ. — 6. *nulli* G. — 9. *quae si* ed. Hervagiana (1534.): *qui si* G M v a c, 6 Oxx. — *atque a. c. prodierit* om. G. — *scio cum prod.* ψ, unde Buechn. coni. *scio eum prod.* — 11. *plane* M. — *agunt* G (ex *ayunt*). — 12. *minitatum* Hotom. ex codd.: *mintatum* Parr. (teste Steinm. ad §. 100.); *mentatum* G, St. Vict.; *meditatum* M v a c, Pall., 6 Oxx. — 14. *vitam*] *iustam* H S T χ v. — *at huiusmodi* v. — *labentibus* G (ex *lub.*); *libentius* a. — 16. *nos* G M, Par. 1. 4. 9.: om. *nos* v a c, codd. rell. noti, O. — *nisi istos* M1. — 17. *et audacia* om. G. — 18. *alter* -- *Ameriam* om. G. — fort. *ad socium atque magistrum.* — 19. *si* om. G. — 21. *dis* Sch.: *diis* G M v a c. — 22. *quasi vero non id nunc agatur* Madvig (v. Opusc. I. p. 123 sq.): om. *non* codd. O. — 23. *is quod* G M c, Pall.: *id quod* C H S L ψ v a. — *an quod* -- *maiorum* om. G. — 24. *ita* Sch.: *itaque* codd. et O; *ita quidem* coni. Weiske. — *paratum* G. — 26. *nomine* G. — *subiecisse* G. — 29. *sunt* G v. — 30. *is* om. G. — 31. *et illorum et ips.* H a. — *bonorum* om. G.

atque possessor est et eum hominem occidendum curavit, de cuius morte quaeritur. 104. Quid tu, vir optime? ecquid habes, quod dicas? mihi ausculta: vide, ne tibi desis; tua quoque res permagna agitur. Multa scelerate, multa audaciter, multa improbe fecisti: unum stultissime, profecto tua sponte, non de Erucii sententia: nihil opus fuit te istic sedere. Neque enim accusatore muto neque teste quisquam utitur eo, qui de accusatoris subsellio surgit. Huc accedit, quod paulo tamen occultior atque tectior vestra ista cupiditas esset. Nunc quid est quod quisquam ex vobis audire desideret, cum quae facitis eiusmodi sint, ut ea dedita opera a nobis contra vosmet ipsos facere videamini? 105. Age nunc illa videamus, iudices, quae statim consecuta sunt.

XXXVII. Ad Volaterras in castra L. Sullae mors Sex. Roscii quadriduo, quo is occisus est, Chrysogono nuntiatur. Quaeritur etiam nunc, quis eum nuntium miserit? Nonne perspicuum est eundem, qui Ameriam? Curat Chrysogonus, ut eius bona veneant statim, qui non norat hominem aut rem. At qui ei venit in mentem praedia concupiscere hominis ignoti, quem omnino numquam viderat? Soletis, cum aliquid huiuscemodi auditis, iudices, continuo dicere: necesse est aliquem dixisse municipem aut vicinum; ii plerumque indicant, per eos plerique produntur. 106. (Hic nihil est, quod † suspicionem hoc putetis.) Non enim ego ita disputabo: veri simile est Roscios istam rem ad Chrysogonum detulisse; erat enim eis cum Chrysogono iam antea amicitia; nam cum multos veteres a maioribus Roscii patronos hospitesque haberent, omnes eos colere atque observare destiterunt ac se in Chrysogoni fidem et clientelam contulerunt. 107. Haec possum omnia vere dicere: sed in hac causa coniectura nihil opus est. Ipsos certo scio non negare, ad haec bona Chrysogonum accessisse impulsu suo. Si eum, qui indicii partem acceperit, oculis cernetis, poteritisne dubitare, iudices, qui indicarit? Qui sunt igitur in istis bonis, quibus partem Chrysogo-

---

2. *qui tu vir et omptume quod habet* G. — *ecquid* a c: *et quid* M v. — 4. *audaciter* Priscianus (XV. 4. p. 625 Kr.): *audacter* codd. O. Recepi illud, quia Priscianus ad hanc formam confirmandam hoc ipso loco utitur. — 5. *istic sedere* Hotom. et Manutius: *isti credere* codd. — 6. *muto*] *multo* C ψ; *inuito* codd. Ursini, quod Faërnus perperam maluit. — *tamen*] *ante* C T v ψ. — 8. *tectior*] *certior* G; *rectior* C. — *vestra* om. G. — *quid* om. v. — 9. *ex vobis*] *vestrum* Pal. 1. — 10. *ea* suspectum Heusingero. — *a nobis* G, St. Vict., ut Lamb. in adn. ed. 1566. emendavit: *a vobis* M v a c, Pall., codd. rell. — 13. *is* om. C. — *nunc etiam* G. — 15. *veniant* G M. — *non norat*] *nouerat* G. (Lamb. distinxit: *statim. Qui non norat hominem aut rem?)* — 16. *at qui* v a c et M2 m. sec.: *aut qui* G; *atque* M. — *venit ei* v. — 18. *audistis* G. — 19. *ii* om. M1. — *plerique*] *plerumque* H T v. — 20. *produntur* G M2 v a c: *producuntur* M1 ψ; *produnt* T. — *suspicionem hoc* codd. et edd. vett.: *susp. hanc* ed. C. Steph. et L O. Intactam reliqui scripturam corruptam, cum emendatio incerta videatur. Gar.2 *hoc* delendum censet, ut sit: *hic* (in hac re) *nihil est quod suspicionem putetis*. Madv. proposuit in ed. III.: *suspicione occupetis*; Klotzius (2): *suspiciosum hoc putetis*; mihi in mentem venit: *suspicioni esse locum p.* vel *suspicione niti hoc put.*, quod ad litterarum ductus proxime accedit. (Fort. *suspicione* [ee] *opus putetis*. Cf. v. 26. p. 60, 25. Bait.) — *non ego enim* G. — 21. *disputo* C. — *Roscios* G c: *Roscium* M v a, 6 Oxx. — 23. *veteris* M v a c. — 24. *omnis* M a c. — 25. *et*] *ac* v. — *contulerunt*] *tradiderunt* H. — *omnia* G M v c: *omnino* H S χ a, quam lectionem Gar. 2 probat, cum vix duo sint quae modo dixit, itemque Osannus ad *Cic. de Rep.* p. 295. — 26. *certe scio* v et G solus ex notis. — 27. *haec* om. G. — 28. *accepit* v. — *cernetis* M v c: *cernentes* G; *cernitis* H χ a. — 29. *qui sunt igitur, in istis bonis quibus* distinxit Or. 2.

nus dederit? Duo Roscii. Num quisnam praeterea? Nemo est, iudices. Num ergo dubium est, quin ii obtulerint hanc praedam Chrysogono, qui ab eo partem praedae tulerunt?

108. Age nunc ex ipsius Chrysogoni iudicio Rosciorum factum consideremus. Si nihil in ista pugna Roscii, quod operae pretium esset, fecerant, quam ob causam a Chrysogono tantis praemiis donabantur? Si nihil aliud fecerunt, nisi rem detulerunt, nonne satis fuit iis gratias agi? denique, ut perliberaliter ageretur, honoris aliquid haberi? Cur tria praedia tantae pecuniae statim Capitoni dantur? cur, quae reliqua sunt, iste Roscius omnia cum Chrysogono communiter possidet? Nonne perspicuum est, iudices, has manubias Rosciis Chrysogonum re cognita concessisse? XXXVIII. 109. Venit in decem primis legatus in castra Capito. Totam vitam, naturam moresque hominis ex ipsa legatione cognoscite: nisi intellexeritis, iudices, nullum esse officium, nullum ius tam sanctum atque integrum, quod non eius scelus atque perfidia violarit et imminuerit, virum optimum esse eum iudicatote. 110. Impedimento est, quo minus de his rebus Sulla doceatur: ceterorum legatorum consilia et voluntatem Chrysogono enuntiat: monet, ut provideat, ne palam res agatur: ostendit, si sublata sit venditio bonorum, illum pecuniam grandem amissurum, sese capitis periculum aditurum: illum acuere, hos, qui simul erant missi, fallere: illum identidem monere, ut caveret, hisce insidiose spem falsam ostendere: cum illo contra hos inire consilia, horum consilia illi enuntiare: cum illo partem suam depecisci, hisce aliqua fretus mora semper omnes aditus ad Sullam intercludere. Postremo isto hortatore, auctore, intercessore ad Sullam legati non adierunt; istius fide ac potius perfidia decepti, id quod ex ipsis cognoscere poteritis, si accusator voluerit testimonium eis denuntiare, pro re certa spem falsam domum rettulerunt. 111. In privatis rebus si qui rem mandatam non modo malitiosius gessisset sui quaestus aut commodi causa, verum etiam negligentius, eum maiores summum admisisse dedecus existimabant. Itaque mandati constitutum est iudicium, non minus turpe quam furti: credo propterea, quod, quibus in rebus ipsi interesse non possumus, in his operae nostrae vicaria fides amicorum supponitur; quam qui laedit, oppugnat omnium commune praesidium et, quantum in ipso est,

1. *num quisquam* C H S a c, quod recepit Klotzius. Cf. Cic. de Orat. II. §. 13. — 2. *est* ante *quin* om. G. — 4. *Roscii* M (sed M2 m. sec. *Rosciorum*). — 6. *quam ob rem* χ. — *a* om. M1 v. — *praemiis* om. v. — 7. *iis* M, ut Madv. coniecit: *his* O. — 12. *in* ante *decem* om. Sch. — 15. *eius scelus* ed. R. Steph. et Hotom. (1554.): *eiusce uis* (vel *ius)* codd. — 16. *minuerit* v. — *eum*] *enim* G. — 18. *nunciat* Sch., T v; *denuntiat* M2. — *res* om. χ. — 20. *acuere*] *ac uere* Par. 1. 4.; *ac uero* G. — 21. *erant iussi* G. — 23. *depecisci* cod. Lamb.: *depacisci* O. Cf. §. 115. Sic etiam palimps. Vatic. in Verr. III. §. 60. — *aliqua*] fort. *alia atque alia*. — 24. *fretus mora* G, ut Garat. voluit: *fretum ora* St. Vict., Parr., 5 Oxx., Pall., M v a c (sed Pall. et M v a c *hora*); *fretus hora* Gud.; *fretum aura* codd. Hotom. Coniecerunt Manutius: *facta mora* (quod Klotz. 2. recepit); J. F. Gronovius: *ficta mora*; Madvigius: *arte et mora*; Osenbr.: *fraude et mora*; Orelli (2): *aliquam afferre moram*. Nisi in lect. codicis G acquiescendum est, emendationem *facta mora* equidem ceteris praetulerim. — *omnis* M C H T a c. — *isto oratore ad syllam* v. — 26. *ex ipsis*] *ex eis* G. — 27. *eis testim.* v. — *re* om. G. — 28. *si qui* G M v a c: *si quis* O. — 29. *mal. egisset* χ. — 30. *maiores nostri* susp. 2. in marg.; at v. §§. 116. 151. et Osann. ad *Cic. de Rep.* p. 187. — 33. *in* om. G. — *ope nostra* G. — 34. *commune* om. G in lacuna.

disturbat vitae societatem. Non enim possumus omnia per nos agere: alius in alia est re magis utilis. Idcirco amicitiae comparantur, ut commune commodum mutuis officiis gubernetur. 112. Quid recipis mandatum, si aut neglecturus aut ad tuum commodum conversurus es? cur mihi te offers ac meis commodis officio simulato officis et obstas? Recede de medio: per alium transigam. Suscipis onus officii, quod te putas sustinere posse; quod minime videtur grave iis, qui minime ipsi leves sunt. XXXIX. Ergo idcirco turpis haec culpa est, quod duas res sanctissimas violat, amicitiam et fidem: nam neque mandat quisquam fere nisi amico, neque credit nisi ei, quem fidelem putat. Perditissimi est igitur hominis, simul et amicitiam dissolvere et fallere eum, qui laesus non esset, nisi credidisset. 113. Itane est? in minimis rebus, qui mandatum neglexerit, turpissimo iudicio condemnetur necesse est: in re tanta, cum is, (cui fama mortui, fortunae vivi commendatae sunt atque concreditae,) ignominia mortuum, *inopia vivum* affecerit: is inter honestos homines atque adeo inter vivos numerabitur? In minimis privatisque rebus etiam negligentia mandati in crimen iudiciumque vocatur, propterea quod, si recte fiat, illum negligere oporteat, qui mandarit, non illum, qui mandatum receperit: in re tanta, quae publice gesta atque commissa sit, qui non negligentia privatum aliquod commodum laeserit, sed perfidia legationis ipsius caerimoniam polluerit maculaque affecerit, qua is tandem poena afficietur? aut quo iudicio damnabitur? 114. Si hanc ei rem privatim Sex. Roscius mandavisset, ut cum Chrysogono transigeret atque decideret, inque eam rem fidem suam, si quid opus esse putaret, interponeret, ille, qui sese facturum recepisset, nonne, si ex eo negotio tantulum in rem suam convertisset, damnatus per arbitrum et rem restitueret et honestatem omnem amitteret? 115. Nunc non hanc ei rem Sex. Roscius mandavit, sed, id quod multo gravius est, ipse Sex. Roscius cum fama, vita bonisque omnibus a decurionibus publice [Roscio] mandatus est; et ex eo T. Roscius non paulum nescio

---

1. *possumus* om. G. — 2. *alius est in alia re* v. — *est* om. Sch. — *ut*] *et ut* a. — 4. *cur tu mihi te* v. — 5. *officis* om. G. — 7. *quod maxime videtur grave* Klotzius (2) ex susp. Zumpt. *ad Verr.* p. 11., ut item voluit Dobraeus in *Adversariis* II. p. 375. adnotans: «si dixisset *officium simulas* vel *fidem violas*, intelligerem vulgatam.» At ait Cicero: onus officii non grave videbitur iis, qui ipsi graves atque constantes erunt, i. e. qui voluerit onus sustinere, idem poterit. Cf. etiam Freudenberg. p. 12., qui praeter alia bene monuit, facetum verborum lusum, qui in vv. *grave* et *leve* insit, illa coniectura admissa maximam partem perire, quod iam *grave* non proprio, sed translato intellectu pro *magnum, non contemnendum* accipiendum esset. — 14. *fortuna* G. — 15. *inopia vivum*] haec addidi ad manifestam codd. lacunam explendam. In cod. Iann. lacuna sic expleta est: *egestate vivum*; videtur tamen, ut recte Or. monuit, hominis Itali supplementum. — 17. *negl. mandati in crimen*] sic M1, ut Puteanus, Lamb. (in adnot.), Graevius voluerunt: *mandati negl. in crimen* M2; *negl. in crimen mandati* a c et codd. plerique, ut videtur, item O, sed incluso *mandati*; *negl. in crimen mandati* G v. — *iudiciumque* Graevius: *iudiciumque infamia* (M χ v, 4 Parr., Pal. 1.) vel *infama* (G, Par. 1., Pal. 3. 8.) vel *infamiae* (Ox. ψ, ut voluit Puteanus) codices; *iudiciique infamiam* O a c; *iudiciumque infame* L. (Quod Steinm. ex Parr. affert *iudicium* pro *iudiciumque*, calami errore factum videtur.) — *vocatur* Lamb. et Puteanus: *revocatur* codd., O. Cf. or. Verr. III. §. 217. IV. §. 104. V. §. 179 cet. — 18. *recte* G M a c, Parr.: *ratione* T χ v, O. Cf. §. 138. — 21. *macula adfecerit* G et deinde *adficietur*. — 23. *ei* om. G. — *privatam* v. — 24. *inque eam*] *in quam* G. — 25. *imponeret* G. — *qui se* v. — 26. *si* om. G. — *per arbitrium* Sch. et G. — 28. *rem* om. M. — 30. *roscius* v; *Roscio* Hotomanus delendum esse vidit,

quid in rem suam convertit, sed hunc funditus evertit bonis, ipse tria praedia sibi depectus est, voluntatem decurionum ac municipum omnium tantidem quanti fidem suam fecit.

XL. 116. Videte iam porro cetera, iudices, ut intelligatis maleficium nullum fingi posse, quo iste sese non contaminarit. In rebus minoribus socium fallere turpissimum est aequeque turpe atque illud, de quo ante dixi: neque iniuria, propterea quod auxilium sibi se putat adiunxisse, qui cum altero rem communicavit. Ad cuius igitur fidem confugiet, cum per eius fidem laeditur, cui se commiserit? Atque ea sunt animadvertenda peccata maxime, quae difficillime praecaventur. Tecti esse ad alienos possumus; intimi multa apertiora videant necesse est: socium cavere qui possumus? quem etiam si metuimus, ius officii laedimus. Recte igitur maiores eum, qui socium fefellisset, in virorum bonorum numero non putarunt haberi oportere. 117. At vero T. Roscius non unum rei pecuniariae socium fefellit — quod tametsi grave est, tamen aliquo modo posse ferri videtur —, verum novem homines honestissimos, eiusdem muneris, legationis, officii mandatorumque socios induxit, decepit, destituit, adversariis tradidit, omni fraude et perfidia fefellit. Qui de eius scelere suspicari nihil potuerunt, socium officii metuere non debuerunt, eius malitiam non viderunt, orationi vanae crediderunt. Itaque nunc illi homines honestissimi propter istius insidias parum putantur cauti providique fuisse: iste, qui initio proditor fuit, deinde perfuga, qui primo sociorum consilia adversariis enuntiavit, deinde societatem cum ipsis adversariis coiit, terret etiam nos ac minatur, tribus praediis, hoc est, praemiis sceleris ornatus. In eiusmodi vita, iudices, in his tot tantisque flagitiis hoc quoque maleficium, de quo iudicium est, reperietis. 118. Etenim quaerere ita debetis: ubi multa avare, multa audacter, multa improbe, multa perfidiose facta videbitis, ibi scelus quoque latere inter illa tot flagitia putatote. Tametsi hoc quidem minime latet, quod ita promptum et propositum est, ut non ex illis maleficiis, quae in illo constant esse, hoc intelligatur, verum ex hoc etiam, si quod

---

contra dicente Ravio II. p. 123., quod adiecto nomine invidia rei augeri videatur, cum ne nominis quidem communione T. Roscius commotus sit. Audirem, nisi mox sequeretur *T. Roscius* et praenomen abesset. (In G vv. *Roscio* usque ad *ex eo T.* omissa sunt.) — *paulum* G a c: *paululum* M v. — 1. *ipsa* G. — 2. *depectus* G M: *deprecatus* v; *depactus* O a c; v. ad §. 110. — *est*] *est et* c. — *omnium* om. C H S a. — 4. *cetera* om. G. — *mal. nullum fingi* M: *fingi m. null.* O v a c; om. *fingi* G. — 5. *iste*] *ipse* M2. — *contaminaverit* G. — 6. *est eque* v. — 7. *se putat*] *deputat* M2. — 8. *qui* om. v. — 9. *per eius fidem*] male quidam *per eius fraudem* vel *per eius perfidiam*; v. Handii *Turs.* IV. p. 446. et Nipperdei *Quaestt. Caesar.* p. 123. — *laeditur*] *deditur* C. — *atque* G M v: *atqui* codd. rell. noti, O a c. Non assumitur h. l. conclusionis propositio minor, sed novum argumentum adnectitur; v. Wesenbergii *Emendatt. Tuscul.* II. p. 14. — 11. *intumi* G. — 13. *socium* G M v a, Parr., 5 Oxx.: *socium vero* O c. — 16. *fieri* M C χ v. — *novem* om. C H S ψ a. — *honestissimos* G M a c: *fortissimos* T v. — 17. *officii mandatorum* susp. 2 in marg. — 18. *omnia* v. — 19. *potuerunt*] fort. *potuerint*. — 20. *vane* v. — *ita nunc homines* G. — 22. *initio* om. G. — *profuga* G. — 23. *adversariis - - cum ipsis* om. G. — 24. *coiit* a c: *coit* G M H T v. — *etiam iam nos* ψ. — 25. *ornatus sceleris* v. — 27. *etenim*] *et* v. — *audaciter* L. — 28. *videbitis* G M C H χ, Parr., v a: *videtis* O c. — *ibi id scelus quoque* coni. Ursinus et Graevius vitiose. — 29. *illa* G. — *quidem* om. M2. — 30. *et* om. G; *ac* v. — 31. *constant* G M χ a c: *constat* O v, codd. reliqui, ut videtur. Cf. or. p. Cluent. §. 104. p. domo §. 139. — *si quid* a.

illorum forte dubitabitur, convincatur. Quid tandem, quaeso, iudices? num aut ille lanista omnino iam a gladio recessisse videtur, aut hic discipulus magistro tantulum de arte concedere? Par est avaritia, similis improbitas, eadem impudentia, gemina audacia.

XLI. 119. Etenim, quoniam fidem magistri cognostis, cognoscite nunc discipuli aequitatem. Dixi iam antea, saepenumero postulatos esse ab istis duos servos in quaestionem: tu semper, T. Rosci, recusasti. Quaero abs te: iine, qui postulabant, indigni erant, qui impetrarent? an is te non commovebat, pro quo postulabant? an res ipsa tibi iniqua videbatur? Postulabant homines nobilissimi atque integerrimi nostrae civitatis, quos iam antea nominavi; qui ita vixerunt talesque a populo Romano putantur, ut, quidquid dicerent, nemo esset, qui non aequum putaret. Postulabant autem pro homine miserrimo atque infelicissimo, qui vel ipse sese in cruciatum dari cuperet, dum de patris morte quaereretur. Res porro abs te eiusmodi postulabatur, ut nihil interesset, utrum eam rem recusares, an de maleficio confiterere. 120. Quae cum ita sint, quaero abs te, quam ob causam recusaris. Cum occiditur Sex. Roscius, ibidem fuerunt. Servos ipsos, quod ad me attinet, neque arguo neque purgo: quod a vobis oppugnari video, ne in quaestionem dentur, suspiciosum est; quod vero apud vos ipsos in honore tanto sunt, profecto necesse est sciant aliquid, quod, si dixerint, perniciosum vobis futurum sit. «In dominos quaeri de servis iniquum est.» † At ne quaeritur; Sex. enim Roscius reus est. Neque enim, cum de hoc quaeritur, *in dominos quaeritur*; vos enim dominos esse dicitis. «Cum Chrysogono sunt.» Ita credo: litteris eorum et urbanitate Chrysogonus ducitur, ut

---

1. *illorum* c: *de illorum* G M v a, 4 Oxx., codd. Gruteri; *si quo de illorum* coni. Guilielmius. — *dubitabitur* M v a: *dubitatur* G C H χ a.— 2. *a gladio recessisse* Madvig (Op. I. p. 124.): *a gladiatore cessisse* 6 Oxx., codd. Grut., G v a c; *a gladiatore recessisse* M O; Manutius coniecit: *a gladiatura cessisse*, Hotom.: *a gladiis recessisse*, Garat. 2.: *a gladiatoria* (scil. arte) *recessisse*. — 2. *aut hic* Sch., ut C. Stephanus in Corrig. p. 763. coniecit: *aut is* M2, χ ψ, Parr., L O v a c; *ut is* T; *aut id* M1, *aut hiis* G; *aut iste* O et vulgo, incerta auctoritate. Restitui *hic*, quoniam praesens absenti opponitur; v. §. 17. et adn. meam ad Verr. IV. §. 17. p. 58 ed. Lips. Haud raro autem *hic* et *is* confusa inveniuntur; v. supra §. 27 in. et Ellendtii Ind. ad Cic. de Orat. I. p. 588. Contra §. 16. *hic* in *is* corrigendum videtur. — 3. *discipulis* G M1. — *tantum* v. — 5. *cognostis* a c: *cognoscis* G; *cognoscitis* M χ v. — 6. *saepenumero* om. v. — 8. *iine* a c: *hiine* G; *hine* M v. — 9. *is te* Heusinger: *iste* codd. O. — *an res -- postulabant* om. G. — 10. *nobilissimi*] *honestissimi* Crat. margo. — 14. *dum*] *dummodo* susp. Lamb. — 16. *quae cum ita sint* om. G. — 17. *cum*] *dum* coni. Matth.; at v. ep. ad Att. X. 16, 5., quem locum Freudenb. p. 12. contulit. — 19. *oppugnari* G M v a c, Parr., Pall., Oxx.: *hoc pugnari* L O ex Naug. coni. «Recte Naugerius *hoc pugnari*; v. §. 8. *si hoc pugnatur ut* cet. Scio equidem recte dici *rem oppugnari*, ut p. Lig. §. 14., et *oppugnari* absolute poni posse, ut p. Rosc. Am. §. 145.; sed, ubi dictum sit *oppugnari ne*, nescio.» Wesenberg *Observv. ad Sestianam* p. 2. not. 1. Nec superior locus §. 8. plane similis est, et videtur per se *oppugnari ne* ferri h. l. posse, cum idem sit quod *repugnari, obsisti*. — 22. *at ne quaeritur*] sic mendose codd., ut videtur, omnes (saltem G M, Parr., 4 Oxx., v a): *anne quaer.* c; *at non quaer.* Buechner; *at ne quaeritur quidem* Klotz (1); fort. *itane quaeritur?*, i. e. «verene in dominos quaeritur?» — 23. *Sex. enim -- de hoc quaeritur* om. G. — *quaeritur, in dominos quaeritur*] sic codd. lacunam explendam putavi: vv. *in dom. quaeritur* a codd. absunt. Madvigius acute, ut solet, totum locum sic constituit: *At neque in vos quaeritur; Sex. enim Roscius reus est; neque est iniquum de hoc quaeri; vos enim dominos esse dicitis.* — 24. *vos enim dominos* G, 4 Parr., 6 Oxx., v: *vos cum dominos* Par. 9.; *vos cum domino* M a, Crat. margo; *vos dominos* c.

inter suos omnium deliciarum atque omnium artium puerulos ex tot elegantissimis familiis lectos velit hos versari, homines paene operarios, ex Amerina disciplina patris familiae rusticani. 121. Non ita est profecto, iudices: non est veri simile, ut Chrysogonus horum litteras adamarit aut humanitatem; non, ut rei familiaris negotio diligentiam cognorit eorum et fidem: est quiddam, quod occultatur; quod quo studiosius ab ipsis opprimitur et absconditur, eo magis eminet et apparet. XLII. 122. Quid igitur? Chrysogonus suine maleficii occultandi causa quaestionem de his haberi non vult? Minime, iudices: non in omnes arbitror omnia convenire. Ego in Chrysogono, quod ad me attinet, nihil eiusmodi suspicor: neque hoc mihi nunc primum in mentem venit dicere. Meministis me ita distribuisse initio causam, in crimen, cuius tota argumentatio permissa Erucio est, et in audaciam, cuius partes Rosciis impositae sunt. Quidquid maleficii, sceleris, caedis erit, proprium id Rosciorum esse debebit. Nimiam gratiam potentiamque Chrysogoni dicimus et nobis obstare et perferri nullo modo posse, et a vobis, quoniam potestas data est, non modo infirmari, verum etiam vindicari oportere. 123. Ego sic existimo: qui quaeri velit ex iis, quos constat, cum caedes facta est, adfuisse, eum cupere verum invenire: qui recuset, eum profecto, tametsi verbo non audeat, tamen re ipsa de maleficio suo confiteri. Dixi initio, iudices, nolle me plura de istorum scelere dicere, quam causa postularet ac necessitas ipsa cogeret. Nam et multae res afferri possunt, et una quaeque earum multis cum argumentis dici potest. Verum ego, quod invitus ac necessario facio, neque diu neque diligenter facere possum. Quae praeteriri nullo modo poterant, ea leviter, iudices, attigi: quae posita sunt in suspicionibus, de quibus si coepero dicere, pluribus verbis sit disserendum, ea vestris ingeniis coniecturaeque committo.

XLIII. 124. Venio nunc ad illud nomen aureum Chrysogoni, sub quo nomine tota societas latuit: de quo, iudices, neque quomodo dicam neque quomodo taceam, reperire possum. Si enim taceo, vel maximam partem relinquo; sin autem dico, vereor ne non ille solus id quod ad me nihil attinet, sed alii quoque plures laesos se esse putent. Tametsi ita se res habet, ut mihi in communem causam sectorum dicendum nihil magno opere videatur. Haec enim causa nova profecto et singularis est. 125. Bonorum Sex. Roscii emptor est Chrysogonus. Primum hoc videamus: eius hominis bona qua ratione venierunt aut quo modo venire potuerunt? Atque hoc non ita quaeram, iudices, ut id

2. *electos* v. — 3. *non ita est* G M v: *non est ita* O a c, codd. rell., ut videtur; *nam ita* C; *non est* coni. Buechn., quam coniecturam Freudenberg p. 13. refutavit. — 4. *horum servorum litteras* v. — 5. *ut* om. G. — 8. *suine* Par. 1. 4. 9., a: *tuine* G M; *sui* O c; *tui* 4 Oxx., v. — 9. *de his*] immo *de iis*. — *omnis* M a c. — 12. *distribuere* M1, fort. recte. — *tota augmentatio* codd. Hotomani. — 13. *et* om. 2 in marg. — *cuius*] *eius* v. — 15. *minimam* G. — 18. *facta est*] sic scripsi: *facta sit* codd. — 19. *affuisse* M v a c. — *eum et cupere* χ. — 20. *suo*] *ipso* G. — 21. *in initio* G. — 22. *adferri* G. — 23. *et de unaquaque* L. — 26. *de quibus* - - *pluribus* om. G. — 29. *latuit* Madvigius (Op. I. p. 184.) et Buechnerus: *statuit* G M v, Parr., Oxx.; *statuitur* O a c. — 30. *neque taceam* v. — 33. *ita* om. G. — *se res* G M v c: *res se* L a; v. Madv. ad *Cic. de Finn*. p. 57. — *habet*] *sunt* G. — 34. *magnopere* G M v a c. — 35. *emptor est* G: *emptorem* M v a c, 5 Oxx. — *Chrysogonus* G T: *Chrysogonum* M C H S v a c; *Chrysogonem* ψ; *Chrysogono* χ. — 37. *haec non* v; *non hoc* a.

dicam esse indignum, hominis innocentis bona venisse. Si enim haec audientur ac libere dicentur, non fuit tantus homo Sex. Roscius in civitate, ut de eo potissimum conqueramur. Verum hoc quaero: qui potuerunt ista ipsa lege, quae de proscriptione est, sive Valeria est sive Cornelia — non enim novi nec scio —, verum ista ipsa lege bona Sex. Roscii venire qui potuerunt? 126. Scriptum enim ita dicunt esse, VT EORVM BONA VENEANT, QVI PROSCRIPTI SVNT; quo in numero Sex. Roscius non est: AVT EORVM, QVI IN ADVERSARIORVM PRAESIDIIS OCCISI SVNT. Dum praesidia ulla fuerunt, in Sullae praesidiis fuit: posteaquam ab armis recessum est, in summo otio rediens a cena Romae occisus est. Si lege, bona quoque lege venisse fateor; sin autem constat contra omnes non modo veteres leges, verum etiam novas occisum esse, bona quo iure aut quo modo aut qua lege venierint, quaero. XLIV. 127. In quem hoc dicam, quaeris, Eruci? Non in eum, quem vis et putas: (nam Sullam et oratio mea ab initio et ipsius eximia virtus omni tempore purgavit.) Ego haec omnia Chrysogonum fecisse dico, ut ementiretur, ut malum civem Roscium fuisse fingeret, ut eum apud adversarios occisum esse diceret, ut his de rebus a legatis Amerinorum doceri L. Sullam passus non sit. Denique etiam illud suspicor, omnino haec bona non venisse: id quod postea, si per vos, iudices, licitum erit, aperietur. 128. Opinor enim esse in lege, quam ad diem proscriptiones venditionesque fiant, Kalendas Iunias. Aliquot post menses et homo occisus est et bona venisse dicuntur. Profecto aut haec bona in tabulas publicas nulla redierunt nosque ab isto nebulone facetius eludimur, quam putamus, aut, si redierunt, tabulae publicae corruptae aliqua ratione sunt. Nam lege quidem bona venire non potuisse constat. Intelligo me ante tempus, iudices, haec scrutari et propemodum errare, qui, cum capiti

---

2. *ac libere* M v c: *et l.* G; *aut l.* C H S a. — *dicuntur* M. — 3. *verum hoc* G M2: *verum ego hoc* M1, L v a c; *verum ego* χ; *verum hoc ego* O et vulgo. — *potuerunt* G c: *potuerint* M χ v a. — 4. *sive Iulia sive C.* v. — 5. *novi nescio* M2. — *lege* om. G. — 7. *veniant* M G v. — *in* om. v. — 8. *praediis* v. — 10. *recessum est* C. Steph. in Corrig. p. 763. et duo codd. Lallem.: *recesserunt* G M T χ v c, Par. 1. 4.; *discesserunt* H ψ a, 3 Parr.; *discepserunt* C S, quae lectiones ex assimilatione cum *pr. ulla fuerunt* ortae sunt. (Negat Steinm. se in ullo Paris. *recessum est* invenisse; sed tamen eam lectionem C. Steph. ex codice protulisse videtur, itemque Lamb. in marg. adnotavit.) — *si lege*] om. *si* G v, 5 Oxx. — 11. *bonaque lege* G; om. *lege* χ. — *omnis* G M a c. — 12. *veteris* G M a. — *legis* G. — *occisus* M1. — 13. *quo modo*] *quo more* susp. Ernesti, quod probat Gar. 2., nisi potius traiectione emendandum sit: *bona quo modo aut quo iure* cet. *More* et *modo* etiam confusa sunt in Cic. de Invent. I. c. 2 in. — *venierunt* G v. — 14. *dico* G. — *quem vis et* om. G; fort. *in eum in quem vis.* — 16. *ut ementiretur* G v a c, codd. plerique, ut videtur: *ut emerentur* M C; *ut emeret* cod. Iann. testante et probante Gar. 2. — 17. *adversarium* M. — 18. *his de rebus* ed. R. Steph. et L: *hisce rebus* G M v a, 4 Oxx.; *hisce de rebus* O c. — *doceri L. S.*] *l. sillam adici* (ex *adiri*?) G, sed *adici* punctis notatum est. — 20. *vos*] *quos* G. — 22. *Kalendas Iunias*] sic scripsi ex codicum vestigiis: *nimirum ad Kal. Iun.* editt.; voc. *nimirum*, manifestum glossema (v. Hand. Turs. IV. p. 205.), omnes codd. habere videntur, uno excepto Franciano primo; contra *ad* ante *Kal.* abest a G M v a c, codd. Gruteri, et fortasse ab omnibus praeter eundem Franc. pr. Quod ego recipiendum putavi, sic Germanice vertas: *es steht im Gesetze als Termin, bis zu dem -- statthaben dürften, der erste Juni.* (*Kalendis Ianuariis* C; *Kal. Ian.* T.) — *post* om. G. — 24. *nulla* G v a, codd. Lamb., Parr. meliores Steinmetzii: *nullas* c; *nulla ratione* M, Par. 9., Crat. margo. Cf. M. Hauptii *Observatt. critt.* (Lips. 1841.) p. 5. — *cludimur* G; *deludimur* L. — 25. *sunt aliqua ratione* v. — 26. *me*] *iudices me* Sch.

Sex. Roscii mederi debeam, reduviam curem. Non enim laborat de pecunia, non ullius rationem sui commodi ducit: facile egestatem suam se laturum putat, si hac indigna suspicione et ficto crimine liberatus sit. 129. Verum quaeso a vobis, iudices, ut haec pauca, quae restant, ita audiatis, ut partim me dicere pro me ipso putetis, partim pro Sex. Roscio. Quae enim mihi ipsi indigna et intolerabilia videntur quaeque ad omnes, nisi providemus, arbitror pertinere, ea pro me ipso ex animi mei sensu ac dolore pronuntio: quae ad huius vitae casum causamque pertineant, et quid hic pro se dici velit et qua condicione contentus sit, iam in extrema oratione nostra, iudices, audietis. XLV. 130. Ego haec a Chrysogono mea sponte remoto Sex. Roscio quaero: primum, quare civis optimi bona venierint; deinde, quare hominis eius, qui *neque proscriptus* neque apud adversarios occisus est, bona venierint, cum in eos solos lex scripta sit; deinde, quare aliquanto post eam diem venierint, quae dies in lege praefinita est; deinde, cur tantulo venierint. Quae omnia si, quemadmodum solent liberti nequam et improbi facere, in patronum suum voluerit conferre, nihil egerit. Nemo est enim qui nesciat, propter magnitudinem rerum multa multos, partim imprudente L. Sulla, commisisse. 131. Placet igitur in his rebus aliquid imprudentia praeteriri? Non placet, iudices, sed necesse est. Etenim si Iuppiter optimus maximus, cuius nutu et arbitrio caelum, terra mariaque reguntur, saepe ventis vehementioribus aut immoderatis tempestatibus aut nimio calore aut intolerabili frigore hominibus nocuit, urbes delevit, fruges perdidit, quorum nihil pernicii causa divino consilio, sed vi ipsa et magnitudine rerum factum putamus, at contra commoda, quibus utimur, lucemque, qua fruimur, spiritumque, quem ducimus, ab eo nobis dari atque impertiri videmus: quid miramur L. Sullam, cum solus rem publicam regeret orbemque terrarum gubernaret imperiique maiestatem, quam armis receperat, legibus confirmaret, aliqua animadvertere non potuisse? nisi

---

1. *reduviam* M1, Sch., Par. 4.; c: *redii viam* G M2; *rediviam* L a, codd. Hotom. (ut apud Festum p. 207. Muell. vox scribitur); *rem divinam* T v. — *curem* M v a c: *cure* G, 2 Parr.; *curae* S χ. — 6. *ipsi* om. G v. — 7. *omnis* G M a c. — *provideamus* v. — 7. *ex animi* ed. Manut. 1540.: *et animi* G M χ ψ v a c, Parr., Franc. — 8. *ac*] *et* G. — *casum causamque*] *discrimen casumque* G (cf. var. lect. ad or. p. Sest. §. 54.); *causam* coni. Ruhnk. ad Rutil. Lupum I. 10., cui *casum* ex var. lect. irrepsisse videtur, quod valde probabile est. — 10. *iam*] *ea* L. — *nostra oratione* G. — 11. *haec*] *enim* χ. — *primo* G. — 12. *bona* om. G. — *deinde quare* om. G; *deinde* om. C T; *deinde* -- *venierint* om. Gud., χ. — *neque proscriptus* Hotomanus: om. codd. omnes. — 13. *venierunt* M a; om. G. — *cum* G v a: *quin* H S M. (sed in M2 *quoniam* sup. lin.) — 15. *dies lege* a c. — *deinde cur*] fort. *denique cur*. — 17. *enim* om. Franc. — 18. *partim imprudente* codices: *partim connivente partim imprudente* a c (non item v), quod supplementum nescio cuius editores recc. expulerunt; probabilius est Madvigianum: *partim invito, partim impr.*; contra Gar. coni. *privatim* (i. e. sua sponte) *imprudente*; Ravius (II. p. 15.): *per se impr.* Vix sufficit Freudenbergii p. 15 sq. interpretatio vulgatae: *multa multos commisisse, partem eorum imprudente L. Sulla*, quod si Cic. dixisset, dictatoris animum vehementer violasset. — 19. *aliqua* M1. — 20. *praeteriri non placet* om. v. — 24. *pernicii* c cum Gellio (N. A. IX. 14.) et Nonio (p. 486 Merc.): *pernicie* G v a, Parr., 6 Oxx.; *pernitie* M; *perniciae* Pall.; *perniciei* Franc.; *pernicies* Charisius p. 38 Lind. — *ac magnit.* Nonius l. c. — 25. *factum* om. G. — *commoda* M a c: *commodis* G v, 5 Oxx. — 26. *spiritum quem* c; *spiritum quemque* G; *spiritumque* T v. — *impartiri* v c. — 27. *quid miramur*] addit Sch. *iudices*. — 29. *receperat*] *reciperarat* commendavit Lamb. ex al. (codd.?) in adnotatione. — *legibus* M c: *cum legibus* G C S ψ, Franc.; *ut legibus* T χ v a.

hoc mirum est, quod vis divina assequi non possit, si id mens humana adepta non sit. 132. Verum, ut haec missa faciam, quae iam facta sunt, ex iis, quae nunc cum maxime fiunt, nonne quivis potest intelligere omnium architectum et machinatorem unum esse Chrysogonum, qui Sex. Roscii nomen deferendum curavit, [hoc iudicium] cuius honoris causa accusare se dixit Erucius? * * * *

Desunt non pauca.

* * in vico Pallacine * * maxime metuit * * in Veientanam * * manu praedia praediis * * hic ego audire istos cupio * *

XLVI. * * aptam et ratione dispositam se habere existimant, qui in Salentinis aut in Brutiis habent, unde vix ter in anno audire nuntium possunt. 133. Alter tibi descendit de palatio et aedibus suis; habet animi causa rus amoenum et suburbanum, plura praeterea praedia, neque tamen ullum nisi praeclarum et propinquum; domus referta vasis Corinthiis et Deliacis, in quibus est authepsa illa, quam tanto pretio nuper mercatus est, ut qui praetereuntes, quid praeco enumeraret, audiebant, fundum venire arbitrarentur. Quid praeterea caelati argenti, quid stragulae vestis, quid pictarum tabularum, quid signorum, quid marmoris apud illum putatis esse? tantum scilicet, quantum e multis splendidisque familiis in turba et rapinis coacervari una in domo potuit. 134. Familiam vero quantam et quam variis cum artificiis habeat, quid ego dicam? Mitto hasce artes vulgares, coquos, pistores, lecticarios: animi et aurium causa tot homines habet, ut quotidiano cantu vocum et nervorum et tibiarum nocturnisque conviviis tota vicinitas personet. In hac vita, iudices, quos sumptus quotidianos, quas effusiones fieri putatis? quae vero convivia? honesta, credo,(in eiusmodi domo, si

1. *adsequi* G. — *posset* G. — 3. *ex iis* a c: *ex his* M v. — *cum maxime* G, Par. 1. 4.: om. *cum* M O v a c, codd. rell. noti. — 5. *curavit* om. G. — *hoc iudicium* delendum esse vidit Madv. Op. I. p. 139. (L: *qui hoc iudicium conflavit.*) — 6. *Erucius* om. v; in S ψ post hanc vocem est spatium vacuum amplius paginae et in marg. eadem manu scriptum est: «deficit; tantundem enim in cod. antiquissimo deficiebat.» In Guarini Veronensis expositione in or. p. Rosc. Am. (cod. Paris. 7832.), quem locum mecum Th. Mommsenius communicavit, de lacuna haec leguntur: «Iterum non parva textus pars deest. Quod factum est situ et exemplaris vetustate decrepita, quod vir doctissimus Poggius ex Gallis ad nos reportaverat, qui et huius orationis et alterius pro Murena repertor hac aetate fuit. Ut autem Fr. Barbarus dicere ac deplorare solet, occaecatum adeo exemplaris codicem, unde haec exarata est oratio, Florentiae viderat, ut nullo pacto inde transcribi verbum potuerit.» — 8. *in vico -- cupio*] has reliquias abscissas Schol. servavit. — *metuit* Schuetz: *metu ut* Sch. — 10. *existimavit* v. — 11. *Salentinis* M1 v c: *Sallentinis* G M2 C H L a. — 13. *animi causa* M C T v c: *amicam* G (ex *a͞i ca͞*); *animi relaxandi causa* alii codd., ut videtur, O a. — *amenumque* G; *amerinum* a et Crat. margo. — *et plura* χ. — 15. *authepsa* G c, Sch.: *aut Hepsa* a; *anthepsa* M; *aut* v. — 16. *ut qui praetereuntes, quid praeco enumeraret* Steinmetz: *ut qui praetereuntes quid praeco enum numerare* Par. 1. 4. St. Vict. (sed hic *praecoenum)*; *ut q. pr. qui preconum numerare* G; *ut qui pr. quid praetium* (vel *pretium) enumerare* (vel *num.)* Parr. 7. 8. 9.; *ut qui praetereuntes praetium enumerare* M c; *ut qui pr. pretium numerare* v a (sed v: *aliquod precium*); *ut quidam praet. qui id pretium enumerari* Pal. 1.; *ut qui praet. pretium enumerari* L O; *ut qui praet. praeconium audiebant* coni. Gar. (2) coll. p. Quinct. c. 15. et p. Rab. Post c. 17.; *ut quidam praet., qui id pretium enumerari* Or. (2) cum Buechnero. — 19. *marmorum* G. — 20. *coarcervare* G. — *una in domo*] *unam nemo* G, Par. 4. (sed G *unum*); *una vi nemo* χ v. — 21. *artificis* M2. — *habebat* χ; *habet* M1 v. — 22. *artis* M C S v a c. — *coquos* a c: *cocos* G M C S v, recta scriptura. — *pistores* c: *pictores* G M ψ v a. — 26. *huiusmodi* v.

domus haec habenda est potius quam officina nequitiae ac deversorium flagitiorum omnium.) 135. Ipse vero quemadmodum composito et delibuto capillo passim per forum volitet cum magna caterva togatorum, videtis, iudices; [etiam videtis, iudices,] ut omnes despiciat, ut hominem prae se neminem putet, ut se solum beatum, solum potentem putet. Quae vero efficiat et quae conetur, si velim commemorare, vereor, iudices, ne quis imperitior existimet, me causam nobilitatis victoriamque voluisse laedere: tametsi meo iure possum, si quid in hac parte mihi non placeat, vituperare. Non enim vereor ne quis alienum me animum habuisse a causa nobilitatis existimet. XLVII. 136. Sciunt ii, qui me norunt, me pro illa tenui infirmaque parte, posteaquam id, quod maxime volui, fieri non potuit, ut componeretur, id maxime defendisse, ut ii vincerent, qui vicerunt. Quis enim erat, qui non videret humilitatem cum dignitate de amplitudine contendere? quo in certamine perditi civis erat non se ad eos iungere, (quibus incolumibus et domi dignitas et foris auctoritas retineretur.) Quae perfecta esse et (suum cuique honorem et gradum redditum gaudeo,) iudices, vehementerque laetor, eaque omnia deorum voluntate, studio populi Romani, consilio et imperio et felicitate L. Sullae gesta esse intelligo. 137. Quod animadversum est in eos, qui contra omni ratione pugnarunt, non debeo reprehendere: quod viris fortibus, quorum opera eximia in rebus gerendis exstitit, honos habitus est, laudo. Quae ut fierent, idcirco pugnatum esse arbitror, meque in eo studio partium fuisse confiteor. Sin autem id actum est et idcirco arma sumpta sunt, ut homines postremi pecuniis alienis locupletarentur et in fortunas unius cuiusque impetum facerent, et id non modo re prohibere non licet, sed ne verbis quidem vituperare, tum vero isto bello non recreatus neque restitutus, sed subactus oppressusque populus Romanus est. 138. Verum longe aliter est; nihil horum est, iudices. Non modo non laedetur causa nobilitatis, si istis hominibus resistetis, verum etiam ornabitur. XLVIII. Etenim qui haec vituperare volunt, Chrysogonum tantum posse queruntur; qui laudare volunt, concessum ei non esse commemorant. Ac iam nihil est, quod quisquam aut tam stultus aut tam improbus sit, qui dicat: «Vellem quidem liceret: hoc dixissem:» dicas licet. «Hoc fecissem:» facias licet; nemo prohibet. «Hoc decrevissem:» decerne, modo recte; omnes approbabunt. «Hoc iudicassem:»

---

1. *quam* om. G v. — *ac* M: et G O v a c. — *diversorium* G M v a c. — 2. *dilibuto* M C. — 4. *etiam videtis iudices* M C T, Par. 8. 9., Franc., L v a c: om. ed. Manut. 1540. et Madv. in ed. III., recte, ut videtur; *et unum videtis* Par. 1. 4., quod Steinm. recepit; *et invidetis et unum videtis* G; *etiam videtis* (om. *iudices*) coni. Gar. 2.; *et unus, videtis* Or. 2; *et una videtis* Klotz. 2. — *ut* ante *hominem* om. G. — 10. *nobilitatis* om. Sch. — *existumet* C. — 11. *pro illa* codd.: *pro mea* Madv. admodum probabiliter. — *quod m. volui*] *quum m. voluerim* Sch. — 14. *cum dignitate de amplitudine* codd.: *cum dign. et amplit.* Weiske; *cum amplitudine* Madvig Op. I. p. 140. Ego cum T. Badenio (*Archiv für Philol.* II. p. 340.) et Ravio (*Var. Lectt.* II. p. 194.) codd. lectionem tueor, ex qua dicit orator: *homines infimos cum viris dignitate conspicuis* (quo nomine honesto nobiles significantur) *de summis in re publ. honoribus* (quibus amplitudo pariebatur) *contendere.* — 15. *ad eos adiungere* L prob. Gar. 2. — 19. *L.* om. G. — 27. *isto bello* G, ut Gar. (2) coniecit: *in isto bello* codd. rell., O. — *non*] *neque* v. — 29. *laedetur* o: *laeditur* G M v a, 5 Oxx. — 30. *hoc* v. — *vit. nolunt* M1, C. — 31. *l. volent* M1; *l. vellent* v. — 32. *non* om. G ψ. — *ac*] *aut* G. — *quisquam tam* C H. — 33. *quid dicunt* G. — 35. *modo ratione* T. — *adprobabunt* G; *approbant* v. — *hoc iudic. laudabunt* om. G.

laudabunt omnes, si recte et ordine iudicaris. 139. Dum necesse erat resque ipsa cogebat, unus omnia poterat; qui posteaquam magistratus creavit legesque constituit, sua cuique procuratio auctoritasque est restituta. Quam si retinere volunt ii, qui reciperarunt, in perpetuum poterunt obtinere; sin has caedes et rapinas et hos tantos tamque profusos sumptus aut facient aut approbabunt, nolo in eos gravius quidquam ne ominis quidem causa dicere; unum hoc dico: nostri isti nobiles, nisi vigilantes et boni et fortes et misericordes erunt, iis hominibus, in quibus haec erunt, ornamenta sua concedant necesse est. 140. Quapropter desinant aliquando dicere male aliquem locutum esse, si qui vere ac libere locutus sit; desinant suam causam cum Chrysogono communicare; desinant, si ille laesus sit, de se aliquid detractum arbitrari; videant, ne turpe miserumque sit eos, qui equestrem splendorem pati non potuerunt, servi nequissimi dominationem ferre posse. Quae quidem dominatio, iudices, in aliis rebus antea versabatur; nunc vero quam viam munitet, quod iter affectet, videtis: ad fidem, ad ius iurandum, ad iudicia vestra, ad id, quod solum prope in civitate sincerum sanctumque restat. 141. Hicine etiam sese putat aliquid posse Chrysogonus? hic etiam potens esse vult? o rem miseram atque acerbam! Neque mehercules hoc indigne fero, quod verear ne quid possit; verum quod ausus est, quod speravit sese apud tales viros aliquid posse ad perniciem innocentis, id ipsum queror. XLIX. Idcircone experrecta nobilitas armis atque ferro rem publicam reciperavit, ut ad libidinem suam liberti servulique nobilium bona fortunasque nostras vexare possent? 142. Si id actum est, fateor me errasse, qui hoc maluerim; fateor insanisse, qui cum illis senserim; tametsi inermis, iudices, sensi. Sin autem victoria nobilium ornamento atque emolumento rei publicae populoque Romano debet esse, tum vero optimo et nobilissimo cuique meam orationem gratissimam esse oportet. Quod si quis est, qui et se et causam laedi putet, cum Chrysogonus vituperetur, is causam ignorat, se ipsum probe novit. Causa enim splendidior fiet, si nequissimo cuique resistetur: ille improbissimus Chrysogoni fautor, qui sibi cum illo rationem communicatam putat, laeditur, cum ab hoc splendore causae separatur.

---

1. *ratione et ordine* T v (v. Madv. Op. I. p. 332 not. et ad Cic. de Finn. p. 71.). — 3. *creavit*] *decrevit* v. — 4. *reciperarunt* G M C S, Lamb. in marg.: *recuperarunt* O a; *receperunt* L c. — 5. *potuerunt optinere* G. — *si* v. — *perfusos* G. — 6. *gravius* om. v. — 7. *ne hominis quidem* G M2 T ψ v a c. — *causa* om. G. — *nobilis* G. — 10. *aliquando*] *aliquid* G. — 11. *si qui* G M C v: *si quis* O a c. — *ac*] *et* v. — 15. *vero*] *non* v. — 16. *quod iter* a c: *et quod iter* G M C T v; *quo iter* coni. R. Boëmoraeus. — *adfectet* G. — 18. *hicine*] sic scripsi: *hicne* codd. O. — *posse*] *potens* G. — 19. *vult o*] *volco* G. — *atque acerbam* om. G. — 21. *al. posse ad pern.* M: om. *posse* G χ v, Pal. 3. 8., St. Vict.; *posse al. ad pern.* Pal. 1.; *al. ad pern. posse* O a c (Grut. coni. *ipse apud tales* om. *posse*; Gronovius autem: *esse apud tales*). — 22. *experrecta* c: *expectata* G M v a, codd. Grut., 5 Oxx. — 23. *reciperavit* M 2: *recup.* G O v a c. — 24. *servolique* G. — *fortunasque nostras* Garat. (2): *fort. vestras atque nostras* M H S T v a; *fortunas vestrasque nostras* G; *fort. vestras nostrasque* O c, codd. alii, ut videtur. In vulg. praeter sententiam etiam asyndeton *(bona, fortunas)* admodum displicet. — 25. *quia hoc* et deinde *quia cum* G. — 26. *insaniisse* a. — *inermus* var. lectio apud Lamb. — 27. *emolimento* G. — 28. *po. ro.* v. — 29. *meam* om. M1. — *grauissimam* c. — 31. *probe novit* Madvig: *prope non novit* codd. et O, quod frustra defendit Ravius II. p. 195. *(probe cognovit* Klotz 2., quod ego nolim praeferre.) — 33. *putat*] *velit* Franc.

143. Verum haec omnis oratio, ut iam ante dixi, mea est, qua me uti res publica et dolor meus et istorum iniuria coëgit. Sex. Roscius horum nihil indignum putat; neminem accusat, nihil de suo patrimonio queritur, putat homo imperitus morum, agricola et rusticus, ista omnia, quae vos per Sullam gesta esse dicitis, more, lege, iure gentium facta: culpa liberatus et crimine nefario solutus cupit a vobis discedere. 144. Si hac indigna suspicione careat, animo aequo se carere suis omnibus commodis dicit; rogat oratque te, Chrysogone, si nihil de patris fortunis amplissimis in suam rem convertit, si nulla in re te fraudavit, si tibi optima fide sua omnia concessit, annumeravit, appendit, si vestitum, quo ipse tectus erat, anulumque de digito suum tibi tradidit, si ex omnibus rebus se ipsum nudum neque praeterea quidquam excepit, ut sibi per te liceat innocenti amicorum opibus vitam in egestate degere. L. 145. Praedia mea tu possides, ego aliena misericordia vivo: concedo, et quod animus aequus est et quia necesse est. Mea domus tibi patet, mihi clausa est: fero. Familia mea maxima tu uteris, ego servum habeo nullum: patior et ferendum puto. Quid vis amplius? quid insequeris? quid oppugnas? qua in re tuam voluntatem laedi a me putas? ubi tuis commodis officio? quid tibi obsto? Si spoliorum causa vis hominem occidere, spoliasti; quid quaeris amplius? si inimicitiarum, quae sunt tibi inimicitiae cum eo, cuius ante praedia possedisti, quam ipsum cognovisti? si metus, ab eone aliquid metuis, quem vides ipsum ab se tam atrocem iniuriam propulsare non posse? sin, quod bona, quae Roscii fuerunt, tua facta sunt, idcirco hunc illius filium studes perdere, nonne ostendis id te vereri, quod praeter ceteros tu metuere non debeas, ne quando liberis proscriptorum bona patria reddantur? 146. Facis iniuriam, Chrysogone, si maiorem spem emptionis tuae in huius exitio ponis quam in iis rebus, quas L. Sulla gessit. Quod si tibi causa nulla est, cur hunc miserum tanta calamitate affici velis, si tibi omnia sua praeter animam tradidit, nec sibi quidquam paternum ne monumenti quidem causa clam reservavit, per deos immortales, quae ista tanta crudelitas est? quae tam fera immanisque natura? Quis umquam praedo

1. *ratio* G. — 2. *Sex. Roscius* Madvig (Op. I. p. 138.): *sed Roscius* codd., O. — 4. *imperitus morum civilium* v; *imperitus rerum* var. lectio in marg. Lamb., quae utique frequentior locutio est. — *ista omnia*] *omnia illa* G; om. *ista* H. — 6. *a nobis* G. — 10. *adnumeravit* G a c. — *adpendit* G. — 11. *anulumque de digito suum tibi tradidit* R. Boëmoraeus et Lamb.: *anulumque dedit os suum tibi tradidit* G M v a c, codd. rell. — 12. *rebus* om. C. — 13. *per te*] *petere* M1. — *in egestatem* G S T χ v. — 15. *est et* c: *esset* G M C H v a; *esset et* T ψ; *est* S. — *quia*] *quare* v. — 16. *maxime* v. — *tu uteris* G M1 et 2: om. *tu* v a c, codd. rell. noti, O. — *servum*] *sequor* G (ortum ex *seruom*). — 18. *laedi tuam volunt.* a. — *putas* om. G. — 20. *spoliasti* G M v c: om. C H S ψ a. — 21. *ante* G M: *antea* O v a c. — 22. *cognovisti* G T v c: *cognosti* M O a. Vera videtur plenior forma propter homoeoteleuton. — *si metus* Madvig (Op. I. p. 124.): *sin metuis* codd. O; *metus* iam Heusinger coniecerat; de *si* autem v. M. Seyfferti *epist. criticam* p. 5. (Brandenburgi 1848.) — *aliquid metuas* Gud., Franc.; sed firmat indicativum Arus. Mess. p. 247. — *ab se* G M H: *a se* C T v; *ab sese* O a c. — 23. *sin quod* c: om. *quod* G M v a, 4 Oxx. — 25. *te* om. v. — *debebas* coni. Heusinger. — 26. *facis iniuriam L. Sullae, Chrysogone* L. — 27. *si maiorem* om. v. — 28. *iis* C L: *his* M v a c. — *si* om. v. — *nulla causa* v. — 29. *adfici* G. — 30. *praeter*] *propter* M. — *ne momenti q.* G. — 31. *causa clam reservavit* Pal. 1. et ψ: *causa clare servavit* G C H S v, Pal. 3.; *causa dare servavit* T χ, St. Vict., Pal. 8.; *causa reservavit* M O a c, quod praefert Garat. (2), qui ceteras varietates ex dittographia voc. *causa* (*cā*) ortas existimat.

fuit tam nefarius, quis pirata tam barbarus, ut, cum integram praedam sine sanguine habere posset, cruenta spolia detrahere mallet? 147. Scis hunc nihil habere, nihil audere, nihil posse, nihil umquam contra rem tuam cogitasse; et tamen oppugnas eum, quem neque metuere potes neque odisse debes nec quidquam iam habere reliqui vides, quod ei detrahere possis: nisi hoc indignum putas, quod vestitum sedere in iudicio vides, quem tu e patrimonio tamquam e naufragio nudum expulisti. Quasi vero nescias hunc et ali et vestiri a Caecilia, [Balearici filia, Nepotis sorore,] spectatissima femina, quae cum clarissimum patrem, amplissimos patruos, ornatissimum fratrem haberet, tamen, cum esset mulier, virtute perfecit, ut, quanto honore ipsa ex illorum dignitate afficeretur, non minora illis ornamenta ex sua laude redderet.

LI. 148. An quod diligenter defenditur, id tibi indignum facinus videtur? Mihi crede, si pro patris huius hospitiis et gratia vellent omnes huius hospites adesse et auderent libere defendere, satis copiose defenderetur; sin autem pro magnitudine iniuriae proque eo, quod summa res publica in huius periculo tentatur, haec omnes vindicarent, consistere mehercule vobis isto in loco non liceret. Nunc ita defenditur, non sane ut moleste ferre adversarii debeant, neque ut se potentia superari putent. 149. Quae domi gerenda sunt, ea per Caeciliam transiguntur: fori iudiciique rationem M. Messala, ut videtis, iudices, suscepit; qui si iam satis aetatis ac roboris haberet, ipse pro Sex. Roscio diceret; quoniam ad dicendum impedimento est aetas et pudor qui ornat aetatem, causam mihi tradidit, quem sua causa cupere ac debere intellegebat: ipse assiduitate, consilio, auctoritate, diligentia perfecit, ut Sex. Roscii vita erepta de manibus sectorum sententiis iudicum permitteretur. Nimirum, iudices, pro hac nobilitate pars maxima civitatis in armis fuit; haec acta res est, ut ii nobiles restituerentur in civitatem, qui hoc facerent, quod facere Messalam videtis, qui caput innocentis defenderent, qui iniuriae resisterent, qui, quantum possent, in salute alterius quam in exitio mallent ostendere. Quod si omnes, qui eodem loco nati sunt, facerent, et res publica ex illis et ipsi ex invidia minus laborarent.

---

2. *possit* v. — *scio* G. — 3. *hunc* M a c: *nunc* G v, 5 Oxx. — *rem*] *rem publicam* G. — 4. *eum* om. G. — 5. *iam habere* G M v: *habere iam* O a c. — *vides*] *iudices* M. — 6. *indignum* - - *quem* om. G. — 7. *tu e*] *tu a* G; *e* om. v. — 8. *et ali nutriri a Caec.* v. — *Balearici* Manut. 1540.: *Balearis* S T ψ v a c; *Baleares* G; *Baliaris* M; *Bellarii* C H. Ceterum haec vv. ut glossema cum plerisque criticis seclusi. — 9. *clar. patrem* G: *patrem clar.* codd. rell. noti, O. — 10. *tamen*] *tum* v. — 11. *quanto h.*] *quum tanto h.* coni. Ern.; *quantocunque h.* coni. Lamb. — 12. *adficeretur* G. — 14. *patris huius* G M v a: *patris eius* O c, codd. rell., ut videtur. Si quid mutandum est, potius in sequentibus *omnes eius hospites* emendandum aut alterum *huius* delendum videtur. — *hospitiis* M a, 4 Oxx. — 16. *proque*] *pro* G v. — *summa res p.* G M, Pall., ut Lamb. in adn. suspicatus est: *summa rei p.* a c, Franc.; *summa re. p.* T v. — 17. *temptatur* G. — *iudicarent* ψ v. — 19: *sane ut non* 2 in marg. — 20. *transigentur* v. — 21. *M.* Gar. 2.: om. praenomen codices. — *Messala* G M C S v a c, Parr.: *Messalla* L. — 22. *ac* G M2: *et* v; *atque* vulgo. — 23. *quoniam autem ad d.* G. — *quo ornat* G solus. — 24. *quem* G M v a c: *quam* 5 Oxx. — 25. *perfecit* om. v. — 26. *praetermitteretur* G. — 28. *ut ii* Madvig (Op. II. p. 327.): *ut* v; *uti* codd. O. — 30. *in salutem* G, Pal. 1., St. Vict. — 31. *quam* om. G. — *qui in eodem* G. — 32. *nati sint* M2 χ v.

LII. 150. Verum si a Chrysogono, iudices, non impetramus, ut pecunia nostra contentus sit, vitam ne petat; si ille adduci non potest, ut, cum ademerit nobis omnia, quae nostra erant propria, ne lucem quoque hanc, quae communis est, eripere cupiat; si non satis habet avaritiam suam pecunia explere, nisi etiam crudelitati sanguis praebitus sit: unum perfugium, iudices, una spes reliqua est Sex. Roscio eadem, quae rei publicae, vestra pristina bonitas et misericordia; quae si manet, salvi etiam nunc esse possumus. Sin ea crudelitas, quae hoc tempore in re publica versata est, vestros quoque animos, id quod fieri profecto non potest, duriores acerbioresque reddit, actum est, iudices; inter feras satius est aetatem degere quam in hac tanta immanitate versari. 151. Ad eamne rem vos reservati estis? ad eamne rem delecti, ut eos condemnaretis, quos sectores ac sicarii iugulare non potuissent? Solent hoc boni imperatores facere, cum proelium committunt, ut in eo loco, quo fugam hostium fore arbitrentur, milites collocent, in quos, si qui ex acie fugerint, de improviso incidant. Nimirum similiter arbitrantur isti bonorum emptores, vos hic, tales viros, sedere, qui excipiatis eos, qui de suis manibus effugerint. Di prohibeant, iudices, ut hoc, quod maiores consilium publicum vocari voluerunt, praesidium sectorum existimetur. 152. An vero, iudices, vos non intelligitis nihil aliud agi, nisi ut proscriptorum liberi quavis ratione tollantur, et eius rei initium in vestro iure iurando atque in Sex. Roscii periculo quaeri? Dubium est, ad quem maleficium pertineat, cum videatis ex altera parte sectorem, inimicum, sicarium eundemque accusatorem hoc tempore: ex altera parte egentem, probatum suis filium, in quo non modo culpa nulla, sed ne suspicio quidem potuit consistere? Numquid hic aliud videtis obstare Roscio, nisi quod patris bona venierunt? LIII. 153. Quod si id vos suscipitis et eam ad rem operam vestram profitemini, si idcirco sedetis, ut ad vos adducantur eorum liberi, quorum bona venierunt, cavete, per deos immortales, iudices, ne nova et multo crudelior per vos proscriptio instaurata esse videatur. Illam priorem, quae facta est in eos, qui arma capere potuerunt, tamen senatus suscipere noluit, ne quid acrius, quam more maiorum comparatum est, publico consilio factum videretur; hanc vero, quae ad eorum liberos atque ad infantium puerorum incunabula pertinet, nisi hoc iudicio a vobis reiicitis et asper-

---

5. *crudelitati sanguis praebitus* Madvig (Op. I. p. 127.): *crudelitate sanguinis praeditus* codd., v a c; *crudelitate sanguinis perlitus* ed. Manut., O. Cf. Cic. de Deor. Nat. III. §. 87: *cur Poenorum crudelitati Reguli corpus est praebitum?* — 6. *eadem quae* Manutius: *eademque* codd. noti, v a c. — 9. *in re p.* a c, M2 m. sec.: *in rem p.* G M v, Pall., Franc., 4 Oxx. — *versata*] *grassata* cod. (?) Ursini; *crassata* Iann. Cf. Seyfferti *epist. crit.* p. 12. — *id* om. G. — 10. *reddit* G M C T v: *reddidit* O a c, codd. rell., ut videtur. Illud recepi, quia praecedit *potest*, non *potuit*. — 12. *dilecti* 2 in marg. — 14. *praelium amittunt* G. — 15. *qua fugam* susp. Lamb. — 20. *intelligetis* G (ortum ex *intellegitis*). — 22. *dubiumne est* G, fort. recte. — 23. *ex* om. v. — 24. *ex altera egentem* L. — 26. *numquid hic*] om. *hic* Franc.; *numquid huic* coni. Madvig, deleto *Roscio*; sed si quid mutandum, scribere malim: *obstare Sex. Roscio.* — 28. *vos id* Franc. — *eam ad rem* Guilielmius: *eandem rem* C; *eadem rem* S, Par. 1. 9.; *eadem re* T v (item codd. Grut., aut *eandem rem*); *ad eandem rem* G H, Franc., O (sed G *eadem*; unde fort. scribendum est *ad eam rem*; sic de Inv. I. §. 60. in cod. Par. 7714. *eadem* pro *eam* scriptum est); *eandem esse* χ; *eam rem* Par. 4.; *eadem in re* M ψ a c; *in eam rem* Par. 7.; *eam in rem* coni. Steinm. — 34. *factum* om. c. — *atque infantium* L.

namini, videte, per deos immortales, quem in locum rem publicam perventuram putetis.

154. Homines sapientes et ista auctoritate et potestate praeditos, qua vos estis, ex quibus rebus maxime res publica laborat, iis maxime mederi convenit. Vestrum nemo est quin intelligat, populum Romanum, qui quondam in hostes lenissimus existimabatur, hoc tempore domestica crudelitate laborare. Hanc tollite ex civitate, iudices, hanc pati nolite diutius in hac re publica versari; quae non modo id habet in se mali, quod tot cives atrocissime sustulit, verum etiam hominibus lenissimis ademit misericordiam consuetudine incommodorum. Nam cum omnibus horis aliquid atrociter fieri videmus aut audimus, etiam qui natura mitissimi sumus, assiduitate molestiarum sensum omnem humanitatis ex animis amittimus.

---

1. *deventuram* susp. Lamb. — 3. *sapientissimos* Arus. Mess. p. 246 Lind. — *et ista*] om. *et* G. — 5. *quin*] *qui* G v. — 6. *hostis* G M v. — *levissimus* G v. — 9. *etiam*] *etiam quod* L; sed firmat vulg. Sch. — 12. *ex animis* om. Franc. — 13. *amittemus* χ.

M. TULLII CICERONIS

ORATIO PRO Q. ROSCIO COMOEDO.

RECOGNOVIT

IO. GEORGIUS BAITERUS.

NOTARUM EXPLICATIO.

α = Cod. Mediceus plut. XLVIII. 25. Contulit Th. Mommsen.
β = Cod. Mediceus plut. XC. sup. 69, 2. Contulit Th. Mommsen §§. 1—7. 25. 50—56.
F = Cod. Francianus primus a Graevio passim inspectus.
G = Cod. Genevensis n. 101. Sec. XV. Contulit J. Adert.
M = Cod. Monacensis ex bibliotheca Electorali 68. fol. 358—66. Contulit L. Spengel.
A = Editio Ascensiana prima a. 1511.
L = Editio Lambiniana a. 1566.
ℒ = Repetitio Lambiniana a. 1584.
O = Editio Orelliana prior a. 1826.
Gar. 2 = Curae secundae Gasp. Garatonii ineditae.

Integram varietatem exhibuimus codicum α β F, editionum A L ℒ O.

Multa, quae desunt, quaerenda.

I. 1. *** malitiam naturae crederetur. Iste scilicet vir optimus et singulari fide praeditus in suo iudicio suis tabulis testibus uti conatur. Solent fere dicere, qui per tabulas hominis *** citi pecuniam expensam tulerunt: Egone talem virum corrumpere potui, ut mea causa falsum in codicem referret? Exspecto, quam mox Chaerea hac oratione utatur: egone hanc manum, plenam perfidiae, et hos digitos meos impellere potui, ut falsum perscriberent nomen? Quod si ille suas pro-

---

1. ---- *malitiam naturae crederetur*] Mancum initium sic supplevit Huschkius: *At quae C. Fannii stultitia dicam an impudentia fuit, qui putavit fore, ut in his sibi, quae per suae egerit m. n. cr.* — *Iste* Schmidt (coll. p. Quinctio §. 19): *Is* cum codicibus A L ℒ O. («Cur non potius *iste*, cum adversarius intelligatur?» Gar. 2.) — 2. *in suo*] *qui suo* cum Iuntina a. 1515. ℒ, *qui in suo* L. — *suis tabulis* α β F G M et A: *tabulis suis* cum Naugerio L ℒ O. — *testibus* om. β M. — 3. *homines* (lacuna duodecim fere litterarum) *citi* β M O, *homines citi* (sine lacuna) F A, *homines cui* α, *homines uti* G, *hominis acciti* Ursinus, *hominis sciti* Ant. Augustinus, *hominis alieni* Pantagathus, *hominis honesti* cum Manutio L ℒ. — 5. *chorea* β M. — 6. *plenam perfidiae*] Haec vv. suspecta sunt Ernestio, Beckio, Schützio, Osenbrüggenio. — 7. *perscriberem nomen* α β G M cum quattuor Oxoniensibus et A. Emendavit P. Manutius. («al. *nomen perscriberent?*» mg. ℒ.) — *suas*] *falsas* α. — *profert* (*prefert* M) *tabulas profert* β M, *proferret tabulas: proferret* A.

feret tabulas, proferet suas quoque Roscius. Erit in illius tabulis hoc nomen, at in huius non erit. 2. Cur potius illius quam huius crederetur? — Scripsisset ille, si non iussu huius expensum tulisset? — Non scripsisset hic, quod sibi expensum ferri iussisset? Nam quemadmodum turpe est scribere, quod non debeatur, sic improbum est non referre, quod debeas. Aeque enim tabulae condemnantur eius, qui verum non rettulit, et eius, qui falsum perscripsit. Sed ego copia et facultate causae confisus vide quo progrediar. Si tabulas C. Fannius accepti et expensi profert suas, in suam rem suo arbitratu scriptas, quo minus secundum illum iudicetis, non recuso. 3. Quis hoc frater fratri, quis parens filio tribuit, ut, quodcumque rettulisset, id ratum haberet? Ratum habebit Roscius. Profer. Quod tibi fuerit persuasum, huic erit persuasum; quod tibi fuerit probatum, huic erit probatum. Paulo ante M. Perpennae, P. Saturii tabulas poscebamus: nunc tuas, C. Fanni Chaerea, solius flagitamus et, quo minus secundum eas lis detur, non recusamus. 4. Quid ita non profers? — Non conficit tabulas? Immo diligentissime. Non refert parva nomina in codices? Immo omnes summas. Leve et tenue hoc nomen? HS ccciↃↃↃ sunt. Quomodo tibi tanta pecunia extraordinaria iacet? quomodo HS ccciↃↃↃ in codice accepti et expensi non sunt? Pro di immortales, essene quemquam tanta audacia praeditum, qui, quod nomen referre in tabulas timeat, id petere audeat, quod in codicem iniuratus referre noluit, id iurare in litem non dubitet, quod sibi probare non possit, id persuadere alteri conetur! II. 5. Nimium cito ait me indignari de tabulis: non habere se hoc nomen in codicem accepti et expensi relatum confitetur, sed in adversariis patere contendit. Usque eone te diligis et magnifice circumspicis, ut pecuniam non ex tuis tabulis, sed ex adversariis petas? Suum codicem testis loco recitare arrogantiae est: suarum perscriptionum et liturarum adversaria proferre non amentia est? 6. Quod si eandem vim, diligentiam auctoritatemque habent adversaria quam tabulae, quid attinet codicem instituere, conscribere, ordinem conservare, memoriae tradere litterarum vetustatem? Sed si, quod adversariis nihil credimus, idcirco codicem

---

1. *illis* F. — 2. *at huius* omissa praepositione $\alpha\beta$ F G M et A. Emendavit P. Manutius. — *quam huius*] *quam huius tabulis* L. — *crederetur scripsisse* $\alpha\beta$ F G M A, *crederetur? scripsisset* Aldina. Emendavit Manutius. Cf. var. lect. p. 75. v. 2. — 3. *si*] *se* α. — *iussus* A. — *tulisset* - - *expensum* om. G. — 4. *hic, quod* - - *ferri iussisset* om. β M et A. — *ferre iussisset* in litura α, *ferre uixisset* G. — 9. *proferet* L. — 10. *illum*] *illas* Muretus et Ursini codex. Cf. §. 14. 15. — 12. *Roscius. Profer* om. α. — 13. *paulo ante M. Perpennae P. Saturii tab.* β: *paulo ante M. Perpenne P. Saturii tab.* α, *paulo ante M. Perpenne P. Staturi tab.* G, *paulo ante M. perpennet p. saturi tab.* M, *paulo ante M. Perpennae P. Saturi tab.* A, *paulo ante M. Perpenna P. Saturi tabulas* Aldina et Cratandrina, *paulo ante a M. Perpenna P. Saturi tabulas* cum Naugerio 𝔏, *paulo ante, C. Piso, M. Perperna, P. Saturium argentarii tabulas* L, *Paulo ante M. Perpernae P. Saturii tabulas* O, *P. ante, M. Perperna, P. Saturii tabulas* Klotz. ed. alt. De scriptura *Perpenna* cf. Inscr. Orell. 569. Ritschl *de miliario Popilliano* p. 28. — 15. *chere* $\alpha\beta$ M, *chereae* A. Vocativum restituit Manutius. — 16. *confecit* α G. — 17. «L. *in codicem*» mg. 𝔏. — *omnis* A. — 18. *cccIↃↃↃ* ubique α G M A, *cccLↃↃↃ* (deinceps *ccçIↃↃↃ*) β. — *sunt. Quomodo*] *quot sunt quomodo* α. — 20. *esse* om. α. — 22. *iuratus* $\alpha\beta$ G M A. (*iniuratus* iam Aldina.) — «fort. *nolit*» mg. 𝔏. Cf. Madvig ad Cic. de Finn. p. 249 sq. — 24. *ait*] *aut* β M. — *indagare* A. (*indignari* etiam $\alpha\beta$ F G M.) — 25. *codicem* L: *codice* cum libris A 𝔏 O. Cf. §. 9. — 27. *sed adversariis* G A, *sed adversarii* $\alpha\beta$ M. Emendavit Lambinus. — 28. *arrogantia est* mg. 𝔏. — 29. *amentiae est* Klotzius ed. alt. — 31. *ordinem servare* M.

scribere instituimus, quod etiam apud omnes leve et infirmum est, id apud iudicem grave et sanctum esse ducetur? 7. Quid est, quod negligenter scribamus adversaria? quid est, quod diligenter conficiamus tabulas? qua de causa? Quia haec sunt menstrua, illae sunt aeternae; haec delentur statim, illae servantur sancte; haec parvi temporis memoriam, illae perpetuae existimationis fidem et religionem amplectuntur; haec sunt disiecta, illae in ordinem confectae. Itaque adversaria in iudicium protulit nemo: codicem protulit, tabulas recitavit. III. Tu, C. Piso, tali fide, virtute, gravitate, auctoritate ornatus, ex adversariis pecuniam petere non auderes. 8. Ego, quae clara sunt consuetudine, diutius dicere non debeo; illud vero, quod ad rem vehementer pertinet, quaero: quam pridem hoc nomen, Fanni, in adversaria rettulisti? — Erubescit; quid respondeat, nescit; quid fingat extemplo, non habet. — Sunt duo menses iam, dices. — Tamen in codicem acceptum et expensum referri debuit. Amplius sunt sex menses. Cur tam diu iacet hoc nomen in adversariis? Quid si tandem amplius triennium est? quomodo, cum omnes, qui tabulas conficiant, menstruas paene rationes in tabulas transferant, tu hoc nomen triennium amplius in adversariis iacere pateris? 9. Utrum cetera nomina in codicem accepti et expensi digesta habes, an non? Si non, quomodo tabulas conficis? si etiam, quamobrem, cum cetera nomina in ordinem referebas, hoc nomen triennio amplius, quod erat in primis magnum, in adversariis relinquebas? Nolebas sciri, debere tibi Roscium: cur scribebas? Rogatus eras, ne referres: cur in adversariis scriptum habebas?

Sed haec quamquam firma esse video, tamen ipse mihi satis facere non possum, nisi a C. Fannio ipso testimonium sumo, hanc pecuniam ei non deberi. Magnum est, quod conor; difficile est, quod polliceor: nisi eundem et adversarium et testem habuerit Roscius, nolo vincat. IV. 10. Pecunia tibi debebatur certa, quae nunc petitur per iudicem, in qua legitimae partis sponsio facta est. Hic tu si amplius HS nummo petisti, quam tibi debitum est, causam perdidisti, propterea quod aliud est iudicium, aliud est arbitrium. Iudicium est pecuniae certae, arbitrium incertae; ad iudicium hoc modo venimus, ut totam litem aut obtineamus aut amittamus: ad arbitrium hoc animo adimus, ut neque nihil neque tantum, quantum postulavimus, consequamur. 11. Eius rei ipsa verba formulae testimonio sunt. Quid est in iudicio? Directum, aspe-

---

1. *omnis* M A. — 2. *apud iudices sanctum et grave* α. — *duceretur* α β G M. Cf. var. lect. p. 74. v. 2. — 4. *haec sunt menstruae* G, *he sunt menstrue* α, *hae sunt menstrue* β, *hae sunt menstruae* M. — *alterne* α β G M. — 5. *hae* G (non α β M). — *sancte* om. β, «al. *sanctae*» mg. 𝔏. — *haec*] *he* α, *hae* G M. — 6. *amplectitur* α β G M. — 7. *haec sunt disiecta* cum Hotomano L: *he sunt deiecte* α, *hae sunt deiecte* β M, *hae sunt deiectae* G, *haec deiecta* (om. *sunt)* A, *haec sunt deiecta* 𝔏 O. *(haec indigesta* Halmius.) — *illae sunt in* β G M A: *illae in* cum Aldina L 𝔏 O. — *coniectae* L. Fort. *conlectae* s. *collectae*. — 13. *exemplo* α G M A. *(extemplo* iam Iuntina.) — 14. *iam*] *tantum* Halmius. Cf. Hand Turs. III. p. 142. — *Tamen*] *tum* α M A. — *accepti et expensi* cum Turnebo et Hotomano L. Sed cf. Keller in *Sell, Zeitschr. d. R. R.* I. 1. p. 112 sqq. — *referri*] *esse* A (unde Guilielmius *isse)*; om. α G M. — 17. «L. *conficiunt*» mg. 𝔏. — 19. «al. *in codice*» mg. 𝔏. — *digesta*] *et digesta* α G M, *relata et digesta* Halmius. — 22. *scire* A. — 23. *tibi* errore typogr. om. 𝔏. — 24. «fort. *habes?*» mg. 𝔏. — 29. *debeatur* α G M A. — 32. *aliud est arbitrium* α G M A: *aliud arbitrium* L 𝔏 O. — 33. *ut aut totam litem obtineamus* L. — 34. *omittamus* G M A, om. α. — *animo*] *modo* pr. F.

rum, simplex: SI PARET HS IↃↃↃ DARI [OPORTERE]. Hic, nisi planum facit, HS IↃↃↃ ad libellam sibi deberi, causam perdit. Quid est in arbitrio? Mite, moderatum: QVANTVM AEQVIVS ET MELIVS SIT DARI. Ille † tamen confitetur plus se petere quam debeatur; sed satis superque habere dicit, quod sibi ab arbitro tribuatur. Itaque alter causae confidit, alter diffidit. 12. Quae cum ita sint, quaero abs te, quid ita de hac pecunia, de his ipsis HS IↃↃↃ, tuarum tabularum fide compromissum feceris, arbitrum sumpseris, quantum aequius et melius sit dari repromittique, sic petieris? (Quis in hanc rem fuit arbiter?) Utinam is quidem Romae esset! Romae est. Utinam adesset in iudicio! Adest. Utinam sederet in consilio C. Pisonis! Ipse C. Piso est. Eundemne tu arbitrum et iudicem sumebas? eidem et infinitam largitionem remittebas et eundem in angustissimam formulam sponsionis concludebas? Quis umquam ad arbitrum, quantum petiit, tantum abstulit? Nemo: quantum enim aequius esset sibi dari, petiit. De quo nomine ad arbitrum adisti, de eo ad iudicem venisti. 13. Ceteri cum ad iudicem causam labefactari animadvertunt, ad arbitrum confugiunt: hic ab arbitro ad iudicem venire est ausus; qui cum de hac pecunia tabularum fide arbitrum sumpsit, iudicavit, sibi pecuniam non deberi. Iam duae partes causae sunt confectae: adnumerasse sese negat; expensum tulisse non dicit, cum tabulas non recitat. Reliquum est, ut stipulatum se esse dicat; praeterea enim, quemadmodum certam pecunia petere possit, non reperio. V. Stipulatus es? ubi? quo die? quo tempore? quo praesente? quis spopondisse me dicit? Nemo. 14. Hic ego si finem faciam dicendi, satis fidei et diligentiae meae, satis causae et controversiae, satis formulae et sponsioni, satis etiam iudici fecisse videar, cur secundum Roscium iudicari debeat. Pecunia petita est certa: cum tertia parte sponsio facta est. Haec pecunia necesse est aut data aut expensa lata aut stipulata sit. Datam non esse Fannius confitetur; expensam latam non esse codices Fannii confirmant; stipulatam non esse taciturnitas testium concedit. 15. Quid ergo est? Quod et reus is est, cui et pecunia levissima et existimatio sanctissima fuit semper, et iudex est is, quem nos non minus bene de nobis existimare quam secundum nos iudicare velimus, et advocatio ea est, quam propter eximium splendorem ut iudicem unum vereri debea-

1. *PARET*] *peteret* α F G M A, *pateret* Hotomanus. Emendavit Lambinus. Cf. Zumpt ad Divinat. in Caecil. §. 56. — *DARI OP.* cum Hotomano L ℒ: *dari* α G M A (om. F). —2. *libellum* α G M et mg. A. — 3. *quanto* α G M A. — *aequius et melius* α F G M A L ℒ: *AEQVIVS MELIVS* cum Manutio O. — *MELIVS SIT DARI* Manutius: *melius id dari* G L ℒ O, *melius id clarius* α F M A. Cf. v. 8. — *Ille*] *illud* A. — *tamen*] *paene* Th. Mommsen, *tacite* Huschkius, *saltem* Halmius. — 5. *arbitrio* G M A. — 7. *tuarum tabularum fide* nos: *de t. t. fide* cum codicibus A L ℒ O. Cf. v. 18. — 8. *arbitrium* G A. — *quanto* α G M A. — *aequius melius* Graevius, *aequius [et] melius* O. — *repromittique* α G M A: *repromittive* cum Manutio L ℒ O. Cf. §. 37. — *sic* (ea formula) *petieris* Th. Mommsen: *si peieres* α F G M A, *si peteres* Naugerius, «al. *si pateret*» mg. ℒ, *si pareret* L ℒ O. (*tibi petieris* Pantagathus.) — 10. *est. nam utinam* α G M, *est iam. utinam* A, *est. Iam utinam* L ℒ. (*est. utinam* F et Iuntina.) — 12. *eidem*] *idem* α A. — 13. *arbitrium* G M A. — 14. et 15. *petit* α G M A. — *dari*] *pari* G M. — *arbitrium* A. — *adisti*] *dedisti* A. — 17. *arbitrium* M A. — *arbitrio* M. — 18. *tabularum fide* α G M A: *de tabularum fide* cum Aldina ℒ O, *de suarum tab. fide* L. Cf. v. 7. — *arbitrium* A. — 19. *indicavit* F L. Cf. §. 39. — 20. *adulterasse* α F G M A. (*adnumerasse* var. lect. Naug.) — «fort. *expensum non tulisse dicit*» mg. ℒ. — *esse se* M. — 25. *formulis* ℒ. — 31. *reus is est*] *res eius est* α G M A ℒ. Emendavit Manutius. — *cuius et pecunia* α G M A, *cui res et pecunia* cum tribus Oxoniensibus Klotzius. — 33. *et* errore typogr. om. ℒ. — *est ea* M.

mus:) perinde ac si in hanc formulam omnia iudicia legitima, omnia arbitria honoraria, omnia officia domestica conclusa et comprehensa sint,) perinde dicemus. Illa superior fuit oratio necessaria, haec erit voluntaria; illa ad iudicem, haec ad C. Pisonem; illa pro reo, haec pro Roscio; illa victoriae, haec bonae existimationis causa comparata.

VI. 16. Pecuniam petis, Fanni, a Roscio. Quam? Dic audacter et aperte. Utrum quae tibi ex societate debeatur an quae ex liberalitate huius promissa sit et ostentata? quorum alterum est gravius et odiosius, alterum levius et facilius. Quae ex societate debeatur? Quid ais? Hoc iam neque leviter ferendum est neque negligenter defendendum. Si qua enim sunt privata iudicia summae existimationis et paene dicam capitis, tria haec sunt, fiduciae, tutelae, societatis. Aeque enim perfidiosum et nefarium est fidem frangere, quae continet vitam, et pupillum fraudare, qui in tutelam pervenit, et socium fallere, qui se in negotio coniunxit. 17. Quae cum ita sint, quis sit, qui socium fraudarit et fefellerit, consideremus. Dabit enim nobis iam tacite vita acta in alterutram partem firmum et grave testimonium. Q. Roscius? Quid ais? Nonne, ut ignis in aquam coniectus continuo restinguitur et refrigeratur, sic refervens falsum crimen in purissimam et castissimam vitam collatum statim concidit et exstinguitur? Roscius socium fraudavit? Potest hoc homini huic haerere peccatum? qui mediusfidius (audacter dico) plus fidei quam artis, plus veritatis quam disciplinae possidet in se; quem populus Romanus meliorem virum quam histrionem esse arbitratur; qui ita dignissimus est scaena propter artificium, ut dignissimus sit curia propter abstinentiam. 18. Sed quid ego ineptus de Roscio apud Pisonem dico? Ignotum hominem scilicet pluribus verbis commendo: Estne quisquam omnium mortalium, de quo melius existimes tu? Estne quisquam, qui tibi purior, pudentior, humanior, officiosior liberaliorque videatur? Quid? tu, Saturi, qui contra hunc venis, existimas aliter? Nonne, quotiescumque in causa in nomen huius incidisti, toties hunc et virum bonum esse dixisti et honoris causa appellasti? quod nemo nisi aut honestissimo aut amicissimo facere consuevit. 19. Qua in re mihi ridicule es visus esse inconstans, qui eundem et laederes et laudares, et virum optimum et hominem improbissimum esse diceres. Eundem tu et honoris causa appellabas et virum primarium esse dicebas et socium fraudasse arguebas. Sed, ut opinor, laudem veritati tribuebas, crimen gratiae concedebas; de hoc, ut existimabas, praedicabas, Chaereae arbitratu causam agebas. VII. Fraudavit Roscius. Est hoc quidem primum auribus animisque omnium absurdum. Quid? si tandem aliquem divitem timidum, dementem, inertem nactus esset, qui experiri non posset, tamen incre-

---

1. et 3. *proinde* L. — 2. «v. c. *comprensa*» mg. 𝔏. — 5. *aestimationis* A. — 7. *quae* ante v. *tibi* om. α G M A. Est iam in Iuntina. — 10. *iam nec* MA, *iam non* cum Manutio L. — 14. *negotium* M. — 15. *quis sit* F G: *quid sit* α M A, *qui sit* L 𝔏 O. — 17. *Q. Roscii: quid* A. — 18. *refervens* om. L. — 28. *prudentior* G A 𝔏. Cf. §. 21. — *que* cum Iuntina om. L. — *Quid? tu* Ravius *Var. Lect.* II. p. 189.: *Quid tu* A L 𝔏 O. — 30. *causam* A. — 31. *aut* ante v. *honestissimo* om. α. — 33. *et virum*] *eundem et virum* L. — 38. *quidem primum* α: *primum quidem* G; om. *primum* A L 𝔏 O. — 39. *aliquem divitem timidum, dementem, inertem* F O: *aliquem divitem tim. dem. divitem inertem* α, *aliquem tim. dem. divitem inertem* G M A L 𝔏, *aliquem timidum divitem, dementem, inertem* Klotzius ed. alt., nescio unde. — 39. *omnium* Th. Mommsen: *hominum* cum codicibus AL𝔏O. — 40. *experire* αGM (in α superscr. m. sec. *rier*).

dibile esset. 20. Verum tamen, quem fraudarit, videamus. C. Fannium Chaeream Roscius fraudavit. Oro atque obsecro vos, qui nostis, vitam inter se utriusque conferte; qui non nostis, faciem utriusque considerate. (Nonne ipsum caput et supercilia illa penitus abrasa olere malitiam et clamitare calliditatem videntur?) non ab imis unguibus usque ad verticem summum, si quam coniecturam affert hominibus tacita corporis figura, ex fraude, fallaciis, mendaciis constare totus videtur? qui idcirco capite et superciliis semper est rasis, ne ullum pilum viri boni habere dicatur; cuius personam praeclare Roscius in scaena tractare consuevit, neque tamen pro beneficio ei par gratia refertur: nam Ballionem illum improbissimum et periurissimum lenonem cum agit, agit Chaeream. Persona illa lutulenta, impura, invisa in huius moribus, natura vitaque est expressa; qui quamobrem Roscium similem sui in fraude et malitia existimarit, nihil videtur, nisi forte, quod praeclare hunc imitari se in persona lenonis animadvertit. 21. Quamobrem etiam atque etiam considera, C. Piso, quis quem fraudasse dicatur. Roscius Fannium? Quid est hoc? probus improbum, pudens impudentem, periurum castus, callidum imperitus, liberalis avidum. Incredibile est. Quemadmodum, si Fannius Roscium fraudasse diceretur, utrumque ex utriusque persona veri simile videretur, et Fannium per malitiam fecisse et Roscium per imprudentiam deceptum esse: sic cum Roscius Fannium fraudasse arguatur, utrumque incredibile est, et Roscium quidquam per avaritiam appetisse et Fannium quidquam per bonitatem amisisse. VIII. 22. Principia sunt huiusmodi. Spectemus reliqua. HS ɪↃↃↃ Q. Roscius fraudavit Fannium. Qua de causa? Subridet Saturius, veterator, ut sibi videtur. Ait, propter ipsa HS ɪↃↃↃ. Video, sed tamen, cur ipsa HS ɪↃↃↃ tam vehementer concupierit, quaero. Nam tibi, M. Perpenna, C. Piso, certe tanti non fuissent, ut socium fraudaretis. Roscio cur tanti fuerint, causam requiro. Egebat? Immo locuples erat. Debebat? Immo in suis nummis versabatur. Avarus erat? Immo etiam ante quam locuples semper liberalissimus munificentissimusque fuit. 23. Pro deum hominumque fidem! qui HS CCCɪↃↃↃ CCCɪↃↃↃ CCCɪↃↃↃ quaestus facere noluit (nam certe HS CCCɪↃↃↃ CCCɪↃↃↃ CCCɪↃↃↃ merere et potuit et debuit, si potest Dionysia HS CCCɪↃↃↃ CCCɪↃↃↃ merere), is per summam fraudem et malitiam et perfidiam HS ɪↃↃↃ appetiit? (Et illa fuit pecunia immanis, haec parvula; illa honesta, haec sordida; illa iucunda, haec acerba; illa propria, haec

---

2. *qui utrumque nostis* cum Hotomano L. — 3. *conferre* α M. — 5. *non* G M A : *nonne* cum Iuntina L 𝔈 O. Cf. Zumptium ad Verrin. p. 783. extr. — 7. *videretur* M A. — 8. *rasus* (quod coniecit Ernestius) α. — 12. *luculenta* A. — *huius*] *istius* Halmius. — 14. *mihi videtur* α G M A, *non videtur* F, *non mihi videtur* Iuntina, *nihil causae videtur* Guilielmius, *mihi nihil videtur* Klotzius ed. alt. Cf. Interpretes ad Liv. 25, 7. *(nihil videtur* iam Aldina.) — *hunc imiteris in* A. — 18. *avidum. Incredibile est. quemadmodum* 𝔈 : *avidum? incredibile est. quemadmodum* L, *avidum. Incredibile est, quemadmodum* A O.— 19. *utrum ex utriusque* A, *utrum et utriusque* M. — 21. *cum*] *tum* α. — *arguitur* α et mg. 𝔈. — 23. *per bonitatem* Manutius: *per se bonitate* cum codicibus A 𝔈 O, *per suam bonitatem* cum Hotomano L. — 24. *Q. Roscius - - - ipsa HS* ɪↃↃↃ om. M A. — 25. *Subridet Saturius. Veterator, ut sibi videtur*, *ait* F. — 26. *tam* om. A. — 27. *C. Piso M. Perperna* mg. 𝔈. De scriptura vid. ad p. 74. v. 13. — 28. *fuisset - - fuerit* α G A 𝔈, *fuit - - fuerit* M. (Emendavit Turnebus.) — 29. *suis nummis*] *summis suis* α, *suis summis* G M A. Emendavit Naugerius. Cf. Verr. Accus. 4, 6, 11. — 30. *locuples esset semper* Halmius.— 31. *deum*] *deorum* A. — 35. *appetit* M A.

in causa et in iudicio collocata.) Decem his annis proximis HS sexagies honestissime consequi potuit: noluit. Laborem quaestus recepit: quaestum laboris reiecit. Populo Romano adhuc servire non destitit: sibi servire iam pridem destitit. 24. Hoc tu umquam, Fanni, faceres? et si hos quaestus recipere posses, non eodem tempore et gestum et animam ageres? Dic nunc te ab Roscio HS IↃↃↃ circumscriptum esse, qui tantas et tam infinitas pecunias non propter inertiam laboris, sed propter magnificentiam liberalitatis repudiarit. Quid ego nunc illa dicam, quae vobis in mentem venire certo scio? Fraudabat te in societate Roscius. Sunt iura, sunt formulae de omnibus rebus constitutae, ne quis aut in genere iniuriae aut ratione actionis errare possit. Expressae sunt enim ex unius cuiusque damno, dolore, incommodo, calamitate, iniuria publicae a praetore formulae, ad quas privata lis accommodatur.

IX. 25. Quae cum ita sint, cur non arbitrum pro socio adegeris Q. Roscium, quaero. Formulam non noras? Notissima erat. Iudicio gravi experiri nolebas? Quid ita? Propter familiaritatem veterem? cur ergo laedis? Propter integritatem hominis? cur igitur insimulas? Propter magnitudinem criminis? Itane vero? Quem per arbitrum circumvenire non posses, cuius de ea re proprium erat iudicium, hunc per iudicem condemnabis, cuius de ea re nullum est arbitrium? Quin tu hoc crimen aut obiice, ubi licet agere, aut iacere noli, ubi non oportet. Tametsi iam hoc tuo testimonio crimen sublatum est. Nam, quo tu tempore illa formula uti noluisti, nihil hunc in societatem fraudis fecisse iudi[*casti.* * * * *pac*]tionem. — Tabulas habet an non? Si non habet, quemadmodum pactio est? Si habet, cur non nominas? 26. Dic nunc Roscium abs te petisse, ut familiarem suum sumeres arbitrum. — Non petiit. — Dic pactionem fecisse, ut absolveretur. — Non pepigit. — Quaere, quare sit absolutus! — Quod erat summa innocentia et integritate. Quid enim factum est? Venisti domum ultro Roscii; satis fecisti; quod temere commisisti, in iudicium ut denuntiaret, rogasti, ut igno-

1. *collata* A. — 2. *quaestum*] *questus* α G M, *quaestus* A cum quattuor Oxoniensibus. — 4. *et*] *sed* α G M A 𝔏. (*et* Turnebo tribuit Gruterus.) — 5. *reficere* L, «al. *facere*» mg. 𝔏. — 11. *aut in ratione* L. — 12. *iniuria publica he a* α G M, *iniuria publica: hae a* A. Emendatum est in Aldina. — 13. *accommodetur* duo libri veteres ap. Hotomanum. — 14. *non ad arbitrum* A. — *pro socio*] *p. roscio* α. — 18. *magnitudinem criminis*] *egritudinem criminis* α G M, *aegritudinem criminis* β A, *aegritudinem corporis* F, *acritudinem criminis* Gruterus. (*magnitudinem criminis* Manutius.) — *arbitrium* A. — 19. *erat*] *non erat* α β G M A 𝔏. (*non* del. Manutius.) — *hunc*] *nunc* α β G M A 𝔏. (*hunc* debetur Manutio.) — 20. *ea* om. α β G M A. Addidit Manutius. — 21. *iacere*] *tacere* α β G M A. Emendavit Manutius. Cf. var. lect. p. 17. v. 26. — 23. *societate* α β F G M A. — *fecisse iudi*[*casti.* * * * *pac*]*tionem.* — *Tabulas* nos: *fecisse iudiditionem tabulas* α β, *fecisse vidi ditionem. tabulas* A, *fecisse in ditionem tabulas* G et Aldina (in qua post v. *fecisse* lacuna est unius versus et dimidii), *fecisse uenditionem tabulas* M, *fecisse ostendisti, num tabulas* Iuntina et Cratandrina, *fecisse ostendisti. *in ditionem. num tabulas* Naugeriana, *fecisse ostendisti. Fecit pactionem. Num tabulas* cum Manutio 𝔏 O, *ostendisti. Fecit pactionem. In tabulis* L. (*fecisse iudi fecisse iuriditionem casti iurisdictionem tabulas* Oxon. H.) Conf. Madvig *Opusc. alt.* p. 231 sq. — 24. *habes -- habes -- habes* Menardus. — 28. *Quaero* Osenbrüggen. — 29. *Rosci* A. — 30. *commisisti* α F G M A: *commisisses* cum Manutio L 𝔏 O. — *iudicium ut denuntiares* (om. *in*) L, *illi iudicium ut denuntiaretur* Manutius. — Totum locum sic effinxit Graevius: *quod temere commisisses, id iudici ut denuntiaret rogasti; rogasti ut ignosceret.* Ernestius: *satisfecisti, quod temere commisisses; in iudicium ut denuntiaret rogasti; te affuturum negasti* (omissis verbis *ut ignosceret*). Huschkius: *satisfecisti, quod temere commisisti: in iudicium ut denuntiaret, rogasti: ut ignosceret, petisti: te adfuturum negasti.* Gar. 2: *quod temere*

sceret; te affuturum negasti; deberi tibi ex societate nihil clamitasti. Iudici hic denuntiavit: absolutus est. Tamen fraudis ac furti mentionem facere audes? Perstat in impudentia. Pactionem enim, inquit, mecum fecerat. Idcirco videlicet, ne condemnaretur. — Quid erat causae, cur metueret, ne condemnaretur? — Res erat manifesta; furtum erat apertum.

X. 27. Cuius rei furtum factum erat? Exorditur magna cum exspectatione veteris histrionis exponere societatem. — Panurgus, inquit, fuit Fannii: is fit ei cum Roscio communis. — Hic primum questus est non leviter Saturius, communem factum esse gratis cum Roscio, qui pretio proprius fuisset Fannii. Largitus est scilicet homo liberalis et dissolutus et bonitate affluens Fannius Roscio? Sic puto. 28. Quoniam ille hic constitit paulisper, mihi quoque necesse est paulum commorari. Panurgum tu, Saturi, proprium Fannii dicis fuisse. At ego totum Roscii fuisse contendo. Quid erat enim Fannii? Corpus. Quid Roscii? Disciplina. Facies non erat, ars erat pretiosa. Ex qua parte erat Fannii, non erat HS ɪɪɪɪ ∞: ex qua parte erat Roscii, amplius erat HS cccɪↄↄↄ. Nemo enim illum ex trunco corporis spectabat, sed ex artificio comico aestimabat. Nam illa membra merere per se non amplius poterant duodecim aeris: disciplina, quae erat ab hoc tradita, locabat se non minus HS cccɪↄↄↄ. 29. O societatem captiosam et indignam, ubi alter HS ɪɪɪɪ ∞, alter cccɪↄↄↄ quod sit in societatem affert! nisi idcirco moleste pateris, quod HS ɪɪɪɪ ∞ tu ex arca proferebas, HS cccɪↄↄↄ ex disciplina et artificio Roscius promebat. Quam enim spem et exspectationem, quod studium et quem favorem secum in scaenam attulit Panurgus, quod Roscii fuit discipulus! Qui diligebant hunc, illi favebant; qui admirabantur hunc, illum probabant; qui denique huius nomen audierant, illum eruditum et perfectum existimabant. Sic est vulgus: ex veritate pauca, ex opinione multa aestimat. 30. Quid sciret ille, perpauci animadvertebant; ubi didicisset, omnes quaerebant; nihil ab hoc pravum et perversum produci posse arbitrabantur. Si veniret ab Statilio, tametsi artificio Roscium superaret, adspicere nemo posset. Nemo enim, sicut ex improbo patre probum filium nasci, sic a pessimo histrione bonum comoedum fieri posse existimaret. Quia veniebat a Roscio, plus etiam scire quam sciebat videbatur. XI. Quod item nuper in Erote comoedo usu venit:

---

commisisses, iudicium ut denuntiares, rogasti ut ignosceret. — 1. *deberi* L: *debere* cum codicibus A 𝔏 O. — 3. *in* om. α M. — 4. *condemnaretur?* L. — 8. *Is fit ei* Passow: *Is fuit ei* cum codicibus A L 𝔏 O. — 12. *constitit paulisper quoque mihi* α G M, *constitit mihi paulisper: quoque* A. Emendavit Naugerius in Aldina. — 14. *Roscii est: disciplina* M A. — 15. *ars erant pretiosa* α G M. — *non erat HS ɪɪɪɪ ∞* α: *non erat HS Liij co* G, *non erat HS ɪɪɪɪ co* M, *non erat IIi. liii. cv.* A, *non erat HS ɪↄↄↄ* cum Naugerio L 𝔏 O. — 16. *cccIɪɪɪ cccI* α M A, *Clɪɪjccclɪɪj* G. — 17. *extimabat* G M, *existimabat* A. — 19. *minus*] *minoris* L. — 20. *indignam*] *iniquam* L. Cf. §. 52. — *ubi alter HS III ∞ alter Iɪɪɪ quod sit* α, *ubi alter HS cccIɪɪɪ cccIɪɪɪ ∞ alter Iɪɪɪ quod sit* G, *ubi alter HS Iɪɪ. co. alte. Iɪɪɪ quod sit* M, *ubi alter. IIi. liii. alter ccclili. liii. quod sit* A, *ubi alter HS ɪↄↄↄ, alter cccɪↄↄↄ quod sit* L 𝔏 O. — 22. *quod HS Iɪɪɪ ∞ tu* α G: *quod HS Iɪɪɪ. co. tu* M, *quod IIi. liii. tu* A, *quod HS ɪↄↄↄ tu* L 𝔏 O. — *HS cccɪↄↄↄ ex*] *HS cccIɪɪɪ. Iɪɪɪ. ex* α G M, *IIi. l. ccclili. liii. ex* A. Fort. *HS cccɪↄↄↄ hic ex* omisso deinde cum α G M nomine *Roscius*. — *spem* Boëmoraeus: *rem* cum codicibus A L 𝔏 O. Cf. Orat. 30, 107. de lege agr. 2, 25, 66. ad Att. 3, 20, 1. var. lect. de nat. deor. 1, 22, 60. — 24. *Panurgus, quod R. f. discipulus!*] Sic nos distinximus. Ceteri *Panurgus? Quod* G M. — 28. *existimat* G M, *aestimabat* A. — 29. *pravum*] *parvom* α, *parvum R. f. discipulus*. — 32. *a pessimo* mg. 𝔏: *ex pessimo* cum codicibus A L 𝔏 O. Cf. Hand Turs. II. p. 639. — 33. *posset aestimare* A. — *a* om. α.

qui posteaquam e scaena non modo sibilis, sed etiam convicio explodebatur, sicut in aram confugit in huius domum, disciplinam, patrocinium, nomen. Itaque perbrevi tempore, qui ne in novissimis quidem erat histrionibus, ad primos pervenit comoedos. 31. Quae res extulit eum? Una commendatio huius: qui tamen Panurgum illum, non solum ut Roscii discipulus fuisse diceretur, domum recepit, sed etiam summo cum labore, stomacho miseriaque erudiit. Nam quo quisque est sollertior et ingeniosior, hoc docet iracundius et laboriosius: quod enim ipse celeriter arripuit, id cum tarde percipi videt, discruciatur. Paulo longius oratio mea provecta est hac de causa, ut condicionem societatis diligenter cognosceretis. 32. Quae deinde sunt consecuta? — Panurgum, inquit, hunc servum communem Q. Flavius Tarquiniensis quidam interfecit. In hanc rem, inquit, me cognitorem dedisti. Lite contestata, iudicio damni iniuria constituto, tu sine me cum Flavio decidisti. — Utrum pro dimidia parte an pro tota societate? planius dicam, utrum pro me an et pro me et pro te? Pro me? potui exemplo multorum; licitum est; iure fecerunt multi; nihil in ea re tibi iniuriae feci. Pete tu tuum, exige et aufer, quod debetur: suam quisque partem iuris possideat et persequatur. — At enim tu tuum negotium gessisti bene. — Gere et tu tuum bene. — Magno tu tuam dimidiam partem decidisti. — Magno et tu tuam partem decide. — HS ccciↃↃↃ tu abstulisti. — Vero: HS ccciↃↃↃ tu quoque aufer. XII. 33. Sed hanc decisionem Roscii oratione et opinione augere licet; re et veritate mediocrem et tenuem esse invenietis. Accepit enim agrum temporibus iis, cum iacerent pretia praediorum: qui ager neque villam habuit neque ex ulla parte fuit cultus; qui nunc multo pluris est quam tunc fuit. Neque id est mirum. Tum enim propter rei publicae calamitates omnium possessiones erant incertae: nunc deum immortalium benignitate omnium fortunae sunt certae. Tum erat ager incultus sine tecto: nunc est cultissimus cum optima villa. 34. Verum tamen, quoniam natura tam malevolus es, numquam ista te molestia et cura liberabo. Praeclare suum negotium gessit Roscius, fundum fructuosissimum abstulit: quid ad te? Tuam partem dimidiam, quemadmodum vis, decide. Vertit hic rationem et id, quod probare non potest, fingere conatur. — De tota re, inquit, decidisti.

Ergo huc universa causa deducitur, utrum Roscius cum Flavio de sua parte an de tota societate fecerit pactionem. 35. Nam ego Roscium, si quid communi nomine tetigit, confiteor praestare debere societati. —

---

1. «al. *explaudebatur*» mg. 𝔏. — 2. *huius*] *eius* α. — 3. *ne* om. A. — 7. *Nam*] *iam* α M A 𝔏. — 11. *sunt* om. 𝔏. — *panargum* α. — 14. *damni iniuria*] Cf. Peter ad Cic. Brut. §. 131. p. 94. — *dicidisti* cum litura α. — 15. *societate* om. α G M A et Klotzius in ed. alt. Addidit Naugerius. Cf. §. 34. — 16. *an pro* (om. *et*) G L 𝔏. — *Pro me? potui. exemplo* A L 𝔏. — 17. *licitum est iure; fecerunt* Th. Mommsen. — 18. *iuris*] *unus* A et Iuntina, *iure* Osenbrüggen. — 19. *enim tuum* (om. *tu*) 𝔏. — 20. *tu* ante v. *tuam* om. α F G M A L 𝔏. Addidit Naugerius. — *didicisti* α. — 21. *HS q; ccclIII* α G M A. — *tu* ante v. *abstulisti* om. α. — *Vero* Guilielmius et Pareus (in Mantissa Lex. Crit. p. 122.): *si fit hoc vero* cum codicibus A L, *si sit hoc verum* Hotomanus et Turnebus, *si sit hoc vero* 𝔏, *si fuit hoc, vero* («*wenn dem also, nun gut!*») Naegelsbach *Stilistik* p. 552. ed. alt., [*si fit hoc vero*] O. — 22. *HS q; tu aufer* (om. *quoque*) α G M, *IIi. q; cccliii. tu aufer* (om. *quoque*) A. — 31. *liberabis* α G A, *liberalis* M, *liberabimus* Th. Mommsen. (*liberabo* iam Iuntina.) — 33. *orationem* F. — 34. *quod approbare* α F G. — *didicisti* α. — 37. *tetigit*] «al. *pepigit*» mg. 𝔏.

Societatis, non suas lites redemit, cum fundum a Flavio accepit. — Quid ita satis non dedit, AMPLIUS NEMINEM PETITVRVM? Qui de sua parte decidit, reliquis integram relinquit actionem: qui pro sociis transigit, satis dat, neminem eorum postea petiturum. Quid ita Flavio sibi cavere non venit in mentem? Nesciebat videlicet Panurgum fuisse in societate? Sciebat. Nesciebat Fannium Roscio esse socium? Praeclare: nam iste cum eo litem contestatam habebat. 36. Cur igitur decidit et non restipulatur, neminem amplius petiturum? cur de fundo decedit et iudicio non absolvitur? cur tam imperite facit, ut nec Roscium stipulatione alliget neque a Fannio iudicio se absolvat? 37. Est hoc primum et ex condicione iuris et ex consuetudine cautionis firmissimum et gravissimum argumentum, quod ego pluribus verbis amplecterer, si non alia certiora et clariora testimonia in causa haberem. XIII. Et ne forte me hoc frustra pollicitum esse praedices, te, te, inquam, Fanni, ab tuis subselliis contra te testem suscitabo. Criminatio tua quae est? Roscium cum Flavio pro societate decidisse. Quo tempore? Abhinc annis XV. Defensio mea quae est? Roscium pro sua parte cum Flavio transegisse. Repromittis tu abhinc triennium Roscio. Quid? recita istam restipulationem clarius. Attende, quaeso, Piso. Fannium invitum et huc atque illuc tergiversantem testimonium contra se dicere cogo. Quid enim restipulatio clamat? QVOD A FLAVIO ABSTVLERO, PARTEM DIMIDIAM INDE ROSCIO ME SOLVTVRVM SPONDEO. Tua vox est, Fanni. 38. Quid tu auferre potes a Flavio, si Flavius nihil debet? Quid hic porro nunc restipulatur, quod iam pridem ipse exegit? Quid vero Flavius tibi daturus est, qui Roscio omne, quod debuit, dissolvit? Cur in re tam vetere, in negotio iam confecto, in societate dissoluta nova haec restipulatio interponitur? Quis est huius restipulationis scriptor, testis arbiterque? Tu, Piso. Tu enim Q. Roscium pro opera, pro labore, quod cognitor fuisset, quod vadimonia obisset, rogasti, ut Fannio daret HS ✝ CCCIↃↃↃ hac condicione, ut, si quid ille exegisset a Flavio, partem eius dimidiam Roscio dissolveret. Satisne ipsa restipulatio dicere tibi videtur aperte, Roscium pro se decidisse? 39. At enim forsitan hoc tibi veniat

---

2. *Quid ita? satis* A L 𝔏. Cf. §. 12. et 54. — *AMPLIVS NEMINEM* Garatonius: *AMPLIVS A SE NEMINEM* cum codicibus A 𝔏 O, *AMPLIVS AB EO NEMINEM* L, *AMPLIVS ESSE NEMINEM* Boëmoraeus. Cf. v. 8. — *qui si sua* A. — 3. *relinquit*] *reliquit* α G M A. — *pro sociis*] *pro roscii* α. — 4. *Quid ita? Flavio* M A 𝔏. Cf. v. 2. — 5. *mente* α M. — 8. Fort. *amplius a se petiturum*, ut verba supra (v. 2.) deleta hinc illuc transposita sint. — 9. *decedit* α G A: *decidit* M L 𝔏 O. — *nec*] *ne* α G M. — 10. *Est*] *Et* A. — 11. *firmissimum et gravissimum* α G M A et Iuntina: *gravissimum et firmissimum* L 𝔏 O. Cf. §. 17: *firmum et grave testimonium*. — 14. *forte*] *ferre* α. — 17. *annis XV* α G (in M desunt vv. *Roscium cum - - - mea quae est?*) A 𝔏: *annis V* L, «al. *annos IV*» mg. 𝔏, *annis IV* cum Hotomano O. — 18. *istam stipulationem* G M A. — 20. *t. c. se cogo dicere* «ut vitetur numerus poëticus» Boëmoraeus. Lambinus malebat *t. dicere c. se cogo*. — 21. *enim stipulatio* M A. — 23. *quid hoc porro* M, *quid? hoc porro* A. — 26. *vetere* A: *veteri* ceteri. Cf. Wesenberg ad or. p. Sestio p. 8. — *iam confecto* cum Guilielmio et Passeratio L: *tam confecto* cum codicibus A 𝔏 O. — *haec stipulatio* M A. — 27. *huius stipulationis* M A. — *arbiterque? Tu Piso* nos: *arbiter que tu Piso* α G M, *arbiter? quae tu Piso* A, *arbiter? Tu Piso* Iuntina, *arbiter? Quis? Tu Piso* cum Aldina L 𝔏 O. — 28. *pro* ante v. *labore* om. α G M A. Addidit Manutius. Fort. *opera et labore*. Cf. ad Att. 16, 16, 8. de Or. 1, 55, 234. — 29. *obesset* α G, *ob etiam* M, *obessent* A. — 30. *CCIↃↃIↃↃ* L, *CCIↃↃ* Manutius, *IↃↃↃ* Ernestius. — 31. *ipsa* α F G M: *ista* A L 𝔏 O. — *stipulatio* α F M, *postulatio* A. — 32. *At enim*] *et enim* α G M A. Emendavit Manutius.

in mentem, repromisisse Fannium Roscio, si quid a Flavio exegisset, eius partem dimidiam, sed omnino exegisse nihil. Quid? tu non exitum exactionis, sed initium repromissionis spectare debes: neque, si ille persequi noluit, non quod in se fuit iudicavit, Roscium suas, non societatis lites redemisse. Quid, si tandem planum facio, post decisionem veterem Roscii, post repromissionem recentem hanc Fannii, HS cccıↄↄↄ Fannium a Q. Flavio, Panurgi nomine abstulisse: tamen diutius illudere viri optimi existimationi [Q. Roscii] audebit?

XIV. 40. Paulo ante quaerebam, id quod vehementer ad rem pertinebat, qua de causa Flavius, cum de tota lite faceret pactionem, neque satis acciperet a Roscio, neque iudicio absolveretur a Fannio: nunc vero, id quod mirum et incredibile est, requiro, quam ob rem, cum de tota re decidisset cum Roscio, HS cccıↄↄↄ separatim Fannio dissolverit. Hoc loco, Saturi, quid pares respondere, scire cupio: utrum omnino Fannium a Flavio HS cccıↄↄↄ non abstulisse, an alio nomine et alia de causa abstulisse? 41. Si alia de causa: quae ratio tibi cum eo intercesserat? Nulla. Addictus erat tibi? Non. Frustra tempus contero. Omnino, inquit, HS cccıↄↄↄ a Flavio non abstulit, neque Panurgi nomine neque cuiusquam. Si planum facio, post hanc recentem stipulationem Roscii HS cccıↄↄↄ a Flavio te abstulisse, numquid causae est, quin ab iudicio abeas turpissime victus? 42. Quo teste igitur hoc planum faciam? Venerat, ut opinor, haec res in iudicium. Certe. Quis erat petitor? Fannius. Quis reus? Flavius. Quis iudex? Cluvius. Ex his unus mihi testis est producendus, qui pecuniam datam dicat. Quis est ex his gravissimus? Sine controversia, qui omnium iudicio comprobatus est. Quem igitur ex his tribus a me testem exspectabis? Petitorem? Fannius est: contra se numquam testimonium dicet. Reum? Flavius est. Is iam pridem est mortuus. Si viveret, verba eius audiretis. Iudicem? Cluvius est. Quid is dicit? HS cccıↄↄↄ Panurgi nomine Flavium Fannio dissolvisse. Quem tu si ex censu spectas, eques Romanus est; si ex vita, homo clarissimus est; si ex te, iudicem sumpsisti; si ex veritate, id, quod scire potuit et debuit, dixit. 43. Nega, nega nunc equiti Romano, homini honesto, iudici tuo, credi oportere. Circumspicit, aestuat: negat nos Cluvii testimonium recitaturos. Recitabimus. Erras: inani et tenui spe te consolaris. Recita testimonium T. Manilii et C. Luscii Ocreae, duorum senatorum, hominum ornatissimo-

1. *fannium roscium* α G M, *fannio Roscium* A. — 2. *sed omnino*] *se domino* α G M A. Emendavit Manutius. — *Quid tum? non* L. — 3. *debes?* 𝔈, perversa sententia. — 4. *persequi noluit*] *in eo sequendum* α G, *persequendum* M A. Sententiam probabilem restituit Manutius, sed ipsa verba Ciceronis nondum reperta sunt. — *quod in re fuit* Huschkius. — 6. *repromissionem entem recentem* M, *repromissionem autem recentem* A. — 7—13. *Fannium a Q. Flavio - - - cum Roscio HS cccıↄↄↄ* om. α. — *a C. Flavio* G M A. — *tamenne diutius* L. — 8. *aestimationi* A. — *Q. Roscii* cum Hotomano delevit L. Nos seclusimus. — 13. *dissolverit* L: *dissolvit* cum codicibus A 𝔈 O. — 15. *omnino* om. M. — *fannium - - abstulisset* M, *fannius - - abstulisset* α F G. — *a* om. α M. — 16. *abstulisset* α F G M. — Inter vv. *quae* et *ratio* in M lacuna est decem fere litterarum. — 20. *causare* α G M, *causere* A. (*causae est* F et Turnebus.) — 23. *qui iudex* G M. — 25. *qui*] *quis* α. — *comprobatus est* Orellius: *comprobatus est iudex* cum codicibus A L 𝔈, *comprobatus est* [*iudex*] O. — 26. *exspectabis* cum Hotomano L: *spectabis* cum libris A L 𝔈 O, *exspectas* vel *exspectabitis* Manutius. — 28. *est. Is*] *testis* α G M. — 31. *clarissimus*] *castissimus* malebat Lambinus coll. §. 47.; *sanctissimus* Halmius coll. §. 44. — 36. *Manlii* A. — *ornatissimorum*] *honestissimorum* M A.

rum, qui ex Cluvio audierunt. [Testimonivm T. Manilii et C. Luscii Ocreae.] Utrum dicis Luscio et Manilio an et Cluvio non esse credendum? Planius atque apertius dicam. XV. Utrum Luscius et Manilius nihil de HS ccciↄↄↄ ex Cluvio audierunt, an Cluvius falsum Luscio et Manilio dixit? Hoc ego loco soluto et quieto sum animo et, quorsum recidat responsum tuum, non magno opere laboro. Firmissimis enim et sanctissimis testimoniis virorum optimorum causa Roscii communita est. 44. Si iam tibi deliberatum est, quibus abroges fidem iurisiurandi, responde. Manilio et Luscio negas esse credendum? Dic, aude. Est tuae contumaciae, arrogantiae vitaeque universae vox. Quid? exspectas, quam mox ego Luscium et Manilium dicam ordine esse senatores, aetate grandes natu, natura sanctos et religiosos, copiis rei familiaris locupletes et pecuniosos? Non faciam: nihil mihi detrabam, cum illis exactae aetatis [severissime] fructum, quem meruerunt, retribuam. Magis mea adolescentia indiget illorum bona existimatione quam illorum severissima senectus desiderat meam laudem. 45. Tibi vero, Piso, diu deliberandum et concoquendum est, utrum potius Chaereae iniurato in sua lite an Manilio et Luscio iuratis in alieno iudicio credas. Relictum est, ut Cluvium falsum dixisse Luscio et Manilio contendat: quod si facit, qua impudentia est, eumne testem improbabit, quem iudicem probarit? ei negabit credi oportere, cui ipse crediderit? eius testis ad iudicem fidem infirmabit, cuius propter fidem et religionem iudicis testes compararit? quem ego si ferrem iudicem, refugere non deberet, cum testem producam, reprehendere audebit? XVI. 46. Dicit enim, inquit, iniuratus Luscio et Manilio. Si diceret iuratus, crederes? At quid interest inter periurum et mendacem? Qui mentiri solet, peierare consuevit. Quem ego, ut mentiatur, inducere possum, ut peieret, exorare facile potero. Nam, qui semel a veritate deflexit, hic minore religione ad periurium quam ad mendacium perduci consuevit. Quis enim deprecatione deorum, non conscientiae fide commovetur? Propterea quae poena ab dis immortalibus periuro, haec eadem mendaci constituta est. Non enim ex pactione verborum, quibus iusiurandum comprehenditur, sed ex perfidia et malitia, per quam insidiae tenduntur alicui, di immortales hominibus irasci et suscensere consuerunt. 47. At ego hoc ex contrario contendo: levior esset auctoritas Cluvii, si diceret iuratus, quam nunc est, cum dicit iniuratus. Tum enim forsitan improbis nimis cupidus videretur, qui, qua de re iudex fuisset, testis esset: nunc omnibus inimicis ne-

---

1. *Testimonivm -- Ocreae* om. α G M A. Addidit Hotomanus. — 2. *manlio* M A. — 3. *manlius* M A. — 4. *falsum L. Luscio* α. — 5. *manlio* α M A. — 6. *recidat*] *tandat* (sic) M, *tendat* A. — *magnopere* α G M A L 𝔏. — 9. *Manlio* α A. — 10. *Quid exspectas* A L 𝔏. — 11. *Manlium* A. — 12. *copiis*] *fortuna et copiis* L. — 13. *nihil mihi detraham*] *non detraham* α, *ne mihi detraham* Th. Mommsen. — «fort. *aetatis severissime exactae*» mg. 𝔏; *severissime* glossam esse desumptam e v. 15. perspexit Th. Mommsen; itaque seclusimus. — 15. *estimatione* α G, *extimatione* M, *aestimatione* A. (*existimatione* iam Iuntina.) — 18. *manlio* α M A. — *relictum* α G M: *reliquum* A L 𝔏 O. — 19. *manlio* M A. — *qua impudentia est?* L 𝔏. — 20. *eumne*] *cum ne* α. — *ei*] *ea* α. — 21. *fidem* om. α. — 22. *compararit* Halmius: *comparabit* M et Oxon. χ, *comparabat* A L 𝔏 O. — 23. *cum*] *eum cum* L, — 24. *Dicit* α G M: *Dixit* A L 𝔏 O. Cf. v. 36. p. 85. v. 2. — 25. *manlio* M A. — *diceret*] *dixisset* A cum codice Ursini. — *iuratus*] *iniuratus* α G M. — 28. *minore* Th. Mommsen: *non minore* α G M A, *non maiore* cum Iuntina L 𝔏 O. — 29. *praedicatione* α. — 30. *Praeterea* Turnebus. — *ab*] *a* α. — 32. *pactione*] *peractione* cod. Ursini. — 34. *suscensere* mg. 𝔏: *succensere* ceteri.

cesse est castissimus et constantissimus esse videatur, qui id, quod scit, familiaribus suis dicit. 48. Dic nunc, si potes, si res, si causa patitur, Cluvium esse mentitum. Mentitus est Cluvius? Ipsa mihi veritas manum iniicit et paulisper consistere et commorari cogit. Unde hoc totum ductum et conflatum mendacium est? Roscius est videlicet homo callidus et versutus. Hoc initio cogitare coepit: quoniam Fannius a me petit HS ɪↄↄↄ, petam a C. Cluvio, equite Romano, ornatissimo homine, ut mea causa mentiatur; dicat decisionem factam esse, quae facta non est, HS cccɪↄↄↄ a Flavio data esse Fannio, quae data non sunt. Est hoc principium improbi animi, miseri ingenii, nulli consilii. 49. Quid deinde? Posteaquam se praeclare confirmavit, venit ad Cluvium. Quem hominem? Levem? immo gravissimum. Mobilem? immo constantissimum. Familiarem? immo alienissimum. Hunc postea quam salutavit, rogare coepit blande et concinne scilicet: mentire mea causa; viris optimis, tuis familiaribus praesentibus dic Flavium cum Fannio de Panurgo decidisse, qui nihil transegit; dic HS cccɪↄↄↄ dedisse, qui assem nullum dedit. Quid ille respondit? Ego vero cupide et libenter mentiar tua causa et, si quando me vis peierare, ut paululum tu compendii facias, paratum fore scito; non fuit causa, cur tantum laborem caperes et ad me venires: per nuntium hoc, quod erat tam leve, transigere potuisti. XVII. 50. Pro deum hominumque fidem! hoc aut Roscius umquam a Cluvio petisset, si HS milies in iudicium haberet, aut Cluvius Roscio petenti concessisset, si universae praedae particeps esset? Vix medius fidius tu, Fanni, a Ballione aut aliquo eius simili hoc et postulare auderes et impetrare posses, quod cum est veritate falsum, tum ratione quoque est incredibile. Obliviscor enim Roscium et Cluvium viros esse primarios: improbos temporis causa esse fingo. 51. Falsum subornavit testem Roscius Cluvium. Cur tam sero? cur, cum altera pensio solvenda esset, non tum, cum prima? Nam iam antea HS ɪↄↄↄ dissolverat. Deinde, si iam persuasum erat Cluvio, ut mentiretur, cur potius HS cccɪↄↄↄ, quam cccɪↄↄↄ cccɪↄↄↄ cccɪↄↄↄ data dixit Fannio a Flavio, cum ex restipulatione pars eius dimidia Roscii esset? Iam intelligis, C. Piso, sibi soli, societati nihil Roscium petisse. Hoc cum sentit Saturius esse apertum, resistere et repugnare contra veritatem non audet: aliud fraudis et insidiarum in eodem vestigio deverticulum repperit.

52. Petisse, inquit, suam partem Roscium a Flavio confiteor; vacuam et integram reliquisse Fannii concedo: sed, quod sibi exegit, id commune societatis factum esse contendo. Quo nihil captiosius neque

1. *videatur esse* α. — 4. *iniicit* Ernestius: *iniecit* cum codicibus A L 𝔏 O. Cf. p. Rosc. Am. §. 23. — 7. *Romano* om. α G. — 10. *nullius consilii* L 𝔏. (*nulli* superscr. m. sec. *nullius* α, «*Nulli* pro *nullius*» mg. A.) Cf. p. Quinctio §. 5. — 14. *concinne*] *continue* G M A. — *mentiri* α G M. — *mea causa viris*] *eam mea viris* G, *mea. viris* M. — 17. *respondit* cum Iuntina om. L, secl. O. «al. (non L) *Quid ille? ego vero cupide et libenter, inquit, mentiar*» mg. 𝔏. — 18. *vis* om. α G M et F, in quo deinceps est *peierare oportuerit ut* cet. — 20. *hoc quidem tam leve* F. — 21. *petiisset* α A L 𝔏. (*petisset* β G M.) — 22. «al. *in iudicio*» mg. 𝔏. — 24. *et postulare* Garatonius: *expostulare* cum codicibus A O, *postulare* cum Naugerio (in Victoriana, non in Aldina quoque, ut asserit Garatonius) L 𝔏. — 26. *incredibilis* β M. — 28. *cur tanto sero* A. — 31. *a* om. α β G M. — 32. *intelliges* β M. — 33. *Roscium nihil* α. — *petiisse* A. — 34. «al. *et pugnare*» mg. 𝔏. — 35. *in* errore typogr. om. 𝔏. — *diverticulum* α β G M A 𝔏. — *repperit* G M: *reperit* A L 𝔏 O. — 36. *petiisse* A, *petissem* β M. — *inquam* α M A. — 38 sq. «fort. *neque iniquius*» mg. 𝔏. Cf. §. 29.

indignius potest dici. Quaero enim, potueritne Roscius ex societate suam partem petere necne? Si non potuit, quemadmodum abstulit? si potuit, quemadmodum non sibi exegit? Nam quod sibi petitur, certe alteri non exigitur. 53. An ita est? si quod universae societatis fuisset petisset, quod tum redactum esset aequaliter omnes partirentur: nunc cum petierit quod suae partis esset, non quod tum abstulit soli sibi exegit? XVIII. Quid interest inter eum, qui per se litigat, et eum, qui cognitor est datus? Qui per se litem contestatur, sibi soli petit: alteri nemo potest, nisi qui cognitor est factus. Itane vero? Cognitor si fuisset tuus, quod vicisset iudicio ferres tuum. Suo nomine petiit: quod abstulit sibi, non tibi exegit. 54. Quod si quisquam petere potest alteri, qui cognitor non est factus, quaero, quid ita, cum Panurgus esset interfectus et lis contestata cum Flavio damni iniuria esset, tu in eam litem cognitor Roscii sis factus: cum praesertim ex tua oratione, quodcumque tibi peteres, huic peteres, quodcumque tibi exigeres, id in societatem recideret. Quod si ad Roscium nihil perveniret, quod tu a Flavio abstulisses, nisi te in suam litem dedisset cognitorem, ad te pervenire nihil debet, quod Roscius pro sua parte exegit, quoniam tuus cognitor non est factus. 55. Quid enim huic rei respondere poteris, Fanni? Cum de sua parte Roscius transegit cum Flavio, actionem tibi tuam reliquit an non? Si non reliquit, quemadmodum HS cccıↄↄↄ ab eo postea exegisti? si reliquit, quid ab hoc petis, quod per te persequi et petere debes? Simillima enim et maxime gemina societas hereditatis est. Quemadmodum socius in societate habet partem, sic heres in hereditate habet partem. Ut heres sibi soli, non coheredibus petit, sic socius sibi soli, non sociis petit; et quemadmodum uterque pro sua parte petit, sic pro sua parte dissolvit: heres ex sua parte, qua hereditatem adiit, socius ex ea, qua societatem coiit. 56. Quemadmodum suam partem Roscius suo nomine condonare potuit Flavio, ut eam tu non peteres: sic, cum exegit suam partem et tibi integram petitionem reliquit, tecum partiri non debet, nisi forte tu perverso more quod huius est ab alio extorquere non potes, huic eripere potes. Perstat in sententia Saturius, quodcumque sibi petat socius, id societatis fieri. Quod si ita est, qua, malum, stultitia fuit Roscius, qui ex iuris peritorum consilio et auctoritate restipularetur a Fannio diligenter, ut, quod is exegisset a Flavio, dimidiam partem sibi dissolveret, si quidem sine cau-

---

2. *quemadmodum abstulit? si potuit* om. βM. — 4. *si quod*] *si quid* αGA. — 5. *petiisset* A. — *tum*] *cum* αβGMA. Emendavit Manutius. — *redactum*] *exactum* cum Manutio L. — *nunc, cum*] *numquid* αβGMA. Emendavit Manutius. — 6. *non quod tum* Renatus Marchalus: *numquid cum* αβGMA, *non quod* cum Manutio L𝔏O. — 7. *per se*] Lambino hic et mox legendum videbatur *pro se*. — *et eum qui* G («fort. *et eum qui*» mg. 𝔏): *et qui* AL𝔏O. — *cognitorē dat* αβ, *cognitorem dat* GMA. Emendavit Manutius. (*cognitor datus* om. *est* Klotzius ed. alt.) — 8. *soli sibi* α. — 9. *cognitorē factus* β, *cognitorem factus* M. — 10. *tuum. cum suo* L. — *petit* αGM. — 11. *tibi*, *non sibi exegit?* cum Hotomano L. — *exigit* βM. — 13. *tu in*] *tum* G, *tum in* βM. — 15. *huic peteres* om. M et errore typogr. 𝔏. — 21. *tuam*] *tua* β. — 22. *eo* in litura α. — *hoc* in litura α. — 23. *deberes* manu prima α. — 27. *heres*] *eheres* β. — *hereditate* β. — 28. *societate* β. — 33. *socius*] *solius* α. — 34. *qua, malum, stultitia fuit Roscius, qui* cum Manutio O: *quae, malum, stultitia fuit? Roscius qui* αβGMA𝔏, *quae, malum, stultitia fuit Roscii*, *qui* L. — 35. *is*] *eius* βGMA. — 36. *dimidiam*] «L. *eius dim.*» mg. 𝔏. — *dissolvere* αGM.

tione et repromissione nihilo minus id Fannius societati, hoc est, Roscio debebat?

Desiderantur non pauca.

---

2. In α sequuntur tres columnae vacuae; β in fine: *deest.* G: *Deficit residuum quoniam non erat plus in exemplari.* Sequuntur septem folia vacua. M: *Deest reliquum.* A: *In exemplari etiam quod ex Germania Pogius aduexit: Similiter finis desiderabatur.*

Tull

M. TULLII CICERONIS

ORATIONIS PRO M. TULLIO

QUAE SUPERSUNT.

RECOGNOVIT

IO. GEORGIUS BAITERUS.

NOTARUM EXPLICATIO.

T = Palimpsestus Taurinensis Peyroni *(M. Tullii Ciceronis orationum p. Scauro, p. Tullio et in Clodium fragmenta inedita* cet. p. 37 sqq.) continens §§. 1—4: *Antea sic hanc causam - - - consului pri* . . . . §§. 7—11: *pecuniae paret - - - armatos datum esset* . . . . §§. 24—56: *turbarunt - - potest ut eum* . . . .

A = Palimpsestus Ambrosianus Maii *(M. Tullii Ciceronis trium oratt. p. Scauro, p. Tullio, p. Flacco partes ineditae* cet. p. 23 sqq.) continens §§. 4—22: . . . *ore putavit - - - cum amici in comm* . . . .

P = Editio Peyroni (l. l. p. 98 sqq.).

B = Editio Beieri *(M. T. C. orationum p. Tullio, in Clodium, p. Scauro, p. Flacco fragmenta inedita* cet. p. 7 sqq.).

O = Editio Orelliana prior.

H = Editio Ph. Eduardi Huschkii (in Imm. G. Huschkii *Analectis litterariis* Lips. 1826. p. 98 sqq.).

K = Editio Kelleri (Semestr. p. 653 sqq.), qui utrumque codicem (praeter primum folium Taurinense nunc perditum) denuo excussit.

1. *Antea sic hanc causam* agere statueram, reciperatores, ut infitiaturos adversarios arbitrarer, tantam caedem et tam atrocem ad familiam suam pertinere. Itaque animo soluto a cura et a cogitatione veneram, quod intellegebam, facile id me testibus planum facere posse. Nunc vero

PRO M. TULLIO] Primus hanc orationem ante Verrinas posui. Cf. Brückner *Leben des M. Tullius Cicero* I. p. 82.

1. «*Antea sic hanc causam*] Has voces videre mihi videor in prima linea. Saltem prima littera *A* certissima est. Duo versus sequentes ita evanuerunt, ut vix vestigia supersint earum litterarum, quas in huiusce folii Imagine repraesentavi (A * * * * * S * * * * * RA . . . . . || TORES *VT* . . . . TV).» Peyr. *Actionem priorem sic* H. — *agere statueram, reciperatores* B O (sed syllaba *ra* bis tamquam superstite exhibita): *adieram, reciperatores* P et H K, qui syllabam *ra* contra Peyroni effigiem ad vocem *reciperatores* referunt. Constanter autem scripsi *reciperatores*, cum hanc lectionem offerant A T §. 10. A §. 14. 16. T §. 25. 31. 39 (bis). 40. 41 (bis). Alteram *recuperatores* servavit O et sic habet A §. 4. 7. T §. 55. Cf. var. lect. ad p. 68. v. 4. 23. — *ut infitiaturos* O: *ut numquam dicturos* P B H K. Cf. p. 89. v. 6. — 4. *intellegebam* T P B. Cf. §. 18. 19. 26. 32.

posteaquam non modo confessus est vir primarius, L. Quin*ctius* . . . *

. . . .

. . . .

. . . . *la*borabam, ut, quod arguebam, id factum esse ostenderem; nunc in eo consumenda est oratio, ut ne adversarii, quod infitiari nullo modo potuerunt, cum maxime cuperent, id cum confessi sunt, meliore loco esse videantur.

2. Itaque tum vestrum difficilius iudicium, mea facilis defensio fore videbatur. Ego enim omnia in tes*tibus* . . . .

. . . .

. . . .

. . . . quid est facilius, quam de eo, qui confitetur, iudicare? Mihi autem difficile est satis copiose de eo dicere, quod nec atrocius verbis demonstrari potest, quam re ipsa est, neque apertius oratione mea fieri, quam ipsorum confessione factum est.

3. Cum in hac re, quam commemoravi, mihi mutanda ratio defensionis . . . .

. . . .

. . . .

minus diligenter illius existimationem, quam rem M. Tullii viderer defendere. Nunc quoniam Quinctius ad causam pertinere putavit, res ita multas, falsas praesertim et inique confictas, proferre de vita et moribus et existimatione M. Tullii, multis de causis mihi Fabius debebit ignoscere, si minus eius famae parcere videbor, quam antea consului. 4. Pri

. . . .

. . . .

---

1. *Quinctius*] Post huius vocis primam syllabam desunt versus sex octonarum denarum fere litterarum. Pars enim primi folii Taurinensis, quod quattuor columnis constat, cultro desecta est, unde haec et tres sequentes lacunae ortae sunt. *Quin[ctius, verum etiam eius testes profitentur apertissime, video aliam mihi defensionis viam esse ineundam. Antea enim in eo la]borabam* P, *Quin[ctius (Quinctius* T §. 3. 37. *Quintius* A §. 6. T §. 35. et O ubique.), *sed ipse P. Fabius non dubitavit hoc, quod arguitur, confiteri, longe alia ratione ad agendam causam venio, atque initio veneram. Tum enim de eo la]borabam* B O, *Quin[ctius, sed et iuvari hac confessione causam suam putavit, video aliam mihi defensionis viam esse ineundam. Antea enim in eo la]borabam* H in adnotatione coll. p. Caecina 2, 4. «Conf. Plinii Ep. IV. 9: *Rem manifestam infitiari augentis erat crimen, non diluentis.*» Kell. — 7. COMFESSI T. — 8. DIFFICIL | LIVSDIVDICIVM T. — 9. Desiderantur septem versus, e quorum primo syllaba TES servata est. Vid. ad v. 1. *tes[tibus ponebam, quorum ipse consensus quasi conflatus iudicandi moram vobis iniiciebat. At confessio adversarii in me rei difficultatem transtulit. Etenim quid* P, *tes[tibus ponebam antea, nunc in confessione adversarii: cuius in vi audaciae, in iudicio impudentiae obsistere non nostri ingenii, vestri auxilii est. Nam] quid* B O, *tes[tibus cum ponerem, facile contra infitiantem dicturus eram, vos in ipsa infitiatione adversarii aliquid scrupuli inventuri eratis: nunc contra vobis] quid* Kayser in *Heidelb. Jahrbb.* 1851. p. 678. — 16. Desunt septem versus. Vid. ad v. 1. *defensionis*, *[tum erga P. Fabium paulo remittendum est de illa lenitate, qua priore actione omnia sua tanto studio vel dissimulaveram vel excusaveram, ut non] minus* P, *defensionis [est, tum obliviscendum parumper in P. Fabio illius lenitatis meae, qua usus priore actione animum a laedendo revocaram ipse et reflexeram, ut non] minus* B O, *defensionis*, *[tum erga P. Fabium paulo temperanda est nimia illa lenitas, qua antea famam illius tanto cum studio vel dissimulando vel excusando foveram, ut non] minus* H eadem qua P sententia, quae satis certa est, sed sermone magis latino. — 20. *quam* supra versum habet T. — 20: 23. *Tulli* T P B H K. — 24. «Desunt versus sex (vid. ad v. 1.) cum 108 circiter litteris, praeterea quanto in singulis Ambrosiani codicis foliis litterarum numerus (circiter

. . . .
. . . .
. . . . ore putavit ad officium suum pertinere, adversario nulla in re parcere: quid me oportet Tullium pro Tullio facere, homine coniuncto mecum non minus animo quam nomine? Ac mihi magis illud laborandum videtur, reciperatores, ut, quod antea nihil in istum dixi, probare possim, quam in eo reprehendar, quod hoc tempore respondeo. 5. Verum et tum id feci, quod oportuit, et nunc faciam quod necesse est. Nam cum esset de re pecuniaria controversia, quod damnum datum M. Tullio diceremus, alienum mea natura videbatur quidquam de existimatione P. Fabii dicere, non quia res postulare non videretur. Quid ergo est? Tametsi postulat causa, tamen, nisi plane cogit ingratiis, ad maledicendum non soleo descendere. Nunc cum coactus dicam, si quid forte dicam, tamen id ipsum verecunde modiceque faciam, tantum ut, quoniam sibi me non esse inimicum potuit priore actione Fabius iudicare, nunc M. Tullio fidelem certumque amicum esse cognoscat.

6. Unum hoc abs te, L. Quincti, pervelim impetrare (quod tametsi eo volo, quia mihi utile est, tamen abs te idcirco, quia aequum est, postulo), ut ita tibi multum temporis ad dicendum sumas, ut his aliquid ad iudicandum relinquas. Namque antea non defensionis tuae modus, sed nox tibi finem dicendi fecit. Nunc si tibi placere potest, ne idem facias, id abs te postulo. Neque hoc idcirco postulo, quod te aliquid censeam praeterire oportere, aut non quam ornatissime et copiosissime dicere, verum ut semel unaquaque de re dicas: quod si facies, non vereor, ne dicendo dies eximatur.

7. Iudicium vestrum est, reciperatores, QVANTAE PECVNIAE PARET DOLO MALO FAMILIAE P. FABII VI HOMINIBVS ARMATIS COACTISVE DAMNVM DATVM ESSE M. TVLLIO. Eius rei taxationem nos fecimus; aestimatio vestra est; iudicium datum est in quadruplum.

8. Cum omnes leges omniaque iudicia, quae paulo graviora atque asperiora videntur esse, ex improborum iniquitate et iniuria nata sunt, tum hoc iudicium paucis hisce annis propter hominum malam consuetu-

---

1700) excedit folia Taurinensia (quae circiter 1550 continent), i. e. circiter 150. Nam quod inde a verbis *ore putavit* sequitur folium Ambrosianum, haud dubie in integro codice alterum huius orationis fuit.» KELL. *consului. Pri[ore actione summopere cavi ab offendendo Fabio*: sed quando Quinctius, mutato defensionis ten]ore, putavit* P, *Pri[ore actione omnis aculeos orationis meae reconditos habui; sed quoniam ipse Quinctius, in actione illa pri]ore, putavit* B O, *consului. Pri[ore . . . . . Nam si L. Quinctius, dicens pro homine a se alienissimo, vulgari tantum quorundam patronorum m]ore putavit* H. — 3. OREPVTAVITAAD A apud Peyronum. Maius et Kellerus silent. — 7. *probare possim quam* cum Cramero B O H K: PROBAR . . . . . VMQVAM incertis ductibus intermediis A, *probrosi umquam* P, *probari possim quam* Klotzius (ed. pr. nam altera huius orationis editio nondum apparuit). — *in eo*] *ne* Th. Mommsen. — *reprachendar* A P B H. — 10. *alienum a mea* P. — 11. *P.*] *Q.* errore typographico O. — *Fabi* A P B H K. — 12. *quia*] QVIN A. Correxit Maius. — *Tametsi postulat causa* cet.] Cf. p. Quinctio §. 13. — 14. *si q. f. dicam* om K. — IDSVM Kellero teste A. — 15. MODIQVE A. Emendavit Heinrichius. — 18. *Quinti* A P B O H K. Cf. ad p. 89, 1. — *quod*] «Videntur duae litterae hic additae fuisse, quibus eruendis etiam remedium chemicum adhibitum est. Certe nihil desideratur.» KELL. Fortasse in fine versus addita fuit una vel duae litterae sequentis versiculi. Cf. var. lect. ad §. 2. 8. 19. 29. — 19. *aecum* A P B H. — 20. *his*] *is* A P. — 22. FINE A. — 27. PARET] Ab hac voce incipit folium Taurinense alterum. — 28. *P.*] PVBLI T, *Q.* errore typographico O. — *Fabi* A T P B H K. — 29. DATVM] FACTVM A P. — *aestimatio vestra est* om. K. — 31. OMNIA | QVAEIVDICIA | QVE A.

dinem nimiamque licentiam constitutum est. Nam cum multae familiae dicerentur in agris longinquis et pascuis armatae esse caedesque facere, cumque ea consuetudo non solum ad res privatorum, sed ad summam rem publicam pertinere videretur, M. Lucullus, qui summa aequitate et sapientia ius dixit, primus hoc iudicium composuit et id spectavit, ut homines ita familias suas continerent, ut non modo armati damnum nemini darent, verum etiam lacessiti iure se potius quam armis defenderent; 9. et cum sciret de damno legem esse Aquiliam, tamen hoc ita existimavit, apud maiores nostros, cum et res et cupiditates minores essent et familiae non magnae magno metu continerentur, ut perraro fieret, ut homo occideretur, idque nefarium ac singulare facinus putaretur, nihil opus fuisse iudicio de vi coactis armatisque hominibus (quod enim usu non veniebat, de eo si quis legem aut iudicium constitueret, non tam prohibere videretur quam admonere); 10. his temporibus, cum ex bello diuturno atque domestico res in eam consuetudinem venisset, ut homines minore religione armis uterentur, necesse putavit esse et in universam familiam iudicium dare, quod a familia factum diceretur, et reciperatores dare, ut quam primum res iudicaretur, et poenam graviorem constituere, ut metu comprimeretur audacia, et illam latebram tollere DAMNVM INIVRIA. 11. Quod in aliis causis debet valere et valet lege Aquilia, id ex huiusmodi damno, quod vi per servos armatos datum esset . . . .

. . . . 12. ipsi statuerent, quo tempore possent suo iure arma capere, manum cogere, homines occidere. Cum iudicium ita daret, ut hoc solum in iudicium veniret, videreturne vi hominibus coactis armatisve damnum dolo malo familiae datum, neque illud adderet INIVRIA, putavit se audaciam improborum sustulisse, cum spem defensionis nullam reliquisset.

---

1. *CONST | TITVTVM* Kellero teste A.— *est*] «Post hoc vocabulum puto in Ambrosiano scriptum fuisse *NA*, i. e. *NAM*, tum in sequenti versu repetitum.» KELL. — 2. *CAEDESQVAE* T. — 3. *ea*] Ab hac voce incipit folium Ambrosianum alterum. — *sed etiam ad* A P. — *ad summam r. p. pertinere* hinc Victorinus p. 51. v. 45. ed. n. — 5. *et sapientia*] *ADRAPIENTIA* (littera *R* superne puncto deleta, littera *S* adiecta) A, *atque sapientia* P. — *IVDIVM* T. — 6. *homines*] *OMNIS* A, *omnes* cum Maio O. — 8. *SCIRENT* A. — *esse legem* errore quodam H. — 9. *existumavit* T P B H. — *APVT* A. — 10. *ut* ante v. *perraro* om. T, *et* coni. Beieri *Schulztg.* 1827. p. 67. — 11. *OCCIDE | RETVRAIDQ.* littera *A* superne puncto deleta A. — *ac*] *ET* A. — 14. *non tam* cet. Cf. p. Rosc. Am. §. 70. — *PROHIBERET* littera *T* superne puncto deleta T. — *VIDETVR* A. — *CVMETBELLO* T. — 16. *ut*] *IN* T. — *et* om. A. — 17. *QVODA . . MILIA* A, *si quod a familia* Maius, *si quid a familia* Heinrichius. «Post iudicium intelligitur *de eo*. Cf. 53.» BEIER. — 20. *INIVRIA. Quod* B O: *INIVRIA, quod* P H K, *INIURIA, ut quod* H in adnotatione. Cf. supplementa v. 22. — *aliis*] *ILLIS* A. — 21. *lege Aquilia, id*] Huius versiculi quattuor dumtaxat litteras in A investigare potuit Peyron, sc. *LEGEM*, in quarum postrema errasse videtur; ne unam quidem expiscatus est Maius. — *vi per servos armatos* cet.] *VICERS . . . . . AR | MATVSD . . . . .* A. — *datum esset*] In his vocibus desinit folium Taurinense alterum. Hae ipsae et deinceps septem versiculi ternarum denarum fere litterarum praeter paucas ac distantes inter se litteras in A legi nequeunt. *datum esset* * * * [*ne privati*] *ipsi statuerent* P, *datum esset* [*manifesto deprehensum apparere iudicavit atque ideo de INIVRIA non addidit, ne, qui haberent controversiam,*] *ipsi statuerent* B O, *datum esset* [*quodque iure umquam dari posse ne putari quidem deberet, iudicio eximeretur, ne facinorosi homines*] *ipsi statuerent* H in adnotatione. Cf. var. lect. ad v. 20. — 25. *daret ut* de Peyroni coniectura B H K: *daretur ut* A P O. Cf. var. lect. ad v. 10., ubi habes contrarium mendum in T. — *veniret, videreturne* B O H K: *VENIREVI | DERETVRNE* A, *venire videretur, ne* addito verbo *esset* post v. *datum* P. Cf. v. 14. §§. 39. 53. Wesenberg ad or. p. Sestio p. 2. — 27. *ADERET* A. — 28. *relinquisset* A P B H.

13. Quoniam quod iudicium et quo consilio constitutum sit, cognostis, nunc rem ipsam, ut gesta sit, dum breviter vobis demonstro, attendite. 14. Fundum habet in agro Thurino M. Tullius paternum, reciperatores, quem se habere usque eo non moleste tulit, donec vicinum eiusmodi nactus est, qui agri fines armis proferre mallet quam iure defendere. Nam P. Fabius nuper emit agrum de C. Claudio senatore, cui fundo erat adfinis M. Tullius, sane magno, dimidio fere pluris incultum exustis villis omnibus, quam quanti integrum atque ornatissimum carissimis pretiis ipse Claudius *emerat*. ....

..

.. 15. clam circumscripsisse isti a consulari Macedonia et Asia. Etiam illud addam, quod ad rem pertinet. Imperatore mortuo pecuniam nescio quomodo quaesitam, dum vult in praedio ponere, non posuit, sed abiecit. Nihil adhuc m..

..

.... am calamitate vicinorum corrigit et quod stomachum suum damno Tullii explere conatus est.

16. Est in eo agro centuria, quae Populiana nominatur, reciperatores, quae semper M. Tullii fuit, quam etiam pater pos*sederat* ......

..

..

.... posita esse et ad fundum eius convenire. Ac primum, quod eum negotii totius et emptionis suae paenitebat, fundum proscripsit; eum autem emptum habebat cum socio Cn. Acerronio, viro op*timo* ....

1. COGN. | STIS A teste Peyrono, COGN. . | TIS idem Kellero teste. — 3. *Fundum -- paternum*] Haec verba servavit etiam Quintilianus I. O. 4, 2, 131. — *Thyrino* A P B H K. — 6. *nuper*] A syllaba PER incipit folium Ambrosianum tertium. — 9. *praetiis* A P. — Desunt in A eius versiculi, qui a syllabis DIVS incipit, ceterae litterae et praeterea decem versus integri, cum huius folii, quod sex columnas habet, pars inferior cultro desecta sit, unde praeter hanc quinque lacunae ortae sunt. *Claudius* [*emerat. Agri cupidius empti pretium sero diligentius attendenti cum nimis magnum videretur, facile est existimatu, quantum stomachi fecerit suspicio venditorem se*] *clam circumscripsisse* B O, *Claudius* [*emerat. Verum tamen rem sic tuto servare voluit; ex quo enim sub L. Octavio proconsule meruerat sic, ut augendae rei negotiando operam dare posset, iam saepius homines videbantur se*] *clam circumscripsisse* H utique probabilius. — 12. ETIA teste Kellero A, neque littera M neque lineola illius loco addita. — 13. PECVNIA A. — 15. Desunt versiculi decem. Vid. ad v. 9. *adhuc m*[*agnopere miror, quod stultitia sua impeditus, quoquo modo posset, se expedire voluit. Illud vero mirari satis non queo, illud indignor, quod suam stultitia*]*m* B O, «parum feliciter.» KELL. — 17. CALAMITATĒ A. — 18. STHOMACVM A. — *Tulli explere* cum Maio P H K: TVLLI . . | PLERE A, *Tulli (Tullii) replere* B O. Cf. p. Rosc. Am. 52, 150: *avaritiam suam pecunia explere*. — 19. POPI | LIANA A, *Popiliana* P O, *populiana* (a planta, quae *populia* dicitur) B H. Cf. §. 17. 19. 21. — 20. *quae*] «Codex QVI continere dicitur: sed littera finalis nunc plane illegibilis est, incertaque I an E. Adeo vereor, ne quod pro I legerunt, posterior ductus sit praecedentis litterae V, cui fortasse brevissimis duabus lineolis in dextram porrectis τὸ E agglutinatum fuerit.» KELL. — *Tulli* A P B H K. — *possederat*] «Syllabam SE mihi visus sum in extremo hoc versu, ultra terminum proiectam, conspicere, magis aliquanto caeteris evanidam.» KELL. Desunt undecim versiculi. Vid. ad v. 9. *pos*[*sederat sine ulla umquam controversia. Iste demum vicinus novus improbae spei eo securior, quod M. Tullius abesset, coepit inhiare, cum ei centuria populiana* (*Popiliana* O) *videretur satis commode*] *posita* B O, sententia probabili. — 24. *negoti* A P B H K. — *paenitebat* A B: *poenitebat* P O H K. Vid. Osann ad Cic. de rep. p. 302. — 26. Desunt undecim versiculi. Vid. ad v. 9. *viro op*[*timo. Is Romae*

. . . . 17. modum proscripsisse. Hominem appellat. Iste sane adroganter quod commodum fuit respondit. Nequedum fines auctor demonstraverat. Mittit ad procuratorem litteras et ad vilicum Tullius . . . . facturum negavit; illis absentibus fines Acerronio demonstravit, neque tamen hanc centuriam Populianam vacuam tradidit. Acerronius, quomodo potuit, se de tota re ex . . . .

* * *

18. mine eiusmodi semustilatus effugit. Adducit iste interea in saltum homines electos maximis animis et viribus, et iis arma, quae cuique habilia atque apta essent, comparat: prorsus ut quivis intelligeret non eos ad rem rusticam, verum ad caedem ac pugnam comparari. 19. Brevi illo tempore Q. Catii Aemiliani, hominis honesti, quem vos nostis, duo homines occiderunt, multa alia fecerunt, passim vagabantur armati, non obscure, sed ut plane intelligere viderentur, ad quam rem parati essent; agros, vias denique infestas habebant. Venit in Thurinum interea Tullius. Deinde iste pater familias Asiaticus, beatus novus arator et idem pecuarius, cum ambularet in agro, animadvertit in hac ipsa centuria Populiana aedificium non ita magnum servumque M. Tullii Philinum. 20. «Quid vobis, inquit, istic negotii in meo est?» Servus respondit

---

versabatur, cum subito nuntii M. Tullio veniunt a villa, P. Fabium fundi illius finitumi maiorem, quam ipse nuper cum Cn. Acerronio emisset,] *modum* B O, *viro op[timo: cum igitur nemo emere vellet, huic socio fundum impegit. Is tum Romae agebat, cum Tullio nuntiatur, novos vicinos maiorem, quam ipsorum esset, fundi]* *modum* H, *viro op[timo; cui facile persuasit, ut fundum iam communem emeret. Quod ut compertum est; admonetur a procuratore Tullii Acerronius, venditorem agri falsum]* *modum* K. — 5. *villicum* O. — Desunt decem versiculi. Vid. ad p. 92. v. 9. *Tullius, [adirent C. Claudi procuratorem, ut ipsis praesentibus fines emptoribus ostenderet. Is vero nescio qua contumelia suspicionis offensus hoc se]* *facturum* B O, *Tullius, [caverent finiumque demonstrationi interessent admonet. Hi Fabium adeunt, et cum fines demonstrarentur, se advocaret, verecunde petunt; at ille se]* *facturum* H. — 8. «Vix dubito, quin *FINIS* fuerit scriptum, quamquam paulo superius (v. 4.) distincte legitur *FINES*.» Kell. — 9. *populianam* B H, *Popilianam* O. — *SEDETORARE* A, *sedet orare* Maius. Emendavit Niebuhrius. — 10. «Desiderantur undecim versus, primus non legibilis, praeterquam quod in fine haud dubie litterae *VM* conspiciuntur, reliqui decem cultro desecti.» Kell. *ex[cusavit, cum primum potuit; Fabio autem statim renuntiavit (maluit enim rei quam existumationis facere iacturam) atque ex societate cum ho]mine* B O, *ex[cusavit apud Tullium; cum Fabio autem socio suo ac venditore rerum ad se non pertinentium quid egerit, non comperi. certe vehementer gratulari sibi potest, si ex negotio cum ho]mine* H. Sed Kellerus (p. 609 sqq.) admodum probabiliter docuit, praeter undecim illos postremos tertii folii Ambrosiani versiculos integrum etiam folium, unum plurave, desiderari, quae narrationem de incendio §. 54. memorato continuerint. Itaque neutrum commentum probabile est. — 14. *iis]* *IS* A, *is* B H, *his* P. — *ABITA | LIA* A. Emendavit Heinrichius. — 15. *intellegeret* A P B H K. — 16. *Brevi]* «Non legitur *B* initialis, ex more lineam egressa, ut opinor.» Kell. — 17. *Cati* A P B H K. — 19. *intellegere* A P B H. — 20. *TYRINV̄* A, *Thyrinum* P B H K. — 23. *populiana* B H, *Popiliana* O. — *SER | RVVMQ.* A. — *Tulli* A P B H K. — *Philinum]* *FILIVM* A. Cf. §. 22. — 24. *INQVID | STICNEGOTIIM | MEOEST* A, *inquid, 'stic negoti immeo est* P H K, *inquit, 'stic negoti im meo est* B O, quasi orator vulgarem pronuntiationem expresserit.

pudenter, at non stulte, dominum esse ad villam, posse eum cum eo disceptare, si quid vellet. Rogat Fabius Acerronium (nam ibi tum erat), ut secum simul veniat ad Tullium. Venitur. Ad villam erat Tullius. Appellat Fabius, ut aut ipse Tullium deduceret, aut ab eo deduceretur. Dicit deducturum se Tullius, vadimonium Fabio Romam promissurum. Manet in ea condicione Fabius. Mature disceditur.

21. Proxima nocte, iam fere cum lux adpropinquaret, ad illud aedificium, de quo antea dixi, quod erat in centuria Populiana, servi P. Fabii frequentes armatique veniunt; introitum ipsi sibi vi manuque patefaciunt; homines magni pretii servos M. Tullii nec opinantes adoriuntur; quod facile factu fuit, neque tam multos neque repugnantes multi armati paratique occidunt tantumque odii crudelitatisque habuerunt, ut eos omnes gurgulionibus insectis relinquerent, ne, si quem semivivum ac spirantem' etiam reliquissent, minor iis honor haberetur; praeterea tectum villamque disturbant. 22. Hanc rem tam atrocem, tam indignam, tam repentinam nuntiat M. Tullio Philinus, quem antea nominavi, qui graviter saucius e caede effugerat. Tullius statim dimittit ad amicos, quorum ea vicinitate tum illa bona atque honesta copia praesto fuit. Omnibus acerba res et misera videbatur. Cum amici in comm * *
* * * * * * * * * * * * *

3. *Venitur*] «Parva est inter litteras T et R membranae lacuna, scripto haud dubie vetustior, cui ductus illi duo, quibus V littera constat, ab utroque latere circumdati esse videntur.» KELL. — VILLA, quoad oculis cerni potest, A. — 6. *Mature*] «Optime haec Peyroni coniectura ductibus in codice conspicuis convenit.» KELL. — 8. *populiana* B H, *Popiliana* O. — 9. *Fabi* A P B H K. — *frequentes*] «Sic codex, non FREQVE | TES. Nam in fine prioris versus supra E ad dexteram certissime conspicitur lineola illa, quae litteram M (et N) significare solet. Quae in sequenti versu parva exstat membranae lacuna, ea vetustior est scripto, ut paulo superius et saepe alias.» KELL. — *ipsi sibi vi manuque* cum Heinrichio P B O H K: IPSI SIBIMA | NVQVE A, *ipsi vi sibi manuque* Klotzius. Cf. §. 31. — 10. *praetii* A P. — *Tulli* A P B H K. — 11. *quod*] *quodque* H K. — 12. OCCIDVNNT A. — *habuerunt*] «Non leguntur priores tres litterae, quibus tamen iustum est in codice spatium.» KELL. — 13. *gurgulionibus exsectis reliquerunt* e Cicerone Martianus Capella 5, 509. — SEMIVIBVM A. — 14. *relinquissent* A P B H. — *iis* H K: *his* A (teste Peyrono; sed Kellerus oculis discernere non potuit, IS an HIS scriptum fuisset), *is* cum Heinrichio P B O. — *praeterea*] Littera *A* in fine versus non conspicitur. — 15. *disturbant*] Deest postrema littera itidem in versiculi fine. — 17. CEDE A. — *statim mittit* cum Heinrichio P. Cf. p. Quinct. §. 25. — 18. *ea*] Fort. *ei*. — *illi* cum Heinrichio P B O. — 19. *et*] «Magis videtur ED in codice esse quam ET, quod Peyronus exhibuit.» KELL. — *comm*] In his litteris desinit folium Ambrosianum quartum et ultimum. *com-[memoratione* H. — In hac lacuna tantum fere nobis interiisse, quantum duobus tribusve foliis ad Taurinensium modum contineri potuerit, scilicet narrationis finem, partitionem et confirmationis initium, docuerunt Huschkius et Kellerus. Iidem huc (ad partitionem) pertinere arbitrantur quae verba Ciceronis magis minusve interpolata ex hac oratione attulerunt C. Marius Victorinus, C. Iulius Victor, Martianus Capella. Victorinus enim p. 63 sq. ed. Or. haec affert, quae Peyronus hic inseruit, Beierus et Orellius post §. 36. transtulerunt: *Dicam - vim factam a P. Fabii familia: adversarii non negant. - - - Damnum datum esse M. Tullio concedis: vici unam rem. - - - Vim hominibus armatis factam non negas: vici alteram. - - - Dolo malo factum negas: de hoc iudicium est.* Cf. p. 102. v. 6 sqq. Iulius Victor p. 240. ed. Or.: *Damnum datum* (add. *M.*) *Tullio et vi hominibus armatis et a familia P. Fabii* dicit (Cicero pro Tullio); *in controversia autem esse, an dolo malo damnum datum sit.* Martianus Capella 5, 556. (p. 471. ed. Kopp.): *Damnum passum esse M. Tullium convenit mihi cum adversario; vi hominibus armatis rem gestam esse non infitiantur; a familia P. Fabii commissam negare non audent; an dolo malo factum sit, ambigitur.* Ex his tribus locis Huschkius concinnavit quod sequitur supplementum: *Damnum passum esse M. Tullium, convenit mihi cum adversario: vici unam rem. Hominibus armatis rem esse gestam non infitiantur: vici alteram. A familia P. Fabii commissam, negare non audent: vici tertiam.*

23. * * * * * * * * * * * * *

24. turbarunt. Audite, quaeso, in eas res, quas commemoro, hominum honestorum testimonium. Haec, quae mei testes dicunt, fatetur adversarius eos vere dicere; quae mei testes non dicunt, quia non viderunt nec sciunt, ea dicit ipse adversarius. Nostri testes dicunt occisos homines; cruorem in locis pluribus, deiectum aedificium se vidisse dicunt; nihil amplius. Quid Fabius? Horum nihil negat. Quid ergo addit amplius? Suam familiam fecisse dicit. 25. Quo modo? Vi hominibus armatis. Quo animo? Ut id fieret, quod factum est. Quid est id? Ut homines M. Tullii occiderentur. Quod ergo eo animo factum est, ut homines unum in locum convenirent, ut arma caperent, ut certo consilio certum in locum proficiscerentur, ut idoneum tempus eligerent, ut caedem facerent, id si voluerunt et cogitarunt et perfecerunt, potestis eam voluntatem, id consilium, id factum a dolo malo seiungere? 26. At istuc totum DOLO MALO additur in hoc iudicio eius causa, qui agit, non illius, quicum agitur. Id ut intelligatis, reciperatores, quaeso, ut diligenter attendatis: profecto, quin ita sit, non dubitabitis.

27. Si ita iudicium daretur, ut id concluderetur, quod a familia factum esset, si quae familia ipsa in caede interesse noluisset et homines aut servos aut liberos coëgisset aut conduxisset, totum hoc iudicium et praetoris severitas dissolveretur. Nemo enim potest haec iudicare, qua in re familia non interfuisset, in ea re eam ipsam familiam vi armatis hominibus damnum dedisse. Ergo, id quia poterat fieri et facile poterat, idcirco non satis habitum est quaeri, quid familia ipsa fecisset, verum etiam illud, quid familiae dolo malo factum esset. 28. Nam cum facit ipsa familia vim armatis coactisve hominibus et damnum cuipiam dat, id dolo malo fieri necesse est. Cum autem rationem init, ut ea fiat, familia ipsa non facit, fit autem dolo malo eius. Ergo addito dolo malo actoris et petitoris fit causa copiosior. Utrum enim ostendere potest, sive eam ipsam familiam sibi damnum dedisse, sive consilio et opera eius familiae factum esse, vincat necesse est.

29. Videtis praetores per hos annos intercedere hoc *interdicto velut inter* me et M. Claudium: VNDE DOLO MALO TVO, M. TVLLI, M. CLAVDIVS AVT FAMILIA AVT PROCVRATOR EIVS VI DETRVSVS EST, cetera ex formula.

An dolo malo factum sit, ambigitur: de hoc iudicium est. — 2. *turbarunt*] Ab his syllabis incipit folium Taurinense tertium. *Homines occiderunt* (servi P. Fabii), *villam disturbarunt* H. — 5. *Nostri testes* cet.] Verba haec sic distinxi cum Madvigio Epist. crit. p. 92 sq. Ceteri interpungunt: *Nostri testes d. o. homines, cr. in l. pluribus, d. aed. se vidisse; dicunt nihil amplius.* — 6. PLVRIMB. T. — *detectum* Halmius. — 10. *Tulli* T P B H K. — 14. *At*] AD T. — 16. *intelligatis*] Sic h. l. omnes, etiam T, non *intellegatis*. — 21. *potest*] *posset* Kayser l. l. p. 680. — 26. *vim* Halmius: *vi* TPBOHK. — 27. *ea* T: *id* PBOHK. — 28. *Ergo*] In prima huius v. syllaba desinit folium Taurinense tertium; in ima pagina dextrorsum legitur XIII. Ab altera syllaba incipit folium Taurinense quartum. — 32. *interdicto velut inter*] His verbis H K suppleverunt versiculum in codice obscuratum: *interdicto inter* P B O. — 33. *VNDE DOLO* nos: *VNDE* | *DEDOLO* mera dittographia T, *unde de dolo* P B O H K. Cf. statim p. 95. v. 2. 3. 7. 10. et §§. 7. 12. 26. 28 (ter). 31. 34. 35. De dittographia vid. ad §. 6. — 34. *formula. Sicut -- facta, ego* H K: *formula, sicut -- facta. Ego* P, *formula sic, ut -- facta. Ego* B O, *formula. Sicubi -- facta, ego* Madvigius Epist. crit. p. 92. Sententiam loci bene expressit Kayserus (l. l. p. 680 sq.) scribendo: *Si, cum ita interdictum sit et sponsio facta, ego me ad iudicem sic defendam, ut vi me deiecisse confitear, dolo malo negem, ecquis me audiat?*

Sicut ita interdictum est et sponsio facta, ego me ad iudicem si defendam, vi me deiecisse confitear, dolo malo negem, ecquis me audiat? 30. Non opinor quidem, quia, si vi deieci M. Claudium, dolo malo deieci, in vi enim dolus malus inest; et Claudio utrumvis satis est planum facere, vel se a me ipso vi deiectum esse, vel me consilium inisse, ut vi deiiceretur. Plus igitur ..... Claudi .. u ... interdicitur, unde dolo malo meo vi deiectus sit, quam si daretur, unde a me vi deiectus esset. Nam in hoc posteriore, nisi ipse egomet deiecissem, vincerem sponsionem: in illo priore, ubi dolus malus additur, sive consilium inissem, sive ipse deiecissem, necesse erat te dolo malo meo vi deiectum iudicari.

31. Hoc persimile atque adeo plane idem est in hoc iudicio, reciperatores. Quaero enim abs te: si ita iudicium datum esset, QVANTAE PECVNIAE PARET A FAMILIA P. FABII VI HOMINIBVS ARMATIS DAMNVM M. TVLLIO DATVM, quid haberes quod diceres? Nihil, opinor. Fateris enim omnia, et familiam P. Fabii fecisse, et vi hominibus armatis fecisse. Quod additum est DOLO MALO, id te adiuvare putas, in quo opprimitur et excluditur omnis tua defensio. 32. Nam si additum id non esset ac tibi libitum esset ita defendere, tuam familiam non fecisse, vinceres, si id probare potuisses. Nunc sive illa defensione uti voluisses, sive hac, qua uteris, condemneris necesse est: nisi putamus *eum in iudi*cium venire, qui consilium inierit, illum, qui fecerit, non venire; cum consilium sine facto intelligi possit, factum sine consilio non possit. An quod factum eiusmodi est, ut sine occulto consilio, sine nocte, sine vi, sine damno alterius, sine armis, sine caede, sine maleficio fieri non potuerit, id sine dolo malo factum iudicabitur? 33. An qua in re praetor illi improbam defensionem tolli voluit, in ea re mihi difficiliorem actionem factam putabitis? Hic mihi isti singulari ingenio videntur esse, qui et id, quod mihi contra illos datum est, ipsi adripiunt et scopulo atque

---

2. *vi*] *ut vi* P. — *ecquis*] *ETQVIS* T, *et quis* PBH. Emendavit Orellius. — 3. *equidem* Halmius. — 4. *et*] *at* Kayserus l. l. — 6. *deiceretur* TPBH. — *IGITVR* | ..... *CLAVDI* .. *V* ... T: *igitur prodest Claudio cum* P, *igitur datur Claudio cum ita* B O, *igitur valet Claudi causa, si* H K. — 7. *unde dolo malo meo* post Klotzium K: *unde a dolo malo meo* P B H. Librarium codicis T oculo a voce *unde* huius versus ad vocem *unde* inferioris versus aberrante prius scripsisse *a me*, deinde errore animadverso *me* mutasse in *meo* et superscripsisse *dolo malo*, litteram *a* autem expunxisse luculenter ostendit Kellerus. — 8. *posteriore* P B O: *posteriori* T H K. Cf. v. 9. et §§. 1. 5. 12. — 9. *auditur* P. «Sed non plane certus sum, codex habeat *auditur* an *additur*, quod iam Beierus recte restituit.» KELL. — 10. *sive consilium inissem* K: *sive consilium inissem, ut vi deiceretur* P B O H. Librarium codicis T oculis a verbis *consilium inissem* ad verba paulo superius scripta *consilium inisse* aberrantibus prius scripsisse *ut vi deiceretur*, verba vero *sive deiecissem* omisisse, tum errore comperto superne haec supplevisse littera *m* praeposita, ut significaret vv. *sive deiecissem* proxime iungenda esse cum praecedente verbo *inissem*, summo acumine vidit et demonstravit Kellerus. — *te* T P: *de* B O H K. Sed appellatio directa ficti adversarii nunc expulsis verbis *ut vi deiceretur* ne minimam quidem habet offensionem. Cf. v. 13. et adnot. ad p. 95. v. 33. — 11. *meo* superne scriptum habet T. — 14. *Fabi vi hominibus* H K: *Fabi hominibus* T P B O. Cf. v. 16. §. 7. et var. lect. §. 21. — 15. *DATVM* nos: ... | *TVM* T, *illatum* P, *factum* B O H K. A codice nihil obstare quin *DATVM* scribatur, per litteras me docuit Kellerus. Cf. §§. 5. 7. 8. 12. 27. 34. 39. — 16. *Fabi* T P B H K. — 18. *defensio?* B O. — 19. *DEFENDEREM* T. — 20. *SIBEILLA* T. — 21. *putamus eum in iudicium* P H K: *PVTA* | *MVS* .... *CIVM* T, *putamus in iudicium* B O. — 23. *intellegi* T P B. — 24. *sine vi*] In priore voce desinit folium Taurinense quartum, a posteriore incipit quintum. — 26. *praetor*] *P. R.* T frequentissimo errore. Cf. p. Caecina §. 23.

saxis pro portu stationeque utuntur. Nam in dolo malo volunt delitiscere; in quo non modo cum omnia ipsi fecerunt quae fatentur, verum etiam si per alios id fecissent, haererent ac tenerentur.

34. Ego non in una re sola, quod mihi satis est, neque in universa re solum, quod mihi satis est, sed singillatim in omnibus dolum malum exstare dico. Consilium capiunt, ut ad servos M. Tullii veniant: dolo malo faciunt. Arma capiunt: dolo malo faciunt. Tempus ad insidiandum atque celandum idoneum eligunt: dolo malo faciunt. Vi in tectum inruunt: in ipsa vi dolus est. Occidunt homines, tectum diruunt: nec homo occidi nec consulto alteri damnum dari sine dolo malo potest. Ergo si omnes partes sunt eiusmodi, ut in singulis dolus malus haereat, universam rem et totum facinus sine dolo malo factum iudicabitis? 35. Quid ad haec Quinctius? Sane nihil certum neque unum, in quo non modo possit, verum putet se posse consistere. Primum enim illud iniecit, nihil posse dolo malo familiae fieri. Hoc loco non solum fecit ut defenderet Fabium, sed ut omnino huiuscemodi iudicia dissolveret. Nam si venit id in iudicium de familia, quod omnino familia nulla potest committere, nullum est iudicium; absolvantur omnes de simili causa necesse est. 36. Hoc solum, bona mehercule *fide*, si hoc solum esset, tamen vos, tales viri, nolle deberetis maximam rem, coniunctam cum summa re publica fortunisque privatorum, severissimum iudicium maximaque ratione compositum per vos videri esse dissolutum. Sed non id solum agitur

* * *

hoc iudicium sic exspectatur, ut non unae rei statui, sed omnibus constitui putetur * * *

1. *delitiscere* T: *delitescere* P B O H K. Cf. p. Caecina §. 61. 66. de deor. nat. II. 20, 52. 49, 126. Fronto ed. Rom. a. 1846. p. 70.; item *conticiscere* Plaut. Bacch. 4, 6, 28. Mil. gl. 2, 4, 56. Rud. 5, 2, 69. Liv. 2, 29. 55. 4, 1. Front. p. 159. 165. *luciscere* Terent. Heaut. 3, 1, 1. Front. p. 113. — 2. *quae fatentur* errore quodam om. H K. — 5. *set* T P H. — *singillatim* Klotzius: *singilatim* T P H K, *singulatim* B O. — 6. *extare* T P B H K. — *Tulli* T P B H K. — 8. *adque* T P B H. — 11. *Ergo*] . . *go* T. — *omnes partes* cet.] Boëthius *de definitione* p. 23. ed. Paris. a. 1544: «Hoc etiam pro M. Tullio tenet (Cicero), ubi per enumerationem modorum, per quos fit dolus malus, definitio ita fit, ut singulis speciebus dolus malus possit agnosci.» Iulius Victor p. 240. v. 32. ed. n.: «Idem (Cicero pro M. Tullio): *dolum malum esse, cum familia armata sit, cum ad vim venerit, cum damnum intulerit.*» Idem p. 249. v. 21: «M. Tullius dolum circa servos P. Fabii definivit ex eo, quod insidiati sint.» Cf. v. 7 sq. — 13. *Quintius* T P B O H K. Vid. ad p. 89. v. 1. — 14. *ILLVTIN* | *I . C . T* T. — 18. *DES . . ILI CAVSA* T, *de simili causa reae* Kayserus l. l. p. 681. — 19. *bona mehercule fide, si* H K: *bona mehercule si* TP², *bona, mehercule, res! si* B O, *bene, mehercules! si* Klotzius. — 20. *talis viri nolle deseretis* T P, *tales viri, nolle deseretis* H. Kellero tamen iterum atque iterum inspicienti non liquebat, utrum *tales* et *deberetis* (B O K) an *talis* et *deseretis* scriptum esset. — 21. *re fortunisque* P B H. Peyronus enim in codice sic legerat. Sed Kellerus perspexit codicem habere *REPFORTVNISQ.*, quam lectionem divinaverat Orellius. — 22. *VIDERI* superscripta syllaba *VR* T, *videretur* P H. — 23. *agitur*] In hoc vocabulo desinit folium Taurinense quintum, inter quod et sextum quantum desit, sciri non potest. *agitur* [*in hoc iudicio, reciperatores, ut M. Tullius per interdictum suum ius teneat atque iniuriam a P. Fabii familia factam persequatur; verum*] *hoc* B O parum probabiliter. — 24. *hoc iudicium* cet.] Servavit hoc fragmentum, quod primus Beierus hic inseruit, Priscianus 6, 1, 5. p. 221. Krehl.: «Itaque non solum *una, unius, uni*, sed etiam *huius* et *huic unae*, et similiter *ullae, nullae, solae, totae, aliae, alterae* in usu antiquiore invenimus. Cicero pro M. Tullio: *Hoc iudicium* cet.» — *uni* B O perperam, id quod apparet ex Prisciani verbis. Cf. Halmii Anal. Tull. I. p. 12. — 25. *putetur*] Post hoc fragmentum verba Victorini in adnotatione ad §. 23. exscripta inseruerunt B O.

37. ego intelligo; et tamen dicendum est ad ea, quae dixit Quinctius, non quo ad rem pertineat, sed ne quid, quia a me praetermissum sit, pro concesso putetur.

38. Dicis oportere quaeri, homines M. Tullii iniuria occisi essent necne. De quo hoc primum quaero, venerit ea res in hoc iudicium necne. Si non venit, quid attinet aut nos dicere aut hos quaerere? Si autem venit, quid attinuit te tam multis verbis a praetore postulare, ut adderet in iudicium INIVRIA, et, quia non impetrasses, tribunos pl. appellare et hic in iudicio queri praetoris iniquitatem, quod de iniuria non addiderit? 39. Haec cum praetorem postulabas, cum tribunos appellabas, *nempe ita* dicebas, potestatem tibi fieri oportere, ut, si posses, reciperatoribus persuaderes, non esse iniuria M. Tullio damnum datum. Quod ergo ideo in iudicium addi voluisti, ut de eo tibi apud reciperatores dicere liceret, eo non addito nihilo minus tamen ita dicis, quasi id ipsum, a quo depulsus es, impetraris? At quibus verbis in decernendo Metellus usus est ceterique quos appellasti? Nonne haec omnium fuit oratio, quod vi hominibus armatis coactisve familia fecisse diceretur, id tametsi nullo iure fieri potuerit, tamen se nihil additurosi? 40. Et recte, reciperatores. Nam cum perfugio nullo constituto tamen haec scelera servi audacissime faciant, domini impudentissime confiteantur, quid censetis fore, si praetor iudicet eiusmodi caedes fieri iure posse? An quicquam interest, utrum magistratus peccato defensionem constituant, an peccandi potestatem licentiamque permittant? 41. Etenim, reciperatores, non damno commoventur magistratus, ut in haec verba iudicium dent. Nam *si* id esset, nec reciperatores potius darent quam

1. *ego*] Ab hac voce incipit folium Taurinense sextum. [*Nec vero quid attineat argumenta quaerere, quibus defensio istius tam levis nugatoriaque infirmetur ac diluatur,*] *ego* B O, [*Causa Tullii tota continetur praetoris formula, re gesta, adversarii confessione: de his cum satis dictum sit, reliqua in vestra fide ac religione, non in defensione nostra posita esse*] *ego* K. — INTELLEGO T. — *dicendum*] Syllaba *di* a Peyrono suppleta Kellero etiam in codice conspicua fuit. — 2. *pertineant* P. — *sit* nos: *est* P B O H K. «Ego in versu vix legibili oculis discernere non potui, EST an SIT habeatur.» KELL. — 4. *Tulli* T P B H K. — 5. *ea res*] «Peyronus duo haec verba pro incertis exhibuit. Equidem distincte conspexi EARES, et quod Beierus interrogavit, an scriptum fuisset *veneritne*, haudquaquam dubito negare.» KELL. — *iudicio* errore quodam P. — 6. *hos*] *nos* P. Sed Beieri emendatio confirmatur ipso codice, in quo Kellerus litteram H perspexit, cum Peyronus legisset N. — 9. QVAERI T. — 10. *addi debet* P B, *addidisset* H. Sed et Peyrono (in Corrigendis) et Kellero teste non discerni potest utrum in codice sit BET an RIT, ut Orellii emendatio satis firma sit. Peyronus quoque in Corrigendis: «*non addiderit.* Ita corrige suffragante etiam Palimpsesto.» — *cum tribunos* P B O H: . . . *tribunos* T, *atque tribunos* K. Scilicet trium litterarum obscuratarum Peyronus tertiam M esse putavit, Kellerus vero de tertia prorsus incertus primam A fuisse suspicatur. — 11. *nempe ita* P B O H K: . . M . . . . . T, *nimirum* Beierus, *tum nonne* Huschkius. Litteram A finalem vocis ITA conspicere sibi visus est Kellerus. — *tibi* errore typographico om. O. — 12. *reciperatores* T P H. Emendavit Beierus. Mendum ortum est vel ex eo, quod praeter hunc locum ubique in hac oratione vocativus vel accusativus legitur (cf. §§. 1. 4. 7. 10. 14. 16. 25. 31. 40. 41.), vel ex eo, quod librarii oculus ad sequentem (v. 13.) accusativum aberravit. — 13. *aput* T P H.— 14. *dicere*] DICERET T. Vid. ad §. 12. — 15. QUO.E | . . . S . . ES T, *quo detrusus es* P in contextu (*quo depulsus es* in adnotatione).— 16. *usus est ceterique quos* (CETERIQ. QVOS) *appellasti? Nonne* Madvigius Ep. crit. p. 129.: VSVS | ESTCETERIQVOSAPPELLAS | TINONNE T, *usus est? ceteri, quos appellasti? Nonne* H K, *usus est, ceteri, quos appellasti, - nonne* B O, *usus est*, [*ea*] *celeri quos appellasti* [*confirmarunt*]. *Nonne* P. — *fuit omnium* errore quodam H K. — 18. *tametsi*] TAME . . SI T. In litura duarum litterarum N et T vestigia apparent. — 21. *caedis* T B H. — 25. *nam si id esset* B O: *nam id esset* T P, *nam id si esset* H K.

iudicem, nec in universam familiam, sed in eum *quicum* nominatim ageretur, nec in quadruplum, sed in duplum, et *ad* DAMNVM adderetur INIVRIA. Neque enim is, qui hoc iudicium dedit, de ceteris damnis ab lege Aquilia recedit, in quibus nihil agitur nisi damnum, qua de re praetor animum debet advertere.

42. In hoc iudicio videtis agi de vi, videtis agi de hominibus armatis, videtis aedificiorum expugnationes, agri vastationes, hominum trucidationes, incendia, rapinas, sanguinem in iudicium venire. Et miramini satis habuisse eos, qui hoc iudicium dederunt, id quaeri, utrum haec tam acerba, tam indigna, tam atrocia facta essent necne; non, utrum iure facta an iniuria? Non ergo praetores a lege Aquilia recesserunt, quae de damno est, sed de vi et armis severum iudicium constituerunt: nec ius et iniuriam quaeri nusquam putarunt oportere, sed eos, qui armis quam iure agere maluissent, de iure et iniuria disputare noluerunt. 43. Neque ideo de iniuria non addiderunt, quod in aliis rebus non adderent, sed ne ipsi iudicarent, posse homines servos iure arma capere et manum cogere; neque quod putarent, si additum esset, posse hoc talibus viris persuaderi non iniuria factum, sed ne quod tamen scutum dare in iudicio viderentur iis, quos propter haec arma in iudicium vocavissent.

44. Fuit illud interdictum apud maiores nostros de vi, quod hodie quoque est: VNDE TV AVT FAMILIA AVT PROCVRATOR TVVS ILLVM AVT FAMILIAM AVT PROCVRATOREM ILLIVS IN HOC ANNO VI DEIECISTI. Deinde additur illius iam hoc causa, quicum agitur, CVM ILLE POSSIDERET, et hoc amplius: QVOD NEC VI NEC CLAM NEC PRECARIO POSSIDERET. 45. Multa dantur ei, qui vi alterum detrusisse dicitur, quorum si unum quodlibet probare iudici potuerit, etiam si confessus erit se vi deiecisse, vincat necesse est: vel non possedisse eum, qui deiectus sit, vel vi ab se possedisse vel clam vel precario. Ei, qui de vi confessus esset, tot defensiones tamen ad causam obtinendam maiores reliquerunt.

46. Age illud alterum interdictum consideremus, quod item nunc est constitutum propter eandem iniquitatem temporum nimiamque hominum * * * * * * * * * * * *
* * * * * * * * * * * * *

---

1. *FAMILIA* T. — *EVMCVM* T. Emendavit Peyronus. — 2. *ETDAMNV̄* T, *et damno* P. Emendavit Beierus. — 3. *ceteris*] In duabus primis syllabis desinit folium Taurinense sextum, ab ultima incipit septimum. — 4. *LEGAE* T. — *RECEDITIDQVIB.* T. — *damnum, qua* K: *damnum; qua* P, *damnum. Qua* B O H. — 5. Malim *debeat.* — 9. *id*] *IT* T. — 10. *HEC* T. — *ACERVA* T. — *necne; non, utrum*] *NECNEVTR.* superscripto *N̄ (non)* T. — 12. *est* PK: *esset* B O H. «Erat in codice *ESSET*, tum syllaba *SE* deleta fuit.» PEYR. — *et* errore typographico om. O. — *armatis* P B O H. In ipso codice teste Kellero ARMATIS in ARMIS emendatum est, quam lectionem divinaverat Huschkius. — 18. *persuadere* P. Emendavit Beierus. Per codicis vestigia perinde licere *I* legere atque *E* affirmat Kellerus. — *INIVRIAM* T. — *quoddam scutum* e coniectura P. — 21. *APVT* T. — *HODIAE* T. — 22. *FAMILIA TVA AVT* P, non T. — 25. *praecario* T P. A dextera huius vocis, quae extrema in pagina est, aliquot litteras (incertas quidem) esse in margine adscriptas monuit Kellerus neque tamen desiderare se plenae formulae (Semestr. p. 293.) verba *A TE.* — 27. *probare* Kayserus (l. l. p. 682.): *probari* T P B O H K. Cf. ad v. 18. — 28. *vi ab se* B O H K: *APSE* superscripta littera *V* (ex opinione Kelleri etiam *I*) T, *vi* (om. *ab se*) P. — 29. *praecario* T P. — 30. *OPTINENDAM* T. — 31. *nunc*] «Potuerit etiam *nuper* vel simile quid scriptum esse.» KELL. — 32. *hominum*] In hac voce desinit folium Taurinense septimum. In ima pagina dextrorsum legitur XIIII. (Cf. ad §. 28.) «Quot hic folia desiderentur,

47. boni debent dicere. Atque ille legem mihi de XII tabulis recitavit, quae permittit, ut furem noctu liceat occidere, et luce, si se telo defendat; et legem antiquam de legibus sacratis, quae iubeat impune occidi eum qui tribunum pl. pulsaverit. Nihil, ut opinor, praeterea de legibus.

48. Qua in re hoc primum quaero, quid ad hoc iudicium recitari istas leges pertinuerit. Num quem tribunum pl. servi M. Tullii pulsaverunt? Non opinor. Num furatum domum P. Fabii noctu venerunt? Ne id quidem. Num luce furatum venerunt et se telo defenderunt? Dici non potest. Ergo istis legibus, quas recitasti, certe non potuit istius familia servos M. Tullii occidere.

49. Non, inquit, ad eam rem recitavi, sed ut hoc intelligeres, non visum esse maioribus nostris tam indignum istuc nescio quid, quam tu putas, hominem occidi. At primum istae ipsae leges, quas recitas, ut mittam cetera, significant, quam noluerint maiores nostri, nisi cum pernecesse esset, hominem occidi. Primum ista lex sacrata est, quam rogarunt armati, ut inermes sine periculo possent esse. Quare non iniuria, quo magistratu munitae leges sunt, eius magistratus corpus legibus vallatum esse voluerunt. 50. Furem, hoc est, praedonem et latronem, luce occidi vetant XII tabulae: cum intra parietes tuos hostem certissimum teneas, nisi se telo defendit, inquit, etiam si cum telo venerit, nisi utetur telo eo ac repugnabit, non occides. Quod si repugnat, ENDOPLORATO, hoc est, conclamato, ut aliqui audiant et conveniant. Quid ad hanc clementiam addi potest, qui ne hoc quidem permiserint, ut domi suae caput suum sine testibus et arbitris ferro defendere liceret?

51. Quis est, cui magis ignosci conveniat, quoniam me ad XII tabulas revocas, quam si quis quem imprudens occiderit? Nemo, opinor. Haec enim tacita lex est humanitatis, ut ab homine consilii, non fortunae poena repetatur. Tamen huiusce rei veniam maiores non dederunt. Nam lex est in XII tabulis: SI TELVM MANV FVGIT MAGIS *QVAM IECIT*

---

definiri non potest; plane Ciceronem ibi, ubi codex denuo incipit, in Quinctio confutando adhuc occupatum fuisse invenimus, unde credibile est, non tam multa periisse.» HUSCHK. «Ubique tamen tenendum est tertiae circiter orationis pro Caecina parti nostras Tullianae reliquias aequari, tamen in Dialogo de causis corruptae eloquentiae (c. 20.) duas illas defensiones pari fere gradu ac mensura aestimari.» KELL. *hominum* [*licentiam*] P B O. — 1. *boni*] Ab hac voce incipit folium Taurinense octavum. — 2. *luce* P K: *luci* TBOH. Cf. §§. 48. 50. — 3. *inpune* T P B. — 4. *ut* om. K. — 6. 10. *Tulli* TPBHK. — 7. *Fabi* TPBHK. — *NOCTVVENERINT* T. — 8. *NVNCLVCE* T. — 11. *inquid* T P. — *intellegeres* T P B H K. — 19. *tabulae: cum -- teneas, nisi* H K: *tabulae, cum -- teneas,* *NISI* P, *tabulae, cum -- teneas.* *NISI* B O. — 20. *NISI SE TELO DEFENDIT* B O H, *nisi SE TELO DEFENDIT* K, *NISI SE TELO DEFENDERIT* de coniect. P. Malim *defendet* et propter epexegesin et propter apodosin. — *inquid* T P. — 21. *NON OCCIDES* B O H. — *QVOD SI REPVGNAT* B O, *QVOSSIREPVGNAT* T, *QVOSSI REPVGNAVERIT* H, *QVOD SI REPVGNAVERIT* P, *Quid si repugnat?* Madvigius Epist. crit. p. 92. — 23. *qui ne hoc quidem permiserint* cet.] Hunc locum vel similem in proxima lacuna pessumdatum respexisse videtur Interpres Vaticanus ad or. p. Milone 3, 6. his verbis: *In illa oratione, quae pro M. Tullio inscribitur, --- ipsas quoque XII tabulas adseveravit* (Cicero) *excubare pro hominum salute, quae hanc interimendi potestatem non facile permiserint.* — 24. *CAPVD* T. — *ARBITRIIS* T. — 26. *occiderit*] «Incertius mihi visum est (quam Peyrono) in extrema syllaba *I* an *E* scriptum esset.» KELL. — 30. In syllaba *MA* desinit folium Taurinense octavum. Quae sequuntur quattuor syllabae, a Peyrono restitutae sunt e Topicorum c. 17. §. 64. «Totius iacturae, quam in hac parte orationis inter extrema duo folia Taurinensia fecimus, aestimationem finire adhuc ausus est nemo. Neque ego audeo. Vereor ne magna sit. Certe inter alia omnis disputatio, utrius esset centuria Populiana, interiit.» KELL. Cf. ad §. 46.

* * * * * * * * * * * * *
* * * * * * * * * * * * *

52. Si quis furem occiderit, iniuria occiderit. Quam ob rem? Quia ius constitutum nullum est. Quid? si se telo defenderit? Non iniuria. Quid ita? Quia constitutum est. * * * * * * *
* * * * * * * * * * * * *

53. tamen verum factum esset, tamen in eo ipso loco, qui tuus esset, non modo servos M. Tullii occidere iure non potuisti, verum etiam si tectum hoc insciente aut per vim demolitus esses, quod hic in tuo aedificasset et suum esse defenderet, id vi aut clam factum iudicaretur. Tu ipse iam statue, quam verum sit, cum paucas tegulas deiicere impune familia tua non potuerit, maximam caedem sine fraude facere potuisse. Ego ipse tecto illo disturbato si hodie postulem, quod vi aut clam factum sit, tu aut per arbitrum restituas aut sponsione condemneris necesse est. Nunc hoc probabis viris talibus, cum aedificium tuo iure disturbare non potueris, quod esset, quemadmodum tu vis, in tuo, homines, qui in eo aedificio fuerint, te tuo iure potuisse occidere?

54. At servus meus non comparet, qui visus est cum tuis; at casa mea est incensa a tuis. Quid ad haec respondeam? Ostendi falsa esse: verum tamen confitebor. Quid postea? Hoc sequitur, ut familia M. Tullii concidi oportuerit? Vix mehercule, ut corium peti; vix, ut gravius expostulari: verum ut esses durissimus, agi quidem usitato iure et quotidiana actione potuit. Quid opus fuit vi? quid armatis hominibus? quid caede? quid sanguine?

55. At enim oppugnatum me fortasse venissent. (Haec est illorum in causa perdita extrema non oratio neque defensio, sed coniectura et quasi divinatio.) Illi oppugnatum venturi erant: quem? Fabium. Quo consilio? Ut occiderent. Quam ob causam? Quid ut proficerent? Qui comperisti? Et, ut rem perspicuam quam paucissimis verbis agam, dubitari hoc potest, reciperatores, utri oppugnasse videantur, qui ad villam venerunt an qui in villa manserunt? 56. qui occisi sunt an ii, ex quorum numero saucius factus est nemo? qui cur facerent causa non fuit an ii, qui fecisse se confitentur? Verum, ut hoc tibi credam, metuisse te ne oppugnarere, quis hoc statuit umquam, aut cui concedi

---

3. *Si* cet.] Servavit hanc §. Iulius Rufinianus de Fig. sent. c. 8. p. 201. Ruhnk. Verissime Kellerus: «Hocce fragmentum et illa, quae e folio VIII. Taurinensi antecedunt extrema, ea non potuerunt in integra oratione magno intervallo inter se distare.» — *quis*] *qui* cum Ruhnkenio OK. Cf. p. 100. v. 26. — 7. *verum factum*] *per vim factum* BO. Ad locutionem *verum fieri* Kellerus confert Lael. 18, 65. — *esset, tamen in*] ESSETNONMODOSERVOS | TAMENIN T, *esset non modo servos. Tamen in* P, *esset.* [*non modo servos. Tamen*] *in* BO, *esset,* [*non modo servos*] *tamen in* HK, quos secutus sum deletis quae illi secluserunt. Certissimum enim est, verba *non modo servos* e sequenti versu huc irrepsisse, cum oculus librarii a priore verbo ESSET ad posterius aberrasset. Cf. ad §. 30. Sententiam de coniectura haud satis concinne ita supplevit Huschkius: *Si igitur, L. Quinti, ita quoque, si illum ipsum locum, in quo familia tua M. Tulli servos occidit, tuum fuisse verum a te factum esset (si id tamen verum factum esset), tamen in eo ipso loco* cet. — 8. *Tulli* TPBHK. — 10. VIM T, *per vim* P. — 11. *deicere inpune* TPBH. — 12. *potuisse. Ego* BO: POTVISSETEGO T, *potuisset. Ego* P, *potuisse. Et ego* HK. Cf. ad §. 12. — 18. *At -- at*] *Ad -- ad* TPBH. — 20. *Tulli* TPBHK. — 21. *corium peti*] Cf. Seneca de const. sap. 14. — 22. *cotidiana* TPBHK. — 31. VILLAMMANSERVNT T. — 32. SAVCCIVS T. — 33. FECISSENT T. — 34. *obpugnarere* TPBH. — STATVTVMQVAM T.

sine summo omnium periculo potest, ut eum iure potuerit occidere, a quo metuisse se dicat, ne ipse posterius occideretur?

Cetera desiderantur.

Macrobius ***de diff. et soc. graeci latinique verbi*** **c. 6. (p. 242. ed. Iani):** ***Cicero pro Tullio*** **explicavit** ***ait.***

Victorinus p. 63. v. 35. ed. nostrae: ***Illa superior species (partitionis) cum proposuerit, quid conveniat, id ipsum ad se inclinat, ut pro se faciat id, quod adversarius confitetur: postea vero subiungit id, quod sit in controversia. Fecit hoc Cicero pro M. Tullio.*** **Dicam,** ***inquit,*** **vim factam a P. Fabii familia: adversarii non negant.** ***Hic proposuit quod adversarii fateantur. Deinde ipsum pro se fecit dicendo:*** **Damnum datum esse M. Tullio concedis: vici unam rem.** ***Item adiunxit alteram partem, in qua confessionem docet, cum dicit:*** **Vim hominibus armatis factam non negas: vici alteram.** ***Post quid in controversia sit proponit, cum dicit:*** **Dolo malo factum negas: de hoc iudicium est.**

Iulius Victor 6, 6. p. 224. ed. n.: ***Ab eventu in fine, ut M. Tullius Cicero:*** **Si iudicaveritis sine dolo malo posse familiam congregari, hominem occidi, omnibus facinorosis eandem licentiam permiseritis.**

Fortunatianus ***art. rhet. schol.*** **lib. II. p. 77. Capp.:** ***Voluntas legis -- quot modis consideratur? --- tertio, cum exemplo multarum legum probamus, praesentem quoque legem ita sentire, ut nos defendimus; sicut M. Tullius fecit pro M. Tullio et pro A. Caecina.***

---

1. *ut eum*] In his verbis desinit folium Taurinense nonum et ultimum. Quae statim sequuntur verba suppeditavit Quintilianus I. O. 5, 13, 21., qui habet etiam praecedentia verba *Quis hoc statuit* cet. — 5. Unum idemque hoc a Macrobio servatum ἀποσπασμάτιον esse cum eo, quod e Diomede grammatico mendose allatum inde a Beiero omnes pro diverso habuerunt, ex verbis utriusque scriptoris plenius exhibitis sponte apparebit. Macrobius l. l.: «*Explico, explicui,* quia *plico, plicui*: sed Cicero pro Tullio *explicavit* ait. Diomedes *de orat. et partibus orationis* L. I. p. 369. Putsch.: «Sunt quaedam verba, quae habent perfecta duplicia, ut -- *explico, explicui,* quoniam est *plico, plicui,* ut Virgilius, *Explicuit legio.* Sed *plicavi* (immo *explicavi)* legimus, ut est apud Ciceronem pro M. Tullio. — 6. Cf. ad p. 94. v. 19. — 16. Hunc locum primus ad orationem pro Tullio recte videtur rettulisse Kellerus. In verbis, quae apud Victorem proxime sequuntur *(Et si prohiberi non potest aut deiici, prohiberi domo tua potueris, et non habebis interdictum, quo restituaris.),* particula *Et* videtur ipsius Victoris esse, cetera cum Kellero ad or. p. Caecina 12, 35. referenda sunt. — 18. *licentiam permiseritis*] Cf. §. 40: *An quicquam interest, utrum magistratus peccato defensionem constituant, an peccandi potestatem licentiamque permittant?*

M. TULLII CICERONIS

ORATIONUM VERRINARUM

LIBRI SEPTEM.

RECOGNOVIT

CAR. ADOLPH. IORDAN.

ORATIO IN Q. CAECILIUM

QUAE DIVINATIO DICITUR.

NOTARUM EXPLICATIO.

I. Codices meliores:

G1 = *Guelferbytanus antiquior*, membranaceus.

G2 = *Guelferbytanus secundus*, chartaceus. Ambo codices post Zumptium accurate contulimus, non paucos eius errores correximus, multa autem menda atque eius generis lectiones, quae nullius pretii essent, non transcripsimus.

Ld = *Leidensis* a Petr. Burmanno negligenter collatus. Ubi huius codicis variae lectiones non diserte commemorantur, nihil certi de eo constat. Sed cum ex eodem fonte, quo G. 1. 2., deductus sit, denuo eum conferre non erat operae pretium. Horum trium codicum consensum significavimus G3.

ς = *Vetus codex C. Stephani*, sine dubio ex numero Parisiensium, praestantissimus. Editionem C. Stephani significavimus *St.*

λ = *Vetus codex Lambini*, item praestantissimus, plerumque cum ς conspirans. Horum duorum codicum varias lectiones, quotquot apud Stephanum et Lambinum invenimus, enotavimus omnes.

D = *Parisiensis* nr. 7823., de quo v. Zumptium p. XII. Videtur non differre a Stephaniano.

Lg.29 = Lagomarsinianus nr. 29, membranaceus Saec. XV., qui medium quendam locum tenet inter meliores et deteriores codices, sed propius tamen ad meliores accedit.

C = Cuiacianus, ex quo varias lectiones aliquot enotavit Lambinus, sicut ex codicibus Memmianis, quos significavimus *codd. Lbi.*

A = Pseudo-Asconius.

S = Scholiasta Gronovianus.

II. Codices deteriores *(dtt.)*.

Huc sunt referendi *Lagomarsiniani* octo reliqui 1. 5. 6. 14. 27. 42. 45. 48., duo *Palatini* Gruteri, codex *Ursini*, codex *Hotomani*, duo *Franciani* Graevii, *Iannoctianus* Garatonii, *Meiningensis* Facii, *Huydecoperanus* (*H*), *Oxoniensis* (ψ), tres *Parisienses* Lalle-

mandi, quorum quidem incerta ac dubia est fides et auctoritas. Hi codices ita distant a melioribus, ut cum iis nullo modo sint comparandi; quamobrem eorum scripturas non singillatim, sed generatim plerumque attulimus.

ctt. = ceteri codices noti et diligenter collati, in quorum numero sunt maxime habendi G. 1. 2. Lagomarsiniani omnes, H. Mein. ψ.

Editionem *Lambini* 1566. significavimus *L*, *Garatonii* curas secundas, Ravennae asservatas et a *Tych. Mommsenio* mecum communicatas *Garat. II.*, editionem *Orellianam* priorem *O*, editionem *Klotzii* Teubnerianam a. 1852. *Kl.*

I. 1. Si quis vestrum, iudices, aut eorum qui adsunt forte miratur me, qui tot annos in causis iudiciisque publicis ita sim versatus, ut defenderim multos, laeserim neminem, subito nunc mutata voluntate ad accusandum descendere: is, si mei consilii causam rationemque cognoverit, una et id quod facio probabit, et in hac causa profecto neminem praeponendum mihi esse actorem putabit. 2. Cum quaestor in Sicilia fuissem, iudices, itaque ex ea provincia decessissem, ut Siculis omnibus iucundam diuturnamque memoriam quaesturae nominisque mei relinquerem: factum est, uti cum summum in veteribus patronis multis, tum nonnullum etiam in me praesidium suis fortunis constitutum esse arbitrarentur. Qui nunc populati atque vexati cuncti ad me publice saepe venerunt, ut suarum fortunarum omnium causam defensionemque susciperem: me saepe esse pollicitum, saepe ostendisse dicebant, si quod tempus accidisset, quo tempore aliquid a me requirerent, commodis eorum me non defuturum. 3. Venisse tempus aiebant, non iam ut commoda sua, sed ut vitam salutemque totius provinciae defenderem: sese iam ne deos quidem in suis urbibus, ad quos confugerent, habere, quod eorum simulacra sanctissima C. Verres ex delubris religiosissimis sustulisset. (Quas res luxuries in flagitiis, crudelitas in suppliciis, avaritia in rapinis, superbia in contumeliis efficere potuisset,) eas omnes sese hoc uno praetore per triennium pertulisse; rogare et orare, ne illos supplices aspernarer, quos me incolumi nemini supplices esse oporteret. II. 4. Tuli graviter et acerbe, iudices, in eum me locum adduci, ut aut eos homines spes falleret, qui opem a me atque auxilium petissent, aut ego, qui me ad defendendos homines ab ineunte adolescentia dedissem, tempore atque officio coactus ad accusandum traducerer. Dicebam eos habere actorem Q. Caecilium, qui praesertim quaestor in sua provincia

---

1. *eorum* codd. A. Diomed. II. p. 464. P. Prisc. II. p. 143. Kr.: *horum* coni. Osann. ad Rep. p. 457 sq. — *miratur* G1 Lg42. Diomed. l. l. Prisc. II. p. 143. 152.: *mirantur* D G2 Ld Lg29 p. m. Pomp. apud Heusing. ad Off. I. 41, 10. — 2. *per tot annos* G2 Ld Quint. IV. 1, 49. — 3. *defenderem* D Lg29. — 4. *descendere* ς Lg42. Pal. 1. dtt. alii ap. Asc. prob. Madv. de Asc. p. 100: *descenderim* G3, codd. Lbi, Pal. 2. A. cf. Quint. IV. 1, 49. — 6. *mihi esse* G1 2 D λ Lg29 Diomed. p. 466: *esse mihi* ς O. — 7. *o iudices* Iul. Severian. p. 423. Capp. — *discessissem* G3 ς. — 8. *iocundam* G1 et sic semper; *praeclaram* Ld. — 11. *qui*] *quare* G2 D. — 12. *fort. suarum* G2. — 14. *a me aliquid* G2. — 21. *illos*] *eos* Non. p. 360. 383. Merc. — 22. *esse*] *isse* ς. — 23. *tuli -- iudices* Non. p. 407. — *adduci* G3 D λ S: *adductum* dtt. — 24. *petissent* codd.: *exspectassent* St. L. — 25. *qui me -- traducerer* Arus. M. p. 265. L. — *adulescentia* Lg29 et sic semper. — *dedidissem* Halmius ad or. p. Rosc. Am. §. 18. — 26. *habere eos* dtt. Quint. IX. 2, 59. O. — 27. *quaestor* om. G1 2. — *sua* G3 D λ: *eadem* dtt. O. — *provincia* G3 D: *provincia post me quaestorem* dtt. O. prob. Kahnt. Progr. Cizens. 1837. p. 5.

fuisset. Quo ego adiumento sperabam hanc a me posse molestiam demoveri, id mihi erat adversarium maxime. Nam illi multo mihi hoc facilius remisissent, si istum non nossent aut si iste apud eos quaestor non fuisset. 5. Adductus sum, iudices, officio, fide, misericordia, multorum bonorum exemplo, vetere consuetudine institutoque maiorum, ut onus huius laboris atque officii non ex meo, sed ex meorum necessariorum tempore mihi suscipiendum putarem. (Quo in negotio tamen illa me res, iudices, consolatur, quod haec quae videtur esse accusatio mea non potius accusatio quam defensio est existimanda.) Defendo enim multos mortales, multas civitates, provinciam Siciliam totam. Quamobrem, quia mihi unus est accusandus, propemodum manere in instituto meo videor et non omnino a defendendis hominibus sublevandisque discedere. 6. Quod si hanc causam tam idoneam, tam illustrem, tam gravem non haberem; si aut hoc a me Siculi non petissent aut mihi cum Siculis causa tantae necessitudinis non intercederet et hoc quod facio me rei publicae causa facere profiterer, ut homo singulari cupiditate, audacia, scelere praeditus, cuius furta atque flagitia non in Sicilia solum, sed in Achaia, Asia, Cilicia, Pamphylia, Romae denique ante oculos omnium maxima turpissimaque nossemus, me agente in iudicium vocaretur: quis tandem esset, qui meum factum aut consilium posset reprehendere? III. 7. Quid est, pro deum hominumque fidem! in quo ego rei publicae plus hoc tempore prodesse possim? quid est, quod aut populo Romano gratius esse debeat aut sociis exterisque nationibus optatius esse possit aut saluti fortunisque omnium magis accommodatum sit? Populatae, vexatae, funditus eversae provinciae: (socii stipendiariique populi Romani afflicti, miseri) iam non salutis spem, sed solatium exitii quaerunt. 8. Qui iudicia manere apud ordinem senatorium volunt, queruntur accusatores se idoneos non habere; qui accusare possunt, iudiciorum severitatem desiderant. Populus Romanus interea, tametsi multis incommodis difficultatibusque affectus est, tamen nihil aeque in re publica atque illam veterem iudiciorum vim gravitatemque requirit. Iudiciorum desiderio tribunicia potestas efflagitata est: iudiciorum levitate ordo quoque alius ad res iudicandas postulatur: iudicum culpa atque dedecore etiam censorium nomen, quod asperius antea populo videri solebat, id nunc poscitur, id iam populare et plausibile factum est. 9. In hac libidine hominum nocentissimorum, in populi Romani quotidiana querimonia, iudiciorum infamia, totius ordinis offensione cum hoc unum his tot incommodis remedium esse arbitrarer, ut homines idonei atque integri causam rei publicae legumque susciperent: fateor me salutis

---

1. *posse mol.* G1 2 St.: *mol. posse* dtt. O. — *demoveri* 6 Lgg. L: *dimoveri* G1 2, tres Lgg., O; *amoveri* Ld. — 2. *idem id mihi* G2 λ. — 5. *vetere* A S: *vetera* G2; *veteri* ctt. O. At cf. §. 43. Act. I. §. 5. Lib. I. §. 115. III. §. 16. 61. IV. §. 1. V. §. 16. 145. coll. Prisc. I. p. 333. Halm. ad orat. de imp. Pomp. p. 144. — *institutisque* G2. — 6. *huius* G1 2 D: *hoc* dtt. O. — 8. *res me* G1 2. — 11. *quia mihi unus* G2 ς λ: *quia unus mihi* G1; *si mihi unus* dtt. O. — 12. *videor* G1 al.: *video me* G2 D ς λ. — 20. *consilium aut factum* Franc. Parr. Lallem. At cf. III. §. 212. 213. Halm. ad Sest. p. 146. — 25. *vexatae* A S, codd. praeter G1 2, in quibus est *vexataeque*. — 26. *solatium exitii* G3 D λ: *exitii solatium* dtt. O. — 27. *qui -- volunt* Non. p. 349. — *senatorum* G1. — 31. *vet. vim grav. requirit iudiciorum. Itaque desiderio* G1. — 32. *lenitate* G1 2. — 35. *et pl.* G2 D Lgg29 42: *atque pl.* dtt. O; *atque etiam pl.* G1. — 36. *cotidiana* G1 2 et sic semper. — 38. *esse remedium* G1.

omnium causa ad eam partem accessisse rei publicae sublevandae, quae maxime laboraret. 10. Nunc, quoniam quibus rebus adductus ad causam accesserim demonstravi, dicendum necessario est de contentione nostra, ut in constituendo accusatore quid sequi positis habeatis.

Ego sic intelligo, iudices: cum de pecuniis repetundis nomen cuiuspiam deferatur, si certamen inter aliquos sit, cui potissimum delatio detur, haec duo in primis spectari oportere: quem maxime velint actorem esse ii, quibus factae esse dicantur iniuriae, et quem minime velit is, qui eas iniurias fecisse arguatur. IV. 11. In hac causa, iudices, tametsi utrumque esse arbitror perspicuum, tamen de utroque dicam, et de eo prius, quod apud vos plurimum debet valere, hoc est, de voluntate eorum, quibus iniuriae factae sunt; quorum causa iudicium de pecuniis repetundis est constitutum. Siciliam provinciam C. Verres per triennium depopulatus esse, Siculorum civitates vastasse, domos exinanisse, fana spoliasse dicitur. Adsunt, queruntur Siculi universi: ad meam fidem, quam habent spectatam iam et cognitam, confugiunt: auxilium sibi per me a vobis atque a populi Romani legibus petunt: me defensorem calamitatum suarum, me ultorem iniuriarum, me cognitorem iuris sui, me actorem causae totius esse voluerunt. 12. Utrum, Q. Caecili, hoc dicis, me non Siculorum rogatu ad causam accedere, an optimorum fidelissimorumque sociorum voluntatem apud hos gravem esse non oportere? Si id audebis dicere, quod C. Verres, cui te inimicum esse simulas, maxime existimari vult, Siculos hoc a me non petisse: primum causam inimici tui sublevabis, de quo non praeiudicium, sed plane iudicium iam factum putatur, quod ita percrebruit, Siculos omnes actorem suae causae contra illius iniurias quaesisse. 13. Hoc si tu, inimicus eius, factum negabis, quod ipse, cui maxime haec res obstat, negare non audet, videto ne nimium familiariter inimicitias exercere videare. Deinde sunt testes viri clarissimi nostrae civitatis, quos omnes a me nominari non est necesse: eos qui adsunt appellabo: quos, si mentirer, testes esse impudentiae meae minime vellem. Scit is, qui est in consilio, C. Marcellus: scit is, quem adesse video, Cn. Lentulus Marcellinus: quorum fide atque praesidio Siculi maxime nituntur, quod omnino Marcellorum nomini tota illa provincia adiuncta est. 14. Hi sciunt hoc non modo a me petitum esse, sed ita saepe et ita vehementer esse petitum, (ut aut causa mihi suscipienda fuerit aut officium necessitudinis repudiandum.) Sed quid ego his testibus utor, quasi res dubia aut obscura sit? Adsunt homines ex tota provincia nobilissimi, qui praesentes vos orant atque obsecrant, iudices, ut in actore causae suae deligendo vestrum iudicium ab suo iudicio ne discrepet. Omnium civitatum totius Siciliae legationes adsunt praeter duas civitates: quarum

---

1. *sublevandam* coni. Urs. prob. Garat. — 2. *laboret* Franc. — 8. *minime velit* G1 Pall. al. cf. c. 7. init. Mar. Victor. p. 64: *maxime velit* G2 Ld ς C codd. Lbi. — 13. *repetendis* G2; *repetñdis* G1. — 16. *et cognitam* G2 Ld D ς coll. Act. I. §. 29: *et diu cognitam* G1 dtt. O. «At Cicero potius scripsisset *spectatam iamdiu et cognitam*». Madv. de Asc. App. p. 32. — 19. *volunt* G2 Ld. — 20. *dicis* G2 D ς λ Lg29, cf. ad §. 58.: *dicit* Ld; *dices* G1 dtt. O. — 25. *percrebruit* G1 St.: *percrebunt* G2; *percrebuit* Lgg. pleriq. O. — 26. *actorem me* coni. Menard. O. At vide Madv. de Asc. App. p. 36. — 29. *omnes*] *homines* G2 Ld ς. — 30. *necesse non est* G1. — 33. *nituntur*] sic vulgo: *utuntur* codd. noti. At cf. Act. I. §. 15. — 36. *aut causa*] *causa* G2 ς. — 37. *his talibus test.* G1. — *dubia sit aut obsc.* ς. — 40. *a suo* G2.

duarum si adessent, duo crimina vel maxima minuerentur, quae cum his civitatibus C. Verri communicata sunt. 15. At enim cur a me potissimum hoc praesidium petiverunt? Si esset dubium, petissent necne, dicerem, cur petissent. Nunc vero cum id ita perspicuum sit, ut oculis iudicare possitis: nescio cur hoc mihi detrimento esse debeat, si id mihi obiiciatur, me potissimum esse delectum. 16. Verum id mihi non sumo, iudices, et hoc non modo in oratione mea non pono, sed ne in opinione quidem cuiusquam relinquo, me omnibus patronis esse praepositum. Non ita est: sed unius cuiusque temporis, valetudinis, facultatis ad agendum ducta ratio est. Mea fuit semper haec in hac re voluntas et sententia, quemvis ut hoc mallem de iis, qui essent idonei, suscipere quam me: me ut mallem quam neminem. V. 17. Reliquum est iam, ut illud quaeramus, cum hoc constet, Siculos a me petisse, ecquid hanc rem apud vos animosque vestros valere oporteat: ecquid auctoritatis apud vos in suo iure repetundo socii populi Romani, supplices vestri, habere debeant. De quo quid ego plura commemorem? quasi vero dubium sit, quin tota lex de pecuniis repetundis sociorum causa constituta sit. 18. Nam civibus cum sunt ereptae pecuniae, civili fere actione et privato iure repetuntur: haec lex socialis est; hoc ius nationum exterarum est; hanc habent arcem, minus aliquanto nunc quidem munitam quam antea, verum tamen, si qua reliqua spes est, quae sociorum animos consolari possit, ea tota in hac lege posita est: cuius legis non modo a populo Romano, sed etiam ab ultimis nationibus iam pridem severi custodes requiruntur. 19. Quis ergo est, qui neget oportere eorum arbitratu lege agi, quorum causa lex sit constituta? Sicilia tota, si una voce loqueretur, hoc diceret: Quod auri, quod argenti, quod ornamentorum in meis urbibus, sedibus, delubris, quod in unaquaque re beneficio senatus populique Romani iuris habui, id mihi tu, C. Verres, eripuisti atque abstulisti; quo nomine abs te sestertium milies ex lege repeto. Si universa, ut dixi, provincia loqui posset, hac voce uteretur: quoniam id non poterat, harum rerum actorem, quem idoneum esse arbitrata est, ipsa delegit. 20. In eiusmodi re quisquam tam impudens reperietur, qui ad alienam causam invitis iis, quorum negotium est, accedere aut adspirare audeat? VI. Si tibi, Q. Caecili, hoc Siculi dicerent: Te non novimus; nescimus qui sis; numquam te antea vidimus; sine nos per eum nostras fortunas defendere, cuius fides est nobis cognita: nonne id dicerent, quod cuivis probare deberent? Nunc hoc dicunt: utrumque se nosse; alterum se cupere defensorem esse fortunarum suarum, alterum plane nolle. 21. Cur nolint, etiamsi taceant, satis dicunt.

---

2. *is* (i. e. *iis*) *civit.* Prob. p. 144. Lind. — *quae -- sunt* Claud. Sacerdos in Anall. gramm. p. 74. — 3. *petierunt* Lg29. — *petissent* G2 Ld ς prob. Madv. Op. I. p. 339 sq.: *petissent a me praesidium* G1 dtt. O. — 4. *id* om. G2 Ld. — 6. *dilectum* G2 D ς λ. — 8. *cuiuspiam* G2. — 9. *valitudinis* λ Lgg. pleriq. — 10. *haec* om. G2 ς. At cf. §. 97. p. Caec. §. 101. ibiq. nos in comment. de cod. Tegerns. p. 19. — 18. *et ex priv.* G1; *privato* A. — 20. *mun. nunc quid.* dtt.; *quidem n. m.* ς. — 24. *ergo* G1 2 D: *igitur* ctt. O. — 27. *aedibus* coni. Man. Improbat praeeunte Ravio Varr. Lectt. II. p. 135. Halm. ad h. l. Recte. — *delubris* G2 Ld D ς prob. Garat. II. Madv.: *delubris fuit* G1 dtt. O. — 28. *senati* contra codd. O ex Charis. p. 82. Lind. (Recte, opinor. Cf. Ritschl *Rh. Mus. N. F.* VIII. p. 494 sq. BAIT.) — *populi* G1 2 ς. — 30. *posset loqui prov.* G1. — 32. *huiusmodi* dtt. O. — 34. *accedere -- audeat* Arus. M. p. 217. — 35. *quis sis* Ld. — 39. *taceant* G3 ς: *tacent* A; *tacerent* dtt. O.

Verum non tacent: tamen iis invitissimis te offeres? tamen in aliena causa loquere? tamen eos defendes, qui se ab omnibus desertos potius quam abs te defensos esse malunt? tamen iis operam tuam pollicebere, qui te neque velle sua causa nec, si cupias, posse arbitrantur? Cur eorum spem exiguam reliquarum fortunarum, quam habent in legis et in iudicii severitate positam, vi extorquere conaris? cur te interponis invitissimis iis, quibus maxime lex consultum esse vult? cur de quibus in provincia non optime es meritus, eos nunc plane fortunis omnibus conaris evertere? cur iis non modo persequendi iuris sui, sed etiam deplorandae calamitatis adimis potestatem? 22. Nam te actore quem eorum adfuturum putas, quos intelligis, non ut per te alium, sed ut per alium aliquem te ipsum ulciscantur, laborare?

VII. At enim solum id est, ut me Siculi maxime velint: alterum illud, credo, obscurum est, a quo Verres minime se accusari velit. Ecquis umquam tam palam de honore, tam vehementer de salute sua contendit, quam ille atque illius amici, ne haec mihi delatio detur? Sunt multa, quae Verres in me esse arbitratur, quae scit in te, Q. Caecili, non esse: quae cuiusmodi in utroque nostrum sint, paulo post commemorabo. 23. Nunc tantum id dicam, quod tacitus tu mihi assentiare: nullam rem in me esse, quam ille contemnat; nullam in te, quam pertimescat. Itaque magnus ille defensor et amicus eius tibi suffragatur, me oppugnat; aperte a iudicibus petit, ut tu mihi anteponare, et ait hoc se honeste sine ulla invidia ac sine ulla offensione contendere. — Non enim, inquit, illud peto, quod soleo, cum vehementius contendi, impetrare; reus ut absolvatur, non peto, sed ut potius ab hoc quam ab illo accusetur, id peto. Da mihi hoc; concede, quod facile est, quod honestum, quod non invidiosum: quod cum dederis, sine ullo tuo periculo, sine infamia illud dederis, ut is absolvatur, cuius ego causa laboro. — 24. Et ait idem, ut aliquis metus adiunctus sit ad gratiam, certos esse in consilio, quibus ostendi tabellas velit: id esse perfacile; non enim singulos ferre sententias, sed universos constituere: ceratam unicuique tabellam dari cera legitima, non illa infami ac nefaria. Atque is non tam propter Verrem laborat, quam quod eum minime res tota delectat. Videt enim, si a pueris nobilibus, quos adhuc elusit, si a quadruplatoribus, quos non sine causa contempsit semper ac pro nihilo putavit, accusandi voluntas ad viros fortes spectatosque homines trans-

1. *iis*] *his* O. In G1 2 fere semper legitur *hiis* pro *his* et *iis*, ita ut horum codicum nulla prorsus sit in hac re auctoritas. — *offeres* G1 2 Lg42: *offers* Ld D ς dtt. — 2. *defendis* G2 St. — *se* om. G2 Ld ς. — 3. *iis*] *his* O. — 4. *sua causa* G3 D ς, Rufin. de figur. §. 30. cf. ad Fam. I. 1, 1. III. 7, 6.: *suam causam* dtt.; Franc. pr. addit *tueri*, ψ *defendere*. — 6. *in iud.* G1 2 ς: *in* om. dtt. O. — 7. *iis* L O: *his* al. sic postea. — 10. *nam* G1 2 D Lg29 42: *num* (ς *nunc*) dtt. O. — 12. *alium aliquem* G1 2 D C ς: *aliquem* dtt. O. — 13. *solum* codd. noti: *solidum* aliquot codd. habere tradit Lamb. O. — 16. *ne haec* G1 Ld D: *ne hoc* G2; *ut ne haec* dtt. O. — 17. *Q. Caecili*] *Caecili* G2 Ld Lg29, cf. Ellendt. ad Cic. de Orat. Vol. II. p. 345. — 21. *tibi*] *tibi Hortensius* dtt. e glossa. Vide etiam Rau. II. p. 139. — 22. *a iud.* G1 2: *ab iud* al. O. — 23. *non enim, inquit, illud* A G1 al. Prisc. II. p. 231: *non illud peto* G2 Ld ς. In G2 hic et infra supra *peto* a librario additum est *dicit*. — 25. *potius ab hoc* G3 ς: *ab hoc pot.* dtt. O. — 26. *da -- est* Non. p. 269. — *facile*] *fidele* A. — *honestum est* G2 Ld. — 28. *ut is* G1 Arus. M. p. 244: *is* om. G2 Ld D ς. — 31. *sententiam* A Ld.

lata sit, sese in iudiciis diutius dominari non posse. VIII. 25. Huic ego homini iam ante denuntio, si a me causam hanc vos agi volueritis, rationem illi defendendi totam esse mutandam, et ita tamen mutandam, ut meliore et honestiore condicione, quam qua ipse vult, imitetur homines eos, quos ipse vidit amplissimos, L. Crassum et M. Antonium, qui nihil se arbitrabantur ad iudicia causasque amicorum praeter fidem et ingenium afferre oportere. Nihil erit, quod me agente arbitretur iudicium sine magno multorum periculo posse corrumpi. 26. Ego in hoc iudicio mihi Siculorum causam receptam, populi Romani susceptam esse arbitror, ut mihi non unus homo improbus opprimendus sit, id quod Siculi petiverunt, sed omnino omnis improbitas, id quod populus Romanus iam diu flagitat, exstinguenda atque delenda sit. In quo quid eniti aut quid efficere possim, malo in aliorum spe relinquere quam in oratione mea ponere.

27. Tu vero, Caecili, quid potes? quo tempore aut qua in re non modo ceteris specimen aliquod dedisti, sed tute tui periculum fecisti? In mentem tibi non venit, quid negotii sit causam publicam sustinere, vitam alterius totam explicare atque eam non modo in animis iudicum, sed etiam in oculis conspectuque omnium exponere, sociorum salutem, commoda provinciarum, vim legum, gravitatem iudiciorum defendere? IX. Cognosce ex me, quoniam hoc primum tempus discendi nactus es, quam multa esse oporteat in eo, qui alterum accuset: ex quibus si unum aliquod in te cognoveris, ego iam tibi ipse istuc, quod expetis, mea voluntate concedam. Primum integritatem atque innocentiam singularem. Nihil est enim, quod minus ferendum sit, quam rationem ab altero vitae reposcere eum, qui non possit suae reddere. 28. Hic ego de te plura non dicam: unum illud credo omnes animadvertere, te adhuc a nullis nisi a Siculis potuisse cognosci: Siculos hoc dicere, cum eidem sint irati, cui tu te inimicum esse dicis, sese tamen te actore ad iudicium non adfuturos. Quare negent, ex me non audies: hos patere id suspicari, quod necesse est. Illi quidem, ut est hominum genus nimis acutum et suspiciosum, non te ex Sicilia litteras in Verrem deportare velle arbitrantur, sed, quod isdem litteris illius praetura et tua quaestura consignata sit, asportare te velle ex Sicilia litteras suspicantur. 29. Deinde

---

1. *sese* G1 2 Lg29: *se* dtt. O. — *diutius* om. dtt. — 3. *et ita tamen mut.* om. G2 Ld D. In G1 et al. dtt. pro *tamen* est *causam*, ortum e nota *cam*, quae non raro in codd. legitur, pro *tam* i. e. *tamen.* (*et ita eam mut.* Halmius.) — 4. *et honestiore* om. A in lemmate. — *condicione* G3 ς 8 Lgg. Rau. II. p. 139: *condicione sit* A Lg45 O. — *vult* G2 Ld ς, prob. Gar. II. Rau. l. l.: *esse vult* G1 dtt. O. — *imitetur* G3 D al.: *ut imitetur* Lg29 al. O. — 10. *non unus* A al.: *non nisi unus* G1 D; *non tantum unus* G2. — *homo* om. A. — 11. *omnino omnis* Iannoct. St. L, Osann. ad Rep. p. 295. coll. Hand. Turs. IV. p. 378. Seyff. ad Lael. p. 469: *omnino* ctt. codd. et cod. Asconii ap. Graev.; *omnis* A ibiq. Baiter. — *quod - - sit* Claudius Sacerdos p. 71. — 12. *efflagitat* Prob. p. 144. — *extincta atque deleta sit* Probus et Sacerd. l. l. — *in quo* G3 ς: *in quo ego* dtt. O. — 16. *spec. ceteris* dtt. O. — 17. *quid negotii sit* om. Donat. ad Ter. Eun. 3, 4, 24. — 18. *vitam - - explicare* Non. p. 299. — 21. *tempus discendi* G1 D St. al.: *dicendi tempus* G2 Ld. — 23. *aliquod* om. G2 Ld ς λ. Vulgatam bene tuetur Klotz. Lex. s. v. *aliquis* p. 300. coll. lib. I. §. 62. de orat. II. §. 292. — *ipse* om. dtt. — *istud* G2 Ld. — 27. *ab nullis* dtt. O. — 28. *a Siculis* A G2, cf. III. §. 173. IV. §. 103: *ab Sic.* G1 al. cf. §. 32. 48. 63. et Osann. ad Rep. p. 81. Hand. Turs. I. p. 5. — 31. *ut*] *quod* G2. — *nimis* om. G2 Ld. — 33. *quod* G1 2 ς Lg29 al. Serv. ad Aen. II. 778: *cum* dtt. — 34. *asportare*] *has portare* G1. 2.

accusatorem firmum verumque esse oportet. Eum ego si te putem cupere esse, facile intelligo esse non posse. Nec ea dico, quae si dicam, tamen infirmare non possis: te, antequam de Sicilia decesseris, in gratiam redisse cum Verre; Potamonem, scribam et familiarem tuum, retentum esse a Verre in provincia, cum tu decederes; M. Caecilium, fratrem tuum, lectissimum atque ornatissimum adolescentem, non modo non adesse neque tecum tuas iniurias persequi, sed esse cum Verre et cum illo familiarissime atque amicissime vivere. Sunt et haec et alia in te falsi accusatoris signa permulta, quibus ego nunc non utor: hoc dico, te, si maxime cupias, tamen verum accusatorem esse non posse. 30. Video enim permulta esse crimina, quorum tibi societas cum Verre eiusmodi est, ut ea in accusando attingere non audeas. X. Queritur Sicilia tota C. Verrem ab aratoribus, cum frumentum sibi in cellam imperavisset et cum esset tritici modius HS II, pro frumento in modios singulos duodenos sestertios exegisse. Magnum crimen, ingens pecunia, furtum impudens, iniuria non ferenda. Ego hoc uno crimine illum condemnem necesse est: tu, Caecili, quid facies? 31. Utrum hoc tantum crimen praetermittes an obiicies? Si obiicies, idne alteri crimini dabis, quod eodem tempore in eadem provincia tu ipse fecisti? Audebis ita accusare alterum, ut, quo minus tute condemnere, recusare non possis? Sin praetermittes, qualis erit tua ista accusatio, quae domestici periculi metu certissimi et maximi criminis non modo suspicionem, verum etiam mentionem ipsam pertimescat? 32. Emptum est ex S. C. frumentum ab Siculis praetore Verre, pro quo frumento pecunia omnis soluta non est. Grave est hoc crimen in Verrem, grave me agente, te accusante nullum. Eras enim tu quaestor: pecuniam publicam tu tractabas, ex qua, etiam si cuperet praetor, tamen ne qua deductio fieret, magna ex parte tua potestas erat. Huius quoque igitur criminis te accusante mentio nulla fiet. Silebitur toto iudicio de maximis et notissimis illius furtis et iniuriis. Mihi crede, Caecili, non potest in accusando socios vere defendere is, qui cum reo criminum societate coniunctus est. 33. Mancipes a civitatibus pro frumento pecuniam exegerunt. Quid? hoc Verre praetore factum est solum? Non, sed etiam quaestore Caecilio. Quid igitur? daturus es huic crimini, quod et potuisti prohibere ne fieret et debuisti? an totum id relinques? Ergo id omnino Verres in iudicio suo non audiet, quod cum faciebat, quemadmodum defensurus esset, non reperiebat. XI. Atque ego haec, quae in medio posita sunt, commemoro. Sunt alia magis occulta furta, quae ille, ut istius, credo, animos atque impetus retardaret, benignissime cum quaestore suo communicavit. 34. Haec tu scis ad me esse delata: quae si velim proferre, facile omnes intelligent vobis inter vos non modo voluntatem fuisse coniunctam, sed ne praedam quidem adhuc esse divisam. Quapropter si tibi iudicium postulas dari, quod tecum una fecerit, concedo, si id lege permittitur: sin autem de accusatione dici-

7. *et cum illo* G1 2 ς Lg29 : *cum illo* dtt. O. — 8. *et haec* G1 2 ς D : *haec* dtt. O. — 10. *non esse posse* G1 2 D λ. — 13. *sibi* om. A in lemmate. Cf. III. §. 188. 211. coll. III. §. 202. — *HS II* G2 St. Non. p. 290. cf. III. §. 189 : *HS V* al.; *HS IV* Lgg.; om. G1. — 21. *sin*] *si* Lgg. praeter 29. — *praetermittis* ς Lg29. — *tua ista* G1, tres Parr., Lgg. pleriq. cf. II. §. 111. V. §. 117 : *ista tua* G2 al. O. — 40. *cum quaest. suo benign.* dtt. O.

mus, concedas oportet iis, qui nullo suo peccato impediuntur, quo minus alterius peccata demonstrare possint. 35. Ac vide, quantum interfuturum sit inter meam et tuam accusationem. Ego etiam quae tu sine Verre commisisti, Verri crimini daturus sum, quod te non prohibuerit, cum summam ipse haberet potestatem: tu contra ne quae ille quidem fecit obiicies, ne qua ex parte coniunctus cum eo reperiare.

Quid? illa, Caecili, contemnendane tibi videntur esse, sine quibus causa sustineri praesertim tanta nullo modo potest? aliqua facultas agendi? aliqua dicendi consuetudo? aliqua in foro, iudiciis, legibus aut ratio aut exercitatio? 36. Intelligo, quam scopuloso difficilique in loco verser. Nam cum omnis arrogantia odiosa est, tum illa ingenii atque eloquentiae multo molestissima. Quamobrem nihil dico de meo ingenio: neque est, quod possim dicere; neque, si esset, dicerem. Aut enim id mihi satis est, quod est de me opinionis, quidquid est: aut, si id parum est, ego maius id commemorando facere non possum. XII. 37. De te, Caecili (iam mehercule hoc extra hanc contentionem certamenque nostrum familiariter tecum loquar), tu ipse quemadmodum existimes, vide etiam atque etiam; (et tu te collige, et qui sis et quid facere possis, considera.) Putasne te posse de maximis acerbissimisque rebus, cum causam sociorum fortunasque provinciae, ius populi Romani gravitatemque iudicii legumque susceperis, tot res, tam graves, tam varias voce, memoria, consilio, ingenio sustinere? 38. Putasne te posse, quae C. Verres in quaestura, quae in legatione, quae in praetura, quae Romae, quae in Italia, quae in Achaia, Asia Pamphyliaque peccarit, ea, quemadmodum locis temporibusque divisa sint, sic criminibus et oratione distinguere? Putasne posse, id quod in eiusmodi reo maxime necessarium est, facere, ut, quae ille libidinose, quae nefarie, quae crudeliter fecerit, ea aeque acerba et indigna videantur esse iis, qui audient, atque illis visa sunt, qui senserunt? 39. Magna sunt ea, quae dico, mihi crede: noli haec contemnere. Dicenda, demonstranda, explicanda sunt omnia: causa non solum exponenda, sed etiam graviter copioseque agenda est. Perficiendum est, si quid agere aut proficere vis, ut homines te non solum audiant, verum etiam libenter studioseque audiant. In quo si te multum natura adiuvaret; si optimis a pueritia disciplinis atque artibus studuisses et in his elaborasses; si litteras Graecas Athenis, non Lilybaei, Latinas Romae, non in Sicilia didicisses: tamen esset magnum tantam causam, tam exspectatam et diligentia consequi et memoria com-

---

3. *et tuam* G1 (cf. §. 61. IV. §. 147. p. Sest. §. 127. in Pis. §. 16. Tusc. V. §. 32. de Orat. II. §. 89. III. §. 197. N. D. I. §. 16. III. §. 26. de Fin. I. §. 30. Off. I. §. 11. ad Att. X. 4, 1. in Cat. IV. §. 9. p. dom. §. 84. ad Quir. §. 13.): *tuamque* G2 Ld D, cf. infr. V. §. 85. prob. Wesenberg. Obsvv. critt. in Sest. p. 17.; *atque tuam* dtt. O, cf. Act. I. §. 55. — *Ego -- daturus sum* Non. p. 248. 279. — 14. *si id*] *si* G2. — 16. *hoc*] *haec* G2 Ld, cf. Rufin. I. 10. ibiq. Ruhnk. p. 203. Interpunctionem huius loci parentheseos signis positis (post Garat. II.) recte constituit Madv. in Cic. Legg. et Acadd. p. 168. — 18. *qui* A dtt. cf. §. 20.: *quis* G1 2 D. — 20. *gravitatemque* G1 2 St: *gravitatem* dtt. O. — 21. *susciperes* G1 2 D λ Lg29 p. m. — *res* om. G2 Ld D. — *varias res* Ld. — 24. *peccarit* G1 2 D ς λ C Pall. al.: *patrarit* Lg42 O. — 26. *te posse* dtt. nonn. cf. Ellendt. de Orat. Vol. II. p. 358. — *quod vel in* C. — *huiusmodi* G1 tres Lgg. — 29. *magna -- contemnere* Donat. ad Ter. Adelph. I. 2, 21. — 32. *proficere* D ς C Lg29 42: *perficere* G1 2 dtt. Cf. ad Att. I. §. 10. — 35. *laborasses* Lg29.

plecti et oratione expromere et voce ac viribus sustinere. 40. Fortasse dices: Quid? ergo haec in te sunt omnia? — Utinam quidem essent! verum tamen ut esse possent, magno studio mihi a pueritia est elaboratum. Quod si ego haec propter magnitudinem rerum ac difficultatem assequi non potui, qui in omni vita nihil aliud egi: quam longe tu te ab his rebus abesse arbitrare, quas non modo antea numquam cogitasti, sed ne nunc quidem, cum in eas ingrederis, quae et quantae sint suspicari potes? XIII. 41. Ego, qui, sicut omnes sciunt, in foro iudiciisque ita verser, ut eiusdem aetatis aut nemo aut pauci plures causas defenderint; et qui omne tempus, quod mihi ab amicorum negotiis datur, in his studiis laboribusque consumam, quo paratior ad usum forensem promptiorque esse possim: tamen, ita mihi deos velim propitios, ut, cum illius temporis mihi venit in mentem, quo die citato reo mihi dicendum sit, non solum commoveor animo, sed etiam toto corpore perhorresco. 42. Iam nunc mente et cogitatione prospicio, quae tum studia hominum, qui concursus futuri sint, quantam exspectationem magnitudo iudicii sit allatura, quantam auditorum multitudinem infamia C. Verris concitatura, quantam denique audientiam orationi meae improbitas illius factura sit. Quae cum cogito, iam nunc timeo, quidnam pro offensione hominum, qui illi inimici infensique sunt, et exspectatione omnium et magnitudine rerum dignum eloqui possim. 43. Tu horum nihil metuis, nihil cogitas, nihil laboras: si quid ex vetere aliqua oratione, IOVEM EGO OPTIMVM MAXIMVM, aut VELLEM, SI FIERI POTVISSET, IVDICES, aut aliquid eiusmodi ediscere potueris, praeclare te paratum in iudicium venturum arbitraris?

44. Ac si tibi nemo responsurus esset, tamen ipsam causam, ut ego arbitror, demonstrare non posses: nunc ne illud quidem cogitas, tibi cum homine disertissimo et ad dicendum paratissimo futurum esse certamen, quicum modo disserendum, modo omni ratione pugnandum certandumque sit: cuius ego ingenium ita laudo, ut non pertimescam; ita probo, ut me ab eo delectari facilius quam decipi putem posse. XIV. Numquam ille me opprimet consilio, numquam ullo artificio pervertet, numquam ingenio me suo labefactare atque infirmare conabitur. Novi omnes hominis petitiones rationesque dicendi; saepe in isdem, saepe in contrariis causis versati sumus. Ita contra me ille dicet, quamvis sit ingeniosus, ut nonnullum etiam de suo ingenio iudicium fieri arbitretur. 45. Te vero, Caecili, quemadmodum sit elusurus, quam omni ratione iactaturus, videre iam videor; quoties ille tibi potestatem optionemque

1. *expromere* G3 D ς λ Lg29 42: *exponere* dtt. O prob. Bake Schol. Hypomn. I. p. 58.; *exprimere* coni. Halm. probabiliter. — *ac viribus* G1 ς Lg29: *et vir.* G2 dtt. O. Cf. Zumpt. ad V. §. 39. — 2. *Quid ergo? haec* Zumpt. et Kl. — 8. *in iudiciisque* Lgg. praeter 45. — 9. *versor* G2 Ld. — 10. *omne rel. tempus* Victorin. p. 19. — 12. *mihi deos* G1 2 D Lg29 A Prisc. II. p. 249.: *deos mihi* O. Cf. V. §. 37. Hand. Turs. III. p. 494. — 13. *illius temp. mihi* G1 2 λ al. Prisc. II. p. 85. 252. 265. Don. ad Ter. Adelph. 5, 4, 47: *illius m. temp.* Lg29 Prisc. II. p. 249.; *mihi illius diei* A (qui alia quoque h. l. mutavit) Lg27. — *die* om. Ld. — 14. *toto* om. ap. Prisc. II. p. 85. 249. in aliquot codd. — 17. *C. Verr. infamia* dtt. O. — 19. *sit* om. dtt. O. — 20. *exspectatione hominum* G2; *exsp. hominum vel omnium* G1. — 22. *si* G3 D Lgg. omnes: *et si* dtt. O. — 27. *nec illud* Lg29. — 31. *me* om. G2 Ld D ς. — 32. *numquid* G2 ter; sed in G1 *nunquam* -- *nunquis* -- *nunquid.* — 33. *suo me* G2. — 38. *quotiens* G1 2 et sic semper.

facturus sit, ut eligas utrum velis: factum esse necne; verum esse an falsum; utrum dixeris, id contra te futurum. (Qui tibi aestus, qui error, quae tenebrae, di immortales! erunt) homini minime malo! Quid? cum accusationis tuae membra dividere coeperit et in digitis suis singulas partes causae constituere? Quid? cum unumquidque transigere, expedire, absolvere? Ipse profecto metuere incipies, ne innocenti periculum facesseris. 46. Quid? cum commiserari, conqueri et ex illius invidia deonerare aliquid et in te traiicere coeperit, commemorare quaestoris cum praetore necessitudinem constitutam, morem maiorum, sortis religionem, poterisne eius orationis subire invidiam? Vide modo: etiam atque etiam considera. Mihi enim videtur periculum fore, ne ille non modo verbis te obruat, sed gestu ipso ac motu corporis praestringat aciem ingenii tui teque ab institutis tuis cogitationibusque abducat. 47. Atque huiusce rei iudicium iam continuo video futurum. Si enim mihi hodie respondere ad haec, quae dico, potueris; si ab isto libro, quem tibi magister ludi nescio qui ex alienis orationibus compositum dedit, verbo uno discesseris; posse te et illi quoque iudicio non deesse et causae atque officio tuo satis facere arbitrabor: sin mecum in hac prolusione nihil fueris, quem te in ipsa pugna cum acerrimo adversario fore putemus?

XV. Esto: ipse nihil est, nihil potest: at venit paratus cum subscriptoribus exercitatis et disertis. Est tamen hoc aliquid, tametsi non est satis. Omnibus enim rebus is, qui princeps in agendo est, ornatissimus et paratissimus esse debet. Verum tamen L. Appuleium esse video proximum subscriptorem, hominem non aetate, sed usu forensi atque exercitatione tironem. 48. Deinde, ut opinor, habet Alienum, hunc tamen ab subselliis, qui quid in dicendo posset, numquam satis attendi: in clamando quidem video eum esse bene robustum atque exercitatum. In hoc spes tuae sunt omnes: hic, si tu eris actor constitutus, totum iudicium sustinebit. Ac ne is quidem tantum contendet in dicendo, quantum potest, sed consulet laudi et existimationi tuae et ex eo, quod ipse potest in dicendo, aliquantum remittet, ut tu tamen aliquid esse videare. Ut in actoribus Graecis fieri videmus, saepe illum, qui est se-

3. *quid? -- constituere* Claud. Sacerd. p. 36., qui habet *dividere membra* et tum *et in digitis sing. partes constituerit.* — 5. *unum quodque* dtt. O. — 7. *facessieris* Lg29 atque ita in quibusdam codd. inventum esse testatur Prisc. I. p. 505., qui tamen cum Diomede, Capro, Charisio alteram formam, quam h. l. optimi codd. tuentur, praeferendam censet. Reisig Schol. L. L. p. 228. et Haase ibid. p. 230. praeferunt *facessieris.* Cf. Tacit. Hist. IV. 43. — 8. *dehonerare* G2, *dehonorare* G1. Sic alibi in his codd. *hostium, habundare* pro *ostium, abundare* et eius generis alia. — 9. *constitutam more maiorum* coni. Gronov. — 10. *eius orationis subire invidiam* codd.: *eius orationi subire* Non. p. 404. Asconii edd. princc. et MS. Graevii; *eius orationis subire invidiae* Asc. ed. Ald. al.; *eis oratione subire* Arus. M. p. 259.; *eius orationi subire? Invidiam vide* Kl. Postquam *orationis* ob sequens *s* in *orationi* depravatum est, male *invidiam* cum *vide* a librariis coniunctum est. — 14. *si hoc mihi die* G2 Ld. — 16. *qui* G1 2 D. Non. p. 257: *quis* dtt. — 19. *nihil feceris* nonn. dtt. cf. §. 49. — *te ipsum in ipsa* G2. — 20. *putamus* coni. Madv. II. p. 44 sq. — 23. *in omnibus* A ibiq. Baiter. — 26. *Alienum* G1 2 A λ al.: *Allienum* O; *alienum* al. ap. Asc. — 27. *tamen*] *tm̄* (i. e. *tum* s. *tantum*) G1 2. In his codd. *tum, tamen, tantum* propter notarum similitudinem centies commutantur. — *ab subs.* Lg29 A in lemmate. cf. ad §. 28.; *a subs.* ctt. — *possit* G1 dtt. — 30. *iudicium* om. G2 ς. Tuetur h. v. etiam Claud. Sac. p. 73. — *Ac ne* G2 D Lg29: *at ne* G1 al. cf. §. 64. — 33. *Graecis*] *tragicis* coni. Valck.; *scaenicis* coni. Lange.

cundarum aut tertiarum partium, cum possit aliquanto clarius dicere quam ipse primarum, multum summittere, ut ille princeps quam maxime excellat: sic faciet Alienus: tibi serviet, tibi lenocinabitur, minus aliquanto contendet quam potest. 49. Iam hoc considerate, cuiusmodi accusatores in tanto iudicio simus habituri, cum et ipse Alienus ex ea facultate, si quam habet, aliquantum detracturus sit et Caecilius tum denique se aliquid futurum putet, si Alienus minus vehemens fuerit et sibi primas in dicendo partes concesserit. Quartum quem sit habiturus, non video, nisi quem forte ex illo grege moratorum, qui subscriptionem sibi postularunt, cuicumque vos delationem dedissetis. 50. Ex quibus alienissimis hominibus ita paratus venis, ut tibi hospes aliquis sit recipiendus. Quibus ego non sum tantum honorem habiturus, ut ad ea quae dixerint certo loco aut singillatim unicuique respondeam: sic breviter, quoniam non consulto, sed casu in eorum mentionem incidi, quasi praeteriens satis faciam universis. XVI. Tantane vobis inopia videor esse amicorum, ut mihi non ex iis, quos mecum adduxerim, sed de populo subscriptor addatur? vobis autem tanta inopia reorum est, ut mihi causam praeripere conemini potius, quam aliquos ad columnam Maeniam vestri ordinis reos reperiatis? 51. Custodem, inquit, Tullio me apponite. Quid? mihi quam multis custodibus opus erit, si te semel ad meas capsas admisero? qui non solum ne quid enunties, sed etiam ne quid auferas, custodiendus sis. Sed de isto custode toto sic vobis brevissime respondebo: non esse hos tales viros commissuros, ut ad causam tantam, a me susceptam, mihi creditam, quisquam subscriptor me invito adspirare possit. Etenim fides mea custodem repudiat, diligentia speculatorem reformidat.

52. Verum, ut ad te, Caecili, redeam, quam multa te deficiant, vides: quam multa sint in te, quae reus nocens in accusatore suo cupiat esse, profecto iam intelligis. Quid ad haec dici potest? Non enim quaero, quid tu dicturus sis: video mihi non te, sed hunc librum esse responsurum, quem monitor tuus hic tenet, qui, si te recte monere volet, suadebit tibi, ut hinc discedas neque mihi verbum ullum respondeas. Quid enim dices? An id quod dictitas, iniuriam tibi fecisse Verrem? Arbitror. Neque enim esset veri simile, cum omnibus Siculis faceret iniurias, te illi unum eximium cui consuleret fuisse. 53. Sed ceteri Siculi ultorem suarum iniuriarum invenerunt; tu, dum tuas iniurias per te, id quod non potes, persequi conaris, id agis, ut ceterorum quoque iniuriae sint impunitae atque inultae: et hoc te praeterit, non id solum spectari solere, qui debeat, sed etiam illud, qui possit ulcisci; in quo

7. *futurum* G2 Ld D Lg29: *facturum* G1 al. — *et sibi* G1 D p. m.: *et tibi* G2 al. — 9. *moratorum* coni. Cuiac. Obsvv. IV. 39. ex Asc., in cuius cod. Leid. *ex illo gregem oratorum* legi narrat Rau I. p. 176: *meatorum* D G2; *mercatorum* s. *morcatorum* al.; *oratorum* G1 dtt. — 13. *singillatim* Lg29. cf. §. 72. III. §. 100. V. §. 143. Kuehner ad Tusc. V. §. 94: *sigillatim* G2; *singulatim* G1 O. — 18. *ad columnam Maeniam* A. Parr. Lall., codd. (?) Urs. Wesenb. ad Sest. p. 67.: *a columna Maenia* Franc. pr.; *a columna aenea* s. *aerea* cett. codd. noti, etiam ς. — 21. *ad meas c. admisero* Claud. Sac. p. 71. — 23. *numquam tales viros commissuros* A. — 29. *intellige* G2. In G1 2 saepissime peccatur in terminationibus verborum *-re, -rem, -ret, -rent*, aliis eius generis. — 30. *tu* om. G2 D. — *non te - - tenet* Non. p. 412. — 37. *non potest* St. Don. ad Ter. Adelph. 2, 1, 9. coll. Bentl. ad Andr. 2, 1, 29.

utrumque sit, eum superiorem esse; in quo alterum, in eo non quid is velit, sed quid facere possit, quaeri solere. 54. Quod si ei potissimum censes permitti oportere accusandi potestatem, cui maximam C. Verres iniuriam fecerit: utrum tandem censes hos iudices gravius ferre oportere, te ab illo esse laesum, an provinciam Siciliam esse vexatam ac perditam? Opinor, concedes multo hoc et esse gravius et ab omnibus ferri gravius oportere. Concede igitur, ut tibi anteponatur in accusando provincia: nam provincia accusat, cum is agit causam, quem sibi illa defensorem sui iuris, ultorem iniuriarum, actorem causae totius adoptavit. XVII. 55. At eam tibi C. Verres fecit iniuriam, quae ceterorum quoque animos posset alieno incommodo commovere. Minime. Nam id quoque ad rem pertinere arbitror, qualis iniuria dicatur, quae causa inimicitiarum proferatur. Cognoscite ex me: nam iste eam profecto, nisi plane nihil sapit, numquam proferet. Agonis quaedam est Lilybaetana, liberta Veneris Erycinae, quae mulier ante hunc quaestorem copiosa plane et locuples fuit. Ab hac praefectus Antonii quidam symphoniacos servos abducebat per iniuriam, quibus se in classe uti velle dicebat. Tum illa, ut mos in Sicilia est omnium Veneriorum et eorum, qui a Venere se liberaverunt, ut praefecto illi religionem Veneris nomine obiiceret, dixit et se et sua Veneris esse. 56. Ubi hoc quaestori Caecilio, viro optimo et homini aequissimo, nuntiatum est, vocari ad se Agonidem iubet: iudicium dat statim «si paret eam se et sua Veneris esse dixisse.» Iudicant recuperatores id, quod necesse erat: neque enim erat cuiquam dubium, quin illa dixisset. Iste in possessionem bonorum mulieris intrat, ipsam Veneri in servitutem adiudicat: deinde bona vendit, pecuniam redigit. Ita, dum pauca mancipia Veneris nomine Agonis ac religione retinere vult, fortunas omnes libertatemque suam istius iniuria perdidit. Lilybaeum Verres venit postea, rem cognoscit, factum improbat, cogit quaestorem suum pecuniam, quam ex Agonidis bonis redegisset, eam mulieri omnem annumerare et reddere. 57. Est adhuc, id quod vos omnes admirari video, non Verres, sed Q. Mucius. Quid enim facere potuit elegantius ad hominum existimationem? aequius ad levandam mulieris calamitatem? vehementius ad quaestoris libidinem coërcendam? Summe haec omnia mihi videntur esse laudanda. Sed repente e vestigio ex homine tamquam aliquo Circaeo poculo factus est Verres: redit ad se atque ad mores suos. Nam ex illa pecunia magnam

---

1. *alterum*] *alterum utrum* G2 Ld D Lg29. — 4. *hos iudices* G1 prob. Madv. de Asc. App. p. 37: *nos iud.* D; *nos inde* G2 Ld; *hoc iudices* O. — 6. *concedis* dtt. O. — *et esse gravius* G2 D Lg29: *gravius et esse* St.; *esse gravius* G1 ς; *gravius esse* Lgg. pleriq. — 14. *quaedam est* G1 2 Lg29 St.: *est quaedam* Victorin. p. 56. dtt. O. — 18. *Veneriorum* G1 2 ς Lg29: *Venereorum* dtt. O. — 19. *nomine* G2 ς λ Madv. I. p. 340: *nomenque* ctt. O prob. Rau II. p. 140. — 20. *sua* G2 Ld λ: *omnia sua* G1 dtt. O.— *hoc Q. Caecilio* coni. Ant. Augustinus. — 22. *paret eam*] sic, ut iam voluerat Garat. II., ex variis codd. mendis (ex c. *parre theam* G1 2 D) edidit Zumpt.: *pareret eam* O. — 25. *intrat* G1 Ld D: *intrat vel mittit* G2; *mittit* dtt. O. Margo Par. D habet: *f. mittit.* — 26. *mancupia* λ. — *Agonidis* G3 D. — 28. *Tum Lilyb.* G1. — 31. *quod admirari video* Rufin. I. 5. — 33. *lib. quaest.* G1. — 35. *repente* om. Prisc. II. p. 268. — *e vestigio* om. Rufin. l. l.; secl. Halm. — *aliquo Circes poc.* G2 Ld Asconii edit. princ. et cod. Leid.; *aliquo Cerceo poc.* G1; *ex aliq. Circaeo poc.* Rufin. l. l. ed. Pith.; *epoto Circaeo* Rufin. ed. Froben. et Ruhnk.; *quasi quodam Circeo poculo* Prisc. l. l. — 36. *rediit* G1 Prisc. l. l.; *reddit* A. (ed. pr.) *Sed e vestigio, tamq. epoto Circaeo, f. i. V.: rediit* sqq. coni. Rau. I. p. 177.

partem ad se vertit, mulieri reddidit quantulum visum est. XVIII. 58. Hic tu si laesum te a Verre esse dicis, patiar et concedam: si iniuriam tibi factam quereris, defendam et negabo. Denique de iniuria, quae tibi facta sit, neminem nostrum graviorem iudicem esse oportet quam te ipsum, cui facta dicitur. Si tu cum illo postea in gratiam redisti, si domi illius aliquoties fuisti, si ille apud te postea coenavit: utrum te perfidiosum an praevaricatorem existimari mavis? Video esse necesse alterutrum, sed ego tecum in eo non pugnabo, quo minus utrum velis eligas. 59. Quod si ne iniuriae quidem, quae tibi ab illo facta sit, causa remanet, quid habes, quod possis dicere, quamobrem non modo mihi, sed cuiquam anteponare? (nisi forte illud, quod dicturum te esse audio, quaestorem illius fuisse, quae causa gravis esset, si certares mecum, uter nostrum illi amicior esse deberet:) in contentione suscipiendarum inimicitiarum ridiculum est putare causam necessitudinis ad inferendum periculum iustam videri oportere. 60. Etenim si plurimas a praetore tuo iniurias accepisses, tamen eas ferendo maiorem laudem quam ulciscendo mererere: cum vero nullum illius in vita rectius factum sit quam id, quod tu iniuriam appellas, hi statuent hanc causam, quam ne in alio quidem probarent, in te iustam ad necessitudinem violandam videri? qui si summam iniuriam ab illo accepisti, tamen, quoniam quaestor eius fuisti, non potes eum sine ulla vituperatione accusare: si vero non ulla tibi facta est iniuria, sine scelere eum accusare non potes. Quare cum incertum sit de iniuria, quemquam horum esse putas, qui non malit te sine vituperatione quam cum scelere discedere?

XIX. 61. Ac vide, quid differat inter meam opinionem et tuam. Tu, cum omnibus rebus inferior sis, hac una in re te mihi anteferri putas oportere, quod quaestor illius fueris: ego, si superior omnibus rebus esses, hanc unam ob causam te accusatorem repudiari putarem oportere. Sic enim a maioribus nostris accepimus, praetorem quaestori suo parentis loco esse oportere: nullam neque iustiorem neque graviorem causam necessitudinis posse reperiri quam coniunctionem sortis, quam provinciae, quam officii, quam publici muneris societatem. 62. Quamobrem si iure posses eum accusare, tamen, cum is tibi parentis numero fuisset, id pie facere non posses: cum vero neque iniuriam acceperis et praetori tuo periculum crees, fatearis necesse est te illi iniu-

1. *ad se avertit* St. L; *avertit* Zumpt. — 2. *esse* om. A. — *dicis* A G1 : *dices* ctt. O. Praesens sequente in apodosi futuro habes ex. c. §. 12. Lib. I. §. 6. 82. 109. II. §. 44. III. §. 11. p. Flacc. §. 106. p. Lig. §. 16. alibi. — 3. *denique* G2 ς Lg29 42 : *denique vel deinde* G1 ; *deinde* dtt. O. — 4. *iudicem* G1 2 D ς : *vindicem* Lg42 O. — 9. *quodsi* G2 ς Lg29 : *quid? si* ctt. O. — 11. *te dicturum* G1 Lg29. — 15. *praetore tuo* G1. cf. §. 61. 62.: *tuo praet.* ctt. O. — 16. *eas*] *illas* G1. — 17. *in illius vita nullum* G1. — 21. *sine ulla*] *sine nonnulla* Mein.; *ulla* cum Schützio delet Kahnt l. l. p. 12. Vulgatam tuetur etiam Madv. I. p. 351. not. — *non ulla* codd. noti. cf. Kuehn. ad Tusc. I. §. 94. Madv. ad Fin. p. 434. Hand T. IV. p. 259. infra III. §. 124 : *nulla* O. — 22. *est*] *sit* G1 2. — 23. *esse horum* dtt. O. — 25. *ac vide* G1 2 ς. Non. p. 284: *at vide* dtt. — *et tuam* G1. cf. N. D. I. §. 80. Off. II. §. 30. I. §. 99. Fat. §. 7 : *ac* G2 dtt. Non. p. 284. prob. Wesenb. l. l. p. 17. Vide ad §. 35. — 26. *in* om. de Hot. conl. Zumpt. At cf. Hand T. III.p. 273 sq.; quamquam h. l. *in* paulo insolentus dictum est. — 27. *omnibus rebus* G2 Ld ς λ prob. Madv. I. p. 339 : *omnibus ceteris rebus* G1 ex dittographia ut §. 56. 58. 62.; *ceteris rebus* O. — 32. *publici* G3 ς Lg29. Madv. de Asc. App. p. 38 : *publicam* dtt. O. — 33. *eum posses* dtt. O. — 34. *modo vel numero* G1.

stum impiumque bellum inferre conari. Etenim ista quaestura ad eam rem valet, ut elaborandum tibi in ratione reddenda sit, quamobrem eum, cui quaestor fueris, accuses: non ut ob eam ipsam causam postulandum sit, ut tibi potissimum accusatio detur. Neque fere umquam venit in contentionem de accusando, qui quaestor fuisset, quin repudiaretur. 63. Itaque neque L. Philoni in C. Servilium nominis deferendi potestas est data neque M. Aurelio Scauro in L. Flaccum neque Cn. Pompeio in T. Albucium; quorum nemo propter indignitatem repudiatus est, sed ne libido violandae necessitudinis auctoritate iudicum comprobaretur. Atque ille Cn. Pompeius ita cum C. Iulio contendit, ut tu mecum. Quaestor enim Albucii fuerat, ut tu Verris. Iulius hoc secum auctoritatis ad accusandum afferebat, quod, ut hoc tempore nos ab Siculis, sic tum ille ab Sardis rogatus ad causam accesserat. Semper haec causa plurimum valuit, semper haec ratio accusandi fuit honestissima, pro sociis, pro salute provinciae, pro exterarum nationum commodis inimicitias suscipere, ad periculum accedere, operam, studium, laborem interponere. XX. 64. Etenim si probabilis est eorum causa, qui iniurias suas persequi volunt, qua in re dolori suo, non rei publicae commodis serviunt: quanto illa honestior causa est, quae non solum probabilis videri, sed etiam grata esse debet, nulla privatim accepta iniuria sociorum atque amicorum populi Romani dolore atque iniuriis commoveri? Nuper cum in P. Gabinium vir fortissimus et innocentissimus, L. Piso, delationem nominis postularet et contra Q. Caecilius peteret isque se veteres inimicitias iam diu susceptas persequi diceret, cum auctoritas et dignitas Pisonis valebat plurimum, tum illa erat causa iustissima, quod eum sibi Achaei patronum adoptarant. 65. Etenim cum lex ipsa de pecuniis repetundis sociorum atque amicorum populi Romani patrona sit, iniquum est non eum legis iudiciique actorem idoneum maxime putari, quem actorem causae suae socii defensoremque fortunarum suarum potissimum esse voluerunt. An quod ad commemorandum est honestius, id ad probandum non multo videri debet aequius? Utra igitur est splendidior, utra illustrior commemoratio? Accusavi eum, cui quaestor fueram, quicum me sors consuetudoque maiorum, quicum me deorum hominumque iudicium coniunxerat? an: Accusavi rogatu sociorum atque amicorum; delectus sum ab universa provincia, qui eius iura fortunasque defenderem? Dubitare quisquam potest, quin honestius sit, eorum causa, apud quos quaestor fueris, quam eum, cuius quaestor fueris, accusare? 66. Clarissimi viri nostrae civitatis temporibus optimis hoc sibi amplissimum pulcherrimumque ducebant, ab hospitibus clientibusque suis, ab exteris nationibus, quae in amicitiam populi Romani dicionemque essent, iniurias

5. *cui quaestor fueris* Lg. 5. et edd. Asc. coll. §. 65: *qui quaestor eius fueris* rell. codd. Tulliani; *cum q. f.* cod. Leid. Asconii; *cum qui quaest. f.* ed. pr. Asc.; *quaestor cui f.* O. — 6. *Piethoni* G2 ς; *Pisoni* Ld; *platoni vel floni* G1. — 19. *honestior causa est* G1 2 λ Lg29: *hon. est c.* ς (?); *causa honestior* dtt. O. — 21. *iniuria commoveri* Claud. Sac. p. 73. — 24. *ac dign.* Lg29 al. — 25. *causa erat* G2. — 27. *patrona sit* G1 2 λ ς coll. de Orat. II. §. 199: *patrona comparata sit* St.; *causa comparata sit* L ex cod. (?); *causa parata* (s. *patrata*) *sit* dtt. — 32. *cui cum qu.* cod. Urs. — 34. *coniunxerant* G3 ς. At singularis in anaphora aptior. cf. nos ad Caecin. §. 104. et in comment. de cod. Tegerns. p. 21. — 37. *cuius -- accusare* Claud. Sac. p. 73. — 38. *clariss. -- ducebant* Non. p. 283. — 40. *essent*] *venissent* cod. Urs. cf. II. §. 67.

propulsare eorumque fortunas defendere. M. Catonem illum Sapientem, clarissimum virum et prudentissimum, cum multis graves inimicitias gessisse accepimus propter Hispanorum, apud quos consul fuerat, iniurias. 67. Nuper Cn. Domitium scimus M. Silano diem dixisse propter unius hominis Aegritomari, paterni amici atque hospitis, iniurias. XXI. Neque enim magis animos hominum nocentium res umquam ulla commovit quam haec maiorum consuetudo longo intervallo repetita ac relata; sociorum querimoniae delatae ad hominem non inertissimum, susceptae ab eo, qui videbatur eorum fortunas fide diligentiaque sua posse defendere. 68. Hoc timent homines, hoc laborant, hoc institui atque adeo institutum referri ac renovari moleste ferunt. Putant fore ut, si paulatim haec consuetudo serpere ac prodire coeperit, per homines honestissimos virosque fortissimos, non imperitos adolescentulos aut illiusmodi quadruplatores leges iudiciaque administrentur. 69. Cuius consuetudinis atque instituti patres maioresque nostros non poenitebat tum, cum P. Lentulus, is qui princeps senatus fuit, accusabat M'. Aquilium subscriptore C. Rutilio Rufo, aut cum P. Africanus, homo virtute, fortuna, gloria, rebus gestis amplissimus, posteaquam bis consul et censor fuerat, L. Cottam in iudicium vocabat. Iure tum florebat populi Romani nomen; iure auctoritas huius imperii civitatisque maiestas gravis habebatur. Nemo mirabatur in Africano illo, quod in me nunc, homine parvis opibus ac facultatibus praedito, simulant sese mirari, cum moleste ferunt. 70. Quid sibi iste vult? accusatoremne se existimari, qui antea defendere consueverat, nunc praesertim ea iam aetate, cum aedilitatem petat? Ego vero et aetatis non modo meae, sed multo etiam superioris et honoris amplissimi puto esse et accusare improbos et miseros calamitososque defendere. Et profecto aut hoc remedium est aegrotae ac prope desperatae rei publicae iudiciisque corruptis et contaminatis paucorum vitio ac turpitudine, homines ad legum defensionem iudiciorumque auctoritatem quam honestissimos et integerrimos diligentissimosque accedere: aut si ne hoc quidem prodesse poterit, profecto nulla umquam medicina his tot incommodis reperietur. 71. Nulla salus rei publicae maior est, quam eos qui alterum accusant non minus de laude, de honore, de fama sua, quam illos qui accusantur de capite ac fortunis suis pertimescere. Itaque semper ii diligentissime laboriosissimeque accusarunt, qui se ipsos in discrimen existimationis venire arbitrati sunt.

XXII. Quamobrem hoc statuere, iudices, debetis, Q. Caecilium, de quo nulla umquam opinio fuerit nullaque in hoc ipso iudicio exspectatio futura sit, qui neque ut ante collectam famam conservet neque uti reliqui temporis spem confirmet laborat, non nimis hanc causam severe, non nimis accurate, non nimis diligenter acturum. Habet enim nihil, quod in offensione deperdat: ut turpissime flagitiosissimeque discedat, nihil de suis veteribus ornamentis requiret. 72. A nobis multos obsides

---

4. *D. Silano* codd. At cf. II. c. 47. — 5. *Egritomari* codd. cf. ad II. §. 118. — 11. *ut* G2 Ld Lg29: *uti* G1 al. O. — 16. *accusavit* A. — 19. *vocavit* A. — 22. *ferunt* G1 2 ς Lg29 al. prob. Garat. II.: *ferant* O. — 24. *consuerat* Lg29. — 25. *et aetatis* G1 2 ς Lg29: *et* om. dtt. O. — *et honoris* -- *defendere* Non. p. 33. — 27. *aegrotanti* Ld; *aegrotante* G2. At cf. Madv. I. p. 331. — 28. *et contaminatis* A ibiq. Baiter. Lgg. 6. 29; *et incontaminatis* G2 D; *ac contam.* G1 al. O. — 43. *requirit* G1 2 Lg29 al.

habet populus Romanus, quos ut incolumes conservare, tueri, confirmare ac recuperare possimus, omni ratione erit dimicandum. Habet honorem, quem petimus; habet spem, quam propositam nobis habemus; habet existimationem, multo sudore, labore vigiliisque collectam: ut, si in hac causa nostrum officium ac diligentiam probaverimus, haec, quae dixi, retinere per populum Romanum incolumia ac salva possimus; si tantulum offensum titubatumque sit, ut ea, quae singillatim ac diu collecta sunt, uno tempore universa perdamus. 73. Quapropter, iudices, vestrum est deligere, quem existimetis facillime posse magnitudinem causae ac iudicii sustinere fide, diligentia, consilio, auctoritate. Vos si mihi Q. Caecilium anteposueritis, ego me dignitate superatum non arbitrabor: populus Romanus ne tam honestam, tam severam diligentemque accusationem neque vobis placuisse neque ordini vestro placere arbitretur, providete.

ACCUSATIONIS
IN
C. VERREM
ACTIO PRIMA.

Haec oratio iisdem codicibus, quibus Divinatio in Caecilium, continetur. Parisiensis D tamen ad hanc orationem et ad Actionis secundae libros non est collatus nisi paucis locis. Aliquoties apud Zumptium enotatae sunt variae scripturae ex codd. Parr. nr. 7776. *(B)* et nr. 7786. *(C)*

I. 1. Quod erat optandum maxime, iudices, et quod unum ad invidiam vestri ordinis infamiamque iudiciorum sedandam maxime pertinebat, id non humano consilio, sed prope divinitus datum atque oblatum vobis summo rei publicae tempore videtur. Inveteravit enim iam opinio perniciosa rei publicae vobisque periculosa, quae non modo *Romae, sed etiam* apud exteras nationes omnium sermone percrebruit, his iudiciis, quae nunc sunt, pecuniosum hominem, quamvis sit nocens, neminem

---

2. *reciperare* λ; *recipere* Lg29. — 5. *diligentiamque* Ld. — 7. *singillatim* G2: *singulatim* O. cf. ad §. 50. — 9. *diligere* G2. — 13. *nobis* G1. — *nostro* G1 ς Lgg. pleriq. — 16. *vestri* G1 2 Lg42: *nostri* λ 8 Lgg. — 17. *vobis* G2 Lgg 29 42 45: *nobis* G1 6 Lgg. al. — 18. *iam enim* G1. Vulgatam tuetur etiam Schol. ad §. 2. p. 387. ed. Or. — 19. *vobisque* G2 Ld Lgg. 42. 48. al.: *nobisque* G1 ς S 7 Lgg. In G1 2 pronomina *nos* et *vos* cet. ubique confunduntur, et saepe vix discernas, prima littera *n* sit an *u*. — *Romae sed etiam*] Haec vv. in G1 2 Ld Ox. ψ aliisque dett. om.; in aliis dett. tantum *sed etiam* deesse traditur, de quo dubitandum. Vulgatam *Romae sed et* primus dedit Naug. 1519, sed incertum, unde sumpserit; nos auctore Halmio *etiam* pro *et* scripsimus. (Equidem statuo lacunam propterea exortam esse, quod librarius archetypi, cum unum aliquod vocabulum post breve intervallum iteratum esset, a priore ad posterius aberraverit. Poterat autem Cic. sic scripsisse: *quae non modo apud socios sed etiam apud* cet. HALM. Malim: *non modo apud populum Romanum, sed etiam apud* cet. Cf. p. 120. v. 9. BAIT.) — 20. *percrebruit* G2 λ: *percrebuit* G1 S O. cf. ad Divin. §. 12. — 21. *sunt* G1 2 ς: *sint* dtt. O. (Vv. *quae nunc sunt* om. S, fort. recte. BAIT.)

posse damnari. 2. Nunc in ipso discrimine ordinis iudiciorumque vestrorum cum sint parati, qui contionibus et legibus hanc invidiam senatus inflammare conentur, reus in iudicium adductus est C. Verres, homo vita atque factis omnium iam opinione damnatus, pecuniae magnitudine, sua spe et praedicatione absolutus. Huic ego causae, iudices, cum summa voluntate et exspectatione populi Romani actor accessi, non ut augerem invidiam ordinis, sed ut infamiae communi succurrerem. Adduxi enim hominem, in quo reconciliare existimationem iudiciorum amissam, redire in gratiam cum populo Romano, satis facere exteris nationibus possetis, depeculatorem aerarii, vexatorem Asiae atque Pamphyliae, praedonem iuris, labem atque perniciem provinciae Siciliae. 3. De quo si vos vere ac religiose iudicaveritis, auctoritas ea, quae in vobis remanere debet, haerebit: sin istius ingentes divitiae iudiciorum religionem veritatemque perfregerint, ego hoc tamen assequar, ut iudicium potius rei publicae quam aut reus iudicibus aut accusator reo defuisse videatur. II. Equidem, ut de me confitear, iudices, cum multae mihi a C. Verre insidiae terra marique factae sint, quas partim mea diligentia devitarim, partim amicorum studio officioque reppulerim, numquam tamen neque tantum periculum mihi adire visus sum neque tanto opere pertimui, ut nunc in ipso iudicio. 4. Neque tantum me exspectatio accusationis meae concursusque tantae multitudinis, quibus ego rebus vehementissime perturbor, commovet, quantum istius insidiae nefariae, quas uno tempore mihi, vobis, M'. Glabrioni praetori, sociis, exteris nationibus, ordini, nomini denique senatorio facere conatur: qui ita dictitat, iis esse metuendum, qui quod ipsis solis satis esset surripuissent; se tantum eripuisse, ut id multis satis esse possit: nihil esse tam sanctum, quod non violari, nihil tam munitum, quod non expugnari pecunia possit. 5. Quod si, quam audax est ad conandum, tam esset obscurus in agendo, fortasse aliqua in re nos aliquando fefellisset. Verum hoc adhuc percommode cadit, quod cum incredibili eius audacia singularis stultitia coniuncta est. Nam ut apertus in corripiendis pecuniis fuit, sic in spe corrumpendi iudicii perspicua sua consilia conatusque omnibus fecit. Semel ait se in vita pertimuisse, tum, cum primum a me reus factus sit; quod, cum e provincia recens esset invidiaque et infamia non recenti, sed vetere ac diu-

---

1. *iudiciorum* G1 ς. — *nostrorum* ς Lg29 al. dtt. — 2. *contentionibus* G3 ς λ. Vulgatam tuentur etiam A S. — 3. *reus -- damnatus* Non. p. 276. — 5. *et praed.* G1 2 λ S: *ac praed.* dtt. O. — 7. *enim*] *eum* edd. Iul. Sever. p. 343., sed cod. Monac. sec. XI., quem Halmius contulit, recte *enim*. Posthac in locis, quae hic rhetor habet, lectiones cod. Monacensis, cum editiones vitiis scateant, solas commemorabimus. — 10. *depeculatorem* codd. S (cf. in Pis. §. 96): *peculatorem* Asc. ed. princ. Off. III. §. 73. Omittit Severianus vv. *depec. -- prov. Sic.* — 11. *iuris* G3 ς: *iuris urbani* dtt. O. — *vos* om. S et Iul. Sev. l. c. — *vere*] Sic scripsi auctore Halmio ex cod. Mon. Severiani: *severe* codd. Tulliani et edd. — 12. *ac religiose* G1 Lg29. Severianus: *atque rel.* G2 dtt.; *religioseque* O. — 13. *veritatemque* om. G2 Ld; *severitatemque* Iannoct. O prob. Bak. ad Legg. p. 276. Haec vocabula saepissime in codd. commutantur, et cum multis in locis utrumque per se recte dici possit, utrum aptius sit, difficile interdum est diiudicare. Cf. ad §. 43. III. §. 162. IV. §. 113. — 14. *tamen hoc* Lg29, *hoc tantum* G1 2. — *iudiciis* dtt. — 17. *sunt* G1 2 ς λ. — 20. *nec* G2. — 23. *vobis* om. dtt. — *praetori*] *p. r.* G2 λ, *r. p.* G1. — 25. *eripuisse* G1 2 ς S: *rapuisse* dtt. O. — 28. *obscurus*] *astutus* G1. At cf. Madv. I. p. 331. — 29. *percommodum cadit* G1, *commode cavit* S. — 32. *fecit*] *patefecit* dtt. — 33. *primo* Ld. om. A. — *a me reus* G1 2 Lg29 A: *reus a me* S dtt. O. — *factus est* A. — 34. *recens esset*]

turna flagraret, tum ad iudicium corrumpendum tempus alienum offenderet. 6. Itaque cum ego diem inquirendi in Siciliam perexiguam postulavissem, invenit iste, qui sibi in Achaiam biduo breviorem diem postularet, non ut is idem conficeret diligentia et industria sua, quod ego meo labore et vigiliis consecutus sum. Etenim ille Achaicus inquisitor ne Brundisium quidem pervenit: ego Siciliam totam quinquaginta diebus sic obii, ut omnium populorum privatorumque litteras iniuriasque cognoscerem: ut perspicuum cuivis esse posset hominem ab isto quaesitum esse, non qui reum suum adduceret, sed qui meum tempus obsideret.

III. 7. Nunc homo audacissimus atque amentissimus hoc cogitat. Intelligit me ita paratum atque instructum in iudicium venire, ut non modo in auribus vestris, sed in oculis omnium sua furta atque flagitia defixurus sim. Videt senatores multos esse testes audaciae suae; videt multos equites Romanos, frequentes praeterea cives atque socios, quibus ipse insignes iniurias fecerit; videt etiam tot tam graves ab amicissimis civitatibus legationes cum publicis auctoritatibus convenisse. 8. Quae cum ita sint, usque eo de omnibus bonis male existimat, usque eo senatoria iudicia perdita profligataque esse arbitratur, ut hoc palam dictitet, non sine causa se cupidum pecuniae fuisse, quoniam in pecunia tantum praesidium experiatur esse: sese (id quod difficillimum fuerit) tempus ipsum emisse iudicii sui, quo cetera facilius emere postea posset: ut, quoniam criminum vim subterfugere nullo modo poterat, procellam temporis devitaret. 9. Quod si non modo in causa, verum in aliquo honesto praesidio aut in alicuius eloquentia aut gratia spem aliquam collocasset, profecto non haec omnia colligeret atque aucuparetur, non usque eo despiceret contemneretque ordinem senatorium, ut arbitratu eius deligeretur ex senatu, qui reus fieret; qui, dum hic quae opus essent compararet, causam interea ante eum diceret. 10. Quibus ego rebus quid iste speret et quo animum intendat, facile perspicio: quamobrem vero se confidat aliquid proficere posse hoc praetore et hoc consilio, intelligere non possum. Unum illud intelligo, quod populus Romanus in reiectione iudicum iudicavit, ea spe istum fuisse praeditum, ut omnem rationem salutis in pecunia constitueret: hoc erepto praesidio ut nullam sibi rem adiumento fore arbitraretur.

IV. Etenim quod est ingenium tantum, quae tanta facultas dicendi et copia, quae istius vitam tot vitiis flagitiisque convictam, iam pridem

---

recens factus esset G2, *recessisset* Ld S. — *veteri* Lg29. cf. ad Divin. §. 5. — 1. *tum diem ad iud.* G2, *tum demum ad iud.* Ld. — 2. *inq. in Siciliam*] Sic recte legendum censet Halm. coll. Lib. I. §. 30. Asc. in Scaur. p. 19, 12. Ps. Asc. p. 125: *inq. in Sicilia* G1 2 λ Lg29 al.; *in Siciliam inq.* St. L; *in Sicilia inq.* O. — 3. *in Achaiam* ς, *in Achaia* G3 λ al. — 4. *is* om. dtt. — 8. *posset* G1 2 λ al.: *possit* L. — 15. *tam* om. dtt. — 16. *auctoritatibus ac testimoniis* ς (?) dtt. O. At cf. Madv. Ep. ad Or. p. 32 sq. — 18. *dicat* G1. — 19. *tantum in pec.* dtt. O. — 21. *postea posset* G2 Ld Lg29 S: *posset postea* G1, *postea* om. ς (?) dtt. O, *emeret postea* coni. Fritzsche in Lectt. Tull. Rostoch. 1848. — 24. *in alicuius* codd. pleriq.: *in* om. al. — *aut eloquentia* G1. — 30. *perficere* dtt. O. cf. Divin. §. 39. — *hoc praetore* A, cod. Par. Lall.: *praetore* om. ς (?); *hoc Glabrione* G3, cod. Par.; *hoc praetore Glabrione* S; *hoc Glabrione praetore* al. — 31. *pop. Rom.* G1 2 Par. Lall.: *praetor* Asc. edd. priores et cod. Florent. ap. Fabrit. al.; PR. RO. L ex codd. — 33. *constituerit* G1 2 ς, *poneret* dtt. O. — 35. *quod sit* Claudius Sacerdos p. 24. — 36. *et copia*] *aut copia* G1 2. — *convictam* ς (?) dtt. cf. Lib. I. §. 26. p. Flacc. §. 98. prob. Kahnt. l. l. p. 7: *coniunctam* G2 C D al.; *communitam* G1.

omnium voluntate iudicioque damnatam aliqua ex parte possit defendere? 11. cuius, ut adolescentiae maculas ignominiasque praeteream, quaestura, primus gradus honoris, quid aliud habet in se nisi Cn. Carbonem spoliatum a quaestore suo pecunia publica, nudatum et proditum consulem, desertum exercitum, relictam provinciam, sortis necessitudinem religionemque violatam? cuius legatio exitium fuit Asiae totius et Pamphyliae, quibus in provinciis multas domos, plurimas urbes, omnia fana depopulatus est tum, cum in Cn. Dolabellam suum scelus illud pristinum renovavit et instauravit quaestorium; cum eum, cui legatus et pro quaestore fuisset, et in invidiam suis maleficiis adduxit et in ipsis periculis non solum deseruit, sed etiam oppugnavit ac prodidit: 12. cuius praetura urbana aedium sacrarum fuit publicorumque operum depopulatio, simul in iure dicundo bonorum possessionumque contra omnium instituta addictio et condonatio. Iam vero omnium vitiorum suorum plurima et maxima constituit monumenta et indicia in provincia Sicilia, quam iste per triennium ita vexavit ac perdidit, ut ea restitui in antiquum statum nullo modo possit, vix autem per multos annos innocentesque praetores aliqua ex parte recreari aliquando posse videatur. 13. Hoc praetore Siculi neque suas leges neque nostra senatusconsulta neque communia iura tenuerunt: tantum quisque habet in Sicilia, quantum hominis avarissimi et libidinosissimi aut imprudentiam subterfugit aut satietati superfuit. V. Nulla res per triennium nisi ad nutum istius iudicata est; nulla res tam patria cuiusquam atque avita fuit, quae non ab eo imperio istius abiudicaretur. Innumerabiles pecuniae ex aratorum bonis novo nefarioque instituto coactae, socii fidelissimi in hostium numero existimati, cives Romani servilem in modum cruciati et necati, homines nocentissimi propter pecunias iudicio liberati, honestissimi atque integerrimi absentes rei facti, indicta causa damnati et eiecti, portus munitissimi, maximae tutissimaeque urbes piratis praedonibusque patefactae, nautae militesque Siculorum, socii nostri atque amici, fame necati, classes optimae atque opportunissimae cum magna ignominia populi Romani amissae et perditae. 14. Idem iste praetor monumenta antiquissima partim regum locupletissimorum, quae illi ornamento urbibus esse voluerunt, partim etiam nostrorum imperatorum, quae victores civitatibus Siculis aut dederunt aut reddiderunt, spoliavit nudavitque omnia. Neque hoc solum in

---

1. *possit* ς (?) dtt.: *posset* G1 2 D. — 3. *quidnam habet aliud in se* Diomed. p. 463. P., *quid habet aliud in sese* Diomed. cod. Monac. Saec. IX. — 4. *nudatum inquam a quaestore et prod.* Parr. Diomed. P. et cod. Mon. — 7. *depopulatus est* G3 ς B C codd. Lbi. cf. Divin. §. 11. infra §. 12. 14. Lib. I. §. 48: *depeculatus est* S dtt. O, quod commendatur h. l. et infra §. 14. similibus exemplis v. c. IV. §. 37. 79. Fin. III. §. 32. ad Herenn. IV. §. 37. — 8. *tum, cum* G1 2 B C D Lg29 42. cod. Urs.: *tamen cum* dtt.; *tum* om. O. — *suum scelus illud* G1 2 S: *scel. suum illud* ctt. O. — 9. *cui ille leg.* G1 ς, *cui l.* (i. e. vel) *leg.* G2, *cui illa leg.* Ld, *cui et leg.* Lg29. — 11. *atque* G2 Ld. — 12. *depopulatio*] *depeculatio* coni. Lb. — 13. *dicendo* G2 S, *dn̄do* G1. — 15. *monimenta* G1 B C D Lg29 al. — 16. *vexavit* G2 ς λ A: *vastavit, vexavit* G1. At cf. Madv. I. p. 333. 338. — 18. *aliquando* om. G1. — 21. *impudentiam* coni. Osann. ad Rep. p. 289. — *satietatem* G2, *satietatis* B, *satietate* S C. — 23. *paterna* Ld, *patrita* Man. et Klotz. (ad Tuscul. Addit. p. 25. ex libris nescio quibus Fabritii), *cuiusquam tam patria* ς. Vulgatam tuentur exempla similia v. c. p. leg. Man. §. 21. p. Cael. §. 34. Cat. M. 22. Capitol. in Max. et Balb. c. 2. Paul. Sententt. lib. III. de testam. — 27. *pecunias* G1 2 λ al.: *pecuniam* dtt. O. — *a iudicio* G2. — 33. *ornamenta* Franc. Mein. At cf. I. 22, 58. — 35. *connudavitque* Pal.

statuis ornamentisque publicis fecit, sed etiam delubra omnia, sanctissimis religionibus consecrata, depopulatus est: deum denique nullum Siculis, qui ei paulo magis affabre atque antiquo artificio factus videretur, reliquit. In stupris vero et flagitiis nefarias eius libidines commemorare pudore deterreor; simul illorum calamitatem commemorando augere nolo, quibus liberos coniugesque suas integras ab istius petulantia conservare non licitum est. 15. At enim haec ita commissa sunt ab isto, ut non cognita sint ab omnibus. Hominem esse arbitror neminem, qui nomen istius audierit, quin facta quoque eius nefaria commemorare possit, ut mihi magis timendum sit, ne multa crimina praetermittere, quam ne qua in istum fingere existimer. Neque enim mihi videtur haec multitudo, quae ad audiendum convenit, cognoscere ex me causam voluisse, sed ea quae scit mecum recognoscere.

VI. Quae cum ita sint, iste homo amens ac perditus alia mecum ratione pugnat. Non id agit, ut alicuius eloquentiam mihi opponat; non gratia, non auctoritate cuiusquam, non potentia nititur. Simulat his se rebus confidere: (sed video, quid agat; neque enim agit occultissime:) proponit inania mihi nobilitatis, hoc est, hominum arrogantium nomina, qui non tam me impediunt, quod nobiles sunt, quam adiuvant, quod noti sunt. Simulat se eorum praesidio confidere, cum interea aliud quiddam iam diu machinetur. 16. Quam spem nunc habeat in manibus et quid moliatur, breviter iam, iudices, vobis exponam. Sed prius, ut ab initio res ab eo constituta sit, quaeso, cognoscite. Ut primum e provincia rediit, redemptio est huius iudicii facta grandi pecunia. Ea mansit in condicione atque pacto usque ad eum finem, dum iudices reiecti sunt. Posteaquam reiectio iudicum facta est, quod et in sortitione istius spem fortuna populi Romani et in reiiciendis iudicibus mea diligentia istorum impudentiam vicerat, renuntiata est tota condicio. 17. Praeclare se res habebat. Libelli nominum vestrorum consiliique huius in manibus erant omnium: nulla nota, nullus color, nullae sordes videbantur his sententiis allini posse, cum iste repente ex alacri atque laeto sic erat humilis atque demissus, ut non modo populo Romano, sed etiam sibi ipse condemnatus videretur. Ecce autem repente his diebus paucis comitiis consularibus factis eadem illa vetera consilia pecunia maiore repetuntur eaedemque vestrae famae fortunisque omnium insidiae per eosdem homines comparantur. Quae res primo, iudices, pertenui nobis argumento indicioque patefacta est: post aperto suspicionis introitu ad omnia intima istorum consilia sine ullo errore pervenimus. VII. 18. Nam

---

2. *depopulatus est* G3 ς λ B C: *depeculatus est* dtt. O. cf. ad §. 11. — 3. *ei*] *eis* G1 2. — 6. *ab istius -- licitum est* Claud. Sacerd. in Anal. gramm. p. 71. — *petulantia* Prob. p. 144. Lind. — 14. *alia ratione mecum* G2, *mecum alia ratione* S. — 17. *his* G1 al.: *is* G2. Alibi in G1 2 pro *iis* et *his* semper legitur *hiis*. — *se* om. G1. — 21. *quiddam*] *quid* A. — *diu machinatur* Claud. Sac. p. 73. — 22. *vobis* om. dtt. O. — 23. *ab initio* om. G2. — *ab eo* om. G1 Zumpt. Recte vulg. defendit Kahnt. l. l. p. 5. — *ex prov.* G1 Osann. ad Rep. p. 139. — 24. *pacta* coni. Fritzsch. l. l. — *Ea* A S: om. codd. — 25. *conditione* A S: *ditione* s. *dictione* codd. — 27. *fort. reipublicae* cod. Hot. Osann. ad Rep. p. 366., *pop. Rom. fort.* S (p. 398.), qui praeterea addit *perfregerat*, quod probavit Garaton. At «spes *infringitur*» (Orat. §. 6.), non *perfringitur*. — 28. *condicio* Asconii edd. vett. et MS. Leid. (cf. Rau. I. p. 170.), Agroetius p. 2271. P.: *dicio* G1; *conclusio* G2 Ld; *conductio* vulgo O.

ut Hortensius consul designatus domum reducebatur e campo cum maxima frequentia ac multitudine, fit obviam casu ei multitudini C. Curio, quem ego hominem honoris potius quam contumeliae causa nominatum volo. Etenim ea dicam, quae ille, si commemorari noluisset, non tanto in conventu tam aperte palamque dixisset. Quae tamen a me pedetemptim cauteque dicentur, ut et amicitiae nostrae et dignitatis illius habita ratio esse intelligatur. 19. Videt ad ipsum fornicem Fabianum in turba Verrem: appellat hominem et ei voce maxima gratulatur; ipsi Hortensio, qui consul erat factus, propinquis necessariisque eius qui tum aderant verbum nullum facit; cum hoc consistit, hunc amplexatur, hunc iubet sine cura esse. «Renuntio, inquit, tibi te hodiernis comitiis esse absolutum.» Quod cum tam multi homines honestissimi audissent, statim ad me defertur: immo vero, ut quisque me viderat, narrabat. Aliis illud indignum, aliis ridiculum videbatur: ridiculum iis, qui istius causam in testium fide, in criminum ratione, in iudicum potestate, non in comitiis consularibus positam arbitrabantur; indignum iis, qui altius perspiciebant et hanc gratulationem ad iudicium corrumpendum spectare videbant. 20. Etenim sic ratiocinabantur, sic honestissimi homines inter se et mecum loquebantur, aperte iam et perspicue nulla esse iudicia. Qui reus pridie iam ipse se condemnatum putabat, is, posteaquam defensor eius consul est factus, absolvitur. Quid igitur? quod tota Sicilia, quod omnes Siculi, omnes negotiatores, omnes publicae privataeque litterae Romae sunt, nihilne id valebit? Nihil invito consule designato. Quid? iudices non crimina, non testes, non existimationem populi Romani sequentur? Non: omnia in unius potestate ac moderatione vertentur. VIII. Vere loquar, iudices. Vehementer me haec res commovebat. Optimus enim quisque ita loquebatur: Iste quidem tibi eripietur, sed nos non tenebimus iudicia diutius. Etenim quis poterit Verre absoluto de transferendis iudiciis recusare? 21. Erat omnibus molestum, neque eos tam istius hominis perditi subita laetitia quam hominis amplissimi nova gratulatio commovebat. Cupiebam dissimulare me id moleste ferre: cupiebam animi dolorem vultu tegere et taciturnitate celare. Ecce autem illis ipsis diebus, cum praetores designati sortirentur et M. Metello obtigisset, ut is de pecuniis repetundis quaereret, nuntiatur mihi tantam isti gratulationem esse factam, ut is domum quoque pueros mitteret,

1. *Q. Hortens.* S. (p. 399.) — *deducebatur* Ern. susp. At cf. ad Q. Fr. II. 9, 2. — 4. *commemorare* Gſ2 Lg29 42 A. — 7. *vidit* S. (p. 399.) — 8. *gratulatur* G3 ς codd. Ubi: *victoriam gratulatur* dtt. O. — 10. *consentit* G1 2 ς. At cf. post red. in sen. §. 14. — 11. *nuntio* Prisc. II. p. 195. — 17. *videbant* G3 ς: *arbitrabantur* dtt. O. «Certum est Ciceronem has sententias, quibus diversa hominum genera variata oratione describat, non eodem verbo terminasse. Homines de vulgo minus subtiliter iudicantes describens *qui -- arbitrabantur* dicit, deinde de iis, qui sagaci suspicione rem totam perspiciebant, aptissime subiicit: *qui -- videbant.*» Madv. de Asc. App. p. 38. Similis confusio est infra §. 47. extr. — 19. *iam* A dtt. «Efficit, ut verba, quibus interpositum est, graviore efferantur sono et habet ἦθος in commota oratione.» Kahnt. p. 8. Rau. I. p. 170: om. G3 ς; sic §. 29. extr. G1 om. *iam.* — *et persp.* G3 ς pleriq.: *ac persp.* A O. — 21. *Quod igitur* G1, *quid ergo* G2. — 24. *sequuntur* G1 2. — 25. *non: omnia* G1 S. cf. Divin. §. 33. lib. II. §. 106. Hand. Turs. IV. p. 269: *num omnia* G2 Ld dtt. — 30. *hom. perd.* codd. A S. Agroet. p. 2272. P.: *perd. hom.* L. — *huius hom. ampl.* Agroet. — 31. *congratulatio* dtt. — 33. *his diebus paucis* A. — 35. *domum quoque* G1 2 ς Lg29: *quoque domum* dtt. O. — *pueros* om. Iannoct. O. «At librarius *homines*, summum *servos*, non tam Latine *pueros* addidisset.» Madv. I. p. 340.

qui uxori suae nuntiarent. 22. Sane ne haec mihi quidem res placebat; neque tanto opere, quid in hac sorte metuendum mihi esset, intelligebam. Unum illud ex hominibus certis, ex quibus omnia comperi, reperiebam: fiscos complures cum pecunia Siciliensi a quodam senatore ad equitem Romanum esse translatos; ex his quasi x fiscos ad senatorem illum relictos esse comitiorum meorum nomine; divisores omnium tribuum noctu ad istum vocatos. 23. Ex quibus quidam, qui se omnia mea causa debere arbitrabatur, eadem illa nocte ad me venit: demonstrat, qua iste oratione usus esset: commemorasse istum, quam liberaliter eos tractasset etiam antea, cum ipse praeturam petisset, et proximis consularibus praetoriisque comitiis: deinde continuo esse pollicitum quantam vellent pecuniam, si me aedilitate deiecissent. Hic alios negasse audere, alios respondisse, non putare id perfici posse; inventum tamen esse fortem amicum ex eadem familia, Q. Verrem Romilia, ex optima divisorum disciplina, patris istius discipulum atque amicum, qui HS quingentis milibus depositis id se perfecturum polliceretur, et fuisse tum nonnullos, qui se una facturos esse dicerent. Quae cum ita essent, sane benevolo animo me, ut magno opere caverem, praemonebat. IX. 24. Sollicitabar rebus maximis uno atque eo perexiguo tempore. Urgebant comitia, et in his ipsis oppugnabar grandi pecunia: instabat iudicium; ei quoque negotio fisci Sicilienses minabantur. Agere, quae ad iudicium pertinebant, libere comitiorum metu deterrebar: petitioni toto animo servire non licebat. Minari denique divisoribus ratio non erat, propterea quod eos intelligere videbam me hoc iudicio districtum atque obligatum futurum. 25. Atque hoc ipso tempore Siculis denuntiatum esse audio primum ab Hortensio, domum ad illum ut venirent: Siculos in eo sane liberos fuisse, qui quamobrem arcesserentur cum intelligerent, non venisse. Interea comitia nostra, quorum iste se, ut ceterorum hoc anno comitiorum, dominum esse arbitrabatur, haberi coepta sunt. Cursare iste homo potens cum filio blando et gratioso circum tribus: paternos amicos, hoc est, divisores appellare omnes et convenire. Quod cum esset intellectum et animadversum, fecit animo libentissimo populus Romanus, ut, cuius divitiae me de fide deducere non potuissent, ne eiusdem pecunia de honore deiiceret. 26. Posteaquam illa petitionis magna cura liberatus sum, animo coepi multo magis vacuo ac soluto nihil aliud nisi de iudicio

---

1. *suae* om. G2. — *mihi q. r.* G1 2 ς: *quidem r. mihi* dtt. O. — 2. *neque tanto opere quid* G1 2 Lgg. omnes: *neque tamen quid tanto op.* dtt. O. — 6. *relictos* Arus. M. p. 211. Serv. ad Aen. I. 24. et codd. praeter Iannoct., qui *relatos*, et Urs., qui *delatos* habet. — *meorum* om. dtt. — 7. *debere* A Parr. Lall.: *facere debere* ctt., ut videtur, omnes. — 10. *iam antea* St. L. — 11. *continuo* om. dtt. — 12. *si -- deiecissent* Non. p. 286. — *Hic* G1 2 ς: *hoc* dtt. — 13. *tamen*] *tantum* G1; *tandem* coni. Zumpt. — 14. *Romilia* A et codd.: in G1 *Romulea*. At cf. Varro L. LV. 9. Fest. s. v. p. 135. 224. Lind. Orell. Inscr. II. p. 16. Lauredan. ad orat. in Rull. II. c. 29. — 16. *tum* coni. Benecke Progr. Posnan. 1833. p. 10: *tm̄* G1; *tn̄* G2; *tamen* ctt. O. — 17. *benivolo* G1 λ. — 20. *in* om. dtt. — *his*] *iis* coni. Halm. — 21. *quod ad* A. — *pertinebat* A. — 23. *non licebat* G3 ς λ: *propter iudicium non licebat* dtt. O. — 24. *destrictum* G1 2 Lg29 A. At vulgatam tuetur consuetudo Tulliana. cf. de Orat. III. §. 7. 131. ad Q. Fr. II. 16, 1. Ellendt ad de Orat. T. I. p. 235. Beneck. ad p. leg. Man. §. 9. ad Lig. §. 9. — 26. *uti* G2. — *in eo sane* G1 2 Lg29 St.: *sane in eo* dtt. O. — 27. *venissent* de coni. Asconii L. At cf. Madv. Ep. p. 107. — 34. *deiiceret* G1, prob. Fritzsch. l. l.: *deiicerer* G2 ς Lg29 42 al.; *deiicere* Ld; *pecuniae -- deiicerent* Franc. al. O, *pecuniis deiicerer* edd. vett.

agere et cogitare. Reperio, iudices, haec ab istis consilia inita et constituta, ut, quacumque opus esset ratione, res ita duceretur, ut apud M. Metellum praetorem causa diceretur. In eo esse haec commoda: primum M. Metellum amicissimum: deinde Hortensium consulem non solum, sed etiam Q. Metellum, qui quam isti sit amicus, attendite: dedit enim praerogativam suae voluntatis eiusmodi, ut isti pro praerogativis iam reddidisse videatur. 27. An me taciturum tantis de rebus existimavistis et me in tanto rei publicae existimationisque meae periculo cuiquam consulturum potius quam officio et dignitati meae? Arcessit alter consul designatus Siculos: veniunt nonnulli, propterea quod L. Metellus esset praetor in Sicilia. Cum iis ita loquitur: se consulem esse; fratrem suum alterum Siciliam provinciam obtinere, alterum esse quaesiturum de pecuniis repetundis; Verri ne noceri possit, multis rationibus esse provisum. X. 28. Quid est, quaeso, Metelle, iudicium corrumpere, si hoc non est? testes, praesertim Siculos, timidos homines et afflictos, non solum auctoritate deterrere, sed etiam consulari metu et duorum praetorum potestate? Quid faceres pro innocente homine et propinquo, cum propter hominem perditissimum atque alienissimum de officio ac dignitate decedis et committis, ut, quod ille dictitat, alicui, qui te ignoret, verum esse videatur? 29. Nam hoc Verrem dicere aiebant, te non fato ut ceteros ex vestra familia, sed opera sua consulem factum. Duo igitur consules et quaesitor erunt ex illius voluntate. Non solum effugiemus, inquit, hominem in quaerendo nimium diligentem, nimium servientem populi existimationi, M'. Glabrionem; accedet etiam nobis illud. Iudex est M. Caesonius, collega nostri accusatoris, homo in rebus iudicandis spectatus et cognitus, quem minime expediat esse in eo consilio, quod conemur aliqua ratione corrumpere, propterea quod iam antea, cum iudex in Iuniano consilio fuisset, turpissimum illud facinus non solum graviter tulit, sed etiam in medium protulit. Hunc iudicem ex Kal. Ianuar. non habebimus. 30. Q. Manlium et Q. Cornificium, duos severissimos atque integerrimos iudices, quod tribuni plebis tum erunt, iudices non habebimus. P. Sulpicius, iudex tristis et integer, magistratum ineat oportet Nonis Decembr. M. Crepereius ex acerrima illa equestri familia et disciplina, L. Cassius ex familia cum ad ceteras res tum ad iudicandum severissima,

---

4. *consules eosque non solum* G1; *consulem: eos non solum* H; *consulem: eosque non solum* coni. Klotz. Kahnt.; *consulem, consulemque non eum solum* coni. Halm. Vulgata sanissima eaque sic interpretanda: «deinde Hortensium consulem non solum amicissimum, sed etiam Q. Metellum consulem amicissimum.» Nam quod Hortensius et Q. Metellus consules erant, in eo nihil erat commodi, nisi Verri erant amici. Quanta autem fuerit Q. Metelli amicitia quibusque rebus conspicua, deinde explicat Tullius; *eos* ortum est ex *COS*; inde turbae ortae. — 6. *iam* G1 2 St. al.: *eam* Lg29 42 L O. — 7. *me* G1 2 ς al.: om. dtt. O. — 9. *arcessit* G1 2 A S: *accersit* dtt. -- 10. *Q. Met.* codd. Correxit Naugerius in Victoriana. — 11. *iis*] *his* St. L. — 17. *innoc. hom.* G1 2 λ: *hom. inn.* dtt. St. O. — 19. *decedas - committas* coni. Keil. Progr. Liegnitz. 1846. p. XI. — *ignoret* G1 2 ς Lg29: *ignorat* dtt. O. — 22. *quaesitor* A Lg42 al.: *quaestor* G1 2 Lgg. al. — 24. *populi Rom.* L. — *etiam nobis* G1 2 Lgg. praeter 42.: *nobis etiam* St. O. Cf. Hand Turs. II. p. 547 sq. Halm. ad Vatin. p. 69. — 26. *expedit* S. — *eo* om. G2 Ld. — 27. *iam* om. G1. — 30. *habebimus* G2 S: *habemus* G1 ς Lgg. pleriq. «At praesens tempus in consideratione rei futurae inter longam seriem futurorum locum non habet.» Madv. I. p. 333. — *Mallium* G1 2 Lg29 ς. — 31. *habemus* G1 Ld. — 32. *oportet* G3 λ ς Lg29 A: *necesse est* O. — 33. *equestri illa* A. — 34. *cum* G2 ς Lg29 A: *tum* dtt. O; om. G1.

Cn. Tremellius, homo summa religione et diligentia, tres hi homines veteres tribuni militares sunt designati; ex Kal. Ianuar. non iudicabunt. Subsortiemur etiam in M. Metelli locum, quoniam is huic ipsi quaestioni praefuturus est. Ita secundum Kalendas Ianuar. et praetore et prope toto consilio commutato magnas accusatoris minas magnamque iudicii exspectationem ad nostrum arbitrium libidinemque eludemus. 31. Nonae sunt hodie Sextiles: hora octava convenire coepistis. Hunc diem iam ne numerant quidem. Decem dies sunt ante ludos votivos, quos Cn. Pompeius facturus est: hi ludi dies quindecim auferent. Deinde continuo Romani consequentur. Ita prope XL diebus interpositis tum denique se ad ea, quae a nobis dicta erunt, responsuros esse arbitrantur: deinde se ducturos et dicendo et excusando facile ad ludos Victoriae. Cum his plebeios esse coniunctos, secundum quos aut nulli aut perpauci dies ad agendum futuri sunt. Ita defessa ac refrigerata accusatione rem integram ad M. Metellum praetorem esse venturam: quem ego hominem, si eius fidei diffisus essem, iudicem non retinuissem. 32. Nunc tamen hoc animo sum, ut eo iudice quam praetore hanc rem transigi malim et iurato suam, quam iniurato aliorum tabellas committere.

XI. Nunc ego, iudices, iam vos consulo, quid mihi faciendum putetis. Id enim consilii mihi profecto taciti dabitis, quod egomet mihi necessario capiendum intelligo. Si utar ad dicendum meo legitimo tempore, mei laboris, industriae diligentiaeque capiam fructum et ex accusatione perficiam, ut nemo umquam post hominum memoriam paratior, vigilantior, compositior ad iudicium venisse videatur. Sed in hac laude industriae meae reus ne elabatur summum periculum est. Quid est igitur, quod fieri possit? Non obscurum, opinor, neque absconditum. 33. Fructum istum laudis, qui ex perpetua oratione percipi potuit, in alia tempora reservemus: nunc hominem tabulis, testibus, privatis publicisque litteris auctoritatibusque accusemus. Res omnis mihi tecum erit, Hortensi. Dicam aperte. Si te mecum dicendo ac diluendis criminibus in hac causa contendere putarem, ego quoque in accusando atque in explicandis criminibus operam consumerem: nunc, quoniam pugnare contra me instituisti non tam ex tua natura quam ex istius tempore et causa malitiose, necesse est istiusmodi rationi aliquo consilio obsistere. 34. Tua ratio est, ut secundum binos ludos mihi respondere incipias: mea, ut ante primos ludos comperendinem. Ita fiet, ut tua ista ratio existimetur astuta, meum hoc consilium necessarium. XII. Verum illud, quod institueram dicere, mihi rem tecum esse, huiusmodi est. Ego cum hanc causam Siculorum

---

4. *praetoribus* G3 ς. — 5. *iud. exsp.* ς dtt.: *exsp. iud.* G1 2. — 7. *octava* (vel potius VIII) G1 2: *nona* dtt. O. — 9. *quindecim*] $\overline{XXI}$ Lg29. — 10. *consequuntur* G2. — 12. *excusando* A S Parr. Lall.: *accusando* cett. codd.; *recusando* L. — 13. *perpauci* G1 Lg29: *pauci* ctt. O. — 16. *hoc animo* G1 2 Lg29: *eo animo* dtt. O. — 17. *malo enim iurato* A (in lemmate), *malo ei iurato* Prisc. I. p. 464. Inde Klotz. Praef. p. VII. coni. *malim: malo enim iur.* Male; nam uterque alteram sententiae partem afferens *malim* mutavit in *malo*, ut par erat omissa particula *ut*, unde coniunctivus aptus erat. — 19. *nunc* codd. A S: *non* coni. Ern. — 22. *et ex*] *ex* G2; *et ea* coni. Ern.; *capiam fructum ex accusatione: perficiam* coni. Madv. I. p. 340. At displicet asyndeton verborumque collocatio. Magis placet coni. Schuetz. *et accusatione.* — *conficiam* Asc. edd. vett. et MS. Leid. — 25. *igitur*] *ergo* G2. — 26. *neque*] *atque* G1. — 29. *mihi* om. G1 2 ς. At cf. §. 34. 36. — 38. *rem mihi* G2.

rogatu recepissem idque mihi amplum et praeclarum existimassem, eos velle meae fidei diligentiaeque periculum facere, qui innocentiae abstinentiaeque fecissent, tum suscepto negotio maius quiddam mihi proposui, in quo meam in rem publicam voluntatem populus Romanus perspicere posset. 35. Nam illud mihi nequaquam dignum industria conatuque meo videbatur, istum a me in iudicium iam omnium iudicio condemnatum vocari, nisi ista tua intolerabilis potentia et ea cupiditas, qua per hosce annos in quibusdam iudiciis usus es, etiam in istius hominis desperati causa interponeretur. Nunc vero, quoniam haec te omnis dominatio regnumque iudiciorum tanto opere delectat et sunt homines, quos libidinis infamiaeque suae neque pudeat neque taedeat, qui quasi de industria in odium offensionemque populi Romani irruere videantur, hoc me profiteor suscepisse magnum fortasse onus et mihi periculosum, verum tamen dignum, in quo omnes nervos aetatis industriaeque meae contenderem. 36. Quoniam totus ordo paucorum improbitate et audacia premitur et urgetur infamia iudiciorum, profiteor huic generi hominum me † inimicum accusatorem, odiosum, assiduum, acerbum adversarium. Hoc mihi sumo, hoc mihi deposco, quod agam in magistratu, quod agam ex eo loco, ex quo me populus Romanus ex Kal. Ianuar. secum agere de re publica ac de hominibus improbis voluit: hoc munus aedilitatis meae populo Romano amplissimum pulcherrimumque polliceor. Moneo, praedico, ante denuntio: qui aut deponere aut recipere aut accipere aut polliceri aut sequestres aut interpretes corrumpendi iudicii solent esse quique ad hanc rem aut potentiam aut impudentiam suam professi sunt, abstineant in hoc iudicio manus animosque ab hoc scelere nefario. XIII. 37. Erit tum consul Hortensius cum summo imperio et potestate, ego autem aedilis, hoc est, paulo amplius quam privatus: tamen haec huiusmodi res est, quam me acturum esse polliceor, ita populo Romano grata atque iucunda, ut ipse consul in hac causa prae me minus etiam, si fieri possit, quam privatus esse videatur. Omnia non modo commemorabuntur, sed etiam expositis certis rebus agentur, quae inter decem annos, posteaquam iudicia ad senatum translata sunt, in rebus iudicandis nefarie flagitioseque facta sunt. 38. Cognoscet ex me populus Romanus, quid sit, quamobrem, cum equester ordo iudicaret annos prope quinquaginta continuos, in nullo iudice equite Romano iu-

---

3. *quiddam mihi* G1 2 Lg29: *mihi quiddam* dtt. O. — 4. *in re publica* G1 2 ς. Hand. Turs. II. p. 294 sqq. At cf. Phil. XIII. §. 13., om. *in remp*. Claud. Sacerd. p. 71. et habet deinde *possit*. — 11. *neque taed. neque pud.* G1. Vulgatam tuetur etiam Arus. M. p. 253. L. — 14. *industriae* G1. Vulgatam tuetur Claud. Sac. p. 71. — 16. *premitur et* om. G1. At cf. in Rull. I. 5, 16. — 17. *me* om. G1. — *inimicum assiduum, accusatorem odiosum, acerbum adversarium* coni. Rau. I. p. 179. et Fritzsch. l. l.; *inimicum odiosum, acc. assid.* cet. coni. Memmius. — 18. *mihi* (ante *sumo*) om. G1 2 ς. At pronomen constanti usu Ciceronis firmatur, aequabilitate membrorum commendatur. Sic supra quoque §. 33. hoc pronomen omissum est propter notam *m* (Freund. ad Mil. p. VII. nr. 37.), ut arbitror. *Hoc mihi sumo, hoc deposco* coni. Fritzsch. l. l. — 19. *secum habere* G1 2 ς C Lgg. pleriq. — 22. *moneo* sqq.] vid. Donat. ad Terent. Andr. Prol. 22. Victorin. p. 51. — *acc. aut rec.* St. prob. Fritzsch. — 23. *aut seq. -- iudicii* Prisc. I. p. 240. Serv. ad Aen. IV. 408. — 28. *huiuscemodi* ς. — 32. *inter* G1 2 C Pall. A: *intra* Ld St. — 34. *cum* om. G1 2. — 35. *in nullo* coni. Zumpt.: *in* om. codd.; *in nullo iudice* [*eq. R. iud.*] *ne ten.* coni. Madv. I. p. 342.; *in nullo (nullo in) iudicio*, *eq. R. iudicante* coni. Kahnt. et Fritzsch.; *nullo de iudice eq. R. iud.* coni. Kiene *Bundesgkr.* p. 155. not.

dicante ne tenuissima quidem suspicio acceptae pecuniae ob rem iudicandam constituta sit; quid sit, quod iudiciis ad senatorium ordinem translatis sublataque populi Romani in unumquemque vestrum potestate Q. Calidius damnatus dixerit minoris HS tricies praetorium hominem honeste non posse damnari; quid sit, quod P. Septimio senatore damnato Q. Hortensio praetore de pecuniis repetundis lis aestimata sit eo nomine, quod ille ob rem iudicandam pecuniam accepisset; 39. quod in C. Herennio, quod in C. Popillio, senatoribus, qui ambo peculatus damnati sunt, quod in M. Atilio, qui de maiestate damnatus est, hoc planum factum est, eos pecuniam ob rem iudicandam accepisse; quod inventi sunt senatores, qui C. Verre praetore urbano sortiente exirent in eum reum, quem incognita causa condemnarent; quod inventus est senator, qui cum iudex esset, in eodem iudicio et ab reo pecuniam acciperet, quam iudicibus divideret, et ab accusatore, ut reum condemnaret. 40. Iam vero quo modo ego illam labem, ignominiam calamitatemque totius ordinis conquerar? hoc factum esse in hac civitate, cum senatorius ordo iudicaret, ut discoloribus signis iuratorum hominum sententiae notarentur! Haec omnia me diligenter severeque acturum esse polliceor. XIV. Quo me tandem animo fore putatis, si quid in hoc ipso iudicio intellexero simili aliqua ratione esse violatum atque commissum? cum planum facere multis testibus possim C. Verrem in Sicilia multis audientibus saepe dixisse, «se habere hominem potentem, cuius fiducia provinciam spoliaret; neque sibi soli pecuniam quaerere, sed ita triennium illud praeturae Siciliensis distributum habere, ut secum praeclare agi diceret, si unius anni quaestum in rem suam converteret, alterum patronis et defensoribus traderet, tertium illum uberrimum quaestuosissimumque annum totum iudicibus reservaret.» 41. Ex quo mihi venit in mentem illud dicere, quod apud M'. Glabrionem nuper, cum in reiiciendis iudicibus commemorassem, intellexi vehementer populum Romanum commoveri: me arbitrari fore, uti nationes exterae legatos ad populum Romanum mitterent, ut lex de pecuniis repetundis iudiciumque tolleretur; si enim iudicia nulla sint, tantum unumquemque ablaturum putant, quantum sibi ac liberis suis satis esse arbitretur; nunc, quod eiusmodi iudicia sint, tantum unumquemque auferre, quantum sibi, patronis, advocatis, praetori, iudicibus satis futurum sit: hoc profecto infinitum esse: se avarissimi hominis cupiditati satis facere posse, nocentissimi victoriae non posse. 42. O commemoranda iudicia praeclaram-

---

3. *vestrum* G3 ς : *nostrum* dtt. O. — 4. *HS tricies* (= *HS XXX*) A : *HS XXII* Lgg. aliquot; *HS XXX* Lg29; *HS XXX* codd. pleriq. — 6. *p. r. praetore* G1. — 8. *Popilio* G1 2 Lgg. praeter 42. cf. Ellendt. ad de Orat. Vol. II. p. 431 sq. — 10. *factum sit -- inventi sint* coni. Sch. prob. Wesenb. ad Sest. p. 46., qui etiam infra *inventus sit* postulat, ubi Sch. *est* om.; «sed est unum ex anacoluthis illis vere Tullianis.» Or. — 13. *et ab reo*] *ab reo* G1 2 Lgg. praeter 42 al. St. — 14. *condemnaret* G3 ς Lg29 : *damnaret* O. — 15. *ego* om. dtt. O. — 16. *esse*] *est* G1. In G1 2 *esse, essem, est* saepissime propter notarum similitudinem confunduntur. — 19. *putatis* L in marg. 1584. Zumpt. Madv. ad Fin. p. 273 : *putetis* codd. O. — 20. *cum planum* G3 ς : *cum praesertim pl.* dtt. O. — 23. *exspoliaret* G2, Ld. — 26. *defensoribus* G1 2 ς : *def. suis* dtt. O. — 28. *reiiciundis* ς Lg29 al. — 33. *arbitrentur* dtt. O. — 35. *praetori* G2 Ld : *praetoris* G1; *praetoribus* ς (?) al. — 36. *nocentissimi* S, Madv. de Asc. App. p. 38. Op. I. p. 351 : *nocentissimae* codd. O.

que existimationem nostri ordinis, cum socii populi Romani iudicia de pecuniis repetundis fieri nolunt, quae a maioribus nostris sociorum causa comparata sunt! An iste umquam de se bonam spem habuisset, nisi de vobis malam opinionem animo imbibisset? Quo maiore etiam, si fieri potest, apud vos odio esse debet, quam est apud populum Romanum, cum in avaritia, scelere, periurio vos sui similes esse arbitretur.

XV. 43. Cui loco, per deos immortales! iudices, consulite ac providete. Moneo praedicoque, id quod intelligo, tempus hoc vobis divinitus datum esse, ut odio, invidia, infamia, turpitudine totum ordinem liberetis. (Nulla in iudiciis severitas, nulla religio, nulla denique iam existimantur esse iudicia.) Itaque a populo Romano contemnimur, despicimur: gravi diuturnaque iam flagramus infamia. 44. Neque enim ullam aliam ob causam populus Romanus tribuniciam potestatem tanto studio requisivit, quam cum poscebat, verbo illam poscere videbatur, re vera iudicia poscebat. Neque hoc Q. Catulum, hominem sapientissimum atque amplissimum, fugit, qui Cn. Pompeio, viro fortissimo et clarissimo, de tribunicia potestate referente cum esset sententiam rogatus, hoc initio est summa cum auctoritate usus: «Patres conscriptos iudicia male et flagitiose tueri: quod si in rebus iudicandis populi Romani existimationi satis facere voluissent, non tanto opere homines fuisse tribuniciam potestatem desideraturos.» 45. Ipse denique Cn. Pompeius, cum primum contionem ad urbem consul designatus habuit, ubi, id quod maxime exspectari videbatur, ostendit se tribuniciam potestatem restituturum, (factus est in eo strepitus et grata contionis admurmuratio.) Idem in eadem contione cum dixisset populatas vexatasque esse provincias, iudicia autem turpia ac flagitiosa fieri; ei rei se providere ac consulere velle: tum vero non strepitu, sed maximo clamore suam populus Romanus significavit voluntatem. XVI. 46. Nunc autem homines in speculis sunt: observant, quemadmodum sese unusquisque vestrum gerat in retinenda religione conservandisque legibus. Vident adhuc post legem tribuniciam unum senatorem, hominem vel tenuissimum esse damnatum. Quod tametsi non reprehendunt, tamen magno opere quod laudent, non habent. Nulla est enim laus ibi esse integrum, ubi nemo est, qui aut possit aut conetur corrumpere. (47. Hoc est iudicium, in quo vos de reo, populus Romanus de vobis iudicabit.) In hoc homine statuetur, possitne senatoribus iudicantibus homo nocentissimus pecuniosissimusque damnari. Deinde est eiusmodi reus, in quo homine nihil sit praeter summa peccata maximamque pecuniam; ut, si liberatus sit, nulla alia

---

1. *extimationem* G1 et sic saepe pro *aestim.* et *existim.* — 3. *de se umquam* G1. At cf. Prisc. I. p. 482. — 6. *arbitraretur* dtt., *arbitratur* L. Mart. Cap. p. 423. Capp. (p. 504. Grot.) — 8. *tempus hoc vobis* G1 2 (in G2 *nobis*) λ: *temp. hoc divin. vob.* ς Ld.; *tempus opportunissimum vobis hoc* dtt. O. — 10. *severitas*] «Fort. *veritas* coll. §. 3.» Halm. At habes «*severitatem* iudiciorum» Divinat. §. 8. 21. p. Sull. §. 92. «iudicia *severa*» Verr. IV. §. 133. «*severos* iudices» p. leg. Man. §. 38. et multa eius generis alia exempla. cf. infra §. 51. et supra ad §. 3. — 26. *ac* G1 St.: *atque* G2; *et* dtt. O. — 29. *nostrum* G2 ς Lg29 al. — 31. *unum senatorem*, *hominem* coni. Fritzsche l. l.: *unum hominem* Asc. edd. vett.; *nec unum senat.* G1; *unum senat.* ctt. O. — 37. *eiusmodi* G3 Lg29 St.: *huiusmodi* dtt. O. — *hominis nihil* coni. Fritzsche l. l. At cf. Divin. §. 41. «*illius temporis* mihi venit in mentem, *quo die.*» lib. V. §. 29. «*aestas summa* esse coeperat, *quod tempus.*»

suspicio nisi ea, quae turpissima est, residere possit: non gratia, non cognatione, non aliis recte factis, non denique aliquo mediocri vitio tot tantaque eius vitia sublevata esse videbuntur. 48. Postremo ego causam sic agam, iudices, eiusmodi res, ita notas, ita testatas, ita magnas, ita manifestas proferam, ut nemo a vobis, ut istum absolvatis, per gratiam conetur contendere. Habeo autem certam viam atque rationem, qua omnes illorum conatus investigare et consequi possim. (Ita res a me agetur, ut in eorum consiliis omnibus non modo aures hominum, sed etiam † populus Romanus interesse videantur.) 49. Vos aliquot iam per annos conceptam huic ordini turpitudinem atque infamiam delere ac tollere potestis. Constat inter omnes post haec constituta iudicia, quibus nunc utimur, nullum hoc splendore atque hac dignitate consilium fuisse. Hic si quid erit offensum, omnes homines non iam ex eodem ordine alios magis idoneos, quod fieri non potest, sed alium omnino ordinem ad res iudicandas quaerendum arbitrabuntur. XVII. 50. Quapropter primum ab dis immortalibus, quod sperare mihi videor, hoc idem, iudices, opto, ut in hoc iudicio nemo improbus praeter eum, qui iam pridem inventus est, reperiatur; deinde si plures improbi fuerint, hoc vobis, hoc populo Romano, iudices, confirmo, vitam mehercule mihi prius quam vim perseverantiamque ad illorum improbitatem persequendam defuturam. 51. Verum quod ego laboribus, periculis inimicitiisque meis tum, cum admissum erit, dedecus severe me persecuturum esse polliceor, id ne accidat, tu tua auctoritate, sapientia, diligentia, M'. Glabrio, potes providere. Suscipe causam iudiciorum; suscipe causam severitatis, integritatis, fidei, religionis; suscipe causam senatus, ut is hoc iudicio probatus cum populo Romano et in laude et in gratia esse possit. (Cogita, qui sis, quo loco sis,) quid dare populo Romano, quid reddere maioribus tuis debeas; fac tibi paternae legis Aciliae veniat in mentem, qua lege populus Romanus de pecuniis repetundis optimis iudiciis severissimisque iudicibus usus est. 52. Circumstant te summae auctoritates, quae te oblivisci laudis domesticae non sinant, quae te noctes diesque commoneant fortissimum tibi patrem, sapientissimum avum, gravissimum socerum fuisse. Quare si Glabrionis patris vim et acrimoniam ceperis ad resistendum hominibus audacissimis, si avi Scaevolae prudentiam ad prospiciendas insidias, quae tuae atque horum famae comparantur, si soceri Scauri constantiam, ut ne quis te de vera et certa possit sententia demovere: intelliget populus Romanus integerrimo atque honestissimo praetore delectoque consilio nocenti reo magnitudinem pecuniae plus habuisse momenti ad suspicionem criminis quam ad rationem salutis.

---

2. *aliquo* dtt.: *alio* G3 ς. — 3. *videbuntur* G3 ς: *existimabuntur* dtt. O. cf. ad §. 19. — 7. *ac consequi* G2. — 9. *pop. R. int. videatur* G1 2 ς: *oculi populi int. videantur* vulgo, O.; *oculi int. videantur* (om. *pop. R.*) coni. Fritzsche admodum probabiliter. — 10. *et tollere* G1; om. dtt. — 11. *constituta* om. dtt. — 12. *hac* om. G1 2. — 16. *a diis* G1. — *sperare debere* L. At cf. Ellendt ad de Orat. II. §. 122. Seyff. ad Lael. §. 15. — 17. *opto* G3 ς codd. Lambini: *peto* dtt. O. cf. Catil. II. §. 15. — 23. *auctoritate, sap.* G1 2 ς Lg29: *sap., auct.* dtt. O. — 24. Malim *veritatis*. Cf. p. 134. v. 13. Bait. — 25. *hoc is* G2. — 27. *qui sis* A: om. codd. — 28. *legis Aciliae* A. Prisc. II. p. 85. dtt.: *leges Ac.* G3 ς. — *veniat* Prisc. dtt.: *veniant* G3 ς. — 31. *noctes diesque* G1 2 ς. cf. V. §. 112. p. Rosc. Am. §. 6. Madv. ad Fin. I. §. 51: *dies noctesque* dtt. O. — 37. *dimovere* G1 Ld Lg. 42.

XVIII. 53. Mihi certum est non committere, ut in hac causa praetor nobis consiliumque mutetur. Non patiar rem in id tempus adduci, ut, quos adhuc servi designatorum consulum non moverunt, cum eos novo exemplo universos arcesserent, eos tum lictores consulum vocent: ut homines miseri, antea socii atque amici populi Romani, nunc servi ac supplices, non modo ius suum fortunasque omnes eorum imperio amittant, verum etiam deplorandi iuris sui potestatem non habeant. 54. Non sinam profecto causa a me perorata, quadraginta diebus interpositis, tum nobis denique responderi, cum accusatio nostra in oblivionem diuturnitatis adducta sit; non committam, ut tum haec res iudicetur, cum haec frequentia totius Italiae Roma discesserit, quae convenit uno tempore undique comitiorum, ludorum censendique causa. Huius iudicii et laudis fructum et offensionis periculum vestrum, laborem sollicitudinemque nostram, scientiam, quid agatur, memoriamque, quid a quoque dictum sit, omnium puto esse oportere. 55. Faciam hoc non novum, sed ab iis, qui nunc principes nostrae civitatis sunt, ante factum, ut testibus utar statim: illud a me novum, iudices, cognoscetis, quod ita testes constituam, ut crimen totum explicem; ubi id [interrogando,] argumentis atque oratione firmavero, tum testes ad crimen accommodem; ut nihil inter illam usitatam accusationem atque hanc novam intersit, nisi quod in illa tunc, cum omnia dicta sunt, testes dantur, hic in singulas res dabuntur, ut illis quoque eadem interrogandi facultas, argumentandi dicendique sit. Si quis erit, qui perpetuam orationem accusationemque desideret, altera actione audiet: nunc id, quod facimus, (ea ratione facimus, ut malitiae illorum consilio nostro occurramus) necessario fieri intelliget. 56. Haec primae actionis erit accusatio. Dicimus C. Verrem, cum multa libidinose, multa crudeliter in cives Romanos atque socios, multa in deos hominesque nefarie fecerit, tum praeterea quadringenties sestertium ex Sicilia contra leges abstulisse. Hoc testibus, hoc tabulis privatis publicisque auctoritatibus ita vobis planum faciemus, ut hoc statuatis, etiam si spatium ad dicendum nostro commodo vacuosque dies habuissemus, tamen oratione longa nihil opus fuisse. Dixi.

---

3. *ut, quos* coni. Madv. I. p. 342: *ut Siculi, quos* codd. — 8. *triginta* dtt. — 9. *responderi* L: *respondere* G3 ς; *respondeant* dtt. O. — 10. *diuturnitatis* codd.: *diuturnitate* edd. vett. — *haec res* G1 2 ς Lg. 29. 42: *res* dtt. O. — 11. *totius Italiae* om. Arus. M. p. 224. — 12. *ludorum* coni. Man. ex Asc.: *iudiciorum* codd. — 18. *ut ubi id* A. Iannoct. — *interrogando* delet Madv. I. p. 335. Probabiliter. — 24. *desiderat* G1 2 7 Lgg. — 25. *ea* om. G1. — *oratione* G2. — *facimus* om. de Asc. coni. Lamb. — 26. *intelliget* coni. Fritzsche: *intelligat* G1 2 al. O; *intelligant* Lgg. omnes. — 28. *socios* G3 ς Lgg. pleriq.: *in socios* dtt. O. — *nefaria* G1 2 ς. — 29. *CCCC* G1 Lgg. nonn.; *CCCCM* G2. — 33. *dixi* G1 2. A: Uncis inclusit O.

ACTIONIS SECUNDAE
IN
C. V E R R E M
LIBER PRIMUS
DE
PRAETURA URBANA.

Haec oratio iisdem, quibus superior, continetur codicibus. G1 desinit §. 105. G2 Ld. ς. §. 111. Ad cap. XVII. commemoratur fragmentum *Palimpsesti Taurinensis (PT.)*, quod incipit a verbis . . . *que iter fecit*, desinit in verbis: *non participem C. Ver.* cf. Peyron. fragmm. p. 216. — A §. 105. incipiunt fragmenta *Palimpsesti Vaticani (V.)* a Maio edita. (Auctores class. e Vatt. codd. Tom. II. p. 390 sqq. Romae 1828.) Sunt autem haec: 1) §. 105. *docet hominem* — §. 114. *usitata satis.* 2) §. 119. *videbantur, quod* — §. 130. *locavisset.* 3) §. 137. *Venit ad Ch.* — §. 139. *esse deferre.* 4) §. 142. *bonis praedibus* — §. 148. *existimationem con . . .* 5) §. 150. *tabulas praedam* — §. 153. *ut illorum.* 6) *Q. Curtium* — *subsortiebatur.* Ubi Maius editionis scripturae auctoritatem codicis non diserte adscripsit, signo *eV* (i. e. editio Vaticana) usi sumus. Nam quamquam Maius sese rem diligenter egisse cunctumque codicem in adversaria rettulisse typisque edendum curasse dicit, tamen interdum iure dubitari videtur, satisne accurate codicis scripturam in editione expresserit. — *Scholiasta Gronovianus* desinit §. 62.

I. 1. Neminem vestrum ignorare arbitror, iudices, hunc per hosce dies sermonem vulgi atque hanc opinionem populi Romani fuisse, C. Verrem altera actione responsurum non esse neque ad iudicium adfuturum. Quae fama non idcirco solum emanarat, quod iste certe statuerat ac deliberaverat non adesse, verum etiam quod nemo quemquam tam audacem, tam amentem, tam impudentem fore arbitrabatur, qui tam nefariis criminibus, tam multis testibus convictus ora iudicum adspicere aut os suum populo Romano ostendere auderet. 2. Est idem Verres, qui fuit semper, ut ad audendum proiectus, sic paratus ad audiendum. Praesto est, respondet, defenditur. Ne hoc quidem sibi reliqui facit, ut, in rebus turpissimis cum manifesto teneatur, si reticeat et absit, tamen impudentiae suae pudentem exitum quaesisse videatur. Patior, iudices, et non moleste fero me laboris mei, vos virtutis vestrae fructum esse laturos. Nam si iste id fecisset, quod prius statuerat, ut non adesset, minus aliquanto, quam mihi opus esset, cognosceretur, quid ego in hac accusatione comparanda constituendaque elaborassem: vestra vero laus tenuis plane atque obscura, iudices, esset. 3. Neque hoc a vobis populus Romanus exspectat neque eo potest esse contentus, si condemna-

---

1. *Neminem -- fuisse* Quintil. IX. 4, 119. — 4. *certe* codd. S: *certo* coni. Ern. — 7. *testibus*] *iudicibus* G1 2. — *convictus* G1 2 λ Lg 29. S. Prisc. II. p. 159: *evictus* ς (?) dtt. — 8. *est enim idem* Lg29 dtt. — 9. *paratus* om. G3 ς C. At tuentur dtt. Prisc. l. l. S. — 10. *praesto -- defenditur* Arus. M. p. 253. L. — *facit* G3: *fecit* ς (?) dtt. — 12. *pudentem -- videatur* Claud. Sacerd. p. 73. — *patior -- laturos* Arus. M. p. 254. — 14. *prius* G1 2 ς: *primus* Ld.; *primo* dtt. O. — 17. *neque* G3 λ ς: *neque enim* dtt. O.

tus sit is, qui adesse noluerit, et si fortes fueritis in eo, quem nemo sit ausus defendere. Immo vero adsit, respondeat; summis opibus, summo studio potentissimorum hominum defendatur; certet mea diligentia cum illorum omnium cupiditate, vestra integritas cum illius pecunia, testium constantia cum illius patronorum minis atque potentia; tum demum illa omnia victa videbuntur, cum in contentionem certamenque venerint. 4. Absens si iste esset damnatus, non tam sibi consuluisse, quam invidisse vestrae laudi videretur. II. Neque enim salus ulla rei publicae maior hoc tempore reperiri potest, quam populum Romanum intelligere diligenter reiectis ab accusatore iudicibus socios, leges, rem publicam senatorio consilio maxime posse defendi; neque tanta fortunis omnium pernicies potest accidere, quam opinione populi Romani rationem veritatis, integritatis, fidei, religionis ab hoc ordine abiudicari. 5. Itaque mihi videor, iudices, magnam et maxime aegram et prope depositam rei publicae partem suscepisse, neque in eo magis meae quam vestrae laudi existimationique servisse. Accessi enim ad invidiam iudiciorum levandam vituperationemque tollendam, ut, cum haec res pro voluntate populi Romani esset iudicata, aliqua ex parte mea diligentia constituta auctoritas iudiciorum videretur; postremo, utut esset hoc iudicatum, ut finis aliquando iudiciariae controversiae constitueretur. 6. Etenim sine dubio, iudices, in hac causa ea res in discrimen adducitur. Reus est enim nocentissimus; qui si condemnatur, desinent homines dicere his iudiciis pecuniam plurimum posse; sin absolvitur, desinemus nos de iudiciis transferendis recusare. Tametsi de absolutione istius neque ipse iam sperat nec populus Romanus metuit: de impudentia singulari, quod adest, quod respondet, sunt qui mirentur; mihi pro cetera eius audacia atque amentia ne hoc quidem mirandum videtur. Multa enim et in deos et in homines impie nefarieque commisit, quorum scelerum poenis agitatur et a mente consilioque deducitur. III. 7. Agunt eum praecipitem poenae civium Romanorum, quos partim securi percussit, partim in vinculis necavit, partim implorantes iura libertatis et civitatis in crucem sustulit. Rapiunt eum ad supplicium di patrii, quod iste unus inventus est, qui e complexu parentum abreptos filios ad necem duceret et parentes pretium pro sepultura liberum posceret. Reli-

---

2. *assit* λ. — 4. *hominum* G2. — *illius* G1 2 ς: *istius* S. dtt. O. — 5. *istius patr.* L. — 6. *omnia* G1 2 ς Lg29. al.: om. dtt. O. — 7. *esset iste* G2 Lg29 L. — *sibi* G3 Lgg. praeter 42: *ipse sibi* dtt. O. — 8. *enim* om. G3. — 12. *potest pern.* G1; *pern. ulla potest* S. — *accidere* coni. Man.: *accedere* codd. Similiter peccatum infra §. 39. — 13. *abiudicare* G1 2 ς. — 14. *iudices* Non. p. 279: om. codd. — *et prope* codd. S. Serv. ad Aen. XII. 395. Non. l. l.: *ac prope* Klotz ex Asc. — 19. *utut esset* coni. Muret. et Guilielm. Quaestt. Plautt. in Poen. c. 2: *ut esset* codd. O; *ubi esset* nescio cuius coni.; *ita esset* coni. Ern.; *iudicata, finis aliq. iud. contr. constitueretur; postremo, ut cum esset hoc iudicatum, aliqua ex p. -- videretur* L. Neque tamen hic locus Mureti coniectura prorsus in integrum restitutus videtur. Offendit enim *postremo* in altero membro collocatum, quod haud scio an nusquam alibi reperiatur. Itaque ante *postremo* lacunam esse suspicor. — *hoc*] *hic* G2. — 22. *reus*] *homo* A: *reus est enim homo* L. — 24. *etsi* G2; om. Ld. — 26. *propter eius audaciam atque amentiam* Lgg. omn. et al. dtt. — 33. *unus* Prisc. I. p. 307. II. p. 160: om. codd. — *ex compl.* Prisc. I. p. 307; *et a compl.* Prisc. II. p. 160.; *et e compl.* coni. Garat. admodum probabiliter. Sic infra §. 11. 17. *et* ante *ex* in codd. om. — 34. *liberum* Prisc. ll. ll. Non. p. 365. dtt.: om. G1 2 al.

giones vero caerimoniaeque omnium sacrorum fanorumque violatae simulacraque deorum, quae non modo ex suis templis ablata sunt, sed etiam iacent in tenebris ab isto retrusa atque abdita, consistere eius animum sine furore atque amentia non sinunt. 8. Neque iste mihi videtur se ad damnationem solum offerre, neque hoc avaritiae supplicio communi qui se tot sceleribus obstrinxerit contentus esse: singularem quandam poenam istius immanis atque importuna natura desiderat. Non id solum quaeritur, ut isto damnato bona restituantur iis, quibus erepta sunt, sed et religiones deorum immortalium expiandae et civium Romanorum cruciatus multorumque innocentium sanguis istius supplicio luendus est. 9. Non enim furem, sed ereptorem, non adulterum, sed expugnatorem pudicitiae, non sacrilegum, sed hostem sacrorum religionumque, non sicarium, sed crudelissimum carnificem civium sociorumque in vestrum iudicium adduximus, ut ego hunc unum eiusmodi reum post hominum memoriam fuisse arbitrer, cui damnari expediret.

IV. Nam quis hoc non intelligit, istum absolutum dis hominibusque invitis tamen ex manibus populi Romani eripi nullo modo posse? Quis hoc non perspicit, praeclare nobiscum actum iri, si populus Romanus istius unius supplicio contentus fuerit ac non sic statuerit, non istum maius in sese scelus concepisse, cum fana spoliarit, cum tot homines innocentes necarit, cum cives Romanos morte, cruciatu, cruce affecerit, cum praedonum duces accepta pecunia dimiserit, quam eos, si qui istum tot, tantis, tam nefariis sceleribus coopertum iurati sententia sua liberarint? 10. Non est, non est in hoc homine cuiquam peccandi locus, iudices: non is est reus, non id tempus, non id consilium (metuo ne quid arrogantius apud tales viros videar dicere), ne actor quidem est is, cui reus tam nocens, tam perditus, tam victus aut occulte surripi aut impune eripi possit. His ego iudicibus non probabo C. Verrem contra leges pecuniam cepisse? sustinebunt tales viri se tot senatoribus, tot equitibus Romanis, tot civitatibus, tot hominibus honestissimis ex tam illustri provincia, tot populorum privatorumque litteris non credidisse, tantae populi Romani voluntati restitisse? 11. Sustineant: reperiemus, si istum vivum ad aliud iudicium perducere poterimus, quibus probemus istum in quaestura pecuniam publicam Cn. Carboni consuli datam avertisse; quibus persuadeamus istum alieno nomine a quaestoribus urbanis, quod priore actione didicistis, pecuniam abstulisse. Erunt, qui et in eo quoque audaciam eius reprehendant, quod aliquot nominibus de capite, quantum commodum fuerit, frumenti decumani detraxerit.

5. *solum offerre* G1 2 ς: *offerre sol.* dtt. O. — 11. *ereptorem* codd., Iul. Sever. p. 342. 344: *raptorem* codd. nonn. ap. Quintil. 8, 4, 2. — 17. *tamen*] *eum* G1 2 ς al. De Lgg. et Ld. tacetur. Vulgata est a Naug.; *tamen* om. L. — *nullo modo eripi* G1. — 19. *fuerit* G3 ς Lg29. Prisc. II. p. 460. Iul. Sev. p. 343: *erit* dtt. — *ac si non st.* G2. — 20. *spoliaret -- necaret* dtt. — 22. *cum praed. -- dimiserit* om. G3. — 24. *liberarent* dtt. — *non est* altero loco om. G2. *non est in hoc peccandi locus* affert Iul. Sev. p. 343. Cf. Donat. ad Terent. Andr. I. 2, 32. — 26. *nec actor* G1 Lgg. (praeter 42) dtt. Vulgatam tuetur A. — 29. *contra l. pecuniam* G2 Lg27 29: *pecuniam c. l.* G1; *contra l. pecunias* dtt. O. Cf. III. §. 218. — 30. *Romanis* om. G3. Sic II. §. 180. in optimo codice; «at *Romanus* ita ad plenam atque honorificam *equitis* appellationem pertinet, ut certe in orationibus vix omittatur umquam.» Kahnt p. 11. cf. Act. I. §. 22. lib. I. §. 13. 137. II. §. 58. alibi. — 33. *poterimus* G1 2 ς: *potuerimus* dtt. — 37. *et -- quoque* suspectum habet Wesenb. ad Sest. p. 21. n. 2.

Erunt etiam fortasse, iudices, qui illum eius peculatum vel acerrime vindicandum putent, quod iste M. Marcelli et P. Africani monumenta, quae nomine illorum, re vera populi Romani et erant et habebantur, ex fanis religiosissimis et ex urbibus sociorum atque amicorum non dubitarit auferre. V. 12. Emerserit ex peculatus etiam iudicio: meditetur de ducibus hostium, quos accepta pecunia liberavit; videat, quid de illis respondeat, quos in eorum locum subditos domi suae reservavit; quaerat non solum, quemadmodum nostro crimini, verum etiam quo pacto suae confessioni possit mederi; meminerit se priore actione clamore populi Romani infesto atque inimico excitatum confessum esse, duces praedonum a se securi non esse percussos, se iam tum esse veritum, ne sibi crimini daretur eos ab se pecunia liberatos; fateatur id, quod negari non potest, se, privatum hominem, praedonum duces vivos atque incolumes domi suae, posteaquam Romam redierit, usque dum per me licuerit, retinuisse. Hoc in illo maiestatis iudicio si licuisse sibi ostenderit, ego oportuisse concedam. Ex hoc quoque evaserit: proficiscar eo, quo me iam pridem vocat populus Romanus. 13. De iure enim libertatis et civitatis suum putat esse iudicium, et recte putat. Confringat iste sane vi sua consilia senatoria, quaestiones omnium perrumpat, evolet ex vestra severitate: mihi credite, artioribus apud populum Romanum laqueis tenebitur. Credet iis equitibus Romanis populus Romanus, qui ad vos ante producti testes ipsis inspectantibus ab isto civem Romanum, qui cognitores homines honestos daret, sublatum esse in crucem dixerunt. 14. Credent omnes v et xxx tribus homini gravissimo atque ornatissimo, M. Annio, qui se praesente civem Romanum securi percussum esse dixit. Audietur a populo Romano vir primarius, eques Romanus, L. Flavius, qui suum familiarem Herennium, negotiatorem ex Africa, cum eum Syracusis amplius centum cives Romani cognoscerent lacrimantesque defenderent, pro testimonio dixit securi esse percussum. Probabit fidem et auctoritatem et religionem suam L. Suetius, homo omnibus ornamentis praeditus, qui iuratus apud vos dixit multos cives Romanos in lautumiis istius imperio crudelissime per vim morte esse multatos. Hanc ego causam cum agam beneficio populi Romani de loco superiore, non vereor, ne aut istum vis ulla ex populi Romani suffragiis eripere aut a me ullum munus aedilitatis amplius aut gratius populo Romano esse possit.

VI. 15. Quapropter omnes in hoc iudicio conentur omnia: nihil est iam, quod in hac causa peccare quisquam, iudices, nisi vestro periculo possit. Mea quidem ratio cum in praeteritis rebus est cognita, tum in reliquis explorata atque provisa est. Ego meum studium in rem publicam iam illo tempore ostendi, cum longo intervallo veterem consuetudinem rettuli et rogatu sociorum atque amicorum populi Romani, meo-

---

4. *et ex* G3 ς λ Lg29: *ex* dtt. O. — *dubitarit* Ld Lg29 St.: *dubitant* G1 2; *dubitaverit* dtt. O. — 11. *praed. a se* G1 2 Lgg. praeter 42: *a se pr.* dtt. O. — 15. *retinuisse* G1 2 St.: *tenuisse* dtt. O. — 17. *me iam pr.* A. dtt.: *iam me pr.* G1; *me iam non pr.* G2. — 18. *recte*] *ratione* G1 prob. Ellendt. ad de Orat. Vol. II. p. 13. At vulgatam iure tuetur Madv. I. p. 332. not. 1. — 20. *nostra* G2 ς. — 22. *ad nos* G1 2. — *ante* G1 2 ς: *antea* dtt. O. — 28. *eum* om. G3 al. — 30. *Suetonius* λ; *Senectuis* G1; *Suectuis* G2. At cf. II. §. 31. V. §. 147. — 38. *nostro* G1. — 39. *tum in*] *tum* G1.

rum autem necessariorum, nomen hominis audacissimi detuli. Quod meum factum lectissimi viri atque ornatissimi, quo in numero e vobis complures fuerunt, ita probaverunt, ut ei, qui istius quaestor fuisset et ab isto laesus inimicitias iustas persequeretur, non modo deferendi nominis, sed ne subscribendi quidem, cum id postularet, facerent potestatem. 16. In Siciliam sum inquirendi causa profectus: (quo in negotio industriam meam celeritas reditionis, diligentiam multitudo litterarum et testium declaravit) pudorem vero ac religionem, quod, cum venissem senator ad socios populi Romani, qui in ea provincia quaestor fuissem, ad hospites meos ac necessarios causae communis defensor deverti potius quam ad eos, qui a me auxilium petivissent. Nemini meus adventus labori aut sumptui neque publice neque privatim fuit. Vim in inquirendo tantam habui, quantam mihi lex dabat, non quantam habere poteram illorum studio, quos iste vexarat. 17. Romam ut ex Sicilia redii, (cum iste atque istius amici, homines lauti et urbani, sermones huiusmodi dissipassent) quo animos testium retardarent, me magna pecunia a vera accusatione esse deductum, tametsi probabatur nemini, quod et ex Sicilia testes erant ii, qui quaestorem me in provincia cognoverant, et hinc homines maxime illustres, qui, ut ipsi noti sunt, sic nostrum unumquemque optime norunt: tamen usque eo timui, ne quis de mea fide atque integritate dubitaret, donec ad reiiciundos iudices venimus. VII. Sciebam in reiiciundis iudicibus nonnullos memoria nostra pactionis suspicionem non vitasse, cum in ipsa accusatione eorum industria ac diligentia probaretur. 18. Ita reieci iudices, ut hoc constet, post hunc statum rei publicae, quo nunc utimur, simili splendore et dignitate consilium nullum fuisse. Quam iste laudem communem sibi ait esse mecum: qui cum P. Galbam iudicem reiecisset, M. Lucretium retinuit, et, cum eius patronus ex eo quaereret, cur suos familiarissimos, Sex. Peducaeum, Q. Considium, Q. Iunium reiici passus esset, respondit, quod eos in iudicando nimium sui iuris sententiaeque cognosset. 19. Itaque iudicibus reiectis sperabam iam onus meum vobiscum esse commune. (Putabam non solum notis, sed etiam ignotis probatam meam fidem esse et diligentiam.) Quod me non fefellit. Nam comitiis meis, cum iste infinita largitione contra me uteretur, populus Romanus iudicavit istius pecuniam, quae apud me contra fidem meam nihil potuisset, apud se contra honorem meum nihil posse debere. Quo quidem die primum, iudices, citati in hunc reum consedistis, quis tam iniquus huic ordini fuit, quis tam novarum rerum, iudiciorum iudicumque cupidus, qui non adspectu consessuque vestro commoveretur? 20. Cum

2. *e numerò* G1 2 ς λ. Vulgatam tuetur etiam A. — 3. *fuere* dtt. O. — *probarunt* dtt. O. — 10. *deverti* G1 ς codd. Lambini: *diverti* G2 Ld. — 12. *ac sumpt.* G2. — *in* om. G1 2 A; *in quaerendo* Ld. — 14. *illorum* coni. Zumpt: *istorum* codd. O. — 15. *cum comites istius atque amici* Non. p. 337. — 16. *eiusmodi* G2 ς; *huiuscemodi* O. — *quo*] *quos* G1; *per quos* G2. — 17. *vera*] *mea* G2. — 18. *et ex*] *ex* G1 2. — 20. *vestrum* G1. — 21. *reiciundos* G2 ς λ Lg29: *reiiciendos* G1 O. — 22. *reiciundis* G2 ς λ: *reiiciendis* A G1 O. — 23. *in ipsa* codd. pleriq.: *ipsa in* O. — 26. *ait sibi* dtt. O. — 29. *Paeduceum* O. At cf. Onomast. p. 444; *Peduceum* Lg29. al. — 30. *cognosset* Lg29: *cognoscet* ς; *cognosceret* ctt. Saepissime hae formae hoc modo a librariis commutantur. cf. infra §. 97. — 37. *iniquus* G1 2 ς λ, codd. Lambini, Lg29 p. m: *inimicus* dtt. O. — 39. *aspectu* G1 2 ς Lg29: *conspectu* dtt. O, quae scriptura commendatur simili loco p. Planc. §. 2.

in eo vestra dignitas mihi fructum diligentiae referret, id sum assecutus, ut una hora, qua coepi dicere, reo audaci, pecunioso, profuso, perdito spem iudicii corrumpendi praeciderem; ut primo die testium tanto numero citato populus Romanus iudicaret isto absoluto rem publicam stare non posse; ut alter dies amicis istius ac defensoribus non modo spem victoriae, sed etiam voluntatem defensionis auferret; ut tertius dies sic hominem prosterneret, ut morbo simulato non, quid responderet, sed quemadmodum non responderet, deliberaret: deinde reliquis diebus his criminibus, his testibus et urbanis et provincialibus sic obrutus atque oppressus est, ut his ludorum diebus interpositis nemo istum comperendinatum, sed condemnatum iudicaret. VIII. 21. Quapropter ego, quod ad me attinet, iudices, vici; non enim spolia C. Verris, sed existimationem populi Romani concupivi. Meum fuit cum causa accedere ad accusandum: quae causa fuit honestior, quam a tam illustri provincia defensorem constitui et deligi? rei publicae consulere: quid tam e re publica, quam in tanta invidia iudiciorum adducere hominem, cuius damnatione totus ordo cum populo Romano et in laude et in gratia posset esse? ostendere ac persuadere hominem nocentem adductum esse: quis est in populo Romano, qui hoc non ex priore actione abstulerit, omnium ante damnatorum scelera, furta, flagitia si unum in locum conferantur, vix cum huius parva parte aequari conferrique posse? 22. Vos, quod ad vestram famam, existimationem salutemque communem pertinet, iudices, prospicite atque consulite. Splendor vester facit, ut peccare sine summo rei publicae detrimento ac periculo non possitis. Non enim potest sperare populus Romanus esse alios in senatu, qui recte possint iudicare, vos si non potueritis. Necesse est, cum de toto ordine desperarit, aliud genus hominum atque aliam rationem iudiciorum requirat. Hoc si vobis ideo levius videtur, quod putatis onus esse grave et incommodum iudicare: intelligere debetis primum interesse, utrum id onus vosmet ipsi reieceritis, an, quod probare populo Romano fidem vestram et religionem non potueritis, eo vobis iudicandi potestas erepta sit; deinde etiam illud cogitare, quanto periculo venturi simus ad eos iudices, quos propter odium nostri populus Romanus de nobis voluerit iudicare. 23. Verum vobis dicam id, quod intellexi, iudices. Homines scitote esse quosdam, quos tantum odium nostri ordinis teneat, ut hoc palam iam dictitent, se istum, quem sciant esse hominem improbissimum, hoc uno nomine absolvi velle, ut ab senatu iudicia per ignominiam turpitudinemque auferantur. Haec me pluribus verbis, iudices, vobiscum agere coëgit non timor meus de vestra fide, sed spes illorum nova, quae cum Verrem a porta subito ad iudicium retraxisset,

---

Solet autem Cicero verba ab iisdem syllabis incipientia componere. — 1. *mihi dign.* dtt. O. — 4. *isto* coni. Zumpt.: *ipso* codd. O. — 14. *honestior* G3 ς: *iustior* dtt. O; *illustrior* al. — 15. *quid tam e re p.* coni. Madv. I. p. 347: *quod tn̄ re p. honestius* G2; *quod tamen res publicas hon.* G1; *quod tam reip. hon.* ς; *quid iam reip. honestius* dtt. O. — 18. *possit* dtt. O. — 20. *in unum locum* dtt. O. — 24. *possetis* G1 2 ς. — 30. *relegeritis* G3 ς. — 32. *cogitare* G1 2 Franc.: *sit. Deinde -- cogitate* dtt. O. — *sumus* G1 2 ς. — 33. *nostri -- de nobis* G1 2 al.: *vestri -- de vobis* dtt. O. — 35. *vestri* dtt. O. — 36. *hominem esse* G2. — 38. *haec me res* codd. noti. Delevit *res* Naugerius in Aldina. — *iudices pl. verbis* dtt. O.

nonnulli suspicati sunt, non sine causa illius consilium tam repente esse mutatum.

IX. 24. Nunc ne novo querimoniae genere uti possit Hortensius et ea dicere, opprimi reum, de quo nihil dicat accusator; nihil esse tam periculosum fortunis innocentium, quam tacere adversarios; et ne aliter, quam ego velim, meum laudet ingenium, cum dicat me, si multa dixissem, sublevaturum fuisse eum, quem contra dicerem; quia non dixerim, perdidisse: morem illi geram, utar oratione perpetua; non quo iam hoc sit necesse, verum ut experiar, utrum ille ferat molestius me tunc tacuisse an nunc dicere. 25. Hic tu fortasse eris diligens, ne quam ego horam de meis legitimis horis remittam. Nisi omni tempore, quod mihi lege concessum est, abusus ero, querere, deum atque hominum fidem implorabis, circumveniri C. Verrem, quod accusator nolit tam diu, quam diu liceat, dicere. Quod mihi lex mea causa dedit, eo mihi non uti non licebit? Nam accusandi mihi tempus mea causa datum est, ut possem oratione mea crimina causamque explicare. Hoc si non utor, non tibi iniuriam facio, sed de meo iure aliquid et commodo detraho. — Causam enim, inquit, cognosci oportet. — Ea re quidem, quod aliter condemnari reus, quamvis sit nocens, non potest. Id igitur tu moleste tulisti, a me aliquid factum esse, quo minus iste condemnari posset? (Nam causa cognita possunt multi absolvi, incognita quidem condemnari nemo potest.) 26. «Adimo enim comperendinatum»: quod habet lex in se molestissimum, bis ut causa dicatur, quod aut mea causa potius est constitutum quam tua, aut nihilo tua potius quam mea. Nam si bis dicere est commodum, certe utriusque commune est: si eum, qui posterius dixit, opus est redargui, accusatoris causa, ut bis ageretur, constitutum est. Verum, ut opinor, Glaucia primus tulit, ut comperendinaretur reus; antea vel iudicari primo poterat vel amplius pronuntiari. Utram igitur putas legem molliorem? Opinor illam veterem, qua vel cito absolvi vel tarde condemnari licebat. Ego tibi illam Aciliam legem restituo, qua lege multi semel accusati, semel dicta causa, semel auditis testibus condemnati sunt, nequaquam tam manifestis neque tantis criminibus, quantis tu convinceris. Puta te non hac tam atroci, sed illa lege mitissima causam dicere. Accusabo: respondebis. Testibus editis ita mittam in consilium, ut, etiam si lex ampliandi faciat potestatem, tamen isti turpe sibi existiment non primo iudicare. X. 27. Verum si causam cognosci opus est, parumne cognita est? dissimulamus, Hortensi, quod saepe experti in dicendo sumus. Quis nos magno opere attendit umquam in hoc quidem genere causarum, ubi aliquid ereptum

---

8. *non quo iam* coni. Madv. de Asc. App. p. 39: *non quoniam* codd. — 14. *dedit* A: *det* codd. O. — *non uti licebit* G1 2 ς. — 18. *inquit* om. G1. — *Et ea re quidem* coni. Bake ad Legg. p. 618. Rau I. p. 66. — 21. *multi possunt* dtt. O. — 23. *quod aut*] Locus vix sanus. Ern. coni. *id aut*; Beck. delet *quod*, uncis inclusit O. — 29. *igitur*] *ergo* G2. — *moliorem* Lg. 29; *meliorem* G1 2 Zumpt. «At lex ea, quae multo maiora reis commoda affert, quam alia iisdem atrocior, praesertim cum, ut hoc loco fit, oratorie efferatur et de industria tamquam praestantior praedicetur, cur non recte *mollis* dicatur? Infra appellatur *mitissima*.» Kahnt. p. 13. — 36. *tamen*] *causam*. In G1 2 *cam* (i. e. *causam*) *tam* et *tamen* saepissime confunduntur. — *isti*] *ipsi* coni. Halm. — 38. *magnopere* G1 2.

aut ablatum a quopiam dicitur? Nonne aut in tabulis aut in testibus omnis exspectatio iudicum est? Dixi prima actione me planum esse facturum, C. Verrem HS quadringenties contra leges abstulisse. Quid? hoc planius egissem, si ita narrassem: Dio quidam fuit Halesinus, qui, cum eius filio praetore Sacerdote hereditas a propinquo permagna venisset, nihil habuit tum neque negotii neque controversiae. Verres simulac tetigit provinciam, statim Messana litteras dedit, Dionem evocavit, calumniatores ex sinu suo apposuit, qui illam hereditatem Veneri Erycinae commissam esse dicerent. Hac de re ostendit se ipsum cogniturum. 28. Possum deinceps totam rem explicare, deinde ad extremum, id quod accidit, dicere, Dionem HS decies centena milia numerasse, ut causam certissimam obtineret; praeterea greges equarum eius istum abigendos curasse, argenti vestisque stragulae quod fuerit, curasse auferendum. Haec neque cum ego dicerem neque cum tu negares, magni momenti nostra esset oratio. Quo tempore igitur aures iudex erigeret animumque attenderet? Cum Dio ipse prodiret, cum ceteri, qui tum in Sicilia negotiis Dionis interfuissent; cum per eos ipsos dies, per quos causam Dio diceret, reperiretur pecunias sumpsisse mutuas, nomina sua exegisse, praedia vendidisse; cum tabulae virorum bonorum proferrentur; cum, qui pecuniam Dioni dederunt, dicerent se iam tum audisse eos nummos sumi, ut Verri darentur; cum amici, hospites, patroni Dionis, homines honestissimi, haec eadem se audisse dicerent: 29. opinor, cum haec fierent, tum vos audiretis, sicut audistis; tum causa agi vere videretur. Sic a me sunt acta omnia priore actione, ut in criminibus omnibus nullum esset, in quo quisquam vestrum perpetuam accusationem requireret. Nego esse quidquam a testibus dictum, quod aut vestrum cuipiam esset obscurum aut cuiusquam oratoris eloquentiam quaereret. XI. Etenim sic me ipsum egisse memoria tenetis, ut in testibus interrogandis omnia crimina proponerem et explicarem, ut, cum rem totam in medio posuissem, tum denique testem interrogarem. Itaque non modo vos, quibus est iudicandum, nostra crimina tenetis, sed etiam populus Romanus totam accusationem causamque cognovit. Tametsi ita de meo facto loquor, quasi ego illud mea voluntate potius quam vestra iniuria adductus fecerim. 30. Interposuistis accusatorem, qui, cum ego mihi c et x dies solos in Siciliam postulassem, c et VIII sibi in Achaiam postularet. Menses mihi tres cum eripuissetis ad agendum maxime appositos, reliquum omne tempus huius anni me vobis remissurum putastis, ut, cum horis nostris nos essemus usi, tu binis ludis interpositis quadragesimo post die responderes; deinde ita tempus duceretur, ut a M'. Glabrione praetore et a magna parte horum iudicum

1. *a quopiam*] *cuipiam* Mein. ψ. — 3. *leges* G1 2 Lg. 29: *legem* dtt. O. — 6. *tum* G3 ς: om. dtt. — 7. *Messanam* Non. p. 393. et codd. praeter duo Parr., quos Hot. coni. *Messana* firmare tradit Lall. cf. II. §. 19. — 13. *vestis* G1 2 ς. «Asyndeton aptum celeritati narrationis.» Madv. I. p. 340. At vulgatam tuetur II. §. 20. — 15. *esset nostra* G1. — 19. *bonorum virorum* G2. — 21. *eos* G1 2 λ ς: *eo* Lg. 29. al. O. — 22. *hominis* G1 H; om. G2. — 23. *tum vos*] *cum vos* G2. — 24. *vere* G1 2 ς λ Lg. 29. al.: om. O. — 25. *omnibus* om. G3 ς. — 27. *cuiquam* coni. Heindorf ad N. D. p. 290. Bake ad Legg. p. 668. [Sic utique flagitat iam ratio rhetorica.] — 30. *posuissem* G1 2 ς Lg. 29: *proposuissem* dtt. O. — 35. *C et XXti dies* G1; *C et X - - postulassem* om. G2. — 38. *tu*] *tum* G1 2 ς; *tum tu* L. — 39. *post* om. G2 Ld.

ad praetorem alium iudicesque alios veniremus. 31. Hoc si ego non vidissem, si me non omnes noti ignotique monuissent id agi, id cogitari, in eo elaborari, ut res in illud tempus reiiceretur: credo, si meis horis in accusando uti voluissem, vererer, ne mihi crimina non suppeterent, ne oratio deesset, ne vox viresque deficerent, ne, quem nemo prima actione defendere ausus esset, eum ego bis accusare non possem. Ego meum consilium cum iudicibus, tum populo Romano probavi; nemo est, qui alia ratione istorum iniuriae atque impudentiae potuisse obsisti arbitretur. Etenim qua stultitia fuissem, si, quam diem qui istum eripiendum redemerunt in cautione viderunt, cum ita caverent, «si post Kalendas Ian. in consilium iretur», in eam diem ego, cum potuissem vitare, incidissem! 32. Nunc mihi temporis eius, quod mihi ad dicendum datur, quoniam in animo est causam omnem exponere, habenda ratio est diligenter. XII. Itaque primum illum actum istius vitae turpissimum et flagitiosissimum praetermittam. Nihil a me de pueritiae suae flagitiis audiet, nihil ex illa impura adolescentia sua; quae qualis fuerit, aut meministis aut ex eo, quem sui simillimum produxit, recognoscere potestis. Omnia praeteribo, quae mihi turpia dictu videbuntur, neque solum quid istum audire, verum etiam quid me deceat dicere, considerabo. Vos, quaeso, date hoc et concedite pudori meo, ut aliquam partem de istius impudentia reticere possim. 33. Omne illud tempus, quod fuit, antequam iste ad magistratus remque publicam accessit, habeat per me solutum ac liberum. Sileatur de nocturnis eius bacchationibus ac vigiliis; lenonum, aleatorum, perductorum nulla mentio fiat; damna, dedecora, quae res patris eius, aetas ipsius pertulit, praetereantur; lucretur indicia veteris infamiae; patiatur eius vita reliqua me hanc tantam iacturam criminum facere. 34. Quaestor Cn. Papirio consuli fuisti abhinc annos quattuordecim. Ex ea die ad hanc diem quae fecisti, in iudicium voco. Hora nulla vacua a furto, scelere, crudelitate, flagitio reperietur. Hi sunt anni consumpti in quaestura et legatione Asiatica et praetura urbana et praetura Siciliensi. Quare haec eadem erit quadripartita distributio totius accusationis meae.

XIII. Quaestor ex senatus consulto provinciam sortitus es: obtigit tibi consularis, ut cum consule Cn. Carbone esses eamque provinciam obtineres. Erat tum dissensio civium; de qua nihil sum dicturus, quid sentire debueris: unum hoc dico, in eiusmodi tempore ac sorte statuere te debuisse, utrum malles sentire atque defendere. Carbo graviter ferebat sibi quaestorem obtigisse hominem singulari luxuria atque inertia; verum tamen ornabat eum beneficiis officiisque omnibus. Ne diutius te-

---

1. *haec si* dtt. nonn. — 3. *in eo elaborari* G3 ς: *in eo laborari* dtt. O. (*id laborari* Lg. 42.; *id elaborari* Lg. 29. At cf. §. 2. Divinat. §. 39.) — 5. *ne me vox* L. At cf. p. Quinct. §. 4. — 6. *priore actione* A. — 7. *cum iud.* G2 ς: *iudicibus* G1 dtt. O. — 9. *qui*] *isti, qui* A. — 16. *flagitiis* G3 ς: *flagitiis peccatisque* dtt. O. «Est hoc unum ex infinitis exemplis interpretamenti per particulam adiuncti; nimis enim lenis est haec vox et vulgaris post grave et proprium flagitiorum nomen.» Madv. de Asc. App. p. 33. — 17. *ex isto* A. — 24. *perditorum* Ld Lg42.; *productorum* L. — 26. *patietur* coni. Schuetz, *patitur* Orellius. — 27. *consuli* G2 al.: *consule* G1. Utrumque memorat A. *Cos.* St. — 32. *quadripertita* ς. — 33. *est* G2. — 39. *ornabat*] *honorabat* G1 2. — *officiisque* om. dtt. O. — *vos teneam* coni. Lambinus sine causa; cf. or. p. Rosc. Am. §. 20. ibique Buechnerum.

neam, pecunia attributa, numerata est; profectus est quaestor in provinciam; venit exspectatus in Galliam ad exercitum consularem cum pecunia; simulac primum ei occasio visa est (cognoscite hominis principium magistratuum gerendorum et rei publicae administrandae), aversa pecunia publica quaestor consulem, exercitum, sortem provinciamque deseruit. 35. Video quid egerim: erigit se; sperat sibi auram posse aliquam afflari in hoc crimine voluntatis [dissensionisque] eorum, quibus Cn. Carbonis mortui nomen odio sit, quibus illam relictionem proditionemque consulis sui gratam sperat fore. Quasi vero id cupiditate defendendae nobilitatis aut studio partium fecerit, ac non apertissime consulem, exercitum provinciamque compilarit et propter impudentissimum furtum aufugerit. Est enim obscurum et eiusmodi factum eius, ut possit aliquis suspicari C. Verrem, quod ferre novos homines non potuerit, ad nobilitatem, hoc est, ad suos transisse, nihil fecisse propter pecuniam. 36. Videamus rationes quemadmodum rettulerit. Iam ipse ostendet, quamobrem Cn. Carbonem reliquerit: iam se ipse indicabit. XIV. Primum brevitatem cognoscite. Accepi, inquit, HS vicies dvcenta triginta qvinqve milia qvadringentos xvii nvmmos. Dedi stipendio, frvmento, legatis, pro qvaestore, cohorti praetoriae HS mille sexcenta triginta qvinqve milia qvadringentos xvii nvmmos. Reliqvi Arimini HS sexcenta milia. Hoc est rationes referre? (hoc modo aut ego aut tu, Hortensi, aut quisquam omnium rettulit?) Quid hoc est? quae impudentia? quae audacia? quod exemplum ex tot hominum rationibus relatis huiuscemodi est? Illa tamen HS sexcenta milia, quae ne falso quidem potuit quibus data essent describere, quae se Arimini scribit reliquisse, quae ipsa HS sexcenta milia reliqua facta sunt, neque Carbo attigit neque Sulla vidit neque in aerarium relata sunt. Oppidum sibi elegit Ariminum, quod tum, cum iste rationes referebat, oppressum direptumque erat. Non suspicabatur id quod nunc sentiet, satis multos ex illa calamitate Ariminensium testes nobis in hanc rem reliquos esse. 37. Recita denuo. P. Lentvlo L. Triario qvaestoribvs vrbanis res rationvm relatarvm. Recita. Ex senatvs consvlto. Ut hoc pacto rationem referre liceret, eo Sullanus repente factus est, non ut honos et dignitas nobilitati restitueretur. Quod si illinc inanis profugisses, tamen ista tua fuga nefaria proditio consulis tui conscelerata iudicaretur. — Malus civis, improbus consul, seditiosus homo Cn.

---

2. *in G. exsp.* dtt. O. — 7. *afflare* coni. Zumpt. probabiliter; cf. tamen Klotz. Lex. s. v. — *dissensionisque* codd. noti: *assensionisque* edd. nonn. Asconii, O; om. edit. princ. Asc. Itaque uncis inclusit Klotz; neque enim *dissensio* h. l. habet, quo referatur, interpretamentique speciem refert ex eo genere, quod supra §. 32. commemoravimus. *Voluntatis* enim *auram* ex *dissensione civium* (§. 34.), quae fuerat inter Sullanos et Marianos, profectam esse significare voluit interpres. — 8. *mortui* om. G2. At cf. §. 39. — *reiectionem* codd. noti et edd. ante Victor. — 15. *nam* G2 et sic infra. — 17. *vicies -- nummos* A. Codices h. l. in numeris varie turbant. — 19. *pro quaestore* A: *pro quaestoribus* codd. noti. — 22. *quispiam* G2 Ld. — *omnium* codd. noti, etiam ς: *hominum* O. — 24. *huiuscemodi* G1 2 ς: *huiusmodi* dtt. O. — 25. *neque falso* G3 Lagg. omnes, alii dtt. — *perscribere* cod. Urs.; *potuit descr. quibus d. essent* dtt. — 27. *neque Carbo* sqq. Victorin. p. 90. — 29. *nunc*] *non* G1 2, in quibus *non, nunc, num* saepissime confunduntur. — 31. *Q. Triario* G1 2. — 33. *Sullanus*] *vel consul Sillanus* G1. — 35. *conscelerata* G3 λ ς Lg29. cf. §. 90: *scelerata* dtt. O.

Carbo fuit. — Fuerit aliis: tibi quando esse coepit? Posteaquam tibi pecuniam, rem frumentariam, rationes omnes suas exercitumque commisit. Nam si tibi antea displicuisset, idem fecisses, quod anno post M. Piso. Quaestor cum L. Scipioni consuli obtigisset, non attigit pecuniam, non ad exercitum profectus est: quod de re publica sensit, ita sensit, ut nec fidem suam nec morem maiorum nec necessitudinem sortis laederet. XV. 38. Etenim si haec perturbare omnia ac permiscere volumus, totam vitam periculosam, insidiosam infestamque reddemus, si nullam religionem sors habebit, nullam societatem coniunctio secundae dubiaeque fortunae, nullam auctoritatem mores atque instituta maiorum. Omnium est communis inimicus, qui fuit hostis suorum. Nemo umquam sapiens proditori credendum putavit. Ipse Sulla, cui adventus istius gratissimus esse debuit, ab se hominem atque ab exercitu suo removit: Beneventi esse iussit apud eos, quos suis partibus amicissimos esse intelligebat, ubi iste summae rei causaeque nocere nihil posset. Ei postea praemia tamen liberaliter tribuit, bona quaedam proscriptorum in agro Beneventano diripienda concessit, habuit honorem ut proditori, non ut amico fidem. 39. Nunc quamvis sint homines, qui mortuum Cn. Carbonem oderint, tamen hi debent non, quid illi accidere voluerint, sed quid ipsis in tali re metuendum sit, cogitare. (Commune est hoc malum, communis metus, commune periculum.) Nullae sunt occultiores insidiae, quam eae, quae latent in simulatione officii aut in aliquo necessitudinis nomine. Nam eum, qui palam est adversarius, facile cavendo vitare possis; hoc vero occultum, intestinum ac domesticum malum non modo exsistit, verum etiam opprimit, antequam prospicere atque explorare potueris. 40. Itane vero? Tu cum quaestor ad exercitum missus sis, custos non solum pecuniae, sed etiam consulis, particeps omnium rerum consiliorumque fueris, habitus sis in liberum loco, sicut mos maiorum ferebat, repente relinquas, deseras, ad adversarios transeas? O scelus! o portentum in ultimas terras exportandum! Non enim potest ea natura, quae tantum facinus commiserit, hoc uno scelere esse contenta: necesse est semper aliquid eiusmodi moliatur, necesse est in simili audacia perfidiaque versetur. 41. Itaque idem iste, quem Cn. Dolabella postea C. Malleolo occiso pro quaestore habuit (haud scio an

---

2. *suas omnes* ς. — 3. *fecisses*] *legisses* G3 ς, sic turbatum §. 60. — 4. *consuli* om. G1 2. — 6. *nec -- nec -- nec*] Ld. bis, G2 ter *neque*. — 7. *ac* G2 ς: *at* G1; *et* dtt. O. — 8. *insidiosam* coni. Lamb.: *invidiosam* codd.; om. Man. — 9. *societatem* codd.: *sanctitatem* coni. J. Fr. Gronov. «Sed ex Romanorum quidem sentiendi cogitandique ratione in coniunctione secundae et adversae fortunae *societas* fida nimirum et honesta potest inesse, neutiquam vero *sanctitas*.» Or. I. — 11. *neque umquam* G1. Vulgatam tuetur etiam Serv. ad Aen. II. 157. — 19. *accedere* G1 ς Lg29. cf. ad §. 4. — 20. *ipsis*] *temporis* G2 Ld. — 22. *hae, quae* G1, Aug. Civ. D. 19. ς; *haec, quae* G2. — *dissimulatione* G1. «*Nulla est occultior res insidiis, quae latent in simulatione officii.*» Schol. ad Iuvenal. IV. 75., quae Garat. II. sic emendat: *nullae* (st) *sunt occultiores insidiae iis, quae* sqq. — 23. *nam qui* Lg. 29; *nam cum* (om. *qui*) G2; *nam eum qui* Augustin. l. l., sed in codice Barberino Augustini *nam cum quis* legi testatur Garat. II., qui id eleganter dictum arbitratur. — 24. *non modo exsistit* A. Garat. II. (ex August. l. l., ubi *non solum* legitur) Madv. I. p. 326. Seyff. Epist. crit. ad Car. Halm. p. 19. coll. Halm. in Iahn. Annall. 1850. Vol. 55. p. 38 sqq.: *non modo non exsistit* codd. O. — 26. *tum, cum* G1 ς; *tum* om. G2 Ld. — 30. *deportandum* coni. Ern. Vulgatam praeter codd. tuetur Rufinianus I, 15.

maior etiam haec necessitudo fuerit quam illa Carbonis, ac plus iudicium voluntatis valere quam sortis debeat), idem in Cn. Dolabellam qui in Cn. Carbonem fuit. Nam quae in ipsum valebant crimina contulit in illum causamque illius omnem ad inimicos accusatoresque detulit: ipse in eum, cui legatus, cui pro quaestore fuerat, inimicissimum atque improbissimum testimonium dixit. Ille miser cum esset cum proditione istius nefaria tum improbo ac falso eiusdem testimonio, tum multo ex maxima parte istius furtorum ac flagitiorum invidia conflagravit. XVI. 42. Quid hoc homine faciatis aut ad quam spem tam perfidiosum, tam importunum animal reservetis? qui in Cn. Carbone sortem, in Cn. Dolabella voluntatem neglexerit ac violarit eosque ambo non modo deseruerit, sed etiam prodiderit atque oppugnarit. Nolite, quaeso, iudices, brevitate orationis meae potius quam rerum ipsarum magnitudine crimina ponderare. Mihi enim properandum necessario est, ut omnia vobis, quae mihi constituta sunt, possim exponere. 43. Quamobrem quaestura istius demonstrata primique magistratus et furto et scelere perspecto reliqua attendite. In quibus illud tempus Sullanarum proscriptionum ac rapinarum praetermittam; neque ego istum sibi ex communi calamitate defensionem ullam sinam sumere: suis eum certis propriisque criminibus accusabo. Quamobrem hoc omni tempore Sullano ex accusatione circumscripto legationem eius praeclaram cognoscite.

44. Posteaquam Cn. Dolabellae provincia Cilicia constituta est, o di immortales! quanta iste cupiditate, quibus allegationibus illam sibi legationem expugnavit! id quod Cn. Dolabellae principium maximae calamitatis fuit. Nam ut est profectus, quacumque iter fecit, eiusmodi fuit, non ut legatus populi Romani, sed ut quaedam calamitas pervadere videretur. XVII. In Achaia — praetermittam minora omnia, quorum simile forsitan alius quoque aliquid aliquando fecerit: nihil dicam nisi singulare, nisi id, quod si in alium reum diceretur, incredibile videretur —, magistratum Sicyonium nummos poposcit. Ne sit hoc crimen in Verrem: fecerunt alii. Cum ille non daret, animadvertit. Improbum, sed non inauditum. 45. Genus animadversionis videte: quaeretis, ex quo genere hominem istum iudicetis. Ignem ex lignis viridibus atque humidis in loco angusto fieri iussit. Ibi hominem ingenuum, domi nobilem, populi Romani socium atque amicum, fumo excruciatum semivivum reliquit. Iam quae iste signa, quas tabulas pictas ex Achaia sustulerit, non dicam hoc loco: est mihi alius locus ad hanc eius cupi-

2. *qui in*] *qui ante* G1. — 3. *in ipsum* codd. noti, etiam ς. cf. §. 125: *in ipso* Asc. edd. vett. cf. Baiter. — 6. *miser cum esset Cn. Dolabella* omnes codd.; sed Nauger. et plerique post eum editores recte deleverunt *Cn. Dolabella* prob. Madv. I. p. 343: Steph. in Corrig. *cum esset Cn. Dolabella* delet, in quam coniecturam item incidit Garat. II. multisque eam verbis defendit. Klotzius *ille* uncis inclusit, *Cn. Dolabella* retinuit. — *cum proditione* G1 ς cod. Ferretti ap. Garat. II.: *tum prod.* G2 dtt. O. — 7. *cum improbo* G1 2. — *ac* G1 2 ς Lg29: *et* dtt. O. — *tum*] *cum* G2. — *multo etiam ex* dtt. nonn. O. — 9. *de hoc homine* Lg29. — 10. *Carbone -- Dolabella* Manutius: *Carbonem -- Dolabellam* codd. Similiter alibi peccatum est; cf. ad IV. §. 53. — 11. *ambo* G1 ς Lg29 C: *ambos* G2 Ld. — *non modo* G1 2 ς Lg29: *non solum* dtt. O. — 19. *ullam* ante *sibi* collocant dtt. — 25. *ut est prof.* G2 ς λ Lg29: *ut iste prof.* G1 2 dtt.; *ut iste profectus est* O. — 29. *nisi id* PT: *nisi* ctt. — 30. *poscit* G1 ς; *possit* G2. — 33. *hominum* coni. Hot. O. — 35. *socium pop. R.* Arus. M. p. 228. — 37. *est mihi alius* PT A: *est alius mihi* ctt. O. — *eius* PT G3 ς codd. Lbi: *istius* dtt. O.

ditatem demonstrandam separatus. Athenis audistis ex aede Minervae grande auri pondus ablatum: dictum est hoc in Cn. Dolabellae iudicio. Dictum? etiam aestimatum. Huius consilii non participem C. Verrem, sed principem fuisse reperietis. 46. Delum venit. Ibi ex fano Apollinis religiosissimo noctu clam sustulit signa pulcherrima atque antiquissima eaque in onerariam navem suam coniicienda curavit. Postridie cum fanum spoliatum viderent ii, qui Delum incolebant, graviter ferebant. Est enim tanta apud eos eius fani religio atque antiquitas, ut in eo loco ipsum Apollinem natum esse arbitrentur. Verbum tamen facere non audebant, ne forte ea res ad Dolabellam ipsum pertineret. XVIII. Tum subito tempestates coortae sunt maximae, iudices, ut non modo proficisci cum cuperet Dolabella non posset, sed vix in oppido consisteret: ita magni fluctus eiiciebantur. Hic navis illa praedonis istius, onusta signis religiosis, expulsa atque eiecta fluctu frangitur. In litore signa illa Apollinis reperiuntur: iussu Dolabellae reponuntur: tempestas sedatur: Dolabella Delo proficiscitur. 47. Non dubito quin, (tametsi nullus in te sensus humanitatis, nulla ratio umquam fuit religionis) nunc tamen in metu periculoque tuo tuorum tibi scelerum veniat in mentem. Potestne tibi ulla spes salutis commoda ostendi, cum recordaris, in deos immortales quam impius, quam sceleratus, quam nefarius fueris? Apollinemne tu Delium spoliare ausus es? illine tu templo tam antiquo, tam sancto, tam religioso manus impias ac sacrilegas afferre conatus es? Si in pueritia non iis artibus ac disciplinis institutus eras, ut ea, quae litteris mandata sunt, disceres atque cognosceres: ne postea quidem, cum in ea ipsa loca venisti, potuisti accipere id, quod est proditum memoria ac litteris? 48. Latonam ex longo errore et fuga gravidam et iam ad pariendum temporibus exactis confugisse Delum atque ibi Apollinem Dianamque peperisse, qua ex opinione hominum illa insula eorum deorum sacra putatur; tantaque eius auctoritas religionis et est et semper fuit, ut ne Persae quidem, cum bellum toti Graeciae, dis hominibusque indixissent et mille numero navium classem ad Delum appulissent, quidquam conarentur aut violare aut attingere. Hoc tu fanum depopulari, homo improbissime atque amentissime, audebas? fuit ulla cupiditas tanta, quae tantam exstingueret religionem? et si tum haec non cogitabas, ne nunc quidem recordaris nullum esse tantum malum, quod non tibi pro sceleribus tuis iam diu debeatur? XIX. 49. In Asiam vero postquam venit, quid ego adventus istius, prandia, cenas, equos muneraque commemorem? Nihil cum Verre de quotidianis cri-

---

1. *separatus* G3 ς PT, 3 codd. Lbi.: *servatus* dtt. O. — 2. *est hoc* PT.: *hoc est* ctt. O. — *dictum est hoc -- aestimatum* om. G3. — 3. *non part.* PT.: *non modo part.* ctt. O. — 18. *tuorum*] *horum* G1. — 21. *illi* G1 2. — 23. *iis* L: *his* O. — *ac* G1 2 ς Lg29: *et* dtt. O. — 26. *memoria* G2 Lg29: *memoriae* G1 dtt. O. — 27. *ad pariendum* G1 2 ς Lg29 C: *ad pariendum vicinam* dtt. [*vicinam*] O. — 31. *hominibusque* G1 A. Serv. ad Aen. III. 84.: *hominibus* G2 ς. Apud Serv. l. l. in ed. Nivelliana a. 1600. haec leguntur teste Garat. II.: *tantaque vis huius religionis est et s. f., ut ne P. q., q. b. totae Asiae d. hominibusque ind. et mille navium cl. D. ap., q. c. a. v. a. attingere*; sed desunt in edit. Virg. Lugd. 1527. et in cod. Barberino Servii. — 33. *depopulare* G1 2; *depeculari* L. cf. Act. I. §. 11. — 34. *ulla* G1 Lg42 Pal. sec., cod. Hot.: *illa* G2 Lg29. — 36. *tam diu* G3 ς. — 37. *adv. istius, prandia.* Sic distinxit Madv. App. p. 39.: *adv. istius prandia, coenas* O. — 38. *munera* Asc. edd. vett.

minibus acturus sum. Chio per vim signa pulcherrima dico abstulisse, item Erythris et Halicarnasso. Tenedo (praetereo pecuniam, quam eripuit) Tenem ipsum, qui apud Tenedios sanctissimus deus habetur, qui urbem illam dicitur condidisse, cuius ex nomine Tenedus nominatur, hunc ipsum, inquam, Tenem pulcherrime factum, quem quondam in comitio vidistis, abstulit magno cum gemitu civitatis. 50. Illa vero expugnatio fani antiquissimi et nobilissimi Iunonis Samiae quam luctuosa Samiis fuit! quam acerba toti Asiae! quam clara apud omnes! quam nemini vestrum inaudita! de qua expugnatione cum legati ad C. Neronem in Asiam Samo venissent, responsum tulerunt, eiusmodi querimonias, quae ad legatum populi Romani pertinerent, non ad praetorem, sed Romam deferri oportere. — Quas iste tabulas illinc, quae signa sustulit! quae cognovi egomet apud istum in aedibus nuper, cum obsignandi gratia venissem. 51. Quae signa nunc, Verres, ubi sunt? illa quaero, quae apud te nuper ad omnes columnas, omnibus etiam intercolumniis, in silva denique disposita sub divo vidimus. Cur ea, quam diu alium praetorem cum iis iudicibus, quos in horum locum sortitus esses, de te in consilium iturum putasti, tam diu domi fuerunt? posteaquam nostris testibus nos quam horis [tuis] uti malle vidisti, nullum signum domi reliquisti praeter duo, quae in mediis aedibus sunt, quae ipsa Samo sublata sunt? non putasti me tuis familiarissimis in hanc rem testimonia denuntiaturum, qui tuae domi semper fuissent, ex quibus quaererem, signa scirentne fuisse, quae non essent? XX. 52. Quid tum hos de te iudicaturos arbitratus es, cum viderent te iam non contra accusatorem tuum sed contra quaestorem sectoremque pugnare? — Qua de re Charidemum Chium testimonium priore actione dicere audistis: sese, cum esset trierarchus et Verrem ex Asia decedentem prosequeretur, iussu Dolabellae fuisse una cum isto Sami(seseque tum scire spoliatum esse fanum Iunonis et oppidum Samum;) posteaque se causam apud Chios, cives suos, Samiis accusantibus publice dixisse eoque se esse absolutum, quod planum fecisset ea, quae legati Samiorum dicerent, ad Verrem, non ad se pertinere. — 53. Aspendum vetus oppidum et nobile in Pamphylia scitis esse, plenissimum signorum optimorum. Non dicam illinc hoc signum ablatum esse et illud: hoc dico, nullum te Aspendi signum, Verres, reliquisse; omnia ex fanis, ex locis publicis, palam, spectantibus omnibus plostris evecta exportataque esse. Atque etiam illum Aspendium citharistam, de quo saepe audistis id, quod est Graecis

---

2. *et* om. G1. — 3. *Tenem* S, al. Serv. ad Aen. II. 21. Isidor. Orig. XIV. 6, 23. p. 451. (sed cod. Benedictob. saec. IX. *Tenen*, cod. Fris. saec. IX. pr. m. *Tonem*, sec. m. *Tonnen)*: *Tennem* ς; *tenuem* G2 Ld.; *Thenuem* G1. — 11. *ad legatos* G1 2. — 12. *istinc* ς; *istinc illinc* G1 2. cf. §. 53. — 15. Fort. *etiam in interc.* Halm. — 16. *in silva*] cf. Schol. Cruq. ad Hor. Ep. I. 10, 22. — *sub divo* codd. et Sch. Cruq. l. l.: *sub dio* A. — 17. *sort. esses* Zumptius: *sortitus es* G2 ς; *loco dem sortitus es* G1; *subsortitus es* Ld dtt.; *subsortiturus erat* coni. Hot. — 19. *tuis* om. A. cod. Urs. prob. Rau I. p. 480. — 21. *familiaribus* G1. — 22. *semper* G1 2 ς: *saepe* dtt. O. — 25. *quaesitorem* A, qui tamen vulgatam quoque commemorat; *sectorem quaestoremque* S. Verba *qua de re -- pertinere* de Ern. coni. (prob. Wyttenb.) Beck. et Schütz. transponunt post superiora §. 50. *Romam deferri oportere*. Male. cf. Orellium et Zumpt. ad h. l. — 26. *Chium* om. G1; *cum* incert. auct. fragm. de verbo ap. Macrob. ed. Ian. Vol. I. p. 293. — 36. *plostris* S G2 dtt.: *plaustris* G1 Lg42. — *avecta* S. — *exportataque* G2 Ld ς Lg29: *exploratataque* G1; *asportataque* dtt. O.

hominibus in proverbio, quem omnia intus canere dicebant, sustulit et in intimis suis aedibus posuit, ut etiam illum ipsum suo artificio superasse videatur. 54. Pergae fanum antiquissimum et sanctissimum Dianae scimus esse. Id quoque a te nudatum ac spoliatum esse, ex ipsa Diana quod habebat auri detractum atque ablatum esse dico. Quae, malum! est ista tanta audacia atque amentia? quas enim sociorum atque amicorum urbes adisti legationis iure et nomine, si in eas vi cum exercitu imperioque invasisses, tamen, opinor, quae signa atque ornamenta ex iis urbibus sustulisses, haec non in tuam domum neque in suburbana amicorum, sed Romam in publicum deportasses. XXI. 55. Quid ego de M. Marcello loquar, qui Syracusas, urbem ornatissimam, cepit? quid de L. Scipione, qui bellum in Asia gessit Antiochumque, regem potentissimum, vicit? quid de Flaminino, qui regem Philippum et Macedoniam subegit? quid de L. Paullo, qui regem Persen vi ac virtute superavit? quid de L. Mummio, qui urbem pulcherrimam atque ornatissimam, Corinthum, plenissimam rerum omnium, sustulit urbesque Achaiae Boeotiaeque multas sub imperium populi Romani dicionemque subiunxit? quorum domus cum honore ac virtute florerent, signis et tabulis pictis erant vacuae. At vero urbem totam templaque deorum omnesque Italiae partes illorum donis ac monumentis exornatas videmus. 56. Vereor ne haec forte cuipiam nimis antiqua et iam obsoleta videantur: ita enim tum aequabiliter omnes erant eiusmodi, ut haec laus eximiae virtutis et innocentiae non solum hominum, verum etiam temporum illorum esse videatur. P. Servilius, vir clarissimus, maximis rebus gestis adest de te sententiam laturus: Olympum vi, copiis, consilio, virtute cepit, urbem antiquam et omnibus rebus auctam et ornatam. Recens exemplum fortissimi viri profero. Nam postea Servilius imperator populi Romani Olympum, urbem hostium, cepit, quam tu in isdem illis locis legatus quaestorius oppida pacata sociorum atque amicorum diripienda ac vexanda curasti. 57. Tu quae ex fanis religiosissimis per scelus et latrocinium abstulisti, ea nos videre nisi in tuis amicorumque tuorum tectis non possumus: P. Servilius, quae signa atque ornamenta ex urbe hostium vi et virtute capta belli lege atque imperatorio iure sustulit, ea populo Romano apportavit, per triumphum vexit, in tabulas publicas ad aerarium perscribenda curavit. Cognoscite ex litteris publicis hominis amplissimi diligentiam. Recita. Rationes relatae P. Servilii. Non solum numerum signorum, sed etiam unius cuiusque magnitudinem, figuram, statum litteris definiri vides. Certe maior est virtutis victoriae-

---

1. *nominibus* G3 ς. — *quem -- dicebant* Serv. ad Aen. V. 203. — 2. *intimis*] *vicinis* G1. — *suo artif.* G1 2 ς: *art. suo* dtt. O.; *suo* om. A. — 7. *si in eas*] *quin eas* G1 2 ς; *quam eas* Ld.; *cum in eas* Kl. — 8. *atque*] *et quae* G2 ς; *et* G1. At cf. §. 57. — *ex iis* coni. Zumpt.: *ex istis* G2; *ex his* dtt. O. — 9. *haec -- deportasses* Arus. M. p. 225. — 13. *de Flaminio* multi codd. — 14. *Paulo* G1 2 Lg29 al. — 17. *sub imp. -- subiunxit* Arus. M. p. 263. — 18. *ac virt.* G1 2 ς Lg29: *et virt.* dtt. O. coll. §. 57. — 19. *templaque* G1 2 ς Lg29: *templa* dtt. O. — 21. *forte* om. G1. — *cuipiam* G1 ς Lgg. omnes. S. Prisc. I. p. 468: *cupiam* G2; *cuiquam* al. — 22. *aequaliter* G1. — *eiusmodi* G1 ς Lg42 A.: *vel huiusmodi* G2; *vel eiusmodi* Ld; *huiusmodi* dtt. O. — 25. *laturus* G3 ς 2 codd. Lbi: *laturus est* dtt. O. — *Olympum* Manutius ex Asc.: *Olynthum* codd. — 29. *illis* om. G2 Lb. 1584. — 31. *et per latroc.* dtt. O. — 33. *vi* om. G1 2. cf. §. 55. — 34. *in tabulis publicis* C. — 36. *recita -- Servilii* om. G3; seclusit Zumpt.

que iucunditas quam ista voluptas, quae percipitur ex libidine et cupiditate. Multo diligentius habere dico Servilium praedam populi Romani quam te tua furta notata atque perscripta. XXII. 58. Dices tua quoque signa et tabulas pictas ornamento urbi foroque populi Romani fuisse. Memini: vidi simul cum populo Romano forum comitiumque adornatum ad speciem magnifico ornatu, ad sensum cogitationemque acerbo et lugubri; vidi collucere omnia furtis tuis, praeda provinciarum, spoliis sociorum atque amicorum. Quo quidem tempore, iudices, iste spem maximam reliquorum quoque peccatorum nactus est. Vidit enim eos, qui se iudiciorum dominos dici volebant, harum cupiditatum esse servos. 59. Socii vero nationesque exterae spem omnium tum primum abiecerunt rerum ac fortunarum suarum, propterea quod casu legati ex Asia atque Achaia plurimi Romae tunc fuerunt, qui deorum simulacra ex suis fanis sublata in foro venerabantur; itemque cetera signa et ornamenta cum cognoscerent, alia alio in loco lacrimantes intuebantur. Quorum omnium hunc sermonem tum esse audiebamus: «Nihil esse, quod quisquam dubitaret de exitio sociorum atque amicorum, cum quidem viderent in foro populi Romani, quo in loco antea, qui sociis iniurias fecerant, accusari et condemnari solebant, ibi esse palam posita ea, quae ab sociis per scelus ablata ereptaque essent.» 60. Hic ego non arbitror illum negaturum signa se plurima, tabulas pictas innumerabiles habere; sed, ut opinor, solet haec, quae rapuit et furatus est, nonnumquam dicere se emisse, quoniam quidem in Achaiam, Asiam, Pamphyliam sumptu publico et legationis nomine mercator signorum tabularumque pictarum missus est. XXIII. Habeo et istius et patris eius [accepti] tabulas omnes, quas diligentissime legi atque digessi, patris, quoad vixit, tuas, quoad ais te confecisse. Nam in isto, iudices, hoc novum reperietis. Audimus aliquem tabulas numquam confecisse, quae est opinio hominum de M. Antonio falsa: nam fecit diligentissime: verum sit hoc genus aliquod minime probandum. Audimus alium non ab initio fecisse, sed ex tempore aliquo confecisse: est aliqua etiam huiusce rei ratio. Hoc vero novum et ridiculum est, quod hic nobis

---

3. *perscripta* G1 2 ς 2 codd. Lbi: *descripta* dtt. O. — 4. *ornamenta* dtt. O. — 5. *adornatum* delendum censuit L; at cf. Vitruv. X. 22., quem locum indicavit Garat. II. — 10. *se iud. dom. dici* A. S: *iud. se dom. dici* G1 2 Lg29; *iud. se dici dom.* ς; *iud. dom. se dici* dtt. O. — 12. *abiecerunt* G1 2 λ ς: *abiecere* dtt. — 14. *fanis suis* Lg29. — *item qui* G3. — 21. *se* G1 2 ς Lg29: *sese* dtt. O. — 23. *quidem* om. G1. — 24. *nomine cum imperio et securibus mercator* L. ex Asc. At cf. Madv. de Asc. p. 100. — 25. *habeo* A, qui tamen ab aliis legi *ab eo* et deinde *accepi* (pro *accepti*) commemorat: *habeo* om. codd. Cic. praeter Lg 6, qui habet *ab eo.* — *illius* G1. — 26. *accepi* G3 Lgg. omnes. H. ψ. Mein. (om. *habeo*). In codd. Asc. et Ciceronis iam antiquitus turbatum esse apparet. cf. Baiter. ad Asc. Madv. l. l. p. 99. Rau I. p. 181. Sed sine dubio *accepti* h. l. ineptum est. Nam res sic sese habet: Asconius duplicem commemorat scripturam *habeo* et *accepi*; altera haec, a glossatore orta, in verborum ordinem a librario recepta est; quae cum ineptam sententiam vel plane nullam efficeret, in *accepti* mutata est, ut aliquis certe sensus subesset. Sed nemo umquam has *tabulas* s. rationes domesticas *accepti tabulas* dixit (nam Orat. §. 158. *accepti tabulae* alteram tantum rationum domesticarum partem significant *expensi* tabulis exclusis), sed aut simpliciter *tabulas* ut h. l., aut *accepti et expensi tabulas*. cf. p. Rosc. Com. §. 1—9. Itaque hoc glossema uncis inclusimus. — 28. *audivimus* G2. — 29. *M. Antonio* A, Zumpt.: *Antonio* codd. O. — *fecit*] *legit* ς; *legis* G1 2. cf. ad §. 37. — *verum*] *utrum* G1 2. — 30. *audivimus* G2 Lg42. — 32. *eiusce* G2 ς; *eiusmodi* G1. Vulgatam tuetur Asc. cf. nos ad Caecin. p. 290.

respondit, cum ab eo tabulas postularemus, usque ad M. Terentium [et] C. Cassium consules confecisse, postea destitisse. 61. Alio loco hoc cuiusmodi sit, considerabimus: nunc nihil ad me attinet; horum enim temporum, in quibus nunc versor, habeo tabulas et tuas et patris. Plurima signa pulcherrima, plurimas tabulas optimas deportasse te negare non potes: atque utinam neges! Unum ostende in tabulis aut tuis aut patris tui emptum esse: vicisti. Ne haec quidem duo signa pulcherrima, quae nunc ad impluvium tuum stant, quae multos annos ante valvas Iunonis Samiae steterunt, habes quomodo emeris; haec, inquam, duo, quae in aedibus tuis sola iam sunt, quae sectorem exspectant, relicta ac destituta a ceteris signis. XXIV. 62. At, credo, in hisce solis rebus indomitas cupiditates atque effrenatas habebat: ceterae libidines eius ratione aliqua aut modo continebantur. Quam multis istum ingenuis, quam multis matribus familias in illa taetra atque impura legatione vim attulisse existimatis? ecquo in oppido pedem posuit, ubi non plura stuprorum flagitiorumque suorum quam adventus sui vestigia reliquerit? Sed ego omnia, quae negari poterunt, praetermittam: etiam haec, quae certissima sunt et clarissima, relinquam: unum aliquod de nefariis istius factis eligam, quo facilius ad Siciliam possim aliquando, quae mihi hoc oneris negotiique imposuit, pervenire. 63. Oppidum est in Hellesponto Lampsacum, iudices, in primis Asiae provinciae clarum et nobile: homines autem ipsi Lampsaceni cum summe in omnes cives Romanos officiosi, tum praeterea maxime sedati et quieti, prope praeter ceteros ad summum Graecorum otium potius quam ad ullam vim aut tumultum accommodati. Accidit, cum iste a Cn. Dolabella efflagitasset, ut se ad regem Nicomedem regemque Sadalam mitteret, cumque iter hoc sibi magis ad quaestum suum quam ad rei publicae tempus accommodatum depoposcisset, ut illo itinere veniret Lampsacum cum magna calamitate et prope pernicie civitatis. Deducitur iste ad Ianitorem quendam hospitem comitesque eius item apud ceteros hospites collocantur. Ut mos erat istius atque ut eum suae libidines flagitiosae facere admonebant, statim negotium dat illis suis comitibus, nequissimis turpissimisque hominibus, uti videant et investigent, ecqua virgo sit aut mulier digna, quamobrem ipse Lampsaci diutius commoraretur. XXV. 64. Erat comes eius Rubrius quidam, homo factus ad istius libidines, qui miro artificio, quocumque venerat, haec investigare omnia solebat. Is ad eum rem istam defert: Philodamum esse quendam, genere, honore, copiis, existimatione facile principem Lampsacenorum; eius esse filiam, quae cum patre habitaret, propterea quod virum non haberet, mulierem eximia

1. *et* om. A. — 5. *optimas* om. G2 dtt. — 8. *pluvium* G2 ς; *planium vel pluvium* G1. — *ante* G1 2 λ ς Lg29 p. m.: *ad* dtt. O. — 9. *habes dicere quom.* L. — 11. *a ceteris signis* glossam esse suspicatur Rau II. p. 141. — 13. *pueris ingenuis* L. [At v. Halmii Anal. Tull. I. p. 34. n. 6.] Verba seqq. habet Arus. M. p. 231. — 16. *quam* om. G3 ς. — 17. *possunt* G1; *possent seu poterunt* Lg42. — 18. *ego relinquam* Lg29. — 22. *cum* G1 2 ς Lg29: *tum* dtt. O. — 26. *hoc iter* G1. — 30. *apud certos* cod. Urs. Lg42. — 31. *flagitiosae* dtt. nonn. prob. Madv. App. p. 40. coll. II. §. 134.: *flagitiose* G1 2, 2 codd. Parr. Lall. al. O. In G1 2 etiam antea *sue* pro *suae*, et saepissime in his codd. *e* pro *ae* scribitur. — *admonebant* G1 λ ς: *commovebant* G2 (non *commonebant*, ut tradit Zumpt.) Ld.; *admonuerant* dtt. — 33. *uti* G1 2 λ ς al.: *ut* Lgg. omnes, al. — *ecquae* ς; *si qua* G2; *qua* G1. — 34. *ipse* G1 2 ς Lg29: *iste* dtt. — *commoretur* coni. Ern. — 37. *rem istam*] v. Madv. de Fin. p. 237. — *refert* G1.

pulchritudine, sed eam summa integritate pudicitiaque existimari. Homo ut haec audivit, sic exarsit ad id, quod non modo ipse numquam viderat, sed ne audierat quidem ab eo, qui ipse vidisset, ut statim ad Philodamum migrare se diceret velle. Hospes Ianitor, qui nihil suspicaretur, veritus ne quid in ipso se offenderetur, hominem summa vi retinere coepit. Iste, qui hospitis relinquendi causam reperire non posset, alia sibi ratione viam munire ad stuprum coepit: Rubrium, delicias suas, in omnibus eiusmodi rebus adiutorem suum et conscium, parum laute deversari dicit; ad Philodamum deduci iubet. 65. Quod ubi est Philodamo nuntiatum, tametsi erat ignarus, quantum sibi ac liberis suis iam tum mali constitueretur, tamen ad istum venit; ostendit munus illud suum non esse: se, cum suae partes essent hospitum recipiendorum, tum ipsos tamen praetores et consules, non legatorum asseclas, recipere solere. Iste, qui una cupiditate raperetur, totum illius postulatum causamque neglexit: per vim ad eum, qui recipere non debebat, Rubrium deduci imperavit. XXVI. Hic Philodamus, posteaquam ius suum obtinere non potuit, ut humanitatem consuetudinemque suam retineret, laborabat. Homo, qui semper hospitalissimus amicissimusque nostrorum hominum existimatus esset, noluit videri ipsum illum Rubrium invitus domum suam recepisse: magnifice et ornate, ut erat in primis inter suos copiosus, convivium comparat; rogat Rubrium, ut, quos ei commodum sit, invitet, locum sibi soli, si videatur, relinquat; etiam filium suum, lectissimum adolescentem, foras ad propinquum suum quendam mittit ad cenam. 66. Rubrius istius comites invitat: eos omnes Verres certiores facit, quid opus esset. Mature veniunt: discumbitur. Fit sermo inter eos et invitatio, ut Graeco more biberetur. Hortatur hospes: poscunt maioribus poculis; celebratur omnium sermone laetitiaque convivium. Posteaquam satis calere res Rubrio visa est: «Quaeso, inquit, Philodame, cur ad nos filiam tuam non intro vocari iubes?» Homo, qui et summa gravitate et iam id aetatis et parens esset, obstupuit hominis improbi dicto. Instare Rubrius. Tum, ut aliquid responderet, negavit moris esse Graecorum, ut in convivio virorum accumberent mulieres. Hic tum alius ex alia parte: «Enim vero ferendum hoc quidem non est: vocetur mulier!» et simul servis suis Rubrius, ut ianuam clauderent et ipsi ad fores assisterent, imperat. 67. Quod ubi ille intellexit id agi atque id parari, ut filiae suae vis afferretur, servos suos ad se vocat: his imperat, ut se ipsum negligant, filiam defendant; excurrat aliquis, qui hoc tantum domestici mali filio nuntiet. Clamor interea fit tota domo, pugna inter servos Rubrii atque hospitis: iactatur domi suae vir

5. *in ipso se offenderetur* G1 2 ς C. Pal. pr., al.: *in ipso se offenderit* al. — 10. *erat ignarus* 3 Lgg. dtt. Non. p. 273.: *erat non ign.* Mein.; *non erat ign.* G1 2 al. — 11. *mali* om. G3 ς. cf. §. 67.; *mali iam tum* L; *tantum mali* H; *iam tum* del. de Ern. coni. Schtz. prob. Rau. II. p. 62. «Sed egregium vulgata sensum praebet: quanta malorum series ex ipso illo iam temporis puncto, quo Rubrius ad se adductus esset, sibi in posterum praepararetur. Hoc librarii cum non intelligerent, varie turbarunt.» Or. (Ego malim: *mali tum.* Halm.) — *munus suum illud* G1; *ill. m. s.* G2. — 20. *domum* G3 ς Lg29 C. cf. p. Archia §. 5.: *in domum* dtt. O.— 22. *siet* Non. p. 321. ed. Merc.; aliae edd. *sit.* — 30. *obstipuit* λ. — 31. *tum ut* G1 2 λ ς: *tum ille ut* dtt. O. — 33. *hoc quidem* G1 2 ς Lg29 C: *quidem* om. dtt. Donat. ad Ter. Andr. I. 3, 4. — 38. *filio* G1 2 ς Lgg. omnes: *filio suo* al. O. — 39. *domo, pugna* Rufin. de figg. I. 36.: *domo: pugnatur* coni. Rau II. p. 63.; *pugna* om. omnes codd.

primus et honestissimus: pro se quisque manus affert: aqua denique ferventi a Rubrio ipso Philodamus perfunditur. Haec ubi filio nuntiata sunt, statim exanimatus ad aedes contendit, ut et vitae patris et pudicitiae sororis succurreret. Omnes eodem animo Lampsaceni, simul ut hoc audierunt, quod eos cum Philodami dignitas, tum iniuriae magnitudo movebat, ad aedes noctu convenerunt. Hic lictor istius Cornelius, qui cum eius servis erat a Rubrio quasi in praesidio ad auferendam mulierem collocatus, occiditur, servi nonnulli vulnerantur, ipse Rubrius in turba sauciatur. Iste, qui sua cupiditate tantos tumultus concitatos videret, cupere aliqua evolare, si posset. XXVII. 68. Postridie homines mane in contionem conveniunt: quaerunt, quid optimum factu sit; pro se quisque, ut in quoque erat auctoritatis plurimum, ad populum loquebatur; inventus est nemo, cuius non haec et sententia esset et oratio: «Non esse metuendum, si istius nefarium scelus Lampsaceni ulti vi manuque essent, ne senatus populusque Romanus in eam civitatem animadvertendum putaret. Quod si hoc iure legati populi Romani in socios nationesque exteras uterentur, ut pudicitiam liberorum servare ab eorum libidine tutam non liceret, quidvis esse perpeti satius quam in tanta vi atque acerbitate versari.» 69. Haec cum omnes sentirent et cum in eam rationem pro suo quisque sensu ac dolore loqueretur, omnes ad eam domum, in qua iste deversabatur, profecti sunt: caedere ianuam saxis, instare ferro, ligna et sarmenta circumdare ignemque subiicere coeperunt. Tum cives Romani, qui Lampsaci negotiabantur, concurrunt: orant Lampsacenos, ut gravius apud eos nomen legationis quam iniuria legati putaretur: sese intelligere hominem illum esse impurum ac nefarium, sed quoniam nec perfecisset, quod conatus esset, neque futurus esset Lampsaci postea, levius eorum peccatum fore, si homini scelerato pepercissent, quam si legato non pepercissent. 70. Sic iste multo sceleratior et nequior quam ille Hadrianus, aliquanto etiam felicior fuit: ille, quod eius avaritiam cives Romani ferre non potuerunt, Uticae domi suae vivus exustus est, idque illi merito accidisse existima-

---

1. *primus* codd. cf. Zumpt. ad h. l. et ad IV. §. 50: *primarius* Non. p. 327. cf. §. 14. 135. 157. II. §. 81. III. §. 122. 136. alibi; *optimus* ς. Unum illud tamen offendit in codd. scriptura, quod Tullius VIRUM *primarium* et HOMINEM *primum* dicere solet. — *honestissimus* G3 ς Lg42: *homo honest.* Non. l. l. dtt. O. Secuti quidem sumus h. l. optimorum codd. auctoritatem; sed facile fieri potuit, ut propter primarum litterarum similitudinem librarius a priore ad posterius verbum oculo aberrans illud omitteret. Atque deteriorum codd. scriptura non solum Nonii auctoritate firmatur, sed commendationem etiam habet eo, quod Cicero vocabula *vir* et *homo* saepe sic coniungit (ex. c. Divinat. §. 56. p. Rosc. Com. §. 49. p. Deiot. §. 16. Fin. II. §. 119.) et adiectivum *honestissimus* fere semper *hominis*, non *viri* verbo adiungit. — 2. *nunt. sunt filio* G1 contra Nonium l. l. — 3. *aedis* Non. p. 264. — 4. *simul ut*] v. Madv. de Fin. p. 203. — 5. *audierunt* G1 2 ς Lgg. praeter 42: *audiverunt* al. O. — *cum* ς Lg29: *tum* G1 2 dtt. O. — 10. *aliquo* Ld; *aliqua parte* Lg42. — *homines mane* G1 2 λ ς C: *mane hom.* dtt. O. — 11. *conveniunt* G1 2 ς C: *veniunt* dtt. O. — *factum* G1 Lg29; *factu* tuetur etiam A. — 12. *in quoquo* dtt. cf. Heusing. ad Off. I. 15, 1. — 13. *et ratio* G2 ς. At cf. *loqueretur* §. 69. init. — 21. *deversabatur* ς: *diversabatur* G1 2 8 Lgg.; *versabatur* H. Mein. Cf. §. 64. 78. — *caedere* sqq. Non. p. 272. Rufin. I. 36. — 22. *et* om. G2 Ld. — *subiicere* λ dtt.: *circum subiicere* G1 2 ς C. Cf. Hand. Turs. II. p. 69 sq. — 23. *tunc* G1 2 ς. — 29. *Adrianus* Victorin. p. 36. Rufin. I. 37. [item A h. l., cod. Vat. in Verr. V. §. 94. Orosius V. 20.] — 30. *potuerunt* G3 ς al.: *potuerant* al. dtt. O. — 31. *illi* G3 ς: *ita illi* dtt. O.

tum est, ut laetarentur omnes neque ulla animadversio constitueretur: hic sociorum ambustus incendio tamen ex illa flamma periculoque evolavit, neque adhuc causam ullam excogitare potuit, quamobrem commiserit aut quid evenerit, ut in tantum periculum veniret. Non enim potest dicere: cum seditionem sedare vellem, cum frumentum imperarem, cum stipendium cogerem, cum aliquid denique rei publicae causa gererem: quod acrius imperavi, quod animadverti, quod minatus sum.» Quae si diceret, tamen ignosci non oporteret, si nimis atrociter imperando sociis in tantum adductus periculum videretur. XXVIII. 71. Nunc cum ipse causam illius tumultus neque veram dicere neque falsam confingere audeat, homo autem ordinis sui frugalissimus, qui tum accensus C. Neroni fuit, P. Tettius, haec eadem se Lampsaci cognosse dixerit, vir omnibus rebus ornatissimus, C. Varro, qui tum in Asia tribunus militum fuit, haec eadem ipsa se ex Philodamo audisse dicat: potestis dubitare quin istum fortuna non tam ex illo periculo eripere voluerit quam ad vestrum iudicium reservare? Nisi vero illud dicet, quod et in Tettii testimonio priore actione interpellavit Hortensius: (quo tempore quidem signi satis dedit, si quid esset, quod posset dicere, se tacere non posse, ut, quam diu tacuit in ceteris testibus, scire omnes possemus, nihil habuisse quod diceret:) hoc tum dixit, Philodamum et filium eius a C. Nerone esse damnatos. 72. De quo ne multum disseram, tantum dico, secutum id esse Neronem et eius consilium, quod Cornelium lictorem occisum esse constaret: putasse non oportere esse cuiquam ne in ulciscenda quidem iniuria hominis occidendi potestatem. In quo video Neronis iudicio non te absolutum esse improbitatis, sed illos damnatos esse caedis. Verum ista damnatio tamen cuius modi fuit? Audite, quaeso, iudices, et aliquando miseremini sociorum et ostendite aliquid his in vestra fide praesidii esse oportere. XXIX. Quod toti Asiae iure occisus videbatur istius ille verbo lictor, re vera minister improbissimae cupiditatis, pertimuit iste ne Philodamus Neronis iudicio liberaretur: rogat et orat Dolabellam, ut de sua provincia decedat, ad Neronem proficiscatur: se demonstrat incolumem esse non posse, si Philodamo vivere atque aliquando Romam venire licuisset. 73. Commotus est Dolabella: fecit id, quod multi reprehenderunt, ut exercitum, provinciam, bellum relinqueret et in Asiam hominis nequissimi causa in alienam provinciam proficisceretur. Posteaquam ad Neronem venit, contendit ab eo, ut Philodami causam cognosceret. Venerat ipse, qui esset in consilio et primus sententiam diceret: adduxerat etiam praefectos et tribunos militares

---

11. *tunc* G2 ς Lg42. — 12. *Tettius* dtt.: *Pettius* ς Parr. A et C; *Petius* G1; *Pectius* G2 C. Sic infra turbant codd. — 13. *militum tribunus* G1 2 ς Parr. B. C. — 14. *ipse* coni. Beneck. ad or. p. leg. Manil. p. 255. *ipso* Haase ad Reis. n. 378. — 16. *Tettii test.* G1 2 ς Parr. B C D, Lg29 42; *test. T.* dtt. O. — 17. *temp. ipse quidem* G2. — 19. *tacuit in ceteris* G1 2 ς Parr. B C D, Lg29 42: *tacuit* om. dtt. O. — *testibus* G3 ς C, Par. C: *rebus* dtt.; *quamdiu in ceteris rebus tacuerit* O post Nauger. — 20. *sed hoc* L. O. — *eius fil.* dtt. O. — 21. *multum* G3 λ ς Par. C: *multa* dtt. O. — 23. *cuipiam* Lg29; *cuiquam* dtt. transponunt ante *hominis*. — 24. *Neronis iudicio* del. Bak. ad Legg. p. 621. — 26. *cuiusmodi fuerit* Klotzius ex Lg29 et H, qui *fuerit* praebent. — 27. *iis* malim. Halm. — 28. *occisus esse* G1. — 29. *re vera*] *vere* G1. — *impr. voluptatis* L. in marg. 1584. «Nihil mutandum: cupiditas enim voluptatem antecedit, quae tum secuta non est. cf. §. 67. 78.» Garat. II. — 35. *in Asiam*] propter collocationem haec verba de glossa suspecta videntur.

suos, quos Nero omnes in consilium vocavit: erat in consilio etiam aequissimus iudex ipse Verres: erant nonnulli togati creditores Graecorum, quibus ad exigendas pecunias improbissimi cuiusque legati plurimum prodest gratia. 74. Ille miser defensorem neminem reperire poterat. (Quis enim esset aut togatus, qui Dolabellae gratia, aut Graecus, qui eiusdem vi et imperio non moveretur?) Accusator autem apponitur civis Romanus de creditoribus Lampsacenorum, qui si dixisset quod iste iussisset, per eiusdem istius lictores a populo pecuniam posset exigere. Cum haec omnia tanta contentione, tantis copiis agerentur; cum illum miserum multi accusarent, nemo defenderet; cumque Dolabella cum suis praefectis pugnaret in consilio, Verres fortunas agi suas diceret, idem testimonium diceret, idem esset in consilio, idem accusatorem parasset; haec cum omnia fierent et cum hominem constaret occisum: tamen tanta vis istius iniuriae, tanta in isto improbitas putabatur, ut de Philodamo AMPLIVS pronuntiaretur. XXX. 75. Quid ego nunc in altera actione Cn. Dolabellae spiritus, quid huius lacrimas et concursationes proferam? quid C. Neronis, viri optimi atque innocentissimi, nonnullis in rebus animum nimium timidum atque demissum? qui in illa re quid facere potuerit non habebat, nisi forte, id quod omnes tum desiderabant, ut ageret eam rem sine Verre et sine Dolabella. Quidquid esset sine his actum, omnes probarent: tum vero quod pronuntiatum est, non per Neronem iudicatum sed per Dolabellam ereptum existimabatur. (Condemnatur enim perpaucis sententiis Philodamus et eius filius.) Adest, instat, urget Dolabella, ut quam primum securi feriantur, quo quam minime multi ex illis de istius nefario scelere audire possent. 76. Constituitur in foro Laodiceae spectaculum acerbum et miserum et grave toti Asiae provinciae: grandis natu parens adductus ad supplicium, ex altera parte filius; ille, quod pudicitiam liberorum, hic, quod vitam patris famamque sororis defenderat. Flebat uterque, non de suo supplicio, sed pater de filii morte, de patris filius. Quid lacrimarum ipsum Neronem putatis profudisse? quem fletum totius Asiae fuisse? quem luctum et gemitum Lampsacenorum? securi esse percussos homines innocentes nobiles, socios populi Romani atque amicos, propter hominis flagitiosissimi singularem nequitiam atque improbissimam cupiditatem! 77. Iam iam, Dolabella, neque me tui neque tuorum liberum, quos tu miseros in egestate atque in solitudine reliquisti, misereri potest. Ver-

---

4. *def. nem. rep.* G1 2 ς Parr. B C: *def. rep. nem.* dtt. O. — 7. *et ex credit.* A, quod non prorsus spreverim. cf. Hand Turs. II. p. 477. — 12. *pararet* G2 Ld. — 14. *iniuriae istius* ς. — *improb. esse put.* L. — 15. *in altera actione* G1 2 A: *in alteram actionem* dtt. — 18. *nimium* G1 2 ς pleriq.: *nimis* O post Nauger. — *faceret* vel *facere posset* susp. Ern. Zumptius affert quidem Coelium ap. Quintil. VI. 3, 41., sed h. l. coniunctivus perfecti violat leges sermonis Tulliani. Similiter peccatum est II. §. 50. extr., ubi ex Lg42 p. m., et IV. §. 16., ubi ex Vat. tandem vera lectio restituta est.— 20. *eam rem - - omnes* om. G2. — *sine Dol.* G1 ς Lg29: *sine* om. dtt. O. — 24. *quod quoniam* ς; *quod quam* G1 2 dtt. — 26. *Laodiciae* λ ς Lg29 al. — *et grave* om. Quintil. XI. 3, 162. — 27. *hinc grandis* L. improb. Bake ad Legg. p. 315. — 29. *flevit* G2. — 32. *luctum et* om. G2. — 35. *iam iam* Quint. IX. 1, 16. Asc. ad Divin. §. 24. p. 110. et codd. fere omnes: *iam* ς. — *neque me tui* G1 2 ς Quint. et Asc. et codd. fere omnes: *me neque tui* L. e codd. Memm.; *me* om. O. — *liberum* Quint. Asc. et codd. plerique: *liberorum* G1 ς. — 36. *miserere* L; *miseret* (om. *potest*) Asc. l. l.

resne tibi tanti fuit, ut eius libidinem hominum innocentium sanguine lui velles? Idcircone exercitum atque hostem relinquebas, ut tua vi et crudelitate istius hominis improbissimi pericula sublevares? Quod enim eum tibi quaestoris in loco constitueras, idcirco tibi amicum in perpetuum fore putasti? Nesciebas ab eo Cn. Carbonem consulem, cuius re vera quaestor fuerat, non modo relictum, sed etiam spoliatum auxiliis, pecunia, nefarie oppugnatum et proditum? Expertus igitur es istius perfidiam tum, cum ipse se ad inimicos tuos contulit, cum in te homo ipse nocens acerrimum testimonium dixit, cum rationes ad aerarium nisi damnato te referre noluit. XXXI. 78. Tantaene tuae, Verres, libidines erunt, ut eas capere ac sustinere non provinciae populi Romani, non nationes exterae possint? Tune quod videris, quod audieris, quod concupieris, quod cogitaris, nisi id ad nutum tuum praesto fuerit, nisi libidini tuae cupiditatique paruerit, immittentur homines? expugnabuntur domus? civitates non modo pacatae, verum etiam sociorum atque amicorum ad vim atque ad arma confugient, ut ab se atque a liberis suis legati populi Romani scelus ac libidinem propulsare possint? Nam quaero abs te, circumsessusne sis Lampsaci; coeperitne domum, in qua deversabare, illa multitudo incendere; voluerintne legatum populi Romani comburere vivum Lampsaceni. Negare non potes. Habeo enim testimonium, quod apud Neronem dixisti: habeo quas ad eundem litteras misisti. 79. Recita hunc ipsum locum de testimonio. Testimonium C. Verris in Artemidorum. Non multo post in domum . . . Bellumne populo Romano Lampsacena civitas facere conabatur? deficere ab imperio ac nomine nostro volebat? Video enim et ex iis, quae legi et audivi, intelligo: in qua civitate non modo legatus populi Romani circumsessus, non modo igni, ferro, manu, copiis oppugnatus, sed aliqua ex parte violatus sit, nisi publice satis factum sit, ei civitati bellum indici atque inferri solere. 80. Quae fuit igitur causa, cur cuncta civitas Lampsacenorum de contione, quemadmodum tute scribis, domum tuam concurrerit? Tu enim neque in litteris, quas Neroni mittis, neque in testimonio causam tanti tumultus ostendis ullam: obsessum te dicis, ignem allatum, sarmenta circumdata, lictorem tuum occisum esse dicis, prodeundi tibi in publicum potestatem factam negas: causam huius tanti terroris occultas. Nam si quam Rubrius iniuriam suo nomine ac non impulsu tuo et tua cupiditate fecisset, de tui comitis iniuria questum ad te potius quam te oppugnatum venirent. Cum igitur, quae causa illius tumultus fuerit, testes a nobis producti dixerint, ipse celarit: nonne causam hanc, quam nos proposuimus, cum illorum testimonia, tum istius

---

1. *innocentum* G1 (ut IV. §. 116. et saepe alibi). — 4. *in loco* G3 ς Lgg. omnes: *in locum* al. O. — 5. *fore sperasti* Ld. — 6. *fuerat* G1 2 ς Lg29: *fuit* dtt. O. — 7. *pecunia* om. L. — 8. *ipse se* G1 2 ς: *se* dtt. O. — 12. *quod conc., quod aud.* G1. — 16. *atque a lib.* G1 ς multi dtt.: *atque lib.* G2 Lg29; *atque ab lib.* dtt. O. — 21. *testimonium* G1 2 ς: *test. tuum* dtt. O; *testimonium publicum tuum* A. — 22. *recita -- domum* om. G1 2. Post *Artemidorum* de Hot. coni. L. et seqq. inseruerunt: *Recita ex Verris litteris ad Neronem. Ex litteris C. Verris ad C. Neronem.* — 24. *Lampsacena* G1 2 ς C, Arus. M. p. 224.: *Lampsaci* aut *Lampsaceni* dtt. — 25. *valebant* Arus. M. p. 224. — 31. *tuam* om. G1 2 ς. — 31. *concurrerit* G3 ς C Lg29; *concurreret* Lg42; *concurrerent* dtt. O. — 39. *cum* G2 ς Lg29: *tum* G1 dtt. O.

taciturnitas perpetua confirmat?) XXXII. 81. Huic homini parcetis igitur, iudices? cuius tanta peccata sunt, ut ii, quibus iniurias fecerit, neque legitimum tempus exspectare ad ulciscendum neque vim tantam doloris in posterum differre potuerint. Circumsessus es. A quibus? A Lampsacenis: barbaris hominibus, credo, aut iis, qui populi Romani nomen contemnerent. Immo vero ab hominibus et natura et consuetudine et disciplina lenissimis, porro autem populi Romani condicione sociis, fortuna servis, voluntate supplicibus; (ut perspicuum sit omnibus, nisi tanta acerbitas iniuriae, tanta vis sceleris fuisset,) ut Lampsaceni moriendum sibi potius quam perpetiendum putarent, numquam illos in eum locum progressuros fuisse, ut vehementius odio libidinis tuae quam legationis metu moverentur. 82. Nolite, per deos immortales! cogere socios atque exteras nationes hoc uti perfugio, quo, nisi vos vindicatis, utentur necessario. Lampsacenos in istum numquam ulla res mitigasset, nisi eum poenas Romae daturum credidissent. Etsi talem acceperant iniuriam, quam nulla lege satis digne persequi possent, tamen incommoda sua nostris committere legibus et iudiciis quam dolori suo permittere maluerunt. Tu mihi, cum circumsessus a tam illustri civitate sis propter tuum scelus atque flagitium; cum coëgeris homines miseros et calamitosos quasi desperatis nostris legibus et iudiciis ad vim, ad manus, ad arma confugere; cum te in oppidis et civitatibus amicorum non legatum populi Romani, sed tyrannum libidinosum crudelemque praebueris; cum apud exteras nationes imperii nominisque nostri famam tuis probris flagitiisque violaris; cum te ex ferro amicorum populi Romani eripueris atque ex flamma sociorum evolaris: hic tibi perfugium speras futurum? Erras. Ut huc incideres, non ut hic conquiesceres, illi te vivum exire passi sunt. XXXIII. 83. Et ais iudicium esse factum, te iniuria circumsessum esse Lampsaci, quod Philodamus cum filio condemnatus sit. Quid? si doceo, si planum facio teste homine nequam, verum ad hanc rem tamen idoneo, te ipso, inquam, teste doceo, te huius circumsessionis tuae causam et culpam in alios transtulisse neque in eos, quos tu insimularis, esse animadversum? iam nihil te iudicium Neronis adiuvat. Recita quas ad Neronem litteras misit. EPISTOLA C. VERRIS AD NERONEM. THEMISTAGORAS ET THESSALVS ... Themistagoram et Thessalum scribis populum concitasse. Quem populum? qui te circumsedit, qui te vivum comburere conatus est. Ubi hos persequeris? ubi accusas? ubi defendis ius nomenque legati? 84. In Philodami iudicio dices id actum? Cedo mihi ipsius Verris testimonium. Videamus, quid idem iste iuratus dixerit. AB ACCVSATORE ROGATVS RESPONDIT IN HOC IVDICIO NON PERSEQVI: SIBI IN ANIMO ESSE ALIO TEMPORE PERSEQVI. Quid igitur te iuvat Neronis iudicium? quid Philodami damnatio? Le-

---

5. *Lamps.* G2 (om. *a*). — 10. *potius sibi* G2. — 12. *leg. metu* G1 2 ς: *metu leg.* dtt. O. — 13. *quod nisi* G2 Ld ς; *quod ubi* G1. — 16. *possent* codd. noti: *poterant* Ern. — 25. *ex* G1 2 λ ς: *e* dtt. O. — 30. *doceo* de Ern. coni.: *docebo* codd. Sed alibi etiam in hoc verbo peccatum; cf. III. §. 111. 122. — 31. *contulisse* A. — 32. *insimularis* A: *insimulares* G1 2; *insimulabas* Lg29; *insimularas* dtt. O. — 33. *recita -- Thessalus* om. G1 2. — 35. *scribit* Ld. dtt. — *incitasse* G1. — 39. *dixerit* G3 ς: *dixerit. Recita* dtt. O. — *interrogatus* A. cf. §. 29. 90. coll. IV. §. 17. 48. 150. V. §. 155. — 40. *hoc sibi in an.* G1; *in hoc sibi in an.* G2 Ld. — 41. *quid ergo?* G2. — *iuvat te* G1.

gatus cum esses circumsessus cumque, quemadmodum tute ad Neronem scripsisti, populo Romano communique causae legatorum facta esset insignis iniuria, non es persecutus: dicis tibi in animo esse alio tempore persequi. Quod fuit id tempus? quando es persecutus? Cur imminuisti ius legationis? cur causam populi Romani deseruisti ac prodidisti? cur iniurias tuas coniunctas cum publicis reliquisti? Non te ad senatum causam deferre, non de tam atrocibus iniuriis conqueri, non eos homines, qui populum concitarant, consulum litteris evocandos curare oportuit? 85. Nuper M. Aurelio Scauro postulante, quod is Ephesi se quaestorem vi prohibitum esse dicebat, quo minus e fano Dianae servum suum, qui in illud asylum confugisset, abduceret, Pericles Ephesius, homo nobilissimus, Romam evocatus est, quod auctor illius iniuriae fuisse arguebatur: tu, si te legatum ita Lampsaci tractatum esse senatum docuisses, ut tui comites vulnerarentur, lictor occideretur, ipse circumsessus paene incenderere; eius autem rei duces et auctores et principes fuisse, quos scribis, Themistagoram et Thessalum: quis non commoveretur? quis non ex iniuria, quae tibi esset facta, sibi provideret? quis non in ea re causam tuam, periculum commune agi arbitraretur? Etenim nomen legati eiusmodi esse debet, quod non modo inter sociorum iura, sed etiam inter hostium tela incolume versetur.

XXXIV. 86. Magnum hoc Lampsacenum crimen est libidinis atque improbissimae cupiditatis. Accipite nunc avaritiae propemodum in suo genere non levius. Milesios navem poposcit, quae eum praesidii causa Myndum prosequeretur. Illi statim myoparonem egregium de sua classe ornatum atque armatum dederunt. Hoc praesidio Myndum profectus est. Nam quid Milesiis lanae publicae abstulerit, item de sumptu in adventum, de contumeliis et iniuriis in magistratum Milesium, tametsi dici cum vere tum graviter et vehementer potest, tamen dicere praetermittam eaque omnia testibus integra reservabo: illud, quod neque taceri ullo modo neque dici pro dignitate potest, cognoscite. 87. Milites remigesque Miletum Myndo pedibus reverti iubet: ipse myoparonem pulcherrimum de decem Milesiorum navibus electum L. Magio et L. Fannio, qui Myndi habitabant, vendidit. Hi sunt homines, quos nuper senatus in hostium numero habendos censuit: hoc illi navigio ad omnes populi Romani hostes usque a Dianio ad Sinopam navigaverunt. O di immortales! incredibilem avaritiam singularemque audaciam! Navem tu

---

2. *insignis iniuria* G1 2 ς Lg29: *iniuria ins.* dtt. O. — 6. *nonne te* dtt. — 8. *concitarent* G2 Lg29. — 12. *illius iniuriae* G1 ς Lg29: *ini. ill.* dtt. O. — 13. *arguebatur* G3 ς: *argueretur* dtt. O. — 15. *actores* Lg29. — *et principes* L: *principes* codd. noti. At cf. de Orat. III. §. 63. ad Fam. X. 6, 3. — 16. *Themistagoran* ς Lg29. — 19. *eiusdēmodi* (sic) G2; *eiuscemodi* Ld. — 22. *nunc*] *vero* G2 Ld λ. Ne id quidem h. l. ineptum! — 26. *a Milesiis* Lg29, Serv. ad Virg. Georg. IV. 334., quae constructio Ciceroni sane est multo usitatior cf. Zumpt. ad I. §. 27. III. §. 171. — *publicae* codd. et Serv. l. l.: om. Serv. ad Georg. III. 306.; *publice* Lambinus [recte. cf. Halm. ad Verr. IV. §. 20. ed. Lips.]. — 28. *cum* G1 ς: *tum* ctt. O. — 30. *dici p. dign. pot.* G2 ς: *dici potest p. dig.* G1; *potest neque dici p. dig.* dtt. — 32. *Magio*] *Mario* G1 2. — *Fannio* A: *Fabio* G1 2 ς; *Rabio* ctt. O. — 35. *a Dianio* A: *ab Dianio* dtt. O., *ad dyano* G2; *a diano* G1; *ab Diarino* ς. — *Sinopam* codd. noti, etiam ς: *Sinopen* O. Praeterea codd. Tulliani post *Dianio* addunt: *quod in Hispania est*, post *Sinopam* autem: *quae in Ponto est.* Omittit haec verba, Hotomano et Lambino suspecta, Asconius prob. Madv. I. p. 342.

de classe populi Romani, quam tibi Milesia civitas, ut te prosequeretur, dedisset, ausus es vendere? (Si te magnitudo maleficii, si hominum existimatio non movebat, ne illud quidem cogitabas) huius improbissimi furti sive adeo nefariae praedae tam illustrem ac tam nobilem civitatem testem futuram? 88. An quia tum Cn. Dolabella in eum, qui ei myoparoni praefuerat Milesiisque rem gestam renuntiarat, animadvertere tuo rogatu conatus est renuntiationemque eius, quae erat in publicas litteras relata illorum legibus, tolli iusserat, idcirco te ex hoc crimine elapsum esse arbitrabare? XXXV. Multum te ista fefellit opinio, et quidem multis in locis. Semper enim existimasti et maxime in Sicilia satis cautum tibi ad defensionem fore, si aut referri aliquid in litteras publicas vetuisses aut, quod relatum esset, tolli coëgisses. Hoc quam nihil sit, tametsi ex multis Siciliae civitatibus priore actione didicisti, tamen etiam in hac ipsa civitate cognosce. Sunt illi quidem dicto audientes, quam diu adsunt ii, qui imperant: simulac discesserunt, non solum illud perscribunt, quod tum prohibiti sunt, sed etiam causam adscribunt, cur non tum in litteras relatum sit. 89. Manent istae litterae Mileti, manent et, dum erit illa civitas, manebunt. Decem enim naves iussu L. Murenae populus Milesius ex pecunia vectigali populo Romano fecerat, sicut pro sua quaeque parte Asiae ceterae civitates. Quamobrem unam ex decem non praedonum repentino adventu, sed legati latrocinio, non vi tempestatis, sed hac horribili tempestate sociorum amissam in litteras publicas rettulerunt. 90. Sunt Romae legati Milesii, homines nobilissimi ac principes civitatis, qui, tametsi mensem Februarium et consulum designatorum nomen exspectant, tamen hoc tantum facinus non modo negare interrogati, sed ne producti quidem reticere poterunt: dicent, inquam, et religione adducti et domesticarum legum metu, quid illo myoparone factum sit: ostendent C. Verrem in ea classe, quae contra piratas aedificata sit, piratam ipsum consceleratum fuisse.

XXXVI. C. Malleolo, quaestore Cn. Dolabellae, occiso duas sibi hereditates venisse arbitratus est, unam quaestoriae procurationis; nam a Dolabella statim pro quaestore iussus est esse: alteram tutelae; nam cum pupilli Malleoli tutor esset, in bona eius impetum fecit. 91. Nam Malleolus in provinciam sic copiose profectus erat, ut domi prorsus nihil relinqueret: praeterea pecunias occuparat apud populos et syngraphas fecerat: argenti optimi caelati grande pondus secum tulerat: (nam ille quoque sodalis istius erat in hoc morbo et cupiditate;) grande pondus argenti, familiam magnam, multos artifices, multos formosos homines reliquit. Iste, quod argenti placuit, invasit: quae mancipia voluit, abduxit: vina ceteraque, quae in Asia facillime comparantur, quae ille

---

2. *si hom.* G1 2 ς Lg29, Madv. de Asc. App. p. 33: *si te hom.* dtt. O. — 6. *ei* om. dtt. — 7. *quae etiam erat* G1. — 9. *arbitrabare* codd. praeter G1, in quo est *arbitrare*, ut §. 102. cf. Zumpt. ad III. §. 42. — 11. *cautum vel tum* G1. — 13. *priori* ς. — 16. *causas* Lg29, om. G1. — 19. *populo Ro.* G1 2 Pall. ψ: *P. R. s. Po. Ro.* ctt.; *populi Romani* O. — 20. *quoque* G3. — 24. *civitatis* om. G2 Ld. — 25. *exspectant*] *extimescunt* var. lect. ap. Asc., inde Hotom. coni.: *Februarium exspectant et c. d. n. extimescunt.* — 27. *dom. leg.* G1 2 ς Lg29 A: *leg. dom.* dtt. O. — 28. *de illo* dtt. nonn. — 29. *aedificata sit*] *parabatur* dtt. — 37. *sodalitius* G2 ς; *sodalius* G1. — 40. *vina Graeca ceteraque, quae ex Asia facillime comportantur* Cledonius p. 1898. P. — *facile* Serv. ad Virg. Ecl. V. 36.

reliquerat, asportavit: reliqua vendidit, pecuniam exegit. 92. Cum ad HS vicies quinquies redegisse constaret, ut Romam rediit, nullam litteram pupillo, nullam matri eius, nullam tutoribus reddidit: servos artifices pupilli cum haberet domi, circum pedes autem homines formosos et litteratos, suos esse dicebat, se emisse. Cum saepius mater et avia pueri postularent, uti, si non redderet pecuniam, nec rationem daret, diceret saltem quantum pecuniae Malleoli deportasset, a multis efflagitatus aliquando dixit HS decies. Deinde in codicis extrema cera nomen infimum in flagitiosa litura fecit: expensa Chrysogono servo HS sexcenta milia accepta pupillo Malleolo rettulit. Quomodo ex decies HS sexcenta sint facta; quomodo DC eodem modo quadrarint, ut illa de Cn. Carbonis pecunia reliqua HS sexcenta facta sint; quomodo Chrysogono expensa lata sint; cur id nomen infimum in lituraque sit, vos existimabitis. 93. Tamen HS sexcenta milia cum accepta rettulisset, HS quinquaginta milia soluta non sunt. Homines, posteaquam reus factus est, alii redditi, alii etiam nunc retinentur: peculia omnium vicariique retinentur. XXXVII. Haec est istius praeclara tutela. En, cui tuos liberos committas: en memoriam mortui sodalis, en metum vivorum existimationis! Cum tibi se tota Asia spoliandam ac vexandam praebuisset, cum tibi exposita esset omnis ad praedandum Pamphylia, contentus his tam opimis rebus non fuisti? manus a tutela, manus a pupillo, manus a sodalis filio abstinere non potuisti? Iam te non Siculi, non aratores, ut dictitas, circumveniunt; non ii, qui decretis edictisque tuis in te concitati infestique sunt: Malleolus a me productus est et mater eius atque avia, quae miserae flentes eversum a te puerum patriis bonis esse dixerunt. 94. Quid exspectas? an dum ab inferis ipse Malleolus exsistat atque abs te officia tutelae, sodalitatis familiaritatisque flagitet? Ipsum putato adesse. Homo avarissime et spurcissime, redde bona sodalis filio: si non quae abstulisti, at quae confessus es. Cur cogis sodalis filium hanc primam in foro vocem cum dolore et querimonia emittere? cur sodalis uxorem, sodalis socrum, domum denique totam sodalis mortui contra te testimonium dicere? cur pudentissimas lectissimasque feminas in tantum virorum conventum insolitas invitasque prodire cogis? Recita omnium testimonia. TESTIMONIVM MATRIS ET AVIAE.

---

1. *et pecuniam* G1. At cf. Madv. I. p. 331. Seyff. Ep. crit. ad Halm. p. 45. — *cum ad* G1 2: *cum eum ad* dtt. (?) O. — 2. *HS. XX* St. *HS. XXD* G2; *nūm XXD* G1 et sic infra *numerum* pro *HS*. Alii aliter turbant. — *nullam libellam* coni. Schütz. coll. II. c. 10. — 4. *form. homines* G2. — 5. *suos esse, se emisse dicebat* L. — 6. *pec. non redderet* G1. — 7. *a multis* G1 2 ς Lg29: *multis* dtt. O. — 8. *extremam ceram* dtt. — 9. *in* om. G1 2. — 11. *facta sint* G3: *facta sunt* O. Cf. praeterea de h. l. Rau II. p. 177 sqq. Keller in Sell. *Jahrbb. d. R. R.* I. 1. p. 103 sqq. — 14. *quinquaginta* G1 2 ς Lg29: *quinque* dtt. — 16. *alii redditi*] *alii* om. G3 ς. — *omnia* Lg29. — *vicarii retinent* G1. — 17. *en -- committas* Donat. ad Terent. Hecyr. II. 1, 15. — 18. *memoriam* G1 λ ς 2 codd. Lbi: *memoria* G2 dtt. O. — *metum* G1 2 λ ς 2 codd. Lbi, Lg29: *metus* dtt. O. — 19. *praebuisset* G1 2 ς: *tradidisset* dtt. O. — 20. *tibi* om. G1, sed tuetur Non. p. 299., qui transp. *ad praed. omnis P.* — 21. *optimis* G1 2 ς Lg29 dtt. Sic §. 132. *optimum* pro *opimum* est in cod. H. — 23. *ii* St.: *hi* O. — 25. *misere* G2 cod. Lbi, duo Francc. «Sed Tullius h. l. imitatus est Gracchi illud: *matremne ut miseram lamentantem videam* cet. v. de Orat. III. §. 125.» ORELL. I. — *patris* G2 dtt. — 26. *ipse M.* G3 ς Lg29: *ille M.* dtt. O. — *exsistat*] *exeat* G2. — 27. *abs te* om. G1 2 ς. — 28. *puta* G1. — 29. *at* om. G3 ς. — 31. *amittere* G2 ς; *admittere* Lg29.

XXXVIII. 95. Pro quaestore vero quomodo iste commune Milyadum vexarit, quomodo Lyciam, Pamphyliam, Pisidiam Phrygiamque totam frumento imperando, aestimando, hac sua, quam tum primum excogitavit, Siciliensi aestimatione afflixerit, non est necesse demonstrare verbis. Hoc scitote: his nominibus, (quae res per hunc gestae sunt, cum iste civitatibus frumentum, coria, cilicia, saccos imperaret neque ea sumeret proque his rebus pecuniam exigeret,) his nominibus solis Cn. Dolabellae HS ad tricies litem esse aestimatam. Quae omnia etiam si voluntate Dolabellae fiebant, per istum tamen omnia gerebantur. 96. Consistam in uno nomine; multa enim sunt ex eodem genere. Recita. De litibvs aestimatis Cn. Dolabellae pr. pecvniae redactae. Qvod a commvni Milyadvm. Te haec coëgisse, te aestimasse, tibi pecuniam numeratam esse dico, eademque vi et iniuria, cum pecunias maximas cogeres, per omnes partes provinciae te tamquam aliquam calamitosam tempestatem pestemque pervasisse demonstro. 97. Itaque M. Scaurus, qui Cn. Dolabellam accusavit, istum in sua potestate ac ditione tenuit. Homo adolescens cum istius in inquirendo multa furta ac flagitia cognosset, fecit perite et callide: volumen eius rerum gestarum maximum isti ostendit: ab homine quae voluit in Dolabellam abstulit: istum testem produxit: dixit iste, quae velle accusatorem putavit. Quo ex genere mihi testium, qui cum isto furati sunt, si uti voluissem, magna copia fuisset, qui ut se periculo litium, coniunctione criminum liberarent, quo ego vellem, descensuros pollicebantur. 98. Eorum ego voluntatem omnium repudiavi. Non modo proditori, sed ne perfugae quidem locus in meis castris cuiquam fuit. Forsitan meliores illi accusatores habendi sint, qui haec omnia fecerunt. Ita est: sed ego defensorem in mea persona, non accusatorem, maxime laudari volo. Rationes ad aerarium, antequam Dolabella condemnatus est, non audet referre: impetrat a senatu, ut dies sibi prorogaretur, quod tabulas suas ab accusatoribus Dolabellae obsignatas diceret, proinde quasi exscribendi potestatem non haberet. Solus est hic, qui numquam rationes ad aerarium referat. XXXIX. Audistis quaestoriam rationem tribus versiculis relatam; legationis non nisi condemnato et eiecto eo, qui posset reprehendere; nunc denique praeturae, quam ex senatus consulto statim referre debuit, usque ad hoc tempus non rettulit. 99. Quaestores se in senatu exspectare dixit, perinde quasi non, ut quaestor sine praetore possit rationem referre (ut tu, Hortensi, ut omnes), eodem modo sine quaestore praetor. Dixit idem Dolabellam impetrasse. Omen magis patribus conscriptis quam causa placuit: probaverunt. Verum quaestores quoque iam

5. *per hunc* G1 2 λ ς Lg29: *per ipsum* Ld; *per eum* dtt. O. — 7. *proque* G3 λ ς Lg29: *pro* dtt. O. — 10. *enim* om. dtt. — 11. *PR.*] *PR. Populo Ro.* ς. (*PR. pecuniaque populo R. redacta* L.) *PR. P. R.* O. — *pecuniam* ς Lg29; *Gn. Dolabellae p. r. pecunia redacta est* G1; *Gn. Dolabella p. r. pecuniā redacta equod* cet. G2. — 12. *coëgisse, te*] *collegisse et* G1. — 14. *calam. aliquam* G2. — 17. *cognosset* G2 Lg29 Madv. I. p. 340.: *cognosceret* G1 dtt. O. — 20. *protulit: produxit* G1 2. De huiusmodi dittographiis cf. ad Divin. §. 62. — 23. *discessuros* G1 2 ς C. — 25. *accus. illi* G1. — 26. *sint* G1 2 Lg29: *sunt* dtt. O. — *ita est* G1 Ld ς: *ista est* G2; om. O. — 29. *prorogarentur* G2 ς Lg29 dtt. — 30. *proinde* G1 2 ς Lg29 A: *perinde* dtt. — 31. *ad aerar. rat.* G1. — 34. *quam* om. G2 Ld. — 35. *quaestores* A (ibiq. Bait.): *quaestorem* codd. — 36. *perinde* Lg48: *deinde* G1 2 ς Lg5. 6; *proinde* Lgg. rell. — *et qu.* G1 2 ς pleriq. — *possit* G1 2 ς al. prob. Madv. App. p. 40: *posset* dtt. O.

pridem venerunt. Cur non rettulisti? Illarum rationum ex ea faece legationis quaestoriaeque tuae procurationis illa sunt nomina, quae Dolabellae necessario sunt aestimata. Ex LITIBVS AESTIMATIS DOLABELLAE PR. ET PROPR. 100. Quod minus Dolabella Verri acceptum rettulit, quam Verres illi expensum tulerit, HS quingenta triginta quinque milia; et quod plus fecit Dolabella Verrem accepisse, quam iste in suis tabulis habuit, HS ducenta triginta duo milia; et quod plus frumenti fecit accepisse istum, HS decies et octingenta milia, quod tu, homo castissimus, aliud in tabulis habebas. Hinc illae extraordinariae pecuniae, quas nullo duce tamen aliqua ex particula investigamus, redundarunt: hinc ratio cum Q. et Cn. Postumis Curtiis multis nominibus, quorum in tabulis iste habet nullum: hinc HS quaterdecies P. Tadio numeratum Athenis testibus planum faciam: hinc empta apertissime praetura, nisi forte id etiam dubium est, quo modo iste praetor factus sit. 101. Homo scilicet aut industria aut opera probata aut frugalitatis existimatione praeclara aut denique, id quod levissimum est, assiduitate, qui ante quaesturam cum meretricibus lenonibusque vixisset, quaesturam ita gessisset, quemadmodum cognovistis, Romae post quaesturam illam nefariam vix triduum constitisset, absens non in oblivione iacuisset, sed in assidua commemoratione omnibus omnium flagitiorum fuisset: is repente, ut Romam venit, gratis praetor factus est. Alia porro pecunia, ne accusaretur, data. Cui sit data, nihil ad me, nihil ad rem pertinere arbitror: datam quidem esse tum inter omnes recenti negotio facile constabat. 102. Homo stultissime et amentissime, tabulas cum conficeres et cum extraordinariae pecuniae crimen subterfugere velles, satis te elapsurum omni suspicione arbitrabare, si, quibus pecuniam credebas, iis expensum non ferres neque in tuas tabulas ullum nomen referres, cum tot tibi nominibus acceptum Curtii referrent? Quid proderat tibi te expensum illis non tulisse? An tuis solis tabulis te causam dicturum existimasti?

XL. 103. Verum ad illam iam veniamus praeclaram praeturam criminaque ea, quae notiora sunt his qui adsunt, quam nobis, qui meditati ad dicendum paratique venimus; in quibus non dubito quin offensionem negligentiae vitare atque effugere non possim. Multi enim ita dicent: «De illo nihil dixit, in quo ego interfui: illam iniuriam non attigit, quae mihi aut quae amico meo facta est, quibus ego in rebus interfui.» His omnibus, qui istius iniurias norunt, hoc est, populo Romano universo, me vehementer excusatum volo, non negligentia mea fore, ut multa praeteream, sed quod alia testibus integra reservari velim, multa autem propter rationem brevitatis ac temporis praetermit-

4. *ET PROPR.* sic G2 codd. pleriq., in G1 hic titulus deest: *POP. ROM.* Franc. pr.; *POPULI RO. PECUNIAE REDACTAE* O. — 8. *octing. duo milia* G2 Ld. — *callidissimus* G1; *cautissimus aliis in t.* coni. Wyttenb. At cf. Madv. I. p. 332. Halm. ad Sest. p. 231. Osiander colon ponit post *habebas.* — 9. *aliud*] *aliis* coni. Wyttenb. — 11. *Postumis Curtiis* coni. Urs. cf. Ellendt. ad Cic. de Orat. I. p. 291: *Postumiis Curtiis* A. In G2 est: *ratio Q. Postumus Curtus*; in G1: *ratio quaesturae Q. Postumius Curtius.* Alii aliter turbant. — 12. *numeratum* coni. J. Fr. Gronov. de pec. vett. II. 3. III. 1.: *numerata* codd. — 25. *extraordinaria pecunia* dtt. — 26. *arbitrare* G1 ut §. 88. — 34. *neglegentiae* ς Lg29. — 36. *aut quae*] *quae* Ld, dtt. — *in* om. G1. — 40. *brevit. rationem* G1.

tenda existimem. Fatebor etiam illud invitus, me prorsus, cum iste punctum temporis nullum vacuum peccato praeterire passus sit, omnia, quae ab isto commissa sint, non potuisse cognoscere. Quapropter ita me de praeturae criminibus auditote, ut ex utroque genere, et iuris dicendi et sartorum tectorum exigendorum, ea postuletis, quae maxime digna sint eo reo, cui parvum ac mediocre obiici nihil oporteat. 104. Nam ut praetor factus est, qui auspicato a Chelidone surrexisset, sortem nactus est urbanae provinciae magis ex sua Chelidonisque, quam ex populi Romani voluntate. Qui principio qualis in edicto constituendo fuerit, cognoscite. XLI. C. Annius Asellus mortuus est C. Sacerdote praetore. Is cum haberet unicam filiam neque census esset, quod natura hortabatur, lex nulla prohibebat, fecit, ut filiam bonis suis heredem institueret. Heres erat filia. Faciebant omnia cum pupilla, legis aequitas, voluntas patris, edicta praetorum, consuetudo iuris eius, quod erat tum, cum Asellus est mortuus. 105. Iste praetor designatus (utrum admonitus an tentatus an, qua est ipse sagacitate in his rebus, sine duce ullo, sine indice, pervenerit ad hanc improbitatem, nescio: vos tantum hominis audaciam amentiamque cognoscite) appellat heredem L. Annium, qui erat institutus secundum filiam; non enim mihi persuadetur istum ab illo prius appellatum; dicit se posse ei condonare edicto hereditatem; docet hominem, quid possit fieri. Illi bona res, huic vendibilis videbatur. Iste tametsi singulari est audacia, tamen ad pupillae matrem summittebat: malebat pecuniam accipere, ne quid novi ediceret, quam ut hoc edictum tam improbum et tam inhumanum interponeret. 106. Tutores pecuniam praetori si pupillae nomine dedissent grandem praesertim, quemadmodum in rationem inducerent, quemadmodum sine periculo suo dare possent, non videbant: simul et istum fore tam improbum non arbitrabantur: saepe appellati pernegaverunt. Iste ad arbitrium eius, cui condonabat hereditatem ereptam liberis, quam aequum edictum conscripserit, quaeso, cognoscite. Cvm intelligam legem Voconiam ... Quis umquam crederet mulierum adversarium Ver-

---

3. *sint* G1 2 ς Lg29 p. m.: *sunt* dtt. O. — 4. *audite* Prisc. II. p. 156. — *ex* A. Prisc. dtt.: om. G3 ς. — 5. *dicendi* G1 2 Prisc.: *dicundi* dtt. O. — 6. *sint* λ, Lg29 p. m., cod. Monac. 280. ap. Prisc. teste Halmio: *sunt* G1 2 pleriq. et Prisc. Krehlii. — *ac*] *aut* Prisc. — *oporteat*] *poterat* G1. — 8. *est* om. Prisc. — *Chelidonisque* G1 2 λ ς Lg29 : *et Chelidonis* dtt. O. — 10. *C. Ann.* G1 2 ς al.: *P. Ann.* al. dtt. O. cf. II. §. 21. — 11. *quod eum n.* dtt. — 13. *pupilla* codd.: *puella* Prisc. II. p. 221. — *leges, aeq.* Prisc. — 16. *attemptatus* G2 Ld ς. — *ipse* G2 Ld ς: *iste* dtt. In G1 legitur: *qua cum sagac.* — 17. *iudice* G1 2 5 Lgg. — 18. *ament. audaciamque* G1 λ. — 21. *posset* V. — 22. *singularis* V. 8 dtt. At cf. III. §. 52. — 23. *malebat*] In hoc vocabulo desinit G1, in quo verba inde ab: *secundum filiam* alia manu sunt adscripta. — 24. *diceret* V. Sic infra *dictum* pro *edictum*. — *et tam inh.* V: *et inh.* ctt. O. — 26. *quemammodum* V (sic etiam infra). — 27. *et* om. V. At cf. Otto ad Fin. p. 378. — 28. *inprobum* V. — 29. *condonabat* G2 Ld ς Lg29 V. («Neque enim condonarat tum hereditatem, sed in eo erat, ut condonaret ipso edicto scribendo. Ea vis imperfecti librariis ignota erat.» Madv. App. p. 41.): *condonaverat* Prisc. II. p. 157. Krehl; *condonavit* H. et cod. Monac. nr. 280. ap. Prisc.; *condonarat* dtt. O. — *a liberis* G2 Ld ς Lg29. Quae constructio quamquam in *eripiendi* verbo alibi quoque apud Ciceronem reperitur (cf. §. 89. et Ellendt ad I. de Orat. §. 225.), tamen hoc loco Prisciani, codicis Vaticani aliorumque auctoritatem ideo sequi maluimus, quod infra §. 113. 114. ter in eadem re dativus legitur. — 30. *aecum* V. — *conscripserit* G2 Ld Lg29 Prisc.: *conscribserit* V, *scripserit* dtt. O. — *cvm -- voconiam* om. V. — 31. *mul. adv. Verrem* G2 ς Lg29 V: *Verrem m. adv.* dtt. O.

rem futurum? an ideo aliquid contra mulieres fecit, ne totum edictum ad Chelidonis arbitrium scriptum videretur? Cupiditati hominum ait se obviam ire. Quis potius non modo his temporibus, sed etiam apud maiores nostros? quis tam remotus fuit a cupiditate? Dic, quaeso, cetera; (delectat enim me hominis gravitas, scientia iuris, praetoris auctoritas.) Recita. QVI AB A. POSTVMIO Q. FVLVIO CENSORIBVS POSTVE EA .... FECIT, FECERIT. 107. Fecit, fecerit? Quis umquam edixit isto modo? quis umquam eius rei fraudem aut periculum proposuit edicto, quae neque post edictum reprehendi neque ante edictum provideri potuit? XLII. Iure, legibus, auctoritate omnium, qui consulebantur, testamentum P. Annius fecerat, non improbum, non inofficiosum, non inhumanum. Quod si ita fecisset, tamen post illius mortem nihil de testamento illius novi iuris constitui oporteret. Voconia lex te videlicet delectabat? Imitatus esses ipsum illum Voconium, qui lege sua hereditatem ademit nulli neque virgini neque mulieri: sanxit in posterum, qui post eos censores census esset, ne quis heredem virginem neve mulierem faceret. 108. In lege Voconia non est FECIT, FECERIT, neque in ulla praeteritum tempus reprehenditur nisi eius rei, quae sua sponte tam scelerata et nefaria est, ut, etiam si lex non esset, magno opere vitanda fuerit. Atque in his ipsis rebus multa videmus ita sancta esse legibus, ut ante facta in iudicium non vocentur; Cornelia testamentaria, nummaria, ceterae complures, in quibus non ius aliquod novum populo constituitur, sed sancitur, ut, quod semper malum facinus fuerit, eius quaestio ad populum pertineat ex certo tempore. 109. De iure vero civili si quis novi quid instituit, is non omnia, quae ante acta sunt, rata esse patietur? Cedo mihi leges Atinias, Furias, Fusias, ipsam, ut dixi, Voconiam, omnes praeterea de iure civili: hoc reperies in omnibus statui ius, quo post eam legem populus utatur. Qui plurimum tribuunt edicto, praetoris edictum legem annuam dicunt esse. Tu edicto plus amplecteris quam lege. Si finem edicto praetoris afferunt Kalendae Ianuariae, cur non initium quoque edicti nascitur a

---

1. *fecit*] *scripsit* V. — *aedictum* V. — 3. *quis* G2 ς C V 3 Parr. Lall.: *qui* dtt.; *quid* L. — *potius*] *potuit* V. — *etiam* om. V. — *aput* V. — 4. *fuit* om. G2. — 5. *praetoris* coni. Klotz ex V., in quo est *P. R.*: om. ctt. O. — 6. *recita* V: om. ctt. O. — 7. *testamentum fecit* Prisc. — *qui A. Postumo Q. Fufio cos. postea fecit, fecit* (sic bis) *fecerit? Quis umq.* V (cf. Sauppium in Baiteri Indice Legum p. 304.); *fecit, fecerit* (altero loco) om. G2 Ld al. — 8. *ei rei* V. — 9. *quae* G2 Ld V: *quod* dtt. — In V est: *neque post edictum, provideri potuit reprehendi neque ante edictum.* Hinc recte coni. Malus: *neque p. ed. reprehendi, neque ante*; *reprehendi* om. ctt. O. — 11. *inprobum* V. — 14. *esse* V. — *illum ipsum* Prisc. II. p. 153. et codd. dtt. — *Voconium* V: *C. Voc.* ctt., Prisc.; *Q. Voc.* L O. — *legem suam* V. — 19. *tam* V: om. ctt. A O. — *et nef.* G2 ς Lg29 V: *ac nef.* A dtt. O. — *esset* om. V. — 20. *magnopere* V G2. — *in his ipsis* V et L: *in iis ipsis* Lg29; *in ipsis* G2 ς; *in his* dtt. O. — 22. *cetere conplures* V. — 24. *questio* V. — *ad praetorem pert.* coni. L. — *ex* om. G2 Ld ς; *a certo* A. — 25. *instituit* G2 ς V: *instituerit* Prisc. II. p. 157. O. — *is non omnia* ς V Prisc. Parr. Lall. Madv. de Asc. p. 45 sq. Op. I. p. 328.: *is omnia* G2 Ld Lg29 O; *omnia* dtt. — 26. *patietur* V Parr. Lall. A.: *patiatur* Prisc.; *patitur* G2; *non patietur* O. De futuro post praesens cf. ad Divin. §. 58. — *Furias* om. Lg42. — 27. *Fusias* G2: *nufias* V; *Sufias* Lg29; om. L O. — *omnis* V. — 28. *repperies* V. — *statui*] *statutis* V. — 29. *praetoris* om. Ld. — *dictum* V. — 30. *amplecteris* G2 ς V Lg29. (cf. §. 116. p. Q. Rosc. §. 37.): *complecteris* dtt. O. — 31. *adferunt* V. — *K. Ian.* G2 V: *Kalendae Ianuarii* Quint. V. 10, 76. (sed edit. Campan. *Ianuariae*, ut Mart.

Kalendis Ianuariis? An in eum annum progredi nemo poterit edicto, quo praetor alius futurus est: in illum, quo alius praetor fuit, regredietur? 110. Ac si hoc iuris, non unius hominis causa edixisses, cautius composuisses. XLIII. Scribis, QVI HEREDEM FECIT, FECERIT. Quid? si plus legarit, quam ad heredem heredesve perveniat, quod per legem Voconiam ei, qui census non sit, licet? Cur hoc, cum in eodem genere sit, non caves? Quia non iuris, sed hominis causam verbis amplecteris, ut facile appareat te pretio, non iure esse commotum. Atque hoc si in posterum edixisses, minus esset nefarium, tamen esset improbum; sed tum vituperari posset, in discrimen venire non posset; nemo enim committeret: nunc est eiusmodi edictum, ut quivis intelligat, non populo esse scriptum, sed P. Annii secundis heredibus. 111. Itaque cum abs te caput illud tam multis verbis mercenarioque prooemio esset ornatum, ecquis est inventus postea praetor, qui idem illud ediceret? Non modo nemo edixit, sed ne metuit quidem quisquam ne quis ediceret. Nam post te praetorem multi in isdem causis fuerunt; in his nuper Annaea de multorum propinquorum sententia, pecuniosa mulier, quod censa non erat, testamento fecit heredem filiam. Iam hoc magnum iudicium hominum de istius singulari improbitate, quod Verres sua sponte instituisset, id neminem metuisse, ne quis reperiretur, qui istius institutum sequi vellet. Solus enim tu inventus es, cui non satis fuerit corrigere testamenta vivorum, nisi etiam rescinderes mortuorum. 112. Tu ipse ex Siciliensi edicto hoc sustulisti: voluisti, ex improviso si quae res nata esset, ex urbano edicto decernere. Quam postea tu tibi defensionem relinquebas, in ea maxime offendisti, cum tuam auctoritatem tute ipse edicto provinciali repudiabas. XLIV. Atque ego non dubito, quin, ut mihi, cui mea filia maxime cordi est, res haec acerba videtur atque indigna, sic unicuique vestrum, qui simili sensu atque indulgentia filia-

Cap. p. 421.) al.; *cur non--Kal. Ian.* om. Ld. — *edicti* om. G2. — *nascatur* Quint. l. l. — *a* om. V. — 1. *K. Ian.* G2 V, *K. Ianuariis* Franc. pr. Mart. Cap. l. l. O: *K. Ianuarii* vulgo. — 3. *At* Lg29. — *hominis causa* G2 ς V Lg29 Prisc. II. p. 157. cf. §. 116.: *causa hom.* dtt. O. — 4. *conposuisses* V. — *QVI* V: *SI QVIS* ctt. O. — *Quod si* dtt. — 5. *leget* G2; *legaverit* Lg42. — 6. *qui census sit, non licet* Lbi susp. — 7. *iuris* V: *generis* ctt. O. — *complecteris* G2 Ld ς Lg29. — 8. *praetio* V. — *non iure esse* V: *non esse* G2 Ld ς Lg29; *esse* dtt. O. — *atqui* eV, cod. Urs. H. — 9. *dixisset* V. — *minus*] Offendit me sententiae conformatio parum apta. Suspicor scripsisse Tullium: *etsi minus esset nef.* — 10. *tantum* cod. Urs. (non V.) — *in discrimen* V: *in dubium* ctt. O. — *evenire* V. — 11. *intellegat* V. — 12. *populos* V. — *set* V. — *Anni* V. — 13. *aps* V: *a* ctt. O. cf. Zumpt p. 1087. — *illud*] *id* V. — *mercenarioque* G2 ς Lg29: *mercenario* eV. dtt. O. — 14. *et quis* V Lg29 al. — *idem illud* G2 ς Lg29 V: *illud idem* dtt. O. — 16. *multi--fuerunt* V: *multi testamenta eodem modo fecerunt* ctt. O. — 17. *Annaea* G2 ς: *Anaea* V; *Annia* O. Antea legebatur: *fuerunt: in his nuper Annia. Ea de* sqq. Sed *ea* deest in G2 Ld Lg29 V; itaque distinctione mutata locum ex optimis codd. sanavimus. — 18. *iam hoc* G2 Ld ς ψ Prisc. II. p. 157.: *Itaque* eV. dtt. — 19. *singulari*] In hoc vocabulo desinunt codd. G2 Ld, neque ex ς postea variae lectiones commemorantur. — *inprobitate* V. — *Verres* V. dtt. cod. Guelph. Prisc. l. l.: *C. Verres* Lg29 Prisc. (cod. Mon. nr. 280. *G. Verres.*) — 20. *repperiretur* V. — *istius institutum* V dtt., Prisc.: seclusit Ern. — 22. *test. viv.* V Lg29: *viv. voluntates* Lg27 (*voluntates* om. 5 Lgg.); *vol. vivorum* al. dtt. O. — 23. *a Sicil.* V, at cf. §. 118. — *inproviso* V. — 24. *nata esset* V: *natessent* Lg29; *natae essent* dtt. O. — *tibi tu* Lgg. praeter 42. In V: *tu* [media verba sunt oblitterata] *bas.* — 25. *in eam* eV. At cf. Oudend. ad Cic. de Inv. I. c. 47. 28. Interpp. ad Mil. §. 99. — 26. *ego* om. Lg29. — 27. *mea* V: om. ctt. O. — *videtur* V: *videatur* ctt. O.

rum commovemini. Quid enim natura nobis iucundius, quid carius esse voluit? (quid est dignius, in quo omnis nostra diligentia indulgentiaque consumatur?) 113. Homo importunissime, cur tantam iniuriam P. Annio mortuo fecisti? cur hunc dolorem cineri eius atque ossibus inussisti, ut liberis eius bona patria, voluntate patris, iure, legibus tradita, eriperes et, cui tibi esset commodum, condonares? Quibuscum vivi bona nostra partimur, iis praetor adimere nobis mortuis bona fortunasque poterit? Nec petitionem, inquit, nec possessionem dabo. Eripies igitur pupillae togam praetextam? detrahes ornamenta non solum fortunae, sed etiam ingenuitatis? Miramur ad arma contra istum hominem Lampsacenos isse? miramur istum de provincia decedentem clam Syracusis profugisse? Nos si alienam vicem pro nostra iniuria doleremus, vestigium istius in foro nullum esset relictum. 114. Pater dat filiae: prohibes. Leges sinunt: tamen te interponis. De suis bonis ita dat, ut ab iure non abeat. Quid habes, quod reprehendas? Nihil, opinor. At ego concedo: prohibe, si potes, si habes qui te audiat, si potest tibi dicto audiens esse quisquam. Eripias tu voluntatem mortuis, bona vivis, ius omnibus? Hoc populus Romanus non manu vindicasset, nisi te huic tempori atque huic iudicio reservasset?

Posteaquam ius praetorium constitutum est, semper hoc iure usi sumus: si tabulae testamenti non proferrentur, tum uti quemque potissimum heredem esse oporteret, si is intestatus mortuus esset, ita secundum eum possessio daretur. Quare hoc sit aequissimum, facile est dicere, sed in re tam usitata satis est ostendere omnes antea ius ita dixisse et hoc vetus edictum translaticiumque esse. XLV. 115. Cognoscite hominis aliud in re vetere edictum novum, et simul, dum est unde ius civile discatur, adolescentes in disciplinam ei tradite: mirum est hominis ingenium, mira prudentia. Minucius quidam mortuus est ante istum praetorem: eius testamentum erat nullum: lege hereditas ad gentem Minuciam veniebat. Si habuisset iste edictum, quod ante istum et postea omnes habuerunt, possessio Minuciae genti esset data: si quis testamento se heredem esse arbitraretur, quod tum non exstaret, lege ageret in hereditatem; aut pro praede litis vindiciarum cum satis accepisset, sponsionem faceret, ita de hereditate certaret. Hoc, opinor, iure et maiores nostri et nos semper usi sumus. Videte, ut hoc iste correxerit. 116. Componit edictum iis verbis, ut quivis intelligere possit

3. *inportunissime* V. — 6. *nostra*] *paterna* Lg29. — 13. *nullum* V: *non* ctt. O. *(in foro esset rel.?* St.) — 14. *ita*] *ista* pr. V. — 15. *non habeat* V.— *repraehendas* V. — *At*] *ad* V. — 16. *edicto* dtt. Vulgatam tuetur etiam Prisc. II. p. 157. — 17. *quisquam* om. V et cod. Monac. Prisc. Extat ap. Prisc. Krehlii. — *mortuis* Prisc. et codd. praeter V, qui *mortuo* habet. — 20. *iure* om. V. At cf. §. 115. extr. — 21. *tunc* Lg29. — *proximum quemque* L. cf. Baiter ad Asc. p. 190. — 22. *si is int. mort. esset* perperam delet cum Hotomano O. cf. Madv. Op. I. p. 348 sq. Rau II. p. 21—24. — *intestatus* V A, ut II. §. 53. ad Herenn. I. §. 23. p. Cluent. §. 165: *intestato* dtt. cf. de Inv. II. §. 148. de Orat. I. §. 183. — 24. *dicere* V. H. Lgg. praeter 42: *docere* O. — 26. *hominis aliud* Lg29: *aliud hominis* dtt. O. — 27. *in discipl. ei* Lg29 Prisc. II. p. 157.: *ei in disc.* dtt. O. — 32. *esse heredem* Prisc. l. l. At cf. §. 114. 117. — 33. *litis vindiciarum* codd. A. Prisc. II. p. 158. Probus p. 118. Lind. In Lg29 post *litis* additur: *fidei usores* (i. e. fideiussores) *fructuum*. Gaius in hac formula semper habet: *litis et vind.* — 34. *faceret et ita* cod. Urs. (et A, recte, opinor. Bait.) — *certatur* cod. Urs. — 36. *posset* Lg29.

unius hominis causa conscriptum esse, tantum quod hominem non nominat; causam quidem totam perscribit, ius, consuetudinem, aequitatem, edicta omnium negligit. EX EDICTO VRBANO. SI DE HEREDITATE AMBIGITVR, ... SI POSSESSOR SPONSIONEM NON FACIET. Iam quid id ad praetorem, uter possessor sit? nonne id quaeri oportet, utrum possessorem esse oporteat? Ergo quia possessor est, non moves possessione; si possessor non esset, non dares. Nusquam enim scribis neque tu aliud quidquam edicto amplecteris nisi eam causam, pro qua pecuniam acceperas. 117. Iam hoc ridiculum est: SI DE HEREDITATE AMBIGITVR ET TABVLAE TESTAMENTI OBSIGNATAE NON MINVS MVLTIS SIGNIS, QVAM E LEGE OPORTET, AD ME PROFERENTVR, SECVNDVM TABVLAS TESTAMENTI POTISSIMVM POSSESSIONEM DABO. Hoc translaticium est: sequi illud oportet; SI TABVLAE TESTAMENTI NON PROFERENTVR. Quid ait? se ei daturum, qui se dicat heredem esse. Quid ergo interest, proferantur necne? si protulerit, uno signo ut sit minus, quam ex lege oportet, non des possessionem; si omnino tabulas non proferet, dabis. Quid nunc dicam? neminem umquam hoc postea alium edixisse? Valde sit mirum neminem fuisse, qui istius se similem dici vellet. Ipse in Siciliensi edicto hoc non habet; exegerat enim iam mercedem: item ut illo edicto, de quo ante dixi, in Sicilia de hereditatum possessionibus dandis edixit idem, quod omnes Romae praeter istum. EX EDICTO SICILIENSI. SI DE HEREDITATE AMBIGITVR. XLVI. 118. Ac per deos immortales! quid est, quod de hoc dici possit? Iterum enim iam quaero abs te, sicut modo in illo capite Anniano de mulierum hereditatibus, nunc in hoc de hereditatum possessionibus, cur ea capita in edictum provinciale transferre nolueris? Utrum digniores homines existimasti eos, qui habitant in provincia, quam nos, qui aequo iure uterentur? an aliud Romae aequum est, aliud in Sicilia? Non enim hoc potest hoc loco dici, multa esse in provinciis aliter edicenda: non de hereditatum quidem possessionibus, non de mulierum hereditatibus. Nam in utroque genere video non modo ceteros, sed te ipsum totidem verbis edixisse, quot verbis edici Romae solet. Quae Romae magna cum infamia pretio accepto edixeras, ea sola te, ne gratis in provincia male audires, ex edicto Siciliensi sustulisse video. 119. Et cum edictum totum eorum arbitratu, quam diu fuit designatus, componeret, qui ab isto ius ad utilitatem suam nundinarentur, tum vero in magistratu contra illud ipsum edictum suum sine ulla religione decernebat. Itaque L. Piso multos codices implevit earum rerum, in quibus ita intercessit, quod iste aliter, atque ut edixerat, decrevisset. Quod vos oblitos esse non arbitror, quae multitudo, qui

---

4. *si poss.*] *et poss.* L; *si et poss.* Lg29. — *Iam quid ad id* Lg29; *Iam quid ad* Mein. et Prisc. II. p. 458., sed cod. Mon. nr. 280. *iam quod ad praet.* habet. — 8. *complecteris* Lg29. cf. §. 409. 410. — 9. *ambigitur* A dtt. pleriq.: *ambigetur* Lg29 42. — 11. *oporteat* L. — 12. *possessionem dabo* L et Lg29: *hereditatem dabo* dtt. O. — *est* om. Lg29. — 13. *qui se* A al.: *se* om. Lgg. al. — 16. *non* om. Lg29. — 17. *hoc* Lg29: om. dtt. O. — *valde hoc est mirum (mirum est* cod. Guelf.) Prisc. II. p. 158. *(hoc est m.* etiam cod. Mon.) — 22. *ac* Lg29: *at* dtt. O. prob. Rau II. p. 146. — 24. *item nunc* L. — 26. *homines esse* Prisc. l. l. — *habitant* Lg29 p. m. Prisc.: *habitabant* dtt. O. — 27. *uterentur* Prisc.: *uteremur* codd. — 30. *in utroque genere* L: *in* om. codd. O. — 31. *edici* om. Lg29. — 34. *totum* om. Lg29. (non Prisc.) — 36. *illud ipsum* Lg29: *ipsum* om. dtt. O.

ordo ad Pisonis sellam isto praetore solitus sit convenire, quem iste collegam nisi habuisset, lapidibus coopertus esset in foro. Sed eo leviores istius iniuriae videbantur, quod erat in aequitate prudentiaque Pisonis paratissimum perfugium, quo sine labore, sine molestia, sine impensa, etiam sine patrono homines uterentur. 120. Nam, quaeso, redite in memoriam, iudices, quae libido istius in iure dicundo fuerit, quae varietas decretorum, quae nundinatio, quam inanes domus eorum omnium, qui de iure civili consuli solent, quam plena ac referta Chelidonis: a qua muliere cum erat ad eum ventum et in aurem eius insusurratum, alias revocabat eos, inter quos iam decreverat, decretumque mutabat; alias inter aliquos contrarium sine ulla religione decernebat, ac proximis paulo ante decreverat. 121. Hinc illi homines erant, qui etiam ridiculi inveniebantur ex dolore: quorum alii, id quod saepe audistis, negabant mirandum esse ius tam nequam esse verrinum: alii etiam frigidiores erant, sed, quia stomachabantur, ridiculi videbantur esse, cum Sacerdotem exsecrabantur, qui verrem tam nequam reliquisset. Quae ego non commemorarem (neque enim perfacete dicta neque porro hac severitate digna sunt), nisi vos illud vellem recordari, istius nequitiam tum in ore vulgi atque in communibus proverbiis esse versatam.

XLVII. 122. In plebem vero Romanam utrum superbiam prius commemorem an crudelitatem? Sine dubio crudelitas gravior est atque atrocior. Oblitosne igitur hos putatis esse, quem ad modum sit iste solitus virgis plebem Romanam concidere? Quam rem etiam tribunus plebis in contione egit, cum eum, quem iste virgis ceciderat, in conspectum populi Romani produxisset; cuius rei recognoscendae faciam vobis suo tempore potestatem. 123. Superbia vero quae fuerit, quis ignorat? quemadmodum iste tenuissimum quemque contempserit, despexerit, liberum esse numquam duxerit? P. Trebonius viros bonos et honestos complures fecit heredes: in iis fecit suum libertum. Is A. Trebonium fratrem habuerat proscriptum. Ei cum cautum vellet, scripsit, ut heredes iurarent se curaturos, ut ex sua cuiusque parte ne minus dimidium ad Trebonium illum proscriptum perveniret. Libertus iurat: ceteri heredes adeunt ad Verrem: docent non oportere se id iurare

---

1. *esse solitus sit* codd. noti et edd. usque ad Nauger. — 5. *inpensa* V. — 6. *dicundo* V, Prisc. l. l.: *dicendo* Lg29 al. — 8. *ac* A, Lgg. (praeter 42) et Sangall. ap. Baiterum ad Asc. p. 192: *atque* eV, dtt. O. — 10. *alias*] *alios* V. — 11. *aliquos* V: *alios* ctt. O. — 13. *id quod saepe aud.* V Lg29 cod. Urs.: *ut audistis* dtt. O. — 16. *execrabantur* V. — *verrem tam neq.* codd., Prisc.: *tam neq. verr.* Rufin. I. 4. — 17. *perfacete* V Lg42: *perfacile* pleriq. codd. — 18. *ni* V. (*nisi* tuetur etiam Prisc.) — 19. *nequitiam* V: *nequitiam et iniquitatem* ctt. O. — *tum* om. eV. — *volgi* V.— 21. *commemorem* V Lg29 (sed hic pr. m. *commemorarem*): *memorem* dtt. O. — 22. *atque audacior* Lg29 p. m. — 23. *Oblitosne - - concidere?* Prisc. — *quemammodum* V. (Sic etiam infra.) — 24. *tr. pl. Quintius* V. cf. Madv. I. p. 327. — 25. *iste virgis* V Lg29: *virgis iste* dtt. O. — *conspectum* Lg29 Iannoct.: *conspectu* V, *prospectum* dtt. O. — 26. *produxisset* V prob. Wesenb. l. l. p. 4.: *produxit* ctt. O. — *recognoscendae* V: *cognoscendae* rell. O. — 27. *quae* V Lg29 al. Prisc. II. p. 158: *qua* Lg42 45 O. — 28. *iste* Prisc. Madv. I. p. 328.: *ste* (i. e. *iste*) V; *is* dtt.; Non. p. 288. (coll. p. 436.) om. *is*. — 30. *conplures* V; *plures* Lg29. — *in iis* V: *in his* ctt. O. — *Is*] *iis* V. — 33. *Trebonium* V: *A. Trebonium fratrem* ctt. O. (sed Lg29 sine *A.*) — 34. *id iurare* coni. Klotz: *adiurare* V; *iurare id* Lg29; *iurare* ctt. O.

facturos esse, quod contra legem Corneliam esset, quae proscriptum iuvari vetat. Impetrant, ut ne iurent: dat his possessionem. Id ego non reprehendo; etenim erat iniquum homini proscripto egenti de fraternis bonis quidquam dari: libertus, nisi ex testamento patroni iurasset, scelus se facturum arbitrabatur. 124. Itaque ei Verres possessionem hereditatis negat se daturum, ne posset patronum suum proscriptum iuvare; simul ut esset poena, quod alterius patroni testamento obtemperasset. Das possessionem ei, qui non iuravit; concedo: praetorium est. Adimis tu ei, qui iuravit. Quo exemplo? Proscriptum iuvat. Lex est; poena est: quid ad eum, qui ius dicit? Utrum reprehendis, quod patronum iuvabat eum, qui in miseriis erat; an quod alterius patroni mortui voluntatem conservabat, a quo summum beneficium acceperat? Utrum horum reprehendis? Et hoc tum de sella vir optimus dixit, «Equiti Romano, tam locupleti, libertinus homo sit heres?» O modestum ordinem, quod illinc vivus surrexerit! 125. Possum sexcenta decreta proferre, in quibus, ut ego non dicam, pecuniam intercessisse ipsa decretorum novitas iniquitasque declarat. Verum ut ex uno de ceteris coniecturam facere possitis, id quod priore actione didicistis, audite. XLVIII. C. Sulpicius Olympus fuit. Is mortuus est C. Sacerdote praetore, nescio an ante quam Verres praeturam petere coepit. Fecit heredem M. Octavium Ligurem. Ligur hereditatem adiit: possedit Sacerdote praetore sine ulla controversia. Posteaquam Verres magistratum iniit, ex edicto istius, quod edictum Sacerdos non habuerat, Sulpicii patroni filia sextam partem hereditatis ab Ligure petere coepit. Ligur non aderat. Lucius frater eius causam agebat: aderant amici, propinqui. Dicebat iste, nisi cum muliere decideretur, in possessionem se ire iussurum. L. Gellius causam Liguris defendebat: docebat edictum eius non oportere in eas hereditates valere, quae ante eum praetorem venissent; si hoc tum fuisset edictum, fortasse Ligurem hereditatem aditurum non fuisse. Aequa postulatio, summa hominum auctoritas pretio superabatur. 126. Venit Romam Ligur: non dubitabat quin, si ipse Verrem convenisset, aequitate causae, auctoritate sua commovere hominem posset. Domum ad eum venit: rem demonstrat: quam pridem sibi hereditas venisset, docet: quod facile homini ingenioso in causa aequis-

---

1. *acturos* V. — 2. *vetaret* coni. Ern. Zumpt. «Fortasse haec *quae -- vetat* e glossa sunt.» Or. — *inpetrant* V.— *his*] An *iis*? — 3. *repraehendo* V.— *inicum* V. — 4. *libertus* V: *et ille lib.* ctt. codd.; *at ille* de coni. Ern. O. — 7. *optemperasset* V. — 9. *adimas* Prisc. l. l. — 11. *in mis.* V: *tum in mis.* ctt. O. — *an*] *in* V. — 12. *volumtatem* V. — *a* om. V, Lg29. — 13. *obtimus dixis* V. — 14. *homo sit* V: *sit homo* ctt. O. — 15. *surrexerit* V: *surrexit* ctt. O. — *sexcenta* Donatus ad Terent. Phorm. IV. 3, 63: *sescenta* V; *sexaginta* ctt. — 16. *ut* om. V. — *ego non dicam pec.* V: *ego pec. n. d.* ctt. O. — 18. *didicistis* V: *cognostis* ctt. O. — 19. *Olympus* V. A: *Olympius* s. *Olympiis* dtt. cf. Turneb. Adv. XXIV. 32. — *is* om. V. At cf. §. 123. 130. — 20. *coepit* V: *coeperit* Prisc. l. l. et codd. rell. cf. Hand Turs. I. p. 402. — 21. *Ligus* Lg29 et sic infra. — 23. *non* om. V. — 25. *et propinqui* L. — 26. *decideretur* V Lg42: *deciderentur* Lgg. rell. H. — *se ire iussurum* eV et Lagg. praeter 5. 42: *se ire missurum* Franc. pr. Lg5 42; *se ire eam missurum* coni. Kahnt. l. l. p. 14.; *se missurum* coni. Zumpt. — 28. *in eas* V Prisc. II. p. 457. Madv. I. p. 328.: *ad eas* ctt. O. — 29. *venissent* Prisc. et codd. praeter V, in quo est *fuissent*. — 30. *hominis* Bake ad Legg. p. 429. — *praetio* V.— 32. *causae* V Non. p. 271.: *causae et* ctt. O. — 34. *hom. ing. in causam aequissimam* V; *in causa aequissima hom. ing.* ctt. O. (*negotioso* pro *ingenioso* dtt.)

sima fuit, multa, quae quemvis commovere possent, dixit: ad extremum petere coepit, ne usque eo suam auctoritatem despiceret gratiamque contemneret, ut se tanta iniuria afficeret. Homo Ligurem accusare coepit, qui in re adventicia atque hereditaria tam diligens, tam attentus esset: debere eum aiebat suam quoque rationem ducere; multa sibi opus esse, multa canibus suis, quos circa se haberet. Non possum illa planius commemorare, quam ipsum Ligurem pro testimonio dicere audistis. 127. Quid est, Verres? utrum ne his quidem testibus credetur, an haec ad rem non pertinent? non credemus M. Octavio? non L. Liguri? Quis nobis credet? cui nos? quid est, [Verres,] quod planum fieri testibus possit, si hoc non fit? An id, quod dicunt, leve est? Nihil levius quam praetorem urbanum hoc iuris in suo magistratu constituere, omnibus, quibus hereditas venerit, coheredem praetorem esse oportere. An vero dubitamus, quo ore iste ceteros homines inferiores loco, auctoritate, ordine, quo ore homines rusticanos ex municipiis, quo denique ore, quos numquam liberos putavit, libertinos homines solitus sit appellare, qui ob ius dicendum M. Octavium Ligurem, hominem ornatissimum loco, ordine, nomine, virtute, ingenio, copiis, poscere pecuniam non dubitavit?

XLIX. 128. In sartis tectis vero quem ad modum se gesserit, quid ego dicam? Dixerunt, qui senserunt: sunt alii, qui dicant: notae res atque manifestae prolatae sunt et proferentur. Dixit Cn. Fannius, eques Romanus, frater germanus Q. Titinii, iudicis tui, tibi se pecuniam dedisse. RECITA TESTIMONIVM CN. FANNII. Nolite Cn. Fannio credere: noli, inquam, tu, Q. Titini, Cn. Fannio, fratri tuo, credere: dicit enim rem incredibilem: C. Verrem insimulat avaritiae et audaciae, quae vitia videntur in quemvis potius quam in istum convenire. Dixit Q. Tadius, homo familiarissimus patris istius, non alienus a matris eius genere et nomine: tabulas protulit, quibus pecuniam se dedisse ostendit. RECITA NOMINA Q. TADII. RECITA TESTIMONIVM Q. TADII. Ne Tadii quidem tabulis nec testimonio credemus? Quid igitur in iudiciis sequemur? Quid est aliud omnibus omnia peccata et maleficia concedere nisi hoc, hominum honestissimorum testimoniis et virorum bonorum tabulis non credere? 129. Nam quid ego de quotidiano sermone querimoniaque po-

---

1. *commovere* V Lg29 H: *movere* dtt. O. — 3. *adficeret* V. — 6. *multa et canibus* Lg42. Vulgatam tuetur etiam Arus. M. p. 249. — 8. *quid est* V: *quid enim* ctt. O. — *quidem* om. eV. — *crederetur* dtt. — 9. *credemus* V: *credimus* Lg29: om. dtt. O. — *L.* om. eV. — 10. *Verres* om. eV. — 12. *urbanum* V: *urbis* ctt. O. confer §. 143. Liv. 31, 4. — *omnibus* V Lg29: *omnibus iis* dtt. O. — 14. *inferiores*] Ita V a pr. certe manu, quamquam postea *s* videtur expulsa: *inferiore* ctt. O. — 15. *ordinem quo re* V. — 16. *liberos homines put.* dtt. cf. Prisc. II. p. 159. — *apellare* V. — 17. *dicendum* V Lg29 al.: *dicundum* dtt. O. — 18. *ordine* om. Lg29; est in eV, in 6 Lgg. locum mutat. — *dubitavit* V Lg29: *dubitarit* ctt. O. — 19. *quemammodum* V. — *se* V. Lg29: *sese* dtt. O. — 21. *atque manifestae* Lg29: *ac man.* dtt. O; *manifeste* (om. *atque*) V. cf. Act. I. §. 48. lib. III. §. 134. — *proferentur* codd. pleriq.: *proferrentur* V; *proferuntur* al. — *Cn. Phaenius* V; *C. Fannius* dtt. O; *C. Fanius* Lg29. — *aequaes* V. — 22. *Titini* V. — *iudiciis tuis* V (sed tertia *i* expuncta), Lgg. omnes; *iudicis huius tui* Iannoct. — 23. *C. Fanii* Lg29; *C. Fannii* dtt. O; *R.* (i. e. *Recita*) *Cn. Faeni* (sed *Ph* suprascr.) *testimonium* V. — *Fenio* V; *Cn. Fanio* Lg29 al. et sic postea; *C. Fannio* dtt. O. — *credere* V: *dicenti credere* ctt. O. — *nolite inquam* V. — 24. *Cn. Phenio* V. — 28. *R. nomina quae Tadii* V., sed *quae Tadii* postea deleta. — 29. *Ne Tadi quidem tabulis* V: *ne tab. q. Q. Tadii* ctt. O. — 30. *credemus* V: *credetur* dtt. O. — 33. *iam quid* MSS. ap. Hotom, Burmann. Anthol. Lat. T. I. p. 168. — *cotidiano* V. — *quaerimoniaque* V.

puli Romani loquar? de istius impudentissimo furto seu potius novo ac singulari latrocinio? ausum esse in aede Castoris, celeberrimo clarissimoque monumento, quod templum in oculis quotidianoque adspectu populi Romani positum est, quo saepe numero senatus convocatur, quo maximarum rerum frequentissimae quotidie advocationes fiunt, in eo loco in sermone hominum audaciae suae monumentum aeternum relinquere? L. 130. Aedem Castoris, iudices, P. Iunius habuit tuendam de L. Sulla Q. Metello consulibus. Is mortuus est: reliquit pupillum parvum filium. (Cum L. Octavius C. Aurelius consules aedes sacras locavissent neque potuissent omnia sarta tecta exigere, neque ii praetores, quibus erat negotium datum, C. Sacerdos et M. Caesius) factum est senatus consultum, quibus de sartis tectis cognitum et iudicatum non esset, uti C. Verres P. Caelius praetores cognoscerent et iudicarent. Qua potestate iste permissa, ut ex Cn. Fannio et ex Q. Tadio cognovistis * * * verum tamen cum esset omnibus in rebus apertissime impudentissimeque praedatus, hoc voluit clarissimum relinquere indicium latrociniorum suorum, de quo non audire aliquando, sed videre quotidie possemus. 131. Quaesivit, quis aedem Castoris sartam tectam deberet tradere. Iunium ipsum mortuum esse sciebat: scire volebat, ad quem illa res pertineret. Audit pupillum esse filium. Homo, qui semper ita palam dictitasset, pupillos et pupillas certissimam praedam esse praetoribus, optatum negotium sibi in sinum delatum esse dicebat. Monumentum illa amplitudine, illo opere quamvis sartum tectum integrumque esset, tamen aliquid se inventurum, in quo moliri praedarique posset, arbitrabatur. 132. L. Habonio aedem Castoris tradi oportebat: is casu pupilli Iunii tutor erat testamento patris: cum eo sine ullo intertrimento convenerat iam, quemadmodum traderetur. Iste ad se Habonium vocat: quaerit, ecquid sit, quod a pupillo traditum non sit, quod exigi debeat. Cum ille, id quod erat, diceret facilem pupillo traditionem esse, signa et dona comparere omnia, ipsum templum omni opere esse integrum: indignum isti videri coepit ex tanta aede tantoque opere se non opimum praeda praesertim a pupillo discedere. LI. 133. Venit ipse in aedem Castoris: considerat templum: videt undique tectum pulcherrime laqueatum, praeterea cetera nova atque integra. Versat se: quaerit, quid agat. Dicit ei quidam ex illis canibus, quos iste Liguri dixerat esse circa se multos: tu, Verres, hic quod moliare, non habes, nisi forte vis ad perpendiculum columnas exigere. Homo omnium rerum imperitus quaerit, quid sit ad perpendiculum. Dicunt ei fere nullam esse columnam, quae ad perpendiculum esse possit. Nam mehercule, inquit, sic agamus: columnae ad perpen-

---

1. *inpudentissimo* V. — 3. *cotidianoque aspectu .P. R.* V. — 4. *positum est* V Lg29 Non. p. 462.: *est p.* dtt. O. — 5. *fraequentissime cotidie* V. — 6. *suae* om. V. — *reliquere* V. — 7. *tuendam de* Lg29 : *tuenda* V; *tuendam* dtt.; *tuendam. L. S. Q. M. coss. is m. est* O. — 8. *is*] *iis* V. — 9. *aedis* V. — 12. *uti de iis C. Verres* L. — 13. *Coelius* Lg29. — 14. *Cn. Fannio* Lgg. praeter 45: *C. Fannio* al. O. — *verum tamen*] Ante h. v. lacunam esse recte statuit Madv. I. p. 327. — 23. *se inventurum* Lg29 Prisc. II. p. 159.: *se* om. dtt — 24. *Habonio* Lg29 Prisc. (et cod. Vat. §. 146. Ascon. ed. Berald. §. 141.): *Rabonio* al. O. (ut cod. Vat. §. 150.) — 28. *id* om. Lg29. — 29. *comparare* Lgg. omnes, H. Vulgata est a Naug. — 33. *pulcherrime* om. Lg29. — 34. *ei* om. Lg29 p. m. — 36. *non habes* Lg29: *nihil habes* dtt. O. — 39. *nam* codd. cf. II. §. 72. III. §. 196.: *iam* edd. nonn.

diculum exigantur. 134. Habonius, qui legem nosset, qua in lege numerus tantum columnarum traditur, perpendiculi mentio fit nulla, et qui non putaret sibi expedire ita accipere, ne eodem modo tradendum esset: negat id sibi deberi, negat oportere exigi. Iste Habonium quiescere iubet et simul ei nonnullam spem societatis ostendit. Hominem modestum et minime pertinacem facile coërcet: columnas ita se exacturum esse confirmat. 135. Nova res atque improvisa pupilli calamitas nuntiatur statim C. Mustio, vitrico pupilli, qui nuper est mortuus, M. Iunio, patruo, P. Titio tutori, homini frugalissimo. Hi rem ad virum primarium, summo officio ac virtute praeditum, M. Marcellum, qui erat pupilli tutor, deferunt. Venit ad Verrem M. Marcellus: petit ab eo pro sua fide ac diligentia pluribus verbis, ne per summam iniuriam pupillum Iunium fortunis patriis conetur evertere. Iste, qui iam spe atque opinione praedam illam devorasset, neque ulla aequitate orationis neque auctoritate M. Marcelli commotus est. Itaque, quem ad modum ostendisset, se id exacturum esse respondit. 136. (Cum sibi)omnes ad istum allegationes difficiles, (omnes aditus arduos ac potius interclusos viderent, apud quem non ius, non aequitas, non misericordia, non propinqui oratio, non amici voluntas, non cuiusquam auctoritas [pro pretio,] non gratia valeret) statuunt id sibi optimum esse factu, quod cuivis venisset in mentem, petere auxilium a Chelidone, quae isto praetore non modo in iure civili privatorumque omnium controversiis populo Romano praefuit, verum etiam in his sartis tectisque dominata est. LII. 137. Venit ad Chelidonem C. Mustius, eques Romanus, publicanus, homo cum primis honestus: venit M. Iunius, patruus pueri, frugalissimus homo et castissimus: venit homo summo pudore, summo officio, spectatissimus ordinis sui, P. Titius tutor. O multis acerbam, o miseram atque indignam praeturam tuam! Ut omittam cetera, quo tandem pudore tales viros, quo dolore meretricis domum venisse arbitramini? qui nulla condicione istam turpitudinem subissent, nisi officii necessitudinisque ratio coëgisset. Veniunt, ut dico, ad Chelidonem. Domus erat plena: nova iura, nova decreta, nova iudicia petebantur. «Mihi det possessionem: mihi ne adimat: in me iudicium ne det: mihi bona addicat.» Alii nummos numerabant: ab aliis tabellae obsignabantur: domus erat non meretricio conventu, sed praetoria turba referta. 138. Simulac potestas primum data est, adeunt hi, quos dixi. Loquitur C. Mustius: rem demonstrat: petit auxilium: pecuniam pollicetur. Respondit illa, ut meretrix, non inhumaniter: libenter ait se esse facturam et se

2. *tantarum* Prisc. (sed cod. Mon. *tantum*.) — *traderetur* Prisc. — 3. *tradendum* Lg29: *sibi tradend.* Prisc.; *reddendum* al. O; *credendum* 4 Lgg. — 9. *P. Titio*] Sic habet V infra §. 137. 139.: *P. Tettio* Lg29 h. l. et infra ubique; *Potitio* dtt. O. Ceteri codd. varie turbant. — 13. *patriis* Lg29: *patris* dtt. — *atque* Lg29: *et* dtt. O. — 19. [*pro pretio*] pro glossa recte habet Garat.; *prae pretio* de Mureti coni. L; *non preces* altera susp. Garat. — 23. *tectisque* A et plerique: *tectis* al.; *tectis quis* H. — 24. *caelidonem* V. — 25. *publicanus*] Rau I. p. 183. coni.: *parcus et attentus*. — 26. *summo pudore*, *summo oficio* V. cf. Madv. I. p. 335.: *summo officio* (om. *s. pud.*) Lg29 48; *summo honore*, *pudore et s. off.* dtt. O. — 27. *Titius* V: *Tectius* Lg29; *Politius* dtt. O. — 28. *o* ante *miseram* om. V. — *omittam* V: *mittam* ctt. O. — 30. *nulla* V rell.: *nunquam ulla* Lg29. — 34. *ab aliis tabellae obsignabantur* V: *alii tabulas obsignabant* ctt. O. — 36. *C. Mustius* eV: *Mustius* ctt. O. — 38. *inhumaniter* V, Prisc. I. p. 620., Pomp. Gramm. Lind. p. 335., Cledonius p. 1923., Madv. I. p. 328.: *inhumane* ctt. O. — *esse* om. Donat. ad Terent. Eun. IV. 7, 26. — *et cum isto*

cum isto diligenter sermocinaturam: reverti iubet. Tum discedunt: postridie revertuntur. Negat illa posse hominem exorari: permagnam eum dicere ex illa re pecuniam confici posse. LIII. Vereor ne quis forte de populo, qui priore actione non adfuit, haec, quia propter insignem turpitudinem sunt incredibilia, fingi a me arbitretur: ea vos antea, iudices, cognovistis. 139. Dixit iuratus P. Titius, tutor pupilli Iunii: dixit M. Iunius tutor et patruus: Mustius dixisset, si viveret; sed recenti re de Mustio auditum est: dixit L. Domitius; qui cum sciret me ex Mustio vivo audisse, quod eo sum usus plurimum, (etenim iudicium, quod prope omnium fortunarum suarum C. Mustius habuit, me uno defendente vicit,) cum hoc, ut dico, sciret L. Domitius, me scire ad eum res omnes Mustium solitum esse deferre, tamen de Chelidone reticuit, quoad potuit: alio responsionem suam derivavit. Tantus in adolescente clarissimo ac principe iuventutis pudor fuit, ut aliquam diu, cum a me premeretur, omnia potius responderet, quam Chelidonem nominaret. Primo necessarios istius ad eum allegatos esse dicebat: deinde aliquando coactus Chelidonem nominavit. 140. Non te pudet, Verres, eius mulieris arbitratu gessisse praeturam, quam L. Domitius ab se nominari vix sibi honestum esse arbitrabatur? LIV. Reiecti a Chelidone capiunt consilium necessarium, ut suscipiant ipsi negotium. Cum Habonio tutore, quod erat vix HS quadraginta milium, transigunt HS ducentis milibus. Defert ad istum rem Habonius: ut sibi videatur, satis grandem pecuniam et satis impudentem esse. Iste, qui aliquanto plus cogitasset, male accipit verbis Habonium: negat eum sibi illa decisione satis facere posse: ne multa, locaturum se esse confirmat. 141. Tutores hoc nesciunt: quod actum erat cum Habonio, putant id esse certissimum: nullam maiorem pupillo metuunt calamitatem. Iste vero non procrastinat: locare incipit non proscripta neque edicta die, alienissimo tempore, ludis ipsis Romanis, foro ornato. Itaque renuntiat Habonius illam decisionem tutoribus. Accurrunt tamen ad tempus tutores: digitum tollit Iunius patruus. Isti color immutatus est: vultus, oratio, mens denique excidit. Quid ageret, coepit cogitare: si opus pupillo redimeretur, si res abiret ab eo mancipe, quem ipse apposuisset, sibi nullam praedam esse. Itaque excogitat, quid? Nihil ingeniose, nihil, ut quisquam posset dicere, «improbe, verum callide:» nihil ab isto vafrum, nihil veteratorium exspectaveritis: omnia aperta, omnia perspicua reperientur, impudentia, amentia, audacia. 142. «Si pupillo opus redimitur, mihi praeda de manibus eripitur. Quod est igitur remedium? quod? Ne liceat pupillo redimere.» Ubi illa consuetudo in bonis, praedibus

se Lg29. (*se* fort. delendum. Halm.) — 4. *priore* V, Lgg. praeter 42 45.: *priori* al. O. — 6. *Titius* V: *Tettius* Lg29; *Potitius* dtt. O. — 7. *Iuni* V. — *defensor, tutor* Prisc. II. p. 453. — *sed rec. re de M. auditum est* V: *sed pro Mustio rec. re de M. auditum* ctt. O. — 8. *L. Dom.* eV et vulgo post Naug.: *T. Dom.* ctt. — *me et ex* V. — 9. *iudicium* V Lg29 al.: *in iud.* 4 codd. dtt.; *id iud.* O. — 21. *tutores* coni. Menard. — 22. *defert* Lg29 48. cf. V. §. 160.: *refert* dtt. O. — *videatur* coni. Ern.: *videbatur* codd. — 26. *hoc* Lg29 H: *haec* dtt. O. — 32. *cogitare coepit* Prisc. II. p. 453. — 34. *ut quisquam posset* Lg29: *quisq. possit* 8 dtt.; *quod quisq. possit* àl. O. — 35. *vafrum* coni. Madv. de Asc. p. 403. not.: *fabrum* A; *verum* Lgg 5. 27. 29. 42. H; *tectum* alii, O; cf. Rau II. p. 124. *Vafer* et *veterator* sic iunguntur Off. III. §. 57. Rep. III. ap. Non. p. 19. — 37. *populo* Rufin. I. 20. — 39. *bonis* immerito suspectum Ernestio. cf. Madv. I. p. 341.

praediisque vendundis omnium consulum, censorum, praetorum, quaestorum denique, ut optima condicione sit is, cuia res, cuium periculum? Excludit eum, cui prope dicam soli potestatem factam oportebat. Quid enim? quisquam ad meam pecuniam me invito adspirat? quisquam accedit? Locatur opus id, quod ex mea pecunia reficiatur: ego me refecturum dico: probatio futura est tua, qui locas: praedibus et praediis populo cautum est: et, si non putas cautum, scilicet tu praetor in mea bona, quos voles, immittes? me ad meas fortunas defendendas accedere non sines? LV. 143. Operae pretium est ipsam legem cognoscere: dicetis eundem conscripsisse, qui illud edictum de hereditate. LEX OPERI FACIVNDO. QVAE PVPILLI IVNII . . . Dic, dic, quaeso, clarius. C. VERRES PR. VRBIS ADDIDIT. Corriguntur leges censoriae. Quid enim? Video in multis veteribus legibus: CN. DOMITIVS L. METELLVS ADDIDERVNT, L. CASSIVS CN. SERVILIVS CENSORES ADDIDERVNT. Vult aliquid eiusmodi C. Verres. Dic: quid addidit? Recita. QVI DE L. MARCIO M. PERPERNA CENSORIBVS, [REDEMERIT, EVM] SOCIVM NE ADMITTITO NEVE PARTEM DATO NEVE REDIMITO. Quid ita? ne vitiosum opus fieret? at erat probatio tua: ne parum locuples esset? at erat et esset amplius, si velles, populo cautum praedibus et praediis. 144. Hic te si res ipsa, si indignitas iniuriae tuae non commovebat, si pupilli calamitas, si propinquorum lacrimae, si D. Bruti, cuius praedia suberant, periculum, si M. Marcelli tutoris auctoritas apud te ponderis nihil habebat: ne illud quidem animadvertebas, eiusmodi fore hoc peccatum tuum, quod tu neque negare posses, (in tabulas enim legem rettulisti) neque cum defensione aliqua confiteri? Addicitur opus HS IↃLX milibus, cum tutores HS LXXX milibus id opus ad illius iniquissimi hominis arbitrium se effecturos esse clamarent. 145. Etenim quid erat operis? Id, quod vos vidistis. Omnes illae columnae, quas dealbatas videtis, machina apposita nulla impensa deiectae eisdemque lapidibus repositae sunt. Hoc tu HS IↃLX milibus locavisti. Atque in

---

1. *vendundis* V A: *vendendis* ctt. O. — *quaestorumque* Lg29. — 2. *optuma* V. — *res* V: *res sit* ctt. O; *res est* Prisc. II. p. 77. — 3. *eum* V: *eum solum* ctt. O. — *factam* V: *factam esse* ctt. O. — 4. *quisquam accedit* V: *quid accedit* ctt., quod O inclusit; Klotzius lacunam esse inter *quisquam* et *accedit* suspicatur. — 5. *refecturum* V: *ref. esse* ctt. O. — 7. *pupillo* V. — *putas cauta* Lgg. praeter 42; *putas caveto* cod. Urs. Parr. Lall. H. I. lacunam esse suspicatur Madv. I. p. 349. coll. Rau. II. p. 18. — 8. *inmittes* V. — 9. *sines* V Lg29: *sinas* dtt. — *praetium* V. — 10. *eumdem* V. — *lex operi* V: *ex opere* ctt. — 11. *Quae? PVPILLI IVNII* Maius, Klotz. «Cod. Vat. videtur habere: *quae N. pup. Iunium.* Sed obscuratissimus hic locus est.» MAIVS. — 12. *VRBIS* V et vulgo, cf. §. 127.: *urbanus* H, Klotz. — *censorie* «i. e. ut solent censores. A. Male; v. Act. II. L. III. §. 16.» OR. — *video in* om. V. cf. Baiterum ad Ascon. p. 196. — 13. *Metellus addiderunt* V: *addiderunt* om. ctt. O. — 15. *Recita* V (in quo est .*R*.): om. ctt. O. — *quid de* V. — *redemerit eum* om. codd., etiam V; *redemerit* adiecit Manutius, *eum* Hotom. ex libro suo, ut ait. Manutius etiam *ei* post utrumque *neve* adiecit, quod uncis incl. O. Cf. etiam Rau II. p. 21. 17. 18. *at -- at*] *ad -- ad* V. — *pupillo* V. — 20. *si -- si -- si -- si* V et L: *si* tantum primo loco habent ctt. O. — 21. *suberant* V Lg29 A (ibiq. Bait.): *subierunt* dtt. O, sine commate ante *peric.* — 22. *aput* V. — *illut* V. — 24. *legem* V Lg29: om. dtt. O. — *neque cum* V: *nec cum* ctt. O. — 25. *opus* V: *id opus* ctt. O. — *cIↃLX* V (om. *HS* et *milibus*). — *HS.CIↃↃↃ.CCIↃↃ[C]CIↃↃ.CCIↃↃ* V (om. *milibus*). — 26. *iniq. hom.* V: *hom. iniq.* ctt. O. — 28. *in[pensa deiectae, eisdem lapidibus repositae sunt] hoc* V; verba uncis inclusa in codice sunt oblitterata. — 29. *HS. CILXIIII. CCIↃↃ* (om. *milibus*) V et sic infra §. 146.; *HS* om. Lg29 al. — *atqui* O contra codd. et Prisc. II. p. 154.; in V est *atq.*

illis columnis dico esse, quae a tuo redemptore commotae non sint: dico esse, ex qua tantum tectorium vetus deiectum sit et novum inductum. Quod si tanta pecunia columnas dealbari putassem, certe numquam aedilitatem petissem. 146. At ut videatur tamen res agi et non eripi pupillo: SI QVID OPERIS CAVSA RESCIDERIS, REFICITO. LVI. Quid erat, quod rescinderet, cum suo quemque loco lapidem reponeret? QVI REDEMERIT, SATIS DET DAMNI INFECTI EI, QVI A VETERE REDEMPTORE ACCEPIT. Deridet, cum sibi ipsum iubet satis dare Habonium. PECVNIA PRAESENS SOLVETVR. Quibus de bonis? eius, qui, quod tu HS IↃLX milibus locasti, se HS LXXX milibus effecturum esse clamavit. Quibus de bonis? pupilli, cuius aetatem et solitudinem, etiam si tutores non essent, defendere praetor debuit. Tutoribus defendentibus non modo patrias eius fortunas, sed etiam bona tutorum ademisti. Hoc OPVS BONVM SVO CVIQVE FACITO. Quid est SVO CVIQVE? 147. (Lapis aliquis caedendus et apportandus fuit machina sua; nam illo non saxum, non materies ulla advecta est) tantum operis in ista locatione fuit, quantum paucae operae fabrorum mercedis tulerunt, et manus pretium machinae. Utrum existimatis minus operis esse unam columnam efficere ab integro novam nullo lapide redivivo an quattuor illas reponere? Nemo dubitat, quin multo maius sit novam facere. Ostendam in aedibus privatis longa difficilique vectura columnas singulas ad impluvium HS quadragenis milibus non minus magnas locatas. 148. Sed ineptum est de tam perspicua eius impudentia pluribus verbis disputare, praesertim cum iste aperte tota lege omnium sermonem atque existimationem contempserit, qui etiam ad extremum adscripserit, REDIVIVA SIBI HABETO. Quasi quidquam redivivi ex opere illo tolleretur ac non totum opus ex redivivis constitueretur. At enim si pupillo redimi non licebat, non necesse erat rem ad ipsum pervenire: poterat aliquis ad id negotium de populo accedere. (Omnes exclusi sunt non minus aperte quam pupillus.) Diem praestituit operi faciundo Kalendas Decembres. Locat circiter Idus Septembres; angustiis temporis excluduntur omnes. 149. Quid ergo? Habonius istam diem quo modo assequitur? LVII. Nemo Habonio molestus est neque Kalendis Decembribus neque Nonis neque Idibus. Denique aliquanto ante in provinciam iste proficiscitur, quam opus effectum est. Postea-

---

1. *a tuo*] *ex tuorum* V. — 2. *deiectum sit* Lg29 Prisc. II. p. 154.: *delectum* vel *deletum sit* dtt.; *delitum sit* eV et vulgo post Manut. (*detectum sit* Halmius.) — 4. *petissem* Lg29 p. m. Prisc. II. p. 154.: *petivissem* eV dtt. O. — *at*] *ad* V. — 5. *resciderit* L. — 6. *cum suo quemque loco lapidem* in V oblitterata sunt. — 7. *qui a*] *qua* V. — *accepit* V A: *acceperit* al. O; *acciperet* Lgg. omnes. — 8. *Habonium*] cf. §. 132. — 9. *solvetur* V: *solvitur* ctt.; *solvatur* vulgo inde a Nauger. O. — *HS cILXIIII.ccIↃↃ* (om. *milibus*) V. — *locati* V. — 10. *se* V: om. ctt. O. — *HS. ccccIↃↃ.ccIↃↃ.ccIↃↃ* (om. *milibus*) V. — *esse* V, codd. noti: *se esse* O. — 11. *aetate et solitudine* V. — 13. *tutorum una ad* Lg29. — *SVO QVIQVE* V; *bono suo quoque* de Hot. coni. L. Rau. I. p. 184. II. p. 19.; *suum cuique* Asc. ed. princ. Berald. et cod. Leid. — 14. *quid est suo cuique* V: om. ctt. O. — *aliquis* eV dtt.: *aliqui* Lg29. — *apportandus fuit? Machina sua: nam* cet.] «Sic distinxi. Sensus est: *Lapis -- apportandus fuit?* Minime. *Machina* tantum *sua* apportanda s. apponenda fuit. *Nam* cet. Ceterum lego: *machina una.*» OR. Cf. Rau l. l. Madvig. I. p. 329. — 15. *materies ulla* V: *ulla* om. ctt. O. — 17. *manispraetium machinae* V; *manu praedii machina* A. Cf. Madv. et Rau. ll. ll. — 19. *nemo -- facere* Prisc. II. p. 154. — 21. *HS. ccIↃↃ. ccIↃↃ.* (om. *milibus*) V. — 23. *eius* V: *istius* ctt. O. — 25. *adscripserit* Prisc. vulgo: *conscripserit* al. — 26. *opus totum* L ex Prisc. — *construeretur* Prisc. — 34. *ante* Lg29: om. dtt. O. — *quam* pleriq. codd.: *prius quam* al. O.

quam reus factus est, primo negabat se opus in acceptum referre posse. Cum instaret Habonius, in me causam conferebat, quod eum codicem obsignassem. Petit a me Habonius et amicos allegat: facile impetrat. Iste, quid ageret, nesciebat: si in acceptum non rettulisset, putabat se aliquid defensionis habiturum: Habonium porro intelligebat rem totam esse patefacturum: (tametsi quid poterat esse apertius, quam nunc est?) ut uno minus teste haberet, Habonio opus in acceptum rettulit quadriennio post, quam diem operi dixerat. 150. Hac condicione, si quis de populo redemptor accessisset, non esset usus: cum die ceteros redemptores exclusisset, tum in eius arbitrium ac potestatem venire nolebant, qui sibi ereptam praedam arbitraretur. Nunc ne argumentemur, quo ista pecunia pervenerit, facit ipse indicium. Primum cum vehementius cum eo D. Brutus contenderet, qui de sua pecunia HS ƆƆLX milia numeravit, quod iam iste ferre non poterat, opere addicto, praedibus acceptis de HS ƆƆLX milibus remisit D. Bruto HS CX milia. Hoc si aliena res esset, certe facere non potuisset. Deinde nummi numerati sunt Cornificio, quem scribam suum fuisse negare non potest. Postremo ipsius Habonii tabulae praedam illam istius fuisse clamant. Recita. NOMINA HABONII. LVIII. 151. Hic etiam priore actione Q. Hortensius pupillum Iunium praetextatum venisse in vestrum conspectum et stetisse cum patruo testimonium dicente questus est et me populariter agere atque invidiam commovere, quod puerum producerem, clamitavit. Quid erat, Hortensi, tandem in illo puero populare? quid invidiosum? Gracchi, credo, aut Saturnini aut alicuius hominis huiusmodi produxeram filium, ut nomine ipso et memoria patris animos imperitae multitudinis concitarem. P. Iunii erat, hominis de plebe Romana, filius: quem pater moriens cum tutoribus et propinquis, tum legibus, tum aequitati magistratuum, tum iudiciis vestris commendatum putavit. 152. Hic istius scelerato nefarioque latrocinio bonis patriis fortunisque omnibus spoliatus venit in iudicium: si nihil aliud, saltem ut eum, cuius opera

---

1. *se* Lg29: om. dtt. O. — *se posse* L. — 2. *eum* Lg29 cod. Urs. Prisc. II. p. 154.: *tum* dtt. O. — 5. *defensionis* Lg29 A al.: *defensionum* al. — 6. *tametsi -- nunc est*, *ut -- haberet? Rabonio* sine uncis O. Nos secuti sumus distinctionem Madvigii Epist. ad Orell. p. 89. — *quod poterat* Lg29; *qui pot.* coni. Ern. — 9. *non esset usus* Lg29 cod. Par. Lall. Prisc. II. p. 155. Ceteri codd. om. haec vv. cf. Rau. II. p. 18. («Sensus est: redemptor de populo ὁ τυχών, a quo quidem nulla praeda speranda esset, tam benignam conditionem non tulisset, tali eam conditionem numquam concessisset Verres; ceteri vero, de quibus in praecedd. dixit, nolebant; unus igitur remanebat Habonius hoc commodo usurus; *non esset opus* Priscian. Krehlii ex codd.; sed obstant Graeca *οὐκ ἂν χρήσαιτο.*» OR.) — *redemptores* om. A. — 10. *arbitrium ac* om. Asc. edd. vett. — *volebat* Asc. ed. pr.; *nolebat* Mein. Asc. edd. Berald. Ald. al. Cf. praeterea Rau. I. p. 185 sq. — 11. *nunc ne argumentemur* Lg29: *nonne argumentamur* dtt.; *nam quid argumentamur* vulgo post Victor. O. — 12. *pervenerit* Lg29 et vulgo post Naug.: *perveniret* dtt. — *facit* Lg29: *fecit* dtt. O. — 13. *HS. ƆƆLX.*] sic iam Venet. 1483 et vulgo: CCIƆƆƆ Lagg. meliores. — 14. *referre* A. — 19. *Recita nomina Rabonii* vulgo; ut nos Garat. Or. (*Raboni* V.) — 20. *praet. venisse* eV: *ven. praet.* ctt. O. — 21. *stetisse cum* V, ut coniecerat Memmius: *ter esse cum* Lg29; *stet esse* Par. Lall.; *testes secum* dtt. — 22. *producere* V. — 23. *quod erat* Lg29. — 24. *huiusmodi* V: *eiusmodi* ctt. O. — 26. *concitarem*] *commoverem* Lg29 p. m. — *Iuni* V. — 27. *cum tut.* V Lg29: *tum tut.* dtt. O. — 28. *iudicis veris* V. — *commendatum* codices: *commendandum* O. At vid. Madv. App. ad Ascon. p. 44 sq. — *putavit*] *fuisse putavit* V. — 29. *scelerato* VLg29: *sceleratione* dtt.; *scelerata locatione* de Naug. coni. O. — *boniis* V.

ipse multos annos esset in sordibus, paulo tamen obsoletius vestitum videret. (Itaque tibi, Hortensi, non illius aetas sed causa, non vestitus sed fortuna popularis videbatur) neque te tam commovebat, quod ille cum toga praetexta, quam quod sine bulla venerat. Vestitus enim neminem commovebat is, quem illi mos et ius ingenuitatis dabat.) Quod ornamentum pueritiae pater dederat, indicium atque insigne fortunae, hoc ab isto praedone ereptum esse graviter tum et acerbe homines ferebant. 153. Neque erant illae lacrimae populares magis quam nostrae, quam tuae, Q. Hortensi, quam horum, qui sententiam laturi sunt, ideo, quod communis est causa, commune periculum: communi praesidio talis improbitas tamquam aliquod incendium restinguendum est. Habemus enim liberos parvos: incertum est, quam longa cuiusque nostrum vita futura sit: (consulere vivi ac prospicere debemus, ut illorum solitudo et pueritia quam firmissimo praesidio munita sit.) Quis est enim, qui tueri possit liberum nostrorum pueritiam contra improbitatem magistratuum? Mater, credo. Scilicet magno praesidio fuit Anniae pupillae mater, femina primaria: minus illa deos hominesque implorante iste infanti pupillae fortunas patrias ademit. Tutoresne defendent? (Perfacile vero apud istius modi praetorem, a quo M. Marcelli tutoris in causa pupilli Iunii et oratio et voluntas et auctoritas repudiata est.)

LIX. 154. Quaerimus etiam, quid iste in ultima Phrygia, quid in extremis Pamphyliae partibus fecerit, qualis in bello praedonum praedo ipse fuerit, qui in foro populi Romani pirata nefarius reperiatur? Dubitamus, quid iste in hostium praeda molitus sit, qui manubias sibi tantas ex L. Metelli manubiis fecerit, qui maiore pecunia quattuor columnas dealbandas, quam ille omnes aedificandas locaverit? Exspectemus, quid dicant ex Sicilia testes? Quis umquam templum illud adspexit, quin avaritiae tuae, quin iniuriae, quin audaciae testis esset? Quis a signo Vertumni in circum maximum venit, quin is uno quoque gradu de avaritia tua commoneretur? quam tu viam thensarum atque pompae eiusmodi exegisti, ut [tu] ipse illa ire non audeas. Te putet quisquam, cum ab Italia freto diiunctus esses, sociis temperasse, qui aedem Castoris testem furtorum tuorum esse volueris, quam populus Romanus quotidie, iudices etiam tum, cum de te sententiam ferent, videbunt?

LX. 155. Atque etiam iudicium in praetura publicum exercuit; non

---

1. *esset* V: *est* ctt. O. — 2. *sed*] *set* (sic etiam infra) V. — 3. *te tam*] *tamen* V; *tam te* Klotz. — *movebat* eV. — 5. *commovet* V. — 7. *tum* V Lg29: om. dtt. O. — 8. *illae* V: *hae* ctt. O. — 11. *restinguendumst* Lachmannus ad Lucret. p. 66.; *restinguendum sit* V; *restinguenda est* ctt. O. cf. Interpp. ad orat. p. leg. Man. 5, 11. Salust. fragm. p. 941. Corte. — 12. *cuiusque nostrum* V Lg29 (cf. Zumpt Add.): *nostr. cuiusq.* dtt. O. — 13. *prospicere* V Lg29 42: *profigere* dtt. — 15. *liberum nostr.* Prisc. I. p. 307. vulgo: *nostr. liberum* L. — 18. *defendent* coni. Madv. App. p. 42. prob. Zumpt: *defenderent* codd. O. — 21. *quaerimus* Prisc. II. p. 159: *quaeremus* codd. — 23. *ipse* om. Prisc. ed. Kr., sed habet cod. Mon. — 26. *locarit* Prisc. II. p. 155. — *exspectamus* coni. Herel. — 29. *Vertumni* Prisc.: *Vertuni* Lg29; *Vortumni* A. — *unoquoque* codd., Prisc.: *in unoquoque* post Victor. O. (Fort. *quin in uno q.* cf. v. 28. Halm.) — 30. *commoneretur* Prisc. Lg48 vulgo: *commoveretur* codd. pleriq. — *quam tum* coni. Hot. prob. Bake ad Legg. p. 539. — 31. [*tu*] om. Prisc. — 32. *diiunctus* Lg29: *disiunctus* ctt. O. — 33. *furt. tuorum* Prisc.: *tuor. furt.* codd. noti. — *populi R.* Lg29 et dtt. Prisc. — 34. *sententias* Prisc. — *ferent* de coni. Graev.: *ferrent* Prisc. codd. O. — *videbunt* Lg29, tres alii: *viderent* Prisc. O; *viderunt* ctt. — 35. *atqui* cod. Urs.

enim praetereundum est ne id quidem. Petita multa est apud istum praetorem a Q. Opimio: qui adductus est in iudicium verbo, quod, cum esset tribunus plebis, intercessisset contra legem Corneliam; re vera, quod in tribunatu dixisset contra alicuius hominis nobilis voluntatem. De quo iudicio si velim dicere omnia, multi appellandi laedendique sunt, id quod mihi non est necesse: tantum dicam paucos homines, ut levissime dicam, arrogantes hoc adiutore Q. Opimium per ludum et iocum fortunis omnibus evertisse.

156. Is mihi etiam queritur quod a nobis IX solis diebus prima actio sui iudicii transacta sit, cum apud istum ipsum tribus horis Q. Opimius, senator populi Romani, bona, fortunas, ornamenta omnia amiserit? cuius propter indignitatem iudicii saepissime est actum in senatu, ut genus hoc totum multarum atque eiusmodi iudiciorum tolleretur. Iam vero in bonis Q. Opimii vendendis quas iste praedas, quam aperte, quam improbe fecerit, longum est dicere. Hoc dico: nisi vobis id hominum honestissimorum tabulis planum fecero, fingi a me hoc totum temporis causa putatote.

157. Iam qui ex calamitate senatoris populi Romani, cum praetor iudicio eius praefuisset, spolia domum suam referre et manubias detrahere conatus sit, is ullam ab sese calamitatem poterit deprecari? LXI. Nam de subsortitione illa Iuniana iudicum nihil dico. Quid enim? contra tabulas, quas tu protulisti, audeam dicere? Difficile est; (non enim me tua solum et iudicum auctoritas, sed etiam anulus aureus scribae tui deterret.) Non dicam id, quod probare difficile est: hoc dicam, quod ostendam, multos ex te viros primarios audisse, cum diceres ignosci tibi oportere, quod falsum codicem protuleris; nam, qua invidia C. Iunius conflagravit, ea, nisi providisses, tibi ipsi tum pereundum fuisset.

158. Hoc modo iste sibi et saluti suae prospicere didicit, referendo in tabulas et privatas et publicas, quod gestum non esset, tollendo, quod esset, et semper aliquid demendo, mutando, interpolando. Eo enim usque progreditur, ut ne defensionem quidem maleficiorum suorum sine aliis maleficiis reperire possit. Eiusmodi subsortitionem homo amentissimus suorum quoque iudicum fore putavit per sodalem suum, Q. Curtium, iudicem quaestionis suae; cui ego nisi vi populi et homi-

3. *re vera* Prisc. II. p. 155.: *re* de coni. Hot. O; in codd. om. *re vera*. — 4. *voluntatem*] *potestatem* Asc. edd. vett. — 5. *sunt* codd.: *sint* ex coni. Ern. O. — *id q.* Lg29: om. *id* rell. O. — 6. *dicam* A, vulgo: *appellem* Lg29. — *lenissime* coni. Osann. ad Rep. p. 370.; at cf. Halm. ad Sest. p. 318. — 9. *hic etiam q.* Prisc.; *hic mihi etiam* L. — *ab nobis* Lg29. (non Prisc.) — 10. *istum ipsum* Prisc.: *ipsum* codd. O. — 13. *atque* codd. Prisc. II. p. 156.: *ac* O. — *eiusm. iud.* Lg29 Prisc.: *iud. eiusm.* dtt. O. — 20. *sit* A Prisc.: *est* codd. O. — *calam. a sese* Prisc. — 22. *audeam* Lg29 vulgo: *audes* dtt. — 25. *ex te*] *ait* vel *ante* Prisc. (*a te* cod. Mon.) — 27. *conflagravit* Lg29 p. m. Prisc. Putschii et cod. Monac.: *conflagrarit* codd. O. et Prisc. Krehlii, quem vide; *conflagrarat* edd. post Grut. — *fuisset* codd. et Prisc.: *fuisse* O. — 30. *mutando* Lg29 Non. p. 34.: *mutando*, *curando ne litura appareat* dtt; secl. O. — 32. *possit* Lg29 et duo alii: *posset* dtt. — *eiusmodi* Lg29 A: *eiusdem modi* rell. Lgg., O. — *subsortitionem* A: *sortitionem* codd. — 34. *quaestionis suae* V: *suae* om. dtt. O. — *ego nisi* V: *nisi ego* ctt. — *atque hom.* V Lg29. Quamquam h. l. optimus cod. V *atque* habet, tamen hanc scripturam recipere ideo dubitavimus, quod et optimi codices in his minutiis saepe peccant, et Vatic. in libro I. Verrinarum paulo minus diligenter quam alibi est scriptus, et duplex *atque* ita collocatum, ut prius membra duo, posterius alterius membri partes copulet, vix Tullianum est. Similiter turbatum est ex. c. II. §. 29. III. §. 6. 10. 49. 79. 189. alibi.

num clamore atque convitio restitissem, ex hac decuria vestra, cuius mihi copiam quam largissimam factam oportebat, quos iste annuerat, in suum consilium sine causa subsortiebatur.

---

1. *vestra* V Lg29 alii multi: *nostra* A O. — 2. *copiam*] *potestatem* A. — *quam largissimam* V cod. Urs.: *largissimam* A; *quam largissime* ctt. O. — *factam*] *fieri* A. — *oportebat* eV: *oportebat, erepta esset facultas eorum* ctt. O. — *quos, cum iste* de coni. Zumpt et Madv. de Asc. p. 127. [cf. de h. l. Mommsen in *Jenaische Lit. Zeit.* 1844. p. 260 sq.] — *adnuerat* V. — In codice Vaticano subiicitur: *In C. Verrem explicit feliciter*; in Lg29: *M. Tullii Ciceronis in C. Verrem liber tertius explicit.*

ACTIONIS SECUNDAE

IN

C. V E R R E M

LIBER SECUNDUS

DE

IURISDICTIONE SICILIENSI.

MELIORES CODICES, quibus haec oratio continetur, sunt hi:

Lg42 p. m. = *Lagomarsinianus* nr. 42., praestantissimus, qui cum ab initio ex optimo exemplari descriptus esset, postea ab homine imperito ad similitudinem deteriorum codicum corruptus est. Quamobrem *prior manus* accurate ubique commemoratur, quippe quae ad verum inveniendum unice pertineat.

F = *Fabricianus.* Huius codicis vetustissimi scripturas a vulgata differentes in libellum relatas ad Lambinum misit Fr. Fabricius Marcoduranus. Eas confirmari duobus codicibus mss. Puteani tradit Lambinus ad initium huius orationis. cf. infra ad III. §. 60. Conspirat autem hic codex mirum quantum cum Lg42 p. m., ut eos ex eodem codice archetypo descriptos esse liquido appareat. Ubi apud Lamb. vel in textu vel in margine edit. repet. 1584. lectio reperitur ab editione a. 1566. discrepans, cum optima familia codicum, imprimis cum Lg42 p. m., concordans, ibi eam ex cod. Fabr. depromptam esse certum est. Eiusmodi lectiones significavimus φ, quo discernerentur ab iis, quibus a Lambino *v. c.* i. e. veteris codicis Fabriciani auctoritas diserte adscripta est. Ubicumque in libr. II. et III. codicis Fabriciani *(F. s. φ)* mentionem non fecimus, ibi de eius scriptura nihil constat. Idem valet de Metelliano et Nanniano.

M = *Metellianus*, cuius varias lectiones a Guilielmo acceptas Gruterus dedit. Hic codex ita cum Fabriciano consentit, ut quibusdam non immerito idem esse videatur. cf. Zumpt. Praef. p. XX. Sed cum eius variae lectiones tantum usque ad libr. III. c. 16. pertineant atque iis locis non raro commemorentur, ubi ex Fabriciano, cuius usque ad finem libri III. mentio fit, nihil enotatur, potest tamen ambiguum aliquo modo videri, idemne sit codex an simillimus Fabriciano. Quamobrem eius varias lectiones noluimus omittere.

N = *Nannianus*, praestantissimis adnumerandus, ex quo multas (non omnes) varias lectiones enotavit Petr. Nannius. Eas fere omnes recepit Car. Stephanus et in Appendice Vol. II. p. 686. separatim posuit.

Lg29 = *Lagomarsinianus* nr. 29.

A = *Parisiensis* nr. 4588. Saec. XIII.

B = *Parisiensis* nr. 7776. Saec. XIII. Hi tres codices, qui, ut Lg42, diligentissime sunt

collati, plerumque conspirant inter se, et ut melioribus sunt adnumerandi, ita superioribus non plane exaequandi.

4 significat consensum codicum Lg29 42 A. B.

V = codicis *Vaticani* fragmenta, de quibus vide quae diximus ad lib. I. Sunt ea quidem optima, sed ne in his quidem libris (II. et III.) tam egregia, ut reliquorum codicum optimorum auctoritati, id quod Klotzius (in editione maiore) fere fecit, ubique sint praeferenda. Sunt autem haec: 1) §. 1. *Multa mihi necessario* — §. 2. *sociorum pro* . . . 2) §. 23. *omnium Sicul.* — §. 21. *Venerius ho* . . . 3) §. 32. *Romano datur* — §. 34. *haec copia.* 4) §. 42. *coeperunt* — §. 43. *hereditas.* 5) §. 53. *demonstravi* — §. 56. *velle de* 6) §. 59. *maximum* — §. 68. *innocens* 7) §. 83. *dixi comparat* — §. 87. *ut putant.* 8) §. 100. *ipsum apud* — §. 102. *Romae cum haec ac* . . . 9) §. 113. *de publico* — §. 116. *Veneri non de Sthe* . . . 10) §. 120. *testimonia: legati* — §. 121. *dandarum* 11) §. 124. *ut is amplior* — §. 127. *scriptum erat, ut* 12) §. 138. *adepti sunt* — §. 140. *quid hi iudicent* 13) §. 142. *nomine accersat* — §. 143. *magistratibus nostris.* 14) §. 152. *voles eorum* — §. 156. *apertissime vobis.* 15) §. 166. *causa multa* — §. 169. *prodesse potest* 16) §. 188. *pecuarius* — §. 191. *dilucide quod.*

In *deteriorum codicum* numero praeter ceteros (Lgg. Huyd. Oxon. ψ. Pall. Urs. Hotom. Iannoct. Franc.) etiam referendus est *Parisiensis* nr. 7786 *(C)*. *Pseudo-Asconius* desinit §. 34.

I. 1. Multa mihi necessario, iudices, praetermittenda sunt, ut possim aliquo modo aliquando de iis rebus, quae meae fidei commissae sunt, dicere. Recepi enim causam Siciliae; ea me ad hoc negotium provincia attraxit. Ego tamen hoc onere suscepto et recepta causa Siciliensi amplexus animo sum aliquanto amplius. Suscepi enim causam totius ordinis, suscepi causam rei publicae, quod putabam tum denique recte iudicari posse, si non modo reus improbus adduceretur, sed etiam diligens et firmus accusator ad iudicium veniret. 2. Quo mihi maturius ad Siciliae causam veniendum est relictis ceteris eius furtis atque flagitiis, ut et viribus quam integerrimis agere et ad dicendum temporis satis habere possim. Atque [adeo], antequam de incommodis Siciliae dicam, pauca mihi videntur esse de provinciae dignitate, vetustate, utilitate dicenda. Nam cum omnium sociorum provinciarumque rationem diligenter habere debetis, tum praecipue Siciliae, iudices, plurimis iustissimisque de causis: primum, quod omnium nationum exterarum princeps Sicilia se ad amicitiam fidemque populi Romani applicavit. Prima omnium, id quod ornamentum imperii est, provincia est appellata: prima docuit maiores nostros, quam praeclarum esset exteris gentibus imperare: sola fuit ea fide benevolentiaque erga populum Romanum, ut civitates eius insulae, quae semel in amicitiam nostram venissent, numquam postea deficerent, pleraeque autem et maxime illustres in amicitia perpetuo manerent. 3. Itaque maioribus nostris in Africam ex hac provincia gradus imperii factus est. Neque enim tam facile opes Karthaginis tantae concidissent, nisi illud et rei frumentariae subsidium et receptaculum

---

2. *aliquando* tuentur omnes codd.: om. L. — *his* V. — 4. *prov. adtraxit* V; *attraxit prov.* Lg29 p. m. — 6. *suscepi enim c. reip.* V. — *rei publicae* 4, V coll. lib. I. 8, 21. II. 47, 117.: *populi R.* dtt. O. — *tum den. put.* Lg29 p. m. — 9. *veniundum* Lg29 A B. — *atque fl.* Lg42 p. m. V. (nam in annotatione Maii sine dubio Ed. pro Cod. legendum est): *ac fl.* ctt. O. — 11. *adque* V. — *adeo* om. V Lg42 p. m. — *dicam* Lg42 A. — 14. *debeatis* Lg29 p. m. Mart. Cap. p. 425. Kopp. In A *debetis vel debeatis* extrema punctis notata. — 16. *applicavit* Lg42 p. m. φ Arus. M. p. 212.: *applicuit* ctt. O. — 19. *beniv.* V et Lagg. — 22. *nostris* om. dtt. — 24. *et illud rei* Lg29.

classibus nostris pateret. II. Quare P. Africanus Karthagine deleta Siculorum urbes signis monumentisque pulcherrimis exornavit, ut, quos victoria populi Romani maxime laetari arbitrabatur, apud eos monumenta victoriae plurima collocaret. 4. Denique ille ipse M. Marcellus, cuius in Sicilia virtutem hostes, misericordiam victi, fidem ceteri Siculi perspexerunt, non solum sociis in eo bello consuluit, verum etiam superatis hostibus temperavit. Urbem pulcherrimam, Syracusas, quae cum manu munitissima esset, tum loci natura terra ac mari clauderetur, cum vi consilioque cepisset, non solum incolumem passus est esse, sed ita reliquit ornatam, ut esset idem monumentum victoriae, mansuetudinis, continentiae, cum homines viderent, et quid expugnasset et quibus pepercisset et quae reliquisset. Tantum ille honorem Siciliae habendum putavit, ut ne hostium quidem urbem ex sociorum insula tollendam arbitraretur. 5. Itaque ad omnes res Sicilia provincia semper usi sumus, ut, quidquid ex sese posset efferre, id non apud eos nasci, sed domi nostrae conditum iam putaremus. Quando illa frumentum quod deberet non ad diem dedit? quando id, quod opus esse putaret, non ultro pollicita est? quando id, quod imperaretur, recusavit? Itaque ille M. Cato Sapiens cellam penariam rei publicae nostrae, nutricem plebis Romanae Siciliam nominabat. Nos vero experti sumus Italico maximo difficillimoque bello Siciliam nobis non pro penaria cella, sed pro aerario illo maiorum vetere ac referto fuisse. Nam sine ullo sumptu nostro coriis, tunicis frumentoque suppeditato maximos exercitus nostros vestivit, aluit, armavit. III. 6. Quid? illa, quae forsitan ne sentiamus quidem, iudices, quanta sunt! quod multis locupletioribus civibus utimur, quod habent propinquam, fidelem fructuosamque provinciam, quo facile excurrant, ubi libenter negotium gerant; quos illa partim mercibus suppeditandis cum quaestu compendioque dimittit, partim retinet, ut arare, ut pascere, ut negotiari libeat, ut denique sedes ac domicilium collocare. Quod commodum non mediocre rei publicae est, tantum civium numerum tam prope ab domo, tam bonis fructuosisque rebus detineri. 7. Et quoniam quasi quaedam praedia populi Romani sunt vectigalia nostra atque provinciae, quemadmodum vos propinquis vestris praediis maxime delectamini, sic populo Romano iucunda suburbanitas est huiusce provinciae. Iam vero hominum ipsorum, iudices, ea patientia, virtus frugalitasque est, ut proxime ad nostram disciplinam illam veterem, non ad hanc, quae nunc increbruit, videantur accedere. Nihil ceterorum

---

5. *fidem*] sic omnes codd.: *fidemque* Graev. — 8. *clauderetur* Lg29 42 p. m. φ A prob. Garat. II.: *claudebatur* ctt. O. — 12. *habendum Sic.* Lg29 A B. — 16. *iam* Lg42 p. m. N φ: om. ctt. O. — 20. *nominabat* 4 φ: *nominavit* dtt. O. — 23. *suppeditando* Lg42 p. m., quod per se non minus recte dici h. l. potest; sed vulgatam praeter ceteros codd. tuetur etiam auctoritas Servii ad Aen. I. 1.; *suppeditabat* Arus. M. p. 261. — 24. *sentiamus* Lg42 p. m. Asc.: *sentimus* ctt. O. cf. Hand. Turs. II. p. 715. — 25. *multo* e Nannii susp. L. — 30. *rei publicae* 4, F M: *populi R.* dtt. O. — *civium* Lg42 F M: *civium Romanorum* ctt. O. Sic alibi adiectivum in dtt. additur. cf. V. §. 157. — 31. *detinere* 4, F M. — 33. *vos propinq.* Lg42 p. m.: *prop. vos* ctt. O. — 34. *est suburb.* Lg29 m. p. 42 ex corr. — 37. *ad hanc* Lg42 C Vindob. A ap. Zumpt.: *hanc* Lagg. rell. A B φ Asc. At in membris orationis contrariis et ratio et consuetudo Tulliana praepositionem repeti iubet; cf. ad IV. §. 60. Paulo diversa est ratio IV. §. 120., ubi omissa est praepositio. — *increbruit* Lg2 29: *increbuit* O. — *videatur* φ.

simile Graecorum, nulla desidia, nulla luxuries; contra summus labor in publicis privatisque rebus, summa parsimonia, summa diligentia. Sic porro nostros homines diligunt, ut his solis neque publicanus neque negotiator odio sit. 8. Magistratuum autem nostrorum iniurias ita multorum tulerunt, ut numquam ante hoc tempus ad aram legum praesidiumque vestrum publico consilio confugerint: tametsi et illum annum pertulerant, qui sic eos afflixerat, ut salvi esse non possent, nisi C. Marcellus quasi aliquo fato venisset, ut bis ex eadem familia salus Siciliae constitueretur, et post M. Antonii infinitum illud imperium senserant. Sic a maioribus suis acceperant, tanta populi Romani in Siculos esse beneficia, ut etiam iniurias nostrorum hominum perferendas putarent. 9. In neminem civitates ante hunc testimonium publice dixerunt. Hunc denique ipsum pertulissent, si humano modo, si usitato more, si denique uno aliquo in genere peccasset. Sed cum perferre non possent luxuriem, crudelitatem, avaritiam, superbiam; cum omnia sua commoda, iura, beneficia senatus populique Romani unius scelere ac libidine perdidissent: hoc statuerunt, aut istius iniurias per vos ulcisci ac persequi aut, si vobis indigni essent visi quibus opem auxiliumque ferretis, urbes ac sedes suas relinquere, quandoquidem agros iam ante istius iniuriis exagitati reliquissent. IV. 10. Hoc consilio a L. Metello legationes universae petiverunt, ut quam primum isti succederet: hoc animo toties apud patronos de suis miseriis deplorarunt: hoc commoti dolore postulata consulibus, quae non postulata, sed in istum crimina viderentur esse, ediderunt. Fecerunt etiam ut me, cuius fidem continentiamque cognoverant, prope de vitae meae statu dolore ac lacrimis suis deducerent, ut ego istum accusarem, (a quo mea longissime ratio voluntasque abhorrebat) — quamquam in hac causa multo plures partes mihi defensionis quam accusationis suscepisse videor —: postremo homines ex tota provincia nobilissimi primique publice privatimque venerunt: gravissima atque amplissima quaeque civitas vehementissime suas iniurias persecuta est.

11. At quem ad modum, iudices, venerunt? Videor enim mihi iam liberius apud vos pro Siculis loqui debere, quam forsitan ipsi velint; saluti enim potius eorum consulam quam voluntati. Ecquem existimatis umquam ulla in provincia reum absentem contra inquisitionem accusatoris tantis opibus, tanta cupiditate esse defensum? Quaestores utriusque provinciae, qui isto praetore fuerant, cum fascibus mihi praesto fuerunt. 12. His porro qui successerunt, vehementer istius cupidi, libe-

---

1. *luxuries* Lg42 p. m. φ: *luxuria* ctt. O. — 6. *confugerent* dtt. — *tametsi illum* Lg42 p. m.; *etsi illum* Asc. — 9. *et post* Lg29 42 p. m. B Asc. (bis, cf. Baiter.): *et postea* Asc. lemma O; *postea* A; *postquam* dtt. — 14. *peccavisset* L. — 15. *luxuriam* A B (in hoc tamen *luxuriem* suprascript.). — 16. *populi R. quae* Lg29 B; *populique R. quae* A. — 17. *ac pers.* Lg29 42 A: *et pers.* ctt. O. — 19. *relinquerent* codd. noti, etiam F. Defendit Oudend. ad Apul. T. I. p. 72. Vulgata primum extat ap. Man. 1540. — *agros* 4, N: om. dtt. — 30. *amplissima quaeque* Lg42 p. m. φ. cf. V. §. 122.: *honestissima* ctt. O. cf. II. §. 43. III. §. 67. 75. 122. 136. 170. — 32. *venerint* Asc. — *iam liberius* Lg42 p. m. Ceteri codd. *iam* habent ante *pro Siculis* et sic O. — 34. *potius eorum* 4: *eorum potius* ctt. O. — *et quem* N et pleriq. codd. — 35. *ulla unquam* Lg42 p. m. — 38. *his porro* Lg29 42 al.: *hi porro* ctt. O.

raliter ex istius cibariis tractati, non minus acres contra me fuerunt. Videte, quid potuerit, qui quattuor in una provincia quaestores studiosissimos defensores propugnatoresque habuerit, praetorem vero cohortemque totam sic studiosam, ut facile appareret non tam illis Siciliam, quam inanem offenderant, quam Verrem ipsum, qui plenus decesserat, provinciam fuisse. Minari Siculis, si decrevissent legationem, quae contra istum diceret: minari, si qui essent profecti: aliis, si laudarent, benignissime promittere: gravissimos privatarum rerum testes, quibus nos praesentibus denuntiavimus, eos vi custodiisque retinere. V. 13. Quae cum omnia facta sint, tamen unam solam scitote esse civitatem Mamertinam, quae publice legatos, qui istum laudarent, miserit. Eius autem legationis principem, civitatis nobilissimum civem, C. Heium, iuratum dicere audistis isti navem onerariam maximam Messanae esse publice coactis operis aedificatam: idemque Mamertinorum legatus, istius laudator, non solum istum bona sua, verum etiam sacra deosque penates a maioribus traditos ex aedibus suis eripuisse dixit. Praeclara laudatio, cum duabus in rebus legatorum una opera consumitur, in laudando atque repetendo! Atque ea ipsa civitas qua ratione isti amica sit, dicetur certo loco. Reperietis enim, quae causae benevolentiae Mamertinis erga istum sint, eas ipsas causas satis iustas esse damnationis. Alia civitas nulla, iudices, publico consilio laudat. 14. Vis illa summi imperii tantum potuit apud perpaucos homines, non civitates, ut aut levissimi quidam ex miserrimis desertissimisque oppidis invenirentur, qui iniussu populi ac senatus proficiscerentur, aut ii, qui contra istum legati decreti erant et testimonium publicum ac mandata acceperant, vi ac metu retinerentur. Quod ego in paucis tamen usu venisse non moleste tuli, quo reliquae tot et tantae et tam graves civitates, tota denique Sicilia plus auctoritatis apud vos haberet, cum videretis nulla vi retineri, nullo periculo prohiberi potuisse, quo minus experirentur, ecquid apud vos querimoniae valerent antiquissimorum fidelissimorumque sociorum. 15. Nam quod fortasse non nemo vestrum audierit, istum a Syracusanis publice laudari, id, tametsi priore actione ex Heraclii Syracusani testimonio, cuiusmodi esset, cognovistis, tamen vobis alio loco, ut se tota res habeat, quod ad eam civitatem attinet, demonstrabitur. Intelligetis enim nullis hominibus quemquam tanto odio quanto istum Syracusanis et esse et fuisse.

---

2. *una* Lg42 ABNM: om. ctt. — 6. *decrevissent* Lg14 42 45 φ: *decressent* codd. reliqui noti et O. — *legationem -- diceret* 4 al.: *legationes -- dicerent* dtt. O. — 10. *sint* Lg42 et vulgo: *sunt* AB ctt. Lgg. al. — 12. *civem* Lg42 p. m. Mφ: om. ctt. O. Habet tamen aliquid offensionis *civitatis civis*. Infra §. 106. legitur: «Sthenius *civitatis suae nobilissimus*» §. 53. «Huius longe *primus civitatis* est Epicrates» coll. V. §. 20. «*hominem* honestissimae *civitatis* honestissimum.» IV. § 17. *vir* amplissimus eius *civitatis*. Nam ex alio genere est, quod IV. §. 111. legitur *cives illius civitatis*; opponuntur enim *sacerdotes*.— 16. *traditos* om. dtt. — *ex sedibus* cod. Sangall. — 18. *atque in repet.* ABL.— *isti* 4, φ Asc.: *illi* dtt. O. — 19. *M. erga istum sint* Lg42 p. m.: *sint M. erga istum* ctt. O. — 20. *satis* om. Lg29 ABC. — 24. *aut hi* N. — *legati decreti erant* 4 NMφ: *legatos decreverant* dtt. — 25. *ac mandata* Lg42 N: *mandataque* ABφ Asc. — 26. *tuli* Lg42 p. m. F: *fero* ctt. O. — 28. *videritis* Lg42 p. m. NC. — 29. *potuisse* Lg29 ABN: *posse* dtt. In Lg42 utrumque coniungitur. — *et quid* AC; *necquid* Lg42; *aliquid* dtt. — 34. *attineat* Lg42 p. m. — 35. *quantum* dtt. — *et esse* Lg42 N: *et* om. AB rell. Lgg.

VI. At enim istum Siculi soli persequuntur: cives Romani, qui in Sicilia negotiantur, defendunt, diligunt, salvum esse cupiunt. — Primum, si ita esset, tamen vos in hac quaestione de pecuniis repetundis, quae sociorum causa constituta est lege iudicioque sociali, sociorum querimonias audire oporteret. 16. Sed intelligere potuistis priore actione cives Romanos honestissimos ex Sicilia plurimos maximis de rebus et quas ipsi accepissent iniurias et quas scirent aliis esse factas pro testimonio dicere. Ego hoc, quod intelligo, iudices, sic confirmo: videor mihi gratum fecisse Siculis, quod eorum iniurias meo labore, inimicitiis, periculo sum persecutus: non minus hoc gratum me nostris civibus intelligo fecisse, qui hoc existimant, iuris, libertatis, rerum fortunarumque suarum salutem in istius damnatione consistere. 17. Quapropter de istius praetura Siciliensi non recuso quin ita me audiatis, ut, si cuiquam generi hominum sive Siculorum sive nostrorum civium, si cuiquam ordini sive aratorum sive pecuariorum sive mercatorum probatus sit, si non horum omnium communis hostis praedoque fuerit, si cuiquam denique ulla in re umquam temperaverit: ut vos quoque ei temperetis.

Qui simul atque ei sorte provincia Sicilia obvenit, statim Romae et ad urbem, antequam proficisceretur, quaerere ipse secum et agitare cum suis coepit, quibusnam rebus in ea provincia maximam uno anno pecuniam facere posset. Nolebat in agendo discere (tametsi non provinciae rudis erat et tiro), sed [in Siciliam] paratus ad praedam meditatusque venire cupiebat. 18. O praeclare coniectum a vulgo in illam provinciam omen communis famae atque sermonis! cum ex nomine istius, quid iste in provincia facturus esset, perridicule homines augurabantur. Etenim quis dubitare posset, cum istius in quaestura fugam et furtum recognosceret, cum in legatione oppidorum fanorumque spoliationes cogitaret, cum videret in foro latrocinia praeturae, qualis iste in quarto actu improbitatis futurus esset? VII. Atque ut intelligatis eum Romae quaesisse non modo genera furandi, sed etiam nomina, certissima accipite argumenta, quo facilius de singulari eius impudentia existimare possitis. 19. Quo die Siciliam attigit, (videte, satisne paratus ex illo omine urbano ad everrendam provinciam venerit,) statim Messana litteras Halesam mittit, quas ego istum in Italia scripsisse arbitror. Nam simul atque e navi egressus est, dedit operam, ut Halesinus ad se Dio conti-

---

1. *Siculi soli* 4: *soli Sic.* dtt. O. — 3. *in hac* Lg29 A B N: *in ista* Lg42 p. m. — *repetendis* Lg42. — 6. *hon. ex S. pl.* 4: *ex S. pl. hon.* dtt. O. — 9. *inimicitiis* Lg29 42 B M (2 codd. Lall.): *inimicitias* ctt. — 14. *hominum* om. Lg42 p. m. — *sive cuiquam* codd. noti. — 17. *in re umquam ulla* Lg42. — *temperavit* codd. noti. [Scrib. *temperarit.*] — *ei temp.* Lg42 A B C N: *ei* om. ctt.; *ei vos quoque temperetis* (om. *ut*) de Hot. coni. L., sed improbat in ed. 1584. — 19. *ad urbem* Asc. Arus. M. p. 211: *ab urbe* codd. noti. — *agitare cum suis* 4, M F Pal. sec. Arus. M. l. l.: *cum suis ag.* N L; *cogitare cum suis* dtt. — 21. *volebat* A. — *in accedendo* Lg29 A. — *non* om. Lg29 B. — 22. *sed Siciliae* M; *si Siciliae* Lg42 p. m. Madv. I. p. 342. delet *in Siciliam* cum Guilielmo; [*Siciliae*] Kl. Et sane glossematis speciem habet. — *paratus erat ad* Lg42 p. m. — 23. *a volgo* Lg29 et A, sed hic om. *a* (?). — 25. *iste* 4, codd. Lbi, Prisc. I. p. 368.: om. dtt. O. — *perridicule* A N M Prisc.: *perridiculi* ctt. — 29. *actu* boni codd. et Asc.: *gradu* dtt. — 30. *non solum* Asc. — *certissima* Lg42 M: *certissimum* ctt. O. — 31. *argumenta* Lg42 p. m.: *argumentum* ctt. O. — 32. *attigit* Lg42 p. m. φ: *tetigit* ctt. O. — 33. *homine* Lgg. (praeter 42) A B. — *everrendam* A B N F (cf. Fabrit. ad Divin. c. 17.) coll. Isidor. Orig. II. 30, 5. ubi cod. Barberin. nr. 1674. teste Garat. II. *everrisse* habet: *evertendam* ctt. — 34. *conscripsisse* Lg42 p. m. Vulgatam tuetur etiam Asc.

nuo veniret: se de hereditate velle cognoscere, quae eius filio a propinquo homine, Apollodoro Laphirone, venisset. 20. (Ea erat, iudices, pergrandis pecunia.) Hic est Dio, iudices, nunc beneficio Q. Metelli civis Romanus factus, de quo multis viris primariis testibus multorumque tabulis vobis priore actione satis factum est, HS decies numeratum esse, ut eam causam, in qua ne tenuissima quidem dubitatio posset esse, isto cognoscente obtineret; praeterea greges nobilissimorum equorum abactos, argenti vestisque stragulae domi quod fuerit esse direptum: ita HS decies Q. Dionem, quod hereditas ei venisset, nullam aliam ob causam perdidisse. 21. Quid? haec hereditas quo praetore Dionis filio venerat? eodem, quo C. Annii senatoris filiae; eodem, quo M. Liguri senatori, C. Sacerdote. Quid? tum nemo molestus Dioni fuerat? Non plus quam Liguri Sacerdote praetore. Quid? ad Verrem quis detulit? Nemo: nisi forte existimatis ei quadruplatores ad fretum praesto fuisse. VIII. Ad urbem cum esset, audivit Dioni cuidam Siculo permagnam venisse hereditatem: statuas iussum esse in foro ponere: nisi posuisset, Veneri Erycinae esse multatum. Tametsi positae essent ex testamento, tamen putabat, quoniam Veneris nomen esset, causam calumniae se reperturum. 22. Itaque apponit, qui petat Veneri Erycinae illam hereditatem. Non enim quaestor petit (ut est consuetudo) is, qui Erycum montem obtinebat: petit Naevius Turpio quidam, istius excursor et emissarius, homo omnium ex illo conventu quadruplatorum deterrimus, C. Sacerdote praetore condemnatus iniuriarum. Etenim erat eiusmodi causa, ut ipse praetor, cum quaereret calumniatorem, paulo tamen consideratiorem reperire non posset. Hunc hominem Veneri absolvit, sibi condemnat. Maluit videlicet homines peccare quam deos: se potius a Dione, quod non licebat, quam Venerem, quod non debebatur, auferre. 23. Quid ego hic nunc Sex. Pompeii Chlori testimonium recitem? qui causam Dionis egit, qui omnibus rebus interfuit, hominis honestissimi, tametsi civis Romanus virtutis causa iam diu est, tamen omnium Siculorum primi ac nobilissimi:

---

1. *eius* om. A. — 2. *Lafirone* Lg1 5 6 15; *L. Avalerone* φ; *Uel a Valerone* Lg42; *Avalerone* M. Gualtherus Tabb. Antiq. Sicil. p. 120. *Lapirone* scribi vult, quod nomen aliquoties in inscriptionibus Sicc. extat. cf. Franz. Inscrr. Grr. III. p. 620. — 5. *HS. decies* Lg42 p. m. N F M, in quibus est *HS. D.* i. e. *decies* coll. lib. I. c. 10.: *undecies* ctt. — *numerata esse* F M; *numeratam esse* Lg42 p. m. Vulgatam tuentur A B N ctt. — 8. *dereptum* Lg29 M C φ. — *decies* φ: *undecies* ctt. O. — 9. *venisset* Lg42 p. m. φ: *obvenisset* ctt. O. — 10. *haec, haec her.* F. — 11. *C. Annii senatoris*] *C. senatoris anii* Lg29 A B; *Anniae, P. Annii senatoris* O, ut vulgo post Lamb. 1584., qui tamen *Anneiae* habet. *Publii* praenomen est a Naugerio primum additum; sed *Caius* appellatur lib. I. §. 104. Ex Lg42 nulla a vulgata scriptura diversitas affertur; verum tamen credibile est hunc codicem, ut solet, cum Lg29 A B consentire. — *Liguris* Lg29. — *senatoris* Lg29 al. — 12. *C. Sacerdote* Lg29 A B: *C. Sac. praetore* dtt. O. In Lg42 librarius ad sequentia aberravit. Inde accidit, ut verba: *Quid tum? -- Liguri Sacerdote* omitteret, et ex h. l. *praetore* ad superiora transferret. — 16. *statuas* Lg29 A·B: *heredem statuas* ctt. O. — 18. *calumniae* Lg42 p. m. M φ (coll. §. 25. 61. lib. I. §. 28. prob. Massé. p. 51.): *pecuniae* A B N O. Kahnt p. 14. utrumque iungi vult. — 19. *hered. illam* Lg42. — 20. *Erycum* pleriq. codd. coll. §. 115. Fragm. Liv. lib. XIII. ap. Haupt. ad Ovid. Halieut. p. 70. Scaurus ap. Putsch. p. 2262. (p. 452. Eichenfeld) Zumpt. ad h. l.: *Erycium* Lg42 p. m. N; *Erycinum* O. — 21. *cursor emissarius* dtt. — 22. *teterrimus* Pal. sec. cf. §. 40. — 24. *reperire*] *quaerere* Lg42 p. m. — 25. *possit* Lg29 A B. — *hunc* codd. omnes, cf. Zumpt: *hic* coni. Hotom. — 27. *Veneri* Lg42 p. m. — *ergo* Lg42 p. m. — *hic nunc* Lgg. omnes, A B: *nunc hic* dtt. O. — 28. *egit Dionis* dtt. O.

quid ipsius Q. Caecilii Dionis, hominis probatissimi ac pudentissimi? quid L. Caecilii, L. Liguris, T. Manilii, L. Caleni? quorum omnium testimoniis de hac Dionis pecunia confirmatum est. Dixit hoc idem M. Lucullus, se de his Dionis incommodis pro hospitio, quod sibi cum eo esset, iam ante cognosse. 24. Quid? Lucullus, qui tum in Macedonia fuit, melius haec cognovit quam tu, Hortensi, qui Romae fuisti, ad quem Dio confugit, qui de Dionis iniuriis gravissime per litteras cum Verre questus es? Nova tibi haec sunt et inopinata? nunc primum hoc aures tuae crimen accipiunt? nihil ex Dione, nihil ex socru tua, femina primaria, Servilia, vetere Dionis hospita, audisti? Nonne multa mei testes, quae tu scis, nesciunt? nonne te mihi testem in hoc crimine eripuit non istius innocentia, sed legis exceptio? Recita Testimonia Lvcvlli, Chlori, Dionis. IX. Satisne vobis magnam pecuniam Venerius homo, qui e Chelidonis sinu in provinciam profectus esset, Veneris nomine quaesisse videtur? 25. Accipite aliam in minore pecunia non minus impudentem calumniam. Sosippus et Philocrates fratres sunt Agyrinenses. Horum pater abhinc duo et xx annos est mortuus, in cuius testamento, quodam loco si commissum quid esset, multa erat Veneri. Ipso vigesimo anno, cum tot interea praetores, tot quaestores, tot calumniatores in provincia fuissent, hereditas ab his Veneris nomine petita est. Verres cognoscit, pecuniam per Volcatium accipit, fere HS cccc milia, ab duobus fratribus. Multorum testimonia audistis antea: vicerunt Agyrinenses fratres ita, ut egentes inanesque discederent.

X. 26. At enim ad Verrem pecunia ista non pervenit. — Quae est ista defensio? utrum asseveratur in hoc an tentatur? mihi enim nova res est. Verres calumniatores apponebat: Verres adesse iubebat; Verres cognoscebat: Verres iudicabat: pecuniae maximae dabantur: qui dabant, causas obtinebant: tu mihi ita defendas: «non est ista Verri numerata pecunia?» Adiuvo te: mei quoque testes idem dicunt: Volcatio dicunt sese dedisse. Quae vis erat in Volcatio tanta, ut HS cccc milia duo-

---

1. *prudentissimi* V. cf. nos ad Caecin. p. 295. — 2. *L. Caecilii* L: *L. Caecili* V, *L. Vocilii* Lg42 p. m. et sine *L.* A B; *L. Vetecilii* O.— *L. Liguris* Lg42 p. m.: *L. C. Liguris* V; *Liguris* ctt. O. — *Manilii* 4 φ al.: *Manlii* eV O. — 3. *hoc idem - - ante cognosse* om. Lg42 p. m. — 5. *L. Luc.* coni. Maius.— 6. *hoc* Lg29 A. — *ad*] *at* V.— 8. *questus est* 7 Lgg. dtt. et 42 ex correct. — *et* om. V. — 9. *crimen acciunt* V. — *ex D. nihil ex socru* Lg42 N M V: *de D. nihil de socru* ctt. — 10. *Servilia* delet Rau II. p. 142.— 12. *recita* M V: om. ctt. O. — *testimonia* V et vulgo: *testimonium* Lg42 p. m. M. — *Luculli* Lg42 p. m. M V: *M. Luculli* ctt. O. — 13. *Choridonis* V. — 16. *Philocrates* Lg42 p. m. M φ: *Epicrates* ctt. O. — 17. *duo* Lgg. (exc. 27.), A B N: *duos* al. — 18. *ipso vigesimo anno* 4, F M Asc.: *ipsos XX annos* dtt. — 20. *petita est* F M et, ut videtur, Lgg. omnes: *petita non est* al. De codd. A B res incerta. Vide Zumpt. — *Verres cognoscit* Lg42 p. m. M: *causam V. cog.* ctt. O. prob. Rau. l. l. — 21. *per Volc. pecun.* dtt. O. — *accipit* Lg29 A B: *accepit* rell. Lagg. — *fere* Lg42 p. m. M φ: *fere ad* ctt. O. prob. Rau. l. l. coll. III. §. 163. II. §. 35. Ter. Heaut. I. 1, 93. — *XX milia* Lg42 p. m M φ. — *a duobus* F Asc. — 22. *testimonia* Lg42 p. m. 48 φ C vulgo: *testimonium* pleriq. codd. — 24. *ista def. est* A B Lgg. praeter 42. — 25. *res nova est* iidem codd. — 26. *calumniatores apponebat* Asc. et pleriq. codd.: *calumniatorem app.* F; Aquila R. II. 1[illegible]. hunc locum ita affert: *V. calumniatorem app., V. de causa cognoscebat, V. pronuntiabat*; et sic etiam Mart. Cap. p. 457. Kopp. — 29. *obtin. causas* Lg42 p. m. — 30. *in Volcatio* Lg42 N: *in Vulcatio* A B Lg29; *Volcatio* rell. Lagg. H. — *duobus nominibus* Lg29 42 p. m. B N: *duobus hominibus* A Lgg. reliqui; *a duob. hom.* al. O. Est quidem in verbo *auferendi*, ubi de rebus corporeis ab aliquo auferendis agitur, repetitio praepositionis usitatissima; sed cum dativus satis certis

bus nominibus auferret? ecquis Volcatio, si sua sponte venisset, unam libellam dedisset? Veniat nunc, experiatur: tecto recipiet nemo. At ego amplius dico: HS quadringenties cepisse te arguo contra leges: nego tibi ipsi ullum nummum esse numeratum: sed cum ob tua decreta, [ob edicta,] ob imperia, ob iudicia pecuniae dabantur, non erat quaerendum, cuius manu numerarentur, sed cuius iniuria cogerentur. 27. Comites illi tui delecti manus erant tuae: praefecti, scribae, accensi, medici, haruspices, praecones manus erant tuae. Ut quisque te maxime cognatione, affinitate, necessitudine aliqua attingebat, ita maxime manus tua putabatur: cohors tota illa, quae plus mali dedit Siciliae, quam si centum cohortes fugitivorum fuissent, tua manus sine controversia fuit. Quidquid ab horum quopiam captum est, id non modo tibi datum, sed tua manu numeratum iudicari necesse est. Nam si hanc defensionem probabitis, «Non accepit ipse:» licet omnia de pecuniis repetundis iudicia tollatis. Nemo umquam tam convictus, tam nocens adducetur, qui ista defensione non possit uti. Etenim cum Verres utatur, quis erit umquam posthac reus tam perditus, qui non ad Q. Mucii innocentiam referatur, si cum isto conferatur? Neque nunc tam mihi isti Verrem defendere videntur, quam in Verre defensionis tentare rationem. 28. Qua de re, iudices, magno opere vobis providendum est. Pertinet hoc ad summam rem publicam et ad existimationem ordinis nostri salutemque sociorum. Si enim innocentes existimari volumus, non solum nos [abstinentes], sed etiam comites nostros praestare debemus. XI. Primum omnium opera danda est, ut eos nobiscum educamus, qui nostrae famae capitique consulant: deinde, si in hominibus eligendis nos spes amicitiae fefellerit, ut vindicemus, missos faciamus, semper ita vivamus, ut rationem reddendam nobis arbitremur. 29. Africani est hoc, hominis liberalissimi — verum tamen ea liberalitas est probanda, quae sine periculo existimationis est, ut in illo fuit —: cum ab eo quidam vetus assectator et ex nu-

---

exemplis Tullianis firmetur, h. l. optimorum codicum auctoritatem sequi maluimus. cf. Zumpt. ad III. §. 171. I. §. 27. coll. IV. §. 67.— 1. *ecquis* Lg14: *et quis* codd. rell., Asc. — *sua si* Lg29. — 2. *veniat -- nemo* om. Lg29; in A B alia manu adscripta sunt. — 3. *HS. CCCC* Lg42 p. m. (cum lineola infra ducta) F. — *cepisse* Lg42 p. m. F prob. Garat. II.: *accepisse* ctt. O. — 4. *non nullum numum* Lg42 p. m. — *cum ob -- iudicia*] sic Lg42 p. m. F M: *cum ob tua decreta ob imperata ob iudicata* (om. *ob edicta)* dtt. O. Firmat Mart. Cap. p. 493 Gr. (428 K.) *ob iudicia, ob imperia.* — 5. *erat*] *est ita* Mart. Cap.— 6. *cuius in manu* vir doctus in Lambiniana Orellii; *in cuius manu* coni. Garat. At cf. §. 27. — *congererentur* Mart. Cap. ed. Capp., non Kopp. — 7. *tui* om. Lg29 Mart. Cap. Aquila R. I. 18. — *scr. acc. med.* Lg42 p. m.: *scr. med. acc.* ctt. O. — *accensi, medici, haruspices, scribae tuae erant manus* Mart. Cap. Aquila R. — 8. *erant manus tuae* edd. nonn. contra codd. — *ut quisque -- attingebat* Lg42 p. m. F M N: *quo quisque -- attingebat* Lg29 A B al.; *ut quisque* (s. *quisquis*) *te familiaritate attigerat* Aquila R. *ut -- affinitate* om. dtt. — 10. *tota illa* Lg42 p. m.: *tota tua illa* Lg29 B; *tua tota illa* A; *tota illa tua* dtt. O.; *tua* ab interprete esse additum iam ex varia vocis collocatione apparet. — 14. *probatis* cod. Urs. — 15. *tam convictus, tam nocens* Lg42 p. m.: *reus tam nocens* A B cod. Urs. Franc. O; *tam reus nocens* Lg29; *tam reus tam nocens* ctt. — 20. *vobis magno opere* dtt. O. — 21. *rem p.* Lg29 42 φ: *reip.* ctt. — *et exist.* Lg42 p. m. — *nostri* Lg42 p. m. M φ: om. ctt. O. — 23. *comites nostros* Lg42 p. m.: *nost. com.* ctt. O. — *omnium* om. Lg42 p. m. — 24. *danda* Lg6 42 48 B: *tanta danda* ctt. — *educamus* Lg42 N φ: *ducamus* ctt. O. — 26. *iudicemus* Lg29 B. — *semper -- arbitremur* Lactant. Div. Inst. VI. 24, 20. — 28. *est ea liberalitas* Lg29; *ea sodalitas est* Lg42 p. m. — 29. *et ex n.* Lg42 p. m. N: *ex num.* ctt. O. Optimorum duorum codicum scripturam non solum ideo recepimus, quod *et* ante

mero amicorum non impetraret, uti se praefectum in Africam duceret, et id ferret moleste: «Noli, inquit, mirari, si tu hoc a me non impetras. Ego iam pridem ab eo, cui meam existimationem caram fore arbitror, peto, ut mecum praefectus proficiscatur, et adhuc impetrare non possum.» Etenim re vera multo magis est petendum ab hominibus, si salvi et honesti esse volumus; ut eant nobiscum in provinciam, quam hoc illis in beneficii loco deferendum. Sed tu, cum et tuos amicos in provinciam quasi in praedam invitabas et cum iis ac per eos praedabare et eos in contione anulis aureis donabas, non statuebas tibi non solum de tuis, sed etiam de illorum factis rationem esse reddendam?

30. Cum hos sibi quaestus constituisset magnos atque uberes ex his causis, quas ipse instituerat cum consilio, hoc est, cum sua cohorte cognoscere: tum illud infinitum genus invenerat ad innumerabilem pecuniam corripiendam. XII. Dubium nemini est, quin omnes omnium pecuniae positae sint in eorum potestate, qui iudicia dant, et eorum, qui iudicant: quin nemo vestrum possit aedes suas, nemo fundum, nemo bona patria obtinere, si, cum haec a quopiam vestrum petita sint, praetor improbus, cui nemo intercedere possit, det quem velit iudicem, iudex nequam et levis, quod praetor iusserit, iudicet. 31. Si vero illud quoque accedit, ut in ea verba praetor iudicium det, ut vel L. Octavius Balbus iudex, homo et iuris et officii peritissimus, non possit aliter iudicare; si iudicium sit eiusmodi: L. OCTAVIVS IVDEX ESTO: SI PARET FVNDVM CAPENATEM, QVO DE AGITVR, EX IVRE QVIRITIVM P. SERVILII ESSE NEQVE IS FVNDVS Q. CATVLO RESTITVETVR: non necesse erit L. Octavio iudici cogere P. Servilium Q. Catulo fundum restituere aut condemnare eum, quem non oporteat? (Eiusdem modi totum ius praetorium, eiusdem modi omnis res iudiciaria fuit in Sicilia per triennium Verre praetore.) Decreta eiusmodi: SI NON ACCIPIT, QVOD TE DEBERE DICIS, ACCVSES: SI PETIT, DVCAS.

---

ex saepe in codd. omittitur, sed etiam propter sententiae rationem. Etenim duplicem causam afferre voluit Cicero, cur homo ille speraret fore, ut Africanus se praefectum in Africam duceret, quod et vetus assectator erat et ex amicorum numero. Est autem genus assectatorum voluntariorum, quibus significare debemus, ut ait Q. Cicero de Petit. cons. §. 37., nos iis in perpetuum summo beneficio obligari. Quo in numero cum esset homo ille et simul in numero amicorum haberetur, iure praefecturam illam postulare sibi visus est. — 1. *uti* Lg42 B φ al.: *ut* Lagg. rell., A. — 2. *tu* om. Lg42 p. m. — *hoc a me* Lg42 p. m.: *a me hoc* ctt. O. — 3. *fore*] *esse* Lg42. [Recte.] — 5. *et honesti* Lg42 M N: om. ctt. — 6. *hoc illis* om. Lg42 p. m. — 8. *et cum iis*] sic emendandum ex eo quod est in Lg42 p. m.: *et cum his*: *et cum illis* Lg29 A B O; *ac cum illis* ctt. — 9. *de tuis* Lg42 p. m. φ: *de te* ctt. O. — 11. *ex iis* L. — 12. *constituerat* Lg42 p. m. L. — *cum cons.* 4. cf. §. 57: *cum in cons.* N; *in cons.* dtt. O. — 13. *illud* 4: om. dtt. — *invenerat* om. Lg42 p. m. — 15. *et in eorum* L. — 16. *nemo vestrum* A B Lgg. praeter 42, in quo est *nemo nostrum*, ut vulgo O. — 17. *sint* 4 φ: *sunt* dtt. — 18. *intercedere* Lg42 B N Asc.: *interdicere* ctt. — 19. *quid vero? si* cod. Urs. Iannoct. — 20. *accedit* F: *decedit* Lg42 p. m.; *accedet* A O; *accidit* vel *accidet* ctt. — *L. Oct.* Lg42 p. m. Asc.: *L.* om. ctt. — 21. *iudex* recte contra Lamb. defendunt Zumpt. et Rau. II. p. 144. — 22. *si iud. sit eiusm.* 4 φ: *si iudicium* om. dtt. — *si paret* Lg29 42 B N al.: *si pareret* A; *si apparet* vel *patet* dtt. — 23. *quo de agitur* om. Lg42 p. m. — *ex iure Quir.*] *ex iure Quir. eum* N; *ex iure qua* B, *ex iure aequum (s. equum)* pleriq. codd. — *P.* om. Lg29 A. — 26. *eiusdem modi*] *eiusmodi* Lg42 p. m. et altero loco om. — 28. *petit* Manutius: *patitur* codd. omnes, Asc.; *petitur* edd. nonn. Cf. de h. l. *Massé* Disputatio Literario-Iuridica de M. Tullii Ciceronis oratione in C. Corn. Verrem de Iurisdictione Siciliensi. Lugd. B. 1834. p. 59.

C. Fuficium duci iussit petitorem, L. Suetium, L. Racilium. Iudicia huiusmodi: Qui cives Romani erant, si Siculi essent, cum Siculos eorum legibus dari oporteret: qui Siculi, si cives Romani essent. 32. Verum, ut totum genus amplectamini iudiciorum, prius iura Siculorum, deinde istius instituta cognoscite. XIII. Siculi hoc iure sunt, ut, quod civis cum cive agat, domi certet suis legibus; quod Siculus cum Siculo non eiusdem civitatis, ut de eo praetor iudices ex P. Rupilii decreto, (quod is de decem legatorum sententia statuit, quam illi legem Rupiliam vocant,) sortiatur. Quod privatus a populo petit aut populus a privato, senatus ex aliqua civitate qui iudicet datur, cum alternae civitates reiectae sunt. Quod civis Romanus a Siculo petit, Siculus iudex datur: quod Siculus a civi Romano, civis Romanus datur: ceterarum rerum selecti iudices ex conventu civium Romanorum proponi solent. Inter aratores et decumanos lege frumentaria, quam Hieronicam appellant, iudicia fiunt. 33. Haec omnia isto praetore non modo perturbata, sed plane et Siculis et civibus Romanis erepta sunt; primum suae leges: quod civis cum civi ageret, aut eum iudicem, quem commodum erat, praeconem, haruspicem, medicum suum dabat, aut, si legibus erat iudicium constitutum et ad civem suum iudicem venerant, libere civi iudicare non licebat. Edictum enim hominis cognoscite, quo edicto omnia iudicia redegerat in suam potestatem: SI QVI PERPERAM IVDICASSET, SE COGNITVRVM: CVM COGNOSSET, ANIMADVERSVRVM. Idque cum faciebat, nemo dubitabat, quin, cum iudex alium de suo iudicio putaret iudicaturum seque in eo capitis periculum aditurum, voluntatem spectaret eius, quem statim de capite suo putaret iudicaturum. 34. Selecti ex conventu aut propositi ex negotiatoribus iudices nulli. Haec copia, quam dico, iudicum, cohors non Q. Scaevolae, qui tamen de cohorte sua dare non solebat, sed C. Verris. Cuius modi cohortem putatis hoc principe fuisse? † sicuti videtis edictum: SI QVID PERPERAM IVDICARIT SENATVS. Eum quoque ostendam, si quando sit datus, coactu istius quod non senserit iudicasse. Ex lege Rupilia sortitio

1. *Sufficium* Lg42 p. m. A. — *L. Accilium* Lg42 p. m.; *L. Acilium* φ. Turbant codd. vario in his nominibus. — 2. *cum -- oporteret*] sic Lamb. ex Donat. ad Ter. Phorm. II. 1, 36., qui habet *tum Sic. -- oporteret*, prob. Massé l. l. p. 61.: *tum si eorum legibus dare* (s. *dari*) *oporteret* codd. et Asc. (cuius edd. pr. et Berald. *oportet* praebent.) Steph. sic edidit: *Qui civ. R. erant, Siculi essent, cum Siculi, eorum legibus dari oporteret* ex cod. N., id quod videtur colligi posse ex Varr. Lectt. p. 686., ubi praeterea suspicatur legendum esse: *cum Siculorum legibus* sqq. Adde Rau. II. p. 149., qui verba *tum -- oporteret* ab interprete profecta esse statuit. — 4. *amplectamini* codd.: *complectamini* Asc. O. cf. I. §. 109. 110. — 5. *cum civi* L. — 8. *illi legem* Lg42 φ: *legem Siculi* dtt. L; *Siculi legem* Lg29 A B. — 12. *civi* Lg42 p. m. Prisc. I. p. 337., quem vide: *cive* ctt. — . . *mano datur* V. — *rerum* om. Lg42 p. m. V. — 13. *civium R. ex conventu* coni. Gronov. Observv. III. 22. At cf. Garat. et Halm. ad Vatin. p. 28. — 16. *suae* codd. praeter N., in quo *sciae*. — *civi* Lg42 p. m. N Prisc.: *cive* ctt. In V. incertum *cive* an *civi* legatur. — 18. *ad suum civem* eV. — 20. *quod edicto* V. — 21. *si qui* 4 N: *si quis* al. — *cognosceret* Lg42 p. m.; *cognovisset* V. — 22. In V verba *cum faciebat* et *dubitabat* oblitterata sunt. — 23. *putaret -- spectaret -- putaret* Lg42 φ: *putaret -- spectet* (?) -- *putaret* V; *putet -- spectet -- putet* ctt. — «Cod. videbatur habere *alius -- iudicaturus*.» Mai. — 25. *ex conventu* Lg42 ut supra §. 32.: *e conv.* ctt. O. Ceterum cf. de h. l. Madv. I. p. 352. — *aut ex . . . positi . . negot.* V. — 28. *sicuti videtis* sqq.] Locus obscurus necdum persanatus. Theod. Mommsenius, quem Halmius consuluit, sic legendum esse proponit: *fuisse, si uti videtis edictum est*, *SI QVI PERP. IVDICARIT? Senatum quoque ostendam* sqq. — *si qui* Lg42 p. m. — 29. *est datus* coni. Halm.

nulla, nisi cum nihil intererat istius. Lege Hieronica iudicia plurimarum controversiarum sublata uno nomine omnia: de conventu ac negotiatoribus nulli iudices. Quantam potestatem habuerit, videtis: quas res gesserit, cognoscite.

XIV. 35. Heraclius est Hieronis filius, Syracusanus, homo in primis domi suae nobilis et ante hunc praetorem vel pecuniosissimus Syracusanorum, nunc nulla alia calamitate nisi istius avaritia atque iniuria pauperrimus. Huic hereditas ad HS facile tricies venit testamento propinqui sui, Heraclii: plena domus caelati argenti optimi multaeque stragulae vestis pretiosorumque mancipiorum: quibus in rebus istius cupiditates et insanias quis ignorat? Erat in sermone res, magnam pecuniam Heraclio relictam: non solum Heraclium divitem, sed etiam ornatum supellectile, argento, veste, mancipiis futurum. 36. Audit haec etiam Verres et primo illo suo leviore artificio Heraclium aggredi conatur, ut eum roget inspicienda, quae non reddat. Deinde a quibusdam Syracusanis admonetur (hi autem quidam erant affines istius, quorum iste uxores numquam alienas existimavit, Cleomenes et Aeschrio, qui quantum apud istum et quam turpi de causa potuerint, ex reliquis criminibus intelligetis): hi, ut dico, hominem admonent rem esse praeclaram, refertam omnibus rebus: ipsum autem Heraclium hominem esse maiorem natu, non promptissimum: eum praeter Marcellos patronum, quem suo iure adire aut appellare posset, habere neminem: esse in eo testamento, quo ille heres esset scriptus, ut statuas in palaestra deberet ponere. Faciemus, ut palaestritae negent ex testamento esse positas: petant hereditatem, quod eam palaestrae commissam esse dicant. 37. Placuit ratio Verri. Nam hoc animo providebat, cum tanta hereditas in controversiam venisset iudicioque peteretur, fieri non posse ut sine praeda ipse discederet. Approbat consilium: auctor est, ut quam primum agere incipiant hominemque id aetatis, minime litigiosum, quam tumultuosissime adoriantur. XV. Scribitur Heraclio dica. Primo mirantur omnes improbitatem calumniae: deinde qui istum nossent, partim suspicabantur, partim plane videbant adiectum esse oculum hereditati. Interea dies advenit, quo die sese ex instituto ac lege Rupilia dicas sortiturum Syracusis iste edixerat: paratus ad hanc dicam sortiendam venerat. Tum eum docet Heraclius non posse eo die sortiri, quod lex Rupilia vetaret diebus xxx sortiri dicam, quibus scripta esset. Dies xxx nondum fuerant. Sperabat Heraclius, si illum diem effugisset, ante alteram sortitionem Q. Arrium, quem provincia tum maxime exspectabat, successurum. 38. Iste omnibus dicis diem distulit et eam diem constituit,

---

3. *gessit* dtt. — 5. *Heracleus* (sic semper) Lg29 B. — 6. *et* om. Lg42 p. m. — 7. *nunc n.*] *nec ulla* Lg42 p. m.— 10. *pretiosorumque* Lg42 p. m. φ coll. §. 47.: *pretiosissimorumque* ctt. O. — 11. *insanias* Lg42 p. m. φ Asc.: *insaniam* ctt. — 12. *relictam* Lg42 A φ: *venisse relictam* Lg29 B; *venisse* dtt. O. — *supellectile* Lg42 p. m. (IV. §. 97.): *supellectili* ctt. O. — 14. *leniore* Lg42 p. m. [Optime!] — *inspiciunda* Lg42 p. m. — 15. *admonetur: hi autem -- intelligetis. Hi* sqq. distinxerat Or. — 16. *uxores iste* dtt. O. — 19. *domum refertam* coni. L. — 21. *suo iure* A Lgg. praeter 42, ex quo, ut ex B, nihil diversitatis a vulg. enotatum est: *iure suo* vulgo, O. — 22. *esset scriptus* Lg42 p. m.: *esset, scriptum* ctt. O. Utrumque per linguae leges licet dicere, nec debebat Zumptius latinitatem vulgatae addubitare, quae defenditur simili exemplo §. 127. In re ancipiti optimum codicem secuti sumus. — 24. *commissam esse* Lg42 N (in A *commissam* a sec. m. additum): *commisisse* ctt. — 38, *dicis* Lg42 p. m. F M: *iudiciis* ctt.

ut hanc Heraclii dicam sortiri post dies xxx ex lege posset. Posteaquam ea dies venit, iste incipit simulare se velle sortiri. Heraclius cum advocatis adit et postulat, ut sibi cum palaestritis, hoc est, cum populo Syracusano, aequo iure disceptare liceat. Adversarii postulant ut in eam rem iudices dentur ex iis civitatibus, quae in id forum convenirent, electi, qui Verri viderentur. Heraclius contra, ut iudices ex lege Rupilia dentur, ut ab institutis superiorum, ab auctoritate senatus, ab iure omnium Siculorum ne recedatur. XVI. 39. Quid ego istius in iure dicundo libidinem et scelera demonstrem? quis vestrum non ex urbana iurisdictione cognovit? quis umquam isto praetore Chelidone invita lege agere potuit? Non istum, ut non neminem, provincia corrupit: idem fuit, qui Romae. Cum id, quod omnes intelligebant, diceret Heraclius, ius esse certum Siculis, inter se quo iure certarent, legem esse Rupiliam, quam P. Rupilius consul de decem legatorum sententia dedisset; hanc omnes semper in Sicilia consules praetoresque servasse: negavit se iudices e lege Rupilia sortiturum; quinque iudices, quos commodum ipsi fuit, dedit. 40. Quid hoc homine facias? quod supplicium dignum libidine eius invenias? Praescriptum tibi cum esset, homo [deterrime et] impudentissime, quem ad modum iudices inter Siculos dares; cum imperatoris populi Romani auctoritas, legatorum decem, summorum hominum, dignitas, senatus consultum intercederet, cuius consulto P. Rupilius de x legatorum sententia leges in Sicilia constituerat; cum omnes ante te praetorem Rupilias leges et in ceteris rebus et in iudiciis maxime servassent: tu ausus es pro nihilo prae tua praeda tot res sanctissimas ducere? tibi nulla lex fuit? nulla religio? nullus existimationis pudor? nullus iudicii metus? nullius apud te gravis auctoritas? nullum exemplum, quod sequi velles? 41. Verum ut institui dicere, quinque iudicibus nulla lege, nullo instituto, nulla reiectione, nulla sorte ex libidine istius datis, non qui causam cognoscerent, sed qui quod imperatum esset iudicarent, eo die nihil actum est, adesse iubentur postridie. XVII. Heraclius interea, cum omnes insidias fortunis suis a praetore fieri videret, capit consilium de amicorum et propinquorum sententia non adesse ad iudicium. Itaque Syracusis illa nocte profugit. Iste postridie mane, cum multo maturius quam um-

---

5. *iis* L. prob. Wesenb. Obsvv. in Sest. p. 41 sq.: *his* codd. — *convenerant* Lg42 p. m. M. Vulgatam recte defendunt distinctione mutata Madv. Op. I. p. 351. Wesenb. l. l., Massé p. 69. Nam vulgo puncto distinguitur post *convenirent*. — 6. *ex lege* A Lg29: *e lege* dtt. O. — 7. *ne ab -- recedatur* Lg42 p. m. — 8. *dicendo* dtt. — 9. *et scelera* N φ: *scelera* Lg42 M; ceteri om. — *commonstrem* N. — 13. *P. Rup. consul* M φ Lg42 Pal. sec.: *praetor Rup. ex S. C.* ctt. — 14. *hanc* Lg42 p. m. φ: *hoc* ctt. O. — 15. *iudices e* om. Lg42 p. m. M. Quamquam utrumque vocabulum per se non necessarium est, tamen h. l. multo est verisimilius [?] librarii socordia ea esse omissa, id quod in optimo cod. Lg42 non raro accidit, quoniam infra §. 42. in eadem re legitur: *ait se iudices ex lege velle sortiri* et §. 44.: *negare non potes te ex lege Rup. sortiri iudices debuisse.* — 17. *hoc homine* Lg42 N M φ: *huic homini* ctt. — *libidine* Lg42 p. m. M φ: *libidini* ctt. O. — 18. *teterrime* φ Pal. sec. cf. §. 22. — *deterrime et* om. Lg42 p. m. M. — 19. *inter Sic. iud.* dtt. O. — 21. *consultu* Lg29 A B. — *P. Rup. de X leg.* Lg42 p. m. M: *P. Rup. ex leg.* F; *P. Rup. praetor* (vel *pr.*) *ex leg.* ctt. — 22. *ante te praetorem* Lg6 42 p. m. M: *ante te PR.* alii codd.; *ante te praetores* dtt. — 23. *et in cet.* 4 M φ: *et* om. dtt. — *et in iud. max.* om. Lg42 p. m. M. — *servassent* Lg42 p. m. M: *observassent* ctt. O. — 28. *reiectione* Lg42 p. m. F M: *religione* ctt. O. — 31. *fort. s. a pr.* 4: *a pr. f. s.* dtt. O. — 32. *illa nocte Syr.* A B Lg29. — 33. *postridie* Lg42 p. m.: *postero die* ctt. O. cf. §. 42.

quam antea surrexisset, iudices citari iubet. Ubi comperit Heraclium non adesse, cogere incipit eos, ut absentem Heraclium condemnent. Illi eum commonefaciunt, ut, si ei videatur, utatur instituto suo nec cogat ante horam decimam de absente secundum praesentem iudicare. Impetrant. 42. Interea sane perturbatus et ipse et eius amici et consiliarii moleste ferre coeperunt Heraclium profugisse. Putabant absentis damnationem praesertim tantae pecuniae multo invidiosiorem fore, quam si praesens damnatus esset. Eo accedebat, quod iudices e lege Rupilia dati non erant: multo etiam rem turpiorem fore et iniquiorem visum iri intelligebant. Itaque hoc dum corrigere vult, apertior eius cupiditas improbitasque facta est. Nam illis quinque iudicibus uti se negat: iubet, id quod initio lege Rupilia fieri oportuerat, citari Heraclium et eos, qui dicam scripserant: ait se iudices ex lege velle sortiri. Quod ab eo pridie, cum multis lacrimis cum oraret atque obsecraret, Heraclius impetrare non potuerat, id ei postridie venit in mentem, ex lege Rupilia sortiri dicas oportere. Educit ex urna tres: iis, ut absentem Heraclium condemnent, imperat. Itaque condemnant. 43. Quae, malum! ista fuit amentia? ecquando te rationem factorum tuorum redditurum putasti? ecquando his de rebus tales viros auditiros existimasti? Petatur hereditas [ea], quae nulla debetur, in praedam praetoris? interponatur nomen civitatis? imponatur honestae civitati turpissima persona calumniae? neque hoc solum, sed ita res agatur, ut ne simulatio quidem aequitatis ulla adhibeatur? Nam, per deos immortales! quid interest, utrum praetor imperet vique cogat aliquem de suis bonis omnibus decedere, an huiuscemodi iudicium det, quo iudicio indicta causa fortunis omnibus everti necesse sit? XVIII. 44. Profecto enim negare non potes te ex lege Rupilia sortiri iudices debuisse, cum praesertim Heraclius id postularet. Sin illud dicis, te Heraclii voluntate ab lege recessisse: ipse te impedies, ipse tua defensione implicabere. Quare enim primum ille adesse noluit, cum ex eo numero iudices haberet, quos postularat? Deinde tu cur post illius fugam iudices alios sortitus es, si eos, qui erant antea dati, utriusque dederas voluntate? Deinde ceteras dicas omnes illo foro M. Postumius quaestor sortitus est, hanc solam tu illo conventu reperiere sortitus. 45. Ergo,

---

2. *incepit* dtt. — *condemnent* Lg29 42 B: *condemnarent* ctt. O. — 3. *si sibi videretur* s *intituo ne cogat* M; *communere faciunt ne sibi videretur niti suo ne cogat* Lg42 p. m. Hinc Klotz: *si sibi videatur*, quod iam Zumptius proposuerat. Grammatica ratio utrumque admittit. (*ne cogat* habent etiam Lg29 A.) — 5. *Interea -- coeperunt* Charis. p. 130. Lind. — 8. *eo accedere* V. — *quod, quoniam iud.* Al. in marg. 1584. — *ex lege* V. — 9. *turpiorem fore* Lg42 p. m. φ: *fore* om. ctt. O. — *iniquiore visu iri intellegebant* V. — 10. *uolt* V. — 11. *se neg.* Lg29 42 p. m. V: *sese negat* ctt. O. — 12. *lege* 4, V: *e lege* ctt. O. — 13. *ait* Lg42 A M V: *aitque* B Lg29; *atque* al. — *ex lege* F: *c lege* Lg42; *c. ex lege* M, *lege* V, *e lege Rupilia* ctt. O. — *cum multis lacr. cum oraret* V et pleriq. codd.: *cum multis lacr. oraret* Lg42 p. m. M; *cum multis lacrimis eum oraret* O. — 14. *atque obsecraret* om. Lg42 p. m. M. — 15. *postridie* Lg42 V Grut. (ex M?): *postero die* Lg29 A B; *postera die* dtt. O. — *ex lege* Lg42 V: *e lege* ctt. O. — 16. *tres* om. V; *triis* Lg42 pr. m. — 17. *et quando* V et alii codd. (bis.) — 19. *ea* om. Lg42 p. m. — 22. *agatur* Lg42 φ: *agitur* ctt. — 24. *huiuscemodi* codd. noti: *huiusmodi* O. — 26. *iudices* 4, N: *iudicium* dtt. O. — 27. *dicis* Lg42: *dices* ctt. O. cf. ad Divin. §. 58. — 28. *tua defens.* 4: *te tua def.* dtt.; *tu tua def.* L O. — 29. *ille* Lg42 p. m.: *ille ipse* ctt. O. — 30. *postularet* Lg42 p. m. A. — 33. *in illo conv.* al. in marg. 1584.

inquiet aliquis, donavit populo Syracusano illam hereditatem. — Primum, si id confiteri velim, tamen istum condemnetis necesse est: neque enim permissum est, ut impune nobis liceat, quod alicui eripuerimus, id alteri tradere. Verum ex ista reperietis hereditate istum ita praedatum, ut perpauca occulte fecerit: populum [quidem] Syracusanum in maximam invidiam sua infamia, alieno praemio pervenisse: paucos Syracusanos, eos, qui se nunc publice laudationis causa venisse dicunt, et tunc participes praedae fuisse et nunc non ad istius laudationem, sed ad communem litium aestimationem venisse. Posteaquam damnatus est absens, non solum illius hereditatis, de qua ambigebatur, quae erat HS tricies, sed omnium bonorum paternorum ipsius Heraclii, quae non minor erat pecunia, palaestrae Syracusanorum, hoc est Syracusanis, possessio traditur. 46. Quae est ista praetura? Eripis hereditatem, quae venerat a propinquo, venerat testamento, venerat legibus; quae bona is, qui testamentum fecerat, huic Heraclio ante aliquanto, quam est mortuus, omnia utenda ac possidenda tradiderat; cuius hereditatis, cum ille aliquanto ante te praetorem esset mortuus, controversia fuerat nulla, mentionem fecerat nemo. XIX. Verum esto: eripe hereditatem propinquis, da palaestritis; praedare in bonis alienis nomine civitatis, everte leges, testamenta, voluntates mortuorum, iura vivorum: num etiam patriis Heraclium bonis exturbare oportuit? Qui simulac profugit, quam impudenter, quam palam, quam acerbe, di immortales, illa bona direpta sunt! quam illa res calamitosa Heraclio, quaestuosa Verri, turpis Syracusanis, miseranda omnibus videbatur! Nam illud quidem statim curatur, ut quidquid caelati argenti fuit in illis bonis ad istum deferatur, quidquid Corinthiorum vasorum, stragulae vestis. Haec nemo dubitabat quin non modo ex illa domo capta et oppressa, verum ex tota provincia ad istum comportari necesse esset. Mancipia quae voluit abduxit, alia divisit: auctio facta est, in qua cohors istius invicta dominata est. 47. Verum illud est praeclarum: Syracusani, qui praefuerant his Heraclii bonis, verbo redigendis, re dissipandis, reddebant eorum negotiorum rationem in senatu: dicebant scyphorum paria complura, hydrias argenteas, pretiosam vestem stragulam, multa mancipia pretiosa Verri data esse; dicebant, quantum cuique eius iussu nummorum esset datum. Gemebant Syracusani, sed tamen patiebantur. Repente recitatur uno nomine HS CCL milia iussu praetoris data esse. Fit maximus clamor omnium non modo optimi cuiusque neque eorum, quibus indignum semper visum erat

---

1. *inquit* Lg1 42 p. m. Eadem diversitas scripturae est ad Herenn. II. §. 34., ubi similiter pronomen *quispiam* est additum. — 4. *istum ita* Lg42 p. m.: *ita istum* ctt. O. — 5. *quidem* om. Lg42 p. m. — 7. *nunc se* Lg29 A B. — 8. *sed ad -- venisse* om. Lg42 p. m. N. — 10. *HS.* *CCC* Lg42 p. m.; *HS. CCC* F M. — 15. *fecerat* M, Arus. M. p. 265: *fecerant* Lg42 p. m.; *fecit* ctt. O. — 16. *ante aliq.* Lg42 vulgo: *aliq. ante* Lg29 A B Arus. Mess.; *aliquanto* om. dtt. — 21. *qui* Lg42 vulgo: *que* s. *quae* ctt. — 24. *iam illud* Lg42 p. m. — 25. Alii distinguunt: *deferatur; quidquid -- vestis, haec* sqq. — 28. *mancupia* F. — *voluerat* Lg42 p. m. — 31. *re dissipandis* Lg42 p. m.: *re dispertiendis* (s. *dispartiendis*) ctt. O. — 32. *compluria* Agroet. p. 2267. — *pretiosas* Lg42 F M. — 33. *stragula* Lg29 A B. — *multa* om. Lg42 pr. m.; *multam* F M. At cf. §. 35. — *data esse Verri* F. — 35. *recitant* Lg29. — 36. *CCC milia* Lg42 p. m. M φ et sic §. 50.; *CCC quinquaginta m.* N et sic §. 50. — *data esse* Lg42 p. m.; *data* ctt. O.

privata bona populi nomine per summam iniuriam erepta, verum etiam ipsi illi auctores iniuriae et ex aliqua particula socii praedae ac rapinarum clamare coeperunt, sibi ut haberet hereditatem. Tantus in curia clamor factus est, ut populus concurreret. XX. 48. Res ab omni conventu cognita celeriter isti domum nuntiatur. Homo inimicus iis, qui recitassent, hostis omnibus, qui acclamassent, exarsit iracundia ac stomacho: verum tamen fuit tum sui dissimilis. Nostis os hominis, nostis audaciam: tamen tum rumore et clamore populi et furto manifesto grandis pecuniae perturbatus est. Ubi se collegit, vocat ad se Syracusanos: qui non posset negare ab illis pecuniam datam, non quaesivit procul alicunde (neque enim probaret), sed proximum, paene alterum filium, quem illam pecuniam diceret abstulisse: ostendit se reddere coacturum. Qui posteaquam id audivit, habuit et dignitatis et aetatis et nobilitatis suae rationem: verba apud senatum fecit: docuit ad se nihil pertinere: de isto, id quod omnes videbant, ne ille quidem obscure locutus est. Itaque illi Syracusani statuam postea statuerunt: et is, ut primum potuit, istum reliquit de provinciaque decessit. 49. Et tamen aiunt eum queri solere nonnumquam se miserum, quod non suis, sed suorum peccatis criminibusque prematur. Triennium provinciam obtinuisti: gener, lectus adolescens, unum annum tecum fuit: sodales, viri fortes, legati tui primo anno te reliquerunt: unus legatus P. Tadius, qui erat reliquus, non ita multum tecum fuit: qui si semper tecum una fuisset, tamen summa cura cum tuae, tum multo etiam magis suae famae pepercisset. Quid est, quod tu alios accuses? quid est, quam ob rem putes te tuam culpam non modo derivare in aliquem, sed communicare cum altero posse? 50. Numerantur illa HS ducenta quinquaginta Syracusanis. Ea quemadmodum ad istum postea per pseudothyrum revertantur, tabulis vobis testibusque, iudices, planum faciam.

XXI. Ex hac iniquitate istius et improbitate, iudices, quod praeda ex illis bonis ad multos Syracusanos invito populo senatuque Syracusano venerat, et illa scelera, quae per Theomnastum et Aeschrionem et Dio-

---

1. *privata bona* Lg42 p. m.: *bona privata* A; *bona privati* ctt. O. Quamquam non erat, cur Zumptius in vocabulo *privati* sic simpliciter dicto offenderet (coll. §. 32. de Legg. III. §. 43. de Invent. I. §. 35.) tamen iure ab optimi codicis auctoritate non recessit. Nam ut h. l. *privata bona*, sic alibi dicuntur *res privatae* (p. Quint. §. 15. Brut. §. 46.) et simpliciter *privata* (Off. I. §. 21.); et oppositionis causa recte adiectivum h. l. priorem locum obtinet. Paulo post valde probabile est, quod de coni. dedit Lamb.: *esse erepta*; vix enim latine dicitur: indig*num* vis*um est* bon*a* erep*ta*. — 5. *isti* 4: *iste* M; om. vulgo O. In M et Lg42 p. m. additur *mutet*. — *iis* L et edd. vett.: *his* codd. noti. — 8. *rumore et clamore pop.* Lg42 p. m.: *rumore populique clamore* A; *rumore populi et clamore* ctt. O. — 10. *qui non posset* Lg42 p. m. M: *qui non possunt* Lg29 A; *quia non possunt* B; *quia non posset* ctt. O. — 13. *et dign.* Lg42 p. m. φ: *et* om. ctt. O. — 15. *ne ille quidem* Lg42 p. m.: *neque ille quidem* ctt. O. prob. Dietsch. Obsvv. critt. in Sallust. Iug. p. 11. — 16. *is* om. Lg42 pr. m. — *ut pr.* Lg42 p. m. φ: *ubi pr.* ctt. O. — 18. *suorum* Lg42 p. m. F M: *comitum* rell. Lagg. — 19. *criminibusque* Lg42: *et criminibus* ctt. O. — *lectus* Lg42 p. m.: *electus* ctt. O. — 22. *ita tecum multum* Lg29 A B prob. Ellendt. Cic. de Orat. Vol. II. p. 14. — *tecum una* Lg42: *una* ctt. O. — 23. *cum* 4: *tum* ctt. O. — 25. *cum altero* 4 φ: *cum aliquo* dtt. — 27. *pseudothyrium* A, *pseudothyron* edd. ante Grut. — 28. *testibusque* Lg42 p. m.: *et testibus* ctt. O. — 31. *et illa scelera, quae per* A B C al.: *etiam illa scelera sunt, quae per* L 1584 (ex F?) Grut. (ex M?) O.; *et illa scelera per* Graev. Nulla varietas ex Lgg. enotatur; sed habere eos, ut est apud Graev., non est credibile.

nysodorum et Cleomenem invitissima civitate facta sunt, primum ut urbs tota spoliaretur, qua de re alius mihi locus ad dicendum est constitutus; ut omnia signa iste per eos homines, quos nominavi, omne ebur ex aedibus sacris, omnes undique tabulas pictas, deorum denique simulacra, quae vellet, auferret; deinde ut in curia Syracusis, quem locum illi bouleuterion nomine appellant, honestissimo loco et apud illos clarissimo, ubi illius ipsius M. Marcelli, qui eum Syracusanis locum, quem eripere belli ac victoriae lege posset, conservavit ac reddidit, statua ex aere facta est, ibi inauratam istius et alteram filio statuam ponerent; ut, dum istius hominis memoria maneret, senatus Syracusanus sine lacrimis et gemitu in curia esse non posset. 51. Per eosdem istius furtorum, iniuriarum uxorumque socios istius imperio Syracusis Marcellia tolluntur maximo gemitu luctuque civitatis: quem illi diem festum cum recentibus beneficiis C. Marcelli debitum reddebant, tum generi, nomini, familiae Marcellorum maxima voluntate tribuebant. Mithridates in Asia, cum eam provinciam totam occupasset, Mucia non sustulit. Hostis, et hostis in ceteris rebus nimis ferus et immanis, tamen honorem hominis deorum religione consecratum violare noluit: tu Syracusanos unum diem festum Marcellis impertire noluisti, per quos illi adepti sunt, ut ceteros dies festos agitare possent. 52. At vero praeclarum diem illis reposuisti, Verria ut agerent et ut ad eum diem, quae sacris epulisque opus essent, in complures annos locarentur. Iam in tanta istius impudentia remittendum aliquid videtur, ne omnia contendamus, ne omnia cum dolore agere videamur. (Nam me dies, vox, latera deficiant, si hoc nunc vociferari velim) quam miserum indignumque sit istius nomine apud eos diem festum esse, qui sese istius opera funditus exstinctos esse arbitrentur. O Verria praeclara! quo, quaeso, accessisti, quo non attuleris istum tecum diem? Etenim quam tu domum, quam urbem adisti, quod fanum denique, quod non eversum atque extersum reliqueris? Quare appellentur sane ista Verria, quae non ex nomine, sed ex manibus naturaque tua

---

1. *civitate illa* Lg42 p. m..— 5. *buleuterion nomine appellant* Lg42 p. m.: *buleuterium nominant* Lg29 A B; *buleuterium vocant* dtt.; *βουλευτήριον vocant* O. (Malim *βουλευτηρίον n. app*. cf. p. Caec. §. 56. 57. Bait.) — 6. *ubi* Lg42 p. m. M φ: *sub* rell. Lagg. — 7. *qui eum S. l., quem erip*. M φ vulgo: *Syr. locum* om. Lg42 p. m.; *qui tum Syr. loc. eum erip*. dtt. — 8. *ac red*. Lg42 p. m.: *et red*. ctt. O. — *ex aere f. est* Lg42 p. m.: *est* om. codd. pleriq. O; *est ex aere f*. φ; om. haec verba M. — 9. *istius* codd.: *isti* vulgo O. — *ponerent* Lg42 p. m. (cf. ad I. §. 75.): *posuerint* ctt. O. — 11. *furt. iniur*. 4: *iniur. furt*. dtt. O. — 12. *Marcellia* Lg42 p. m.: *Marcellea* ctt. O. Cf. IV. §. 151. — 14. *C. Marc*. Lg42 p. m. cod. Par. Lall. (non A B C): *M. Marc*. ctt. — 18. *Syracusanos* Lg29 42 A B M φ: *Syracusanis* dtt. — 19. *impertire* Lg29 42 p. m. F: *impartire* M; *impertiri* A B dtt. cf. Stuerenb. ad Arch. §. 10. p. 68. ed. I. — *noluisti*] *vetuisti* O contra codices. — 20. *agitare* Lg42 p. m. M φ: *agere* ctt. — *possent* Lg42 p. m.: *possint* ctt. — *illis* Lg42 p. m. φ: om. ctt. O. — 21. *Verria* Lg29 42 et sic semper: *Verrea* ctt. O. — *et ut* Lg29 A B: *aut* Lg42 p. m.; *et* dtt. — 22. *iam* 4, Lagg.: *sed iam* vulgo ex cod. Hot. O. — 24. *vociferari* Lg42 φ Grut. (ex M?): *vociferare* ctt. — 26. *arbitrentur* Lg29 A B: *arbitrantur* Lg42; *arbitrarentur* dtt. — 27. *quo, quaeso, accessisti*] Hanc lectionem iam Lamb. commemorat in annotatione, probavit Scheller Obsvv. p. 54., recepit Klotz: *quo accessisti quasi* M N; *acc. quo quasi* Lg42 [de quo Z. tacet]; *quasi acc*. Lg29 A B; *quoquam si acc*. ctt. O. — *istum tecum diem*. Lg42: *tecum ist. diem* ctt. O. — 28. *adisti* pleriq. codd.: *audisti* Lg29 B; *adiisti* O. — 29. *aversum* Prisc. I. p. 466. Ceterum cf. Interpp. ad Plaut. Pseudol. I. 2, 31. — 30. *quod non* Lg42 p. m. — *de moribus* coni. Io. Lucanius.

constituta esse videantur. XXII. 53. Quam facile serpat iniuria et peccandi consuetudo, quam non facile reprimatur, videte, iudices. Bidis oppidum est tenue sane, non longe a Syracusis. Huius longe primus civitatis est Epicrates quidam. Huic hereditas HS quingentorum milium venerat a muliere quadam propinqua, atque ita propinqua, ut, ea etiam si intestata esset mortua, Epicratem Bidinorum legibus heredem esse oporteret. Recens erat illa res, quam ante demonstravi, de Heraclio Syracusano, qui bona non perdidisset, nisi ei venisset hereditas. Huic quoque Epicrati venerat, ut dixi, hereditas. 54. Cogitare coeperunt eius inimici nihilo minus eodem praetore hunc everti bonis posse, quo Heraclius esset eversus. Rem occulte instituunt: ad Verrem per eius interpretes deferunt. Ita causa componitur, ut item palaestritae Bidini peterent ab Epicrate hereditatem, quemadmodum palaestritae Syracusani ab Heraclio petissent. Numquam vos praetorem tam palaestricum vidistis: verum ita palaestritas defendebat, ut ab illis ipse unctior abiret. † Qui statim, cum praesensisset, iubet cuidam amicorum suorum numerari HS LXXX. 55. Res occultari satis non potuit. Per quendam eorum, qui interfuerant, fit Epicrates certior. Primo negligere et contemnere coepit, quod causa prorsus, quod disputari posset, nihil habebat. Deinde, cum de Heraclio cogitaret et istius libidinem nosset, commodissimum putavit esse de provincia clam abire. Itaque fecit: profectus est Rhegium. XXIII. Quod ubi auditum est, aestuare illi, qui pecuniam dederant: putare nihil agi posse absente Epicrate. Nam Heraclius tamen adfuerat, cum primo sunt dati iudices: de hoc, qui antequam in ius aditum esset, antequam mentio denique controversiae facta esset ulla, discessisset, putabant nihil agi posse. Homines Rhegium proficiscuntur. Epicratem conveniunt: demonstrant, id quod ille sciebat, se HS LXXX dedisse: rogant eum, ut sibi id, quod ab ipsis abisset pecuniae, curet: ab sese caveat, quemadmodum velit; de illa hereditate cum Epicrate neminem

---

3. *ab S.* A B. — *hic longe* Non. p. 339. — 4. *huic*] *ei* 42, ut videtur. — 6. *Epicraten* AB al. — 7. *recens* Lg42 p. m.: *recens Syracusana* ctt. O. — 10. *quam Heraclius* V et Guilielmius. [Optime.] — 11. *esset versus* V. — 12. *Bidini* Lg42 p. m. φ: *Bidenses* ctt. O. (*bini perent* V.) — 13. *hereditatem* om. M. — 14. *palaestritam* Lg42 p. m. cod. Urs. At *palaestricus* (παλαιστρικός) i. e. artis luctatoriae peritus eique deditus multo aptius dicitur h. l. Verres, quam *palaestrita* (παλαιστρίτης), i. e. luctator. cf. Klotz. Annal. philol. 1848. Fasc. I. p. 17 sq. — 15. *abiret* Lg42 p. m. V φ: *discederet* ctt. — 16. *quod praesens esset* Lg29 42 p. m. B cod. Urs.: *quod statim praesensisset* V; *quod praesensisset* ctt. codd. noti; *cum praedam sensisset* coni. Rau II. p. 63 sq. *Quod statim cum praesensisset* non male suspicatus est Lamb. *Qui statim, quod praesensisset* Klotz. Locus nondum persanatus. Conf. etiam Massé p. 75. — *amicorum suorum* Lg29 A B V: *suorum am.* ctt. O; *suorum* om. F [et Lg42, de quo Z. erravit.] — *HS. CCC* 4, F. — 17. *potuit* 4, M V φ: *posse* dtt. O. At cf. Stuerenb. ad Arch. p. 50. ed. I.; *potest* Lg27. — *interfuerant* V cod. Hot.: *interfuerat* ctt. — 18. *primum* Lg42 p. m. — *contemnere et neglegere* V. — *quod in causa* V. — 19. *disputari* Lg42 p. m. F M V: *dubitari* ctt. O coll. §. 69. — 20. *et* om. V. — 21. *Regium* V, al. — 22. *pec. ded.* Lg29 A B V: *ded. pec.* ctt. O. — 23. *apsente* (sic saepe) V. — *tamen* pleriq. codd.: *iam* V; *tum* al. — *adfuerat* V al.: *abfuerat* codd. Lagg. omnes. — 24. *primo sunt dati iud.* V: *primo se dat illud* Lg42 p. m.; *primum dati sunt iud.* ctt. O. — *antequam aditum postulatum in ius esset* V. — 25. *antequam -- ulla* om. Lg42. — *denique mentio* O contra codices. — *ulla* Lg29 A B V: om. ctt. O. — 26. *putabat* Lg42 p. m. — *Regium* V. — 27. *et demonst.* Lg42 p. m. — *HS. CCC* Lg42 F M; *SS. LXXX.* V. — 28. *sibi* Lg42 V φ Grut. (ex M?): om. ctt. O. — *abisset* eV: *abesset* codd. et edd. ante Naug.

esse acturum. 56. Epicrates homines multis verbis male acceptos ab se dimittit: redeunt illi Rhegio Syracusas: queri cum multis, ut fit, incipiunt sese HS LXXX nummum frustra dedisse. Res percrebruit et in ore atque sermone omnium coepit esse. Verres rem refert illam suam Syracusanam: ait se velle de illis HS LXXX cognoscere: advocat multos. Dicunt Bidini Volcatio se dedisse: illud non addunt, iussu istius. Volcatium vocat: pecuniam referri iubet. Volcatius animo aequissimo nummos affert, qui nihil amitteret: reddit inspectantibus multis: Bidini nummos auferunt. 57. Dicet aliquis: Quid ergo in hoc Verrem reprehendis, qui non modo ipse fur non est, sed ne alium quidem passus est esse? Attendite: iam intelligetis hanc pecuniam, quae via modo visa est exire ab isto, eam semita revertisse. Quid enim debuit praetor facere, cum consilio cognita causa cum comperisset suum comitem iuris, decreti, iudicii corrumpendi causa, (qua in re ipsius praetoris caput existimatioque ageretur) pecuniam accepisse, Bidinos autem pecuniam contra praetoris famam ac fortunas dedisse? non et in eum, qui accepisset, animadvertisset et in eos, qui dedissent? Tu, qui institueras in eos animadvertere, qui perperam iudicassent, quod saepe per imprudentiam fit, hos pateris impune discedere, qui ob tuum decretum, ob tuum iudicium pecuniam aut dandam aut accipiendam putarant? XXIV. 58. Volcatius idem apud te postea fuit, eques Romanus, tanta accepta ignominia. Nam quid est turpius ingenuo, quid minus libero dignum quam in conventu maximo cogi a magistratu furtum reddere? qui, si eo animo esset, quo non modo eques Romanus, sed quivis liber debet esse, adspicere te postea non potuisset: inimicus, hostis esset tanta contumelia accepta, nisi tecum collusisset et tuae potius existimationi servisset quam suae. Qui quam tibi amicus non modo tum fuerit, quam diu tecum in provincia fuit, verum etiam nunc sit, cum iam a ceteris amicis relictus es, et tu intelligis et nos existimare possumus. An hoc solum argumentum est nihil isto imprudente factum, quod Volcatius ei non succensuit? quod iste nec in Volcatium nec in Bidinos animadvertit? 59. Est magnum argumentum; verum illud maximum, quod illis ipsis

---

1. *male acceptos ab se* V: *ab se m. acc.* Lg29 A B; *male a se acc.* dtt.; *a se mal. acc.* O. Lg42 lectionem vulg. *a se m. a.* videtur habere. — 2. *dimittit* Lg42 p. m. V: *dimisit* ctt. O. — *Regio* V. — *ut fit* Lg42 p. m. V: *ita ut fit* ctt. O. — 3. *se* eV. — *nummum* eV om. — *percrebruit* Lg42: *percrebuit* eV Lgg. rell. O. — *et* V: om. ctt. — 4. *rem refert ill. s. S.* coni. Kahnt p. 45. coll. §. 53.: *rem* om. codd. O. In V verba *ore* -- *Verres* et *ill. s. S.* carie sunt erasa. Madv. Op. I. p. 360.: «Non dubito quin verbum Latinos scenae admonuerit omisso ex familiari consuetudine *fabulae* vocabulo, tamquam *Syracusana* nomen esset. vid. Ter. Hecyr. prol. 2. v. 24. 30. coll. Cic. p. Cluent. §. 86.» Ego vero vehementer dubito; neque enim ullum praeterea verbum h. l. de scena admonet, ut in loco Tulliano p. Cluent. — 5. *se* Lg42 V φ Grut. (ex M?): *sese* ctt. O. — 6. *dicunt* om. Lg42 p. m. — 7. *iubet* Lg42 p. m.: *imperat* ctt. O. — 11. *quae* coni. Hot. et Wyttenb. prob. Or. Zumpt. Kl.: *qua* codd. — 12. *eam* Lg42 p. m.: *eadem* ctt.; *eandem* coni. Hot. Wyttenb. O prob. Massé p. 76. — *facere* 4: om. ctt. O. — *cum cons. cogn. causa* Lg42 p. m.: *cum cons. re cognita* vulgo post Naug.; *consilio recognito* codd. dtt. — 15. *pecuniam* 4, N: om. ctt. O. — 16. *animadvertisset* Lg42 p. m. F (prob. Wesenb. l. l. p. 3. i. e. non animadvertere *debuit?* coll. V. §. 168. ad Att. II. 1, 4): *animadvertisse* O; *animum advertisse* Lg29 A B al. et sic statim post. — 20. *putabant* Lg42 p. m. [recte.] — 23. *si animo esset ex quo* Lg42 p. m.; *si quoque animo est eo quo* F. — 26. *tecum* Lg6: *tamen* 42; *tum* Lagg. rell.; *tecum tum* Zumpt. [*tum* nos expunximus, quoniam Z. de codd. Lagg. erravit. HALM.] — 29. *rel. es* Lg42 p.m.: *rel. sis* ctt.; *sis rel.* O.

Bidinis, quibus iratus esse debuit, a quibus comperit, quod iure agere cum Epicrate nihil possent, etiam si adesset, idcirco suum decretum pecunia esse tentatum: his, inquam, ipsis non modo illam hereditatem, quae Epicrati venerat, sed, ut in Heraclio Syracusano, item in hoc, paulo etiam atrocius, quod Epicrates appellatus omnino non erat, bona patria fortunasque eius Bidinis tradidit. Ostendit enim novo modo, si quis quid ab absente peteret, se auditurum. Adeunt Bidini, petunt hereditatem: procuratores postulant, ut se ad leges suas reiiciat aut ex lege Rupilia dicam scribi iubeat. Adversarii non audebant contra dicere: exitus nullus reperiebatur. Insimulant hominem fraudandi causa discessisse: postulant, ut bona possidere iubeat. 60. Debebat Epicrates nummum nemini: amici, si quis quid peteret, iudicium se passuros, iudicatum solvi satis daturos esse dicebant. XXV. Cum omnia consilia frigerent, admonitu istius insimulare coeperunt Epicratem litteras publicas corrupisse, a qua suspicione ille aberat plurimum: actionem eius rei postulant. Amici recusare, ne quod iudicium, ne qua ipsius cognitio illo absente de existimatione eius constitueretur; et simul idem illud postulare non desistebant, ut se ad leges suas reiiceret. 61. Iste amplam occasionem calumniae nactus ubi videt esse aliquid, quod amici absente Epicrate nollent defendere, asseverat se eius rei in primis actionem daturum. Cum omnes perspicerent ad istum non modo illos nummos, qui per simulationem ab isto exierant, revertisse, sed multo etiam plures eum postea nummos abstulisse, amici Epicratem defendere destiterunt: iste Epicratis bona Bidinos omnia possidere et sibi habere iussit. Ad illa HS ꟾↄ milia hereditaria accessit ipsius antiqua HS quindecies pecunia. Utrum res ab initio ita ducta est? an ad extremum ita perducta? an ita parva est pecunia? an is homo Verres, ut haec, quae dixi, gratis facta esse videantur?

62. Hic nunc de miseria Siculorum, iudices, audite. Et Heraclius ille Syracusanus et hic Bidinus Epicrates expulsi bonis omnibus Romam venerunt: sordidati, maxima barba et capillo, Romae biennium prope fuerunt, quoad L. Metellus in provinciam profectus est; tum isti bene commendati cum Metello una proficiscuntur. Metellus simul ac venit

---

1. *quibus ipse iratus* Lg42 p. m. φ. — *a quibus* codd. noti: *ut a quibus* O. — 3. *pecuni esse temptatum* V. — 7. *ab absente* coni. Angelii: *de absentem* (vel *apsentem*) V; *absente* ctt.; *de absente* Kl. [recte!] — *se* om. V. — *bidini qui petunt* V. — 8. *reiciat* V. — 9. *dicam* Lg29 A B eV: *litem* Lg42 p. m.; *legem* dtt. — *iuberet* V. — *adversari* V, Lg42 p. m. — 10. *nullus reppor. exitus* V. — 11. *iubeat* Lg42 p. m. N V φ: *liceat* ctt. O. — 12. *nummum nemini* V (cf. V. 51, 135.): *num. nullum nem.* 4; *nullum num. nemini* N (?), codd. rell. Lagomarsiniani (nullus *ullum n.*) et O. — *iudicium se p.* L. in marg. 1584 (ex F?) (cf. III. 28, 68. p. Quint. 20, 63. 28, 87. ibiq. Keller in Semestr. lib. I. et p. 121. not. 18.): *in iudicio, se p.* Lg42 p. m. Zumpt; *iudicio se p.* V. cett. prob. Klotz. (Alii distinguunt: *iudicio, se p.*) — 13. *consilia* 4, F M eV: *iudicia* dtt. O. — 14. *Epicraten* V. dtt. et sic infra. — 16. *ne quod iudicium* V: *ne quod neve iud.* codd. Lagom.; *ne quod novum iud.* edd. vett. O. — 17. *illut item* V. — 18. *reiceret* V. — 19. *occ. cal.* om. V; *occas.* om. Lg42 p. m.; *calumniae* om. Lg29 A B. — *absente Epicrate* Lg42 p. m. F M eV: *absentem Epicratem* ctt. O. — 20. *adseverat* V Lg29. — 21. *daturum* 4, V: *esse dat.* ctt. O. — 23. *Epicraten* Lg29 V. — 25. *ꟾↄ milia*] *ꟾↄL* V. — *antiqua ∞ ꟾↄ pec.* V. — 26. *educta* Lg42 p. m. — *perducta* Lg42 p. m. eV: *perd. est* ctt. O. — 27. *homo* om. Lg42 p. m. — *is*] *his* V Lg29 42. — 31. *biennio* V. — 32. *fuerunt quoad* Maius: *fuerunt quod ad* V; *fuerunt. Quum* ctt. O. — *L. Met.* Lg42, eV: *Q. Met.* Lgg. rell., A B. — *hinc prof. in prov.* Lg42 p. m. — 33. *simul advenit* Lg42 p. m. A φ. At cf. §. 64.

Syracusas, utrumque rescidit et de Epicrate et de Heraclio. In utriusque bonis nihil erat, quod restitui posset, nisi si quid moveri loco non potuerat. XXVI. 63. Fecerat hoc egregie primo adventu Metellus, ut omnes istius iniurias, quas modo posset, rescinderet et irritas faceret. Quod Heraclium restitui iusserat ac non restituebatur, quisquis erat eductus senator Syracusanus ab Heraclio, duci iubebat: itaque permulti ducti sunt. Epicrates quidem continuo est restitutus. Alia iudicia Lilybaei, alia Agrigenti, alia Panormi restituta sunt. Census, qui isto praetore sunt habiti, non servaturum se Metellus ostenderat: decumas, quas iste contra legem Hieronicam vendiderat, sese venditurum Hieronica lege edixerat. Omnia erant Metelli eiusmodi, ut non tam suam praeturam gerere, quam istius praeturam retexere videretur. 64. Simul atque ego in Siciliam veni, mutatus est. Venerat ad eum illo biduo Laetilius quidam, homo non alienus a litteris: itaque eo iste tabellario semper usus est. Is epistolas complures attulerat, in his unam domo, quae totum immutarat hominem. Repente coepit dicere se omnia Verris causa velle: sibi cum eo amicitiam cognationemque esse. Mirabantur omnes hoc ei tum denique in mentem venisse, posteaquam tam multis eum factis decretisque iugulasset. Erant qui putarent Laetilium legatum a Verre venisse, qui gratiam, amicitiam cognationemque commemoraret. Ex illo tempore a civitatibus laudationes petere, testes non solum deterrere verbis, sed etiam vi retinere coepit. Quod nisi ego meo adventu illius conatus aliquantum repressissem et apud Siculos non Metelli, sed Glabrionis litteris ac lege pugnassem, tam multos huc evocare non potuissem. XXVII. 65. Verum, quod institui dicere, miserias cognoscite sociorum. (Heraclius ille et Epicrates longe mihi obviam cum suis omnibus processerunt:) venienti Syracusas egerunt gratias flentes: Romam decedere mecum cupiverunt. Quod erant mihi oppida complura etiam reliqua, quae adire vellem, constitui cum hominibus, quo die mihi Messanae praesto essent. Eo mihi nuntium miserunt se a praetore retineri. Quibus ego testimonium denuntiavi, quorum nomina edidi Metello, cupidissimi veniendi, maximis iniuriis affecti, adhuc non venerunt. Hoc iure sunt socii, ut iis ne deplorare quidem de suis incommodis liceat.

---

1. *rescidit* Lg42 p. m. φ: *rescindit* V ctt. — 2. *nisi si* Lg29 42 p. m. B φ: *nisi* eV ctt. O. — *quid* Lg42 p. m. φ: *quod* eV ctt. O. — 3. *potuerat* Lg42 p. m. F: *poterat* eV ctt. O. — *hoc* Lg42 p. m.: *haec* ctt. O. — 4. *inritas* (sic saepe) V. — 5. *quod Heraclium* F: *quod Heraclio* Lg42 p. m. M; *Heraclium* eV ctt. O. — *ac* Lg42 F: om. ctt. O. — *restituebantur* Lg42 V. — *quis* V. — *eductus* F N V cett. codd. noti: *ductus* edd. vett. — 7. *est rest.* Lg29 A B V: *rest. est* ctt. O. — 8. *alia Parnormi* om. Lg42 p. m. V. — 10. *edixerat* Lg42 N L. edit. princ. 1471. cf. §. 66: *dixerat* eV ctt. O. — 11. *ut non tam -- videretur* Lg29 A B V φ (in hoc tamen *praeturam* altero loco om.): *ut non tam suam pr. ret. videretur* Lg42 p. m. N. [sed abest a 42 p. m. *ret. vid.*]; *ut totam ist. pr. ret. vid.* dtt. O. — 13. *Laetilius* V: *Lelius* Lg42 p. m.; *M. Letilius* ctt. O. cf. v. 19. §. 138. — 14. *usus est semper* Lg29; *semper* om. Lg42 p. m. — 15. *epistulas conplures* V. — *mutarat* V. — 19. *Laetilium*] Vid. v. 11. — 21. *laudationes* Lg42 eV φ: *laudationem* ctt. — 22. *nisi ego* Lg42 p. m. V: *ego nisi* ctt. O. — *aliquantulum* dtt. O. — 23. *aput* (sic saepe) V. — 24. *multos*] *multos testes* eV. [Recte !] — 25. *sociorum* Lg42 V φ: *Siculorum* ctt. O. — 26. *Syracusis* Lg42 p. m. — 27. *mecum decedere* eV. — *cupierunt* O contra codd. — 28. *oppida mihi* eV. — *tum hom.* Lg42 p. m. — 29. *quo die*] *quod idem* V. — *praesto adessent* V. At *praesto esse*, Tullio usitatissimum, sexcenties in his orationibus legitur, numquam *praesto adesse*. Sic infra §. 72. extr. *essem* in codd. dett. mutatum est in *adessem*. — 31. *edidi nomina* eV. — 32. *adfecti ad hunc* V. — *ut his* V.

66. Iam Heraclii Centuripini, optimi nobilissimique adolescentis, testimonium audistis: a quo HS c milia per calumniam malitiamque petita sunt. Iste poenis compromissisque interpositis HS cccc extorquenda curavit; quodque iudicium secundum Heraclium de compromisso factum erat, cum civis Centuripinus inter duos cives diiudicasset, id irritum iussit esse eumque iudicem falsum iudicasse iudicavit: in senatu esse, locis commodisque publicis uti vetuit. Si quis eum pulsasset, edixit sese iudicium iniuriarum non daturum: quidquid ab eo peteretur, iudicem de sua cohorte daturum, ipsi autem nullius actionem rei sese daturum. 67. Quae istius auctoritas tantum valuit, ut neque illum pulsaret quisquam, cum praetor in provincia sua verbo permitteret, re hortaretur, neque quisquam ab eo quidquam peteret, cum iste calumniae licentiam sua auctoritate ostendisset. Ignominia autem illa gravis tam diu in illo homine fuit, quam diu iste in provincia mansit. Hoc iniecto metu iudicibus novo more, nullo exemplo, ecquam rem putatis esse in Sicilia nisi ad nutum istius iudicatam? Utrum id solum videtur esse actum, quod est tamen actum, ut haec Heraclio pecunia eriperetur? an etiam illud, in quo praeda erat maxima, ut nomine iudiciorum omnium bona atque fortunae in istius unius essent potestate?

XXVIII. 68. Iam vero in rerum capitalium quaestionibus quid ego unam quamque rem colligam et causam? Ex multis similibus ea sumam, quae maxime improbitate excellere videbuntur. Sopater quidam fuit Halicyensis, homo domi suae cum primis locuples atque honestus. Is ab inimicis suis apud C. Sacerdotem praetorem rei capitalis cum accusatus esset, facile eo iudicio est liberatus. Huic eidem Sopatro iidem inimici ad C. Verrem, cum is Sacerdoti successisset, eiusdem rei nomen detulerunt. Res Sopatro facilis videbatur, et quod erat innocens et quod Sacerdotis iudicium improbare istum ausurum non arbitrabatur. Citatur reus: causa agitur Syracusis: crimina tractantur ab accusatore ea, quae erant antea non solum defensione, verum etiam iudicio dissoluta. 69. Causam Sopatri defendebat Q. Minucius, eques Romanus in primis splendidus atque honestus vobisque, iudices, non ignotus. Nihil erat in causa, quod metuendum aut omnino quod dubitandum videretur. Interea istius libertus et accensus Timarchides, qui est, id quod ex plurimis testibus priore actione didicistis, rerum huiuscemodi omnium transactor et administer,

1. *adulescentis testumonium* V. — 2. *c milia*] *ccc I ↄↄↄ* V. — 3. *iste ad praesens poenis* V. — *compromissis* V. — *HS cccc* codd. praeter V, in quo est *HS ccc I ↄↄↄ*; *HS ccc* O. — 4. *de compromisso* Lg42 p. m. φ: *compromisso* (om. *de*) V; *de compromissis* ctt. O. — 5. *cum* Lg6 42 p. m. V: *quod* ctt. O. — *duos* F V: *duo* ctt. O. — *diiudicasset* Lg42 p. m. F: *iudicasset* eV ctt. O. — 6. *iudicem*] *iudicio* V. — *falso* H [non item Lg42, de quo Zumptius erravit.] — *esse* Lg42 p. m. φ: *ne esse* V; *ne esset* ctt. O. — 9. *rei se daturum* V. — 11. *praetor*] *populus Romanus* V. Cf. §. 139. — 12. *suam auctoritatem* V. — 13. *ostendisset* Lg42 p. m. V φ: *possedisset* ctt.; *dedisset* O; *praebuisset* Naug. — 14. *mansit* eV plerique: *fuit* Lg29 p. m.; *in illo h. haesit* (vel *mansit*), *quamdiu -- fuit* coni. Lb. — 15. *more*] *iure* V. Ambiguum videri potest, utrum praeferas, cum utrumque non ineptam praebeat sententiam. Ad vulgatam confer §. 93. «*novo modo, nullo exemplo*» §. 114. «*novo more*» V. §. 68. p. Caec. §. 36. «*more et exemplo.*» *Ius* et *exemplum* iunguntur III. §. 182. 198. (118?) — *et quam* V, *hecquam* Lg42. — 17. *haec* 4, φ: om. ctt. O. — *illud*] *illum* V. — 19. *unius istius* N. — *potestatem* F N. — 22. *excellere*] *et scelere* Lg29 V. — 23. *Halyciensis* Lg29 V. — *cum in primis* V. — 25. *iidem*] *idem* V Lg29. — 31. *Mutius* Lg42. — 34. *Timarchides* Lg42 p. m.: *idem Timarch.* ctt. O. — 35. *huiuscemodi* codd.: *huiusmodi* O.

ad Sopatrum venit, monet hominem, ne nimis iudicio Sacerdotis et causae suae confidat: accusatores inimicosque eius habere in animo pecuniam praetori dare: praetorem tamen ob salutem malle accipere, et simul malle, si fieri posset, rem iudicatam non rescindere. Sopater, cum hoc illi improvisum atque inopinatum accidisset, commotus est sane, neque in praesentia Timarchidi quid responderet habuit nisi se consideraturum, quid sibi esset faciendum: et simul ostendit se in summa difficultate esse nummaria. Post ad amicos rettulit; qui cum ei fuissent auctores redimendae salutis, ad Timarchidem venit. Expositis suis difficultatibus hominem ad HS LXXX perducit eamque ei pecuniam numerat. XXIX. 70. Posteaquam ad causam dicendam ventum est, tum vero sine metu, sine cura omnes erant, qui Sopatrum defendebant. Crimen nullum erat: res erat iudicata: Verres nummos acceperat. Quis posset dubitare, quidnam esset futurum? Res illo die non peroratur: dimittitur iudicium. Iterum ad Sopatrum Timarchides venit: ait accusatores eius multo maiorem pecuniam praetori polliceri, quam quantam hic dedisset: proinde si saperet, videret. Homo, quamquam erat et Siculus et reus, hoc est, et iure iniquo et tempore adverso, ferre tamen atque audire diutius Timarchidem non potuit. Facite, inquit, quod libet; daturus non sum amplius. Idemque hoc amicis eius et defensoribus videbatur, atque eo etiam magis, quod iste, quoquo modo se in ea quaestione praebebat, in consilio tamen habebat homines honestos e conventu Syracusano, qui Sacerdoti quoque in consilio fuerant tum, cum est idem hic Sopater absolutus. Hoc rationis habebant, facere eos nullo modo posse, ut eodem crimine isdem testibus Sopatrum condemnarent iidem homines, qui antea absolvissent. 71. Itaque hac una spe ad iudicium venitur. Quo posteaquam ventum est, cum in consilium frequentes convenissent iidem, qui solebant, et hac spe tota defensio Sopatri niteretur, consilii frequentia et dignitate, et quod erant, ut dixi, iidem, qui antea Sopatrum eodem illo crimine liberarant: cognoscite hominis apertam ac non modo non ratione, sed ne dissimulatione quidem tectam improbitatem et audaciam. M. Petilium, equitem Romanum, quem habebat in consilio, iubet operam dare, quod rei privatae iudex esset. Petilius recusabat, quod suos amicos, quos sibi in consilio esse vellet, ipse Verres retineret in consilio. Iste, homo liberalis, negat se quemquam retinere eorum, qui Petilio vellent adesse. Itaque disce-

2. *suae* 4, φ: om. ctt. O. — 3. *ob salutem* Lg29 A B L: *a salute* Lg42 p. m. φ; *absolute* dtt.; *eo absoluto* al. in marg. 1584; *ab salute* coni. Ern. O. — 5. *convictus est sane* Lg42 p. m. — 7. *sibi* Lg42 p. m. M: *sibi de ea re* ctt. O.— 7. *suprema* Lg42 p. m.— 11. *sine metu* om. Lg42 p. m.— 13. *res erat* Lg42 p. m.: *erat* om. ctt. O.— *quis posset* Lg42, vulgo: *qui possit* pleriq. codd. — 16. *si saperet*] *saperet* Lg42 p. m. M. At cf. III. §. 69. «si saperent, ut transigerent.» — 17. *videret* Lg42 p. m. F M: *videret, quid sibi esset faciendum* ctt. O. «Certe quae ab optimis MSS. absunt, necessaria non sunt. Optimum est *proinde, si saperet, videret* h. e. sibi caveret, huic rei provideret. cf. Victor. ad V. ad Att. 1. XIV. 21. Heins. ad Ovid I. Art. Am. 587. Omnis deliberatio, cautio, curatio inest in verbo *videret.*» Garat. II. — 19. *libet* Lg42 p. m. M: *vobis libet* ctt. O. — 21. *in consilio tamen* Lg42 p. m.: *tamen in c.* ctt. O. — 22. *Sacerdoti* Lg42 φ Grut. (ex M?): *Sacerdotis* plerique codd. cf. §. 81. — 23. *est* Lg42 p. m. F: *esset* ctt. O. — 24. *eisdem* Lg42 p. m. — 26. *est ventum* A B C Lgg. praeter 6. et 42. — 27. *venissent* Lg29. — *spe* Lg42 p. m.: *una spe* ctt. O. — 32. *habebat* 4, N: *habet* dtt. — 34. *retineret in consilio* Lg42 p. m.: *in consilio* om. ctt. O. Sic infra §. 74. om. *in consilium* codd. dtt.

dunt omnes. Nam ceteri quoque impetrant ne retineantur, qui se velle dicebant alterutri eorum, qui tum illud iudicium habebant, adesse. Itaque iste solus cum sua cohorte nequissima relinquitur. 72. Non dubitabat Minucius, qui Sopatrum defendebat, quin iste, quoniam consilium dimisisset, illo die rem illam quaesiturus non esset, cum repente iubetur dicere. Respondet: Ad quos? Ad me, inquit, si tibi idoneus videor, qui de homine Siculo ac Graeculo iudicem. Idoneus es, inquit; sed pervellem adessent ii, qui adfuerant antea causamque cognorant. Dic, inquit: illi adesse non possunt. Nam hercule, inquit Minucius, me quoque Petilius, ut sibi in consilio essem, rogavit. Et simul a subselliis abire coepit. 73. Iste iratus hominem verbis vehementioribus prosequitur atque ei gravius etiam minari coepit, quod in se tantum crimen invidiamque conflaret. XXX. Minucius, qui Syracusis sic negotiaretur, ut sui iuris dignitatisque meminisset, et qui sciret ita se in provincia rem augere oportere, ut ne quid de libertate deperderet, homini, quae visa sunt et quae tempus illud tulit et causa, respondit: causam sese dimisso atque ablegato consilio defensurum negavit. Itaque a subselliis discessit, idemque hoc praeter Siculos ceteri Sopatri amici advocatique fecerunt. 74. Iste quamquam est incredibili importunitate et audacia, tamen subito solus destitutus pertimuit et conturbatus est: quid ageret, quo se verteret, nesciebat. Si dimisisset eo tempore quaestionem, post illis adhibitis in consilium, quos ablegaverat, absolutum iri Sopatrum videbat: sin autem hominem miserum atque innocentem ita condemnasset, cum ipse praetor sine consilio, reus autem sine patrono atque advocatis fuisset iudiciumque C. Sacerdotis rescidisset: invidiam se sustinere tantam non posse arbitrabatur. Itaque aestuabat dubitatione: versabat se in utramque partem non solum mente, verum etiam corpore, ut omnes, qui aderant, intelligere possent, in animo eius metum cum cupiditate pugnare. Erat hominum conventus maximus, summum silentium, summa exspectatio, quonam esset eius cupiditas eruptura: crebro se accensus demittebat ad aurem Timarchides. 75. Tum iste aliquando: Age, dic, inquit. Reus orare atque obsecrare, ut cum consilio cognosceret. Tum repente iste testes citari iubet: dicit unus et alter breviter: nihil interrogatur: praeco DIXISSE pronuntiat. Iste, quasi metueret, ne Petilius privato illo iudicio transacto aut prolato cum ceteris in consilium rever-

---

1. *se nolle* Lg1 6 27 H. Mein. probb. Facio et Beckio. «Sed *alterutri* equidem explico aut Verri aut Petilio; tum vero, cum crederent Verrem dimissurum esse totum de Sopatro iudicium, cum Petilio abierunt. Vulgo explicant *alterutri — qui iudicium habebant* de reo (Sopatro) eiusque accusatore; at Sopatri amici advocatique discedunt demum §. 73. *Iudicium habere* ergo h. l. significat *exercere, iudicio praeesse.*» Or. cf. Rau II. p. 196 sq. — 6. *respondet* om. Lg42 p. m. — *Respondet abiisse iudices. An non, inquit, tibi idoneus* cod. Urs. (?) — 7. *es* om Lg42 p. m. — 9. *Minucius* Lg42 p. m.: *Q. Min.* ctt. O. — 10. *essem* Lg42 p. m.: *adessem* ctt. O. — *ut simul* 4. — 11. *ire* Lg42 p. m. MS. ap. Graev. — 13. *conflaret* Lg42 p. m. φ: *conflarit* ctt. — 15. *augere* Naug.: *agere* codd. noti. — 16. *causam -- negavit* Eutych. II. 7. p. 183. Lind. — 22. *in consilium* 4, N: om. dtt. O. — *ablegaverat* Lg42: *ablegarat* ctt. O. — 23. *ita* Lg29 42 B: om. ctt. O. — 25. *tantam non posse* Lg29 A B: *non posse tantam* ctt. O. — 28. *cum cupiditate* 4, M N: *cupiditatemque* dtt. O. — 30. *se acc. dem.* 4: *dem. se acc.* dtt. O. Sed *dimittebat* codd. omnes; *demittebat* est a Lambino. — 32. *reus -- obsecrare* Lg42 p. m. M φ: *Sopatrus implorare deum fidem atque hominum, obsecrare* Lg29 A B; *Sop. impl. hom. atque deum fidem* dtt. O. — 35. *aut prolato* coni. Zumpt: *aut perlato* M; *et perlato* Lg42 p. m.; *aut dilato* ctt. O.

teretur, ita properans de sella exsilit: hominem innocentem, a C. Sacerdote absolutum, indicta causa de sententia scribae, medici haruspicisque condemnat.

XXXI. 76. Retinete, retinete hominem in civitate, iudices: parcite et conservate, ut sit qui vobiscum res iudicet, qui in senatu sine ulla cupiditate de bello et pace sententiam ferat. Tametsi minus id quidem nobis, minus populo Romano laborandum est, qualis istius in senatu sententia futura sit. (Quae enim eius auctoritas erit? quando iste sententiam dicere audebit aut poterit?) quando autem homo tantae luxuriae atque desidiae nisi Februario mense adspirabit in curiam? Verum veniat sane: decernat bellum Cretensibus, liberet Byzantios, regem appellet Ptolemaeum, quae vult Hortensius omnia dicat et sentiat: minus haec ad nos, minus ad vitae nostrae discrimen, minus ad fortunarum nostrarum periculum pertinent.

77. Illud est capitale, illud formidolosum, illud optimo cuique metuendum, quod iste, si ex hoc iudicio aliqua vi se eripuerit, in iudicibus sit necesse est; sententiam de capite civis Romani ferat; sit in eius exercitu signifer, qui imperium iudiciorum tenere vult. Hoc populus Romanus recusat, hoc ferre non potest: clamat permittitque vobis ut, si istis hominibus delectemini, si ex isto genere splendorem ordini atque ornamentum curiae constituere velitis, habeatis sane istum vobiscum senatorem: etiam de vobis iudicem, si vultis, habeatis: de se homines, si qui extra istum ordinem sunt, quibus ne reiiciendi quidem amplius quam trium iudicum praeclarae leges Corneliae faciunt potestatem, hunc hominem tam crudelem, tam sceleratum, tam nefarium nolunt iudicare. XXXII. 78. Etenim si illud est flagitiosum, quod mihi omnium rerum turpissimum maximeque nefarium videtur, ob rem iudicandam pecuniam accipere, pretio habere addictam fidem et religionem: quanto illud flagitiosius, improbius, indignius, eum, a quo pecuniam ob absolvendum acceperis, condemnare, ut ne praedonum quidem praetor in fide retinenda consuetudinem conservet? Scelus est accipere ab reo: quanto maius ab accusatore? quanto etiam sceleratius ab utroque? Fidem cum proposuisses venalem in provincia, valuit apud te plus is, qui pecuniam maiorem dedit. Concedo: forsitan aliquis aliquando eiusmodi quidpiam fecerit. Cum vero fidem ac religionem tuam iam alteri addictam pecunia accepta habueris, post eandem adversario tradideris maiore pecunia: utrumque

---

1. *exsilit* φ: *exilit* Lg42 p. m.; *exsiluit* ctt. O. — *C. Sac.* Lg42 p. m. F: *C.* om. ctt. O. — 3. *condemnat* Lg29 42 B N: *condemnavit* ctt. O. — 5. *vobiscum* pleriq. codd.: *nobiscum* Lg6, Lb. 1584. — 9. *tantae luxuriae atque desidiae* Lg42 p. m.: *tanta luxuria atque desidia* ctt. O. — 10. *ad curiam* Serv. ad Aen. XII. 352. — 15. *illud* Lg42 p. m. 6, 45: *illud*, *illud* ctt. O. — *illud form.* Lg29 42 φ: *illud est form.* ctt. O.— 16. *si ex h. iud.* Lg42: *ex h. iud. si* ctt. O. — 20. *isto* 4: *eo* F; *hoc* ctt. O. — 21. *habeamus* Lg42 p. m. — *istum vobiscum* F: *istum nobiscum* Lg42 p. m.; *vobiscum istum* pleriq. codd.; *vobis istum* cod. Hot. O.— 22. *etiam* Lg42 p. m. F: *istum etiam* N O; *istum* rell. Lagg. — *de nobis* Lg42 p. m. — *si vultis* om. N. — 23. *si qui* codd. praeter cod. Hot., in quo *si* om. Idem de suis narrat Lallem. — *reiiciendi* Lg6, 42: *reiiciundi* ctt. O. — 24. *quam* librariis deberi censet Hand Turs. I. p. 289. — 26. *flag.* Lg42 N: *tam flag.* pleriq. codd.; *iam flag.* coni. Orelli. — 29. *acceperas* Prisc. I. p. 409. — 31. *conservet* Lg42 p. m.: *conservaret* ctt. O. — 35. *iam* Lg42 N φ: om. rell. codd. — *pecunia accepta* om. N. — 36. *adversario* Lg42 φ: *adversariis* ctt. codd. noti. — *credideris* dtt. — *maiori* Lg42 p. m.

falles? et trades cui voles? et ei, quem fefelleris, ne pecuniam quidem reddes? 79. Quem mihi tu Bulbum, quem Staienum? Quod umquam huiuscemodi monstrum aut prodigium audivimus aut vidimus, qui cum reo transigat, post cum accusatore decidat? honestos homines, qui causam norint, ableget a consilioque dimittat? ipse solus reum absolutum, a quo pecuniam acceperit, condemnet pecuniamque non reddat? Hunc hominem in iudicum numero habebimus? hic alteram decuriam senatoriam iudex obtinebit? hic de capite libero iudicabit? huic iudicialis tabella committetur? quam iste non modo cera, verum etiam sanguine, si visum erit, notabit. XXXIII. 80. Quid enim horum se negat fecisse? Illud videlicet unum, quod necesse est, pecuniam accepisse. Quidni iste neget? At eques Romanus, qui Sopatrum defendit, qui omnibus eius consiliis rebusque interfuit, Q. Minucius, iuratus dicit pecuniam datam: iuratus dicit Timarchidem dixisse maiorem ab accusatoribus pecuniam dari. Dicent hoc multi Siculi: dicent omnes Halicyenses: dicet etiam praetextatus Sopatri filius, qui ab isto homine crudelissimo patre innocentissimo pecuniaque patria privatus est. 81. Verum si de pecunia testibus planum facere non possem, illud negare posses aut nunc negabis, te consilio tuo dimisso, viris primariis, qui in consilio C. Sacerdoti fuerant tibique esse solebant, remotis de re iudicata iudicavisse? teque eum, quem C. Sacerdos adhibito consilio, causa cognita, absolvisset, eundem remoto consilio, causa incognita, condemnasse? cum haec confessus eris, quae in foro palam Syracusis, in ore atque in oculis provinciae gesta sunt, negato tum sane, si voles, pecuniam accepisse: reperies, credo, aliquem qui, cum haec quae palam gesta sunt videat, quaerat, quid tu occulte egeris, aut qui dubitet, utrum malit meis testibus an tuis defensoribus credere.

82. Dixi iam ante me non omnia istius, quae in hoc genere essent, enumeraturum, sed electurum ea, quae maxime excellerent. XXXIV. Accipite nunc aliud eius facinus nobile et multis locis saepe commemoratum et eiusmodi, ut in uno omnia maleficia inesse videantur. Attendite diligenter; invenietis enim id facinus natum a cupiditate, auctum per stuprum, crudelitate perfectum atque conclusum. 83. Sthenius est, is qui nobis assidet, Thermitanus, antea multis propter summam virtutem summamque nobilitatem, nunc propter suam calamitatem atque istius

2. *reddes* Lg42 al.: *reddis* pleriq. codd. — *mihi Tubulum* Lg42 p. m. M. At cf. p. Cluent. c. 28.— *Staienum* O: *Stalenum* vel *Scalenum* codd.— 3. *huiuscemodi* Lg42 p. m.: *huiusm.* ctt. O. — 5. *a consilioque* Lg42 p. m. F M: *consilioque* ctt.; *consiliumque* coni. L. — 6. *pecuniam non reddat* Lg42 48. — 7. *in iud. num.* Lg42 p. m. φ: *in num. iud.* N; *iud. numero* ctt. O. «Illud videtur verius; vulgata enim significat: hunc (verum) iudicem censebimus, ducemus? cum potius requiratur: hunc quandocunque inter iudices sedere videbimus?» Or. — 9. *si visus erit* Lg42 p. m. M. Inde coni. Guilielm. *si usus erit.* — 15. *multi Sic.* 4, φ: *Sic omnes* dtt. O. — *omnes* om. Lg29 A B.— 17. *pecuniaque accepta pat.* Lg42 p. m. — 19. *C. Sacerdoti* Lg29 42 A B N φ: *C. Sacerdotis* dtt. — 20. *iudicavisse* 4: *iudicasse* ctt. O.— *C.* om. Lg42 p. m. — 23. *in oculis* Lg42 vulgo: *in* om. pleriq. codd. — 24. *tum* 4, M: om. dtt. O. — *te pecun.* Lg29 B L (marg. 1584). — 28. *ante* Lg42: *antea* ctt. O. cf. Halm ad Pomp. p. 118. infra III. §. 24. — *me*] *iudices, me* L O contra codd. — 29. *delecturum* L prob. Or. I. — 31. *attendite* Lg42 N φ: *att. enim* ctt. — 32. *inv. enim* Lg42 N φ: *enim* om. ctt. — 34. Cum in Lg42 p. m. legatur *his qui*, nescio an recipiendum sit, quod extat ap. Arus. M. p. 211. *hic qui assidet,* praesertim cum alibi quoque de hominibus praesentibus dicatur *hi qui adsunt.* cf. I. §. 103. p. Rosc. A. §. 1. — 35. *summam calam.* Lg6 L.

insignem iniuriam omnibus notus. Huius hospitio Verres cum esset usus et cum apud eum non solum Thermis saepe numero fuisset, sed etiam habitasset, domo eius omnia abstulit, quae paulo magis animum cuiuspiam aut oculos possent commovere. Etenim Sthenius ab adolescentia paulo studiosius haec compararat, supellectilem ex aere elegantiorem et Deliacam et Corinthiam, tabulas pictas, etiam argenti bene facti, prout Thermitani hominis facultates ferebant, satis. Quae, cum esset in Asia adolescens, studiose, ut dixi, compararat non tam suae delectationis causa, quam ad invitationes adventusque nostrorum hominum, suorum amicorum atque hospitum. 84. Quae posteaquam iste omnia abstulit, alia rogando, alia poscendo, alia sumendo, ferebat Sthenius, ut poterat; angebatur animi necessario, quod domum eius exornatam et instructam fere iam iste reddiderat nudam atque inanem: verum tamen dolorem suum nemini impertiebat: praetoris iniurias tacite, hospitis placide ferendas arbitrabatur. 85. Interea iste cupiditate illa sua nota atque apud omnes pervagata cum signa quaedam pulcherrima atque antiquissima Thermis in publico posita vidisset, adamavit: a Sthenio petere coepit, ut ad ea tollenda operam suam profiteretur seque adiuvaret. Sthenius vero non solum negavit, sed etiam ostendit fieri id nullo modo posse, ut signa antiquissima, monumenta P. Africani, ex oppido Thermitanorum incolumi illa civitate imperioque populi Romani tollerentur. XXXV. 86. Etenim, ut simul Africani quoque humanitatem et aequitatem cognoscatis, oppidum Himeram Karthaginienses quondam ceperant, quod fuerat in primis Siciliae clarum et ornatum. Scipio, qui hoc dignum populo Romano arbitraretur, bello confecto socios sua per nostram victoriam recuperare, Siculis omnibus Karthagine capta, quae potuit, restituenda curavit. Himera deleta quos cives belli calamitas reliquos fecerat, ii sese Thermis collocarant in isdem agri finibus neque longe ab oppido antiquo. Hi se patrum fortunam ac dignitatem recuperare arbitrabantur, cum illa maiorum ornamenta in eorum oppido collocabantur. 87. Erant signa ex aere complura, in his eximia pulchritudine ipsa Himera in muliebrem

---

2. *non solum* Lagg. omnes (praeter 42, qui *non* p. m. om.): *non modo solum* A B; *non modo* O. (*cum solum apud eum non modo non T. s. f.* N.) — 3. *omnia domo eius* Lg29 A B. — 5. *haec compararat* ABN: *hanc comp.* Lg42; *hoc comparat* pleriq. codd. — 8. *comparat* Lg29; *comparabat* 7 Lgg. dtt. — 10. *amicorum suorum* Pal. sec., quae collocatio commendatur simili loco §. 107. coll. §. 91; *suorum* om. Lg42 p. m. M. — 12. *ang. animi nec.* M V: *ang. omni nec.* Lg42 p. m.; *angebatur tamen dolore nec.* N; *ang. t. animi dol. nec.* Lg29 A B cod. Lbi; *tangebatur t. a. d. n.* dtt. O. Cf. Zumpt. p. 1032. Klotz. Suppl. ad Tusc. p. 47. Ellendt. ad Brut. p. 434. — *et instr.* Lg42 p. m. V: *atque instr.* ctt. O. — 14. *tacite*] *facile tacite* V. — 15. *iste cup.* Lg42 p. m. V: *cup. iste* ctt. O. — 16. *pervagata* codd. noti: *pervulgata* Ern. ex Ven. — 18. *seseque* V. — 19. *non solum* Lg42 eV, vulgo post Naug: *non solum id* ctt. — *fieri id* Lg29 A B V: *id fieri* ctt. O. — 22. *Africani* Lg42 p. m. eV: *P. Afr.* ctt. O. cf. §. 29. — *et aequitatem* Lg42 N: om. ctt. (*humanitate et equitate* V.) — *agnoscatis* N. — 23. *coeperunt* V. — 25. *arbitrabatur* Lg42. — *sua*] *et sua sponte* V. — 27. *civis* V. — *se* V. — 28. *conlocarant* (sic plerumque) V. — *isdem* (s. *iisdem, hisdem, eisdem*) Lgg. omnes A B C V: *eiusdem* dtt. O. — *nec* V. — 29. *ii se p. fortunas et dignit.* V. [Optime.] — 30. *in illo op.* dtt. — 31. *eximia* 4, V φ: *mira* dtt. O. «Extat haec figura in nummis Himerensium apud Castellium Num. Sic. p. 33, quem vide, atque adeo Stesichori, qualis a Tullio describitur. Nam typi numismatum statuas imitabantur, si quae in urbibus essent artificio praestantes, tum conditorum, tum civium clarorum, tum deorum et fluminum, quorum omnium effigies placebat insculpere. Vide praeterea Burmann. in Siculis p. 363.» Garat. II.

figuram habitumque formata ex oppidi nomine et fluminis. Erat etiam Stesichori poëtae statua senilis, incurva, cum libro, summo, ut putant, artificio facta, qui fuit Himerae, sed et est et fuit tota Graecia summo propter ingenium honore et nomine. Haec iste ad insaniam concupiverat. Etiam, quod paene praeterii, capella quaedam est, ea quidem mire, ut etiam nos, qui rudes harum rerum sumus, intelligere possumus, scite facta et venuste. Haec et alia Scipio non negligenter abiecerat, ut homo intelligens Verres auferre posset, sed Thermitanis restituerat; non quo ipse hortos aut suburbanum aut locum omnino, ubi ea poneret, nullum haberet, sed quod, si domum abstulisset, non diu Scipionis appellarentur, sed eorum, ad quoscumque illius morte venissent: nunc iis locis posita sunt, ut mihi semper Scipionis fore videantur itaque dicantur. XXXVI. 88. Haec cum iste posceret agereturque ea res in senatu, Sthenius vehementissime restitit multaque, ut in primis Siculorum in dicendo copiosus est, commemoravit: urbem relinquere Thermitanis esse honestius quam pati tolli ex urbe monumenta maiorum, spolia hostium, beneficia clarissimi viri, indicia societatis populi Romani atque amicitiae. Commoti animi sunt omnium: repertus est nemo, quin mori diceret satius esse. Itaque hoc adhuc oppidum Verres invenit prope solum in orbe terrarum, unde nihil eiusmodi rerum de publico per vim, nihil occulte, nihil imperio, nihil gratia, nihil pretio posset auferre. Verum tamen hasce eius cupiditates exponam alio loco: nunc ad Sthenium revertar. 89. Iratus iste vehementer Sthenio et incensus hospitium ei renuntiat: domo eius emigrat atque adeo exit; nam iam ante emigrarat. Eum autem inimicissimi Sthenii domum suam statim invitant, ut animum eius in Sthenium inflammarent ementiendo aliquid et criminando. Hi autem erant inimici Agathinus, homo nobilis, et Dorotheus, qui habebat in matrimonio Callidamam, Agathini eius filiam, de qua iste audierat. Itaque ad generum Agathini migrare maluit. Una nox intercesserat, cum iste Dorotheum sic diligebat, ut diceres omnia inter eos esse communia, Agathinum ita observabat, ut aliquem affinem ac propinquum. Contemnere etiam signum illud Himerae iam videbatur, quod eum multo magis figura et lineamenta hospitae delectabant. XXXVII. 90. Itaque hortari homines coepit, ut aliquid Sthenio periculi crearent criminisque confin-

3. *qui fuit* N φ: *ab eo qui f.* ctt. O. — *Himerā* coni. Rau. II. p. 65. — *et est* Lg42 φ: *et* om. ctt. — *Graecia* Lg42 p. m. φ: *in Graecia* ctt. — *supremo* Lg42 p. m. — 4. *concupiverat* Lg42 p. m.: *concupierat* ctt. O. — 5. *etiam quod* sqq. Donat. ad Ter. Hecyr. V. 3, 43. — 6. *possumus* Non. p. 404 et edd. usque ad Lamb.: *possimus* Grut. et seqq. nulla codicum auctoritate allata. cf. Rau. l. l. — 7. fort. *haec et talia*. Cf. Orellium ad Cic. Orator. §. 174. ed. 1830. — 10. *quod* Lg42 N φ: om. ctt. — *appellarentur* Lg29 42 p. m. 45: *appellabantur* A B C 6 Lgg. — 11. *illius* 4: *eius* ctt.; *ipsius* vulgo post Naug. O. — *iis* St. L. O: *his* codd. noti. — 15. *Thermitanis* Lg42 p. m. φ: *Thermitanos* ctt. O. — 21. *imperio*] *iniuria* Lg42 p. m. — *nihil gratia* om. dtt. — *nihil precario* Lg42, 3 codd. Lbi, cod. Hot. — 22. *eius* codd. noti: *huius* vulgo post Lb. 1584. O. — 23. *iratus* 4, M φ: *itaque* dtt. O. — *et inc.* 4: *atque inc.* M φ; *infensus* (om. *et*) dtt. O. — *ei* om. Lg29, A B. [*ei* est in Lg42.] — 24. *migrat* Lg42 p. m. — *adeo*] *abeo* Lg42 p. m. — *emigrarat*] *emigrat* Lg42 p. m.; *migrarat* ctt. O. Nostram coniecturam comprobat Halmius, qui sua sponte in eandem inciderat. Mire vulgatam interpretatur Massé p. 96. — *eum autem statim* Lg29 A B (sic transp. *statim*). — 30. *inter eos omnia* Arus. M. p. 221. — 31. *atque* Kl. edd. ante Naug. — *inpropinquum* Lg29 A.

gerent. Dicebant se illi nihil habere, quod dicerent. Tum iste his aperte ostendit et confirmavit, eos in Sthenium, quidquid vellent, simul atque ad se detulissent, probaturos. Itaque illi non procrastinant: Sthenium statim educunt: aiunt ab eo litteras publicas esse corruptas. Sthenius postulat, ut, cum secum sui cives agant de litteris publicis corruptis eiusque rei legibus Thermitanorum actio sit, senatusque et populus Romanus Thermitanis, quod semper in amicitia fideque mansissent, urbem agros legesque suas reddidisset Publiusque Rupilius postea leges ita Siculis ex senatus consulto de decem legatorum sententia dedisset, ut cives inter sese legibus suis agerent, idemque hoc haberet Verres ipse in edicto, ut de his omnibus causis se ad leges reiiceret. 91. Iste, homo omnium aequissimus atque a cupiditate remotissimus, se cogniturum esse confirmat: paratum ad causam dicendam venire hora nona iubet. Non erat obscurum, quid homo improbus ac nefarius cogitaret; neque enim ipse satis occultarat nec mulier tacere potuerat. Intellectum est id istum agere, ut, cum Sthenium sine ullo argumento ac sine teste damnasset, tum homo nefarius de homine nobili atque id aetatis suoque hospite virgis supplicium crudelissime sumeret. Quod cum esset perspicuum, de amicorum hospitumque suorum sententia Thermis Sthenius Romam profugit. Hiemi sese fluctibusque committere maluit quam non istam communem Siculorum tempestatem calamitatemque vitare. XXXVIII. 92. Iste, homo certus et diligens, ad horam nonam praesto est: Sthenium citari iubet: quem posteaquam videt non adesse, dolore ardere atque iracundia furere coepit, Venerios domum Sthenii mittere, equis circum agros eius villasque dimittere. Itaque dum exspectat, quidnam sibi certi afferatur, ante horam tertiam noctis de foro non discedit. Postridie mane descendit: Agathinum ad se vocat: iubet eum de litteris publicis in absentem Sthenium dicere. Erat eius modi causa, ut ille ne sine adversario quidem apud inimicum iudicem reperire posset quid diceret. 93. Itaque tantum verbo posuit Sacerdote praetore Sthenium litteras publicas corrupisse. Vix ille hoc dixerat, cum iste pronuntiat STHENIVM LITTERAS PVBLICAS CORRVPISSE VIDERI: et hoc praeterea addit homo Venerius novo modo, nullo exemplo, OB EAM REM HS QVINGENTA VENERI ERYCINAE DE STHENII BONIS EXACTVRVM, bonaque eius statim coepit vendere; et vendidisset, si tantulum morae fuisset,

---

1. *his*] An *iis*? — 2. *quidquid vellent* Lg42 F M: *quidq. vellent dicerent* ctt. O. — 3. *tulissent* Lg42 p. m. — *itaque* Lgg. omnes. C. H. (ex A B nihil enotatum): *ita* O. — *illi* uncis inclusit Garat. II. — 4. *publicas* N et, ut videtur, A B. [*publicas* om. omnes Lagg.]— 5. *cum* Lg42 M φ: om. ctt. — 6. *eiusce* M. — *senatusque et pop.* 4: *cum senatus populusque* dtt. O. — 8. *urbem* 4: *urbem et* N O; *urbes* dtt. — 9. *leges* A. — 10. *inter sese* Lg29 A B (de Lg42 incertum): *inter se* al. O. — *haberet* Lg42: *habuerit* ctt. O. — 11. *ad leges suas* coni. Wyttenb. «Male: *leges* simpliciter cum dicit, eo nomine complectitur et Siculas et antiquas et datas ab senatu populoque Romano. Cf. §. 121.» OR. — 12. *a cupiditate* Lg42 p. m. F M N: *a cup. omni* Lg29 A; *a cup. omnium* dtt. — 13. *hora VIIII.* Lg42 p. m. M φ: *hora VIII.* ctt. O. — 20. *sese fl.* Lg42: *fl. sese* ctt. O. — 22. *ad horam VIIII.* Lg42 Grut. (ex M?): *ad horam octavam* ctt. O. — 24. *domum* Lg42 p. m. M: *in domum* ctt. O. — 25. *equis* Lg42 p. m. M: *equites* ctt. O. — *dum* Lg42: *cum* A B 8 Lgg. — 27. *discedit* Lg42: *discessit* ctt. O. — *ad se* Lg42, tres alii: *ad sese* ctt. O. — 31. *hoc* 4: *haec* dtt. O. — 33. *addit* Lg42 φ: *addidit* ctt. O. — 34. *quingenta* de Hot. coni. L: *quingenties* codd. O.

quo minus ei pecunia illa numeraretur. 94. Ea posteaquam numerata est, contentus hac iniquitate iste non fuit: palam de sella ac tribunali pronuntiat, SI QVIS ABSENTEM STHENIVM REI CAPITALIS REVM FACERE VELLET, SESE EIVS NOMEN RECEPTVRVM: et simul, ut ad causam accederet nomenque deferret, Agathinum, novum affinem atque hospitem, coepit hortari. Tum ille clare, omnibus audientibus, se id non esse facturum neque se usque eo Sthenio esse inimicum, ut eum rei capitalis affinem esse diceret. Hic tum repente Pacilius quidam, homo egens et levis, accedit: ait, si liceret, nomen absentis deferre se velle. Iste vero et licere et fieri solere et se recepturum. Itaque defertur. Edicit statim, ut Kalendis Decembribus adsit Sthenius Syracusis. 95. Hic, qui Romam pervenisset satisque feliciter anni iam adverso tempore navigasset omniaque habuisset aequiora et placabiliora quam animum praetoris atque hospitis, rem ad amicos suos detulit, quae, ut erat acerba et indigna, sic videbatur omnibus. XXXIX. Itaque in senatu continuo Cn. Lentulus et L. Gellius consules faciunt mentionem placere statui, si patribus conscriptis videretur, NE ABSENTES HOMINES IN PROVINCIIS REI FIERENT RERVM CAPITALIVM. Causam Sthenii totam et istius crudelitatem et iniquitatem senatum docent. Aderat in senatu Verres, pater istius, et flens unum quemque senatorem rogabat, ut filio suo parceret; neque tamen multum proficiebat: erat enim summa voluntas senatus. Itaque sententiae dicebantur, CVM STHENIVS ABSENS REVS FACTVS ESSET, DE ABSENTE IVDICIVM NVLLVM FIERI PLACERE: ET, SI QVOD ESSET FACTVM, ID RATVM ESSE NON PLACERE. 96. Eo die transigi nihil potuit, quod et id temporis erat et ille, pater istius, invenerat homines, qui dicendo tempus consumerent. Postea senex Verres defensores atque hospites omnes Sthenii convenit: rogat eos atque orat, ne oppugnent filium suum, de Sthenio ne laborent: confirmat iis curaturum se esse, ne quid ei per filium suum noceretur: se homines certos eius rei causa in Siciliam et terra et mari esse missurum. Et erat spatium dierum fere triginta ante Kalendas Decembres, quo die iste, ut Syracusis Sthenius adesset, edixerat. 97. Commoventur amici Sthenii; sperant fore, ut patris litteris nuntiisque filius ab illo furore revocetur. In senatu postea causa non agitur. Veniunt ad istum domestici nuntii litterasque a patre afferunt ante Kalendas Decembres, cum isti etiam tum de Sthenio in integro tota res esset, eodemque [ei] tempore de eadem re litterae complures a multis eius amicis ac necessariis afferuntur. XL. Hic iste, qui prae cupiditate neque officii sui neque periculi neque pietatis neque humanitatis rationem habuisset

2. *iste* Lg42 A B: *ista* Lg29; om. ctt. O.— 6. *se id* Lg27 42 : *sese id* ctt. O; om. M.— 8. *tum* om. Lg42. Cf. §. 97. Hand Turs. III. p. 79. — 9. *absentis nomen* Lg29 A. Cf. §. 101. 102. 103. — 12. *pervenisset* 4, φ: *venisset* dtt. O. — 14. *erat -- videbatur* Lg29 42 B: *erant -- videbantur* ctt. O. — *et ind.* Lg42: *atque ind.* ctt. O. — 16. *L. Gellius* Lg42 M φ: *Lucullus* ctt. — 20. *parcerent* dtt. — 24. *et id*] *id* Lg42 p. m. et 6. — 26. *omnes* om. dtt. — 27. *suum* om. Lg42 p. m. «Male; nam hac pronominis repetitione (cf. §. 95.) Tullius repraesentat patris orationem et imitatur, ut illum ipsi quasi audire videamur.» KAHNT. p. 16. — 28. *iis*] *his* vulgo O. At praecedit *eos*. cf. III. §. 59. — 29. *noceatur* coni. Ern. «Sed dictum est ut §. 94. *ut cum -- diceret*. Inest futuri significatio.» OR. I. — 30. *esse* 4: om. ctt. O.— *fore*] *forte* dtt. — 31. *die* Lg42 M, cod. Lbi: om. ctt. — 33. *illo* A B F M: *incepto* rell. O. — 34. *litteras* Lg42. — 35. *in integro* Lg42 p. m. F. cf. §. 98.: *integra* ctt. O.— 36. *ei* om. Lg42 p. m. [deest varietas apud Z.] — 38. *neque human.* om. Lg42 p. m.

umquam, neque in eo, quod monebatur, auctoritatem patris neque in eo, quod rogabatur, voluntatem anteponendam putavit libidini suae, mane Kalendis Decembribus, ut edixerat, Sthenium citari iubet. 98. Si abs te istam rem parens tuus, alicuius amici rogatu benignitate aut ambitione adductus, petisset, gravissima tamen apud te voluntas patris esse debuisset: cum vero abs te tui capitis causa peteret hominesque certos domo misisset hique eo tempore ad te venissent, cum tibi in integro tota res esset, ne tum quidem te potuit, si non pietatis, at salutis tuae ratio ad officium sanitatemque reducere? Citat reum: non respondit. Citat accusatorem: (attendite, quaeso, iudices, quanto opere istius amentiae fortuna ipsa adversata sit, et simul videte, qui Sthenii causam casus adiuverit:) citatus accusator, M. Pacilius, nescio quo casu non respondit, non adfuit. 99. Si praesens Sthenius reus esset factus, si manifesto in maleficio teneretur, tamen, cum accusator non adesset, Sthenium condemnari non oporteret. Etenim, si posset reus absente accusatore condemnari, non ego a Vibone Veliam parvulo navigio inter fugitivorum ac praedonum ac tua tela venissem, quo tempore omnis illa mea festinatio fuit cum periculo capitis ob eam causam, ne tu ex reis eximerere, si ego ad diem non adfuissem. Quod igitur tibi erat in tuo iudicio optatissimum, me, cum citatus essem, non adesse, cur Sthenio non putasti prodesse oportere, cum eius accusator non adfuisset? Itaque fecit, ut exitus principio simillimus reperiretur: quem absentem reum fecerat, eum absente accusatore condemnat. XLI. 100. Nuntiabatur illi primis illis temporibus, id quod pater quoque ad eum pluribus verbis scripserat, agitatam rem esse in senatu: etiam in contione tribunum plebis de causa Sthenii M. Palicanum esse questum: postremo me ipsum apud hoc collegium tribunorum plebis, cum eorum omnium edicto non liceret Romae quemquam esse, qui rei capitalis condemnatus esset, egisse causam Sthenii; et cum rem ita exposuissem, quem ad modum nunc apud vos, docuissemque hanc damnationem duci non oportere: x tribunos plebis hoc statuisse idque de omnium sententia pronuntiatum esse, NON VIDERI STHENIVM IMPEDIRI EDICTO, QVO MINVS EI LICERET ROMAE ESSE. 101. Cum haec ad istum afferrentur, pertimuit aliquando et commotus est. Vertit stilum in tabulis suis, quo facto causam omnem evertit suam. Nihil enim sibi reliqui fecit, quod defendi aliqua ratione posset. Nam si ita defenderet: recipi nomen absentis licet; hoc fieri in provincia nulla lex vetat: mala et improba defensione, verum aliqua tamen uti videretur.

---

1. *patris neque* 4: *p. nec* dtt. O. — 3. *dixerat* Lg42 p. m. — 5. *adductus* Lg42 p. m. φ: *inductus* ctt. O. — 10. *iudices* Lg29 A F M: *videlicet* Lg42; *videte* ctt.; *iudices videte* vulgo post L 1584. O. — *quanto opere* M: *quantopere* al.— 11. *qui* 4: *quis* dtt. O. — 15. *condemnari* Lg42 p. m.: *damnari* ctt. O. — 19. *ad diem n. adf.* 4: *non adf. ad d.* dtt. O. — *tibi* 4, φ: om. dtt. — 20. *esses* dtt. — *putas* Lg42 p. m. — 21. *ita f.* Lg42 p. m. [Recte.] — 25. *etiam cont.* Lg42 p. m. — *tribunum* om. dtt. — 26. *hoc coll.* Lg29 A B V: *coll. hoc* ctt. O. — 27. *TR. PL. quod cum* V. — *Romae quemq.* Lg29 A B V: *quemq. R.* ctt. O. — 29. *Stheni* V. — *et cum rem ita* Lg42 p. m. B: *et cum ita rem* Lg29 V; *qui cum rem ita* A; *cum rem ita* dtt. O. — 30. *X trib. pl.* F M: *X trib. pl. P. R.* Lg42 p. m.; *X. TR. S. PL.* V; *trib. pl.* ctt. O. — 31. *de* Lg42 p. m. φ eV: om. rell. — 32. *R. lic. esse* V. — 33. *pertimuit* Lg42 M V φ: *timuit* ctt. O. — 36. *recepi nomen absentis; licet h. f. in prov.: nulla lex vetat* Lg29 V. Per se non male; [immo optime!] sed vulgata defenditur iis, quae infra leguntur §. 102. «*licere nomen recipere absentis.*» — 37. *uti*] *ut* V.

Postremo illo desperatissimo perfugio uti posset, se imprudentem fecisse, existimasse id licere. Quamquam haec perditissima defensio est, tamen aliquid dici videretur. Tollit ex tabulis id, quod erat, et facit coram esse delatum.

XLII. 102. Hic videte, in quot se laqueos induerit, quorum ex nullo se umquam expediet. Primum ipse in Sicilia saepe et palam de loco superiore dixerat et in sermone multis demonstrarat licere nomen recipere absentis: se exemplo fecisse, quod fecisset. Haec eum dictitasse priore actione et Sex. Pompeius Chlorus dixit, de cuius virtute antea commemoravi, et Cn. Pompeius Theodorus homo et Cn. Pompeii, clarissimi viri, iudicio plurimis maximisque in rebus probatissimus et omnium existimatione ornatissimus, et Posides Macro Soluntinus homo summa nobilitate, existimatione, virtute: et hac actione quam voletis multi dicent, et qui ex isto ipso audierunt, viri primarii nostri ordinis, et alii, qui interfuerunt, cum absentis nomen reciperetur. Deinde Romae cum res esset acta in senatu, omnes istius amici, in his etiam pater eius hoc defendebat licere fieri saepe esse factum: iste quod fecisset, aliorum exemplo institutoque fecisse. 103. Dicit praeterea testimonium tota Sicilia, quae in communibus postulatis civitatum omnium consulibus edidit, «rogare atque orare patres conscriptos, ut statuerent, ne absentium nomina reciperentur.» Qua de re Cn. Lentulum, patronum Siciliae, clarissimum adolescentem, dicere audistis: Siculos, cum se causam, quae sibi in senatu pro his agenda esset, docerent, de Sthenii calamitate questos esse propterque hanc iniuriam, quae Sthenio facta esset, eos statuisse, ut hoc, quod dico, postularetur. 104. Quae cum ita essent, tantane amentia praeditus atque audacia fuisti, ut in re tam clara, tam testata, tam abs te ipso pervulgata, tabulas publicas corrumpere auderes? At quem ad modum corrupisti? Nonne ita, ut omnibus nobis tacentibus ipsae te tuae tabulae condemnare possent? Cedo, quaeso,

---

1. *illo tamen d.* Lg42 p. m. — 2. *id*] *haec* V. — *est* om. Lg42 p. m. — *tamen* om. A; *tamen ut* Lg29 B (in hoc *tamen* supra *ut* scriptum). — 3. *et* om. Lg42 p. m. Asyndeton quamquam h. l. recte defendi potest, tamen propter similem exitum vocabuli praecedentis *et* in optimo codice, ut alibi, facile omitti potuit. Itaque cod. Vat. reliquorumque omnium auctoritatem h. l. maluimus sequi. — 4. *esse delatum* Lg42 p. m. V: *delatum esse* dtt. O; *coram omnibus esse* A B (om. *delatum*). — 5. *quot*] *quod* V. — *se laq.* Lg42 eV: *laq. se* ctt. — 6. *expediet* V: *videri expediret* Lg29 A; *expediret* ctt. O. — *saepe palam* Lg42 p. m. — 7. *multis idem dem.* V. — 8. *exemplo multorum fecisse* V. Habet hoc additamentum commendationem quandam inde, quod infra legitur: *saepe* esse factum, *aliorum* exemplo fecisse. Sed cum ad sententiam non utique sit necessarium (cf. ad Fam. IV. 3, 1. «*Quod exemplo fit, id iure fieri putant*») et facile ab interpretis manu proficisci potuerit, reliquos omnes codices secuti sumus. — *quod* Lg42 V: *id quod* ctt. O. — 10. *commemoravit CN. Ponpeius* V. — *homo et* Lg42 V φ: om. *et* ctt. O. — *Ponpei* V. — 12. *Possides* pleriq. codd.; *Possidius* V. — *Macro* Lg29 B V: *Maco* A; *in agros* Lg42 p. m.; *Matro* O.— *Soluntinus* Lg29 A B coll. III. §. 103.: *Solutinus* V; *Solentinus* ctt. O. — 13. *virtute ornatissimus et* V Lg42. — 14. *ipso* om. V. — *audierunt* V: *audierint* rell. O.— 15. *fuerunt* Lg29 42 V: *interfuerint* ctt. O. — *primari* V. — 15. *ali* V. — 16. *acta res esset* Lg42, ut videtur; *cum haec ac* . . . V (sic desinens). — 17. *defendebant* susp. Or. Non male; habet tamen codicum scriptura, quo defendatur. — *iste quod* Lg42 p. m. F: *istum quod* ctt. O. — 23. *sibi in s. p. h.* 4: *p. h. s. in s.* dtt. O. Malim tamen pro *his* scribere *iis*. — 25. *hoc* 4, N: om. ctt. — 27. *pervulgata* vulgo inde a Victorio prob. Madv. ad Fin. p. 164.: *promulgata* Lg42; *pervagata* ctt. — 29. *te* Lg42 C: om. pleriq. codd.; alii transp.: *te possent*. — *cedo* Lg42 M N : *quaeso, cod. circumfer* (om. *cedo*) ctt.

codicem, circumfer, ostende. Videtisne totum hoc nomen, coram ubi facit delatum, esse in litura? Quid fuit istic antea scriptum? quod mendum ista litura correxit? Quid a nobis, iudices, exspectatis argumenta huius criminis? Nihil dicimus: tabulae sunt in medio, quae se corruptas atque interlitas esse clamant. 105. Ex his etiam tu rebus effugere te posse confidis, cum te nos non opinione dubia, sed tuis vestigiis persequamur, quae tu in tabulis publicis expressa ac recentia reliquisti? Is mihi etiam Sthenium litteras publicas corrupisse causa incognita iudicavit, qui defendere non potuit, se non ex ipsius Sthenii nomine litteras publicas corrupisse? XLIII. 106. Videte porro aliam amentiam: videte, ut, dum expedire sese vult, induat. Cognitorem adscribit Sthenio. Quem? cognatum aliquem aut propinquum? Non. Thermitanum aliquem, honestum hominem ac nobilem? Ne id quidem. (At Siculum, in quo aliquis splendor dignitasque esset?) Neminem. Quid igitur? Civem Romanum. Cui hoc probari potest? Cum esset Sthenius civitatis suae nobilissimus, amplissima cognatione, plurimis amicitiis, cum praeterea tota Sicilia multum auctoritate et gratia posset: invenire neminem Siculum potuit, qui pro se cognitor fieret? Hoc probabis? An ipse civem Romanum maluit? Cedo, cui Siculo, cum is reus fieret, civis Romanus cognitor factus umquam sit? Omnium praetorum litteras, qui ante te fuerunt, profer, explica: si unum inveneris, ego hoc tibi, quem ad modum in tabulis scriptum habes, ita gestum esse concedam. 107. At, credo, Sthenius hoc sibi amplum putavit, eligere e civium Romanorum numero, ex amicorum atque hospitum suorum copia, quem cognitorem daret. Quem delegit? quis in tabulis scriptus est? C. Claudius C. F. Palatina. (Non quaero, quis hic sit Claudius, quam splendidus, quam honestus, quam idoneus,) propter cuius auctoritatem et dignitatem Sthenius ab omnium Siculorum consuetudine discederet et civem Romanum cognitorem daret: nihil horum quaero. Fortasse enim Sthenius non splendorem hominis, sed familiaritatem secutus est. Quid? si omnium mortalium Sthenio nemo inimicior quam hic C. Claudius, cum semper, tum in his ipsis rebus et temporibus fuit, si de litteris corruptis contra venit, si contra omni ratione pugnavit, utrum potius pro Sthenio inimicum cognitorem esse factum an te ad Sthenii periculum inimici eius nomine abusum esse credemus? XLIV. 108. Ac ne quis forte dubitet, cuius modi hoc totum sit negotium, tametsi iam dudum omnibus istius improbitatem perspicuam esse confido, tamen paulum etiam attendite. Videtis illum subcrispo capillo, nigrum, qui eo vultu nos intuetur, ut

1. *hoc totum* Lg42 p. m. (Recte; cf. v. 36. §. 152. Bait.) Ceterum cf. Augustin. de magistr. c. 16. — 2. *quod mendum* Non. p. 214. Eutyches p. 2174. P. vulgo: *quid mundum* dtt. — 5. *his* Lg42: *istis* ctt. O. — 8. *iudicabit* coni. Hot. — 9. *potuit* Lg42 φGrut. (ex M?): *potuerit* ctt. O. — *ex* om. M et Lg42; *in* L. [recte, ut videtur.] — 10. *amentiam* 4: *dementiam* dtt. O. — 14. *neminem* 4 M φ: *minime* dtt. O. — *quem igitur?* L. — 18. *pro se* om. Lg42. — *probabis* Lg42: *probabitis* ctt. — 21. *ante te* Lg29 A B: *te* om. ctt. O. — 22. *concedo* Lg42 p. m. — 23. *amplum* Lg1 42 p. m.: *amplum esse* ctt. O. — *e civium* Lg42 p. m.: *ex civ.* rell. Lagg. — 29. *fortassis* Lg29 A B. — 31. *innocentior* Lg42 p. m.; *inimicicior* A B M, 7 Lagg. dett. — *cum* 4, al.: *tum* dtt. O. — 32. *ipsis* om. Lg42 p. m. — *contra Verrem v.* Lg29. — 33. *contra omnium rationem* Lg42 p. m. — 34. *an te ad Sth. periculum* 4: *an te in Sth. periculo* vulgo post L, O; *an te Sth. periculum* dtt. — 35. *at* Lg27 42 p. m. — *qui* Lg42. 5. 6. 27. B. — 36. *hoc* Lg42 p. m.: om. ctt. O. — 37. *paululum* Lg48 O.

sibi ipsi peracutus esse videatur, qui tabulas tenet, qui scribit, qui monet, qui proximus est. (Is est C. Claudius, qui in Sicilia sequester istius, interpres,) confector negotiorum, prope collega Timarchidi (numerabatur,) nunc obtinet eum locum, ut vix Apronio illi de familiaritate concedere videatur, et qui se non Timarchidi, sed ipsius Verris collegam et socium esse dicebat. 109. Dubitate etiam, si potestis, quin eum iste potissimum ex omni numero delegerit, cui hanc cognitoris falsi improbam personam imponeret, quem et huic inimicissimum et sibi amicissimum esse arbitraretur? Hic vos dubitabitis, iudices, tantam istius audaciam, tantam crudelitatem, tantam iniuriam vindicare? dubitabitis exemplum iudicum illorum sequi, qui damnato Cn. Dolabella damnationem Philodami Opuntii resciderunt, quod is non absens reus factus esset, quae res iniquissima atque acerbissima est, sed cum ei legatio iam Romam a suis civibus esset data? Quod illi iudices multo in leviore causa statuerunt, aequitatem secuti, vos id statuere in gravissima causa, praesertim aliorum auctoritate iam confirmatum, dubitabitis?

XLV. 110. At quem hominem, C. Verres, tanta, tam insigni iniuria affecisti? cuius absentis nomen recepisti? quem absentem non modo sine crimine et sine teste, verum etiam sine accusatore damnasti? Quem hominem? di immortales! non dicam amicum tuum, quod apud homines carissimum est, non hospitem, quod sanctissimum est: nihil enim minus libenter de Sthenio commemoro, nihil aliud in eo, quod reprehendi possit, invenio, nisi quod homo frugalissimus atque integerrimus te, hominem plenum stupri, flagitii, sceleris, domum suam invitavit; nisi quod, qui C. Marii, Cn. Pompeii, C. Marcelli, L. Sisennae, tui defensoris, ceterorum virorum fortissimorum hospes fuisset atque esset, ad eum numerum clarissimorum hominum tuum quoque nomen adscripsit. 111. Quare de hospitio violato et de tuo isto nefario scelere nihil queror: hoc dico — non iis, qui Sthenium norunt, hoc est, nemini eorum, qui in Sicilia fuerunt: nemo enim ignorat, quo hic in civitate sua splendore, qua apud omnes Siculos dignitate atque existimatione sit: sed, ut illi quoque, qui in ea provincia non fuerunt, intelligere possint, in quo homine statueris exemplum eius modi, quod cum propter iniquita-

---

1. *ipsi* Lg42 edd. ante Ald.: *ipse* ctt. O, quod h. l. non minus aptum et apud Tullium satis usitatum est. cf. Seyffert ad Lael. p. 24. — 2. *Claudius* Lg42: *Clodius* pleriq. codd. Praenomen *C.* in Zumptii codd. desideratur. — 4. *obtineat* dtt. — 5. *Timarchidi* Lg42 p. m.: *Timarchidis* ctt. O. — Ceterum distinctionem toto hoc loco ita mutavimus, ut sententiarum ratio postulat. Ita non opus est [?] Benedicti coniectura, qui pro *et qui* proposuit *ei qui*. — 7. *cogn. falsi* Lg42 p. m. M: *falsi cogn.* N; om. ctt. — 8. *amicissimum* Lg27 42 p. m. M: *amicum* ctt. O. — 9. *dubitabitis* 4, N: *dubitatis* dtt. — 10. *dubitabitis* Lg29 A B: *dubitatis* Lg42 dtt. — 12. *non quod is absens* susp. Beck et Massé p. 102. — 13. *iam* 4: om. ctt. — 15. *aliquorum* F et Lg42 pr. m. — 16. *dubitabitis* Lg29 A B: *dubitatis* Lg42 M dtt. — 17. *et quem* Lg42 p. m. — 18. «Post v. *affecisti* F (et Lg42) addit: *quem hominem absentem de litteris corruptis causa incognita condemnasti?* Videtur tamen explicatio sequentium a magistro aliquo in schola proposita.» Or. I. — 24. *hominem* om. Lg42 p. m. — 25. *Cn. P.* Lg42: *et Cn. P.* pleriq. codd. — 26. *ceterorum* codd. noti: *ceterorumque* O. — *virorum* Lg42 F: om. ctt. — 27. *adscripserit* Lg29 B dtt. — 28. *tuo isto* 4. (cf. ad Divin. §. 31.): *isto tuo* dtt. O. — 29. *hoc dico — non*] «Oratio ἀνακόλουθος est propter interiectas enuntiationes: pergere sic debebat (§. 112.): hominem omnes honores in patria facillime adeptum.» Zumpt. — 33. *statueris* Lg42 p. m.: *tu stat.* ctt. O. — *huiusmodi* Lg42 p. m. dtt. — *cum* 4: *tum* dtt. O.

tem rei, tum etiam propter hominis dignitatem acerbum omnibus atque intolerandum videretur. XLVI. 112. Estne Sthenius is, qui omnes honores domi suae facillime cum adeptus esset, amplissime ac magnificentissime gessit? qui oppidum non maximum maximis ex pecunia sua locis communibus monumentisque decoravit? cuius de meritis in rem publicam Thermitanorum Siculosque universos fuit aenea tabula fixa Thermis in curia, in qua publice erat de huius beneficiis scriptum et incisum? quae tabula tum imperio tuo revulsa, nunc a me tamen deportata est, ut omnes huius honores inter suos et amplitudinem possent cognoscere. 113. Estne hic, qui, apud Cn. Pompeium, clarissimum virum, cum accusatus esset, quod propter C. Marii familiaritatem et hospitium contra rem publicam sensisse eum inimici et accusatores eius dicerent, cumque magis invidioso crimine quam vero arcesseretur, ita a Cn. Pompeio absolutus est, ut in eo ipso iudicio Pompeius hunc hospitio suo dignissimum statueret? ita porro laudatus defensusque ab omnibus Siculis, ut idem Pompeius non ab homine solum, sed etiam a provincia tota se huius absolutione inire gratiam arbitraretur? Postremo, estne hic, qui et animum in rem publicam habuit eius modi et tantum auctoritate apud suos cives potuit, ut perficeret in Sicilia solus te praetore, (quod non modo Siculus nemo, sed ne Sicilia quidem tota potuisset,) ut ex oppido Thermis nullum signum, nullum ornamentum, nihil ex sacro, nihil de publico attingeres, cum praesertim et essent multa praeclara et tu omnia concupisses? 114. Denique nunc vide, quid inter te, cuius nomine apud Siculos dies festi agitantur et praeclara illa Verria celebrantur, cuius statuae Romae stant inauratae, a communi Siciliae, quem ad modum inscriptum videmus, datae, vide, inquam, quid inter te et hunc Siculum, qui abs te est, patrono Siciliae, condemnatus, intersit. Hunc civitates ex Sicilia permultae testimonio suo legationibusque ad eam rem missis publice laudant: te, omnium Siculorum patronum, una Mamertina civitas, socia furtorum ac flagitiorum tuorum, publice laudat, ita tamen novo more, ut legati laedant, legatio laudet: ceterae quidem civitates publice litteris, legationibus, testimoniis accusant, queruntur, arguunt: si tu absolutus sis, funditus eversas se esse arbitrantur. XLVII. 115. Hoc de homine ac de huius bonis etiam in Eryco monte monumentum tuorum flagitiorum crudelitatisque posuisti, in quo Sthenii Thermitani nomen adscriptum est. Vidi argenteum Cupidinem cum lampade. Quid tandem habuit argumenti aut rationis res, quam ob rem in eo potissimum Sthenianum praemium poneretur? utrum hoc signum cupiditatis tuae an tropaeum necessitudinis atque hospitii an amoris indicium esse voluisti? Faciunt hoc homines, quos in summa

---

8. *nunc*] *inde* N. — *tamen* om. N. — *deportata* Lg42 p. m. N: *reportata* ctt. O. — 9. *eius hon.* Lg42. — 13. *cumque* Lg29 A: *cum quo* Lg42 p. m. M; *cum* B cod. Hot. O; *quod cum* vel *tum* dtt. — 15. *statueret* coni. Ern.: *statuerit* codd. O. — 22. *et essent* 4: *essent* ctt. O. — 24. *festi dies aguntur* Lg42 p. m. At cf. §. 154. — *Verria* V: *Verrea* Lg29 42, O; om. dtt. Cf. §. 52. — 25. *cuius statuae* V: *cui statuae* ctt. O. — *estant* V, «e fortasse geminata post *Romae*» Maius, qui *extant* edidit. — *Siciliae* Hotom. et eV: *Sicilia* ctt. — 26. *scriptum* Lg42 p. m. (*inscribtum* V.) — *vide* om. V. — 28. *ex Siciliae* V. — 29. *ad* codd.: *ob* Lamb. 1584. — 33. *arguant* V. — *se eversas funditus esse* V. — 34. *Eryco* V et Lg29: *Erico* Lg42; *Eryce (Erice)* vel *Eruccio* rell. cf. ad §. 22. — 36. *adscribtum* (sic saepe) V.

nequitia (non solum libido et voluptas, verum etiam ipsius nequitiae fama delectat) ut multis in locis notas ac vestigia suorum flagitiorum relinqui velint. 116. Ardebat amore illius hospitae, propter quam hospitii iura violarat. Hoc non solum sciri tum, verum etiam commemorari semper volebat. Itaque ex illa ipsa re, quam accusante Agathino gesserat, Veneri potissimum deberi praemium statuit, quae illam totam accusationem iudiciumque conflarat. Putarem te gratum in deos, si hoc donum Veneri non de Sthenii bonis dedisses, sed de tuis, quod facere debuisti, praesertim cum tibi illo ipso anno a Chelidone venisset hereditas. 117. Hic ego, si hanc causam non omnium Siculorum rogatu recepissem, si hoc a me muneris non universa provincia poposcisset, (si me animus atque amor in rem publicam existimatioque offensa nostri ordinis ac iudiciorum non hoc facere coëgisset) atque haec una causa fuisset, quod amicum atque hospitem meum Sthenium, quem ego in quaestura mea singulariter dilexissem, de quo optime existimassem, quem in provincia existimationis meae studiosissimum cupidissimumque cognossem, tam crudeliter, scelerate nefarieque tractasses: tamen digna causa videretur, cur inimicitias hominis improbissimi susciperem, ut hospitis salutem fortunasque defenderem. 118. Fecerunt hoc multi apud maiores nostros: fecit etiam nuper homo clarissimus, Cn. Domitius, qui M. Silanum, consularem hominem, accusavit propter Aegritomari Transalpini hospitis iniurias. Putarem me idoneum, qui exemplum sequerer humanitatis atque officii proponeremque spem meis hospitibus ac necessariis, quo tutiorem sese vitam meo praesidio victuros esse arbitrarentur. Cum vero in communibus iniuriis totius provinciae Sthenii quoque causa contineatur multique uno tempore a me hospites atque amici publice privatimque defendantur: profecto vereri non debeo, ne quis hoc, quod facio, non existimet me summi officii ratione impulsum coactumque suscepisse. XLVIII. Atque ut aliquando de rebus ab isto cognitis iudicatisque et de iudiciis datis dicere desistamus et, quoniam facta istius in his generibus infinita sunt, nos modum aliquem et finem orationi nostrae criminibusque faciamus: pauca ex aliis generibus sumemus.

119. Audistis ob ius dicendum Q. Varium dicere procuratores suos isti centum triginta milia nummum dedisse: meministis Q. Varii testimonium remque hanc totam C. Sacerdotis, hominis ornatissimi, testimonio comprobari: scitis Cn. Sertium, M. Modium, equites Romanos, sexcentos praeterea cives Romanos multosque Siculos dixisse se isti pecuniam ob ius dicendum dedisse. De quo crimine quid ego disputem,

2. *suor. flag.* 4, V: *scelerum suorum* dtt. O. — 4. *sciri tum*] *sciriptum* V; *scriptum* Lg42 p. m. — 6. *hostissimum Veneri* V. — 7. *putaram* Lg27 42. — *te* om. V, sed *gratum* bis ponit. — 15. *singulare* Lg42 p. m. M, non improb. Garat. II. coll. *vulgare* ad Div. III. 69. et Charis. p. 131. Lind., ubi *singulare* pro *singularie* legendum videtur. — 17. *cognoscere* Lg42; *cognoscerem* A et multi dtt. — 18. *videretur* 4, M φ: om. dtt. — 21. *hominem* 4: *virum* dtt. O. — *Aegritomari* F: *Acritomari* Lg42; *Egritomari* vulgo O. cf. Divin. §. 67. — 22. *hospitis*] *hominis* Lg42 p. m. — 24. *sese vitam* 4: *v. sese* dtt. O. — 28. *me* Lg42: om. plerique. — 30. *et iudiciis* Lg42 p. m. — 32. *sumamus* L. — 33. *dicendum* Lg42 p. m.: *dicundum* rell. O. — *Q. Valerium* al. in marg. Lamb. 1584; *quartum* Lg42 p. m. M. — 34. *triginta* Lg42 p. m.: *et trig.* ctt. O. — *Q. Valerii* al. in marg. Lamb. 1584, ut est in Lg42 pr. m. — 36. *Sertium* Lg29, ut videtur: *Sirtium* Lg42 [an ex *Sitrium*?]; *Sergium, Sercium, Servicium* Lagg. dtt.; *Sentium* Zumpt. — 37. *sexcentos*] *C* i. e. *centum* Lg42 p. m. — *se* Lg42 φ: om. ctt. — 38. *dicendum* Lagg.: *dicundum* O. Sic item p. 213, 6.

cum id totum positum sit in testibus? quid porro argumenter, qua de re dubitare nemo possit? An hoc dubitabit quisquam omnium, quin is venalem in Sicilia iurisdictionem habuerit, qui Romae totum edictum atque omnia decreta vendiderit? et quin is ab Siculis ob decreta interponenda pecunias ceperit, qui M. Octavium Ligurem pecuniam ob ius dicendum poposcerit? 120. Quod enim iste praeterea genus pecuniae cogendae praeteriit? quod non, ab omnibus aliis praeteritum, excogitavit? Ecqua res apud civitates Siculas expetitur, in qua aut honos aliquis sit aut potestas aut procuratio, quin eam rem tu ad tuum quaestum nundinationemque hominum traduxeris? XLIX. Dicta sunt priore actione et privatim et publice testimonia: legati Centuripini, Halesini, Catinenses Panormitanique dixerunt, multarum praeterea civitatum, iam vero privatim plurimi; quorum ex testimoniis cognoscere potuistis tota Sicilia per triennium neminem ulla in civitate senatorem factum esse gratis, neminem, ut leges eorum sunt, suffragiis, neminem nisi istius imperio aut litteris; atque in iis omnibus senatoribus cooptandis non modo suffragia nulla fuisse, sed ne genera quidem spectata esse, ex quibus in eum ordinem cooptari liceret, neque census neque aetates neque cetera Siculorum iura valuisse. 121. Quicumque senator voluerat fieri, quamvis puer, quamvis indignus, quamvis ex eo loco, ex quo non liceret, si is pretio apud istum idoneos vinceret, factum esse semper: non modo Siculorum nihil in hac re valuisse leges, sed ne ab senatu quidem populoque Romano datas. Quas enim leges sociis amicisque dat is, qui habet imperium a populo Romano, auctoritatem legum dandarum ab senatu, hae debent et populi Romani et senatus existimari. 122. Halesini pro multis ac magnis suis maiorumque suorum in rem publicam nostram meritis atque beneficiis suo iure nuper L. Licinio Q. Mucio consulibus, cum haberent inter se controversias de senatu cooptando, leges ab senatu nostro petiverunt. Decrevit senatus honorifico senatus consulto, ut his C. Claudius Appii filius Pulcher praetor de senatu cooptando leges conscriberet. C. Claudius adhibitis omnibus Marcellis, qui tum erant, de eorum sententia leges Halesinis dedit: in quibus multa sanxit de aetate hominum, ne qui minor triginta annis natu; de quaestu, quem qui fecisset, ne legeretur; de censu, de ceteris rebus. Quae omnia ante istum praetorem et nostrorum magistratuum auctoritate et Halesinorum summa voluntate valuerunt. Ab isto et praeco, qui voluit, illum ordinem pretio mercatus est et pueri annorum senum septenumque denum

1. *id* Lg29 42 φ: om. ctt. — *argumentor* Lg42 p. m. — 4. *et quin is* Lg29 42: *et quin* ctt. O. — 5. *pecunias ceperit* φ et 4 (sed A: *pecunia susceperit*): *pecuniam acceperit* dtt. O. cf. §. 125. — *pecuniam* 4: om. dtt. O. — 6. *quid* dtt. — *iste* Lg42 p. m. F M: *est* ctt. — 10. *nund. honorum* coni. Valckenaër. v. §. 122. — 12. *panhormitanique* V et 3 Lagg. — 13. *privatimq. plur.* V; *privatim quam plur.* coni. Maii. — 16. *in iis*] *in is* V; *in his* ctt. O. — 18. *aetates* Lg5 27 42: *aestates* V; *aetatis* ctt. O. — 19. *voluerat* Lgg. omnes, A B V (nam ap. Maium pro *Cod.* legendum *Ed. voluerit*): *voluerit* cum Naug. O. — 21. *praetio* (sic plerumque) *aput* V. — *idoneos vinceret* coni. Garat. II. (cf. Madv. Op. I. p. 351 sq.): *idoneus vinceret* M N; *idoneus et vinceret* V; *idoneus inveniretur* Lg42 p. m. [non habet Z.]; *fieret idoneus, ut vinceret* rell., O., sed Lg29 et A B sine *ut.* — 23. *dat is*] *datas* V. — 24. *ab sen.* Lg29 42 A al.: *a sen.* B al. O. — 25. *eae* Lg29 quod non displicet [immo solum verum est]; *ea* A. — 26. *ac* Lg29 42 A; *et* ctt. O. — 30. Malim *iis.* BAIT. — *C. Claud. C. filius P.* e codd. Parr. Lall. — 33. *ne qui* N Franc.: *iniqui* Lg42 p. m. A B; *ne quis* ctt. — *natus* Lg29 42 B. [recte; cf. Madvig, *Bemerkungen über lat. Sprachl.* p. 84.] — 36. *illum* 4: *istum* dtt. O. — 37. *et pueri -- sunt* Prisc. I. p. 308.

senatorium nomen nundinati sunt: et quod Halesini, antiquissimi et fidelissimi socii atque amici, Romae impetrarant ut apud se ne suffragiis quidem fieri liceret, id pretio ut fieri posset effecit. L. 123. Agrigentini de senatu cooptando Scipionis leges antiquas habent, in quibus et illa eadem sancta sunt et hoc amplius: cum Agrigentinorum duo genera sint, unum veterum, alterum colonorum, quos T. Manlius praetor ex senatus consulto de oppidis Siculorum deduxit Agrigentum, cautum est in Scipionis legibus, ne plures essent in senatu ex colonorum numero quam ex vetere Agrigentinorum. Iste, qui omnia iura pretio exaequasset omniumque rerum delectum atque discrimen pecunia sustulisset, non modo illa, quae erant aetatis, ordinis quaestusque, permiscuit, sed etiam in his duobus generibus civium novorum veterumque turbavit. 124. Nam cum esset ex veterum numero quidam senator demortuus et cum ex utroque genere par numerus reliquus esset: veterem cooptari necesse erat legibus, ut is amplior numerus esset. Quae cum ita se res haberet, tamen ad istum emptum venerunt illum locum senatorium non solum veteres, verum etiam novi. Fit, ut pretio novus vincat litterasque a praetore afferat Agrigentum. Agrigentini ad istum legatos mittunt, qui eum leges doceant consuetudinemque omnium annorum demonstrent, ut iste intelligeret ei se illum locum vendidisse, cui ne commercium quidem esse oporteret. Quorum oratione iste, cum pretium iam accepisset, ne tantulum quidem commotus est. 125. Idem fecit Heracliae. Nam eo quoque colonos P. Rupilius deduxit legesque similes de cooptando senatu et de numero veterum ac novorum dedit. Ibi non solum iste, ut apud ceteros, pecuniam accepit, sed etiam genera veterum ac novorum numerumque permiscuit. LI. Nolite exspectare, dum omnes obeam oratione mea civitates: hoc uno complector omnia, neminem isto praetore senatorem fieri potuisse, nisi qui isti pecuniam dedisset.

126. Hoc idem transfero in magistratus, curationes, sacerdotia; quibus in rebus non solum hominum iura, sed etiam deorum immortalium religiones omnes repudiavit. Syracusis lex est de religione, quae in annos singulos Iovis sacerdotem sortito capi iubeat, quod apud illos amplissimum sacerdotium putatur. 127. Cum suffragiis tres ex tribus generibus creati sunt, res revocatur ad sortem. Perfecerat iste imperio, ut pro suffragio Theomnastus familiaris suus in tribus illis renuntiaretur. In sorte, cui imperare non poterat, exspectabant homines quidnam acturus esset. Homo, id quod erat facillimum, primo vetat sortiri: iubet

4. *illa eadem* 4: *eadem illa* dtt. O. — 6. *L. Manl.* Lg42 p. m. φ; *C. Mamilius* coni. Pigh. ex Liv. 27, 36. — 8. *in senatu* Lg42 N φ: om. ctt. — 9. *ex veterum* de Hot. coni. L prob. Or. I. — 10. *dilectum* Lg42. — 12. *veterumque delectum ordinemque* vulgo inde ab Hervag. contra codd. O. [sic iam in Ascens. 1511.] — 13. *ex vetere num.* dtt. — *quispiam sen.* L. — 15. *is amplior* 4, φ M V Pal. sec.: *his ampl.* N; *his amplius* dtt. — *haberent* Lg29 B alii dtt. — 16. *empt. v. i. loc.* 4, V: *ven. e. loc. illum* dtt. O. — 17. *verum* Lg42 V: *sed* ctt. O. — 18. *adferat Agrigentum* V: *auferat* Lg42, O; *afferat* Lagg. rell. — 19. *demonstrentque* Lg42. — 20. *intellegeret* (sic plerumque) V. — *locum illum* V. — *neque com.* V. — 21. *esset* V. — 22. *Heracliae* Lg42 p. m.: *Heracleae* eV ctt. O. cf. V. §. 86. — 24. *et de* Lg42 V: *ac de* ctt. O. — 25. *etiam degenera* V. — 27. *uno compl.* Lg42 M V: *uno c. nomine* H, Franc.; *uno c. crimine* ctt. — 29. *magistratu* V. — 30. *imm. rel.* Lg29, A B V: *rel. imm.* ctt. O. — 36. *cui imp. n. potuerant* Lg42 p. m.; *cum imp. non potuerat* Lg29 A B. — 37. *acturus*] *accusaturus* V, *facturus* L. — *erat* om. Lg42 p. m.

extra sortem Theomnastum renuntiari. Negant id Syracusani per religiones sacrorum ullo modo fieri posse: fas denique negant esse. Iubet iste sibi legem recitari: recitatur, in qua scriptum erat, VT, QVOT ESSENT RENVNTIATI, TOT IN HYDRIAM SORTES CONIICERENTVR: CVIVM NOMEN EXISSET, VT IS HABERET ID SACERDOTIVM. Iste, homo ingeniosus et peracutus: Optime, inquit; nempe scriptum ita est: «quot renuntiati erunt.» Quot ergo, inquit, sunt renuntiati? — Respondent: tres. — Numquid igitur oportet nisi tres sortes coniici, unam educi? — Nihil. Coniici iubet tres, in quibus omnibus esset inscriptum nomen Theomnasti. Fit clamor maximus, cum id universis indignum ac nefarium videretur. Ita Iovis illud sacerdotium amplissimum per hanc rationem Theomnasto datur. LII. 128. Cephaloedi mensis est certus, quo mense sacerdotem maximum creari oporteat. Erat eius honoris cupidus Artemo quidam, Climachias cognomine, homo sane locuples et domi nobilis: sed is fieri nullo modo poterat, si Herodotus quidam adesset. Ei locus ille atque honos in illum annum ita deberi putabatur, ut ne Climachias quidem contra diceret. Res ad istum defertur et istius more deciditur. Toreumata sane nota et pretiosa auferuntur. Herodotus Romae erat: satis putabat se ad comitia tempore venturum, si pridie venisset. Iste, ne aut alio mense, ac fas erat, comitia haberentur aut Herodoto praesenti honos adimeretur, (id quod iste non laborabat, Climachias minime volebat,) excogitat, (dixi iam dudum, non est homo acutior quisquam nec fuit;) excogitat, inquam, quem ad modum mense illo legitimo comitia haberentur nec tamen Herodotus adesse posset. 129. Est consuetudo Siculorum ceterorumque Graecorum, quod suos dies mensesque congruere volunt cum solis lunaeque ratione, ut nonnumquam, si quid discrepet, eximant unum aliquem diem aut summum biduum ex mense, quos illi exhaeresimos dies nominant: item nonnumquam uno die longiorem mensem faciunt aut biduo. Quae iste cum cognosset, novus astrologus, qui non tam caeli rationem quam caelati argenti duceret, eximi iubet non diem ex mense, sed ex anno unum dimidiatumque mensem hoc modo, ut, quo die verbi causa esse oporteret Idus Ianuarias, eo die Kalendas Martias proscribi iuberet. Itaque fit omnibus recusantibus et plorantibus. Dies is erat legitimus comitiis habendis. Eo modo sacerdos Climachias renuntiatus est. 130. Herodotus cum Roma revertitur, diebus, ut ipse putabat, quindecim ante comitia, offendit eum mensem, qui consequitur mensem comitialem, comitiis iam abhinc diebus triginta factis. Tunc Cephaloeditani decrerunt

1. *religionem* Man. L. — 3. *iste* Lg29 A B: *ille* Lg42 eV dtt. O. — *recitari* Lg42 V φ: *legi* ctt. O. — 4. *coicerentur* Lg29 B; *eicerentur* Lg42 p. m. — *cuium* F N: *ciuium* Lg42 p. m.; *cuius* ctt. O. — 5. *id* 4, φ: om. al. — *iste* om. φ H. — 7. *inquit*, *sunt* Lg42 F: *sunt*, *inquit* Lg29 A B; *inquit* om. dtt. — *respondent* 4: *responsum* dtt. O. — 8. *nihil* om. Lg42 p. m. — 9. *esset inscr.* 4: *scriptum esset* dtt. O. — 10. *ac* 4: *atque* dtt. O. — 12. *Cephaloedi* 4, F: *Cephaloedii* O. — 13. *Artemo* F M Pall. et, ut videtur, Lgg. et A B: *Arthenio* s. *Athenio* al. — 18. *et pr.* Lg29 42 p. m.: *ac pr.* ctt. O. — *se* om. Lg42 p. m. — 27. *exheresimos* codd.; *ἐξαιρεσίμους* O. — 29. *cognosset* Lg29 A B: *cognosceret* Lg42 p. m.; *cognovisset* dtt. O.; *quae cum iste cognosset* φ. — 32. *in eo die* Lg42 F. — *proscribi iuberet* Lg42 φ: *proscribere iub.* N; *proscriberet* ctt. O. — 33. *plorantibus* Lg42 F M: *implorantibus* ctt.; *improbantibus* L. — 35. *ab Roma* Lg42 p. m. — *diebus* Lg42 N: *dies* ctt. — 36. *qui consequitur mensem* Lg42 φ: om. ctt. O. — 37. *diebus trig.* Lg42: *trig. dieb.* ctt. O. — *factis* Lg42 B: *habitis* ctt. O. cf. Act. I. §. 17. — *decrerunt* Lg29 A B: *fecerunt* φ (quod fortasse verius est); *fuerunt* Lg42 p. m.; *decreverunt* dtt. O.

intercalarium xlv dies longum, ut reliqui menses in suam rationem reverterentur. Hoc si Romae fieri posset, certe aliqua ratione expugnasset iste, ut dies xlv inter binos ludos tollerentur, per quos solos iudicium fieri posset. LIII. 131. Iam vero censores quem ad modum in Sicilia isto praetore creati sint, operae pretium est cognoscere. Ille enim est magistratus apud Siculos, qui diligentissime mandatur a populo propter hanc causam, quod omnes Siculi ex censu quotannis tributa conferunt: in censu habendo potestas omnis aestimationis habendae summaeque faciendae censori permittitur. Itaque et populus, cui maximam fidem suarum rerum habeat, maxima cura deligit et propter magnitudinem potestatis hic magistratus a populo summa ambitione contenditur. 132. In ea re iste nihil obscure facere voluit, non in sortitione fallere neque dies de fastis eximere. Nihil sane vafre nec malitiose facere conatus est: sed ut studia cupiditatesque honorum atque ambitiones ex omnibus civitatibus tollerentur, quae res evertendae rei publicae solent esse, ostendit sese in omnibus civitatibus censores esse facturum. 133. Tanto mercatu praetoris indicto concurritur undique ad istum Syracusas. Flagrabat tota domus praetoria studio hominum et cupiditate, nec mirum, omnibus comitiis tot civitatum unam in domum revocatis tantaque ambitione provinciae totius in uno cubiculo inclusa. Exquisitis palam pretiis et licitationibus factis describebat censores binos in singulas civitates Timarchides. Is suo labore suisque accessionibus huius negotii atque operis molestia consequebatur, ut ad istum sine ulla sollicitudine summa pecuniae referretur. Iam hic Timarchides quantam pecuniam fecerit, plane adhuc cognoscere non potuistis: verum tamen priore actione, quam varie, quam improbe praedatus esset, multorum testimoniis cognovistis.

LIV. 134. Sed ne miremini, qua ratione hic tantum apud istum libertus potuerit, exponam vobis breviter, quid hominis sit, ut et istius nequitiam, qui illum secum habuerit eo praesertim numero ac loco, et calamitatem provinciae cognoscatis. In mulierum corruptelis et in omni eius modi luxuria atque nequitia mirandum in modum reperiebam hunc Timarchidem ad istius flagitiosas libidines singularemque nequitiam natum atque aptum fuisse: investigare, adire, appellare, corrumpere, quidvis facere in eius modi rebus, quamvis callide, quamvis audacter, quamvis impudenter: eundem mira quaedam excogitare genera furandi: nam ipsum Verrem tantum avaritia semper hiante atque imminente fuisse, in-

---

1. *XXXV*. φ. — 3. *XXXV*. Lg42 φ. Hunc numerum si cum Halmio restituas utroque in loco, ratio ita recte constat, ut a fine ludorum Romanorum in circo usque ad ludos Victoriae numeres. — *inter b. lud.* Prisc. II. p. 399. — 4. *potest* Lg42 p. m. — *isto pr. in Sic.* Lg29 B. — 5. *sint* L: *sunt* codd. — 6. *qui* Lg42: *cui* pleriq. codd. — 8. *et in censu* coni. Hot.; *in censu autem* coni. L. — *faciendae* Lg42 φ: *faciundae* ctt. O. — 9. *et pop.* 4: *ei p.* dtt.; *eum pop.* O. — *cui maximam* codd.: *cui maxime* errore typogr. Ern. — 10. *diligit* 4. — 12. *iste* Lg42 N: om. ctt. — *facere* om. M et Lg42 p. m. — 14. *ex hominibus civitatibusque* Lg42 p. m., quod Zumptius recepit. — 15. *tollerentur* Lg42 p. m.: *tolleret* ctt. O. — *reip.* F M pleriq. al.: *reip. causa* pauci codd. — 17. *fragrabat* Lg29 A B. cf. IV. §. 71. p. Coel. §. 12. Doederl. Synon. II. p. 143. — 18. *tota domus* Lg42: *domus tota* ctt. O. — *praetoris* Lg42. — 22. *accensionibus* N. — 23. *molestia* Lg42 N φ: *molestiam* ctt. O. — *pecuniae* Lg42 φ: *pecunia* ctt. O. — 26. *testimoniis* Lg42 p. m. φ: *ex test.* ctt. O. — 29. *habuit* dtt. — 31. *reperiebat* Lg42 p. m. — 36. *semp. avar.* dtt. O. — *imminente* Lg42 p. m.: *imminenti* ctt. O.

genio et cogitatione nulla, ut, quidquid sua sponte faciebat, item ut vos Romae cognovistis, eripere potius quam fallere videretur. 135. Haec vero huius erat ars et malitia miranda, quod acutissime tota provincia, quid cuique accidisset, quid cuique opus esset, indagare et odorari solebat: omnium adversarios, omnium inimicos diligenter cognoscere, colloqui, attentare; ex utraque parte causas, voluntates perspicere, facultates et copias: quibus opus esset, metum offerre: quibus expediret, spem ostendere: accusatorum et quadruplatorum quidquid erat, habebat in potestate: quod cuique negotii conflare volebat, nullo labore faciebat: istius omnia decreta, imperia, litteras peritissime et callidissime venditabat. 136. Ac non solum erat administer istius cupiditatum, verum etiam ipse sui meminerat, neque solum nummos, si qui isti exciderant, tollere solebat, ex quibus pecuniam maximam fecit, sed etiam voluptatum flagitiorumque istius ipse reliquias colligebat. Itaque in Sicilia non Athenionem, qui nullum oppidum cepit, sed Timarchidem fugitivum omnibus oppidis per triennium scitote regnasse: in Timarchidi potestate sociorum populi Romani antiquissimorum atque amicissimorum liberos, matres familias, bona fortunasque omnes fuisse. Is igitur, ut dico, Timarchides in omnes civitates accepto pretio censores dimisit. Comitia isto praetore censorum ne simulandi quidem causa fuerunt.

LV. 137. Iam hoc impudentissime: palam (licebat enim videlicet legibus) singulis censoribus denarii trecenti ad statuam praetoris imperati sunt. Censores CXXX facti sunt: pecuniam illam ob censuram contra leges clam dederunt; haec denarium XXXIX milia palam salvis legibus contulerunt in statuam. Primum quo tantam pecuniam? deinde quam ob rem censores ad statuam tibi conferebant? Ordo aliqui censorum est? collegium? genus aliquod hominum? Nam aut publice civitates istos honores habent aut generatim homines, ut aratores, ut mercatores, ut navicularii. Censores quidem qui magis quam aediles? Ob beneficium? Ergo hoc fatebere, abs te haec petita esse: (nam empta non audebis dicere:) te eos magistratus hominibus beneficii, non rei publicae causa permisisse? Hoc cum tute fateare, quisquam dubitabit, quin tu istam apud populos provinciae totius invidiam atque offensionem non ambitio-

---

2. *Haec vero huius erat ars* Lamb. 1584: *haec v. huiusmodi e. a.* Lg42, al. in marg. 1584; *haec v. eius e. a.* 8 Lgg. A B; *huius vero ars* coni. Nann., in cuius codice (teste Garat. II., qui ex edit. Oporin. integram codicis N scripturam affert, a Graevio mutilatam) h. l. sic legitur: *Haec eius ars et m. admiranda, quod accuratissime, quid cuique accidisset, quid cuique opus esset, ind. et od. solebat*; *admiranda* habet etiam H; *accuratissime* Lg42 φ. — 4. *quid cuiq. accidisset* Lg42 M φ: om. ctt. — *opus esset* Lg42 φ: *esset necesse* ctt. O. — 5. *omnium adversarios* Lg42 F M. (cf. §. 149.): om. ctt. — 6. *parte* om. Lg29 A B. — *causas* om. Lg42 Zumpt.; *causa* Lg29 B; *causas et* coni. Kl. — 7. *offerre* 4, L (prob. Garat. II. coll. ad Philipp. VI. 1. ad Vatin. c. 10. ibiq. Halm. Donat. ad Ter. Hecyr. V. 1, 3. ad Divers. XV. 4, 5.): *afferre* ctt. O. — 9. *conflare* Lg42 φ: *conflari* ctt. O. — 12. *neque solum* Lg42 φ: *aeque non solum* ctt.; *aeque. Non solum* vulgo post Naug. O. — 16. *fug. in omn.* Halmius. — *Timarchidi* Prisc. I. p. 259.: *Timarchidis* codd. — 21. *statuam datam* addit Lg42 p. m. post *impudentissime*. — 22. *in sing.* Lg42. — 23. *pecun. aliam* e codd. Parr. Lall. — 24. *denarium* Lg6 42 B: *denaria* ctt. — 26. *aliqui* 4: *aliquis* ctt. O. — 27. *est collegium?* vulgo distinguitur, O. — 28. *aut generatim* Lg6, vulgo post Victor.: *aut si gen.* ctt. — 30. *empta* Lgg. omnes A B prob. Massé p. 406.: *epta* M; *erepta* Naug. cf. Gronov. Obsvv. I. c. 12. — 32. *hoc cum t. fateare* 4 (sed *fatebare* Lg29 42); *hoc autem tute fatebere* dtt.; *hoc autem cum tute fatebere* O. — 33. *totius* 4: *istius* dtt. O.

nis neque beneficiorum collocandorum, sed pecuniae conciliandae causa susceperis? 138. Itaque illi censores fecerunt idem, quod in nostra re publica solent ii, qui per largitionem magistratus adepti sunt: dederunt operam, ut ita potestatem gererent, ut illam lacunam rei familiaris explerent. Sic census habitus est te praetore, ut eo censu nullius civitatis res publica posset administrari: nam locupletissimi cuiusque censum extenuarant, tenuissimi auxerant. Itaque in tributis imperandis tantum oneris plebi imponebatur, ut, etiam si homines tacerent, res ipsa illum censum repudiaret: id quod intelligi facillime re ipsa potest. LVI. Nam L. Metellus, qui, posteaquam ego inquirendi causa in Siciliam veni, repente L. Laetilii adventu istius non modo amicus, verum etiam cognatus factus est, is, quod videbat istius censu stari nullo modo posse, eum censum observari iussit, qui viro fortissimo atque innocentissimo Sex. Peducaeo praetore habitus esset. Erant enim tum censores legibus facti, delecti a suis civitatibus, quibus, si quid commisissent, poenae legibus erant constitutae. 139. Te autem praetore quis censor aut legem metueret, qua non tenebatur, quoniam creatus lege non erat; aut animadversionem tuam, cum id, quod abs te emerat, vendidisset? Teneat iam sane meos testes Metellus: cogat alios laudare, sicut in multis conatus est: modo haec faciat, quae facit. Quis enim umquam tanta a quoquam contumelia, quis tanta ignominia affectus est? Quinto quoque anno Sicilia tota censetur. Erat censa praetore Peducaeo: quintus annus cum in te praetorem incidisset, censa denuo est. Postero anno L. Metellus mentionem tui census fieri vetat: censores dicit de integro sibi creari placere: interea Peducaeanum censum observari iubet. Hoc si tuus inimicus fecisset, tamen, si animo aequo provincia tulisset, inimici iudicium grave videretur. Fecit amicus recens et cognatus voluntarius: aliter enim, si provinciam retinere, si salvus ipse in provincia vellet esse, facere non potuit. LVII. 140. Exspectas etiam, quid hi iudicent? Si tibi magistratum abrogasset, minore ignominia te affecisset, quam cum ea, quae in magistratu gessisti, sustulit atque irrita iussit esse. Neque in hac re sola fuit eius modi, sed, antequam ego in Siciliam veni, in maximis rebus ac plurimis: nam et Heraclio Syracusanos tuos illos palaestritas bona restituere iussit et Epicrati Bidinos et pupillo Drepani-

---

1. *pec. collocandae* Lg42 p. m. — 2. *illi* 4 φ: om. dtt. — 3. *adepsi* V. — 6. *possit* V. — *censum* Lg42 φ: *census* eV ctt. O. — 7. *tenuissumi* V. — *auxerant*] *hauserant* FM dtt. — 8. *oneris*] *honoris* V. — *si omnes* eV. — 9. *res ipsa* V. — 10. *Sicilia* V. — 11. *L. Laetelii* V (cf. §. 64. 140.): *Letilii* omisso praenomine O. — 12. *censu stari* V: *census stari* FM; *censum stare* ctt. O. — 14. *Peduceo* (sic etiam infra) V. — *habitatus esse* V. — 16. *quis* Lg42 L: *qui* ctt. O. — *metueret* 4, V: *metuerit* s. *metuerat* ctt. — 18. *cum id*] *qui id* Lg42; *qui cum* V. — *teneat nunc Met. testes meos* Claudius Sacerdos in Anall. gramm. p. 31. — 20. *facit* Lg29 42 M φ V: *fecit* ctt. — 23. *in te praetorem*] *in te populus R.* (ortum ex *P. R.* pro *PR.* Cf. §. 67.) V; *te praetore* ctt. O. Lambini coni. nunc codice V egregie firmatur. Propter praecedens *m* praepositio *in*, id quod saepissime in Verrinis alibi factum vidimus, omitti facile potuit. Tum *te PR.* necessario pro ablativo habebatur a librariis. — 23. *denuost* V. — 24. *edicit* L. — *creare -- observare* Lg42 p. m. — 26. *fecisset* Lg42 p. m. V; *fieri fecisset* Lg29; *tibi fec.* ctt. O. — *tamen, si* 4, V al.: *tamen etsi* 2 Lagg. et cod. Mureti Varr. Lectt. XVI. 17.; *tametsi* O. — *aequo animo* eV. — 30. *minori* Lg42 p. m. — 33. *Syracusanos* Lg42 p. m.: *Syracusano* ctt. O.

tano A. Claudium: et nisi mature Laetilius in Siciliam cum litteris venisset, minus xxx diebus Metellus totam triennii praeturam tuam rescidisset.

141. Et quoniam de ea pecunia, quam tibi ad statuam censores contulerunt, dixi: non mihi praetermittendum videtur ne illud quidem genus pecuniae conciliatae, quam tu a civitatibus statuarum nomine coëgisti. Video enim eius pecuniae summam esse pergrandem, ad HS tricies: tantum conficitur ex testimoniis et litteris civitatum. Et iste hoc concedit nec potest aliter dicere. Quare cuius modi putamus esse illa, quae negat, cum haec tam improba sint, quae fatetur? Quid enim vis constitui? consumptam esse omnem istam pecuniam in statuis? Fac ita esse: tamen hoc ferendum nullo modo est, tantam a sociis pecuniam auferri, ut in omnibus angiportis praedonis improbissimi statua ponatur, qua vix tuto transiri posse videatur. LVIII. 142. Verum ubi tandem aut in quibus statuis ista tanta pecunia consumpta est? Consumetur, inquies. Scilicet exspectemus legitimum illud quinquennium: si hoc intervallo non consumpserit, tum denique nomen eius de pecuniis repetundis statuarum nomine deferemus. Reus est maximis plurimisque criminibus in iudicium vocatus: HS tricies ex hoc uno genere captum videmus. Si condemnatus eris, non, opinor, id ages, ut ista pecunia in quinquennio consumatur in statuis: sin absolutus eris, quis erit tam amens, qui te ex tot tantisque criminibus elapsum post quinquennium statuarum nomine arcessat? Ita si neque adhuc consumpta est ista pecunia, et est perspicuum non consumptum iri, licet iam intelligamus inventam esse rationem, quare et iste HS tricies ex hoc uno genere conciliarit et ceperit et ceteri, si hoc a vobis erit comprobatum, quam volent magnas hoc nomine pecunias capere possint; ut iam videamur non a pecuniis capiundis homines abstinere, sed, cum genera quaedam pecuniarum capiundarum comprobarimus, honesta nomina turpissimis rebus imponere. 143. Etenim si C. Verres HS c milia populum verbi gratia Centuripinum poposcisset eamque ab iis pecuniam abstulisset, non, opinor, esset dubium, quin eum, cum id planum fieret, condemnari necesse esset. Quid? si eundem po-

---

1. *cum l. ven.* 4: *ven. c. litt.* dtt. O. — 2. *praet. tuam* 4: *praeturam* dtt. — 6. *HS tricies* coni. Zumpt.: *HS. vicies* coni. Garat.; *HS. CXXX* Lg29 A B; *HSXXLXI* Lg42 M φ; *HS. CXX milia* O. Sic §. 142. 165.; quibus locis idem numerus restitutus est. Zumptii coni. codice N, Garatonii coni. codice M (§. 165.) firmatur: utram praeferas, nihil ad rem. — 7. *conficietur* Lg42 φ; *configitur* Lg29 B. — *et* Lg42 p. m.: *ac* ctt. O. — 8. *illa esse* Prisc. II. p. 146. — 9. *sint* Prisc.: *sunt* codd. noti. — *fateatur* Prisc. — 10. *istam omnem* Lg29 A B. — 11. *ferundum* Lg29 42. — *a sociis* Lg42: *ab sociis* ctt. O. — 12. *in omnibus* Lg42 p. m.: *omnibus in* ctt. O. — *statua ponatur* Lg42 p. m. φ: *statuae ponantur* ctt. O. — 13. *transiri p. videatur* Lg42 M φ: *transire posse videamur* ctt. — 16. *de pec. rep.* 4: *de rep. pec.* dtt. O. — 17. *deferamus* Lb. 1584; *deferremus* Lg42. — 18. *HS. tricies*] cf. ad §. 141. [habet h. l. Lg42 *XX*, firmans Garat. coniecturam.] — *captum* Lg42 p. m.: *capta* ctt. O. — 19. *in quinq.* codd.: *in* om. O. — 20. *tam* om. Lg42 p. m. — *demens* A. — 21. *arcessat* N: *accersat* V alii dtt.; *arcesset* Lg42 p. m.; *arcessitur* Lg29. — 22. *est ista p.* Lg42 p. m. V: *ista p. est* ctt. O. — 24. *HS.* ∞ ∞ V; *HS. CXX. milia* ctt. O. — *ex hoc uno* V: *ex hoc* om. ctt. O. — *si hoc a vob.* Lg29 42: *hoc si a vob.* V; *si a vob. hoc* ctt. O. — 26. *pecunis capiendis -- capiendarum* V. — 27. *abstinere* Lg42 p. m. φ: *absterrere* eV ctt. O. — *comprobarimus* Lg42 eV L: *comprobaremus* ctt. — 29. *HS. C. milia* coni. Zumpt.: *HS. ccIↄↄ* V, in quo *V* additum est, sed postea deletum; *HS XX* Lg42; *HS. CXX milia* ctt. O. — *poposcisset et eamque* V. — 30. *ab iis* V: *ab his* ctt. O. — *abstulisset, accepisset* V. — *opinor resset* V. — 31. *cum id* 4, V; *si tum id* dtt. O.

pulum HS cc milia poposcit eaque coëgit atque abstulit, num idcirco absolvetur, quod adscriptum est eam pecuniam datam statuarum nomine? Non, opinor: nisi forte id agimus, non ut magistratibus nostris moram accipiendi, sed ut sociis causam dandi afferre videamur. Quod si quem statuae magno opere delectant et si quis earum honore aut gloria ducitur, is haec tamen constituat necesse est: primum averti pecuniam domum non placere: deinde ipsarum statuarum modum quendam esse oportere: deinde illud, certe ab invitis exigi non oportere. LIX. 144. Ac de avertenda pecunia quaero abs te, utrum ipsae civitates solitae sint statuas tibi faciundas locare ei, cui possent optima condicione locare, an aliquem curatorem praeficere, qui statuis faciundis praeesset, an tibi an cui tu imperasses, adnumerare pecuniam? Nam si per eos statuae fiebant, a quibus tibi iste honos habebatur, audio: sin Timarchidi pecunia numerabatur, desine, quaeso, simulare te, cum in manifestissimo furto teneare, gloriae studiosum ac monumentorum fuisse.

Quid vero? modum statuarum haberi nullum placet? Atqui habeatur necesse est. 145. Etenim sic considerate. Syracusana civitas, ut eam potissimum nominem, dedit ipsi statuam; est honos: et patri; bella haec pietatis et quaestuosa simulatio: et filio; ferri hoc potest; hunc enim puerum non oderant: verum quoties et quot nominibus a Syracusanis statuas auferes? Ut in foro statuerent, abstulisti: ut in curia, coëgisti: ut pecuniam conferrent in eas statuas, quae Romae ponerentur, imperasti: ut iidem darent homines aratorum nomine; dederunt: ut iidem pro parte in commune Siciliae conferrent; etiam id contulerunt. Una civitas cum tot nominibus pecuniam contulerit idemque hoc civitates ceterae fecerint, nonne res ipsa vos admonet, [ut putetis] modum aliquem huic cupiditati constitui oportere? Quod si hoc voluntate sua nulla civitas fecit, si omnes imperio, metu, vi, malo adductae pecuniam statuarum nomine contulerunt: per deos immortales! num cui dubium esse poterit, quin, etiam si statuerit accipere ad statuas licere, idem tamen statuat eripere certe non licere? 146. Primum igitur in hanc rem testem totam Siciliam citabo: quae mihi una voce statuarum nomine pecuniam per vim coactam esse demonstrat. Nam legationes omnium civitatum in postulatis communibus, quae fere omnia ex tuis iniuriis nata sunt, etiam hoc ediderunt, VT STATVAS NE CVI, NISI CVM IS DE PROVINCIA DECESSISSET, POLLICERENTVR. LX. Tot praetores in Sicilia fuerunt; toties apud maiores nostros Siculi

---

1. *CC. milia* coni. Zumpt.: *CC.* V et Lg42; *CCC milia* ctt. O. — 2. *absolveretur* V. — 4. *accipiundi* Zumpt, sed nulla adiecta codicum auctoritate. — *afferre* Lg42 p. m. M: *auferre* ctt. — 5. *et si quis*] *et* om. Nonius prob. Garat. II. — *aut* 4, Non. p. 283: *et* ctt. O. — 8. *ac*] *age* Lg42 p. m. F M. — 10. *faciendas* Lg42. — *ei, cui*] *et qui* Lg42 p. m. — *locare* om. Lg42 p. m. [Recte, ut videtur.] — 11. *procuratorem* Lg42 p. m. — *aut cui* L. — 12. *cui imperasset* Lg42 p. m. — *adnumerari* Lg29 B dtt. — 14. *in* om. Lg42 C. Tuentur praepositionem ctt., etiam N. cf. Zumpt. ad III. §. 149. nos ad Caecin. p. 147. coll. I. §. 2. II. §. 99. 181. 191. III. §. 178. — *manifestissimo* Lg42 N: *manifesto* ctt. O. — 16. *atque* Lg42 p. m. — 23. *idem* (bis) Lgg. omnes. — 26. *nonne* Lg42: *non* ctt. O. — *ut putetis* om. Lg42. [Nos inclusimus; deest enim lectio optima apud Z.] — 27. *quid si* Lg29 B. — 28. *pecuniam* Lg42 p. m.: *tibi pec.* ctt. O. ut §. 151. At h. l., cum de pecunia statuarum nomine collata universe ac generatim agatur, pronomen necessarium non videtur. — 30. *si stat.* Lg42 p. m.: *si quis stat.* ctt. O. — *eidem* Lg42. — 31. *primum* Naug. O.: *primam* Lagg. praeter 42. — 32. *pecuniam* Lg42 p. m. (cf. §. 148. 150.): *magnam pec.* ctt. O.

senatum adierunt, toties hac memoria: tamen huiusce novi postulati genus atque principium tua praetura attulit. 147. Quid enim tam novum non solum re, sed genere ipso postulandi? Nam cetera, quae sunt in isdem postulatis de iniuriis tuis, sunt nova, sed tamen non novo modo postulantur. Rogant et orant Siculi patres conscriptos, ut nostri magistratus posthac decumas lege Hieronica vendant; — tu primus contra vendideras: audio; — ne in cellam quod imperatur aestiment; — hoc quoque propter tuos ternos denarios nunc primum postulatur: sed genus ipsum postulandi non est novum; — ne absentis nomen recipiatur; — ex Sthenii calamitate et tua natum est iniuria. Cetera non colligam sunt omnia Siculorum postulata eius modi, ut crimina collecta in unum reum te esse videantur, quae tamen omnia novas iniurias habent, sed postulationum formulas usitatas. 148. Hoc postulatum de statuis ridiculum esse videatur ei, qui rem sententiamque non perspiciat. Postulant enim, non, uti ne cogantur statuere. Quid igitur? ut ipsis ne liceat. Quid est hoc? Petis a me, quod in tua potestate est, ut id tibi facere ne liceat? pete potius, ne quis te invitum polliceri aut facere cogat. Nihil egero, inquit; negabunt enim omnes se coëgisse: si me salvum esse vis, mihi impone istam vim, ut omnino mihi ne liceat polliceri. Ex tua praetura primum haec est nata postulatio; qua cum utuntur, hoc significant atque adeo aperte ostendunt, sese ad statuas tuas pecuniam metu ac malo coactos invitissimos contulisse. 149. Quid? si hoc non dicant, tibi non necesse sit ipsi id confiteri? Vide et perspice, qua defensione sis usurus: iam intelliges hoc tibi de statuis confitendum esse. LXI. Mihi enim renuntiatur ita constitui a tuis patronis, hominibus ingeniosis, causam tuam et eos ita abs te institui et doceri: ut quisque ex provincia Sicilia gravior homo atque honestior testimonium vehementius dixerit, sicuti Siculi multi primarii viri multa dixerunt, te statim hoc istis tuis defensoribus dicere: «inimicus est propterea, quod arator est.» Itaque uno genere, opinor, circumscribere habetis in animo genus hoc aratorum, quod eos infenso animo atque inimico venisse dicatis, quia fuerit in decumis iste vehementior. Ergo aratores inimici omnes et adversarii sunt: nemo eorum est, quin perisse te cupiat. Omnino praeclare te habes, cum is ordo atque id hominum genus, quod optimum atque honestissimum est, a quo uno et summa res publica et illa provincia maxime continetur, tibi est inimicissimum. 150. Verum esto: alio loco de aratorum animo et iniuriis videro: nunc, quod mihi abs te datur, id accipio, eos tibi esse inimicissimos. Nempe ita dicis, propter decumas. Concedo, non quaero, iure an iniuria sint inimici. Quid ergo illae sibi

---

4. *non* om. codd. pleriq. — *novo* om. Lg42. — 5. *postulant* φ; *postulant. sed* N Lg42. — 9. *ipsum* 4: *istud* ctt. O. — 12. *reum te* Lgg. omnes A B C: *te reum* dtt. O. — 14. *ei* om. Prisc. II. p. 147. — *respiciat* Prisc. — 15. *uti* Lg42 Grut. (ex M?): *ut* ctt. O. — 16. *est hoc*] *enim* Lg42 p. m. — 17. *ne liceat* 4: *non liceat* dtt. — 18. *egero* Lg29 AB cod. Urs.: *ego rogo* Lg42 p. m.; *rogo* F N; *ergo* dtt. — *negant* dtt. — 19. *ne* 4: *non* dtt. — 20. *nata est haec* dtt. O. — 21. *tuas* Lg42 φ: om. ctt. — 23. *ipsis* dtt. — 24. *iam* codd.: *nam* L. 1584. O. — *tibi* om. Lg42 p. m. — 26. *ita eos* dtt. O. — 28. *dixit* Lg42 p. m. — *Siculi* om. Lg42 p. m. — 32. *et adv. sunt* Lg42 φ: *et adversarii* Lg29 A B; *adversarii* dtt.; *inimici omnes, omnes adversarii* codd. Parr. Lall. O. Vide Zumpt. — 33. *est eorum* Lg29 et 7 dtt. — *qui non* Lg42. — 34. *id hom. g.* codd.: *id g. h.* O. — 35. *res publica* Lg29 A B: *rei publicae* ctt. O. — 38. *ita dicis*] *id ait* Lg42 p. m. — 39. *illae quid sibi* Lg42 p. m. M.

statuae equestres inauratae volunt, quae populi Romani oculos animosque maxime offendunt, propter aedem Vulcani? Nam inscriptum esse video quandam ex his statuam aratores dedisse. Si honoris causa statuam dederunt, inimici non sunt. Credamus testibus; tum enim honori tuo, nunc iam religioni suae consulunt. Sin autem metu coacti dederunt, confiteare necesse est te in provincia pecunias statuarum nomine per vim ac metum coëgisse. Utrum tibi commodum est, elige. LXII. 151. Equidem libenter hoc iam crimen de statuis relinquam, ut mihi tu illud concedas, quod tibi honestissimum est, aratores tibi ad statuam honoris tui causa voluntate sua contulisse. Da mihi hoc: iam tibi maximam partem defensionis praecideris; non enim poteris aratores tibi iratos esse atque inimicos dicere. O causam singularem! o defensionem miseram ac perditam! nolle hoc accipere reum ab accusatore, et eum reum, qui praetor in Sicilia fuerit, aratores ei statuam sua voluntate statuisse: aratores de eo bene existimare, amicos esse, salvum cupere! Metuit, ne hoc vos existimetis; obruitur enim aratorum testimoniis. 152. Utar eo, quod datur. Certe hoc vobis ita iudicandum est, eos, qui isti inimicissimi sunt, ut ipse existimari vult, ad istius honores atque monumenta pecunias voluntate sua non contulisse. Atque ut hoc totum facillime intelligi possit, quem voles eorum testium, quos produxero, qui ex Sicilia testes sunt, sive togatum sive Siculum rogato et eum, qui tibi inimicissimus esse videbitur, qui se spoliatum abs te esse dicet, ecquid suo nomine in tuam statuam contulerit: neminem reperies, qui neget; etenim omnes dederunt. 153. Quemquam igitur putas dubitaturum, quin is, quem tibi inimicissimum esse oporteat, qui abs te gravissimas iniurias acceperit, pecuniam statuae nomine dederit vi atque imperio adductus, non officio ac voluntate? Et huius ego pecuniae, iudices, quae permagna est impudentissimeque coacta ab invitis, non habui rationem neque habere potui, quantum ab aratoribus, quantum ab negotiatoribus, qui Syracusis, qui Agrigenti, qui Panormi, qui Lilybaei negotiantur, esset coactum, quoniam intelligitis ipsius quoque confessione ab invitissimis coactam esse.

LXIII. 154. Venio nunc ad civitates Siciliae, de quibus facillime fieri iudicium voluntatis potest. An etiam Siculi inviti contulerunt? Non est probabile. Etenim sic C. Verrem praeturam in Sicilia gessise constat, ut, cum utrisque satis facere non posset et Siculis et togatis, officii potius in socios quam ambitionis in cives rationem duxerit. Itaque

---

2. *inscriptum* Lg42 φ: *scriptum* ctt. — 5. *consulent* L. — 6. *pecunias* Lg42: om. Lg29 A B (cf. §. 152. 157.); *pecuniam* dtt. O. — 8. *iam* om. Lg42 p. m. — 11. *tibi honestis esse* M; *honestis esse* Lg42 p. m. — 15. *salvum* Lg42 p. m.: *salvum esse* ctt. O. — 17. *vobis ita* Lgg. omnes, A B: *ita vobis* ctt. O. — 18. *sint* Lg29 B. — *pecunias vol. sua non* 4: *pecuniam non v. s.* dtt. O. — 19. *totum* 4, F M: *tantum* dtt. — 20. *ex Sic.* Lg42 M cod. Hot.: *e Sic.* V; *in Sic.* dtt. — 21. *sunt* Lg42 V: *sint* ctt. O. — *togatum* F M cod. Cuiac. (Op. T. I. p. 1045.) cf. §. 154. 166. in.: *rogatum* Lg42 p. m.; *civem Rom.* V B C al. cf. §. 155. 166. ext.; *Romanum* A; *sive togatum velis* O. contra codd. fere omnes. — 22. *abs te* 4 F: *a te* dtt. O; om. V. — *esse dicet* Lg14 42 V: om. ctt. O. — 24. *tibi inim.* V. ctt. noti: *inim. tibi* dtt. O. — *aps* V. — *acc. iniur.* Lg29. — 27. *atque vol.* Lg29. — *et* om. V. [Sic iam L optime.] — 28. *ab inimicis* Lg42 p. m. — 29. *a negot.* V. sic §. 168. — 30. *Panhormi* V et Lg29. — 31. *inimicissimis* Lg42 p. m. Madv. Epist. ad Orell. p. 90. sic distinguit: *coactum. Quoniam -- esse, venio nunc* sqq. — 33. *fieri iud.* Lg42: *iud. fieri* ctt. O. — 34. *praetorem* Lg42 p. m.; *PR.* V. — 35. *offici* V. — 36. *civis* V et Lg42. — *rationes* V.

eum non solum PATRONVM illius insulae, sed etiam SOTERA inscriptum vidi Syracusis. Hoc quantum est? Ita magnum, ut Latine uno verbo exprimi non possit. Is est nimirum SOTER, qui salutem dedit. Huius nomine etiam dies festi agitantur, pulchra illa Verria, non quasi Marcellia, sed pro Marcelliis, quae illi istius iussu sustulerunt: huius fornix in foro Syracusis est, in quo nudus filius stat, ipse autem ex equo nudatam ab se provinciam prospicit: huius statuae locis omnibus, quae hoc demonstrare videntur, propemodum non minus multas statuas istum posuisse Syracusis quam abstulisse: huic etiam Romae videmus in basi statuarum maximis litteris incisum A COMMVNI SICILIAE DATAS. 155. Quam ob rem qui hoc probari potest cuiquam, tantos honores habitos esse ab invitis? LXIV. Hic tibi etiam multo magis quam paulo ante in aratoribus videndum et considerandum est, quid velis: magna res est, utrum tibi Siculos publice privatimque amicos an inimicos existimari velis? Si inimicos, quid te futurum est? quo confugies? ubi nitere? Modo aratorum, honestissimorum hominum ac locupletissimorum et Siculorum et civium Romanorum, maximum numerum abs te abalienasti: nunc de Siculis civitatibus quid ages? Dices tibi Siculos esse amicos? qui poteris? qui, quod nullo in homine antea fecerunt, ut in eum publice testimonium dicerent, cum praesertim ex ea provincia condemnati sint complures, qui ibi praetores fuerunt, duo soli absoluti, hi nunc veniunt cum litteris, veniunt cum mandatis, veniunt cum testimoniis publicis. Qui, si te publice laudarent, tamen id more potius suo quam merito tuo facere viderentur, hi cum de tuis factis publice conqueruntur, nonne hoc indicant, tantas esse iniurias, ut multo maluerint de suo more decedere quam de tuis moribus non dicere? 156. Confitendum est igitur tibi necessario Siculos inimicos esse, qui quidem et in te gravissima postulata consulibus ediderunt et me, ut hanc causam salutisque suae defensionem susciperem, obsecrarunt; qui cum a praetore prohiberentur, a quattuor quaestoribus impedirentur, omnium minas atque omnia pericula

---

1. *illius* Lg42 p. m. V: *istius* ctt. O. — *soteram scriptum esse vidi* V. — 2. *magnum est* eV. — *Latine* V et pleriq. codd.: *Latino* Naug. O. — 3. *est enim nimirum* V. — 4. *Verria* (cf. ad §. 51.) -- *Marcellia* 4, V: *Verrea* -- *Marcellea* dtt. O. — 5. *Marcellis* 4 V; *Marcelleis* dtt. O. — 5. *fornex* AB Lagg. praeter 6 42. — 7. *loc. omn.* 4 V: *omn. loc.* M φ dtt. O; *omnibus* dtt. — 8. *videntur* eV: *videantur* edd. ante Victor. et codd., ut videtur, pleriq. Zumpt. — 10. *Siciliae* 4 φ: *Sicilia* V, dtt. cf. §. 114. 145. 168. — 11. *probare potest* Lg42 p. m.; *probare potes* V. — 12. *paulo* 4 N V: om. dtt. — 14. *existimare* dtt. — *velis* Lg42 p. m. V: *vis* ctt. O. — 15. *modo* N et plerique: *quo modo* V. — 16. *hom. ac locupl.* om. Lg29 A B (non Lg42 V.); *et locupl.* N. — *et Sic. et civ. R.* 4 M N φ: *Sic. et civ. R.* V; om. dtt. — 17. *alienasti* N. cf. Arus. M. p. 246. — *de singulis civit.* V. — 19. *fecerant* Lg42. — 21. *hi nunc ven.* 4 M. Pal. sec.: *ii nunc ven.* V. prob. Wesenb. p. 37 sq. (qui primus totum hunc locum recte distinxit. At fallitur, cum dicit *hi* vix ita poni ad subiectum post interiectam longiorem aliquam sententiam et quidem, ut h. l., contrariam cum vi quadam repetendum: nam infra §. 160. init. simile habes exemplum, nec quidquam est rationis, cur pronomen *hic* ita adhiberi non possit, cum multo gravius sit et accommodatius ad subiectum vel obiectum remotius repetendum, quam *is*, cuius vices vel post sententiam relativam non sine vi quadam sustinet; vide infra §. 157. I. §. 54. III. §. 102. V. §. 53.) *hinc conveniunt* dtt.; *huc conveniunt* Iunt.; *nunc contra te veniunt* Lg14 Iannoct. — 23. *laud. publice* V; *publice* om. Franc. — *id potius more* (om. *suo*) V, improb. Wesenb. l. l. — 24. *hi*] *et* Lg42. [corruptum ex *ii*.] — 26. *ig. est* V. — *nec. tibi* eV. — 27. *qui* om. V. — *et* om. eV. — 28. *ediderunt* Lg29 A B V: *ediderint* Lg42 p. m. A M. — 29. *obsecrarunt* 7 Lagg. B V: *obsecrarint* Lg42 A M; *observabit* Lg29.

prae salute sua levia duxerunt; qui priore actione ita testimonia graviter vehementerque dixerunt, ut Artemonem Centuripinum legatum et publice testem Q. Hortensius accusatorem, non testem esse diceret. Etenim ille cum propter virtutem et fidem cum Androne, homine honestissimo et certissimo, tum etiam propter eloquentiam legatus a suis civibus electus est, ut posset multas istius et varias iniurias quam apertissime vobis planissimeque explicare. LXV. Dixerunt Halesini, Catinenses, Tyndaritani, Hennenses, Herbitenses, Agyrinenses, Netini, Segestani: enumerare omnes non est necesse. Scitis, quam multi et quam multa priore actione dixerint: nunc et illi et reliqui dicent. 157. Omnes denique hoc in hac causa intelligent, hoc animo esse Siculos, ut, si in istum animadversum non sit, sibi relinquendas domos ac sedes suas et ex Sicilia decedendum atque adeo fugiendum esse arbitrentur.) Hos homines tu persuadebis ad honorem atque amplitudinem tuam pecunias maximas voluntate sua contulisse? Credo, qui te in tua civitate incolumem esse nollent, hi monumenta tuae formae ac nominis in suis civitatibus esse cupiebant. Res declarabit, ut cupierint. Iam dudum enim mihi nimium tenuiter Siculorum erga te voluntatis argumenta colligere videor, utrum statuas voluerint tibi statuere an coacti sint. 158. De quo homine auditum est umquam, quod tibi accidit, ut eius in provincia statuae, in locis publicis positae partim etiam in aedibus sacris, per vim et per universam multitudinem deiicerentur? Tot homines in Asia nocentes, tot in Africa, tot in Hispania, Gallia, Sardinia, tot in ipsa Sicilia fuerunt: ecquo de homine hoc umquam audivistis? Novum est, iudices: in Siculis quidem et in omnibus Graecis monstri simile. Non crederem hoc de statuis, nisi iacentes revulsasque vidissem, propterea quod apud omnes Graecos hic mos est, ut honorem hominibus habitum in monumentis eius modi nonnulla religione deorum consecrari arbitrentur. 159. Itaque Rhodii, qui prope soli bellum illud superius cum Mithridate rege gesserunt omnesque eius copias acerrimumque impetum moenibus, litoribus classibusque suis exceperunt, tamen, cum ei regi inimici praeter ceteros essent, statuam eius, quae erat apud ipsos in celeberrimo urbis loco, ne tum quidem in ipsis urbis periculis attigerunt: ac forsitan vix convenire videretur, quem ipsum hominem cuperent evertere, eius effi-

---

1. *pro* Lg42 eV φ. At cf. Hand. Turs. IV. p. 526. — *duxerunt* Lagg. B V φ: *duxerint* M A. — 2. *dixerunt* Lagg. B V φ: *dixerint* M A. Quattuor his locis cum uterque modus recte admitti possit, codicum auctoritatem potiorem secuti sumus. Similiter variant boni codd. infra §. 159 init. — 3. *Q.* om. V. — 4. *ille cum* B M eV: *cum ille* Lg29; *ille* om. rell., ut videtur. — 7. *nobis* Lg42. — 8. *Ennenses* O. — *Nethini* Lg42; *Netinenses* codd. rell. et edd. — 9. *enumerare* coni. L: *et numerare* M; *numerare* ctt. O. — *scio* Lg42 p. m.; *scis* M; *satis* dtt. — *quam multi et* om. Lg42 p. m. M. — 11. *denique* om. Lg42 p. m. — 13. *adeo* om. Lg42 p. m. — 14. *honorem* 4, cod. Hot.: *honores* dtt. O. — *amplitudinemque* Lg29. — 16. *ii* edd. ante Grut. O. At cf. §. 155. — 17. *declarabit* Lg42 p. m. M: *declaravit* ctt. O. — *ut cupierint* «ut certissimum glossema delendum puto» Garat. II. — 20. *hoc homine* Lg42 p. m.; *homine hoc* L. 1584 (ex F?) O. — 22. *et per* 4 φ: *et* om. dtt. O. — *immensam mult.* Lg42 p. m. — 24. *hecquo* Lg42; *et quo* dtt. — *audivistis* Lg42 p. m.: *audiimus* Lg29 B; *audivimus* ctt. O. — 28. *eiusmodi* 4: *huiusmodi* dtt. O. — 29. *Rhodii qui* Lg42 φ: *Rhodii cum* Lg29 A B; *cum Rhodii* dtt. O. — *pr. s. b. illud* 4 φ: *b. il. p. s.* dtt. O. — 30. *gesserunt* Lg42: *gesserint* φ, ctt. O. — *imp. moen.* 4 M φ: *eius imp. a moen.* ctt. — 31. *exceperunt* coni. Zumpt., *exceperint* codd., etiam φ O. — *tamen* 4 φ: om. ctt. O. — *ei regi* 4 φ: *et regis* ctt. O. — 32. *istos* Lg42 p. m. — 33. *ac* Lg42 p. m.: om. ctt. O.

giem simulacrumque servare: sed tamen videbam, apud eos cum essem, et religionem esse quandam in his rebus a maioribus traditam et hoc disputari, cum statua se eius habuisse temporis rationem, quo posita esset, cum homine eius, quo gereret bellum atque hostis esset. LXVI. Videtis igitur consuetudinem religionemque Graecorum, quae monumenta hostium in bello ipso soleat defendere, eam summa in pace praetoris populi Romani statuis praesidio non fuisse. 160. Tauromenitani, quorum est civitas foederata, homines quietissimi, qui maxime ab iniuriis nostrorum magistratuum remoti consuerant esse praesidio foederis, hi tamen istius evertere statuam non dubitaverunt. Qua abiecta basim tamen in foro manere voluerunt, quod gravius in istum fore putabant, si scirent homines statuam eius a Tauromenitanis esse deiectam, quam si nullam umquam positam esse arbitrarentur. Tyndaritani deiecerunt in foro et eadem de causa equum inanem reliquerunt. Leontinis, misera in civitate atque inani, tamen istius in gymnasio statua deiecta est. Nam quid ego de Syracusanis loquar, quod non est proprium Syracusanorum, sed et illorum et commune conventus illius ac prope totius provinciae? quanta illuc multitudo, quanta vis hominum convenisse dicebatur istum, cum statuae sunt istius deiectae et eversae? At quo loco? Celeberrimo ac religiosissimo, ante ipsum Serapim, in primo aditu vestibuloque templi. Quod nisi Metellus hoc tam graviter egisset atque illam rem imperio edictoque prohibuisset, vestigium statuarum istius in tota Sicilia nullum esset relictum.

161. Atque ego hoc non vereor, ne quid horum non modo impulsu, verum omnino adventu meo factum esse videatur. Omnia ista ante facta sunt, non modo quam ego Siciliam, verum etiam quam iste Italiam attigit. Dum ego in Sicilia sum, nulla statua deiecta est: posteaquam illinc discessi, quae sunt gesta cognoscite. LXVII. Centuripinorum senatus decrevit populusque iussit, ut, quae statuae C. Verris ipsius et patris eius et filii essent, eas quaestores demoliendas locarent, dumque ea demolitio fieret, senatores ne minus xxx adessent. Videte gravitatem civitatis ac dignitatem. Neque eas in urbe sua statuas esse voluerunt, quas inviti per vim atque imperium dedissent, neque eius hominis, in quem ipsi cum gravissimo testimonio publice, quod numquam antea, Romam mandata legatosque misissent; et id gravius esse putarunt, si publico consilio, quam si per vim multitudinis factum esse videretur. 162. Cum hoc consilio statuas Centuripini publice sustulissent, audit Metellus: graviter fert: evocat ad se Centuripinorum magistratus et de-

---

3. *disputari* Lg42 p. m.: *disputare* ctt. O. — 4. *eius* Lg42: *non* pleriq. codd.; *vero* alii O. — 6. *solent* Lg42 p. m. — *ea* Lg42 p. m. — *praetoris* om. Lg42 p. m. — 7. *Tauromìnitani* dtt. — 9. *remoti* Lg29 42 B M N φ: *remotissimi* ctt. O. — *consuerant* Lg42 φ: *consueverunt* N et 2 Lagg.; *consueverant* ctt. — *hi*] immo *ii*. Cf. p. 226, 15. Halm. — 10. *dubitarunt* Lgg. praeter 42, A B. — *abiecta* A B L: *ablecta* F et Lg29; *ableta* Lg42; *ablata* dtt. O. — *basim* Lg29: *basin* ctt. cf. IV. §. 79. — 13. *esse* 4: om. dtt. O. — 14. *Leontini* dtt. — 17. *et commune* Lg42 p. m.: *commune* ctt.; *commune, et* O. — 18. *illic* Lg42 p. m. — 19. *istius*] Sic scripsi de coni.: *illius* codd. — *et* 4: *atque* dtt. O. — 20. *Serapim* 4 M φ, Pal. sec.: ceteri corrupte *Sepim, saepe*. — 26. *sint* dtt. — 30. *eius* Lg42 p. m.: om. ctt. O. — 31. *ne minus XXX* Lg29 42 M φ: *XXX ne minus* A B O; *XXX minus non* dtt. — 32. *ac* Lg42 p. m.: *et* ctt. O. — 34. *publice* Lg42 N: *publico* Lg29 A B; om. dtt. — 35. *putaverunt* O contra codd. — 36. *esse* Lg42: om. ctt. O. — 38. *Centuripinorum* Lg42 φ: *Centuripinum* ctt. O. — *magistratus* Lg42: *magistratum* ctt. O.

cem primos: nisi restituissent statuas, vehementer minatur. Illi ad senatum renuntiant. Statuae, quae istius causae nihil prodessent, reponuntur: decreta Centuripinorum, quae de statuis erant facta, non tolluntur. Hic ego aliud alii concedo: Metello, homini sapienti, prorsus non possum ignoscere, si quid stulte facit. Quid? ille hoc putabat Verri criminosum fore, si eius statuae essent deiectae, quod saepe vento aut aliquo casu fieri solet? Non erat in hoc neque crimen ullum neque reprehensio. Ex quo igitur crimen atque accusatio nascitur? Ex hominum iudicio et voluntate. LXVIII. 163. Ego, si Metellus statuas reponere Centuripinos non coëgisset, haec dicerem: Videte, iudices, quantum et quam acerbum dolorem sociorum atque amicorum animis inusserint istius iniuriae, cum Centuripinorum amicissima et fidelissima civitas, quae tantis officiis cum populo Romano coniuncta est, ut non solum rem publicam nostram, sed etiam in quovis homine privato nomen ipsum Romanum semper dilexerit, ea publico consilio atque auctoritate iudicarit C. Verris statuas esse in urbe sua non oportere. Recitarem decreta Centuripinorum: laudarem illam civitatem, id quod verissime possem: commemorarem decem milia esse civium Centuripinorum, fortissimorum fidelissimorumque sociorum: eos omnes hoc statuisse MONVMENTVM ISTIVS IN SVA CIVITATE NVLLVM ESSE OPORTERE. 164. Haec tum dicerem, si statuas Metellus non reposuisset. Velim quaerere nunc ex ipso Metello, quidnam sua vi et auctoritate mihi ex hac oratione praeciderit. Eadem opinor omnia convenire. Neque enim, si maxime statuae deiectae essent, eas ego vobis possem iacentes ostendere: hoc uno uterer, civitatem tam gravem statuas iudicasse C. Verris demoliendas. Hoc mihi Metellus non eripuit: hoc etiam addidit, ut quererer, si mihi videretur, tam iniquo iure sociis atque amicis imperari, ut iis ne in suis quidem beneficiis libero iudicio uti liceret; vos rogarem, ut coniecturam faceretis, qualem in iis rebus in me L. Metellum fuisse putaretis, in quibus rebus obesse mihi posset, cum in hac re tam aperta cupiditate fuerit, in qua nihil obfuit. Sed ego Metello non irascor neque ei suam purgationem eripio, qua ille apud omnes utitur, ut nihil malitiose neque consulto fecisse videatur.

LXIX. 165. Iam igitur est ita perspicuum, ut negare non possis, nullam tibi statuam voluntate cuiusquam datam, nullam pecuniam statuarum nomine nisi vi expressam et coactam. Quo quidem in crimine non illud solum intelligi volo, te ad statuas HS tricies coëgisse, sed multo etiam illud magis, quod simul demonstratum est, quantum odium aratorum, quantum omnium Siculorum sit et fuerit. In quo quae vestra defensio futura sit, coniectura assequi non queo. 166. «Oderunt Siculi:

---

1. *minatur* Lg 6 42: *iis minatur* ctt. O. — 3. *decreta -- tolluntur* Lg42 N φ: om. ctt. — 6. *vento aut*] *aut nemo* Lg42. — 10. *Centur. rep.* Lg42 p. m. — 13. *cum p. R. c. est* Arus. M. p. 221. — 15. *Romanum* Lg42: *Romanorum* ctt. O. — 18. *esse civ.* Lg29 A B: *civ. esse* Lg42; *esse* om. dtt. O. — 19. *hoc* 4: om. dtt. O. — 26. *haec etiam* Lgg. (praeter 42.) A B. — 28. *vos rog.* Lg42 M: *ut vos rog.* ctt. O. — 29. *his* edd. post Grut. — *rebus* (ante *obesse*) om. Lg42. — 31. *purgationem* Naug. O: *vacationem* Lg42 et M; *vagationem* Lg29 et 6 alii, A (B?); *orationem* coni. Kl. [fort. *neque ei excusationem.* HALM.] — 37. *CXX milia* O; *ccıↄↄ* φ; *CC CC CC* Lg42; *Co. Co. Co.* N; *w w* (i. e. cıↄ cıↄ) M; cf. ad §. 141. — 38. *demonstratum* Lg42 M N: *demonstrandum* ctt. — *odium* Lg42 A B: *odium in te* ctt. O.

togatorum enim causa multa feci.» (At hi quidem acerrimi inimicissimique sunt.) «Inimicos habeo cives Romanos, quod sociorum commoda ac iura defendi.» At socii in hostium numero sese abs te habitos queruntur. «Aratores inimici sunt propter decumas.» Quid? qui agros immunes liberosque arant, cur oderunt? cur Halesini? cur Centuripini? cur Segestani? cur Halicyenses? quod genus hominum, quem numerum, quem ordinem proferre possis, qui te non oderit, sive civium Romanorum sive Siculorum? ut, etiam si causas, cur te oderint, non possum dicere, tamen illud dicendum putem, quem omnes mortales oderint, eum vobis quoque odio esse oportere. 167. An hoc dicere audebis, utrum de te aratores, utrum denique Siculi universi bene existiment aut quo modo existiment, ad rem id non pertinere? Neque tu hoc dicere audebis, nec, si cupias, licebit. Eripiunt enim tibi istam orationem contemnendorum Siculorum atque aratorum statuae illae equestres, quas tu paulo ante, quam ad urbem venires, poni inscribique iussisti, ut omnium iniquorum tuorum animos accusatorumque tardares. 168. Quis enim tibi molestus esset aut quis appellare te auderet, cum videret statuas ab negotiatoribus, ab aratoribus, a communi Siciliae positas? Quod est aliud in illa provincia genus hominum? Nullum. Ergo ab universa provincia generatimque a singulis eius partibus non solum diligitur, sed etiam ornatur. Quis hunc attingere audeat? Potes igitur dicere nihil tibi obesse oportere aratorum, negotiatorum Siculorumque omnium testimonia, cum eorum nominibus in statuarum inscriptione oppositis omnem te speraris invidiam atque infamiam tuam posse exstinguere? an quorum auctoritate tu statuas cohonestare tuas conatus es, eorum ego dignitate accusationem meam comprobare non potero?

169. Nisi forte, quod apud publicanos gratiosus fuisti, in ea re spes te aliqua consolatur. Quae gratia ne quid tibi prodesse posset, ego mea diligentia perfeci: ut etiam obesse deberet, tu tua sapientia curasti. Etenim rem totam, iudices, breviter cognoscite. LXX. In scriptura Siciliae pro magistro est quidam L. Carpinatius, qui et sui quaestus causa et fortasse quod sociorum interesse arbitrabatur, bene penitus in istius familiaritatem sese dedit. Is cum praetorem circum omnia fora sectaretur neque ab eo umquam discederet, in eam iam venerat familiaritatem

---

1. *At hi*] *Ali* V. — 3. *At*] *ad* V. — *sese* Lg42: om. Lg29 A; *se* ctt. O. (*numeros se* V.) — 8. *causas* Lg42 V: *causam* ctt. O. — *possum* 4 V (nam Zumptius haud dubie errat, qui *possum* in quattuor suis codd. pro *possis* supra legi dicit): *possim* dtt. O. — 9. *illut* V. — *quem*] *quae* V. — 10. *vobis quoque* Lg29 42 A: *quoque vobis* ctt. O. — 11. *aratores*] «Non tam vox *denique*, quae in vulg. stare potest, ut notavi ad c. 16. p. Quint., quam res et loci sqq. postulant, ut hic *utrum negotiatores* addatur.» Garat. II. Eadem verba excidisse putabat Schützius. — *aut q. m. ex.* Lg42 F N: om. ctt. etiam V.— 13. *nec* 4, V: *neque* dtt. O.— *cupias* Lg42 φ: *cupies* V ctt.— *enim* Lg42 φ: om. eV ctt.— *contemnendorum*] *negotiatorum* cod. Urs. Iann. et Lg14 sec. m. Cf. Madv. Epist. p.81.— 16. *iniquorum* Lg42 F: *inimicorum* eV ctt. O. Eadem varietas scripturae est lib. I. §. 19. — *tuorum* 4, V: om. dtt. O. — 17. *te* V: om. ctt. O. — 18. *a negot.* V; sic §. 163. — *Sicilia* V. cf. §. 114. Zumpt. tacet de suis codd. — *positas* eV: om. ctt. O. — 19. *hominum* Lg29 42 B V cod. Hot.: *humanum* ctt. — 20. *ab sing.* Lg29 V. — 22. *obesse* om. V. — *oporteret* V. — 23. *oppositis* 4, V: *positis* dtt. O. — 24. *speraris* Lg42 cod. Hot. eV: *speraras* N; *sperabis* ctt. — *posse ext.* 4, eV: *ext. p.* dtt. — 25. *tu auctor.* V. — 26. *probare* dtt. — 27. *apud adversus publicanos* V. — 30. *Siciliae* om. Lg42 p. m. — 31. *iam* om. Lg42.

consuetudinemque in vendendis istius decretis et iudiciis transigendisque negotiis, ut prope alter Timarchides numeraretur. 170. Hoc erat etiam capitalior, quod idem pecunias iis, qui ab isto aliquid mercabantur, fenori dabat. Ea autem feneratio erat eius modi, iudices, ut etiam is quaestus huic cederet. Nam quas pecunias ferebat iis expensas, quibuscum contrahebat, eas aut scribae istius aut Timarchidi aut etiam isti ipsi referebat acceptas. Idem praeterea pecunias istius extraordinarias grandes suo nomine fenerabatur. 171. Hic primo Carpinatius, antequam in istius tantam familiaritatem pervenisset, aliquoties ad socios litteras de istius iniuriis miserat. Canuleius vero, qui in portu Syracusis operas dabat, furta quoque istius permulta nominatim ad socios perscripserat, ea quae sine portorio Syracusis erant exportata: portum autem et scripturam eadem societas habebat. Ita factum est, ut essent permulta, quae ex societatis litteris dicere in istum et proferre possemus. 172. Verum accidit, ut Carpinatius, qui iam cum isto summa consuetudine, praeterea re ac ratione coniunctus esset, crebras postea litteras ad socios de istius summis officiis in rem communem beneficiisque mitteret. Etenim cum iste omnia, quaecumque Carpinatius postulabat, facere ac decernere solebat, tum ille etiam plura scribebat ad socios, ut, si posset, ea quae antea scripserat, plane exstingueret. Ad extremum vero, cum iste iam decedebat, eius modi litteras ad eos misit, ut huic frequentes obviam prodirent, gratias agerent, facturos se, si quid imperasset, studiose pollicerentur. Itaque socii fecerunt vetere instituto publicanorum, non quo istum ullo honore dignum arbitrarentur, sed quod sua interesse putabant se memores gratosque existimari: gratias isti egerunt: Carpinatium saepe ad se de eius officiis litteras misisse dixerunt. LXXI. 173. Iste cum respondisset ea se libenter fecisse operasque Carpinatii magno opere laudasset: dat amico suo cuidam negotium, qui tum magister erat eius societatis, ut diligenter caveret atque prospiceret, ne quid esset in litteris sociorum, quod contra caput suum aut existimationem valere posset. Itaque ille multitudine sociorum remota decumanos convocat: rem defert. Statuunt illi atque decernunt, ut eae litterae, quibus existimatio C. Verris laederetur, removerentur operaque daretur, ne ea res C. Verri fraudi esse posset. 174. Si ostendo hoc decrevisse decumanos, si planum facio hoc decreto remotas esse litteras: quid exspectatis amplius? possumne rem magis iudicatam afferre, magis reum condemnatum in iu-

---

1. *familiaritatem consuetudinemque*] *consuetudinem* M et Lg42. [Optime.] — 3. *pecunias* 4: *pecuniam* dtt. O. — *his* A B Lg42. — 4. *eiusmodi* Lg42: *huiusmodi* ctt. O. — *is* φ: *his* 4; *hic* dtt. O. — 5. *ferebat iis* B; *fer. his* A et Lg42; *fer. is* rell. Lagg.; *iis fer.* O. — 6. *eas aut* Lamb. marg. 1584: *aea ait* Lg42; *eas* om. ctt. O. — *isti ipsi* Lg6 42 48. (cf. §. 102. 175. III. §. 37. 202. 212. V. §. 47.): *ipsi isti* ctt. O. cf. IV. §. 92. — 8. *primo* om. Lg42. — 9. *perveniret* Lg29 B. — 12. *scripturam* 4 M N, alii: *scripturas* dtt. — 14. *et prof.* 4: *ac prof.* dtt. O. — 16. *ratione* Lg29 42 N. (cf. III. §. 23. V. §. 8.): *oratione* ctt. — 17. *cum* 4 M φ: *tum* dtt. — 19. *etiam ille* Lg42. — *ea, quae a. scr.* Lg42: *quae a. scr., ea* ctt. O. — 22. *gratias* Lg42 p. m. F M: *gratiasque* ctt. O. — *se* Lg42 F M, Pal. sec.: *esse* ctt. — 23. *quo* codd.: *quod* L. — 27. *ea se* codd.: *se ea* edd. multae post Grut. — 30. *caput suum aut existimationem* Lg42 p. m.: *suum caput atque existimat.* ctt. O. At cf. §. 57. Beier ad Lael. §. 61. — 34. *decresse* Lg29 A B. — 36. *magis rem* Lg29. [om. Zumpt.] *mage condemnatum hominem in iudicium adducere non posse* Serv. ad Aen. X. 481., qui in Frumentaria hunc locum legi falso tradit.

dicium adducere? At quorum iudicio condemnatum? Nempe eorum, quos ii, qui severiora iudicia desiderant, arbitrantur res iudicare oportere, publicanorum iudicio; quos videlicet nunc populus iudices poscit, de quibus, ut eos iudices habeamus, legem ab homine non nostri generis, non ex equestri loco profecto, sed nobilissimo promulgatam videmus. 175. Decumani, hoc est, principes et quasi senatores publicanorum, removendas de medio litteras censuerunt. Habeo ex iis qui adfuerunt, quos producam, quibus hoc committam, homines honestissimos ac locupletissimos, istos ipsos principes equestris ordinis, quorum splendore vel maxime istius, qui legem promulgavit, oratio et causa nititur. Venient in medium: dicent, quid statuerint. Profecto, si recte homines novi, non mentientur; litteras enim communes de medio removere potuerunt: fidem suam et religionem removere non possunt. Ergo equites Romani, qui te suo iudicio condemnarunt, horum iudicio condemnari noluerunt: vos nunc, utrum illorum iudicium an voluntatem sequi malitis, considerate.

LXXII. 176. Ac vide, quid te amicorum tuorum studium, quid tuum consilium, quid sociorum voluntas adiuvet. Dicam paulo promptius; neque enim iam vereor, ne quis hoc me magis accusatorie quam libere dixisse arbitretur. Si istas litteras non decreto decumanorum magistri removissent, tantum possem in te dicere, quantum in litteris invenissem: nunc decreto isto facto litterisque remotis tantum mihi licet dicere, quantum possum; tantum iudici suspicari, quantum velit. Dico te maximum pondus auri, argenti, eboris, purpurae, plurimam vestem Melitensem, plurimam stragulam, multam Deliacam supellectilem, plurima vasa Corinthia, magnum numerum frumenti, vim mellis maximam Syracusis exportasse: his pro rebus quod portorium non esset datum, litteras ad socios misisse L. Canuleium, qui in portu operas daret.

177. Satisne magnum crimen hoc videtur? Nullum, opinor, maius. Qui id defendet Hortensius? postulabit, ut litteras Canuleii proferam? crimen eius modi, nisi litteris confirmetur, inane esse dicet? Clamabo litteras remotas esse de medio, decreto sociorum erepta mihi esse istius indicia ac monumenta furtorum. Aut hoc contendat numquam esse factum aut omnium tela excipiat necesse est. Negas esse factum? Placet mihi ista defensio: descendo; aequa enim contentio, aequum certamen proponitur. Producam testes et producam plures eodem tempore: quo-

---

2. *desiderant -- oportere* Lg42 M φ: *desiderabant arbitrentur res iudicari op.* dtt. — 8. *quibus hoc committam* 4 M N φ Pal. sec.: *quibus hoc producam* dtt. — 9. *istos ipsos* Lg42 φ (cf. §. 170.): *ipsos* om. ctt.; *istos* secl. O. prob. Gar. II. [nobisque.] — 10. *max. illius* coni. Schütz. Sed cum Cicero, homo senatorius, equestrem ordinem et Aurelium Cottam in causa illa iudiciaria haberet adversarios (?), recte pronomine *iste*, ut alibi de Verre, utitur. — 11. *nititur* Lg42 N O, cod. Hot.: *nitetur* ctt. — *dicunt* Lg29 B; *dicant* Lg42 p. m. — *statuerunt* Lg42 p. m. — 14. *condemnarunt* Lg42 p. m. φ: *condemnarant* N; *Romani te suo iudicio condemnari* mance codd. praeter Lg42 p. m. N φ. — 15. *noluerunt* N φ alii: *voluerunt* Lg6 42 48. — *vos* om. Lg42 p. m. — 17. *ac* Lg42: *at* ctt. O. — *videte* Lg42 p. m. — 18. *promptius* Lg42 F M N: *amplius* ctt. — 25. *plurima stragula* Lg42 p. m. — 29. *crimen hoc* Lg42: *hoc crimen* ctt. O. — 30. *qui id* Lg42 (cf. Intpp. ad Sull. §. 42.): *quid* ctt. O. — *defendit* pleriq. codd. Vulgata est a Naug. et in Lg42. — 31. *eiusmodi* 4: *huiusmodi* dtt. O. — 34. *omnium* Lg42 p. m. M: *omnia* ctt. O. — 35. *contentio* Lg42 p. m. M: *conditio* ctt. O. — *aequum* 4 φ: *aequumque* dtt. — 36. *eo tempore* Lg42. [deest vera, ut videtur, lectio apud Z.]

niam tum, cum actum est, una fuerunt, nunc quoque una adsint; cum interrogabuntur, obligentur non solum iuris iurandi atque existimationis periculo, sed etiam communi inter se conscientia. 178. Si planum fit, hoc ita, quem ad modum dico, esse factum: num poteris dicere, Hortensi, nihil in istis fuisse litteris, quod Verrem laederet? Non modo id non dices, sed ne illud quidem tibi dicere licebit, tantum, quantum ego dicam, non fuisse. Ergo hoc vestro consilio et gratia perfecistis, ut, quem ad modum paulo ante dixi, mihi summa facultas ad accusandum daretur, iudici libera potestas ad credendum. LXXIII. 179. Quod cum ita sit, nihil fingam tamen. Meminero me non sumpsisse, quem accusarem, sed recepisse, quos defenderem: vos ex me causam non a me prolatam, sed ad me delatam audire oportere: me Siculis satis esse facturum, si, quae cognovi in Sicilia, quae accepi ab ipsis, diligenter exposuero: populo Romano, si nullius vim, nullius potentiam pertimuero: vobis, si facultatem vere atque honeste iudicandi fide et diligentia mea fecero: mihimet, si ne minimum quidem de meo curriculo vitae, quod mihi semper propositum fuit, decessero. 180. Quapropter nihil est quod metuas, ne quid in te confingam: etiam quod laetere habes. Multa enim, quae scio abs te esse commissa, quod aut nimium turpia aut parum credibilia sunt, praetermittam: tantum agam de hoc toto nomine societatis. Ut iam scire possis, quaeram, decretumne sit? Cum id invenero, quaeram, remotaene sint litterae? Cum id quoque constabit, vos iam hoc me tacito intelligetis: si illi, qui hoc istius causa decreverunt, equites Romani, nunc iidem in eum iudices essent, istum sine dubio condemnarent, de quo litteras eas, quae istius furta indicarent, et ad se missas et suo decreto remotas scirent esse. Quem igitur ab iis equitibus Romanis, qui istius causa cupiunt omnia, qui ab eo benignissime tractati sunt, condemnari necesse esset: is a vobis, iudices, ulla via aut ratione absolvi potest?

181. Ac ne forte ea, quae remota de medio atque erepta nobis sunt, omnia ita condita fuisse atque ita abdita latuisse videantur, ut haec diligentia, quam ego a me exspectari maxime puto, nihil eorum investi-

---

1. *adsint* Lg42 p. m.: *sint* Lg29 A B M O; *sunt* dtt. — 4. *num* φ: *unum* Lg42 p. m.; *non* ctt. — 5. *id non*] *non* om. Lg29 A B. — 8. *mihi* Lg42 p. m.: *et mihi* ctt. O. — 9. *iudici* Lg42 p. m.: *et iudici* Lg29 B; *et iudicibus* ctt. O. — *cernendum* Lg42 p. m. φ; *decernendum* coni. L. — 11. *quos* Lg42: *quod* ctt. codd. noti. — 14. *nullius vim* om. Lg42. — *potestatem* Lg42 p. m. — 16. *mihimet si* Lg29 42 M φ: *mihi in eo si* ctt. — *de eo c.* O contra codd. — 18. *in te confingam* 4 φ: *in te fingam* N; *mecum fingam* dtt. — 19. *a te* Lg42 p. m. — 20. *nomine*] *crimine* coni. Bake Bibl. crit. nov. Vol. V. P. I. p. 16. — 21. *ut iam scire possis* Lg42 F M: *ut eam scire possitis* ctt.; *ut iam sc. possitis* O; *ut factum scire possitis* coni. Bake et postea *equites Rom.* delet. cf. Madv. Epist. ad Orell. p. 90. — 23. *iam hoc a me* Lg29 B; *me iam hoc* Lg42 M. [sed om. hi Lagg. *tacito*.] — *hoc* om. Lg29 B. — 26. *et ad*] *et* om. Lg42 p. m. — *missas esse et* Lg42 p. m. — 27. *Romanis* om. Lg42 p. m. ut lib. I. §. 10. — 29. *via* Ernesti et Lg29 (prob. Wesenberg. l. l. p. 16. coll. V. §. 151.): *vi* ctt. «Pertinet *vis* ad opes adversariorum.» Zumpt. «At aliud est *vis*, aliud *opes*, neque qui opibus suis aut alienis pugnat, idem continuo *vi* pugnat, neque omnino h. l. quaeritur, *cuius rei ope* absolvi possit Verres, sed illud solum, *num ullo modo* iudices, qui tum erant, absolvere eum possint, quem equites Romani condemnaturi fuerint.» Wesenberg. — 30. *nobis* Lg29 42 p. m. B: *vobis* ctt. O. — 31. *abdita* Lg29 A B (cf. p. C. Rabir. §. 21.): *obedire* Lg42 p. m.; *abdite* dtt. O. — *haec* Lg42 p. m. (vel potius *hec*): *hac* ctt. O. — 32. *eorum* codd.: *horum* O. — *investigare* Lg29 A: *investigari* ctt. O. cf. Gronov. Observv. I. 12.

gare, nihil assequi potuerit: quae consilio aliquo aut ratione inveniri potuerunt, inventa sunt, iudices. Manifestis in rebus hominem iam teneri videbitis. Nam quod in publicanorum causis vel plurimum aetatis meae versor vehementerque illum ordinem observo, satis commode mihi videor eorum consuetudinem usu tractandoque cognosse.

LXXIV. 182. Itaque ut hoc comperi, remotas esse litteras societatis, habui rationem eorum annorum, per quos iste in Sicilia fuisset: deinde quaesivi, quod erat inventu facillimum, qui per eos annos magistri illius societatis fuissent, apud quos tabulae fuissent. (Sciebam enim hanc magistrorum, qui tabulas haberent, consuetudinem esse, ut) cum tabulas novo magistro traderent, exempla litterarum ipsi habere non nollent. Itaque ad L. Vibium, equitem Romanum, virum primarium, quem reperiebam magistrum fuisse eo ipso anno, qui mihi maxime quaerendus erat, primum veni. Sane homini praeter opinionem improviso incidi. Scrutatus sum, quae potui, et quaesivi omnia: inveni duos solos libellos ab L. Canuleio missos sociis ex portu Syracusis: in quibus erat ratio scripta mensium complurium rerum exportatarum istius nomine sine portorio. Itaque obsignavi statim. 183. Erant haec ex eo genere, quod ego maxime genus ex sociorum litteris reperire cupiebam; verum tantum inveni, iudices, quod apud vos quasi exempli causa proferre possem. Sed tamen, quidquid erit in his libellis, quantulumcumque videbitur esse, hoc quidem certe manifestum erit: de ceteris ex hoc coniecturam facere debebitis. Recita mihi, quaeso, hunc primum libellum: deinde illum alterum. Libelli Canvleiani. Non quaero, unde cccc amphoras mellis habueris, unde tantum Melitensium, unde quinquaginta tricliniorum lectos, unde tot candelabra: non, inquam, iam quaero, unde haec habueris, sed quo tantum tibi opus fuerit, id quaero. Omitto de melle: sed tantum Melitensium? quasi etiam amicorum uxores: tantum lectorum? quasi omnium istorum villas ornaturus esses.

LXXV. 184. Et cum haec paucorum mensium ratio in his libellis sit, facite, ut vobis triennii totius veniat in mentem. Sic contendo: ex his parvis libellis apud unum magistrum societatis repertis vos iam coniectura assequi posse, cuius modi praedo iste in illa provincia fuerit, quam multas cupiditates, quam varias, quam infinitas habuerit, quantam pecuniam non solum numeratam, verum etiam huiuscemodi in re-

---

5. *cognosse* Lg29 A B: *cognoscere* Lg42 p. m.; *cognovisse* dtt. O. — 7. *eorum* 4: om. dtt. O. — 8. *eos* Lg42 N: *eosdem* ctt. O. — 9. *illius* Lgg. omnes A B: *istius* N O. — *apud* Lg42 N φ: *et apud* Lg29 A B; *apud - - fuissent* om. dtt. — 12. *Vibium*] *Iullum* vel *Uillum* Lg42; *Iubium* Lg29 al. dtt. — 13. *quem inveniebam* M. — *magistratum* Lg42 M. — 15. *et quae vidi omnia* Lg42 p. m. — 17. *scripta ratio* Lg29 B. — *mensium* Lg42: *mensuum* A Lg29; *mensum* B F M rell. Cf. Zumpt. ad h. l. — 18. *erant haec ex eodem g.* Lg29 A B; *erant ex eodem g.* F (non *erat*, ut est ap. Zumpt.); *erat ex eodem g.* Lg42; *nec erant haec (ex eo?) g.* 2 codd. Lambini; *erant haec ex eo quidem genere* susp. Halm. — 21. *quantulum* Lg42 p. m.; *quantulumque* Lg29 A. — 23. *debetis* Lg6 42. — 24. *Canuleiani* codd.: *Canuleii. Iam* O ex coni. Lambini. — 25. *tantum Melitensium* Lg42 φ (cf. Lucret. IV. 1124. Sic *Coa* ap. Hor. Sat. I. 2, 101. Ovid. Art. Am. II. 298.): *tantam Melitensem vestem* ctt. O. — 27. *tantum tibi* 4: *tibi tant.* dtt. O. — 28. *omitto* Lg42 p. m.: *mitto* ctt. O. Utrumque rectum. cf. in Pis. §. 47. 51. p. Rab. Post. §. 34. Moser ad Parad. p. 242. — *tantum* Lg42 p. m.: *tantumne* ctt. O. — 29. *quasi etiam omnium istorum* dtt. O. — 30. *et* Lg42 p. m.: om. ctt. O. — *mensum* N; *mensuum* Lg29. — 35. *eiuscemodi* Lg42; *huiusmodi* O, contra codd. — *in* om. Lgg. praeter 29, C.

bus positam confecerit; quae vobis alio loco planius explicabuntur. 185. Nunc hoc attendite. His exportationibus, quae recitatae sunt, scribit HS LX socios perdidisse ex vicesima portorii Syracusis. Pauculis igitur mensibus, ut hi pusilli et contempti libelli indicant, furta praetoris, quae essent HS duodecies, ex uno oppido solo exportata sunt. Cogitate nunc, cum illa Sicilia sit, hoc est insula, quae undique exitus maritimos habeat, quid ex ceteris locis exportatum putetis? quid Agrigento, quid Lilybaeo, quid Panormo, quid Thermis, quid Halesa, quid Catina, quid ex ceteris oppidis: quid vero Messana, quem iste sibi locum maxime tutum esse arbitrabatur, ubi animo semper soluto liberoque erat, quod sibi iste Mamertinos delegerat, ad quos omnia, quae aut diligentius servanda aut occultius exportanda erant, deportaret. His inventis libellis ceteri remoti et diligentius sunt reconditi: nos tamen, ut omnes intelligant hoc nos sine cupiditate agere, his ipsis libellis contenti sumus.

LXXVI. 186. Nunc ad sociorum tabulas accepti et expensi, quas removere honeste nullo modo potuerunt, et ad amicum tuum Carpinatium revertemur. Inspiciebamus Syracusis a Carpinatio confectas tabulas societatis, quae significabant multis nominibus eos homines versuram a Carpinatio fecisse, qui pecunias Verri dedissent; quod erit vobis luce clarius tum, iudices, cum eos ipsos produxero, qui dederunt. Intelligetis enim illa tempora, per quae, cum essent in periculo, pretio sese redemerunt, cum societatis tabulis non solum consulibus, verum etiam mensibus convenire.

187. Cum haec maxime cognosceremus et iam in manibus tabulas haberemus, repente adspicimus lituras eius modi quasi quaedam vulnera tabularum recentia. Statim suspicione offensi ad ea ipsa nomina oculos animumque transtulimus. Erant acceptae pecuniae A C. VERRVCIO C. F. sic tamen, ut usque ad alterum R litterae constarent integrae, reliquae omnes essent in litura. Alterum, tertium, quartum, permulta erant eiusdem modi nomina. Cum manifesta res, cum flagitiosa litura tabularum atque insignis turpitudo teneretur, quaerere incepimus de Carpinatio, quisnam is esset Verrucius, quicum tantae pecuniae rationem haberet. Haerere homo, versari, rubere. Quod lege excipiuntur tabulae publicanorum, quo minus Romam deportentur: ut res quam maxime clara ac testata esse posset, in ius ad Metellum Carpinatium voco tabulasque societatis in forum defero. Fit maximus concursus hominum et, quod

3. *HS. DC* M N; *n. s.* (i. e. *HS*) *DC* Lg42 p. m. F. — 5. *duodecies*] *∞CC* Lg42; *CCCC* N. — 6. *cum -- insula* 4: *cum illa sit haec est insula* dtt.; *cum illa sit haec insula* O. — 10. *tutum esse* Lg42: *esse* om. ctt. O. — 20. *pecuniam* dtt. O. — *quod* Lg42 p. m. φ: om. ctt. O. — 21. *tum* om. dtt. O. — 26. *eiusmodi* de coni. Ern. del. Schütz. Nec habet haec vox hoc loco idoneum explicatum. [fort. *eiusdem modi*. HALM.] — 27. *tabellarum* Grut. contra codd. — 28. *A* om. Lg42 p. m. — *C. F.* Lg42 M N φ: om. ctt. — 30. *eiusdemmodi* M φ: *eiusmodi* Lgg. omnes A B. — 31. *cum flag.* de Hot. coni. L. prob. Benedicto (Coni. ad Verrinas Torgau 1809), recepit Kl. Delevit *cum* Lamb. marg. 1584. Ac sane *tum*, quod codd. habent, offensioni est, et altero utro modo videtur locus emendandus; nos Hotomannum maluimus sequi. Wyttenbach coni.: *cum manifesta re tam flag. litura*. Lambini rationem in marg. 1584. probat Garat. II. [recte; sic est etiam in Lg42, de quo Z. tacet.]; nam flagitiosa litura rem manifestam atque turpitudinem insignem teneri. — *litura* Lg42 φ: om. ctt. O. — 33. *esset is* dtt. O. — 34. *versari* Lg42 M: *aversari* vel *adversari* ctt. — 37. *defert* Lg42 p. m. M N.

erat Carpinatii nota cum isto praetore societas ac feneratio, summe exspectabant omnes, quidnam in tabulis teneretur.

LXXVII. 188. Rem ad Metellum defero: me tabulas perspexisse sociorum, in his tabulis magnam rationem C. Verrucii permultis nominibus esse meque hoc perspicere ex consulum mensiumque ratione, hunc Verrucium neque ante adventum C. Verris neque post decessionem quidquam cum Carpinatio rationis habuisse. Postulo, ut mihi respondeat, qui sit iste Verrucius, mercator an negotiator an arator an pecuarius: in Sicilia sit an iam decesserit. Clamare omnes ex conventu neminem umquam in Sicilia fuisse Verrucium. Ego instare, ut mihi responderet, quis esset, ubi esset, unde esset: cur servus societatis, qui tabulas conficeret, semper in Verrucii nomine certo ex loco mendosus esset.

189. Atque haec postulabam, non quo illum cogi putarem oportere, ut ad ea mihi responderet invitus, sed ut omnibus istius furta, illius flagitium, utriusque audacia perspicua esse posset. Itaque illum in iure metu conscientiaque peccati mutum atque exanimatum ac vix vivum relinquo: tabulas in foro summa hominum frequentia exscribo: adhibentur in exscribendo de conventu viri primarii: litterae lituraeque omnes assimulatae, expressae, de tabulis in libros transferuntur.

190. Haec omnia summa cura et diligentia recognita et collata et ab hominibus honestissimis obsignata sunt. Si Carpinatius mihi tum respondere noluit, responde mihi nunc tu, Verres, quem esse hunc tuum paene gentilem Verrucium putes. Fieri non potest, ut, quem video te praetore in Sicilia fuisse et quem ex ipsa ratione intelligo locupletem fuisse, eum tu in tua provincia non cognoveris. Atque adeo, ne hoc aut longius aut obscurius esse possit, procedite in medium atque explicate descriptionem imaginemque tabularum, ut omnes mortales istius avaritiae non iam vestigia, sed ipsa cubilia videre possint.

LXXVIII. 191. Videtis Verrvcivm? videtis primas litteras integras? videtis extremam partem nominis, caudam illam Verrinam tamquam in luto demersam esse in litura? Sic habent se tabulae, iudices, ut videtis. Quid exspectatis? quid quaeritis amplius? tu ipse Verres quid sedes? quid moraris? nam aut exhibeas nobis Verrucium necesse est aut te esse Verrucium fateare. Laudantur oratores veteres, Crassi illi et An-

---

1. *summe* Lg42: *summa* Lgg. rell. A B C. — 2. *quidnam* Lg42 F M: *quid* ctt. — *contineretur* dtt. O. — 5. *mensuumque* Lg29 A; *mensumque* M; *ex consulumque rationem* Lg42 corrupte. — 7. *ut* om. dtt. O. — 8. fort. *quis*; cf. v. 11. et p. 209, 26. Halm. — *an negotiator* Lg42 M N φ: om. ctt. — 9. *iam* om. dtt. — 10. *in Sic.* Lg42 p. m. M V: *ex Sic.* ctt. — *Verrucium* V et sic semper: *Verrutium* ctt. O. — 11. *q. esset, ubi esset* Lg42 V, Grut. (ex M?): *ubi e., q. e.* ctt. — 12. *conficeret* Lg42 p. m.: *confecerit* ctt. O. — *semper* om. V. — *Verruci* V. — *in loco* V. — 14. *hoc* Lg42 p. m. — 15. *ad ea* V (sic III. §. 169. IV. §. 150.): *ea* ctt. O. cf. Garat. ad. Vatin. §. 10. — *omnia* V. — 19. *scribendo* Arus. M. p. 240. — *ex conv.* V, ut §. 70. — *prim. viri* Arus. M. l. l. — 22. *mihi tum* 4 V: *tum mihi* dtt. O. — 23. *tu* om. V. — *esse*] *es* V. — *hunc tum paene* V. — 26. *cognoveris* Lg42 p. m.: *cognoris* ctt. O. — *ne hoc aut* Lg42 M V φ: *hoc ne* ctt. — 27. *atque* Lg42 V φ: om. ctt. O. — 28. *mortales* om. V. — 29. *possint. liber explicetur* φ; *possint. Liber explicatur* Lg29 B. — 30. *litteras primas* V. — 31. *caudam* A: *codam* B N V al.; *quodam* Lg42 al. [*caudam* nullus Lag. habet; v. supplem. adnot. crit.] — *Verrinam* Maius: *Verris nam* V; *Verris* ctt. O. — 32. *esse* om. V. — 35. *Verr. esse* V et Lg29; *esse* om. M. — *fatere* M. — *Antoni* V.

tonii, quod crimina diluere dilucide, quod copiose reorum causas defendere solerent. Nimirum illi non ingenio solum his patronis, sed fortuna etiam praestiterunt. Nemo enim tum ita peccabat, ut defensioni locum non relinqueret: nemo ita vivebat, ut nulla eius vitae pars summae turpitudinis esset expers: nemo ita in manifesto peccatu tenebatur, ut, cum impudens fuisset in facto, tum impudentior videretur, si negaret.

192. Nunc vero quid faciat Hortensius? Avaritiaene crimina frugalitatis laudibus deprecetur? At hominem flagitiosissimum, libidinosissimum nequissimumque defendit. An ab hac illius infamia, nequitia vestros animos in aliam partem fortitudinis commemoratione traducat? At homo inertior, ignavior, magis vir inter mulieres, impura inter viros muliercula proferri non potest. — At mores commodi. — Quis contumacior? quis inhumanior? quis superbior? — At haec sine cuiusquam malo. — Quis acerbior? quis insidiosior? quis crudelior umquam fuit? In hoc homine atque in eius modi causa quid facerent omnes Crassi et Antonii? Tantum, opinor, Hortensi: ad causam non accederent neque in alterius impudentia sui pudoris existimationem amitterent. Liberi enim ad causas solutique veniebant neque committebant, ut, si impudentes in defendendo esse noluissent, ingrati in deserendo existimarentur.

---

2. *solerent* Lg42 M φ: *solebant* ctt. — 3. *tum ita* Lg29 B: *ita tamen* Lg42; *ita tum* Klotz [recte; v. supplem. adnot. ad p. 209, 32.]; *tunc ita* ctt. O. — 5. *peccatu* Lg42 Gell. XIII. 20.: *peccato* al. — 7. *Hortensius patronus* Lg42 p. m. Interpretis manum convincit etiam Gell. VI. 16. — 8. *an - - defendat?* Gell. VI. 16., ubi tamen Guelf. *at.* — 9. *illius* Lg42 p. m.: *eius* ctt. O. — *infamia nequissima* A; *infamia nequitiae* Hotom.; *infami nequitia* Gulielmius; at v. Zumpt. ad h. l. — *nostros* Lg42. — 11. *impura* Lgg. omnes A B C M Pall. Franc.: *quam* N; *nequam*, *impura* L. 1584. «Lego: *magis vir inter mulieres, inter viros muliercula*; cetera sine dubitatione librariis adscribo. Miror etenim viros doctos nondum vidisse, nullum esse hic nequitiae atque impuritati locum, de quibus iam commemoratum fuerat, sed ei tantum, quae fortitudini opponitur, inertiae atque ignaviae. Ita de Clodio p. Milone c. 21. «*mulier inciderat in viros.*» Ennius ap. Cic. Off. I. 18. Plaut. Bacch. IV. 8, 4. p. Muren. c. 14. Illud etiam *vir inter mulieres* eodem pertinet tamque ignavum et mollem significat esse Verrem, ut viri nomen inter mulieres tantummodo tueatur, cum inter viros muliercula reperiatur. Neque enim temere *magis* semel est positum. Apud M. Senecam in prooem. libri I. Controv. adolescentium mollities obiurgatur, quos dicit *nusquam nisi in libidine viros*. Adde p. Caecin. c. 5.» Garat. II. Etsi omitti poterat *impura*, tamen speciosa haec disputatio Garatonii non tanti est, ut hoc adiectivum, quod vim contumeliae auget, delendum videatur. *Magis* autem etiam ad *impura* referendum esse iam docuit Zumptius. — 16. *ad causam* Lg42 p. m. M: *ad hanc causam* ctt. O. — *neque* codd. fere omnes, etiam F: *ne* O. — 19. *voluissent* Lg29 42 φ ψ.

ACCUSATIONIS

IN

C. VERREM

LIBER TERTIUS.

[ORATIO FRUMENTARIA.]

De codicibus, quibus lib. III. continetur, iam supra ad lib. II. dictum est. *Metellianus* desinit cap. XVI. *Erfurtensis* fragmentum continet cap. I — V. §. 12. *deprecati.* Melchioris *Hittorpii* schedae, quae vocantur a Grutero, excerpta sunt codicis Erfurtensis. A codice *Lag. 6.* abest haec oratio. Codex *Vaticanus* haec continet fragmenta:

1) cap. I. §. 1. — §. 2. *officii, sed etiam.*
2) cap. VIII. §. 20. *ut neque in segetibus* — IX. §. 23. *ut ipse non solum.*
3) cap. X. §. 24. *diripiendasque* — XII. §. 29. ext. *neque tamen.*
4) cap. XVI. §. 40. *vendidisti? tu partes* — XVIII. §. 47. *annonae caritatem.*
5) cap. XX. §. 52. *profecto, quamquam* — XXV. §. 62. *in Apronii convivio.*
6) cap. XXVI. ext. *insolentia consecuta* — XXIX. §. 70. ext. *virgis te.*
7) cap. XXXI. §. 74. ext. *tantus dolor* — XXXIV. §. 78. ext. *posteaquam ventum.*
8) cap. XXXVI. §. 83. *de pop. R. victu* — XXXVIII. §. 86. *Anno secundo Tissenses.*
9) cap. LVI. §. 129. *periculum pertinebant* — LVII. §. 130. *loquebantur enim decumani.*
10) cap. LX. §. 137. *totam iniquam ei erat* — LXII. §. 144. *si quem aratorum.*
11) cap. LXV. §. 152. *Tenetur igitur* — LXVIII. §. 157. *Videtis, ut.*
12) cap. LXXII. §. 168. *quis denique conatus* — LXXV. §. 173. *Siculis emere iussit.*
13) cap. LXXV. §. 175. *cognoscite ex litteris publicis civitatium* — LXXVI. §. 177. *tenetur. Vidimus.*
14) cap. LXXVIII. §. 182. *oppugnari iura dicet* — LXXX. §. 18. *Syracusanus praedonum.*
15) cap. LXXXII. ext. *meminimus aut audivimus* — LXXXIV. §. 193. *atque in mea civitate.*
16) cap. LXXXIV. §. 195. *Cum tibi senatus* — LXXXV. §. 195. *Hoc quid.*
17) cap. LXXXVI. §. 199. *ut daret arator, quos* — LXXXVIII. §. 204. *qui aderant.*
18) cap. LXXXVIII. §. 205. *non ex eo, quod licuerit* — XC. §. 209. *Magna est hominum auctoritas.*
19) cap. XCI. §. 212. *adflictam et perditam* — XCII. §. 214. ext. *in illo.*
20) cap. XCIV. §. 220. *quotus erit iste* — XCVII. §. 225. ext. *si aestimavit tanti.*
21) cap. XCVIII. §. 228. ext. *nullo modo potuerunt* — *revertantur.*

(Ab hoc inde libro nova collatione Palimpsesti Vaticani ab Henr. Brunnio diligentissime facta nobis uti licuit, quam Halmius munificentia eorum, qui rebus scholasticis in Bavaria praesunt, adiutus faciendam curavit. Quae Brunnius de locis superioribus qui in Palimpsesto supersunt accuratius quam Maius rettulit, in Addendis exhibebimus. BAIT.)

Cum codices Lagomarsiniani num. 42 et 29 in libro II. et III. Verrinarum ceteris qui hodie exstant aut noti quidem sunt longe praestent, operae pretium existimavi ipsum apographum Niebuhrianum inspicere, quoniam Zumptius exemplum editionis Garatonianae, in cuius marginibus Niebuhrius lectiones codicum Lagomarsinianorum descripsit, non ipse ad manus habuit, sed apographo Bonnae facto usus est; cf. eius Praefat. p. XXXI. Quo accedebat quod ego, qui ex aliis voluminibus eiusdem exempli lectiones a Niebuhrio cum admirabili labore congestas transcripserim, usu expertus sum, quam difficile propter magnam notarum vim ingentemque lectionum variarum copiam hoc negotium haud paucis in locis videatur quamque facile homini vel diligentissimo accidere possit, ut quaedam praetermittat aut alia cum aliis confundat. Petivi

igitur a v. cl. Classenio, cuius summam in me liberalitatem iam perspectam habebam, ut mihi etiam duo illa volumina editionis Garat., quibus orationes Verrinae continentur, transmitteret. Quod ut animo lubentissimo fecit, ita casu quodam fortuito accidit ut epistola a me missa sero in eius manus perveniret. Ita factum est ut in hoc demum libro apparatum criticum ab Iordano congestum ad ipsum exemplum Niebuhrianum recognoscere possem. In quo negotio ita versatus sum, ut non tantum lectiones a Zumptio minus recte traditas recte referrem omissasque supplerem, sed etiam haud paucas, quas Iordanus sibi praetermittendas existimaverat, adderem, qui ita censeam criticum non tantum virtutes, sed etiam vitia boni codicis cognoscere debere. Itaque ab hoc inde libro iam meum est lectiones codicum Lagomarsinianorum praestare, sed in verbis Tullianis nihil mutavi nisi illis locis, in quibus nova lectio, quae Iordano nota esse non potuerat, ad orationem emendandam praesto esset, in qua si quid emendabam, nusquam factum est nisi monito lectore. Atque erant illa duo volumina iam ad manus, cum specimina typographica foliorum 11—15., quibus extrema pars libri I. et liber II. continentur, tractarem. Quae cum corrigerem, hoc faciendum putavi ut errores, qui facili negotio ab operis tolli possent, emendarem, reliqua quae addenda aut corrigenda videbantur, seponerem, ut in supplemento harum orationum publicarentur.

C. Halm.

I. 1. Omnes, qui alterum, iudices, nullis impulsi inimicitiis, nulla privatim laesi iniuria, nullo praemio adducti in iudicium rei publicae causa vocant, providere debent non solum quid oneris in praesentia tollant, sed quantum in omnem vitam negotii suscipere conentur. Legem enim sibi ipsi dicunt innocentiae, continentiae virtutumque omnium, qui ab altero rationem vitae reposcunt, atque eo magis, si id, ut ante dixi, faciunt nulla re commoti alia nisi utilitate communi. 2. Nam qui sibi hoc sumpsit, ut corrigat mores aliorum ac peccata reprehendat, quis huic ignoscat, si qua in re ipse ab religione officii declinarit? Quapropter hoc etiam magis ab omnibus eius modi civis laudandus ac diligendus est, quod non solum ab re publica civem improbum removet, verum etiam se ipsum eius modi fore profitetur ac praestat, ut sibi non modo communi voluntate virtutis atque officii, sed etiam vi quadam magis necessaria recte sit honesteque vivendum. 3. Itaque hoc, iudices, ex homine clarissimo atque eloquentissimo, L. Crasso, saepe auditum est, cum se nullius rei tam poenitere diceret, quam quod C. Carbonem umquam in iudicium vocavisset. Minus enim liberas omnium rerum voluntates habebat et vitam suam pluribus quam vellet observari oculis arbitrabatur. Atque ille his praesidiis ingenii fortunaeque munitus, tamen hac cura continebatur, quam sibi nondum confirmato consilio, sed ineunte aetate susceperat. Quo minus etiam praecipitur eorum virtus et

---

Inscriptio Orationis. *In .C. Verrem Liber III.* V; *liber V.* vel *V.* Lag. 1. 5. 27. 45; om. tit. 14. 29. 42. 48.

1. *Omnes -- sed etiam* §. 2. v. 13. habet V. — *inpulsi* V. — 3. *vocent* Lg42 p. m. — *solum* om. dtt. — 4. *sed* Lg42 p. m., E V: *sed etiam* ctt. O. — *negotii* om. E. — 5. *ipsi* om. dtt. — *dicunt* Lg42, M V φ: *indicunt* ctt. — *continentiae* om. Lg42 p. m., E M. — 6. *id* om. Lg42 p. m. — 8. *hoc* om. dtt. — 9. *a religione* Lag. 14. et 42. p. m., A; *ab regione* coni. Garat. ad Phil. II. c. 40. — *quapropter*] addit *tibi* Lg42 p. m. — 10. *magis*] *vobis* Lg29. — 11. *quod* Lg42 p. m., E φ: *qui* ctt. O. De V non liquet. — *ab re p.* Lg29 A B E V: *a re p.* Lg42 φ; *r. p.* vel *rei publicae* dtt. — *inprobum* V. — 13. *vi* E: *in* Lg42 p. m.; *ut* M, rell., O. — 14. *necessaria* Lg42 p. m. E M: *necessaria ratione* ctt. O. — *itaque* Lg29 42 A B E M N, Pal. sec.: *ita* dtt. O. — 15. *atque eloquent.* om. Lg42 p. m. — 17. *rerum volunt.* 4 E φ: *volunt. rerum* dtt. — 19. *iis* O. — 20. *consilio confirmato* Lg42 p. m. — 21. *praecipitur* Parr. Lall. (?) Hittorp. (?): *percipitur* Lg42 E M; *perspicitur* ctt.

integritas,) qui ad hanc rem adolescentuli, quam qui iam firmata aetate descendunt.} Illi enim, antequam potuerunt existimare, quanto liberior vita sit eorum, qui neminem accusarint, gloriae causa atque ostentationis accusant: nos, qui iam et quid facere et quantulum dicere possemus ostendimus, nisi facile cupiditates nostras teneremus, numquam ipsimet nobis praeciderεmus istam licentiam libertatemque vivendi.

II. 4. Atque ego hoc plus oneris habeo, quam qui ceteros accusarunt, si onus est id appellandum, quod cum laetitia feras ac voluptate: verum tamen ego hoc amplius suscepi quam ceteri, quod ita postulatur ab omnibus, ut ab iis se abstineant maxime vitiis, in quibus alterum reprehenderint. Furem aliquem aut rapacem accusaris: vitanda tibi semper erit omnis avaritiae suspicio. Maleficum quempiam adduxeris aut crudelem: cavendum erit semper ne qua in re asperior aut inhumanior fuisse videare. Corruptorem, adulterum: providendum diligenter ne quod in vita vestigium libidinis appareat. Omnia postremo, quae vindicaris in altero, tibi ipsi vehementer fugienda sunt. Etenim non modo accusator, sed ne obiurgator quidem ferendus est is, qui quod in altero vitium reprehendit, in eo ipse deprehenditur. 5. Ego in uno homine omnia vitia, quae possunt in homine perdito nefarioque esse, reprehendo: nullum esse dico indicium libidinis, sceleris, audaciae, quod non in istius unius vita perspicere possitis. Ego in isto reo legem hanc, iudices, mihi statuo, vivendum ita esse, ut isti non modo factis dictisque omnibus, sed etiam oris oculorumque illa contumacia ac superbia, quam videtis, dissimillimus esse ac semper fuisse videar. Patior, non moleste fero, iudices, eam vitam, quae mihi sua sponte antea iucunda fuerit, nunc iam mea lege et condicione necessariam quoque futuram.

III. 6. Et in hoc homine saepe a me quaeris, Hortensi, quibus inimicitiis aut qua iniuria adductus ad accusandum descenderim. Mitto iam rationem officii mei necessitudinisque Siculorum: de ipsis tibi inimicitiis respondeo. An tu maiores ullas inimicitias putas esse quam contrarias hominum sententias ac dissimilitudines studiorum et voluntatum? Fidem sanctissimam in vita qui putat, potest ei non inimicus esse, qui quaestor consulem suum consiliis commissis, pecunia tradita, rebus

---

3. *accusarent* Lg42 p. m. E. — 4. *quantillum* N. — *dicere* Lg42 p. m. N: om. E; *iudicare* ctt. O. Sic recte *facere* et *dicere* coniunguntur, quod utrumque in homine Romano firmatae aetatis requirebatur. Similiter Cicero alibi loquitur, cf. Orat. §. 106. *quicumque eramus et quantulumcumque dicebamus.* coll. de Orat. I. §. 133. *quantulum tu in dicendo assecutus es.* Adde de Orat. I. §. 135. II. §. 97. — 7. *ego hoc* Lg42 E: *hoc ego* ctt. O. Et sic paulo post. — *habeo* om. dtt.; *subeo* Lamb. — 8. *voluntate* Lg42. — 10. *ab hominibus* N. [item Lg42 m. p.] — *ut ab iis se* N et 4: *ut his* E M. [abest *se* a Lg42.] — 11. *reprehenderint* Lg42 E M N: *reprehenderunt* ctt. — 12. *quemquam* Lg29. — 14. *aut immanior* Lg42 p. m. — *esse* Lg29. — 17. *is* om. Lg42 p. m. — 18. *depreh.*] *reprehenditur* Lg42 p. m. 14. 48. A E M. — 20. *dico* 4, E φ: om. ctt., uncis inclusit O. — 21. *in* om. Lg42 p. m. — *istius unius* Lg42 E Grut. (ex M?): *unius istius* ctt. Cf. §. 23. II. §. 67. — 22. *mihi iudices* Lg29 A B E. — 25. *fero* Lg42 p. m., E φ: om. ctt. O. Cf. I. §. 2. — *sua* om. Lg29 A B. — *ante* Lg42 p. m. — *ineunda* Lg42 p. m.; *iocunda* 6 Lgg. — 29. *singulorum* E. cf. ad §. 58. — 30. *an tu*] *anne* E; *an* dtt. — 31. *ac voluntatum* Lg42 E. At Cicero *ac* vel *atque*, quod sciam, non ita bis ponit, ut prius duo membra, posterius membri alterius partes copulet. Ubi eiusmodi exempla inveniuntur, codicum auctoritate recte emendantur. cf. I. §. 158. II. §. 29. III. §. 10. 49. 189. Partes autem eiusdem membri interdum sic iunguntur. cf. III. §. 64. 79.

omnibus creditis spoliare, relinquere, prodere, oppugnare ausus sit? Pudorem ac pudicitiam qui colit, potest animo aequo istius quotidiana adulteria, meretriciam disciplinam, domesticum lenocinium videre? Qui religiones deorum immortalium retinere vult, ei, qui fana spoliarit omnia, qui ex thensarum orbitis praedari sit ausus, inimicus non esse qui potest? Qui iure aequo omnes putat esse oportere, is tibi non infestissimus sit, cum cogitet varietatem libidinemque decretorum tuorum? Qui sociorum iniuriis provinciarumque incommodis doleat, is in te non expilatione Asiae, vexatione Pamphyliae, squalore et lacrimis Siciliae concitetur? Qui civium Romanorum iura ac libertatem sanctam apud omnes haberi velit, is non tibi plus etiam quam inimicus esse debeat, cum tua verbera, cum secures, cum cruces ad civium Romanorum supplicia fixas recordetur? 7. An si qua in re contra rem meam decrevisset aliquid iniuria, iure ei me inimicum esse arbitrarere: cum omnia contra omnium bonorum rem, causam, rationem, utilitatem voluntatemque fecerit, quaeris cur ei sim inimicus, cui populus Romanus infestus est? qui praesertim plus etiam, quam pars virilis postulat, pro voluntate populi Romani oneris ac muneris suscipere debeam? IV. Quid, illa, quae leviora videntur esse, non cuiusvis animum possunt movere? quod ad tuam ipsius amicitiam ceterorumque hominum magnorum atque nobilium faciliorem aditum istius habet nequitia et audacia quam cuiusquam nostrum virtus et integritas? Odistis hominum novorum industriam, despicitis eorum frugalitatem, pudorem contemnitis, ingenium vero et virtutem depressam exstinctamque cupitis: Verrem amatis. 8. Ita credo: si non virtute, non industria, non innocentia, non pudore, non pudicitia, at sermone, at litteris, at humanitate eius delectamini. Nihil eorum est, contraque sunt omnia cum summo dedecore ac turpitudine tum singulari stultitia atque inhumanitate oblita. Huic homini si cuius domus patet, utrum ea patere an hiare ac poscere aliquid videtur? Hunc vestri ianitores, hunc cubicularii diligunt: hunc liberti vestri, hunc servi ancillaeque amant: hic cum venit, extra ordinem vocatur: hic solus introducitur: ceteri, saepe frugalissimi homines, excluduntur. Ex quo intelligi potest eos vobis esse carissimos, qui ita vixerint, ut sine vestro praesidio salvi esse non possint. 9. Quid, hoc cuiquam ferendum putas esse, nos ita vivere in pecunia tenui, ut prorsus nihil acquirere velimus, ut dignitatem nostram populique Romani beneficia non copiis, sed virtute tueamur: istum rebus omnibus undique ereptis impune eludentem circumfluere atque abundare? huius argento dominia vestra, huius signis et tabulis forum comi-

---

2. *ac pudicitiam* Lgg. omnes, E C: *et pud.* rell. O. — 4. *retineri* mavult Zumptius. — 6. *putet* de coni. Beckii O. — 11. *haberi velit* Lg42 E F M: *habere volt* A B; *haberi volt* Lg29; *haberi vult* dtt. — *debebit* Lg45 48. — 12. *fixa* E. — 13. *decrevisset* Lg42 E: *decresset* rell. O. — 14. *ei me* Lg29 A B E: *me ei* rell. O. — 14. *arbitrarere* Hotomanus: *arbitrarer* codd. — 16. *est* Lg42 E: *sit* rell. O. — *qui*] *cui* omnes Lagg. — 19. *cuivis* Lg42. — 20. *hominum magnorum* E F M Lg42 Mart. Cap. p. 434. (Kopp.): *omnium maiorum* rell. — 22. *industriam* Lg42 E φ: *industrias* rell. O. — 24. *ita credo* om. Lg42. — 26. *eorum* Lg29 42 A B C E: *horum* rell. O. — 27. *tum*] *cum* Lg42 et 5 alii. — 29. *nostri* (bis) Lg42 p. m. — 33. *vixerint* Lg42 p. m.: *vixerunt* rell. O. — 34. *ferundum* Lgg. praeter 4 et 42, B. — 38. *dominia vestra* E F M: *dominia (domum* m. p.) *nostra* Lg42; *domos* s. *domus vestras* rell. cf. Non. p. 281.

tiumque ornari? praesertim cum vos vestro Marte his rebus omnibus abundetis? Verrem esse qui vestras villas suis manubiis ornet? Verrem esse qui cum L. Mummio certet, ut plures hic sociorum urbes quam ille hostium spoliasse videatur, plures hic villas ornamentis fanorum quam ille fana spoliis hostium ornasse: et is erit ob eam rem vobis carior, ut ceteri libentius suo periculo vestris cupiditatibus serviant?

V. 10. Verum haec et dicentur alio loco et dicta sunt: nunc proficiscemur ad reliqua, si pauca ante fuerimus a vobis, iudices, deprecati. Superiore omni oratione perattentos vestros animos habuimus: id fuit nobis gratum admodum. Sed multo erit gratius, si reliqua voletis attendere, propterea quod in his omnibus, quae antea dicta sunt, erat quaedam ex ipsa varietate ac novitate rerum et criminum delectatio. Nunc tractare causam instituimus frumentariam, quae magnitudine iniuriae et re fere criminibus ceteris antecellit, iucunditatis in agendo et varietatis minus habebit: vestra autem auctoritate et prudentia dignissimum est, iudices, in audiendi diligentia non minus religioni tribuere quam voluptati. 11. In hac causa frumentaria cognoscenda haec vobis proponite, iudices, vos de rebus fortunisque Siculorum omnium, de civium Romanorum, qui arant in Sicilia, bonis, de vectigalibus a maioribus traditis, de vita victuque populi Romani cognituros. Quae si magna atque adeo maxima vobis videbuntur, quam varie et quam copiose dicantur exspectare nolite.

Neminem vestrum praeterit, iudices, omnem utilitatem opportunitatemque provinciae Siciliae, quae ad commoda populi Romani adiuncta sit, consistere in re frumentaria maxime: nam ceteris rebus adiuvamur ex illa provincia, hac vero alimur ac sustinemur. 12. Ea causa tripertita, iudices, erit in accusatione: primum enim de decumano, deinde de empto dicemus frumento, postremo de aestimato.

VI. Inter Siciliam ceterasque provincias, iudices, in agrorum vectigalium ratione hoc interest, quod ceteris aut impositum vectigal est certum, quod stipendiarium dicitur, ut Hispanis et plerisque Poenorum quasi victoriae praemium ac poena belli, aut censoria locatio constituta est, ut Asiae lege Sempronia. Siciliae civitates sic in amicitiam fidemque recepimus, ut eodem iure essent quo fuissent, eadem condicione populo Romano parerent qua suis ante paruissent. 13. Perpaucae Sici-

---

2. *manibus* Lg29 42 al. — 3. *pluris* Lg42. — 4. *hic villas* Lg42 p. m. E: *hic solus villas* rell. O. — 7. *et dicentur* Lg42 E φ: *dicentur* dtt. — 8. *fuerimus* Lg42 E φ: *erimus* dtt. — 9. *superiori* Lg42 p. m. — 11. *in iis* L O. — 12. *ex ipsa* Lg42: *ex iis* s. *ex his* Lgg. rell. A B C H. — *ac nobilitate* Lg42 p. m. M. — *et criminum* 4, φ: *ac criminum* rell. O. cf. ad §. 6. et Osann. ad Rep. p. 464. — 13. *et re fere* Lg42 p. m.: *et re* E F M; *fere* rell. O. — 14. *antecellet* Lg42 p. m. — 15. *autem* om. Lg42. — 16. *in audiendi diligentia* Lg42 [errore additum apud Zumpt. pr. m.], F M: *in audiendo diligentiam* rell. — *voluntati* Lg42 p. m. — 18. *omnium* om. Lg42 p. m. — 20. *de victu vitaque* Lg42 p. m. quod probat Peter ad Brut. §. 95. — 21. *videbuntur* Lg42 p. m.: *videntur* rell. O. — 23. *oportunitatemque* Lg29. — 25. *nam* Lg42 φ: *in* rell. O. — *adiuvatur* Lg42 p. m. — 26. *et sustinemur* dtt. In A *ac sustinemur. Ea causa* om. — *haec causa* Lg29 B. — *tripartita* Lg5 O. — 27. *enim* om. Lg42 p. m. — *deinde empto* Lg42 et 6 alii. — 30. *ratione* Lg42 A φ: *rationes* rell. O. — *vectigale est certe* Lg42 p. m.; *est* om. 6 Lagg. dtt.; non item 42, ut ait Zumpt. — 31. *et plerisque*] *ceterisque* dtt. — 33. *Asiae* Lg29 A B: *Asia* rell. — 34. *accepimus* A B M. At cf. ad Fam. XIII. 19, 2. Off. I. 11, 35., ad Att. II. 20, 1. XV. 14, 3. coll. p. Arch. 12, 31. — 35. *ante* Lg42 p. m.: *antea* rell. O.

liae civitates sunt bello a maioribus nostris subactae: quarum ager cum esset publicus populi Romani factus, tamen illis est redditus: is ager a censoribus locari solet. Foederatae civitates duae sunt, quarum decumae venire non soleant, Mamertina et Tauromenitana: quinque praeterea sine foedere immunes ac liberae, Centuripina, Halesina, Segestana, Halicyensis, Panormitana: praeterea omnis ager Siciliae civitatum decumanus est: itemque ante imperium populi Romani ipsorum Siculorum voluntate et institutis fuit. 14. Videte nunc maiorum sapientiam, qui cum Siciliam tam opportunum subsidium belli atque pacis ad rem publicam adiunxissent, tanta cura Siculos tueri ac retinere voluerunt, ut non modo eorum agris vectigal novum nullum imponerent, sed ne legem quidem venditionis decumarum neve vendundi aut tempus aut locum commutarent, ut certo tempore anni, ut ibidem in Sicilia, denique ut lege Hieronica venderent: voluerunt eos in suis rebus ipsos interesse eorumque animos non modo lege nova, sed ne nomine quidem legis novo commoveri. 15. Itaque decumas lege Hieronica semper vendundas censuerunt, ut iis iucundior esset muneris illius functio, si eius regis, qui Siculis carissimus fuit, non solum instituta commutato imperio, verum etiam nomen maneret. Hoc iure ante Verrem praetorem Siculi semper usi sunt: hic primus instituta omnium, consuetudinem a maioribus traditam, condicionem amicitiae, ius societatis convellere et commutare ausus est.

VII. 16. Qua in re primum illud reprehendo et accuso, cur in re tam vetere, tam usitata quidquam novi feceris. Ingenio aliquid assecutus es? Tot homines sapientissimos et clarissimos, qui illam provinciam ante te tenuerunt, prudentia consilioque vicisti? Est tuum, est ingenii diligentiaeque tuae: do hoc tibi et concedo. Scio te Romae, cum praetor esses, edicto tuo possessiones hereditatum a liberis ad alienos, a primis heredibus ad secundos, a legibus ad libidinem tuam transtulisse. Scio te edicta superiorum omnium correxisse et possessiones hereditatum non secundum eos, qui proferrent, sed secundum eos, qui dicerent testamentum factum, dedisse: easque res novas abs te prolatas et inventas magno tibi quaestui fuisse scio: eundemque te memini censorias quoque leges in sartis tectis exigendis tollere et commutare, ne is redimeret, cuia res esset, ne pupillo tutores propinquique consulerent quo minus fortunis omnibus everteretur: exiguam diem praefinire operi, quo ceteros ab negotio excluderes, ipse in tuo redemptore nullam certam diem

1 sunt superiora Lg42 p. m. — 2 Romani om. Lg42 p. m. — 3 decumae Lg42 — [illegible]

observares. 17. Quamobrem novam legem te in decumis statuisse non miror, hominem in edictis praetoriis, in censoriis legibus tam prudentem, tam exercitatum: non, inquam, miror te aliquid excogitasse, sed quod tua sponte iniussu populi sine senatus auctoritate iura provinciae Siciliae mutaveris, id reprehendo, id accuso. 18. L. Octavio et C. Cottae consulibus senatus permisit, ut vini et olei decumas et frugum minutarum, quas ante quaestores in Sicilia vendere consuessent, Romae venderent legemque his rebus quam ipsis videretur dicerent. Cum locatio fieret, publicani postularunt, quasdam res ut ad legem adderent neque tamen a ceteris censoriis legibus recederent. Contra dixit is, qui casu tum Romae fuit, tuus hospes, Verres, hospes, inquam, et familiaris tuus, Sthenius hic Thermitanus. Consules causam cognorunt, cum viros primarios atque amplissimos civitatis multos in consilium advocassent, de consilii sententia pronuntiarunt se lege Hieronica vendituros. VIII. 19. Itane vero? prudentissimi viri, summa auctoritate praediti, quibus senatus legum dicendarum in locandis vectigalibus omnem potestatem permiserat populusque Romanus idem iusserat, Siculo uno recusante, cum amplificatione vectigalium nomen Hieronicae legis mutare noluerunt: tu, homo minimi consilii, nullius auctoritatis, iniussu populi ac senatus, tota Sicilia recusante, cum maximo detrimento atque adeo exitio vectigalium totam Hieronicam legem sustulisti? 20. At quam legem corrigit, iudices, atque adeo totam tollit? Acutissime ac diligentissime scriptam, quae lex omnibus custodiis subiectum aratorem decumano tradidit, ut neque in segetibus neque in areis neque in horreis neque in amovendo neque in exportando frumento grano uno posset arator sine maxima poena fraudare decumanum. Scripta lex ita diligenter est, ut eum scripsisse appareat, qui alia vectigalia non haberet, ita acute, ut Siculum, ita severe, ut tyrannum: qua lege Siculis tamen arare expediret. Nam ita diligenter constituta sunt iura decumano, ut tamen ab invito aratore plus decuma non possit auferri.

21. Cum haec ita essent constituta, Verres tot annis atque adeo saeculis tot inventus est qui haec non commutaret, sed everteret, eaque, quae iam diu ad salutem sociorum utilitatemque rei publicae composita comparataque essent, ad suos improbissimos quaestus converteret: qui primum certos instituerit nomine decumanos, re vera ministros ac sa-

2. *edictis pr.* (sic) Lg42. — 5. *mutaveris* Lg42 p. m.: *mutaris* rell. O. — 7. *ante* Lg42 p. m. (cf. §. 43.): *ante te* rell. O. — 8. *quam* Lgg. omnes A B C F; *quae* N. — *dicerent* Lg42 p. m. F: *edicerent* rell. — 10. *ceteris cens.* 4: *cens. cett.* dtt. O. — *is* om. Lg1 et 42 p. m. — 11. *Verris* Lg42 p. m. — 12. *hic* om. Lg42 p. m. — *cognorunt* Lg42 Franc.: *cognoverunt* ctt. O. — 15. *viri* om. Lg42 p. m. — 17. *idem* om. Lg42 p. m. [Recte; cf. Zumpt. ad h. l.] — *cum amplificare vectigalia* Lg42 p. m. — 21. *tum totam* Lg42 p. m.; *totam totam* M. — 23. *lex* Lg42 φ: om. rell. O. — *tradidit* Lg29 42: *tradit* rell. O. — *ut neque -- non solum* §. 23. v. 16. habet V. — 24. *admovendo* V. [Recte, ut videtur; cf. ad III. §. 190. Halm.] — 25. *exportando* Lg29 A B V φ: *asportando* rell. O. — *posse* V; *possit* de coni. Ern. O. — 28. *Siculi* Lg42. — *expediet* Lg42 p. m. — 29. *decumano* Lg42 M N V φ: *decumani* rell. — 30. *posset* Lg42 p. m. — 31. *ita essent* V L: *essent ita* rell. O. — *atque* om. M. — 32. *saeculis tot* 4, M V: *saeculis* dtt. O. — *commutaret - everteret* 4, N: *commutarit - everterit* dtt.; *commutaret - verteret* V. [Recepit *verteret* Maius magisque contrario *commutaret* videtur respondere. Halm.] — *eamq.* V. — 33. *utilitatemque* Lg42 V: *utilitatem* Lgg. rell. A B C. — 34. *compar.* (non *conpar.*) etiam V. — *ad uos improbissimos adque quaestus* V. — 35. *institueret* Lg29 B. (*instituerit*, non *constituerit*, etiam V.)

tellites cupiditatum suarum, per quos ostendam sic provinciam per triennium vexatam atque vastatam, iudices, ut eam multis annis multorum innocentia sapientiaque recreare nequeamus. IX. 22. Eorum omnium, qui decumani vocabantur, princeps erat Q. ille Apronius, quem videtis: de cuius improbitate singulari gravissimarum legationum querimonias audistis. Adspicite, iudices, vultum hominis et adspectum, et ex ea contumacia, quam hic in perditis rebus retinet, illos eius spiritus Sicilienses quos fuisse putetis cogitate ac recordamini. Hic est Apronius, quem in provincia tota Verres, cum undique nequissimos homines conquisisset et cum ipse secum sui similes duxisset non parum multos, nequitia, luxuria, audacia sui simillimum iudicavit. Itaque istos inter se perbrevi tempore non res, non ratio, non commendatio aliqua, sed studiorum turpitudo similitudoque coniunxit. 23. Verris mores improbos impurosque nostis: fingite vobis, si potestis, aliquem, qui in omnibus isti rebus par ad omnium flagitiorum nefarias libidines esse possit: is erit Apronius ille, qui, ut ipse non solum vita, sed corpore atque ore significat, immensa aliqua vorago est aut gurges vitiorum turpitudinumque omnium. Hunc in omnibus stupris, hunc in fanorum expilationibus, hunc in impuris conviviis principem adhibebat: tantamque habet morum similitudo coniunctionem atque concordiam, ut Apronius, qui aliis inhumanus ac barbarus, isti uni commodus ac disertus videretur, ut, quem omnes odissent neque videre vellent, sine eo iste esse non posset, ut, cum alii ne conviviis quidem isdem quibus Apronius, hic isdem etiam poculis uteretur, postremo, ut odor Apronii taeterrimus oris et corporis, quem ut aiunt, ne bestiae quidem ferre possent, uni isti suavis et iucundus videretur. Ille erat in tribunali proximus, in cubiculo solus, in convivio dominus, ac tum maxime, cum accubante praetextato praetoris filio in convivio saltare nudus coeperat. X. 24. Hunc, uti dicere institui, principem Verres ad fortunas aratorum vexandas diripiendasque esse voluit: huius audaciae, nequitiae, crudelitati fidelissimos socios optimosque cives scitote hoc praetore traditos, iudices, atque addictos fuisse, novis institutis et edictis, tota Hieronica lege, quem ad modum ante dixi, reiecta ac repudiata.

25. Primum edictum, iudices, audite praeclarum: *Quantum decumanus edidisset aratorem sibi decumae dare oportere, ut tantum arator decu-*

---

2. *vastamm* V.— 3. *omnium* om. V. [Egregie, opinor. HALM.] —4. *Quintus* V.— 5. *inprob. s. gravissumarum* V. — *quaerimonia* L. 1584.— 6. *aspicite* V; *videte* Lg29.— *et*] *atque* Lg29. —7. *in* habet etiam V.— *eius*] *etiam* L. 1584.— *Siciliensis* Lg42.— 8. *aperonius* V.— *cogitate ac* om.V. — 9. *nequissumos* V. — 10. *et* om. V. [Recte, opinor, nam *et* posito alterum *cum* abundat. HALM.] — 11. *ipsos* Lg42. — 12. *aliqua sed* om. Lg42.— 14. *inpurosque* V.— *noscitis* dtt. — *aliquem, si pot.* Lg42. — 15. *istis* eV, Iann. O. — *esse*] *sese* V. — 16. *erit* 4, V M N: *erat* dtt. — *sed* Lg42 M: *sed etiam* rell. O. cf. §. 1. — 17. *ac gurg.* cod. Urs. [Suspicor: *vorago est et gurges*. Cf. p. Sest. §. 111. HALM.] — 18. *hunc in f.* 4, N: om. *hunc* dtt. — 19. *adhibeat* Lg42. — *habet* 4, M: *habebat* dtt. — 24. *Aproni* Probi ars minor in Anall. gramm. p. 244. — 26. *iste erat* Lg42. — *solus*] *socius* L ex cod. Hotomani. «Est: solus unus, qui in cubiculum admitteretur; eaque lectio confirmatur maxime c. 23. §. 56.» OR. — 28. *nudus* om. Lg29 A B. — 29. *ad fortunas* Lg42 F M: *ad evertendas fortunas* rell. — ...*dasque esse -- neque tamen* §. 29. extr. habet V. — 31. *civis* V. — 32. *aedictis* V. — *ante* V et plerique: *antea* O. cf. ad II. §. 82. — 33. *reiecta ac rep.* corr. V: *reiectacrepudiata* pr. V; *reiecta et rep.* cett. — 34. *audite, iudices* Lg42: *iud. audite* rell. O. — 35. *oportere* om. Lg42.

mano dare cogeretur. Quo modo? quantum poposcerit Apronius, dato. Quid est hoc? utrum praetoris institutum in socios an in hostes victos insani edictum atque imperium tyranni? Ego tantum dem, quantum ille poposcerit? poscet omne, quantum exaravero. Quid omne? plus immo etiam, inquit, si volet. Quid tum? quid censes? Aut dabis aut contra edictum fecisse damnabere. Per deos immortales, quid est hoc? veri enim simile non est. 26. Sic mihi persuadeo, iudices: tametsi omnia in istum hominem convenire putetis, tamen hoc vobis falsum videri. Ego enim, cum hoc tota Sicilia diceret, tamen affirmare non auderem, si haec edicta non ex ipsius tabulis totidem verbis recitare possem, sicuti faciam. Da, quaeso, scribae: recitet ex codice professionem. Recita edictum de professione. Negat me recitare totum: nam id significare nutu videtur. Quid praetereo? an illud, ubi caves tamen Siculis et miseros respicis aratores? Dicis enim te in decumanum, si plus abstulerit quam debitum sit, in octuplum iudicium daturum esse. Nihil mihi placet praetermitti. Recita hoc quoque, quod postulat: totum recita. EDICTVM DE IVDICIO IN OCTVPLVM.

Iudicio ut arator decumanum persequatur? miserum atque iniquum ex agro homines traduci in forum, ab aratro ad subsellia, ab usu rerum rusticarum ad insolitam litem atque iudicium. XI. 27. Cum omnibus in aliis vectigalibus Asiae, Macedoniae, Hispaniae, Galliae, Africae, Sardiniae, ipsius Italiae, quae vectigalia sunt, cum in his, inquam, rebus omnibus publicanus petitor ac pignerator, non ereptor neque possessor soleat esse, tu de optimo, de iustissimo, de honestissimo genere hominum, hoc est de aratoribus, ea iura constituebas, quae omnibus aliis essent contraria. Utrum est aequius decumanum petere an aratorem repetere? iudicium integra re an perdita fieri? eum, qui manu quaesierit, an eum, qui digito licitus sit, possidere? Quid? qui singulis iugis arant, qui ab opere ipsi non recedunt, (quo in numero magnus ante te praetorem numerus, magna multitudo Siculorum fuit) quid

2. *praetoris*] *pr.* V M. — *hostis* V. — 3. *inperium* V. — *tantum dem* Lambinus: *tantundem dabo* V [recte; cf. III. §. 201. HALM.]; *tantundem* ctt. — 4. *et aravero* dtt. — *plus immo* codd.: *immo plus* O. — 6. *quid, quid est hoc* cod. Iann. — 7. *enim simile* Lg42 F V: *simile enim* ctt. O. — 8. *in* om. V in fine versus. — 9. *adfirmare* V. — 11. *recitet* supersc. pr. m. in V. — *ex codice professionem. Recita. EDICTVM DE PROFESSIONE* Maius ex V (in quo est: *ex codice professione .r. edictum de professionem*): *ex codice. Recita edictum de professione. EDICTVM DE PROFESSIONE* vulgo et sic Lg42 O. In plerisque om. *recita edictum de prof. E. D. P.*, in aliis tantum om. *ED. DE PROF.* [Maius non habet *Recita* sed *.R.*; cf. eius adn. infra v. 16.] — 12. *nam*] *non* Lg42. — *nutu signif.* dtt. — 13. *illud tibi ubi* Lg42. — 14. *dicis* codd.: *edicis* de Hotom. coni. O. — *plus abstulerit* V Lg29 42 B cod. Urs. cf. §. 29. (sed Lg29 *astulerit*): *plus sustulerit* Lg27; *plura sustulerit* dtt. — 15. *esse* om. V et Lg42. — 16. *recita* post *totum* om. Lg29 42 B; *totum. R. EDICTVM* Maius ex V, haec adnotans: «Ita in cod. vocabulum *R.*, i. e. *recita* aut *recitetur*, pertinet, ut spatium docet, ad *edictum*; at in edit. retrahitur ad *totum.*» — 17. *IVDICIIS* V. — 18. *inicum* V. — 19. *traducis* 4, V. — *subse* | *lia* V. — 20. *in omnibus aliis* Lg29. — 22. *ipsius* om. Lg42. — *quae vectigalia sunt* V et 4: *quae ad vect. sunt* dtt. «Sensus est: quae quidem in Italia vectigalia sunt, pauca scilicet, v. c. ager Campanus, Stellas; et verba haec requiruntur propter seqq. *cum in his inquam*, quibus, his quidem omissis, Tullius non esset usus.» OR. — 23. *omnibus* om. V. — *repetitor* A B p. m. — *aut pign.* Lg42 p. m. — 28. *sit licitus* Lg29 V. — *singulis* Lg42 V (cf. §. 120.): *in singulis* dtt. O. — 29. *recedant* Lg27 42 B p. m. — 30. *ac magna* Lg29 V. — [*quid facient, cum dederint A. quod poposcerit? relinquent arationes?* recte distinxit Maius. HALM.]

facient? cum dederint Apronio quod poposcerit, relinquent arationes? relinquent Larem familiarem suum? venient Syracusas, ut te praetore videlicet aequo iure Apronium, delicias ac vitam tuam, iudicio recuperatorio persequantur? 28. Verum esto: reperietur aliqui fortis et experiens arator, qui, cum tantum dederit decumano, quantum ille deberi dixerit, iudicio repetat et poenam octupli persequatur. Exspecto vim edicti, severitatem praetoris: faveo aratori, cupio octupli damnari Apronium. Quid tandem postulat arator? Nihil nisi ex edicto iudicium in octuplum. Quid Apronius? Non recusat. Quid praetor? Iubet recuperatores reiicere. Decurias scribamus. Quas decurias? De cohorte mea reiicies, inquit. Quid? ista cohors quorum hominum est? Volusii haruspicis et Cornelii medici et horum canum, quos tribunal meum vides lambere. Nam de conventu nullum umquam iudicem nec recuperatorem dedit: iniquos decumanis aiebat omnes esse, qui ullam agri glebam possiderent. Veniendum erat ad eos contra Apronium, qui nondum Aproniani convivii crapulam exhalassent. XII. O praeclarum et commemorandum iudicium! o severum edictum! o tutum perfugium aratorum!

29. Atque ut intelligatis, cuius modi ista iudicia in octuplum, cuius modi istius de cohorte recuperatores existimati sint, sic attendite. Ecquem putatis decumanum hac licentia permissa, ut tantum ab aratore quantum poposcisset auferret, plus quam deberetur poposcisse? Considerate cum vestris animis vosmet ipsi ecquem putetis, praesertim cum id non solum avaritia, sed etiam imprudentia accidere potuerit. Multos necesse est. At ego omnes dico plus ac multo plus quam decumam abstulisse. Cedo mihi unum ex triennio praeturae tuae qui octupli damnatus sit. Damnatus? immo vero in quem iudicium ex edicto tuo postulatum sit. Nemo erat videlicet aratorum, qui iniuriam sibi factam queri posset: nemo decumanorum, qui grano amplius sibi quam deberetur deberi professus esset. Immo vero contra rapiebat et asportabat quantum a quoque volebat Apronius, omnibus autem locis aratores spoliati ac vexati querebantur, neque tamen ullum iudicium reperietur. 30. Quid est hoc? Tot viri fortes, honesti, gratiosi, tot Siculi, tot equites Romani ab homine nequissimo ac turpissimo laesi poenam octupli sine ulla dubitatione commissam non persequebantur? Quae causa, quae ratio est?

---

1. *aratores* Lg27 42. — 4. *reperitur* Lg29 B dtt.; *repperietur* V corr. m. 1. ex *reperietur*. — *aliqui* Lg42 V: *aliquis* ctt. O. — *et* om. dtt. — 6. *poena* Lg42. — *expecto* V. — 8. *nisi* superscr. in V. — 10. *exscribamus* Lg42 M φ. — *reiicere. «Dec. scribamus.» — Quas decurias? — De cohorte mea. Reiicies, inquit.* Sic distinxit O. (*reicere* et *reicies* V, ut semper.) — 11. *cohors ista* V. — *Volusi* B V, Lagg. plerique; *Vobisii* Lg42; *voluisti* A. Cf. §. 54. — 12. *Corneli* V. — 13. *reciperatorem* Lg29 B, et sic semper. — 14. *aiebat omnes esse* Lg42 V (sed V *omnis*): *esse aiebat omnes* A B φ; *omnes dicebat esse* dtt. O. — *ullam* Lg29 A B V φ: *nullam* Lg42; *unam* dtt. O.— 15. *veniundum* Lg29.— *nondum* Lg42 V: *nondum etiam* rell. O. — 16. *exalassent* V. — 17. *totum* Maius errore typogr.; *tuum* A B. — 18. *intellegatis* V, ut semper. — *cuius cuius | modi istius* V. — 19. *isti* Lg42. cf. §. 31. — 22. *et quem* V. — *putatis* Lg29. — 23. *non solum avaritia* Lg5 27 42 M V Franc.: *non solum sine avaritia* ctt. — *inprudentia* V. — 24. *omnis* V. — *ac multo plus* Lg1 42 F M N V: om. ctt. — *decumam* Lg42 V (cf. §. 25. 36.): *decumas* rell. O. — 26. *damnatus? -- post. sit* om. dtt. — *immo vero*] *nimio nec* Lg42. — 28. *quam*] *quam sibi* Lg42. — 31. *reperitur* Lg42. — 32. *tot viri* Lg42 φ: om. *tot* rell. — 33. *ab uno homine* L. 1584. O contra codd. — *ac turp.* om. Lg42; *a turp.* Lg29.

Una illa, iudices, quam videtis, quod ultro etiam illusos se et irrisos ab iudicio discessuros videbant. Etenim quod esset iudicium, cum ex Verris turpissimo flagitiosissimoque comitatu tres recuperatorum nomine assedissent, asseclae istius non a patre ei traditi, sed a meretricula commendati? 31. Ageret videlicet causam arator: nihil sibi frumenti ab Apronio relictum, bona sua etiam direpta, se pulsatum verberatumque diceret: conferrent viri boni capita, de comissatione loquerentur inter se ac de mulierculis, si quas a praetore abeuntes possent deprehendere: res agi videretur. Surrexisset Apronius, nova dignitas publicani, non ut decumanus squaloris plenus ac pulveris, sed unguentis oblitus, vino vigiliisque languidus. Omnia primo motu ac spiritu suo, vini, unguenti, corporis odore complesset. Dixisset haec, quae vulgo dicere solebat, non se decumas emisse, sed bona fortunasque aratorum, non se decumanum esse Apronium, sed Verrem alterum dominum illorum ac tyrannum. Quae cum dixisset, illi viri optimi de cohorte istius recuperatores, non de absolvendo Apronio deliberarent, sed quaererent ecquo modo petitorem ipsum Apronio condemnare possent. XIII. 32. Hanc tu licentiam diripiendorum aratorum cum decumanis, hoc est, cum Apronio permisisses, ut quantum vellet posceret, quantum poposcisset auferret, hoc tibi defensionis ad iudicium tuum comparabas, habuisse te edictum recuperatores in octuplum daturum? Si mehercule ex omni copia conventus Syracusani, splendidissimorum honestissimorumque hominum, faceres potestatem aratori non modo reiiciendi, sed etiam sumendi recuperatores, tamen hoc novum genus iniuriae ferre nemo posset, te, cum tuos omnes fructus publicano tradidisses et rem de manibus amisisses, tum bona tua repetere ac persequi lite atque iudicio. 33. Cum vero verbo iudicium sit in edicto, re quidem vera tuorum comitum, hominum nequissimorum, collusio cum decumanis, sociis tuis atque adeo procuratoribus, tamen audes ullius iudicii mentionem facere, praesertim cum id non modo oratione mea, sed etiam re ipsa refellatur, quod in tantis incommodis aratorum iniuriisque decumanorum nullum ex isto praeclaro edicto non modo factum, sed ne postulatum quidem iudicium

---

1. *irrisos* Lg42 A M N φ: *tritos* Lg29; *irritos* rell. — 2. *ex* 1: *e* dtt. O. — 4. *adseculae* Lg42 B; *asseculae* Lg29. — *a patre*] *a pop. Rom.* «Franc. prob. Graev. recepit Schütz. provocans ad Ep. ad Q. Fr. I. 1, 3., ubi tamen per comites et adiutores *negotiorum publicorum praetori datos ab ipsa re publica* intelliguntur *legati et quaestores*. Hoc vero loco sermo est de sola cohorte praetoria, quos *ex domesticis convictionibus aut ex necessariis apparitionibus* secum esse vult praetor; talesque recte dici possunt *a patre traditi.*» Or. — 7. *commisatione* Lg29. — 8. *abeuntis* Lg42.— 9. *viderentur* Lg42. [non *viderent.*] — *surrexit* Lg29; *surrexisse* Lg42.— *novum genus publicani* susp. Schützius. «At idem, sed longe melius dicit h. l. Tullius cum salsa *εἰρωνείᾳ.*» Or. — 11. *unguentis* Lg42. — 12. *uolgo* Lg29.— 15. *illi optiliu* Lg42. [Recte, ut videtur, om. cod. *viri.*] — 16. *ecquo* Lg42 φ: *quo* M (?) N rell. O.— 17. *condemnare possent* Lg42 φ [item Lg29; ex quo Nieb. lectionem discrepantem nullam descripsit]: *condemnarent* ABNO et teste Grutero M; *condemnare -- cum Apronio* om. dtt. — 18. *cum Apr.* Lg29 42 B: *Apronio* rell. O.— *permisisses* 1, N: *permisissent* dtt. — 20. *comparabis* Lg29.— 21. *in oct. dat.* Lg42: *dat. in oct.* rell. O.— *mehercules* Lg42. — 22. *honestissimorumque hominum* Lg42 φ: *hominumque honestissimorum* rell. O. [deest teste Nieb. *honestissimorumque* in Lg29 et 5 aliis, item *hominum* in Lagg. dtt.] — 23. *reiciendi* Lg1 42; *reiiciundi* rell. O.— 24. *tamen*] *iam* Lg42.— 25. *publicani* Lg42. — 27. *re vera quidem* Lg42. At cf. §. 63. p. Sest. §. 15. p. Cluent. §. 54. p. Quinct. §. 56. — 28. *cumlusio* Lg29; *illusio* Lg42. — 29. *ullius* Lg29 A B M N: *illius* rell. O. — *mentionem iudicii* Lg29 A B. — 30. *quod -- invenitur* Lg42 F: *cum -- inveniatur* dtt. O.

invenitur. 34. Erit tamen in aratores lenior quam videtur. Nam qui in decumanos octupli iudicium se daturum edixit, idem habuit in edicto se in aratorem in quadruplum daturum. Quis hunc audet dicere aratoribus infestum aut inimicum fuisse? quanto lenior est quam in publicanum? Edixit, ut quod decumanus edidisset sibi dari oportere, id ab aratore magistratus Siculus exigeret. Quid reliqui est iudicii, quod in aratorem dari possit? Non malum est, inquit, esse istam formidinem, ut, cum exactum sit ab aratore, tamen ne se commoveat reliquus metus iudicii sit. Si iudicio vis a me exigere, remove Siculum magistratum: si hanc vim adhibes, quid opus est iudicio? Quis porro erit quin malit decumanis tuis dare quod poposcerint, quam ab asseclis tuis quadruplo condemnari?

XIV. 35. Illa vero praeclara est clausula edicti, quod omnium controversiarum, quae essent inter aratorem et decumanum, si uter velit, edicit se recuperatores daturum. Primum quae potest esse controversia, cum is, qui petere debet, aufert? et cum is non quantum debetur, sed quantum commodum est aufert, ille autem, unde ablatum est, iudicio suum recuperare nullo modo potest. Deinde in hoc homo luteus etiam callidus ac veterator esse vult, quod ita scribit: SI VTER VOLET, RECVPERATORES DABO. Quam lepide se furari putat! Utrique facit potestatem, sed utrum ita scripserit, si uter volet, an, si decumanus volet, nihil interest. Arator enim tuos istos recuperatores numquam volet.

36. Quid? illa cuius modi sunt, quae ex tempore ab Apronio admonitus edixit? Q. Septicio, honestissimo equite Romano, resistente Apronio et affirmante se plus decuma non daturum, exoritur peculiare edictum repentinum, *ne quis frumentum de area tolleret ante, quam cum decumano pactus esset.* Ferebat hanc quoque iniquitatem Septicius et imbri frumentum corrumpi in area patiebatur, cum illud edictum repente uberrimum quaestuosissimumque nascitur, *ut ante Kalendas Sextiles omnes decumas ad aquam deportatas haberent.* 37. Hoc edicto non Siculi — nam eos quidem superioribus edictis satis perdiderat atque afflixerat —, sed isti ipsi equites Romani, qui suum ius retinere se contra Apronium posse erant arbitrati, splendidi homines et aliis praetoribus gratiosi, vincti Apronio traditi sunt. Attendite enim cuius modi edicta sint: NE TOLLAT,

---

1. *videatur* dtt. — 4. *aut iniquum* Faërni et Urs. susp. — 5. *dixit* AB. — *decumanus edixisset* Lg29. — 6. *quid reliqui est iudicii* Lg42: *quid est reliqui iudicii* Lg29 A B F; *quid dereliquit* (*reliquit* alii) *iudicii* dett. O. — 7. *possit* Lg42: *posset* rell. O. — 9. *vis a me* Lgg. omnes, AB: *a me vis* O. — *move* vel *mone* Lg42. — 10. *quin* Lg29 A B: *qui* Lg42; *qui non* rell. O. — 11. *poposcerint* Lg29 B: *poposcerit* Lg42 M φ; *poscerent* dtt. — *quadruplo* Lg42 F M N: *quadrupli* rell. — 13. *clausola* Lg29. — 14. *volet* ex Hot. coni. L. — 15. *dicit* Lg29 B. — *possit* Lg29. — *esse* om. dtt. — 16. *aufert* 4, φ: *auferat* dtt. — 18. *luteus*] *Lynceus* dtt. nonn. — 19. *uter velit* Lg29 42. — 21. *decumanus velit* Lg42. — 22. *numquam* 4, M: *numquid* dtt. — 24. *Septicio* Garatoni II. (coll. Bentl. ad Horat. Ep. I. 5, 26. Cort. ad Plin. Ep. I. 1. Spartian. Hadr. 9. 11. 15. Prisc. I. p. 333. ex cod. Barber. antiquiss. Sic fere lapides antiqui ex. c. Murat. MXXXIX. Reines. XX. 108.): *Septitio* codd. O. [cf. nunc Mommsenii Indicem Inscr. R. Neapol. p. 436.] — *honestissimo equite Romano* 4: *hon. homine equiteque Rom.* dtt. O. — 25. *sepius decumanum daturum* Lg42. — 28. *in area corrumpi* Prisc. I. p. 133. — *repente* om. Lg42. — 29. *quaestuosissimumque* Lg42: *et quaestuosissimum* rell. O. — *ut* om. Lg42. — *Kalendas* om. Lg42. — *Sextilis omnes decimas* Lg42. — 31. *q. non superioribus* dtt.; *q. iam superioribus* O contra codd. — 32. *isti*] *illi* Manutius. — 34. *ed. sint* Lg45 A: *ed. sunt* rell. prob. Garat. II.

inquit, EX AREA, NISI ERIT PACTVS. (Satis haec magna vis est ad inique paciscendum:) malo enim plus dare quam non mature ex area tollere. At ista vis Septicium et non nullos Septicii similes non coërcet, qui ita dicunt: Non tollam potius, quam paciscar. His hoc opponitur: deportatum habeas ante Kalendas Sextiles. Deportabo igitur. Nisi pactus eris, non commovebis. Sic deportandi dies praestituta tollere cogebat ex area: prohibitio tollendi, nisi pactus esset, vim adhibebat pactioni, non voluntatem.

XV. 38. Iam vero illud non solum contra legem Hieronicam nec solum contra consuetudinem superiorum, sed etiam contra omnia iura Siculorum, quae habent a senatu populoque Romano, ne quis extra suum forum vadimonium promittere cogatur. Statuit iste, *ut arator decumano quo vellet decumanus vadimonium promitteret*, ut hic quoque Apronio, cum ex Leontino usque Lilybaeum aliquem vadaretur, ex miseris aratoribus calumniandi quaestus accederet. Quamquam illa fuit ad calumniam singulari consilio reperta ratio, quod edixerat, *ut aratores iugera sationum suarum profiterentur*. Quae res cum ad pactiones iniquissimas magnam vim habuit, sicut ostendam, neque ad ullam utilitatem rei publicae pertinuit, tum vero ad calumnias, in quas omnes inciderent quos vellet Apronius. 39. Ut enim quisque contra voluntatem eius dixerat, ita in eum iudicium de professione iugerum postulabatur, (cuius iudicii metu magnus a multis frumenti numerus ablatus magnaeque pecuniae coactae sunt) non quo iugerum numerum vere profiteri esset difficile aut amplius etiam profiteri (quid enim in eo periculi posset esse?), sed causa erat iudicii postulandi, quod ex edicto professus non esset. (Iudicium autem quod fuerit isto praetore, si, quae cohors et qui comitatus fuerit, meministis, scire debetis.) Quid igitur est, quod ex hac iniquitate novorum edictorum intelligi velim, iudices? Iniuriamne factam sociis? At videtis. Auctoritatem superiorum repudiatam? Non audebit negare. Tantum Apronium isto praetore potuisse? Confiteatur necesse est. XVI. 40. Sed vos fortasse, quod vos lex commonet, id in hoc loco quaeretis, num quas ex hisce rebus pecunias ceperit? Docebo cepisse maximas omnesque eas iniquitates, de quibus antea dixi, sui quaestus causa constituisse vincam, si prius illud propugnaculum, quo contra omnes meos impetus usurum se putat, ex defensione eius deiecero.

---

3. *ista vis* 4, M N: *ista vi* dtt. — 4. *non* Lg42 F N: *ne* rell. — *paciscor* 5 Lagg. dtt. — *opponitur* Lg42 M φ: *apponitur* rell. — 7. *prohibitio* Lg42 F N (cf. fragm. Cic. ap. Quintil. IX. 2, 18. Rufinian. I. 14.): *cohibitio* rell. — 11. *ne quis* 4, F: *quis* om. dtt. O. — 12. *cogatur* 4, F Lag. 1. 45. 48: *cogantur* 3 Lagg. dtt. O. — 13. *quo* Lg42 A N: *quod* ctt. — 14. *a Leontino* L. 1584; *ex Leontinio* 4 Lagg. dtt. — *usque ad* Lg42. — 15. *calumniandi* codd., etiam F: *calumniandis* coni. Hotomanus. — *accideret* Lg42. — 17. *tum* 6 Lagg. dtt. — 18. *ostendam neque* Lg42 φ Grut. ex M, ut videtur (cf. §. 46.): *ostendemus nec* ctt. O (sed Lg27 A H: *ostendimus*). — 19. *ad* ante *cal.* om. Lg42. — 22. *iudicii metu*] *iudicium* Lg42. — 24. *periculo* idem. — *possit esse* Lg42; *esse posset* rell. O. — 25. *iudici* Lg42. — *postulandi* codd.: *formidandi* Hotom., *pertimescendi* L. — 30. *negare*] *repunegare* Lg29 (ex *repugnare*?). — *Apronium tamen* Lg42. [non ut ait Zumptius, *Apritamen*, ut iam *Apronium tantum* recipiendum sit. HALM.] — 31. *commovet* Lg42. — 32. *nunc quas* 4. — 34. *vincam* Lg42 F M (cf. p. Cluent. §. 124. coll. §. 64. ad Fam. XI. 28. 3. 4.): *convincam* Lagg. rell. A B N.

Magno, inquit, decumas vendidi. — Quid ais? an tu decumas, homo audacissime atque amentissime, vendidisti? Tu partes eas, quas te senatus populusque Romanus voluit, an fructus integros atque adeo bona fortunasque aratorum omnes vendidisti? Si palam praeco iussu tuo praedicasset non decumas frumenti, sed dimidias venire partes, et ita emptores accessissent, ut ad dimidias partes emendas; si pluris vendidisses tu dimidias, quam ceteri decumas: cuinam mirum videretur? Quid vero, si praeco decumas pronuntiavit, re vera, hoc est, lege, edicto, condicione plus etiam quam dimidiae venierunt, tamen hoc tibi praeclarum putabis, te pluris, quod non licebat, quam ceteros, quod oportebat, vendidisse? 41. Pluris decumas vendidisti, quam ceteri. — Quibus rebus id assecutus es? Innocentia? Adspice aedem Castoris: deinde, si audes, fac mentionem innocentiae. Diligentia? Codicis lituras tui contemplare in Sthenii Thermitani nomine: deinde aude te dicere diligentem. Ingenio? Qui testes interrogare priore actione nolueris et iis tacitus os tuum praebere malueris, quam vis et te et patronos tuos ingeniosos esse dicito. Qua re igitur id quod ais assecutus es? Magna est enim laus, si superiores consilio vicisti, posterioribus exemplum atque auctoritatem reliquisti. Tibi fortasse idoneus fuit nemo, quem imitarere: at te videlicet, inventorem rerum optimarum ac principem, imitabuntur omnes. 42. Quis arator te praetore decumam dedit? quis duas? quis non maximo se affectum beneficio putavit, cum tribus decumis pro una defungeretur, praeter paucos, qui propter societatem furtorum tuorum nihil omnino dederunt? Vide, inter importunitatem tuam senatusque bonitatem quid intersit. Senatus cum temporibus rei publicae cogitur ut decernat, ut alterae decumae exigantur, ita decernit, ut pro his decumis pecunia solvatur aratoribus; ut, quo plus sumitur, quam debetur, id emi, non auferri putetur. Tu cum tot decumas non senatus consulto, sed novis edictis tuis nefariisque institutis exigeres et eriperes, magnum te fecisse arbitrare, si pluris vendideris quam L. Hortensius, pater istius Q. Hortensii, quam Cn. Pompeius, quam C. Marcellus, qui ab aequitate, ab lege, ab institutis non recesserunt? 43. An tibi unius anni aut biennii ratio fuit habenda, salus provinciae, commoda rei frumentariae, ratio rei publicae in posteritatem fuit negligenda? Cum rem ita consti-

1. *ais* om. Lg42 prob. Halmio. — 2. *vendidisti -- annonae cari* §. 47. v. 19. habet V. — 2. 5. 6. *partis* V. — 4. *omnis* V. — 7. *vero* om. V. (*quid* est in fine versus.) — 8. *preco* V. — *pronũtiauiuit reueram* V. — *condictione* Lg42. — 9. *venerunt* Lg42. — 11. *decumas vendidisti* Lg42 φ (cf. §. 49. 90. 117.): *vendidi decumas* V, ctt. O. Similiter in aliis verbis turbatum est, v. c. *offendisti* et *offendi* §. 124. — 12. *adsecutus* V et sic deinceps. — 13. *litura* Lg29 A B. — *tui*] *tu* V. — 14. *in* om. B et Lagg. omnes praeter 42. — *Stheni* V. — *dicere aude te* V. — 15. *testis* V et Lg42. — *interrogare* Lg42 V: *interrogari* ctt. O. — *uolueris* V. — *et is* V; *et iis -- malueris* om. B et Lg29. — *tacitus* Lg42 M V: *tacitum* ctt. O. — 16. *quam vis* Lagg. omnes, V A H ψ: *quantum vis* B C O. — 17. *enim est* B; *enim* om. V; *enim laus est* Lg29. — 19. *quamitare* V. — *ac*, non *at*, Maio in V videtur esse. — 21. *arator* V et codd. noti: *aratorum* O. — 22. *adfectum* V. — 23. *tuorum* om. V. — 24. *inport.* V. — 26. *pro h. d. pecunia* Lg42 V: *pec. pro h. d.* ctt. O. — 27. *quo* Lg42 A B φ: *quod* V, ctt. O. — 28. *id emi* V φ: *idem* codd. rell. et edd. ante Lamb. repetitt.; *id emi non* om. Lg42. — *decum.* (sic) V. — *sen. consultis* A B, Lg29. — 29. *nefarisque* V. — 30. *arbitrare* Lg42 V: *arbitrabare* Lg29 C; *arbitrabere* ctt. O. — 31. *Hortensi*, *quam Cn. Ponpeius* V. — *C. Marc.* Lg42 V L: *M. Marc.* codd. rell. O. — 33. *bienni* V. — *fuit habenda* Lg42 V: *hab. fuit* ctt. O. — 34. *in posteritatem* Lg42

tutam accepisses, ut et populo Romano satis frumenti ex Sicilia suppeditaretur et aratoribus tamen arare atque agros colere expediret, quid effecisti? quid assecutus es? Ut populo Romano nescio quid te praetore ad decumas accederet, deserendas arationes relinquendasque curasti. Successit tibi L. Metellus. Tu innocentior quam Metellus? tu laudis et honoris cupidior? tibi enim consulatus quaerebatur, Metello paternus honos et avitus negligebatur. Multo minoris vendidit non modo quam tu, sed etiam quam qui ante te vendiderunt. XVII. Quaero, si ipse excogitare non potuerat, quem ad modum quam plurimo venderet, ne tua quidem recentia proximi praetoris vestigia persequi poterat, ut tuis praeclaris abs te principe inventis et excogitatis edictis atque institutis uteretur? 44. Ille vero tum se minime Metellum fore putavit, si te ulla in re imitatus esset; qui ab urbe Roma, quod nemo umquam post hominum memoriam fecit, cum sibi in provinciam proficiscendum putaret, litteras ad Siciliae civitates miserit, per quas hortatur et rogat, ut arent, ut serant. In beneficio praetor hoc petit aliquanto ante adventum suum, et simul ostendit se lege Hieronica venditurum, hoc est, in omni ratione decumarum nihil istius simile facturum. Atque haec non cupiditate aliqua scribit inductus, ut in alienam provinciam mittat litteras ante tempus, sed consilio, ne, si tempus sationis praeterisset, granum ex provincia Sicilia nullum haberemus. 45. Cognoscite Metelli litteras. EPISTOLA L. METELLI. XVIII. Hae litterae, iudices, L. Metelli, quas audistis, hoc quantum est ex Sicilia frumenti hornotini exaraverunt. Glebam commosset in agro decumano Siciliae nemo, si Metellus hanc epistolam non misisset. Quid? Metello divinitus hoc venit in mentem an ab Siculis, qui Romam frequentissimi convenerant, negotiatoribusque Siciliae doctus est? Quorum quanti conventus ad Marcellos, antiquissimos Siciliae patronos, quanti ad Cn. Pompeium, tum consulem designatum, ceterosque illius provinciae necessarios fieri soliti sint, quis ignorat? quod quidem, iudices, nullo umquam de homine factum est,

F N V: *in posterum* Lg29 et, ut videtur, A B; *in posteritatem -- pop. R.* om. dtt. — *rem ita* 4, N V: *ita rem* dtt. O. [*ita rem* O contra codd., cum desit locus in dett] — 1. *satis* om. Lg42. — 3. *populo R.* V N et 4: om. dtt. — *nescio quid te pr.* Lg42 V: *nescio quid te* A B, Lg29; *pr. te nescio quid* dtt. O. [Quo modo depravatio orta sit, docet scriptura in V: *VT .P. R. NESCIO QVID TE .PR.*] — 7. *honos* Lg29 A B V: *bonus* Lg42; *honor* dtt. O. — *avitus*] *habitus* Lagg. praeter 42. — 8. *te* om. V et Lg29. Sed oppositionis ratio, quae est in *tu*, pronomen propter praecedentem syllabam a librariis omissum h. l. commendat. — 9. *potueral* V Lg42: *poterat* rell. O. [Restituimus lectionem nunc ex V confirmatam.] — — 10. *proxumi* V. — 11. *a te* Lg29. — 12. *minime Met.* V et 4: *Met. minime* dtt. O. — *fore* om. Lg42; uncis inclusit Zumpt. (est in V.) — *putavit* V: *putabit* Lg42; *putasset* rell. O. — 13. *Roma* suspectum Ravio II. p. 144. — 15. *ad civitates Siciliae* V. — *miserit* Lg29 42 B N V: *misit* rell. O. — 16. *serant. in beneficio praetor hoc* V: *serant beneficio populi R. propter hoc* N; *serant in benef. pop. R. et hoc* Lg42; *serant in beneficio populi R. Hoc* rell. et O; *serant. In beneficio populi R. hoc* L. Cf. §§. 114. 115. 189. de locutione *in beneficio* s. *in beneficii loco petere, impetrare aliquid.* — *petit*] *fecit* Lg42. — *suum adventum* N. — 18. *istius* V: *isti* ctt. O. — 19. *inductus* Lg29 42 B F V: *adductus* ctt. O. — *litteras mittat* V. — 20. *praeterisset* V et plerique: *praeteriisset* O. -- *ex* Lg42 *cp*: *de* V; *in* rell. O. — 21. *EPISTOLA L. METELLI* V: *litterae L. Metelli* Lg29 cum spatio vacuo ante *litterae* [sic clare Niebuhrius]; *recita epistolam L. Metelli* codd. rell. noti praeter 27, qui addit *LITTERAE L. METELLI*, ut locus vulgatus est inde a Lamb. et ab O. — 24. *epistulam* V, ut vox etiam supra scripta est. — 26. *a Siculis* V. — *a negotiatoribus* V. Cf. II. §. 168. — 28. *tum* Maius: *tuum* V; om. ctt. O. — 29. *sunt* Lg27 42. — 30. *iudices* Maius: *iud.* (sic) V [item Lg42, quod Zumptius omisit]; *iudicium* rell. O.

ut absens accusaretur ab iis palam, quorum in bona liberosque summum imperium potestatemque haberet. Tanta vis erat iniuriarum, ut homines quidvis perpeti, quam non de istius improbitate deplorare et conqueri mallent. 46. Quas litteras cum ad omnes civitates prope suppliciter misisset Metellus, tamen antiquum modum sationis nulla ex parte assequi potuit. Diffugerant enim permulti, id quod ostendam, nec solum arationes, sed etiam sedes suas patrias istius iniuriis exagitati reliquerant.

Non mehercule augendi criminis causa, iudices, dicam, sed quem ipse accepi oculis animoque sensum, hunc vere apud vos et ut potero planissime exponam. 47. Nam cum quadriennio post in Siciliam venissem, sic mihi affecta visa est, ut eae terrae solent, in quibus bellum acerbum diuturnumque versatum est. Quos ego campos antea collesque nitidissimos viridissimosque vidissem, hos ita vastatos nunc ac desertos videbam, ut ager ipse cultorem desiderare ac lugere dominum videretur. Herbitensis ager, Hennensis, Murgentinus, Assorinus, Imacharensis, Agyrinensis ita relictus erat ex maxima parte, ut non solum iugorum, sed etiam dominorum multitudinem quaereremus. Aetnensis vero ager, qui solebat esse cultissimus, et, quod caput est rei frumentariae, campus Leontinus, cuius antea species haec erat, ut, cum obsitum vidisses, annonae caritatem non vererere, sic erat deformis atque horridus, ut in uberrima Siciliae parte Siciliam quaereremus. Labefactarat enim vehementer aratores iam superior annus, proximus vero funditus everterat. XIX. 48. Tu mihi etiam audes mentionem facere decumarum? Tu in tanta improbitate, [tu] in tanta acerbitate, in tot ac tantis iniuriis, cum in arationibus et in earum rerum iure provincia Sicilia consistat, eversis funditus aratoribus, relictis agris, cum in provincia tam locuplete ac referta non modo rem, sed ne spem quidem ullam reliquam cuiquam feceris, aliquid te populare putabis habere, cum dices te pluris quam ceteros decumas vendidisse? Quasi vero aut populus Romanus hoc voluerit aut senatus tibi hoc mandaverit, ut, cum omnes aratorum fortunas decumarum nomine eriperes, in posterum fructu illo commodoque rei frumentariae populum Romanum privares: deinde, si quam partem tuae praedae ad

1. *apsens* V. — 3. *improbitate* Lg29 42 B N V *(inpr.)* φ: *pravitate* ctt. O. [habent deinde editiones *et iniuriis*, quae verba cum absint a V et Lg42, delenda censuimus. Halm.] — 4. *omnis* V. — 5. *assequi* Lg42 N V φ (sed V *ads.*): *exsequi* vel *exequi* rell. — 6. *nec* 4: *non* rell. O. (De V non liquet.) — *arationis* Lg42. — 7. *relinquerant* V. — 8. *mehercules* Lg42. — *augendi criminis* V: *criminis augendi* ctt. O. — *iud. dicam* V et 4: *dicam iud.* ctt. O. — *quae ipse* superscr. *m* V. — *ipse accepi* V Lg42: *acc. ipse* ctt. O. — 9. *animoquae* V. — *aput* V. — *planissume* V. — 10. *in*] *im* V. — *sic mi* Lg29 B. — 11. *adf.* V. — *eae* V L: *esse* Lg42; *hae* ctt. — 13. *tunc* L. At v. Handii *Tursellinum* III. p. 337. — 15. *Ethennensis* Lg29 42 B V; inde Maius: *et Hennensis*. — *Morgantinus* O contra codd. — *Macharensis* codd. At cf. §. 100. V. §. 12. Plin. N. H. III. 8, 14. — 16. *erat ut ex maxima non solum* Lg42. Hinc Zumptius coni.: *ita relictus erat ut maximam non solum* etc. — *iugorum* V: *iugerum* rell. O. — 19. *ante* V. — *species* codd. omnes: *spes* editt. priores. — *cum eum obsitum* N. — *opsitum* V Lg29. — 21. *requireremus* φ. Vulgatam tuetur etiam Serv. ad Aen. VII. 295. — *labefacta enim erat*, om. *vehementer* Lg42. — 22. *iam* om. Lg29 p. m. — 23. *tu in tanta improbitate* Lg42 N φ: om. rell. — 24. [*tu*] om. φ. Recte, opinor. — *ac* Lg42: *et* rell. O. — 26. *locupleti* Prisc. I. p. 366. — 27. *cuiusquam* Lg42. — 28. *putas* al. in marg. 1584. — *dicis* Lg42 et al. in marg. 1584 (φ?). — 30. *tibi hoc* Lg42: *hoc tibi* rell. — 31. *fructu*] *fructuque* Lg29 p. m.; *fructu quem* Lg42 p. m., *fructu quom* sec. m. — *frument. rei* Lg42. — 32. *pop. Rom.*] *remp.* Lg42 et al. in marg. 1584.

summam decumarum addidisses, bene de re publica, bene de populo Romano meritus viderere.

Atque perinde loquor, quasi in eo sit iniquitas eius reprehendenda, quod propter gloriae cupiditatem, ut aliquos summa frumenti decumani vinceret, acerbiorem legem, duriora edicta interposuerit, omnium superiorum auctoritatem repudiarit. 49. Magno tu decumas vendidisti. Quid? si doceo te non minus domum tuam avertisse quam Romam misisse decumarum nomine, quid habet populare oratio tua, cum ex provincia populi Romani aequam partem tu tibi sumpseris ac populo Romano miseris? Quid si duabus partibus doceo te amplius frumenti abstulisse quam populo Romano misisse, tamenne putamus patronum tuum in hoc crimine cerviculam iactaturum et populo se ac coronae daturum? Haec vos antea, iudices, audistis, verum fortasse ita audistis, ut auctorem rumorem haberetis sermonemque omnium. Cognoscite nunc innumerabilem pecuniam frumentario nomine ereptam, ut simul illam quoque eius vocem improbam agnoscatis, qui se uno quaestu decumarum omnia sua pericula redempturum esse dicebat. XX. 50. Audivimus hoc iam diu, iudices: nego quemquam esse vestrum, quin saepe audierit socios istius fuisse decumanos. Nihil aliud arbitror falso in istum esse dictum ab iis, qui male de isto existimarint', nisi hoc. Nam socii putandi sunt, quos inter res communicata est. Ego rem totam fortunasque omnes aratorum istius fuisse dico: Apronium Veneriosque servos, quod isto praetore fuit novum genus publicanorum, ceterosque decumanos procuratores istius quaestus et administros rapinarum fuisse dico. 51. Quo modo hoc doces? — Quo modo ex locatione illa columnarum docui istum esse praedatum: opinor, ex eo maxime, quod iniquam legem novamque dixisset. Quis enim umquam conatus est iura omnia et consuetudinem omnium commutare cum vituperatione sine quaestu? Pergam atque insequar longius. Iniqua lege vendebas, quo pluris venderes. Cur addictis iam et venditis decumis, cum iam ad summam decumarum nihil, ad tuum quaestum multum posset accedere, subito atque ex tempore nova nascebantur edicta? Nam ut vadimonium decumano, quocumque is vellet, promitteretur, ut ex area, nisi pactus esset, arator ne tolleret, ut ante Kalendas Sextiles decumas deportatas haberet, haec omnia iam venditis decumis anno tertio te edixisse dico: quae si rei publicae causa

---

1. *bene de republica* Lg42 φ: om. rell. O. — 3. *atque* Lg42 φ: *atque haec* rell. O. — *in eo*] *modo* Lg42. — *reprehendunda* Lg29 B. — 4. *frum. dec.* Lg29 42 A φ: *fr. decumarum* B; *decumarum* dtt. O. — 5. *legibus* Lg42. — *interposuit* - - *repudiaret* Lg42. — 7. *non minus te* dtt. — *R. ivisse* Lg42. — 8. *oratio* Lg42: *ratio* rell. O. — 9. *ac* Lg42: *atque* rell. O. — 10. *quid si* - - *misisse* Arus. M. p. 211. — 12. *et pop. se ac coron.* φ et sic St. de coni.: *ac pop. ac cor. se* N; *ac populus ac corone* (sine *se*) Lg42; *et populo se ad coronam* rell. Cf. Donat. ad Ter. Adelph. V. 3, 52. et supra ad §. 6. [Scribendum est ex vestigiis Lag. 42: *ac populi se coronae daturum*. HALM.] — 13. *ante* B et Lg29. — 14. *rumorum* Lg42. — *hominum* ed. Asc. 1511. — 17. *audivimus* Lg42 al.: *audimus* L. 1566 (non 1584) Pall. O. — 18. *qui saepe* Lagg. praeter 29. — 19. *falso in istum* Lg29 42 (hic *falsum* cf. ad II. §. 66.) AB: *in istum falso* dtt. O. — 20. *existimarunt* Lg42 48 H. — 21. *fortunas* Lg42. [Recte, ut videtur. Cf. ad II. §. 31. HALM.] — *omnes aratorum* Lg42: *aratorum omnes* rell. O. — 24. *administros* Lg42 N φ: *ministros* rell. — *fuisse dico* Lg42 φ: *dico fuisse* rell. — 25. *esse* om. Lg29 A B. — 26. *ex isto* Lg29. — 29. *addictis iam* Lg42: *iam add.* rell. O. — 34. *ut ante* Lg42 N: om. Lgg. rell. C. H. In A B *ut* om. — *haberet* Lg42: *haberent* rell. O. — *iam vend.* Lgg. omnes, A B C: *vend. iam* L.

faceres, in vendendo essent pronuntiata; quia tua causa faciebas, quod erat imprudentia praetermissum, id quaestu ac tempore admonitus reprehendisti. 52. Illud vero cui probari potest, te sine tuo quaestu ac maximo quaestu tantam tuam infamiam, tantum capitis tui fortunarumque tuarum periculum neglexisse, ut, cum totius Siciliae quotidie gemitus querimoniasque audires, cum, ut ipse dixisti, reum te fore putares, cum huiusce iudicii discrimen ab opinione tua non abhorreret, paterere tamen aratores indignissimis iniuriis vexari ac diripi? Profecto, quamquam es singulari crudelitate et audacia, tamen abs te totam abalienari provinciam, tot homines honestissimos ac locupletissimos tibi inimicissimos fieri nolles, nisi hanc rationem et cogitationem salutis tuae pecuniae cupiditas ac praesens illa praeda superaret. 53. Etenim quoniam summam ac numerum iniuriarum vobis, iudices, non possum exponere, singillatim autem de unius cuiusque incommodo dicere infinitum est, genera ipsa iniuriarum, quaeso, cognoscite.

XXI. Nympho est Centuripinus, homo navus et industrius, experientissimus ac diligentissimus arator. Is cum arationes magnas conductas haberet, quod homines etiam locupletes, sicut ille est, in Sicilia facere consuerunt, easque magna impensa magnoque instrumento tueretur: tanta ab isto iniquitate oppressus est, ut non modo arationes relinqueret, sed etiam ex Sicilia profugeret Romamque una cum multis ab isto eiectis veniret. Fecit ut decumanus Nymphonem negaret ex edicto illo praeclaro, quod nullam ad aliam rem nisi ad huius modi quaestus pertinebat, numerum iugerum professum esse. 54. Nympho cum se vellet aequo iudicio defendere, dat iste viros optimos recuperatores, eundem illum medicum Cornelium (is est Artemidorus Pergaeus, qui in sua patria dux isti quondam et magister ad spoliandum Dianae templum fuit,) et haruspicem Volusium et Valerium praeconem. Nympho, antequam plane constitit, condemnatur. Quanti? fortasse quaeritis. Nulla erat edicti poena certa: frumenti eius omnis, quod in areis esset. Sic Apronius decumanus non decumam debitam, non frumentum remotum atque celatum, sed tritici septem milia medimnum ex Nymphonis ara-

1. *vendendo* Lg29 42: *vendundo* rell. O. — 2. *deprehendisti* Lg42 F M. — 4. *maximo quidem quaestu* L. — *tui capitis* Lg29. — 5. *tuarum* Lg42 φ: om. rell. O. — 8. *paterere* om. Lg42.— *profecto - - convivio* §. 62. v. 27. habet V.— 9. *totam abs te* N L [non Lg29]; *absente totam* Lg42.— *abalienari* N V: *alienari* rell. O.— 10. *homines* 4, N V: om. dtt. — *ac locupl.* Lg42 φ: om. V rell. O. — 11. *noles* V. — *presens illa preda* V. — 13. *ac* Lg42 V: *et* rell. O. — *vobis*, *iudices* Lg29 A B N V: *iudices*, *vobis* rell. O. — *expromere* Lg42 N. (ap. Steph. et in edit. Oporin. teste Garat. II., qui hanc lectionem probat coll. p. dom. 23, 60. p. Cael. 12, 29. Fin. V. 4, 10. Tacit. Ann. XIII. 49. Drak. ad Liv. 39, 12. Plaut. Mil. III. 1, 168.) — 14. *singillatim* Lg29 A B C N V: *sigillatim* Lgg. rell. — *incommodi* V, *incommodis* Maius. — 16. *gnavus* V; *varius* Lg42 [non *rarius*]. — *et experientissimus* V, qui *ac diligent.* om.— 17. *arationis* Lg42.— 19. *consuerunt* V et 4: *consueverunt* dtt. O.— *inpensa* V. — *magnoque* 4: *MAGNOSQ.* V; *magno* dtt. O. — 20. *non* om. V (in fine versus). — 21. *una cum multis* Lg29 42 V φ: *una* om. A B; *cum multis una* dtt. O. — 22. *negaret* 4, C V φ, Pal. sec.: *necaret* aut *vocaret* dtt. — 23. *illo* om. Lg42 A B (non V). — *ad nullam* Lg42. — *quaestu* superscr. *m* V. — 25. *aequo vellet* V. — *dat iste* 4 et V: rell. et O *dat* post *recuperatores* habent. — 26. *Pergaeus* 4, V φ: *Pergameus* vel *Pergamenus* dtt. — 27. *istius* Lg42. — *spoliandum* V (cf. Lib. I. 20, 54. V. §. 1.): *expoliandum* Lg29; *despoliandum* rell. O. Zumpt ad IV. §. 43. — 28. *Volusium* Lg42 V φ: *Volusianum* rell. O. cf. §. 28. — 29. *condemnaturum* V. — 30. *erit* V.— 31. *non undecumam demtam* Lg42.— *decumam*] *decum.* V: cf. p. 248. v. 28.— 32. *septem milia*] *VII. M.* V; *septies* Prisc.I. p.308.; *.IIII. milia* Lg29.— *ex N.arat.* om. Lg29AB.

tionibus edicti poena, non redemptionis aliquo iure tollit. XXII. 55. Xenonis Menaeni, nobilissimi hominis, uxoris fundus erat colono locatus: colonus, quod decumanorum iniurias ferre non poterat, ex agro profugerat. Verres in Xenonem iudicium dabat illud suum damnatorium de iugerum professione. Xeno ad se pertinere negabat: fundum elocatum esse dicebat. Dabat iste iudicium, si pareret iugera eius fundi plura esse, quam colonus esset professus, tum uti Xeno damnaretur. Dicebat ille non modo se non arasse, id quod satis erat, sed nec dominum eius esse fundi nec locatorem: uxoris esse: eam ipsam suum negotium gerere: ipsam locavisse. Defendebat Xenonem homo summo splendore et summa auctoritate praeditus, M. Cossutius. Iste nihilo minus iudicium HS ıɔɔɔ dabat. Ille tametsi recuperatores de cohorte latronum sibi parari videbat, tamen iudicium accepturum se esse dicebat. Tum iste magna voce Veneriis imperat, ut Xeno audiret, dum res iudicetur, hominem ut asservent; cum iudicata sit, ad se ut adducant: et illud simul dixit, se non putare illum, si propter divitias poenam damnationis contemneret, etiam virgas contempturum. Hac ille vi et hoc metu adductus tantum decumanis dedit, quantum iste imperavit. XXIII. 56. Polemarchus est Murgentinus, vir bonus atque honestus. Ei cum pro iugeribus quinquaginta medimna ıɔcc decumae imperarentur, quod recusabat, domum ad istum in ius eductus est et, cum iste etiam cubaret, in cubiculum introductus est, quod nisi mulieri et decumano patebat alii nemini. Ibi cum pugnis et calcibus concisus esset, qui ıɔcc medimnis decidere noluisset, mille promisit. Eubulidas est Grosphus, Centuripinus, homo

---

1. *edita* vel *edicta* edd. vett. — *redemtionis* V. — 2. *Menaeni* V: *Moneni* Lg42; *Meneni* rell. O. cf. Zumpt. ad h. l. et §. 103. — *fundus -- locatus* Arus. M. p. 245. Non. p. 340. — 3. *colonus* om. Lg42. — 5. *Xeno* 4, V φ, Prisc. I. p. 238.: *Xenon* dtt. — *fundum eum* N. — 6. *edicebat* A B. — *dat* V. — *pareret* B N V: *paret* Lg29 42 F (cf. Fabric. ad Divinat. §. 56.); *pararet* O; *pateret* al. — *eius* codd. noti: *eiusmodi* aliquot edd. vett. — *plura esse* Lg29 A B F V: *esse plura* rell. O. — 7. *professus esset* N. — *uti* Lg14 42 A B N al.: *ut* V, Lg29 et 5 alii. — 8. *se non arasse* Lg42 N V: *non se a.* Lagg. rell.; *non ar. se* O. — *satum erat* V et Lag. 48; *sat erat* Lg42; *sūt erat* Lg45; *satis* tuetur etiam N in edit. Oporin. teste Garat. II. [*quod in satis erat* ex Hotomani cod. vel coni. Lambinus: sed quidni scribitur *quod satum erat* cum optimo V? Halm.] — 9. *uxoris* Lg42 N V: *uxorem* rell. [etiam Lg29.] — *ipsa* V. — 11. '*M. Cossutius* N V: *in eos sutius* Lg42; *M. Cossetius* O. Turbant varie codd. rell. — *nilominus* V; *nihilominus dabat* mediis omissis Lg42. — 12. *HS. Iɔɔɔ* V: om. N; *HS. LXXX* edd. ante Lamb.; *HS. LXXX millium* L O. Quid in Lgg. et Parr. legatur, ex Zumptii adnotatione non satis intelligi potest. [Lagg. habent *HS. LXXX* praeter 27, in quo *millium* additum est; de 42 v. supra.] — 13. *se accepturum* V. — *maxima voce* Lg42 N. cf. nos ad Caecin. p. 179. — 14. *Venereus* Lg42. — *Xeno* Lg29 42 N V, Prisc. I. p. 238.: *Xenon* aut *Xenonem* dtt. — *adesset* V; *audirent* dtt. — *iudicetur* Lg42 φ: *iudicaretur* eV rell. — 15. *asservent* Lg42 V φ: *asservarent* rell. (*hominem adservent* V om. *ut*). — *iudicata* Lg42 B V φ: *iudicatum* rell. O. [etiam Lag. 29, de quo Zumptius erravit.] — *ad se ut* Lg29 42 B V φ: *ad se* rell. O. — *simul ait* V. — 16. *poenam* V et 4: *poenas* dtt. O. — 17. *contemturum* V: *contemnere* rell. O. — *conductus* Lg42. — 18. *decumanis dedit* V et 4: *dedit* om. dtt. O, et post *imperavit* addunt *exsolvit*. — *iste* om. Lg29. — 19. *ei* V (non *et*, ut habet Maius): *is* codd. rell. et edd. [Novam lectionem nos recepimus.] — *iugeris* L contra codd. [cf. Lachmann. in Mus. novo Rhen. III. p. 629 sqq.] — 20. *medumna* Lg42; *medimnae* V. — *Iɔɔɔ* V. — *decimae* Lg42. — 21. *ductus* Lg29; *deductus* contra codd. (etiam N. Pall. φ) Naug. — *et cum -- introductus est* om. Lg42 48. — 22. *quo* Lg29. — *nemini alii* Grut. contra codd. — 23. *concisus* ed. Iunt. et V (prob. I. F. Gronov. de Pec. vet. 3, 4. cf. I. §. 122. Iuven. 6, 413. 3, 300.): *conscisus* Lg29 A B; *conscissus* F O et codd. rell. — *qui*] *quid* V. — 24. *Eubolidas* V: *Fubilidas* Lg29, *Embullidas* Lg42, *Eubulides* rell. O. — *Grospus* Lg42 V al.; *Grossus* Lg29.

cum virtute et nobilitate domi suae, tum etiam pecunia princeps. Huic homini, iudices, honestissimae civitatis honestissimo non modo frumenti scitote, sed vitae et sanguinis tantum relictum esse, quantum Apronii libido tulit. Nam vi, malo, plagis adductus est, ut frumenti daret, non quantum deberet, sed quantum cogeretur. 57. Sostratus et Numenius et Nymphodorus eiusdem civitatis cum ex agris tres fratres consortes profugissent, quod iis plus frumenti imperabatur, quam quantum exararant, hominibus coactis in eorum arationes Apronius venit, omne instrumentum diripuit, familiam abduxit, pecus abegit. Postea cum ad eum Nymphodorus venisset Aetnam et oraret, ut sibi sua restituerentur, hominem corripi ac suspendi iussit in oleastro quodam, quae est arbor, iudices, Aetnae in foro. Tam diu pependit in arbore socius amicusque populi Romani in sociorum urbe ac foro, colonus aratorque vester, quam diu voluntas Apronii tulit.

58. Genera iam dudum innumerabilium iniuriarum, iudices, singulis nominibus profero, infinitam multitudinem iniuriarum praetermitto. Vos ante oculos animosque vestros tota Sicilia decumanorum hos impetus, aratorum direptiones, huius importunitatem, Apronii regnum proponite. Contempsit Siculos: non duxit homines: nec ipsos ad persequendum vehementes fore et vos iniurias eorum leviter laturos existimavit. XXIV. 59. Esto: falsam de illis habuit opinionem, malam de vobis; verum tamen cum de Siculis male mereretur, cives Romanos coluit, iis indulsit, eorum voluntati et gratiae deditus fuit. Iste cives Romanos? At nullis inimicior aut infestior fuit. Mitto vincla, mitto carcerem, mitto verbera, mitto secures, crucem denique illam praetermitto, quam iste civibus Romanis testem humanitatis in eos ac benevolentiae suae voluit esse; mitto, inquam, haec omnia atque in aliud dicendi tempus reiicio: de decumis, de civium Romanorum condicione in arationibus disputo; qui quem ad modum essent accepti, iudices, audistis ex ipsis: bona sibi erepta esse dixerunt. 60. Verum haec, quoniam eius modi causa fuit, ferenda sunt: nihil valuisse aequitatem, nihil

---

1. *pecuniae* V. — 2. *honest. civit.* om. V. — 3. *sed etiam* Lg42 φ; *sed* [*etiam*] O. A librariis *etiam* ita non raro adiicitur vel in optimis codd. cf. §. 1. 23.; deest *etiam* in V. — *esse* om. Lg42.— 4. *Aproni lubido* V.— *vi* superscr. in V.— 5. *deberet* 4 (cf. §. 61. 68.): *vellet* V; *haberet* dtt. O. (*non quantum vellet* superscr. in V.) — *sed q. cog.* om. Lg29. — *quantum doceretur* V. — 7. *iis*] *his* V. — *quam* superscr. in V. — *exararent* Lg42. — 8. *omnem* V. — 9. *deripuit* Lg29 A B.— *cum* Lg42 V: *quam* rell.— 10. *suas* V. — *Etnam* h. l. V.— 12. *Aetnae* 4, N V: om. dtt.— 13. *noster* Lg42.— 14. *volumtas Aproni* V.— 15. *genera*] *summam* Lg42.— 18. *inport. Aproni* V. — 19. *Siculos*] *singulos* Lg42. cf. ad §. 6. — 20. *vehementis* Lg42, *vehementius* V. — *fores* V.— *iniur. eorum* V: *eorum iniur.* ctt. O.— *leniter* Lg42.— 21. *falsa* V.— 22. *meretur* [non *mereret*] Lg42.—*civis* V et Lg42.— *iis* V, sed *is*: (huc refer mendum in Lg42. *coluitus* [non *cultus*, ut est apud Z.] pro *coluit iis*); *his* rell. O. — 23. *volumtati* V. — *et gloriae* dtt.— *civis* V; *cuius is* (sic) Lg42. — *at nullis* Lg29 42 B N [sed 42: *a nullis*]: *an ulli* V; *at nullus* ctt. cf. Hand Turs. I. p. 431. coll. 435. — 24. *mitto vincla m. carc.* om. Lg42. — *carcere* superscr. *m* V.— 25. *preterm.* V.— 26. *iste* om. L. 1584 contra codd.— *ac* om. Lg42. — *benivol.* V et Lagg. — *sue* V. — 27. *aliut d. t. reicio* V. — 29. *qui* om. Lg29. — *auditis* idem. — 30. *esse* om. V. — *dixerunt* Lg42 V: *dixere* ctt. O. — *verum* om. Lgg. praeter 42. — 31. *eiusmodi* Lg42 F V: *huiusmodi* A B dtt. — *causa fuit* Lg42 F: *casus fuit* V (i. e. quoniam res ita accidit: ne haec quidem sententia ab hoc loco est aliena); *casus adfuit* Lg29 A B dtt. Memorabilis est ad h. l. Lambini adnotatio de fide variarum lectionum, quas ex codd. deprompsit. «Ac ne frustra lectorem morer, inquit, dum singulos scripturas a vulgata lectione differenteis auctoritate codicum veterum confirmo, lectori as-

consuetudinem: damna denique, iudices, nulla tanta sunt, quae non viri fortes ac magno et libero animo affecti, ferenda arbitrentur. Quid? si equitibus Romanis non obscuris neque ignotis, sed honestis et illustribus manus ab Apronio isto praetore sine ulla dubitatione afferebantur, quid exspectatis? quid a me amplius dicendum putatis? an id agendum, ut eo celerius de isto transigamus, quo maturius ad Apronium possimus, id quod ego illi iam in Sicilia pollicitus sum, pervenire? qui C. Matrinium, iudices, summa virtute hominem, summa industria, summa gratia, Leontinis in publico biduum tenuit. Atque ab Apronio, iudices, homine in dedecore nato, ad turpitudinem educato, ad Verris flagitia libidinesque accommodato, equitem Romanum scitote biduum cibo tectoque prohibitum: biduum Leontinis in foro custodiis Apronii retentum atque asservatum neque ante dimissum, quam ad condicionem eius depectus est. XXV. 61. Nam quid ego de Q. Lollio, iudices, dicam, equite Romano spectato atque honesto? Clara res est, quam dicturus sum, tota Sicilia celeberrima atque notissima: qui cum araret in Aetnensi cumque is ager Apronio cum ceteris agris esset traditus, equestri vetere illa auctoritate et gratia fretus affirmavit se decumanis plus quam deberet, non daturum. Refertur eius sermo ad Apronium. Enim vero iste ridere ac mirari Lollium nihil de Matrinio, nihil de ceteris rebus audisse. Mittit ad hominem Venerios: (hoc quoque attendite, apparitores a praetore assignatos habuisse decumanum, si hoc mediocre argumentum videri potest, istum decumanorum nomine ad suos quaestus esse abusum:) adducitur a Veneriis atque adeo attrahitur Lollius, commodum cum Apronius e palaestra redisset et in triclinio, quod in foro Aetnae straverat, recubuisset. 62. Statuitur Lollius in illo tempestivo gladiatorum convivio. Non mehercule haec, quae loquor, crederem, iudices, tametsi vulgo audieram, nisi mecum ipse senex, cum mihi atque huic voluntati accusationis meae lacrimans gratias ageret, summa

---

severo omneis scripturas dissimileis a me probatas ac receptas vel ab illo antiquo libro (Fabriciano) vel ab aliis esse petitas.» — 1. *tanta* om. Lg29 B. — 2. *ac magno* Lg29 A B V: *ac* om. ctt. O. — *ac libero* Lg42. — *adfecti* V. — *ferenda arbitr.* om. Lg29. — *arbitrarentur* N. — *quod si* V. — 3. *non* superscr. in V. — *inlustr.* V. — 4. *ulla* om. Lg29 B. — *adfer. q. expectatis* V. — 5. *amplius a me* V. — *agendum est ut* V. — 7. *possim* V. — *ego* om. V Lg29 A B. — *illic* Lg42. — *pervenire* Lg42 N V: *venire* ctt. — 8. *C.*] *cum* Lg29 (ex *Caium*). — *Mactrinium* Lg42. — *summam industria* V; *s. ind.* om. Lg42. — 9. *atqui* Par. Lall. (?) al. in marg. 1584; *quo* V. — *ab* om. Lgg. praeter 42, A B C V; *a quo Apronio* coni. Klotz. [Scrib. est cum Madv. Opusc. I. p. 353. *a Q. Apronio* om. *atque.*] — 10. *in dedecore*] *indecore* Lg42. — *noto* corr. in *nato* V. — *educto* Lg42. — 11. *accommodato* Non. p. 244. — 12. *in custodiis* V. At cf. V. §. 77. — *Aproni* V. — 13. *adservatum* V (cf. V. §. 68. 77.): *servatum* ctt. O. [*asservatum neque* om. Lg42.] — *neque* non om. V. — *condicionem* Lg42 V: *condiciones* rell. O. — 14. *depectus* φ: *despectus* V; *deiectus* Lg42 N al. in marg. 1584; *depactus* rell. O. — *Lelio* Lg42. — 15. *est res* Lg29. — 18. *veteri* Lg29; *uere* V. — *illa et* O contra codd. — *adfirmavit* V. — 19. *ad Apronium* N V φ 4: *Apronio* dtt. — 22. *adsign.* V. — *hoc* Lg42 N V: om. ctt. — 23. *decumanarum* Lg42. — 24. *abducitur a Veneris usque adeo* Lg42 p. m. — *adtrah.* V. — 25. *commodum* margo Lamb. 1584 (ex φ?) prob. Wesenb. ad *Sestianam* p. 24: *commodo* Lg42; *postmodum* V; *commode* rell. O. cf. Hand. Turs. II. p. 402. coll. p. 400. — *a pal.* Lg42; *e palestra* V. — 26. *statuerat* φ. — *recubuisset* V φ: *decubuisset* ctt. O. Utrumque per se recte dicitur. cf. Plaut. Asin. V. 1, 1. Stich. V. 1, 6. Mercat. I. 1, 98. Ter. Phorm. II. 2, 28. coll. Suet. Tib. 72. Forc. s. v. *recumbo.* Wesenb. l. l. *recub.* praefert. — 27. *mehercle* Lg42. — *haec* V N, 4: om. ctt. — 28. *uolgo* V. — 29. *lacrumans* V.

cum auctoritate esset locutus. Statuitur, ut dico, eques Romanus annos prope XC natus in Apronii convivio, cum interea Apronius caput atque os suum unguento confricaret. «Quid est, Lolli? inquit; tu nisi malo coactus recte facere nescis?» Homo quid ageret, taceret responderet, quid faceret denique illa aetate et auctoritate praeditus nesciebat. Apronius interea cenam ac pocula poscebat; servi autem eius, qui et moribus isdem essent quibus dominus et eodem genere ac loco nati, praeter oculos Lollii haec omnia ferebant. Ridere convivae: cachinnare ipse Apronius: nisi forte existimatis eum in vino atque luxu non risisse, qui nunc in periculo atque exitio suo risum tenere non possit. Ne multa, iudices: his contumeliis scitote Q. Lollium coactum ad Apronii leges condicionesque venisse. 63. Lollius, aetate et morbo impeditus, ad testimonium dicendum venire non potuit. Quid opus est Lollio? nemo hoc nescit: nemo tuorum amicorum, nemo abs te productus, nemo abs te interrogatus nunc se primum hoc diceret audire. M. Lollius, eius filius, adolescens lectissimus, praesto est: huius verba audietis. Nam Q. Lollius, eius filius, qui Calidium accusavit, adolescens et bonus et fortis et in primis disertus, cum his iniuriis contumeliisque commotus in Siciliam esset profectus, in itinere occisus est. Cuius mortis causam fugitivi sustinent: re quidem vera nemo in Sicilia dubitat, quin eo sit occisus, quod habere clausa non potuerit sua consilia de Verre. Iste porro non dubitabat, quin is, qui alium antea studio adductus accusasset, sibi advenienti praesto esset futurus, cum esset parentis iniuriis et domestico dolore commotus.

XXVI. 64. Iamne intelligitis, iudices, quae pestis, quae immanitas in vestra antiquissima, fidelissima proximaque provincia versata sit? iam videtis, quam ob causam Sicilia, tot hominum antea furta, rapinas, iniquitates ignominiasque perpessa, hoc non potuerit novum ac singulare atque incredibile genus iniuriarum contumeliarumque perferre? Iam omnes intelligunt, cur universa provincia defensorem suae salutis eum quaesiverit, cuius iste fidei, diligentiae, perseverantiae nulla ratione eripi possit. Tot iudiciis interfuistis, tot homines nocentes et improbos

---

1. *prope annos* O contra codd. — 2. *Aproni* V. (om. *in Apr. conv.* Lg29.) — 3. *confricaret* Lg42: *perfricaret* ctt. O. (*confricaret - - taceret* om. Lg29.) — 4. *ageret denique* Lg29. — 5. *aetate et auct.* 4: *auct. et aet.* dtt. O. — 7. *eisdem* Lg42. — 8. *flebant* dtt. — *cachinnari* dtt. O. — 9. *atque* Lg42: *ac* rell. O. — *luxu* ed. Asc. 1511 et 4 Lagg. ut videtur: *lucro* Lg29 42 A B C φ, alii; *lustro* Lg3 27. [Sic digerendae erant lectt. variae; erravit enim Zumptius de Lg42.] — *qui non in poculo* Lg42. — 11. *his* om. Lg29: *istis* Lg42. cf. §. 63. — 14. *nescit*] *non nescit* N. — *nemo abs te productus* Non. p. 373: *nemo prompte abductus* N; *nemo pro opte abductus* Lg42; om. ctt. — *nemo abs te interr.* Lgg. omnes, A B C: *abs te* om. Non. O. [*abs te* teste Nieb. in solo Lag. 42 et in edit. num. 83. additum est.] — 15. *hoc diceret* N: *diceret* Lg42; *hoc dicet* ctt. O. — *eius fil.* Lg42: *fil. eius* ctt. O. — 16. *audietis* 4 N: *auditis* dtt. — 17. *eiusdem filius* Lg42. [cf. Zumptium.] — *qui calidum* Lg42, *qui cabolium* Lg29. — 18. *ac in pr.* Lg42. — *contumeliis iniuriisque* Lg42. [non *cont. inique*, ut ait Z. nota Nieb. perperam intellecta. Lectio codicis optimi iam restituenda erit.] — *non commotus* Lg42. — 22. *non* om. Lg29. — *alium antea* Lg42: *alium ante* Lg29 A B; *antea alium* ctt. O. — 25. *intelligetis* Lg42 [ex *intellegitis*]. — 26. *nostra* Lg42. — *proxima* Lg42. — *iamne* al. in marg. 1584. — 27. *furta antea* Lg42. — 28. *hoc non potuerit* codd.: *non p. hoc* O. — 29. *perferre* Lg42 N: *ferre* ctt. — 30. *intelligant* Lg42. — 31. *quaesiverit* Lg42 H: *quaesierit* Lg29 A B; *quaesivit* dtt. — 32. *et* ante *impr.* om. Lg42.

accusatos et vestra et superiorum memoria scitis esse: ecquem vidistis, ecquem audistis in tantis furtis, in tam apertis tanta audacia, tanta impudentia esse versatum? 65. Apronius stipatores Venerios secum habebat: ducebat eos circum civitates: publice sibi convivia parari, sterni triclinia et in foro sterni iubebat: eo vocari homines honestissimos, non solum Siculos, sed etiam equites Romanos, ut, quicum vivere nemo umquam nisi turpis impurusque voluisset, ad eius convivium spectatissimi atque honestissimi viri tenerentur. Haec tu, omnium mortalium profligatissime ac perditissime, cum scires, cum audires quotidie, cum videres: si sine tuo quaestu maximo fierent, cum tanto tuo periculo fieri paterere atque concederes? (Tantum apud te quaestus Apronii, tantum eius sermo inquinatissimus et blanditiae flagitiosae valuerunt, ut numquam animum tuum cura fortunarum tuarum cogitatioque tangeret?) 66. Cernitis, iudices, quod et quantum incendium decumanorum impetu non solum per agros, sed etiam per reliquas fortunas aratorum, neque solum per bona, sed etiam per iura libertatis et civitatis isto praetore pervaserit. Videtis pendere alios ex arbore, pulsari autem alios et verberari; porro alios in publico custodiri, destitui alios in convivio, condemnari alios a medico et praecone praetoris, bona tamen interea nihilo minus eorum omnium ex agris auferri ac diripi. Quid est hoc? populi Romani imperium? populi Romani leges? iudicia? socii fideles? provincia suburbana? Nonne omnia potius eius modi, quae, si Athenio vicisset, in Sicilia non fecisset? Non, inquam, iudices, esset ullam partem istius nequitiae fugitivorum insolentia consecuta.

XXVII. Privatim hoc modo: quid? publice civitates tractatae quem ad modum sunt? Audistis permulta, iudices, testimonia civitatum et reliquarum audietis. 67. Ac primum de Agyrinensi populo fideli et illustri breviter cognoscite. Agyrinensis est in primis honesta civitas Siciliae, hominum ante hunc praetorem locupletium summorumque aratorum. Eius agri decumas cum emisset idem Apronius, Agyrium venit. Qui cum eo

---

2. *ecquem* ante *audistis* om. Lg42. [fallitur Zumptius.] — [*in*] *tanta audacia* O. Praepositionem, quae exstat in codd., recte Schützius delevit. Cf. §. 166. *crimen tantae audaciae, tantae impudentiae.* §. 163. *impudentissimum furtum.* — *in tanta impudentia* F. [Nieb. quoque *in* ante *tanta* addidit, sed nullo codicis aut editionis numero adscripto, qua re significasse videtur a Lagom. ad lectionem *in tanta* nullam varietatem exscriptam esse.] — 3. *esse versatum* om. Lg42. — 5. *et in foro sterni* Lg42 F: *et* atque *sterni* om. dett. praeter Lg5 29, a quibus unum *et* abest. — *eo vocari*] *evocari* codd. plerique; vulgata est a Victorio. [habent *eo vocari* Lg42 et 5.] — 6. *quicum* Lg42 N φ: *quocum* rell. Cf. nos ad or. p. Caecina p. 140 sq. — *vivere* Lg42 φ: *inire convivium* N, rell. O. — 10. *quaestu max.* 4: *max. q.* ctt. O.— *tuo periculo* Lg42: *per. tuo* ctt. O.— 11. *Tantum*] *Et tantum* dtt. O.— 12. *iniquissimus* Lg29.— 13. *tuum animum* Non. p. 408 ibique Merc. — *fort. tuarum* Lg42: *tuarum fort.* ctt. Non. l. c. O. — 15. *neque* Lg42 A φ: *non* rell. O. — 17. *autem alios* Lg42: *alios autem* Lagg. rell. A B C; *alios aut etiam* Franc. — 20. *hoc pretor imperium* Lg42. — 21. *sotios fideles* Lg42 [de quo apud Z. erratum]; *fidelis* Lg29 A B om. *socii.* — 22. *eiusmodi* Lg42: *eiusmodi sunt* ctt. O. — *Achemoen rex fugitivorum vicisset* Lg42; glossam [?] *rex fugit.* habet etiam N. — 24. *consecuta - - virgis te* §. 70. v. 23.— habet V.— 25. *tractatae quemadm.* V et 4: *quemadmodum tract.* rell. O.— 26. *sint* A B Lg29. — *permultarum* coni. Lamb.— *iudices* A V: *iudicia* Lg29 42, alii; *iudicia et* codd. plerique; *indicia et* alii et O. — 27. *inlustri* (syll. *in* supra versum) V. — 28. *est* om. Lg42.— *Siciliae civit.* A B V Lg29.— 29. *pret. locupletum* V. Cf. Reisig *Vorles.* p. 94. not. 82.— *summorum* Lg42 48.— 30. *Qui - - venisset*] *qui cum appar. eo et cum | agminis venisset* (deest *vi* in fine versus) V; *qui cum appar. eo cum vi ac minis venisset* A B Lg29 et item Lag. 1. 5. 14. 45. 48., nisi quod

cum apparitoribus, id est, cum vi ac minis venisset, poscere pecuniam grandem coepit, ut accepto lucro discederet. Nolle se negotii quidquam habere dicebat, sed accepta pecunia quam primum aliam civitatem occupare. Sunt omnes Siculi non contemnendi, si per nostros magistratus liceat, sed homines et satis fortes et plane frugi ac sobrii, et in primis haec civitas, de qua loquor, iudices. 68. Itaque homini improbissimo respondent Agyrinenses sese decumas ei, quem ad modum deberent, daturos, lucrum, cum ille magno praesertim emisset, non addituros. Apronius certiorem facit istum, cuia res erat. XXVIII. Statim, (tamquam coniuratio aliqua Agyrii contra rem publicam facta aut legatus praetoris pulsatus esset) ita (Agyrio magistratus et quinque primi accitu istius evocantur.) Veniunt Syracusas: praesto est Apronius: ait eos ipsos, qui venissent, contra edictum praetoris fecisse. Quaerebant, quid? Respondebat se ad recuperatores esse dicturum. Iste, aequissimus homo, formidinem illam suam miseris Agyrinensibus iniiciebat; recuperatores se de cohorte sua daturum minabatur. Agyrinenses, viri fortissimi, iudicium se passuros esse dicebant. 69. Ingerebat iste Artemidorum Cornelium medicum et Tlepolemum Cornelium pictorem et huiusce modi recuperatores, quorum civis Romanus nemo erat, sed Graeci sacrilegi, iam pridem improbi, repente Cornelii. Videbant Agyrinenses, quidquid ad eos recuperatores Apronius attulisset, illum perfacile probaturum: condemnari cum istius invidia infamiaque malebant, quam ad eius condiciones pactionesque accedere. Quaerebant, quae in verba recuperatores daret. Respondebat: SI PARET ADVERSVS EDICTVM FECISSE: qua re, se in iudicio

---

hi *cum minis ac vi* habent; *qui cum appar. cum vi ac minis eo venisset* Lg42 [sine *id est* post *appar.*, ut falso tradit Z.]; *qui cum apparitoribus, vi ac minis eo venisset* Lamb. in marg. 1584; *qui cum eo cum appar., id est cum minis ac vi venisset* O, ut solus Lag. 27 habere videtur. [Digessimus lectiones varias ex Nieb. apographo, ex quo cum iam appareat, *id est* ne in Lag. 42. quidem exstare, iam nemo dubitabit quin scribendum sit: *qui cum app. eo et cum vi ac minis v.*; est autem *qui venisset* idem quod *cum is venisset*. Cf. II. §. 48. *Qui non posset negare ab illis pecuniam datam, non quaesivit* cet. HALM.] — 2. *negoti quicquam* V. — 3. *pecunia velle quam* φ et Lg42. — *aliam c. occupare* Lg42: *in aliam c. occurrere* V, et sic, sed sine *in*, rell. O. — 4. *omnes* Lg42 V: *homines* codd. rell. — 5. *et fortes satis* A B Lg29; *satis fortes* (om. *et*) V. — *sed plane frugi* V; *et satis plane frugi* rell. Sustulit *satis* L. in ed. 1566. — 6. *homini* Lg42 V φ: *homini inprimis* rell.; *homini* [*inprimis*] O. — 7. *se* V. — 8. *cum* om. V. — *praesertim magno* Lg42. At in vulgata (quam confirmat V), id quod sententiae ratio postulat, vis maior est ac sonus in voc. *magno*. — *audituros* V. — 9. *cuia*] *quoiam* Lg42. — *erat* V et Lg42: *erat, quid rei esset* rell. O. — 10. *Agyri* V. — *praetoris*] *PR.* V. — 11. *magistrus* superscr. *at* V. — 12. *Apr. praesto est* Lg29. — 13. *respondebant* V. — 14. *reciperatores* V, sed statim post *recup.* — *dicturum*] *DIC* | *TVM* V. — *foridinem* V. — 15. *iniciebat* V, ut semper. — *se* om. V. — *de*] *DECE* V. — 16. *iudicio* V, Lg42. Cf. II. §. 60. ibique supplementum adnotationis. — 17. *Artemidorum -- pictorem*] sic Lg42 et V (nisi quod in illo est *ut .T. lepodemum*, in hoc *Artemidolorum*): *Artem. Corn. med., Valerium praeconem, Tlep. pictorem* O; *Artem. med. Corn. pict. et Tlepolemum* codd. rell., sed alii cum aliis erroribus. — 18. *huiuscemodi* V: *eiusmodi* Lg42 O; *huiusmodi* Lagg. rell. — 19. *greci* V. — 20. *Corneli* V. — *ad eos*] sic etiam V, non *at eos*. — 23. *darent* V. — 24. *respondebant* Lg42. — *si paret* Lg1 29 V φ Franc.: *separet* Lg42; *si parret* B; *si pareret* A N O Lg45 48, ut §. 55.; *si pateret* dtt. — *adversum aedictum* V. — *qua re* Lg42 N, alii: *quia re* Lg29; *in qua re* V, *qua in re* A B; *de qua re* coni. Maius; *quae* Lagg. rell. H O, de qua lectione v. Madv. *Epist. crit. ad Or.* p. 91., qui ipse scribit *qua re? se* cet. [Scribe cum V: *in qua re*, scil. Agyrinenses adversum edictum fecissent. HALM.] — *se* N [item Lg29 42, ut videtur]: om. V et rell. — *iudicium* Lg29 45.

dictarum esse aiebat. Iniquissimis verbis, improbissimis recuperatoribus conflictari malebant, quam quidquam cum isto sua voluntate decidere. Summittebat iste Timarchidem, qui moneret eos, si saperent, ut transigerent. Pernegabant. — «Quid ergo? In singulos HS quinquagenis milibus damnari mavultis?» — Malle dicebant. Tum iste clare omnibus audientibus, «qui damnatus erit, inquit, virgis ad necem caedetur». Hic illi flentes rogare atque orare coeperunt, ut sibi suas segetes fructusque omnes arationesque vacuas Apronio tradere liceret, ut ipsi sine ignominia molestiaque discederent. 70. Hac lege, iudices, decumas vendidit Verres. Dicat licet Hortensius, si volet, magno Verrem decumas vendidisse. XXIX. (Haec condicio fuit isto praetore aratorum, ut secum praeclare agi arbitrarentur, si vacuos agros Apronio tradere liceret.) Multas enim cruces propositas effugere cupiebant. Quantum Apronius edidisset deberi, tantum ex edicto dandum erat. Etiamne si plus edidisset, quam quantum natum esset? Etiam. Quo modo? Magistratus ex istius edicto exigere debebant. At arator repetere poterat. Poterat vero Artemidoro recuperatore. Quid? si minus dedisset arator, quam poposcisset Apronius? Iudicium in aratorem in quadruplum. Ex quo iudicum numero? Ex cohorte praetoria praeclara hominum honestissimorum. Quid amplius? Minus te iugerum professum esse dico: recuperatores reiice, quod adversus edictum feceris. Ex quo numero? Ex eadem cohorte. Quid erit extremum? Si damnatus eris, atque adeo cum damnatus eris (nam dubitatio damnationis illis recuperatoribus quae poterat esse?), virgis te ad necem caedi necesse erit. His legibus, his condicionibus erit quisquam tam stultus, qui decumas venisse arbitretur? qui aratori novem partes reliquas factas esse existimet? qui non intelligat istum sibi quaestui praedaeque habuisse bona, possessiones fortunasque aratorum? Virgarum metu Agyrinenses quod imperatum esset facturos se esse dixerunt.

XXX. 71. Accipite nunc, quid imperarit, et dissimulate, si potestis, vos intelligere ipsum praetorem, id quod tota Sicilia perspexit, redemptorem decumarum atque adeo aratorum dominum ac regem fuisse. Imperat

---

1. *esse* om. NO. — *aiebat* NV (v. Stuerenb. ad Arch. p. 123. ed. I.): *dicebat* rell. Haec vv. non raro in codd. confunduntur cf. §. 28.; illud autem h. l. magis Tullianum esse exemplis demonstravit Stuerenb. — *inprob.* V. — 2. *sue* Lg42. — 4. *HS*] *N. S.* Lg42. — *L milibus* Lg42; ꟾↃↃↃ V sine *mil.* — 5. *damnari septu mavultis* V. — *malle*] *damnari* V. — 6. *cedetur* V. — 7. *orare atque rog.* Lg29. — *suas sibi* Lg42. (Ordinem vulgatum firmat V.) — 10. *licet dicat* idem. — *decumas* V φ et Lg42: om. rell. O et Mai. — 11. *preclare* V. — 13. *edixisset* et deinde *plus edixisset* V. Cf. §. 25. — 14. *ex* om. V. — *dandum*] *damnum* Lg42; *damni* 29. — 15. *quomodo*] *quando* V. — *istius* V φ Lg42: *ipsius* rell. O. — 16. *at arator* Lg42, V (*ad* V): *ab aratore* rell. — *petere* dett. — *poterat poterat vero* V: *poterat. vero* Mai; *poterat. verum* ceteri. — *Artemidorum r. quod si* Lg42. — 17. *dedisset arator* V: *edidisset arator* Lg42; *arator dedisset* rell. O. — 19. *pretoria* V et Lg42: *praetoris* rell. O. — *hominum* om. 6 Lagg. dtt. — 20. *reice* V. — *adversus* Lg42: *adversums* V, *adversum* rell. O. Sic variant codd. §. 69. «Haec *quod adv. ed. feceris* Schützius coni. transponit post vv. *esse dico* cum aliqua veritatis specie. Sed ut nunc sunt collocata, significant: *Recuperatores reiice* in id datos, *quod adv. ed. feceris.*» Or. — 22. *atque* - - *eris* V solus: om. rell. O. — *dubitio* V. — 23. *poterit* 6 Lagg. dtt. — *te* om. Lg42 (non V) et deinde *caedi necesse.* — 25. *novisse* Lg42. — *arbitraretur* 4. — 27. *fortunasque* Lg42: *fortunas* ctt. O. — 28. *Agyrinensis* Lg42. — 29. *quod* Lg42. — *dissimulate si* 4: *diss. vos si* dtt. O. — 30. *id quod* Lg42: *et quod* ctt.; *quod* O. — *perspexit* Lg42: *perspexerit* ctt. O. — 31. *arationum* NO.

Agyrinensibus, ut decumas ipsi publice accipiant, Apronio lucrum dent. Si magno emerat, quoniam tu es, qui pretia diligentissime exquisisti, qui, ut ais, magno vendidisti: quare putabas emptori lucrum addi oportere? Esto: putabas. Quam ob rem imperabas ut adderent? Quid est aliud capere conciliare pecunias, in quo te lex tenet, si hoc non est, vi atque imperio cogere invitos lucrum dare alteri, hoc est, pecuniam dare? 72. Quid tum? Apronio, deliciis praetoris, lucelli aliquid iussi sunt dare. Putatote Apronio datum, si Apronianum lucellum ac non praetoria praeda vobis videbitur. Imperas ut decumas accipiant: Apronio dent lucri tritici medimnum $\overline{\text{XXXIII}}$. Quid est hoc? una civitas ex uno agro plebis Romanae prope menstrua cibaria praetoris imperio donare Apronio cogitur. Tu magno decumas vendidisti, cum tantum lucri decumano sit datum? Profecto, si pretium exquisisses diligenter, tum, cum vendebas, $\overline{\text{X}}$ medimnum potius addidissent quam HS $\overline{\text{IↃC}}$ postea. Magna praeda videtur: audite reliqua et diligenter attendite, quo minus miremini Siculos re necessaria coactos auxilium a patronis, ab consulibus, ab senatu, ab legibus, ab iudiciis petivisse. 73. Ut probaret Apronius hoc triticum, quod ei dabatur, imperat Agyrinensibus Verres, ut in medimna singula dentur Apronio HS. XXXI. Quid est hoc? tanto numero frumenti lucri nomine imperato et expresso nummi praeterea exiguntur, ut probetur frumentum? An poterat non modo Apronius, sed quivis, exercitui si metiendum esset, improbare Siculum frumentum, quod illi ex area, si vellet, admetiri licebat? Frumenti tantus numerus imperio tuo datur et cogitur. Non est satis. Nummi praeterea imperantur. Dantur. Parum est. Pro decumis hordei alia pecunia cogitur. Iubes HS $\overline{\text{XXX}}$ lucri dari. Ita ab una civitate vi, minis, imperio iniuriaque praetoris eripiuntur tritici medimnum $\overline{\text{XXXIII}}$ et praeterea HS $\overline{\text{LX}}$. At haec obscura sunt aut, si omnes homines velint, obscura esse possunt, quae tu palam egisti, in conventu imperasti, omnibus inspectantibus coëgisti? qua de re Agyrinenses magistratus et quinque primi, quos tu tui quae-

---

2. *emerant* Lagg. praeter 42. — *pretia dilig.* Lg42: *dilig. pretia* pleriq. codd.; *dilig. pretium* O. — 3. *addi lucrum* Lg29. — 5. *conciliare* Lg42: *et conc.* ctt. O. cf. §. 194. 218. coll. §. 91. — 7. *Quid tum? Apr.* Lg42 (sed *tñ* pro *tum*): *age, quid tum? si Apr.* ctt. O. — 8. *dare, putate* O; *putatote* est ex solo Lg42. — 10. *lucri* Lg42 (cf. §. 73. 75. alibi): *lucrum* ctt. O. — *medimnum* Hotomanus: *modium* Lg42; *medimna* N et plerique; *m. du diana* (sic) 7 rell. Lagg. — $\overline{\textit{XXXIII}}$ B lineola super imposita: *XXXIII* Lg29 42 A N O; *XXXIIII* dtt. — *quid hoc est* Lg42. — 11. *plebis* F: *plenis* Lg42; *plebi* Lg29 A B; *plebei* cod. Lambini, O. — 14. $\overline{\textit{X}}$ Zumptius ex optt. codd. et sic infra in numeris ubique: *X* O et sic infra lineola omissa. — *medimnum* coni. Hot.: *medimna* codd. — *HS* $\overline{\textit{IↃC}}$] *L et* Lg42. — 16. *re* om. Lg42. — *ab cons.* Lg42 F: *a cons.* O; *a* om. ctt. — 17. *ab* (ter) 4: *a* (ter) O; *a* secundo et tertio loco dett. — 18. *quod ei dab.* 4, N: om. dtt. — 19. *HS* (= sestertii i. e. singuli sest.) Zumptius: *HS III.* codd. et O. praeter Lag. 42., a quo *HS III* omnino abest. — 20. *lucri nomine* Lg42 N: *in lucri nomine* A B; *in lucri nomen* ctt. O. — *et* φ et 4: om. ctt. — *expr. nummi*] *expus omnium* Lg42. — 21. *exiguntur* Lg42 al. in marg. 1584: *exigantur* marg. 1584; *exigentur* ctt. O. Cf. similem terminationum perturbationem §. 74. extr. — 22. *metiendum* L et Lg42; *metiundum* ctt. O. — 23. *illi* Lgg. omnes, A B: *isti* O. — *metiri* Lg42. — 25. *dantur* et *est* om. Lg42. — 26. *XXX* O. — *vi*] *VI* vel *sex* vel *III* *o* 5 Lagg. dett. — 27. *medimnum* Lg27: *medimna* ctt.; *N* Lg42. — $\overline{\textit{LX}}$ codd. praeter Lg42 N, in quibus est *L*. — *at* Lgg. omnes, B C (de *A* tacetur): *an* edd. vett. O. — 30. *tu tui* Lg27 42 B N: *tui* ctt.

stus causa evocaras, acta et imperia tua domum ad senatum suum renuntiaverunt: quorum renuntiatio legibus illorum litteris publicis mandata est: quorum legati, homines nobilissimi, Romae sunt, qui hoc idem pro testimonio dixerunt. 74. Cognoscite Agyrinensium publicas litteras, deinde testimonium publicum civitatis. Recita litteras publicas, testimonium publicum. Animadvertistis in hoc testimonio, iudices, Apollodorum, cui Pyragro cognomen est, principem suae civitatis, lacrimantem testari ac dicere, numquam post populi Romani nomen ab Siculis auditum et cognitum Agyrinenses contra quemquam infimum civem Romanum dixisse aut fecisse quidpiam, qui nunc contra praetorem populi Romani magnis iniuriis et magno dolore publice testimonium dicere cogerentur. Uni, mehercule, huic civitati, Verres, obsistere tua defensio non potest: tanta auctoritas est in eorum hominum fidelitate, tantus dolor in iniuria, tanta religio in testimonio. Verum non una te sed universae similibus afflictae iniuriis et incommodis civitates legationibus ac testimoniis publicis persequuntur.

XXXII. 75. Etenim deinceps videamus, Herbitensis civitas, honesta et antea copiosa, quem ad modum spoliata ab isto ac vexata sit. At quorum hominum? summorum aratorum, remotissimorum a foro, iudiciis, controversiis, quibus parcere et consulere, homo impurissime, et quod genus hominum studiosissime conservare debuisti. Primo anno venierunt eius agri decumae tritici modium $\overline{\text{XVIII}}$. Atidius, item istius mi-

---

1. *evocaras* 4 φ: *evocasti* N (?) O; *evocas* dtt. — *et* om. Lg42. — 5. *Recita -- publicum*] *Recita literas publicas. LITERAE PVBLICAE. Recita testimonium publicum. TESTIMONIVM PVBLICVM* Orelli ex Hotomani coni. [Ad hanc Hotom. emendationem, quae lectio vulgata est, Zumptius haec adnotavit: «Absunt haec omnia a Par. A et Lag. 42, item a Par. B et Lag. 29, sed ita ut in his vacuum spatium relictum sit.» At ex Nieb. apographo tantum verba *Recita litteras publicas* a Lag. 42. absunt, item a 29, sed ab hoc in lacuna. Ad reliqua verba nulla varietas exscripta est nisi ad *TESTIMONIVM PVBLICVM*, quae in 6 Lagg. dett. desunt.] — 6. *animadvertitis* A B; *animadvertis* C. [Cum Zumptius se notas Lagg. explicare posse neget, monendum est Niebuhrium ad *animadvertistis* nullam codd. scripturam enotasse, sed editionum veterum, quarum quinque *animadvertitis*, quattuor *animadvertis* habent.] — 7. *Pyragro* N: *Peragno* Lg42; *Perrhagi* Lg29 A B; *Perragio* C; *Perragi* dtt. *Perirrhagi* coni. Kl. — *nomen* N L. cf. nos ad Caec. p. 186 sq. [Magis huc quadrat quod nos ad or. Verr. V. §. 16. ed. Lips. de cognominibus hominum Siculorum monuimus. Halm.] — 8. *ac dicere*] *accidere* Lg42. — 10. *pop. Rom.* om. Lg29. — 11. *publice test. dicere* om. Lg42. — 12. *defensio non potest* Lg42: *defensione non potes* ctt. O. — 14. *in iniuria* Lg1 et 42 N (item V, qui habet ** *iuria* (non *ria*) *tanta* usque ad *ventum* §. 78. v. 15.): *iniuriae* rell. — *una te*] *imminuata* Lg42. — *te* V et plerique (Zumptius de suis non accurate loquitur): *te tantum* N O. [*tantum* abest a Lagg. praeter 1 et 42.] — 15. *adflictae* V. — *iniuriis et incommodis* V: *iniuriis et* om. ctt. O et Mai. — *civitates* V: om. ctt. O. — 16. *persequuntur* Lg29 A B V (hic *persecuntur*) Franc.: *persequantur* Lg42; *persequentur* dtt. — 18. *ante* Lg29 B. — *ac* om. Lg42. — *atque horum hom.* V. — 19. *hominum summ.* et *a* om. Lg42. — *iudicis* idem. — 20. *et* om. V. — *inpur.* V. — 21. *venerunt* Lg42 45. — 22. *modium* Zumpt: $\overset{o}{N}$ Lg42; *me.* (i. e. *medimnum*) V; *medimna* ctt.; *medimnum* O. — $\overline{XVIII}$ Zumpt [eundem numerum habent Lagg. praeter 29: $\overline{XIIIII}$]: cıɔ cıɔ cıɔ Or. ex Hotom. coni. In V teste Maio est *XXXIII. MII* ∞ ∞ *X.* Sed Brunnius primi denionis dimidiam dumtaxat partem vidit et deinceps esse *IIII*, non *III*, affirmat. Apud Arus. M. p. 223. *mod. XXXXIIII* in cod. Ambros., *XLIIII* $\overline{\infty}$ in cod. Gud. — *Atidius* N Lg29 42: *Attidius* dtt.; *Alfidius* V; «qua scriptione significatur, ut reor, varia lectio *Atidius* et *Aufidius.*» Mai. Brunnio teste in codice legi potest etiam *Alfidius*. — *item istius* Lg42 N: *istius item* V (Br.), ctt. O; *accensus istius, item* al. in marg. 1584.

nister in decumis cum emisset et praefecti nomine cum venisset Herbitam cum Veneriis locusque ei publice, quo deverteretur, datus esset: coguntur Herbitenses ei lucri dare tritici modium xxxvii milia, cum decumae venissent tritici modium $\overline{\text{XVIII}}$. Atque hoc tantum lucri coguntur dare publice tum, cum iam privatim aratores ex agris, spoliati atque exagitati decumanorum iniuriis, profugissent. 76. Anno secundo cum emisset Apronius decumas tritici modium $\overline{\text{XXV}}$. DCCC, et ipse Herbitam cum illa sua praedonum copia manuque venisset, populus publice coactus est ei conferre lucri tritici modium $\overline{\text{XXI}}$ et accessionis HS CIↃCIↃ. De accessione dubito, an Apronio ipsi data sit merces operae atque impudentiae. De tritici quidem numero tanto quis potest dubitare, quin ad istum praedonem frumentarium, sicut Agyrinense frumentum, pervenerit? Anno vero tertio in hoc agro consuetudine usus est regia. XXXIII. Solere aiunt barbaros reges Persarum ac Syrorum plures uxores habere, his autem uxoribus civitates attribuere hoc modo: Haec civitas mulieri redimiculum praebeat, haec in collum, haec in crines. Ita populos habent universos non solum conscios libidinis suae, verum etiam administros. 77. Eandem istius, qui se regem Siculorum esse dicebat, licentiam libidinemque fuisse cognoscite. Aeschrionis Syracusani uxor est Pipa, cuius nomen istius nequitia tota Sicilia pervulgatum est; de qua muliere versus plurimi supra tribunal et supra praetoris caput scribebantur. Hic Aeschrio, Pipae vir adumbratus, in Herbitensibus decumis novus instituitur publicanus. Herbitenses cum viderent, si ad Aeschrionem pretium resedisset, se ad arbitrium libidinosissimae mulieris spoliatum iri, liciti sunt usque eo, quoad se efficere posse arbitrabantur. Supra adiecit Aeschrio: neque enim metuebat, ne praetore Verre decumana mulier damno

---

2. *cum veneris* V. — *quod dev.* V. — 3. *lucri dare ei* Lg42; *ei lucrum dare* Lg29. —
o
modium] *M.* V; *m.* Lg42 et N; *modios* ctt. — *XXXVII milia*] *milia* om. Lg42; *ccIↄↄ ccIↄↄ ccIↄↄ* (huius numeri nota *I* sola perspicua est) ∞ ∞ *cIcc* (non *cIccc*) V. — 4. *modium $\overline{XVIII}$*] *modium XVIII* O; *M. ccIↄↄIↄ . . XII M.* ∞ ∞ V (post *Iↄ* est lacuna trium quattuorve notarum); Lag. 42 hic pro *modium* habet notam *N.* — *tantum lucri* V et 4: *tantum triticum lucri* N O; *triticum lucri* dtt. — 5. *tum cum iam* Lg42 φ: *tum cum* V; *cum iam* ctt. O. — *privati* N; *privali* superscr. *m* V. — 7. *modium* sic plerique codd.: *M.* V; om. Lg42. — *$\overline{XXV}$ DCC* Zumptius ex A: *XXVdCC* Lg42; *XXV milibus* ctt.; *ccIↄↄ ccIↄↄ Iↄↄↄ cIccc* V; *mod. XXV. milibus DCCC.* Arus. M. l. l. O. — 8. *illa sua* V (Br.) Lg42 φ: *illa* rell. O. — *praedonum* Lg42 N V φ: *praedonis* rell. — *manumque* (littera *m* expuncta) V. — 9. *lucri tritici* om. N. (?) — *trit.* (sic per compendium) V. — *modium* N: *M.* V; *N.* Lg42; *modios* A B et rell. Lagg. — *$\overline{XXI}$* Lg42 N: *XXVII* Lg29 B; *XXVI* *ccIↄↄ ccIↄↄ* ∞ V; *XXVI* O. — *accessionis* N V φ: *accessionem* Lg42 et A B, ut videtur; *accessiones* rell. Lagg. — *HS. II* V; ∞ ∞ Lg42 48. — 10. *ipsi* non om. V. — *merces op. atque imp.* Lg42 V (sed V *inp.*): *mercis (merces* A.) *operae pretium atque imp.* Lg29 A B; *merces fere pretiumque imp.* dtt.; *merces operae pretiumque imp.* O. — 11. *numero quidem* Lg42. — 12. *agirinense* V. — *anno tertio vero* Lg29 A B V .dtt. — 13. *usos* V m. 1. — 14. *reges barb.* Lg29 A B V. — *is* V; *iis* Klotz. — 15. *mulierem* V. [i. e. *mulieri in*, ut Hotom. egregie emendavit. HALM.] — *rediculum* superscr. syll. *mi* V. — 16. *crinis* V; *scrinis* Lg42. — 17. *consotios* Lg42. — *suae*] *tuae* V. — 18. *SIC | OCULORUM* V. — *ducebat* N O. At cf. Bake ad Legg. p. 453. — 19. *Pipa* 4, N V et sic infra: *Pippa* O. — 20. *pervagatum et pervulgatum est* V. — 23. *praetium* V. — 24. *resedisset* Lg42 V: *recidisset* N O; *redisset* ctt. — *se ad* om. Lg42. — *lubid.* V. — *mulieri spoliatum iri policiti* expuncta postremi vocabuli littera *p* V. — 25. *usque adeo* V (v. Hand Turs. I. p. 139.); *eo usque* Lg29. — *supraiecit* Lg42 Arus. M. l. l. — 26. *metuebant* V.

afflci posset. Addicitur medimnum $\overline{\text{VIII}}$ C dimidio fere pluris quam superiore anno. Aratores funditus evertebantur et eo magis, quod iam superioribus annis afflicti erant ac paene perditi. Intellexit iste ita magno venisse, ut amplius ab Herbitensibus exprimi non posset. Demit de capite medimna DC: iubet in tabulas pro medimnum $\overline{\text{VIII}}$ C referri $\overline{\text{VII}}$ D. XXXIV. 78. Hordei decumas eiusdem agri Docimus emerat. Hic est Docimus, ad quem iste deduxerat Tertiam, Isidori mimi filiam, vi abductam ab Rhodio tibicine. Huius Tertiae plus etiam quam Pipae, plus quam ceterarum ac prope dicam tantum apud istum in Siciliensi praetura auctoritas potuit, quantum in urbana Chelidonis. Veniunt Herbitam duo praetoris aemuli non molesti, mulierculararum deterrimarum improbissimi cognitores: incipiunt postulare, poscere, minari. Non poterant tamen, cum cuperent, imitari Apronium: Siculi Siculos non tam pertimescebant. Cum omni ratione illi tamen calumniarentur, promittunt Herbitenses vadimonium Syracusas. Eo posteaquam ventum est, coguntur Aeschrioni, hoc est Pipae, tantum dare, quantum erat de capite demptum, tritici modium $\overline{\text{III}}$ DC. Mulierculae publicanae noluit ex decumis nimium lucri dare, ne forte ab nocturno suo quaestu animum ad vectigalia redimenda transferret. 79. Transactum putabant Herbitenses, cum iste, «quid de hordeo, inquit, et de Docimo, amiculo meo? quid cogitatis?» Atque hoc agebat in cubiculo, iudices, atque in lecto suo. Negabant illi quidquam sibi esse mandatum. «Non audio: numerate HS $\overline{\text{XII}}$.» Quid facerent miseri? aut quid recusarent? praesertim cum in lecto decumanae mulieris vestigia viderent recentia, quibus illum inflammari ad perseverandum intelligebant? Ita civitas una sociorum atque amicorum duabus deterrimis mulierculis Verre praetore vectigalis fuit.

---

1. *adfici posse* V; sed superest litterae *t* superscriptae vestigium. — *med.* $\overline{VIII}$. *C.* Lg42 N (42 sine linea super *VIII.*): *med. Iↄↄ* (non *Iↄↄↄ*) *VIII ∞ ∞ ∞ C D* V; *medimnis ∞ ∞* ctt., sed A B *VIII* addunt; *med. VIII. C* O; *medimn. VIII milibus C* Arus. M. — *dimidio*] *nimio* V. — 2. *et eo*] *adeo* V. — 3. *afflicti* V et 4: *exhausti* dtt. O. — *perditintellexistis* | *te ita* V. — *ita* om. Lg29. — 4. *vendidisse* Lg42. — 5. *medimna* codd. praeter V et Lg42, qui *med.* habent. — *DC* om. V. — *pro med.* V; *pro medimnis* ctt. — $\overline{VIII}$ *C*] codd. ut supra, sed V: *Iↄↄↄ ∞ ∞ ∞ D referre.* — $\overline{VII}$ *D* Lg42 N: DIIIↄↄↄ ∞ ∞ V (Brunnius in codice legit: *Iↄↄ ∞ ∞ ∞ D REFERRE DET* | *Iↄↄ ∞ ∞*); *D et ∞ ∞ DVII* A B. Alii aliter turbant: *XLVII mil.* s. *XLIII mil.* Arus. M. ibiq. Lind.; *Iↄↄ MM.D.* O. [Si recte Niebuhrii apographum, quod hic nimis obscurum est, intellexi, habet Lg42: *pro med. VIII. C. referri VII*; Lag. 29: *pro medimnis XXXVIII. referri d et XX. D.* $\overline{IIII}$. Sed nihil h. l. praestare velim. Halm.] — 6. *Decimus* pr. loco Lg29 42; altero *Docimus* Lg29. — *hic hic est* V. — 7. *ad quem iste* Lgg. praeter 42 (?) A B V φ al.: *qui ad istum* O. — *adduxerat* V. — *TERTIAMIMISIDORIMI* V. — *per vim atque dolum abd.* Donatus et Lex. Terent. in Barth. Advers. 38, 15. — 9. *ac pro decimam tantum aput* V. — *praet. Sicil.* Lg29. — 10. *potuit* 4 et V: *valuit* dett. B sup. lin. O. — *urbanam* V. — 11. *praetoris aemuli*] *pretores simul* V. — *molesti* om. Lg42. — *deterr.* Lg29 A B V: *teterrimarum* Lg42 N Pall. O (V *deterrumarum*). — *inpr.* V. — 13. *imitari Apr.* Lg42: *Apr. imitari* V ctt. O. — *tam* om. V. — 14. *omnia* V. — *illi tamen* Lg42: *tamen illi* V ctt. O. — 16. *hoc est* Lg29 B: *hoc* Lg42; *idem* plerique, *id est* O. — *tantum dare* 4: *dare tantum* dtt. O. — 17. *modios* codd. — *III D. C.* Lg42; *XXX. d. c.* Lg29. — 20. *ordeo* Lg42 et sic saepius. — *et de* Lg42 φ: *et* ctt. O. — *avunculo* Lg42. — 21. *atque* Lg29 A B: *at* dtt. O; *atque -- iudices* om. Lg42. — 21 et 24. *lecto* Lg42 A B: *lectulo* dtt. O. — 22. *illi* om. Lg29. — *quicquam sibi* Lg42 A B: *sibi q.* dett. O. — *numerare* Lagg. praeter 29. — 23. $\overline{XII}$ Lg42 N: $\overline{XV}$ ctt. O. — 26. *teterrimis* N O.

Atque ego nunc eum frumenti numerum et eas publice pecunias decumanis ab Herbitensibus datas esse dico, quo illi frumento et quibus pecuniis tamen ab decumanorum iniuriis cives suos non redemerunt. Perditis enim iam et direptis aratorum bonis haec decumanis merces dabatur, ut aliquando ex eorum agris atque ex urbibus abirent. 80. Itaque cum Philinus Herbitensis, homo disertus et prudens et domi nobilis, de calamitate aratorum et de fuga et de reliquorum paucitate publice diceret, animadvertistis, iudices, gemitum populi Romani, cuius frequentia huic causae numquam defuit. Qua de paucitate aratorum alio loco dicam.

XXXV. Nunc illud, quod paene praeterii, non omnino relinquendum videtur. Nam, per deos immortales! quod de capite iste dempsit, quo tandem modo vobis non modo ferendum, verum etiam audiendum videtur? 81. Unus adhuc fuit post Romam conditam (di immortales faxint, ne sit alter!), cui res publica se totam traderet, temporibus et malis coacta domesticis, L. Sulla. Hic tantum potuit, ut nemo illo invito nec bona nec patriam nec vitam retinere posset: tantum animi habuit ad audaciam, ut dicere in contione non dubitaret, bona civium Romanorum cum venderet, se praedam suam vendere. Eius omnes res gestas non solum obtinemus, verum etiam propter maiorum incommodorum et calamitatum metum publica auctoritate defendimus. Unum hoc aliquot senatus consultis reprehensum decretumque est, ut, quibus ille de capite dempsisset, ii pecunias in aerarium referrent. Statuit senatus hoc, ne illi quidem esse licitum, cui concesserat omnia, a populo factarum quaesitarumque rerum summas imminuere. 82. Illum viris fortissimis iudicarunt patres conscripti remittere de summa non potuisse: te mulieri deterrimae recte remisisse senatores iudicabunt? Ille, de quo legem populus Romanus iusserat, ut ipsius voluntas ei posset esse pro lege, tamen in hoc uno genere veterum religione legum reprehenditur: tu, qui omnibus legibus implicatus tenebare, libidinem tuam tibi pro lege esse voluisti? In illo reprehenditur, quod ex ea pecunia remiserit, quam ipse quaesierat: tibi concedetur, qui de capite vectigalium populi Romani remisisti? XXXVI. 83. Atque in hoc genere audaciae multo etiam impudentius in decumis Acestensium versatus est; quas cum addixisset eidem

---

3. *ab decum.* Lg42 A: *a dec.* ctt. O. — 4. *enim* om. Lg29 A. — *iam* Lg42 φ: om. ctt. O. — 6. *pudens* Lamb. — 8. *gemitum, iudices* Lg42. — 10. *paene* Lg42: om. codd. rell. noti. — *praeteriit* dett. — 11. *iste* Lg42 F: *ipsi* ctt.; *ipso* ex coni. Hotom. O. — 12. *vobis non modo* N et 4: om. ctt. — *ferundum* Lg29. — 14. *se totam*] *totam se* Zumptius errore, ut videtur; saltem codd. Lagg. nullus sic habet. Halm. — *traderet* 4, N: *tradidit* dtt. — 14. *coacta et malis* dtt. O. — *Sulla* A N: *Silla* Lg29 42 B. — 16. *nec vitam* om. Lg29 A. — 17. *civium*] *omnium* Lg42. — 19. *maiorum*] *malorum* Lagg. praeter 27 et 29. — 20. *aliquot* Lamb. margo 1584 ex φ: *aliquod* Lg29 et 5 alii; *aliquid* Lg42 48; *illius* O cum Naug. — 21. *consultis* Lamb.: *consultus* Lg29 et B; *consulto* O et sic codd. rell. vel *S. C.* — 22. *ii* Lamb.: *N.* Lg42; *hi* codd. rell. — *deferrent* Lag. 14. 42. 48. [Cf. Wesenbergii *Emendatt.* Cic. Epist. p. 73 sq.] — 23. *concesserant* A B et Lagg. praeter 42. — *ab pop.* Lg29; *a* om. Parr. Lallem.; *ab ipso* coni. Hotomanus. — 25. *dimittere* Lagg. praeter 42. — *mulieris* Lg42. — *teterrimae* codd. nonn. (sed nullus Lag.) O. — 26. *recte*] *ratione* Lg42. — *de* om. Lg29. — *legem* Lg42 φ: *lege* rell. O. — 27. *ei posset esse* φ et 4: *et posse esset* dett.; *populo R. et esse posset* Franc.; *populo R. esset* O. — 28. *Tu -- reprehenditur* om. Lg29. — 29. *tuam tibi* Lg42: *tibi* om. rell. Lagg.; *tibi tuam* edd. cum Naug. [omissa est in ed. Zumpt. lectio cod. Lg42.] — 31. *conceditur* Lg27 42. — 33. *Acestensium* Garatoni: *Ethestensium* hic et infra bis Lg42 [de quo fallitur Z.]; *Segestensium* rell.

illi Docimo, hoc est Tertiae, tritici modium V̄ et accessionem adscripsisset HS MIↃ, coëgit Acestenses a Docimo tantundem publice accipere, id quod ex Acestensium publico testimonio cognoscite. Recita testimonium publicum. Audistis, quanti decumas acceperit a Docimo civitas, tritici modium V̄ et accessionem. Cognoscite nunc, quanti se vendidisse rettulerit. Lex decvmis vendvndis C. Verre pr. Hoc nomine videtis tritici modium CIↃ CIↃ CIↃ de capite esse dempta, quae cum de populi Romani victu, de vectigalium nervis, de sanguine detraxisset aerarii, Tertiae mimae condonavit. Utrum impudentius ab sociis abstulit? an turpius meretrici dedit? an improbius populo Romano ademit? an audacius tabulas publicas commutavit? (Ex horum severitate te ulla vis eripiet aut ulla largitio? Non eripiet.) Sed si eripuerit, non intelligis haec, quae iam dudum loquor, ad aliam quaestionem atque ad peculatus iudicium pertinere? 84. Itaque hoc mihi reservabo genus totum integrum: ad illam quam institui causam frumenti ac decumarum revertar.

Qui cum agros maximos ac feracissimos per se ipsum, hoc est, per Apronium, Verrem alterum, depopularetur, ad minores civitates habebat alios, quos tamquam canes immitteret, nequam homines et improbos, quibus aut frumentum aut pecuniam publice cogebat dari. XXXVII. A. Valentius est in Sicilia interpres, quo iste interprete non ad linguam Graecam, sed ad furta et flagitia uti solebat. Fit interpres hic, homo levis atque egens, repente decumanus. Emit agri Liparensis, miseri atque ieiuni, decumas tritici medimnis IↃC. Liparenses vocantur: ipsi accipere decumas et numerare Valentio coguntur lucri HS xxx milia. Per deos immortales! utrum tibi sumes ad defensionem? tantone minoris te decumas vendidisse, ut ad medimna IↃC HS xxx milia lucri statim sua voluntate civitas adderet, hoc est tritici medimnum II milia? an, cum magno decumas vendidisses, te expressisse ab invitis Liparensibus hanc pecuniam? 85. Sed quid ego ex te quaero, quid defensurus sis potius quam cognoscam ex ipsa civitate, quid gestum sit? Recita testimonium publicum Liparensium, deinde quem ad modum nummi Valentio sint dati.

O. — *adduxisset* Lg42. — 1. *hoc est Tertiae* Lg42 F: *Tertiae* om. rell. O. — *mod.* *V̄* (i. e. modium quinque milibus) 4: *modium quinque millibus* O. — 2. *MIↃ*] *CCd* Lg42, *X. D̄* Lg29; reliqui fere ∞ *d* ∞ vel ∞ *d*. [desunt hae lectt. apud Zumptium]. — *tantundem* Lg42: *tantidem* ctt. O. — 3. *Recita t. publicum* om. 4. Addidit O ex Hotom. coni., ut Lg27 habere videtur: *TESTIMONIVM PVBLICVM*. — 6. *LEX -- PR*. om. Lg29 42 (in lacuna) A B. [Sed exscripsit Nieb. ex eodem Lg42 scripturam *Gaio*, ut aut ipse aut Lagomarsinius errasse videatur.] — *videtis* Lg42 N: *vidistis* ctt. — 7. *modium* Lg48: *mod.* 42; *modios* ctt. — 8. *victu -- Tissenses* §. 86. v. 14. habet V. — *aerari* V. — 9. *inpud.* V. — *ab* 4, V: *a* ctt. O. — *apstulit* V. — 10. *inpr.* V. — 11. *commutabat* Lg42. — 12. *eripiet -- non eripiet* V A B N: *eripiat -- non eripit* Lg42; *eripiet, aut u. largitio eripiet* codd. rell.; *vis aut u. l.eripiet?* O. — *sed* habet etiam V. Erravit Maius. — *eripueris* N. — *intellegis* V; *intelligit* A B dett. (non N.) — 14. *genus res.* Lg29. — *totum integrum* V (Br.) et Lg42: *integrum totum* ctt. O. — 15. *causa*, ut videtur, V. — 16. *et ferac.* V. — *ipsum*] *pulsum* V. — 17. *civitatis* V. — 19. *cogebant* V. — 20. *A.*] *Aulus* V. — *iste inprete* V. — 21. *hic interpres* V. — 22. *emit*, non *exiit*, etiam V. — 23. *tritici* om. V. — *med.* V: *mod.* 4; *medimnas* dett. — *cIc* (non *cIↃ*) V. — *vocatur* V. — 24. *XXX milia* Lg29 A B: *milia* om. Lg42 V et sic infra. — 25. *sume* Lg42. — *te* V et 4: *tibi* dett. — 26. *medimna* A B, alii: *med.* V; *medemna* Lg29; *mod.* Lg42. — *cIc* V. — 27. *mod.* Lg42 N; *med.* V. — *trit.* (sic) ∞ ∞ V. — 28. *vendidisset* Lg42. — 30. *recita -- Liparensium* om. V vacuo spatio trium versuum relicto. — 31. *nummi Val.* 4, V (in hoc tamen *numina*): *Val. nummi* rell. O. — *ualeno* vel *ualetio* V. — In A B Lg29 42 titulus sequens om., sed in duobus Lagg. est lacuna relicta.

Testimonivm pvblicvm. qvo modo solvtvm sit, ex litteris pvblicis. Etiamne haec tam parva civitas, tam procul a manibus tuis atque [a] conspectu remota, seiuncta a Sicilia, in insula inculta tenuique posita, cumulata aliis tuis maioribus iniuriis, in hoc quoque frumentario genere praedae tibi et quaestui fuit? quam tu totam insulam cuidam tuorum sodalium sicut aliquod munusculum condonaras, ab hac etiam haec frumentaria lucra tamquam a mediterraneis exigebantur? Itaque qui tot annis agellos suos te praetore redimere a piratis solebant, iidem se ipsos abs te pretio imposito redemerunt. XXXVIII. 86. Quid vero? a Tissensibus, perparva ac tenui civitate, sed aratoribus laboriosissimis frugalissimisque hominibus, nonne plus lucri nomine eripitur, quam quantum omnino frumenti exararant? ad quos tu decumanum Diognetum Venerium misisti, novum genus publicani. Cur hoc auctore non Romae quoque servi publici ad vectigalia accedunt? Anno secundo Tissenses HS $\overline{\text{XXI}}$ lucri dare coguntur inviti. Tertio anno $\overline{\text{XII}}$ mod. tritici lucri Diogneto Venerio dare coacti sunt. Hic Diognetus, qui ex publicis vectigalibus tanta lucra facit, vicarium nullum habet, nihil omnino peculii. Vos etiam nunc dubitate, si potestis, utrum tantum numerum tritici Venerius apparitor istius sibi acceperit an huic exegerit. 87. Atque haec ex publico Tissensium testimonio cognoscite. Testimonivm pvblicvm Tissensivm. Obscure, iudices, praetor ipse decumanus est, cum eius apparitores frumentum a civitatibus exigant, pecunias imperent, aliquanto plus ipsi lucri auferant, quam quantum populo Romano decumarum nomine daturi sunt! Haec aequitas in tuo imperio fuit, haec praetoris dignitas, ut servos Venerios Siculorum dominos esse velles. Hic delectus, hoc discrimen te praetore fuit, ut aratores in servorum numero essent, servi in publicanorum. XXXIX. 88. Quid? Amestratini miseri impositis ita magnis decumis, ut ipsis reliqui nihil fieret, nonne tamen numerare pecunias coacti sunt? Addicuntur decumae M. Caesio, cum adessent legati Amestratini: statim cogitur Heraclius legatus numerare HS $\overline{\text{XXII}}$. Quid hoc est? quae est ista praeda? quae vis? quae direptio sociorum? Si erat Heraclio ab senatu mandatum, ut emeret, emisset: si non erat,

2. *atque consp.* Lg27 42 (non V). — 3. *in insula* V: *in insicula* Lg42 F; *in insulula* N; *in* om. dett. cf. Garat. ad Phil. X. 3. p. 323. Wernsd. — *tenuitquae* (sic) *posita in loco cumulata ais* (ex *alis*) *tuis* V. — 5. *questui* V. — *tu*] *tum* V. — 6. *condonares* 6 Lagg. dett. — 7. *a* om. Lagg. praeter 42. — 8. *te praetore* Lg42 V: *ante te praetorem* rell. O. — *piratis* Lg42 N V: *privatis* rell. — *idem* V et aliquot Lagg. — 9. *abs te* (*ab te* Brunnio teste) V: *a te* ctt. O. cf. Zumptii Ind. p. 1087. — *vero* Lg42 N V: *ergo* rell. O. — *Atheniensibus* V; *a Tissentibus* 6 Lagg. dett. (Plin. N. H. habet III. c. 8. §. 91. *Tissinenses*, Lamb. in marg. rep. maluit *Tissienses*; at v. Zumpt. p. 507.) — 10. *perparum* V. — *ac* Lgg. (praeter 42) A B V: *et* Lg42 O. — *sed* Lg42 N V: *et* rell. — *laboriosisimis* V. — 11. *eripiatur* V. [Fort. *eripiebatur*.] — 12. *omn. frum.* Lg42 V: *frum. omn.* rell. O. — *Diognetum* Lgg. (praeter 42) A B V: *Diognitum* Lg42; *Diognotum* Pal. sec. O. — 14. *quoque* Lg42 N V: om. ctt. — *publici ad* V: *publici ac* Lg42; *publici* om. *ad* Lagg. rell.; *ad publica* N. [Desiderantur lectiones Lagg. apud Zumptium, qui etiam de suis codd. tacet.] — *accedunt* Lg42 φ: *accedant* V (Br.) ctt. O. — *Tisenses* Lg42; *Athenienses* V. — 15. $\overline{\textit{XII}}$. *mod.* Lg42 N: *XII modium tritici milia* φ; *HS XX modium* Lg29 A; *HS. M. M. modium* ctt.; *M. M. M. medimnum* ex coni. Hotom. O. — 16. *Dingenito* Lg42. — 18. *dubitare* idem. — 19. *acceperit sibi* Lg29. — 20. *TEST. PVBL. TISS.* om. Lg29 42 (in lacuna) A. — 22. *imperant* Lg42. — 23. *lucri* Lg42 N: om. rell. — 24. *d. sint aequitas* om. *haec* Lg42. — 25. *delectus* Lg42, alii: *dilectus* 7 rell. Lagg. — 27. *miseri* om. Lg42 A. — 29. *M.*] *N.* Lagg. praeter 29. — *Cessio* Lg42; *Cisio* Lagg. rell. praeter 27. — 30. *Heracleus* B, alii. — 32. *Heracleo* Lgg. praeter 42.

qui poterat sua sponte pecuniam numerare? Caesio renuntiat se dedisse. 89. Cognoscite renuntiationem ex litteris publicis. Litterae pvblicae. Quo senatus consulto erat hoc legato permissum? Nullo. Cur fecit? Coactus est. Quis hoc dicit? Tota civitas. Recita testimonium publicum. Testimonivm pvblicvm. Ab hac eadem civitate anno secundo simili ratione extortam esse pecuniam et Sex. Vennonio datam ex eodem testimonio cognovistis. At Amestratinos, homines tenues, cum eorum decumas medimnis ɪↄccc vendidisses Bariobali Venerio (cognoscite nomina publicanorum!), cogis eos plus lucri addere, quam quanti venierant, cum magno venissent. Dant Bariobali medimna ɪↄcccl HS mɪↄ. Profecto numquam iste tam amens fuisset, ut ex agro populi Romani plus frumenti servo Venerio quam populo Romano tribui pateretur, nisi omnis ea praeda servi nomine ad istum ipsum perveniret. 90. Petrini, cum eorum decumae magno addictae essent, tamen invitissimi P. Naevio Turpioni, homini improbissimo, qui iniuriarum Sacerdote praetore damnatus est, HS LII dare coacti sunt. Itane dissolute decumas vendidisti, ut, cum esset medimnum HS xv, venissent autem decumae medimnum III, hoc est HS XXXXV, ut lucri decumano HS LII darentur? At permagno decumas eius agri vendidisti. Videlicet gloriatur non Turpioni lucrum datum esse, sed Petrinis pecuniam ereptam. XL. 91. Quid? Halicyenses, quorum incolae decumas dant, ipsi agros immunes habent, nonne huic eidem Turpioni, cum decumae C. med. venissent, HS XV dare coacti sunt? Si, id quod maxime vis, posses probare, haec ad decumanos lucra venisse, nihil te attigisse, tamen hae pecuniae per vim atque iniuriam tuam captae et conciliatae tibi fraudi et damnationi esse deberent: cum vero hoc nemini persuadere possis, te tam amentem fuisse, ut Apronium et Tur-

---

1. *Cesio* Lg29; *Gdosio* 42. — 2. *litteris publicis* Lg42: *publicis* om. codd. rell. O. — *LITTERAE PVBL.* B: om. Lg29 42 (uterque in lacuna), A; *recita ex litteris publicis* 4 Lagg. dett.; *recita ex litteris publicis. LITTERAE PVBL.* O, ut Lg27 48 habere videntur. [Ex relatione Zumptii scripturae codd. Lagg. non accurate cognoscuntur, de 29 autem erratum est.] — 4. *Recita -- PVBLICVM* Lg48 et 42, ut videtur: om. hoc totum Lg27 29 in lacuna; *TEST. PVBL.* om. 4 rell. Lagg. De A B tacet Zumptius. — 6. *Sexto Mimo* Lg42 φ; *Sex. Vennenio* Lg29. — 7. *tenuis* Lg42. — 8. *medimnis*] *med.* cum linea curvata per *d* Lg29 [non *meas*, ut ait Z. p. 1050.] — *Bariobali* φ: *Barichali* Lg29 et 42 p. m., *Bariebali* 42 sec. m.; *Banobali* rell. O. Sic item v. 10, ubi Lg29 42 iterum habent *Barichali*. — 10. *medimna*] *mod.* Lg42. — *DCCCL* Lg42 N: *DCCC* rell. — *HS XD* Lg29 A. — 11. *ex* om. Lg42. — 12. *Ven. servo* Lg29. — 13. *pervenerit* Lg42. — 14. *add. sunt* Lg29. — *homini impr.* A B Lg29: *impr. homini* Lagg. rell. [fallitur Z.], O. — 15. *HS. LII* Lg42 F N: *HS IIII* Lg29; *HS VII* rell.; *HS LII* O. — 16. *ut cum -- darentur*] *ut cum medimnum esset HS XV, decumae autem venissent medimnum III, hoc est HS XXXXV ut lucri decumano HS LII. darentur* N, item φ, nisi quod hic habet *esset med.* et *venissent autem decumae*; *cum esset mod. NS: XV. venissent autem decumae mod. III hoc est N. S. XXXV* (sic!) *ut lucri decumano N. S. LV darentur* Lag. 42; *cum esset medīnum HS. XV. milibus venissent autem XXX. hoc est HS XXXXII. ut lucri decumano HS XXX darentur* Lag. 29; *cum medimnum HS. XV. milibus venissent autem (ante 1. 5.) ∞ ∞ ∞ hoc est HS XXXXV ut lucri decumano HS ∞ ∞ ∞ darentur* Lagg. rell. [Exscripsit h. l. Nieb. verba continua, non singulas lectt. variantes, qua in re eum secuti sumus.]; *ut cum medimnum esset HS XV, decumae autem medimnum III venissent, hoc est XXXXV, lucri dec. HS LII darentur* O. — 19. *vendidisti* Lagg. omnes, A B φ (cf. ad §. 41.): *vendidi* Manutius et O. — *gloriatur* Lg42 N: *igitur* rell. — *non*] *lignio* (sic) Lg42. — *esse* 4: om. N rell. O. — 21. *immunis* Lg42. — *idem* Lg29 42. — 22. *C. mod.* Lg29. — 24. *captae et*] *coactae et* Lg29; *captae essent* Lg42. — 25. *ac damn.* B et Lagg. praeter 42. — 26. *et Turp.* Lg42; *ac Turp.* rell. O.

pionem, servos homines, tuo liberumque tuorum periculo divites fieri velles, dubitaturum quemquam existimas, quin illis emissariis haec tibi omnis pecunia quaesita sit? 92. Segestam, item ad immunem civitatem, Venerius Symmachus decumanus immittitur. Is ab isto litteras affert, ut sibi contra omnia senatus consulta, contra omnia iura contraque legem Rupiliam extra forum vadimonium promittant aratores. Audite litteras, quas ad Segestanos miserit. LITTERAE C. VERRIS. Hic Venerius quem ad modum aratores eluserit, ex una pactione hominis honesti gratiosique cognoscite; in eodem enim genere sunt cetera. 93. Diocles est Panormitanus, Phimes cognomine, homo illustris ac nobilis. Arabat is agrum conductum in Segestano: (nam commercium in eo agro nemini est:) conductum habebat HS sex milibus. Pro decuma, cum pulsatus a Venerio esset, decidit HS XVI milibus et *medimnis* IↃCLIIII. Id ex ipsius tabulis cognoscite. NOMEN DIOCLIS PANORMITANI. Huic eidem Symmacho C. Annaeus Brocchus senator, homo eo splendore, ea virtute, qua omnes existimatis, nummos praeter frumentum coactus est dare. Venerione servo te praetore talis vir, senator populi Romani, quaestui fuit? XLI. Hunc ordinem si dignitate antecellere non existimabas, ne hoc quidem sciebas, iudicare? 94. Antea cum equester ordo iudicaret; improbi et rapaces magistratus in provinciis inserviebant publicanis: ornabant eos, qui in operis erant: quemcumque equitem Romanum in provincia viderant, beneficiis ac liberalitate prosequebantur: neque tantum illa res nocentibus proderat, quantum obfuit multis, cum aliquid contra utilitatem eius ordinis voluntatemque fecissent. Retinebatur hoc tum nescio quo modo quasi communi consilio ab illis diligenter, ut, qui unum equitem Romanum

---

1. *liberumque* Lg42 φ: *liberorumque* rell. O. — 5. *contra omnia sen. cons.* 4, N: om. rell. cf. Act. I. §. 13. — *iura omnia* dett. — 7. *LITT. C. VERR.* om. Lg27 29 42 (in lacuna), A B. — 8. *in arat.* Lg42 N. — *luserit* Lg29 A B. «Ernestus (in Clav. s. v.) *eludere* pro *vexare* accipit. Recte quidem ad sententiam; sed, ut verbo pressius insistamus, potius explicandum videtur *ludibrio habere, audacissime insultare*. Quod non verbis solum, sed fit etiam re, cum quis abutitur aliorum patientia aut impotentia, quae duae res insolentiores homines faciunt; patientia quidem, ut supra §. 9. et in Catil. I. §. 1. Tacit. Ann. XVI. 28. alibi; impotentia vero, ut ap. Ter. Eun. I. 1, 10. Atque hic etiam Venerius, ut in Miloniana §. 32. Clodius, per licentiam, cum nemo posset resistere, dicuntur *eludere*. Miserum illum, cui quidvis pati necesse erat, cum VI. milibus conductum haberet fundum, decumae nomine ad pactionem XVI. milium et DCLIV adigere profecto insolentissimi hominis est impudentissimeque insultantis. Convenit in hoc etiam facinus, quod ait §. 195. «*Hoc vero -- impudentiae*» II. §. 43. «*Ita res agetur -- adhibeatur*» §. 71. «*Cognoscite -- audaciam*». Apposite autem Seneca VII. Suasor. *Antonium non pacisci, sed illudere; non esse illam condicionem sed contumeliam.*» GARAT. II. — 9. *enim* om. Lg42. [non item 48, ut ait Z.] — 10. *Phimnes* Lg42 48; *Phinnies* Lg29 A B. — *nobilis* Lg42 N φ: *nobilis arator* rell. O. — *arabat is agrum cond. in Segest.* Lg42 φ: *is agrum in Segest.* N, rell. O. — 11. *nemini est* 4, N φ: *neminem* dett.; *Panormitanis est* Parr. Lall. (?) — 12. *sex milibus*] $\overline{\text{VI}}$ Lg29 42. — *pro decuma* om. Lg42 et F. — 13. *decidit* Lg42 N φ: *dedit* rell. — *milia* dett. — *medimnis* Lg42: *medimna* L; om. rell. O. [Sic Iordanus ex Zumptii relatione. At falsum est in Lg42 *medimnis* exstare, de quo nihil prorsus Nieb. notavit, nec quicquam habet nisi post voc. *et* hoc additamentum «*medimna* L», i. e. Lamb., qui in ed. 1566 scripsit: *dedit HS XVI millia et medimna IↃCLIV*. Nos igitur *medimnis*, quae iam est mera coniectura, sed verisimilis, litteris curvatis imprimendum curavimus. HALM.] — *ex ipsius tab.* Lg42: *ex tab. ipsius* rell. O. — 14. *C. Annaeus Brocchus* Zumptius: *Cannaeius Broclius* Lg42; *Annaeius Brocchus* φ; *Anneus Brochus* rell. Lagg.; *Anneius Brocchus* O. — 18. *nec hoc* N. — 20. *qui* N: om. Lg42; *quicunque* rell. O. — 24. *hoc tamen* Lg42.

contumelia dignum putasset, ab universo ordine malo dignus iudicaretur: 95. tu sic ordinem senatorium despexisti, sic ad libidines iniuriasque tuas omnia coaequasti, sic habuisti statutum cum animo ac deliberatum, omnes, qui habitarent in Sicilia aut qui Siciliam te praetore attigissent, iudices reiicere, ut illud non cogitares, tamen ad eiusdem ordinis homines te iudices esse venturum? In quibus si ex ipsorum domestico incommodo nullus dolor insideret, tamen esset illa cogitatio, in alterius iniuria se despectos dignitatemque ordinis contemptam et abiectam. Quod mehercule, iudices, mihi non mediocriter ferendum videtur. Habet enim quendam aculeum contumelia, quem pati pudentes ac viri boni difficillime possunt. 96. Spoliasti Siculos; solent enim muti esse in iniuriis suis: vexasti negotiatores; inviti enim Romam raroque decedunt: equites Romanos ad Apronii iniurias dedisti; quid enim iam nocere possunt, quibus non licet iudicare? Quid? cum senatores summis iniuriis afficis, quid aliud dicis nisi hoc: cedo mihi etiam istum senatorem? ut hoc amplissimum nomen senatorium non modo ad invidiam imperitorum, sed etiam ad contumeliam improborum natum esse videatur. 97. Neque hoc in uno fecit Annaeo, sed in omnibus senatoribus, ut ordinis nomen non tantum ad honorem, quantum ad ignominiam valeret. In C. Cassio, viro clarissimo et fortissimo, cum is eo ipso tempore, primo istius anno, consul esset, tanta improbitate usus est, ut, cum eius uxor, femina primaria, paternas arationes haberet in Leontino, frumentum omne decumanos auferre iusserit. Hunc tu in hac causa testem, Verres, habebis, quoniam iudicem ne haberes providisti. 98. Vos autem, iudices, putare debetis esse quiddam nobis inter nos commune atque coniunctum. Multa sunt imposita huic ordini munera, multi labores, multa pericula non solum legum ac iudiciorum, sed etiam rumorum ac temporum. Sic est hic ordo quasi propositus atque editus in altum, ut ab omnibus ventis invidiae circumflari posse videatur. In hac tam misera atque iniqua condicione vitae ne hoc quidem retinebimus, iudices, ut magistratibus nostris in obtinendo iure nostro ne contemptissimi ac despicatissimi esse videamur? XLII. 99. Thermitani miserunt, qui decumas emerent agri sui. Magni sua putabant interesse publice potius quamvis magno emi quam in ali-

---

2. *lib. iniuriasque* Lg42: *iniurias libidinesque* rell. O. — 4. *qui haberent* Lg42 N φ. — 6. *te ad iudices* Lg42.— 8. *se desp.* Lg42: *sese desp.* rell. O; *sese esse desp.* L.— 10. *pudentes* N et plerique: *prudentes* alii; cf. §. 159. et nos ad or. p. Caec. p. 295.— 11. *muti* Lg42: *multi* rell., *inulti* O. — *in iniuriis* N et 6 Lagg.: *iniuriis* Lg29 42. [tacet Z. de lect. Lagg.] — 12. *suis* Lg42 N: *suis graves* rell.; *suis provinciales* ex coni. Manutii O. — *equites R.* φ et 4: *equitem R.* rell. O. — 14. *qui cum* Lg42, quod Z. recepit. — 15. *senatorem*] *senatorium* N. [?] — 16. *senatorium* Hotomanus: *senatorum* codd. [Nostra sponte *senatorium* scripsimus, quoniam vera Lag. 42. lectio antea nondum nota erat. Is enim sic mance habet: *cedo mihi etiam istum senatorium* (non *senatórum) non modo ad* etc., itemque sic in N fuisse probabile est. Librarius igitur aberrans a voc. *senatorem* ad *senatorium* partem orationis priorem omisit. Halm.] — *etiam contumeliam* Lg42. — 18. *Annaio* Lg42; *Anneleio* 29; *Anneio* dett. O. — 19. *clarissimo viro* Lg42 (om. *et fortissimo*). [in Lg29 *viro* post *fortissimo* repetitum est, ut scribendum esse videatur: *C. Cassio, clar. et fort. viro,* ut Zumptius edidit.] — 20. *isti* Lg42. — 21. *tanta*] *tm̄* Lg29. — 22. *arat. hab.* Lg42: *hab. arat.* rell. O. — *decumanos auferre* Lg42 F: *in decumas auferre* rell. O. — 25. *quoddam* 6 Lagg. dett. — 28. *quasi*] *qua* Lg42. — 29. *atque* Lg42: *et* rell. O. — *iniqua* Lg42 N: *indigna* rell. — 31. *despicatissimi* Lg42 φ: *despectissimi* rell. O.

quem istius emissarium incidere. Appositus erat Venuleius quidam qui emeret. Is liceri non destitit. Illi, quoad videbatur ferri aliquo modo posse, contenderunt: postremo liceri destiterunt. Addicitur Venuleio tritici medimnum VIII milibus. Legatus Pasidorus renuntiat. Cum omnibus hoc intolerandum videretur, tamen Venuleio dantur, ne accedat, tritici mod. VII, et praeterea HS II. (Ex quo facile apparet, quae merces decumani, quae praetoris praeda esse videatur.) Cedo Thermitanorum mihi litteras et testimonium. TABVLAE THERMITANORVM ET TESTIMONIVM. **100.** Imacharenses iam omni frumento ablato, iam omnibus iniuriis tuis exinanitos, tributum facere miseros ac perditos coëgisti, ut Apronio darent HS XX milia. Recita et decretum de tributis et publicum testimonium. SENATVS CONSVLTVM DE TRIBVTO CONFERVNDO. TESTIMONIVM IMACHARENSIVM. Hennenses, cum decumae venissent agri Hennensis medimnum VIIICC, Apronio coacti sunt dare tritici modium XVIII et HS III milia. Quaeso, attendite, quantus numerus frumenti cogatur ex omni agro decumano. Nam per omnes civitates, quae decumas debent, percurrit oratio mea, et in hoc genere nunc, iudices, versor, non in quo singillatim aratores eversi bonis omnibus sint, sed quae publice decumanis lucra data sint, ut aliquando ex eorum agris atque urbibus expleti atque saturati cum hoc cumulo quaestus decederent. XLIII. **101.** Calactinis quam ob rem imperasti anno tertio, ut decumas agri sui, quas Calacte dare consueverant, Amestrati M. Caesio decumano darent, quod neque ante te praetorem illi fecerant neque tu ipse hoc ita statueras antea per biennium? Theomnastus Syracusanus in agrum Mutycensem cur abs te immissus est? qui aratores ita vexavit, ut illi in alteras decumas, id quod in aliis quoque civitatibus ostendam, triticum emere necessario propter inopiam cogerentur. **102.** Iam vero ex Hyblensium pactionibus intelligetis, quae factae sunt cum decumano Cn. Sergio, sexies tantum, quam quantum satum sit, ablatum esse ab aratoribus. Recita sationes ex litteris publicis.

---

1. *incideret* Lg42. [Hinc emendandum est: *inciderent*; cf. Madv. ad *Cic. de Fins.* p. 518 et 876. HALM.] — 3. *contenderent* Lg42. — 4. *medimnum* Lg42 [Nieb. habet: *mod.* vel *med.* 42.]: *modium* N ctt. O. — *Pasidorus* Zumptius: *Posidorus* A B Lg29; *Phassidorus* Lg42; *Pharsidorus* φ; *Possidorus* O. — 6. *VII.* A B: *IIII* Lg29; *VI* codd. rell. Lagg.; *VIII* O; *XVI* susp. Garat. — *et* 4: om. rell. O. — *II* Lg42 φ: *XX milia* Lg29; *clɔ clɔ milia* rell.; *clɔ clɔ* O. — *ex qua* Lg42. — 7. *esse vid. praeda* Lg42. — 8. *TABVLAE* -- *iniuriis tuis* om. Lg42. — 9. *ymacharenses* Lg29; *Macharenses* B; *Acharenses* N. Cf. ad §. 47. — *animatos* [vel *exanimatos*] Lg42. — 10. *facere* N Pall. et cett. omnes, ut videtur: *ferre* edd. vett. — 11. *milia* om. Lg42. — *et decr.* Lg42: *decr.* rell. O. — 12. *conferundo* Lg29 B: *conferendo* ctt. O. Titulus hic om. in Lg42. — *Macharensium* Lg29. — 13. *Hennenses* Lg29 et 5 alii: *Neuneses* Lg42 et paulo post *gennensis*; *Enn.* O. — *VIII CC* Lg42 N φ: *XXX CC* Lg29; *clɔ clɔ clɔ CC* O. — 14. *mod. XVIII* F N: *modios XVIIH milia* Lg42, *mod. LXXX* Lg27; *mod. LXX ∞ ∞ ∞* rell. Lagg.; *modium XVIII* O. — 17. *non in quo* Lg42: *in quo non* ctt. O. — *sigillatim* Lagg. omnes. — 18. *eversis* Lg42. — *sint* 4: *sunt* rell. O. — *quae* codd.: om. O. — *sint* 4: *sunt* dett. O. — 20. *Galactinis* Lg42; *Calatinis* Lg14 27 48. — 21. *Calacte* Prisc. I. p. 97. Tabula Peuting. Itinerar. Anton.: *Calate* Lg1 5 27 29; *Galacte* Lg42; *Calatae* C; *Calactae* al. O. — *consuerant* Lg29 B; *consueverunt* Lg42. — 22. *Amastrati* Lg42. — *M.*] *N.* Lg42. — *Cesio* Lg29 42. — 23. *fecerunt* 6 Lagg. dett. — 24. *Mutyensem* N L; *Mutiensem* Lg42; *Muticensem* rell. — *a te* Lg29. — 28. *factae* Lg42 F: *partae* Lg29; *pactae* rell. O. — *sunt* Lg42: *sint* rell. O. — *Cn.*] *S. N.* Lg42. — *sexiens tanto* Lg42. [Recte, ut videtur; cf. III. §. 225. HALM.] — 29. *Recita* -- *Menaenorum*] sic Lg42, nisi quod *Menenorum* (*Meneniorum* N.) habet: de ceteris codd. v. Zumptium:

Cognoscite pactiones Menaenorum cum Venerio servo. Recita ex litteris publicis professiones sationum et pactiones Menaenorum. Patiemini, iudices, ab sociis, ab aratoribus populi Romani, ab eis, qui vobis laborant, vobis serviunt, qui ita plebem Romanam ab sese ali volunt, ut sibi ac liberis suis tantum supersit, quo ipsi ali possint, ab his per summam iniuriam, per acerbissimas contumelias plus aliquanto ablatum esse, quam natum sit? 103. Sentio, iudices, moderandum mihi esse iam orationi meae fugiendamque vestram satietatem. Non versabor in uno genere diutius et ita cetera de oratione mea tollam, ut tamen in causa relinquam. Audietis Agrigentinorum, fortissimorum virorum, diligentissimorum aratorum querimonias: cognoscetis Entellinorum, hominum summi laboris summaeque industriae, dolorem et iniurias: Heraclìensium, Gelensium, Soluntinorum incommoda proferentur: Catinensium, locupletissimorum hominum amicissimorumque, agros vexatos ab Apronio cognoscetis: Tyndaritanam, nobilissimam civitatem, Cephaloeditanam, Haluntinam, Apolloniensem, Enguinam, Capitinam perditas esse hac iniquitate decumarum intelligetis: Inensibus, Murgentinis, Assorinis, Elorinis, Ietinis nihil omnino relictum: Cetarinos, Acherinos, parvarum civitatum homines, omnino abiectos esse ac perditos: omnes denique agros decumanos per triennium populo Romano ex parte decuma, C. Verri ex omni reliquo

---

Recita sationes et pactiones ex litteris publicis. Recita. PACTIONES HYBLENSIVM CVM CN. SERGIO EX LITTERIS PVBLICIS. Cognoscite item professiones sationum et pactiones Menenorum cum Venerio servo. Recita ex litteris publicis. PROFESSIONES SATIONVM ET PACTIONES MENENORVM CVM VENERIO SERVO EX LITTERIS.PVBLICIS O. [Ut rettulit Zumptius, verba in Lg42 videntur exstare, nisi quod ante *cognoscite* lacuna est, in marg. verbo *recita* adscripto. Nihil tamen ego praestare velim, quoniam h. l. notae Niebuhrii fere inextricabiles sunt. Reliqui Lagg. sic habent, ut equidem apud Nieb. legi: *Recita sationes et pactiones ex litteris publicis recita* (*recita* om. 29 in lac.), *ex litt. publ. cognoscite pactiones Menenorum cum Venerio servo. recita ex litt. publ. cognoscite item professiones sationum et pactiones Menenorum* (addit 29 sec. m. *cum Venerio servo). recita ex litt. publ. professiones sationum et pactiones Menenorum cum Venerio servo ex litt. publ.* Lag. 14. 27. 29. 48.; *Recita sationes et pactiones ex litt. publicis. recita. cognoscite item professiones sationum et pactiones Menenorum* (addit 45 *cum Venerio servo). recita ex litt. publicis. professiones sationum et pactiones Menenorum cum Venerio servo ex litt. publ.* Lag. 1. 5. 45. HALM.] — 2. *patimini* Lg42 p. m. — 3. *ab soc.* Lg29 48 A B: *a soc.* ctt. O. — *ab eis* Lg42. (cf. §. 62. 195. Osann. ad Rep. p. 162. 245.): *ab his* B; *ab iis* al. O. — 4. *serviunt* codd.: *serunt* coni. Lallemandus prob. Orell. coll. §. 124 extr. — 6. *acerbissimas* 4, N: *summas* dett. — 7. *sit* om. Lg42 [videtur *est* ante *Sentio* excidisse. HALM.]; *satum sit* coni. Orelli coll. initio huius §. et §. 113. — 8. *fugiendam* dett. — 9. *tamen in c.* Lg42 N: *in c. tamen* Lg29 A B φ; *tamen* om. dett. — 10. *dilig. aratorum* Lg42: *diligentissimorum et locupletissimorum hominum* N; *diligentissimorumque et loc. aratorum* φ; *diligentissimorum hominum* rell. Lagg.; *diligentissimorumque* O. — 11. *cognoscetis* Lg42 F: *cogn.*, *iudices* ctt. O. — *hominum* 4, φ: om. dett. O. — 12. *Gelensium* Lg42 φ: om. Lg29; *Cilsensium* 6 Lagg. rell.; *Iciliensium (Ciliciensium, Conciliensium)* alii. Sequitur in dett. (non item in 29. 42.) *Hennensium* vel *Aetnensium.* — 13. *Soluntinorum* Lg42 : *Solentinorum* φ rell. Cf. ad II. §. 102. — *proferuntur* dett. — 15. *Haluntinam* Zumpt. (coll. IV. §. 51.): *Aluntinam* Lg42 48; *Halintinam* Lg29 A B; *Halentinam* (vel *Alent.*) dett. O. — *Apollanensem* Lg27 42. — 16. *Enguinam* Zumpt. (quem v. coll. IV. §. 97.): *Eginam*, *Aggynam*, *Eggumenam* (42) codd.; *Engynam* O. — *decumarum* Lg42 B N: *decumanorum* ctt. — 17. *Inensibus* Garatoni (cf. Zumpt.): *mensibus* Lg42; om. rell. O. — *Elorinis* Lg42: *Elorinis* (*Flor.* Lagg. omnes), *Ennensibus* rell. O. — *Ietinis* Graevius: *Letinis* codd. — 18. *Cetarinos*] *Ginitarinos* Lg42; *Gyrattarinos* 29, *Ciratarinos* Lagg. rell. — *Acherinos*] *Gestherinos* [sic] Lg42; *Scherinos* de Zumptii coni. Klotz.

vectigales fuisse et plerisque aratoribus nihil omnino superfuisse: si cui quid autem aut relictum aut remissum sit, id fuisse tantum, quantum ex eo, quo istius avaritia contenta fuit, redundarit.

XLIV. 104. Duarum mihi civitatum reliquos feci agros, iudices, fere optimos ac nobilissimos, Aetnensem et Leontinum. Horum ego agrorum missos faciam quaestus triennii: unum annum eligam, quo facilius id, quod institui, explicare possim. Sumam annum tertium, quod et recentissimus est et ab isto ita administratus, ut, cum se certe decessurum videret, non laboraret, si aratorem in Sicilia nullum omnino esset relicturus. Agri Aetnensis et Leontini decumas agemus. Attendite, iudices, diligenter. Agri sunt feraces: annus tertius: decumanus Apronius. 105. De Aetnensibus perpauca dicam: dixerunt enim ipsi priore actione publice. Memoria tenetis Artemidorum Aetnensem, legationis principem, publice dicere, Apronium venisse Aetnam cum Veneriis: vocasse ad se magistratus: imperasse, ut in medio foro sibi lecti sternerentur: quotidie solitum esse non modo in publico, sed etiam de publico convivari: cum in eius conviviis symphonia caneret maximisque poculis ministraretur, retineri solitos esse aratores atque ab eis non modo per iniuriam, sed etiam per contumeliam tantum exprimi frumenti, quantum Apronius imperasset. 106. Audistis haec, iudices, quae nunc ego omnia praetereo et relinquo. Nihil de luxuria Apronii loquor, nihil de insolentia, nihil de permissa ab isto licentia, nihil de singulari nequitia ac turpitudine: tantum de quaestu ac lucro dicam unius anni et unius agri, quo facilius vos coniecturam de triennio et de tota Sicilia facere possitis. Sed mihi Aetnensium brevis est ratio; ipsi enim venerunt, ipsi publicas litteras deportaverunt: docuerunt vos, quid lucelli fecerit homo non malus, familiaris praetoris, Apronius. Id, quaeso, ex ipsorum testimonio cognoscite. Recita testimonium Aetnensium. XLV. Quid ais? dic, dic, quaeso, clarius, ut populus Romanus de suis vectigalibus, de suis aratoribus, de suis sociis atque amicis audiat. $\overline{\text{L}}$ MEDIMNVM, HS $\overline{\text{L}}$. Per deos immortales! unus ager uno anno CCC milia modium tritici et praeterea HS $\overline{\text{L}}$ lucri dat Apronio? Tantone minoris decumae venierunt, quam fuerunt,

---

1. *vectigalis* Lg29 42. — *semper fuisse* Lg42. — *si cui* N et 4: *cui* dett. — 2. *autem* Lg29 A B (Seyffert. ad Lael. p. 461.): *tum* dett.; om. Lg42, alii, O. — *rel. aut rem.* Lg29 42: *rem. aut rel.* rell. O. — 3. *redundaret* Lg42. [Deest lectio apud Z., quae vera videtur.] — 5. *Aetn. et Leont.* Lg42 N (in quo *ac*, non *et*, et sic O.): *Aetnensium et Leontinorum* rell. — *agr. ego* dett. O. — 6. *triennium annum* Lg42. — *quo*] *quod* idem. — 9. *in Sic. nullum* Lg42: *null. in Sic.* rell. O. — 12. *ipsi* om. 6 Lagg. dett. — 13. *legationis* Lg42: *leg. eius* rell. O. — 15. *magistratus* Lg42: *magistratum* rell. O. — *in med. f. sibi* Lg42: *in f. sibi medio* rell. O. — 16. *modo* om. Lg42. — 17. *eius conv.* Lg29 42 B: *eis conv.* rell. O. — 18. *retineri* Lg42 φ: *retinere* rell. O. — *solitos esse* 4, φ: *solitus esset* vel *sit* dett.; *solitum esse* O. — *ab eis* Lg42: *his* Lg29; *ab his* rell.; *ab iis* O. — 20. *omnia* om. 6 Lagg. dett. — 21. *et relinquo* 4: *ac rel.* dett. O. — *Apr. luxuria* Lg29. — *nihil de permissa ab isto licentia* addunt post *insolentia* Lg29 A B cod. Urs.: om. ctt. O. At cf. §. 29. — 23. *un. anni et un. agri* Lg42: *un. agri et un. anni* rell. O. — 25. *ratio* Lg42 (cf. §. 109. init.): *oratio* rell. O: — 26. *deportaverunt* Lg42: *deportarunt* rell. O. — 28. *rec. test. Aetn.* om. 4 (in Lg29 B cum lacuna). Addidit deinde O ex Lamb. coni. *TESTIMONIVM AETNENSIVM*. [Hunc titulum etiam in Lag. 1. 5. 14. 45. deesse, Lagomarsinius non notavit.] — *dic* alterum om. A. — 30. *$\overline{L}$ med.* Lg42: *L medimna* rell.; *L. medimnum* O, om. N. [In Lg42 est: *L. mod. millia.*] — *HS. $\overline{L}$* N (sed sine lineola): om. plerique; *HS L millia* O. — 31. *trecenta* Lg42. — *HS. L*] *NS $\overline{L}$* Lg42; *L milia* (sine *HS.*) rell.; *HS L millia* O.

an, cum satis magno venissent, hic tantus tamen frumenti pecuniaeque numerus ab aratoribus per vim ablatus est? (Utrum enim horum dixeris, in eo culpa et crimen haerebit.) 107. Nam illud quidem non dices (quod utinam dicas!), ad Apronium non pervenisse tantum. Ita te non modo publicis tenebo, sed etiam privatis aratorum pactionibus ac litteris, ut intelligas non te diligentiorem in faciundis fuisse furtis quam me in deprehendendis. Hoc tu feres? hoc quisquam defendet? hoc hi, si aliter de te statuere voluerint, sustinebunt? Uno adventu ex uno agro Q. Apronium praeter eam, quam dixi, pecuniam numeratam CCC milia modium tritici lucri nomine sustulisse? 108. Quid? hoc Aetnenses soli dicunt? Immo etiam Centuripini, qui agri Aetnensis multo maximam partem possident, quorum legatis, hominibus nobilissimis, Androni et Artemoni, senatus ea mandata dedit, quae publice ad civitatem ipsorum pertinebant: de iis iniuriis, quas cives Centuripini non in suis, sed in aliorum finibus acceperant, senatus et populus Centuripinus legatos noluit mittere: (ipsi aratores Centuripini, qui numerus est in Sicilia maximus hominum honestissimorum et locupletissimorum) tres legatos, cives suos, delegerunt, ut eorum testimonio non unius agri, sed prope totius Siciliae calamitates cognosceretis. Arant enim tota Sicilia fere Centuripini, et hoc in te graviores certioresque testes sunt, quod ceterae civitates suis solum incommodis commoventur, Centuripini, quod in omnium fere finibus possessiones habent, etiam ceterarum civitatum damna ac detrimenta senserunt.

XLVI. 109. Verum, uti dixi, ratio certa est Aetnensium et publicis et privatis litteris consignata. Meae diligentiae pensum magis in Leontino agro est exigendum propter hanc causam, quod ipsi Leontini publice non sane multum me adiuverunt: neque enim eos isto praetore hae decumanorum iniuriae laeserunt, potius etiam, iudices, adiuverunt. Mirum fortasse hoc vobis aut incredibile videatur, in tantis aratorum incommodis Leontinos, qui principes rei frumentariae fuerint, expertes incommodorum atque iniuriarum fuisse. Hoc causae est, iudices, quod in agro Leontino praeter unam Mnasistrati familiam glebam Leontinorum possidet nemo. Itaque Mnasistrati, hominis honestissimi atque optimi viri, testimonium, iudices, audistis: ceteros Leontinos, quibus non modo Apronius in agris, sed ne tempestas quidem ulla nocere potuit, exspe-

---

1. *satis*] *sociis* 6 Lagg. dett. — 6. *faciundis* Lg42: *faciendis* ctt. O. — *fuisse f.* Lg42: *furtis fuisse* rell. O. — *reprehendendis* codd. noti. — 11. *immo*] *inuno* Lg42. — 13. *Arthimoni* Lg42. — 15. *acceperant* Lg42: *acceperunt* rell. O. — 16. *committere* Lg42. — 20. *et hoc inter gravioresque testes* Lg42. [Deest lectio apud Z., quae corrupta est ex hac vera: *et hoc in te certiores gravioresque t.*] — 21. *moventur* Lg29 p. m. — *quod in*] *qui in* coni. Benedict. [Sic vel *quoniam in* utique videtur scribendum esse. Halm.] — *omnium* 4, N: *omnibus* dett. — 22. *habent poss.* dett. O. — 24. *uti* Lg42 N: *ut* rell. — 25. *litteris* om. Lg42. — *mea diligentia* dett. — 26 *quod -- non sane* om. Lg42 in lacuna. — 27. *multum me* Lg42: *me multum* rell. O. — 28. *iudices, adiuv.* 4, φ: *adiuv., iud.* dett. — 29. *aut*] *autem* Lg42. — 30. *fuerint* Lg42, alii multi: *fuerunt* O. — 31. *iudices est* Lg29. — 32. *Nasistrati* Lg42 et sic deinde. — 34. *audistis* Lg42 φ: *audietis* rell. O. Alibi quoque hae formae commutantur in codd. ex. c. V. §. 111. III. §. 65. 103. 200. Atque ibi incertum est, utra praeferenda sit, ubi non satis constat, dixerintne iam testes an dicturi sint. Utriusque autem generis testimonia commemorantur ex. c. III. §. 66. V. §. 147. — 35. *nulla* Lg29.

ctare nolite. Etenim non modo incommodi nihil ceperunt, sed etiam in Apronianis illis rapinis in quaestu sunt compendioque versati. 110. Quapropter, quoniam me Leontina civitas atque legatio propter eam, quam dixi, causam defecit, mihimet ineunda ratio et via reperiunda est, qua ad Apronii quaestum, sive adeo qua ad istius ingentem immanemque praedam possim pervenire. Agri Leontini decumae tertio anno venierunt tritici medimnum XXXVI, hoc est, tritici modium CC et XVI milibus. Magno, iudices, magno; neque enim hoc possum negare. Itaque necesse est aut damnum aut certe non magnum lucrum fecisse decumanos. Hoc enim solet usu venire iis, qui magno redemerunt. 111. Quid? si ostendo in hac una emptione lucri fieri tritici modium C? quid, si CC? quid, si CCC? quid, si CCCC milia? dubitabitis etiam, cui ista tanta praeda quaesita sit? Iniquum me esse quispiam dicet, qui ex lucri magnitudine coniecturam capiam furti atque praedae. Quid? si doceo, iudices, eos, qui CCCC modium lucri faciunt, damnum facturos fuisse, si tua iniquitas, si tui ex cohorte recuperatores non intercederent, num quis poterit in tanto lucro tantaque iniquitate dubitare, quin propter improbitatem tam magnos quaestus feceris, propter magnitudinem quaestus improbus esse volueris? XLVII. 112. Quo modo igitur hoc assequar, iudices, ut sciam, quantum lucri factum sit? Non ex Apronii tabulis, quas ego cum conquirerem non inveni, et cum in ius ipsum eduxi, expressi ut conficere se tabulas negaret. Si mentiebatur, quam ob rem removebat, si hae tabulae nihil tibi erant obfuturae? Si omnino nullas confecerat litteras, ne id quidem satis significat illum non suum negotium gessisse? Ea est enim ratio decumanorum, ut sine plurimis litteris confici non possit. Singula enim nomina aratorum et cum singulis pactiones decumanorum litteris persequi et conficere necesse est. Iugera professi sunt omnes aratores imperio atque instituto tuo: non opinor quemquam minus esse professum, quam quantum arasset, cum tot cruces, tot supplicia, tot ex cohorte recuperatores proponerentur. In iugero Leontini agri medimnum fere tritici seritur perpetua atque aequabili satione. Ager efficit cum octavo, bene

3. *Leont. civ. me* Lg27 29 B. — 4. *reperiunda* 4: *reperienda* dett. O. — 6. *anno tertio* dett. O. — *veneunt* Lg42. — 7. *XXXVI* O. — *CC et XVI milibus* Lg42: *CCXVI* rell. O. — 8. *possem hoc* Lg29; *hoc possim* dett. — 9. *decumanos* Lg42: *decumanum* rell. O. — 11. *mod.* Lg14 29 42: *modios* rell. — *quid, si CCC?* Lg42 N: om. rell. — 12. *dubitatis* L. 1584. — *cui*] *quid* corr. in *quod* Lg42. — 13. *me* om. 6 Lagg. dett. — 14. *capiam* Lg42 N: *faciam* rell. O. — *docebo* dett. Utrumque per se recte dicitur; cf. §. 114. 148. I. §. 83. Sic *si ostendo* et *si ostendam* sequente futuro s. imperativo in his orationibus leguntur; cf. §. 114. Mire turbatum est a librariis in his formis §. 122. — *CCCC mod.* Lg42 (sed sine lineola): *CCCC milia modium* O. — 15. *si tui* Lg42 N φ: *sit ut* rell. — 16. *num*] *nunc* Lg42. — 17. *improbitatem* Lg42 N: *iniquitatem* ctt. etiam marg. 1584. — *tam*] *tuam* Lg42; *tuam tam* φ. — 19. *quando igitur* Lg42. — *iudices* om. idem. — *quantum lucri* Lg42 φ: *lucri qu.* ctt. O. — 21. *se tab.* Lg42: *tab. se* rell. O. — 23. *offuturae* Lg29 42. — 24. *significat* 4, φ: *significabat* dett. O. — *illum*] *se tuum* L. — *ea* om. Lg42. — 25. *decumanorum* Lg42 φ: *decumarum* rell. O. — 26. *decumanorum* 4, φ: *decumarum* dtt. O. — 27. *omn. arat.* Lg42: *arat. omn.* rell. O. — 29. *supplicia* Lg42 N: *iudicia* dett. — 30. *iugero* Lagg. (praeter 5. 27.), A B N φ: *iugerum* Prisc. I. p. 308.; *iugere* Lg5 27, alii, O. — *medimnum*] *modium* Lg42 p. m. — 31. «Quod ait *perpetua atque aequabili satione* sic intelligendum est, ut in Leontino quotannis omnia iugera triticum reciperent ac nunquam interquiescerent.» Garat. II., qui praeterea de fertilitate agri Leontini excitat Plin. N. H. XVIII. 40.

ut agatur: verum, ut omnes di adiuvent, cum decumo. Quod si quando accidit, tum fit, ut tantum decumae sit, quantum severis, hoc est, ut, quot iugera sint sata, totidem medimna decumae debeantur. 113. Hoc cum ita esset, primum illud dico, pluribus milibus medimnum venisse decumas agri Leontini, quam quot milia iugerum sata essent in agro Leontino. Quod si fieri non poterat, ut plus quam decem medimna ex iugero exararent, medimnum autem ex iugero decumano dari oportebat, cum ager, id quod perraro evenit, cum decumo extulisset: quae erat ratio decumanis, si quidem decumae ac non bona venibant aratorum, ut pluribus aliquanto medimnis decumas emerent, quam iugera erant sata? In Leontino iugerum subscriptio ac professio non est plus $\overline{\text{XXX}}$. XLVIII. Decumae $\overline{\text{XXXVI}}$ medimnum venierunt. Erravit aut potius insanivit Apronius? immo tum insanisset, si aratoribus id, quod deberent, licitum esset et non, quod Apronius imperasset, necesse fuisset dare. 114. Si ostendam minus tribus medimnis in iugerum neminem dedisse decumae, concedes, opinor, ut cum decumo fructus arationis perceptus sit, neminem minus tribus decumis dedisse. Atque hoc in beneficii loco petitum est ab Apronio, ut in iugera singula ternis medimnis decidere liceret. Nam cum a multis quaterna, etiam quina exigerentur, multis autem non modo granum nullum, sed ne paleae quidem ex omni fructu atque ex annuo labore relinquerentur, tum aratores Centuripini, qui numerus in agro Leontino maximus est, unum in locum convenerunt: hominem suae civitatis in primis honestum ac nobilem, Andronem Centuripinum, legarunt ad Apronium, eundem, quem hoc tempore ad hoc iudicium legatum et testem Centuripina civitas misit, ut is apud eum causam aratorum ageret ab eoque peteret, ut ab aratoribus Centuripinis ne amplius in iugera singula quam terna medimna exigeret. 115. Hoc vix ab Apronio in summo beneficio pro iis, qui etiam tum incolumes erant, impetratum est. Id cum impetrabatur, hoc videlicet impetrabatur, ut pro singulis decumis ternas decumas dare liceret. Quod si tua res non ageretur, a te potius postularent, ne amplius quam singulas, quam ab Apronio, ut ne plus quam ternas decumas darent. Nunc, ut hoc tempore ea, quae regie seu potius tyrannice statuit in aratores Apronius, praetermittam neque eos appellem, a quibus omne frumentum eripuit et quibus nihil non modo de fructu, sed ne de bonis quidem suis reliqui

---

1. *decumo* 4, F: *decimo* dett. — 2. *tamen fit* Lg42; *tum fuit* Lg29 et 5 alii. — 3. *sint* Lg29 42 A: *sunt* rell. O. — 4. *mille* Lg42. — *modium* Lg42 N. — 5. *essent* Lg42: *erant* rell. O. — 7. *iugero* N, Lg1 14 29 42 48, alii, Arus. M. p. 230: *iugere* O. — *exararent* Lg42 φ, Arus. M.: *ararent* N, rell. O. — *iugere* O. — *oportebat* Lg42: *poterit* rell.; *poterat* O. — 8. *extulissent* Lg42. — 9. *decumanis* Lg42: *decumani* ctt. O. — *venibant* L: *veniebant* codd. — 10. *medimnas* Lagg. praeter 42. — *emerent* Lg42: *emeret* ctt. O. — 11. *proscriptio* Lg29. — *ac* om. Lg42. — $\overline{\text{XXX}}$ codd. (sed ex Lagg. solus 42 cum linea): *XXX milium* O. — 12. *XXXVI* (sine lineola) O. — *mod.* Lg42; *medimnis* rell. — *aut* Lg42: *an* rell. O. — 13. *nimio cum ins.* Lg42. — *id* Lg42: om. ctt. O. — 15. *ostendam* Lg42: *ostendo* rell. O. — 16. *decumo* Lg42 φ: *decumano* rell. — 17. *atqui* cod. Hot. — 19. *quaterna -- multis* om. Lg42. — 20. *non modo* 4, φ: *non solum* dett. — *nullum* Lg42 A φ: *unum* Lg27; *ullum* rell. — 21. *annuo*] *omni* Lg42. — *tum*] *tamen* Lg42. — 24. *legarunt ad Apr.* om. Lg29 A B. — *eundem, quem* A: *eundemque* rell. — 25. *et* om Lg29 A B. — 26. *ab eo qui* Lg42. — 27. *in* om. Lg42. — 28. *his* B, Lg42. — 29. *hoc vid.* Lg42. — 34. *eripuit* om. Lg29. [non *a* ante *quibus*, ut ait Z., quod L. (1566.) om., ut Nieb. recte adnotavit.]

fecit: ex hisce ternis medimnis (quod beneficii gratiaeque causa concessit) quid lucri fiat, cognoscite. XLIX. 116. Professio est agri Leontini ad iugerum XXX. Haec sunt ad tritici medimnum XC, id est, modium IↃXL. Deductis tritici modium CCXVI, quanti decumae venierunt, reliqua sunt tritici CCCXXIV. Adde totius summae IↃXL milium modium tres quinquagesimas; fit tritici modium XXXII CCCC (ab omnibus enim ternae praeterea quinquagesimae exigebantur): sunt haec iam ad CCCLX mod. tritici. At ego CCCC lucri facta esse dixeram; non enim duco in hac ratione eos, quibus ternis medimnis non est licitum decidere. Verum, ut hac ipsa ratione summam mei promissi compleam, ad singula medimna multi HS binos, multi HS singulos semis accessionis cogebantur dare, qui minimum, singulos nummos. Minimum ut sequamur, quoniam XC medimnum duximus, accedant eo novo pessimoque exemplo HS XC. 117. Hic mihi etiam dicere audebit, magno se decumas vendidisse, cum ex eodem agro dimidio ipse plus abstulerit, quam populo Romano miserit? CCXVI agri Leontini decumas vendidisti: si ex lege, magno: si, ut lex esset libido tua, [parvo:] si, ut, quae dimidiae essent, decumae vocarentur, parvo vendidisti: (multo enim pluris fructus annui Siciliae venire potuerunt, si id te senatus aut populus Romanus facere voluisset.) Etenim saepe decumae tanti venierunt, cum lege Hieronica venirent, quanti nunc lege Verria venierunt. Cedo mihi C. Norbani decumas venditas. C. NORBANI DECVMAE VENDITAE AGRI LEONTINI. Atqui tum neque iudicium de modo iugerum dabatur; neque erat Artemidorus Cornelius recuperator; neque ab aratore magistratus Siculus tantum exigebat, quantum decumanus ediderat; nec beneficium petebatur ab decumano, ut in iugera singula ternis medimnis decidere liceret; nec nummorum accessionem cogebatur arator dare nec ternas quinquagesimas frumenti addere: et tamen populo Romano magnus frumenti numerus mittebatur. L. 118. Quid

---

1. *hisce* A B, Lagg. praeter 29: *his* O. — 3. *iugerum XXX* Lag. 42: *iugerum XXX millia* O; *iugera XXX milia* codd. rell. — *medimnas* A B, dtt. — XC Lg29 42 alii: *XC* O. — *id est* Lg42: *id est tritici* rell. O. — *modios* 6 Lagg. dett. — 4. *IↃXL*] *DXXX* Lg42 (deest *X*); *DCXXX* Lagg. rell.; *IↃXL millia* O. — *deductus* Lg42; *deducti* Lg29 et A B, ut videtur. — *modiis* A B et Lagg. praeter 42. — *CCXVI* -- *sunt tritici* om. Lg42. (*CCXVI millibus* O et sic infra ubique.) — 5. *milia* dett. — 6. *quinquag.*] *quinquag. tritici* Lg42. — *fit* Lg14 29 42 A B: *sit* dett.; *id est* O. — 7. *CCCLX* Lg42 N: *HS. CCCLX* rell. [Ex Lagg. solus 42 et sec. m. 29 numerum *LX* habet, reliqui, ut opinor *XL*. HALM.]; *CCCLVI millia CCCC* O. ex Hotom. coni. — 8. *CCCC* Lg29 solus: om rell. lineam. — *ut in hac* Lg14; *ut hec* 29. — 11. *multio* Lg42. — *HS. binos multi HS. singulos semis* Lg42, *φ* (sed *φ et semiss.*, i. e. *et semisses*): *HS duo multi HS quinque* rell. O. — 12. *minimum* 4: *hoc minimum* O. In dett. est: *nummos hoc exemplo* (v. 13.), mediis omissis. — 13. XC] *NS. XC* Lg42. (*NS* pro *HS*, ut plerumque habet.) — *medimnum*] *med.* Lg29; *mod.* 42. — *accedebant* coni. Ern. «Coniunctivus significat, cum minimum sequatur orator, fieri potuisse, ut plus etiam accederet, sed hac summa se nunc esse contentum.» OR. — *HS. XC* Lg42: *HS. XC milia* B N O; *ad HS. XC milia* rell. — 15. *ipse plus* 4: *plus ipse* N O; *plus* dett. — 16. *CCXVII* Lg42; *CCXVI modium millibus* ex coni. Hotom. O. — *agri L. dec.* Lg42: *dec. a. L.* rell. O. — *vendidisse* Lg42. [Deest haec lectio apud Z.] Fort. *vendidi*, ut sint verba Verris. BAIT. — 17. *tua, si, ut* (om. *parvo*) coni. Madvig de Asconio App. p. 35 sq. — 20. *decumae saepe* Lg29 A B. — *venerant* Lg29. — 21. *Verrea* dett. O. — *C. NORB.* -- *LEONTINI* om. Lg27 29 42 B (in his cum lacuna) A. — 22. *atqui* Lg42 A B N: *atque* rell. Lagg., etiam 29. — *tamen* Lg42. — 23. *neque erat* Lg42: *neque enim erat* ctt. O. — 24. *exigebant* Lg42. — 25. *ab dec.* Lg42: *a dec.* rell. O. — *in* om. Lg42. — 27. *cogebantur* idem.

vero istae sibi quinquagesimae, quid porro nummorum accessiones volunt? quo id iure atque adeo quo id potius more fecisti? — Nummos dabat arator. — Quo modo? aut unde? qui si largissimus esse vellet, cumulatiore mensura uteretur, ut antea solebant facere in decumis, cum aequa lege et condicione venibant. — Is nummum dabat. — Unde? de frumento? quasi habuisset te praetore quod venderet. De vivo igitur aliquid erat resecandum, ut esset, unde Apronio ad illos fructus arationum hoc corollarium nummorum adderetur. Iam id porro utrum libentes an inviti dabant? Libentes? amabant, credo, Apronium. Inviti? qua re nisi vi et malo cogebantur? Iam iste homo amentissimus in vendundis decumis nummorum faciebat accessiones ad singulas decumas: neque multum; bina aut terna milia nummum addebat. Fiunt per triennium HS ıↃ milia fortasse. Hoc neque exemplo cuiusquam neque iure ullo fecit, neque eam pecuniam rettulit, neque hoc parvum crimen quem ad modum defensurus sit, homo quisquam umquam excogitabit.

119. Quod cum ita sit, audes dicere te magno decumas vendidisse, cum sit perspicuum te bona fortunasque aratorum non populi Romani, sed tui quaestus causa vendidisse? Ut, si qui vilicus ex eo fundo, qui HS dena meritasset, excisis arboribus ac venditis, demptis tegulis, instrumento pecore abalienato, domino xx milia nummum pro x miserit, sibi alia praeterea centum confecerit, primo dominus, ignarus incommodi sui, gaudeat vilicoque delectetur, quod tanto plus sibi mercedis ex fundo refectum sit; deinde, cum audierit eas res, quibus fundi fructus et cultura continetur, amotas et venditas, summo supplicio vilicum afficiat et secum male actum putet: item populus Romanus, cum audit pluris decumas vendidisse C. Verrem, quam innocentissimum hominem, cui iste successit, C. Sacerdotem, putat se bonum in arationibus fructibusque suis habuisse custodem ac vilicum; cum senserit istum omne instrumentum aratorum, omnia subsidia vectigalium vendidisse, omnem spem posteritatis avaritia sua sustulisse, arationes et agros vectigales vastasse atque exinanisse, ipsum maximos quaestus praedasque fecisse, intelliget secum esse actum pessime, istum autem summo supplicio dignum existimabit. LI. 120. Unde ergo hoc intelligi potest? Ex hoc maxime, quod ager decumanus provinciae Siciliae propter istius avaritiam desertus est. Neque id solum accidit, uti minus multis iugis ararent, si qui in agris

2. *potius* suspectum Ern. et Zumptio. — *more* cod. Franc.: *ore* ctt. — 5. *venibant* L: *veniebat* Lg42; *veniebant* 7 reliqui. — 6. *de vino* Lg27 42 45; *de uno* 29. — *aliquid erat* Lg42: *erat al.* rell. O. — 11. *nummorum*] *HS*. N. — 12. *milia nummum* Lg42 φ: *nummum* om. rell. — *ıↃ milia fort.* Lg42: *fort. ıↃ milia* rell. O. — 13. *iure ullo* Lg42: *ullo iure* rell. O. — 15. *nunquam* Lg42. — *excogitabit* coni. Ern.: *excogitavit* codd. — 16. *te dicere* Lg29 A B. — 17. *sit* om. Lg29. — 18. *si qui* N, rell.: *si quis* O. — *qui*] *cui* N. — 19. *HS*] *sestertia* Lg42. — *meritasset* N, rell.: *cui-merces'esset* Naug. — 20. *xx*] *xc* 6 Lagg. dett. — 21. *sibi aliqua* Lg42. — 22. *plus sibi* Lg42: *sibi plus* rell. O. — 23. *receptum sit* Lg42. — 24. *continetur* codd. noti: *continentur* O. — 25. *item*] *ita* cod. Urs. Franc. — 26. *C.* ante *Verrem* et ante *Sacerd.* om. Lg42. — 27. *aratoribus* Lg42. — 28. *omne frumentum* Lg42. — 29. *vendidisse custodem omnem* Lg42. — 30. *arationis* Lg29. [non 42.] — *agros vectivasse atque* Lg42. — 31. *intelligat* Lg29. — 32. *esse actum pessime* Lg42 (sed corrupte *pactum*): *actum esse pess.* rell. O. — 35. *accidit* 4, N: *actum est* dett. — *uti* Lg42 N: *uti hae* Lg29 A B; *uti hi* dett. [Scribendum: *ut ii -- si qui*; cf. Madv. ad Cic. de Fin. p. 399 sq. Halm.] — *ararent* Lg42 φ: *arent* rell. O.

remanserunt, sed etiam, ut permulti locupletes homines, magni et navi aratores, agros latos ac fertiles desererent totasque arationes derelinquerent. Id adeo sciri facillime potest ex litteris publicis civitatum, propterea quod lege Hieronica numerus aratorum quotannis apud magistratus publice subscribitur. Recita tandem, quot acceperit aratores agri Leontini Verres. — LXXXIIII. — quot anno tertio profiteantur: — XXXII. — Duo et quinquaginta aratores ita video deiectos, ut his ne vicarii quidem successerint. Quot aratores adveniente te fuerunt agri Mutycensis? Videamus ex litteris publicis. — CLXXXVII. — Quid anno tertio? LXXXVI. Centum et unum aratores unus ager istius iniuria desiderat, atque adeo res publica, quoniam illa populi Romani vectigalia sunt, hunc tot patrum familias numerum desiderat et reposcit. Ager Herbitensis primo anno habuit aratores CCLII, tertio CXX. Hinc CXXXII patres familias extorres profugerunt. Agyrinensis ager, quorum hominum! quam honestorum! quam locupletium! ducentos quinquaginta aratores habuit primo anno praeturae tuae. Quid tertio anno? LXXX, quem ad modum legatos Agyrinenses recitare ex litteris publicis audistis. LII. 121. Pro di immortales! si ex provincia tota CLXX eiecisses, possesne severis iudicibus salvus esse? Unus ager Agyrinensis CLXX aratoribus inanior cum sit, vos coniecturam totius provinciae nonne facietis? Atque hoc peraeque in omni agro decumano reperietis: quibus aliquid tamen reliqui fuerit ex magno patrimonio, eos in agris minore instrumento, minus multis iugis remansisse, quod metuebant, si discessissent, ne reliquas fortunas omnes amitterent: quibus autem iste nihil reliqui, quod perderent, fecerat, eos plane non solum ex agris, verum ex civitatibus suis profugisse. Illi ipsi, qui remanserant, vix decuma pars aratorum, relicturi agros omnes erant, nisi ad eos Metellus Roma litteras misisset, se decumas lege Hieronica venditurum, et nisi ab iis hoc petivisset, ut sererent quam plurimum, quod illi semper sui causa fecerant, cum eos nemo rogaret, quam diu intellegebant sese sibi et populo Romano, non Verri et Apronio serere, impendere, laborare. 122. Iam vero, iudices, si Siculorum fortunas negligitis, si, quem ad modum socii populi Romani a magistratibus nostris tracten-

---

1. *ignavi* Lg42; *gnavi* 6 dett. — 2. *laetos* al. in marg. 1584. cf. Gronov. ad Liv. 23, 46. — *relinquerent* Lg42. cf. Kuehn. ad Tusc. II. 14, 33. — 4. *quodannis* Lg29 42. — *magistratum* Lg14 42. — 5. *agri L.*] *agrinomi* Lg42. — 6. *LXXXIIII* Lg42: *LXXXIII* rell. O. — *XXXII. Duo et quinq.*] *XXX II et quinq.* Lg42; *XXX III et q.* Lg29 A B; *XXXII. unum et q.* dett. O. — 7. *deletos* 4; *eiectos* susp. Lamb., quae quidem firmatur coniectura §. 122. 127. 128. At §. 128 duo optimi codd. *deiectos*, alii boni *delectos* habent; et est sane exigua ac subtilis horum verborum differentia, ut multis verbis docet Tullius in or. p. Caec. — Malim *iis*. Bait. — 8. *Mutyensis* Lg42; *Muticensis* Lg29 A B; *Mutinensis* dett. — 9. *CLXXXVII* Lg42: *CLXXXVI* B, *CLXXXIIII* A, *CLXXXVIII* rell. O. — *quid*] *quot* Lamb. — *LXXXVI. Centum et unum* Lg42: *CI. LXXXVII* pleriq. O. — In B *LXXX et VII aratores*; in A *LXXX et IIII arat.* — 10. *res p.* Lg42: *nostra res p.* rell. O. — 11. *tot* om. Lg29 A B. — 12. *reposcit et des.* Lg29. — *herbitesis* Lg42. — 13. *CCLII* Lg42 φ: *CCLVII* rell. O. — *CXXXII* Lg42 φ: *CXXXVII* rell. O. — *familias se ext.* Lg42. — 14. *honestissimorum* Lg29. — 15. *locupletium* N et 4: *locupletum* dett. — 16. *quid*] *quot* L. — 17. *lit. publ.* Lg42: *publ. lit.* rell. O. — 18. *CLXX*] *CLX* Lg42; *CCLXX* Lg29, sed hic altero loco, ubi verum numerum 42 habet, *CLXXX*. — 20. *nonne* 4: *non* dett. O. cf. Haase ad *Reisig. Vorles.* p. 470. not. — 22. *iugis* Lg42 F N: *locis* rell. — *minores remansisse* dett. — 23. *discessissent* Lg42: *recessissent* rell. O. — 24. *reliquit* dett. — *eos* om. dett. — 27. *se* Lg42 φ: om. rell. — 28. *ab his* Lg29 A B. — 29. *sui* Lg42 B F N: *sua* rell. O. — 31. *iudices si* N et 4: om. dett.

tur, non laboratis, at vos communem populi Romani causam suscipite atque defendite. Eiectos aratores esse dico, agros vectigales vexatos atque exinanitos a Verre, populatam vastatamque provinciam: haec omnia doceo litteris civitatum, ostendo testimoniis et publicis honestissimarum civitatum et privatis primariorum virorum. LIII. Quid vultis amplius? num exspectatis, dum L. Metellus, is qui multos in istum testes imperio et potestate deterruit, idem absens de istius scelere, improbitate, audacia testimonium dicat? Non opinor. — At is optime, qui successit isti, potuit cognoscere. — Ita est: verum amicitia impeditur. — At debet vos certiores facere, quo pacto se habeat provincia. — 123. Debet: verum tamen non cogitur. Num quis in Verrem L. Metelli testimonium requirit? Nemo. Num quis postulat? Non opinor. Quid? si testimonio L. Metelli ac litteris haec omnia vera esse docebo, quid dicetis? utrum Metellum falsum scribere? an amicum laedendi esse cupidum? an praetorem, quem ad modum provincia afflicta sit, nescire? Recita litteras L. Metelli, quas ad Cn. Pompeium et M. Crassum consules, quas ad M. Mummium praetorem, quas ad quaestores urbis misit. EPISTOLA L. METELLI. DECVMAS FRVMENTI LEGE HIERONICA VENDIDI. Cum scribit se lege Hieronica vendidisse, quid scribit? ita se vendidisse, ut omnes praeter Verrem. Cum scribit se lege Hieronica vendidisse, quid scribit? se per istum erepta Siculis maiorum nostrorum beneficia, ius ipsorum, condicionem societatis, amicitiae, foederum reddidisse. 124. Dicit, quanti cuiusque agri decumas vendiderit: deinde quid scribit? SVMMA VI DATA EST A ME OPERA VT QVAM PLVRIMO DECVMAS VENDEREM. Cur igitur, Metelle, non ita magno vendidisti? quia desertas arationes, inanes agros, provinciam miseram perditamque offendisti. — Quid? id ipsum, quod satum est, qua ratione quisquam qui sereret inventus est? Recita. Litteras ait se misisse et confirmasse, suam se interposuisse auctoritatem: tantum modo aratoribus Metellus obsides non dedit se non ulla in re Verri similem futurum.

---

1. *Romani* om. Lg42. — 3. *vastatamque* Lg42: *vexatamque* ctt. O. — *haec -- virorum* Lg42 F (nisi quod in F est *docebo*, in utroque *ostendam*): *haec omnia doceo civitatum litteris ostendo testimoniis publ. honest. civit. et priv. primar. virorum* Lg29 et sic fere A B; *civitatum -- honestissimarum* om. praeter N dett. et O, in quibus post *virorum* additum est: *testimoniis*; *civitatum -- testimoniis et* om. cod. Urs. — 5. *voltis* Lg29; *multis* 42. — 6. *testis* 42. — 8. *isti*] *eisti* 29; *et isti* 42. — 9. *vos* Lg42 et pleriq.: *nos* Lg29 O. — 11. *requirit* Lg42: *requiret* Lgg. rell. A B C. — 12. *qui si* Lg42, a quo deinde vv. *testimonio -- dicetis? utrum* absunt. — 13. *doceo* coni. Ern. At cf. ad §. 111. — 15. *afflicta* Lg42 N: *affecta* rell. O. — 17. *urbanos quaestores* N. cf. Garat. ad Phil. IX. 7. p. 305. Wernsd. — 19. *Cum scribit -- scribit?*] Spuria haec putabat Ern., uncis inclusit O; sed extant in Lg29 A B; in Lg42 *se lege H. vend. q. scribit* om., librario ad alterum *se* aberrante. [Vide ne legendum sit: *Cum scribit se lege H. vendidisse, quid scribit? Scribit ita se vendidisse, ut omnes praeter Verrem, scribit se per istum erepta -- reddidisse.* HALM.] — 20. *scribit ita se per* Lg29. — *istum*] *ipsum* 42. — 22. *Dicit dein, quanti* cod. Hot. — 23. *Recita de epistola reliqua. SUMMA* dett. O; sed a Lg29 42 A B quattuor illa verba absunt. — *SUMMA -- OPERA* F et Lg42 (nisi quod hic *immani* pro *summa ui* habet): *summa vi op. data est a me* N; *summa d. est op. a me* rell. O. — 24. *quam* om. Lg29 A B. — 25. *inanis agros perditamque provinciam miseram* Lg42. — 26. *offendisti* Lg42: *offendi* rell. O. cf. ad §. 41. — *quid ipsum* Lg42. — 27. *qui ferret* idem. — *Recita. Litteras ait* Lg42 et 6 alii, A: *recita* om. Lg29 B; *Recita litteras. LITTERAE. Litteras ait* O. — 28. *praesentem confirmasse* cod. Hot. O. Perquam probabilis scriptura propter §. 126. — *suam se* Lg42: *suam* rell. O. — *tantummodo* Lg42: *tantum quod* ctt. O. — 29. *non ulla in re* N (cf. ad Divin. §. 60.): *non ulla* om. Lg42; *in nulla re* rell.; *nulla in re* O. [Cum optimus 42 habeat

At quid est tandem, in quo se laborasse dicit? Recita. VT ARATORES, QVI RELIQVI ERANT, QVAM PLVRIMVM SERERENT. Qui reliqui? quid hoc est, reliqui? quo ex bello? qua ex vastitate? quaenam in Sicilia tanta clades aut quod bellum tam diuturnum, tam calamitosum te praetore versatum est, ut is, qui tibi successerit, reliquos aratores collegisse et recreasse videatur? LIV. 125. Cum bellis Karthaginiensibus Sicilia vexata est, et post nostra patrumque memoria cum bis in ea provincia magnae fugitivorum copiae versatae sunt, tamen aratorum interitio facta nulla est. Tum sementi prohibita aut messe amissa fructus annuus interibat, tamen incolumis numerus manebat dominorum atque aratorum: tum, qui M. Laevino aut P. Rupilio aut M'. Aquilio praetores in eam provinciam successerant, aratores reliquos non colligebant. Tantone plus Verres cum Apronio provinciae Siciliae calamitatis importavit, quam aut Hasdrubal cum Poenorum exercitu aut Athenio cum fugitivorum maximis copiis, ut temporibus illis, simul atque hostis superatus esset, ager araretur omnis neque aratori praetor per litteras supplicaret neque eum praesens oraret, ut quam plurimum sereret: nunc autem ne post abitum quidem huius importunissimae pestis quisquam reperiretur, qui sua voluntate araret, pauci essent reliqui, qui L. Metelli auctoritate in agros atque ad suum larem familiarem redirent? 126. His te litteris, homo audacissime atque amentissime, iugulatum esse non sentis? non vides, cum is, qui tibi successit, aratores reliquos appellet, hoc eum diserte scribere, reliquos hos esse non ex bello neque ex aliqua eius modi calamitate, sed ex tuo scelere, importunitate, avaritia, crudelitate? Recita cetera. (TAMEN PRO EO VT TEMPORIS DIFFICVLTAS ARATORVMQVE PENVRIA TVLIT.) Aratorum, inquit, penuria. Si ego accusator toties de re eadem dicerem, vererer ne animos vestros offenderem, iudices: clamat Metellus: NISI LITTERAS MISISSEM: non est satis: NISI PRAESENS CONFIRMASSEM: ne id quidem satis est: RELIQVOS, inquit, ARATORES. Reliquos? prope lugubri verbo calamitatem provinciae Siciliae significat: addit ARATORVM PENVRIA. LV. 127. Exspectate etiam, iudices, exspectate, si potestis, auctoritatem accusationis meae. Dico aratores istius avaritia eiectos: scribit Metellus reliquos ab se esse confirmatos. Dico agros relictos arationesque desertas

---

se in re V., utique probabilius est in eo *nulla* post *in*, quam *non ulla* ante *in* intercidisse. Scrib. deinde *Verris*. HALM.] — 1. *At quid est tandem*] *at quidem tandem* Lagg. praeter 42, qui habet *an tandem*. [Hinc bene Zumptius: *ain tandem?*] — *dicit* Lg42: *dicat* rell. O. — *recita* om. Lg29 A B. — *ut aratores - - sererent qui* om. Lg42. — 3. *qua* om. idem. — *quaenam*] *que enim* idem. — 4. *te praet.*] *tempore* et deinde *qui ibi* idem. — 6. *Carthaginensibus* Lagg. omnes. — 7. *nostra p. memoria* Lg42 A: *nostram p. memoriam* rell. — *in eadem* Non. p. 209. — 8. *sunt* 4, N, Non. l. c.: *sint* dett. — *tum aratorum* Nonius. — *interitio* codd. plerique cum Nonio: *internicio* Lag5 27. — 9. *sementi* Lg42: *semente* dett. O. — 10. *tamen inc. n. manebat* om. Lg42. — *tum*] *tamen* idem. — 11. *Levinio* Lg14 29. — *Rutilio* Lg42; *Popilio* 29. — *M.'*] *P.* Lg29 A B; *M.* Lagg. rell. — *Aquilio* Lagg. (*Equilio* 42): *Aquillio* cett. O. — *praetores* Lg42: *pr̄.* rell. Lagg.; *praetoribus* O. — 13. *Asdrubal* Lg42. — 16. *litteras publicas* Lg29 A. — 17. *habitum* Lagg. 5. excepto. — 18. *reperietur* Lg29 42. — *ararent* Lg42; *aret* 27. — 20. *familiarem* om. Lg42. — *homo* om. Lg42. — 21. *esse non* om. dett.; *esse* inclusit O. — 22. *haec* Lg42. — 23. *eiusmodi* Lg42: *huiusmodi* rell. O. — 24. *TAMEN - - TVLIT* om. Lg42. — 25. *VT*] *et* Lagg. praeter 45; erat ante Lamb. *ut et*. [Apud. Z. de Lagg. graviter erratum est.] — 29. *reliquosque lugubri* Lg42. — *calamitates* idem. — 30. *Siciliae* om. idem. — *penuriam* Lg29 42 A. — 31. *exspectate*, *si pot.* Lg42 N: *exspectate* om. ctt. — 32. *avaritie lectosce Metellum* Lg42. — 33. *esse desertas* Lg29 B.

esse: scribit Metellus aratorum esse penuriam. Hoc cum scribit, illud ostendit, deiectos, fortunis omnibus expulsos esse populi Romani socios atque amicos; quibus si qua calamitas propter istum salvis vectigalibus nostris accidisset, animadvertere tamen in eum vos oportebat, praesertim cum ea lege iudicaretis, quae sociorum causa esset constituta: cum vero perditis profligatisque sociis vectigalia populi Romani sint deminuta, res frumentaria, commeatus, copiae, salus urbis atque exercituum nostrorum in posteritatem istius avaritia interierit, saltem populi Romani commoda respicite, si sociis fidelissimis prospicere non laboratis. 128. Atque ut intelligatis ab isto prae lucro praedaque praesenti nec vectigalium nec posteritatis habitam esse rationem, cognoscite, quid ad extremum scribat Metellus. IN RELIQVVM TAMEN TEMPVS VECTIGALIBVS PROSPEXI. In reliquum tempus ait se vectigalibus prospexisse. Non scriberet se vectigalibus prospexisse, nisi hoc vellet ostendere, te vectigalia perdidisse. Quid enim erat, quod vectigalibus prospiceret Metellus in decumis et in tota re frumentaria, si iste non vectigalia populi Romani suo quaestu pervertisset? Atque ipse Metellus, qui vectigalibus prospicit, qui reliquos aratores colligit, quid assequitur nisi hoc, ut arent, si qui possunt, quibus aratrum saltem aliquod satelles istius Apronius reliquum fecit, qui tamen in agris spe atque exspectatione Metelli remanserunt? Quid ceteri Siculi? quid ille maximus numerus aratorum, qui non modo ex agris eiecti sunt, sed etiam ex civitatibus suis, ex provincia, denique bonis fortunisque omnibus ereptis profugerunt, qua ratione ii revocabuntur? quot praetorum innocentia sapientiaque opus est, ut illa aratorum multitudo aliquando in suis agris ac sedibus collocetur? LVI. 129. Ac ne miremini tantam multitudinem profugisse, quantam ex litteris publicis aratorumque professionibus cognovistis: scitote tantam acerbitatem istius, tantum scelus in aratores fuisse — incredibile dictu est, iudices, sed et factum et tota Sicilia pervagatum —, ut homines propter iniurias licentiamque decumanorum mortem sibi ipsi consciverint. Centuripinum Dioclem, hominem locupletem, suspendisse se constat, quo die sit ei nuntiatum Apronium decumas redemisse. Tyracinum, principem civitatis, eadem ratione mortem oppetisse dixit apud vos homo nobilissimus, Archonidas Elorinus, cum audisset tantum decumanum professum esse ex edicto istius sibi deberi, quantum ille bonis suis omnibus efficere non posset.

---

2. *delectos* Lg29 42 B; *electos* A. Addunt codd. (praeter Lg42 F) *eiectos*, item O. — 4. *nostris* om. Lg29. — *animum advertere* Lg42. — *tamen* 4: om. dtt. O. — 5. *cum ex lege* Lg42. — 6. *diminuta* Lagg. praeter 29. — 7. *copia* Lg42. — 8. *saltem p. R. comm.* Lgg. omnes A B C (sed 6 dett. Lagg. *salutem*): *s. c. p. R.* N O. — 12. *Metellus*] sequitur in Lg29 et A B: *DE (EX A) EPISTULA METELLI*, quae verba rell. om. — *IN REL. TAMEN T. V. PROSPEXI* habent soli Lg42 φ: om. rell. omnes, ut videtur; *TAMEN* om. O. — 13. *vectigalibus ait* (om. *se)* Lg42 [de qua lectione Z. dubitare non debebat]. — *non scriberet - - prospexisse* om. Lagg. praeter 29 42. [Sic lectiones inde a v. *Metellus* v. 12. clarius quam Z. fecerat ex Nieb. apographo digessimus. HALM.] — 15. *tota* om. Lg42. — 16. *quaestu suo* A B, Lgg. praeter 42. — 18. *collegit* A B Lg29. — 24. *innoc. prudentiaque* Lg29. — 25. *ac sedilibus* Lg42. — 27. *tandem acerb.* Lg42. — 29. *et* ante *tota* om. idem. — *pervagatum* Lg42: *pervulgatum* ctt. O. — *ut* om. Lg42. — 31. *Dioclen* Lg29 A. — *sit*] *est* probabiliter coni. Halm. (*quod dies sit ei nunciatus* Lag42.) — 32. *Tyracinum* Zumpt: *Tiracinum* Lag42 F; *Dyrrachinum* ctt. O. — *principem* Lg42: *primum* ctt. O. — 34. *Elorinus* O: *Helorinus* Zumpt (coll. IV, c. 26.); *Florinus* Lagg. omnes. — *decumanum* Lg42: *decumarum* ctt.

Haec tu, tametsi omnium hominum dissolutissimus crudelissimusque semper fuisti, tamen numquam perpeterere, propterea quod (ille gemitus luctusque provinciae ad tui capitis periculum pertinebat) non, inquam, perpeterere, ut homines iniuriae tuae remedium morte ac suspendio quaererent, nisi ea res ad quaestum et ad praedam tuam pertineret. 130. Quid? illud perpeterere? Attendite, iudices; omnibus enim nervis mihi connitendum est atque in hoc elaborandum, ut omnes intelligant, quam improbam, quam manifestam, quam confessam rem pecunia redimere conetur. Grave crimen est hoc et vehemens et post hominum memoriam iudiciaque de pecuniis repetundis constituta gravissimum, praetorem socios habuisse decumanos. LVII. Non hoc nunc primum audit privatus de inimico, reus ab accusatore: iam antea in sella sedens praetor, cum provinciam Siciliam obtineret, cum ab omnibus non solum, id quod commune est, propter imperium, sed etiam, id quod istius praecipuum est, propter crudelitatem metueretur, milies audivit, cum eius animum ad persequendum non negligentia tardaret, sed conscientia sceleris avaritiaeque suae refrenaret. Loquebantur enim decumani palam et praeter ceteros is, qui apud istum plurimum poterat maximosque agros populabatur, Apronius, perparvum ex illis magnis lucris ad se pervenire, praetorem esse socium. 131. Hoc cum palam decumani tota provincia loquerentur tuumque nomen in re tam turpi nefariaque interponerent, nihilne tibi venit in mentem existimationi tuae consulere? nihil denique capiti ac fortunis tuis providere? cum tui nominis terror in auribus animisque aratorum versaretur, cum decumani aratoribus ad pactiones faciendas non suam vim, sed tuum scelus ac nomen opponerent. Ecquod iudicium Romae tam dissolutum, tam perditum, tam nummarium fore putasti, quo ex iudicio te ulla Salus servare posset, cum planum fieret decumis contra instituta, leges consuetudinemque omnium venditis in aratorum bonis fortunisque diripiendis decumanos dictitasse tuas esse partes, tuam rem, tuam praedam, idque te tacuisse et, cum dissimulare non posses, potuisse tamen perpeti et perferre, quod magnitudo lucri obscuraret periculi magnitudinem plusque aliquanto apud te pecuniae cupiditas quam iudicii metus posset? 132. Esto: cetera negare non potes: ne illud quidem tibi reliquum fecisti, ut hoc posses dicere, nihil

---

2. *propterea* 4 N: om. ctt. — *ille* Lg42 φ: *illi* ctt. O. — 3. *periculum* -- *enim decu* §. 130 v. 17 habet V. — *pertinebat* V Lg42 φ: *pertinebant* ctt. O. — 6. *paterere* Lg42, *pertinerere* V. — *mihi nervis* Lg42 solus. — 7. *connitendum* Lg42 N: *contendendum* V ctt. O. Junguntur haec duo verba de Off. III. § 6. *Conniti omnibus imperii nervis* ad aliquid habes ap. Curt. VII. 3, 13. *contendere nervos* alibi dicit Tullius ex. c. Act. I. §. 35. ad Fam. XV. 14. de Fat. §. 21. Altera haec scriptura videtur inde orta, quod librarius *contendendi* et *elaborandi* verba iungi meminerat. cf. ad Q. Fr. I, 1, 14. Caes. B. G. I. 31. — *elaborandum* V: *laborandum* ctt. O. — 9. *conetur* V φ 4: *conentur* ctt. O. — 10. *pecunis* V m. 1. — 11. *praetorem* V et 4: *populi R.* dtt.; *praetorem pop. R.* O. — 12. *audivit* V pr. m.; *non nunc pr. audit hoc* φ. — *ante* V. — 13. *optineret* V. — *ab omn.* Lg42 45 V: om. *ab* ctt. — 14. *quod* ante *comm.* sup. lin. V m. 2. (Br.) — 15. *miliens* V; *milliens* B; *millies* O. — 16. *retardaret* Lg29. — 17. *refrenaret* Lg42 N V φ: *frenaret* ctt. — 19. *ad se* A B Lg27 29 42: *ad sese* dett. O. — 22. *nihil* -- *providere* om. 6 Lagg. dett. — 23. *nominisque aratorum* Lg42 med. om. — 26. *nummarium*] *immane* Lg42. — 27. *quod ex* Lgg. (praeter 42) A B; *quod quidem ex* Lag45. — 28. *leges* Lg42 φ: *legis* ctt. — *in* om. Lg29. — 29. *decumanos sedictasse* Lg42. — 30. *tuam* ante *praedam* om. Lg42. — *id te* φ. — 31. *tamen et perp.* Lg29. — 34. *reliqui* F.

te eorum audisse, nihil ad tuas aures de infamia tua pervenisse. Querebantur cum luctu et gemitu aratores: tu id nesciebas? Fremebat tota provincia: nemo id tibi renuntiabat? Romae querimoniae de tuis iniuriis conventusque habebantur: ignorabas haec? ignorabas haec omnia? Quid? cum palam Syracusis te audiente maximo conventu L. Rubrius Q. Apronium sponsione lacessivit, NI APRONIVS DICTITARET TE SIBI IN DECVMIS ESSE SOCIVM: haec te vox non perculit? non perturbavit? non, ut capiti et fortunis tuis prospiceres, excitavit? Tacuisti: sedasti etiam lites illorum et sponsio illa ne fieret laborasti. LVIII. Pro di immortales! hoc aut innocens homo perpeti potuisset? aut quamvis nocens, qui modo iudicia Romae fore putaret, non aliqua simulatione existimationi se hominum venditasset? 133. Quid est hoc? sponsio fit de capite ac fortunis tuis: tu sedes et quiescis? non persequeris? non perseveras? non perquiris, cui dixerit Apronius? quis audierit? unde hoc natum, quem ad modum prolatum sit? Si tibi aliquis ad aurem accessisset et dixisset Apronium dictitare, te sibi esse socium, commoveri te oportuit, evocare Apronium nec illum ante tibi satis facere, quam tu omnium existimationi satis fecisses. Cum vero in foro celeberrimo tanta frequentia hoc verbo ac simulatione Apronio, re vera tibi obiectum esset, tu umquam tantam plagam tacitus accipere potuisses, nisi hoc ita statuisses, in re manifesta quidquid dixisses, te deterius esse facturum? 134. Quaestores, legatos, praefectos, tribunos suos multi missos fecerunt et de provincia decedere iusserunt, quod illorum culpa se minus commode audire arbitrarentur aut quod peccare ipsos aliqua in re iudicarent: tu Apronium, hominem vix liberum, contaminatum, perditum, flagitiosum, qui non modo animum integrum, sed ne animam quidem puram conservare potuisset, eum in tanto tuo dedecore profecto ne verbo quidem graviore appellasses neque apud te tam sancta religio societatis fuisset, ut tui capitis periculum negligeres, nisi rem tam notam esse omnibus et tam manifestam videres. 135. Cum eodem Apronio postea P. Scandilius, eques Romanus, quem vos omnes nostis, eandem sponsionem de societate fecit, quam Rubrius facere voluerat. Institit, oppressit, non remisit: facta est sponsio HS $\overline{V}$. Coepit Scandilius recuperatores aut iudicem postulare. LIX. Satisne vobis praetori improbo circumdati cancelli videntur in sua provincia, immo vero in sella ac tribunali, ut aut de suo capite iudicium fieri patiatur praesens ac sedens aut confiteatur se omnibus iudiciis convinci

---

1. *te eorum* Lg42 φ: *eorum te* ctt. O. — 2. *tremebat* dett. — 5. *L. Rub.* Lg42 φ: *P. Rub.* ctt. O. — 6. *NI*] *ne* Lg29; $\overline{\text{I}}$ Lg42. — *dictaret* Lg42. — 8. *litis* F, Prisc. I. p. 354. — 11. *aliqua se sim.* N O; *aliqua re sim. populi R.* Lagg. (praeter 42) et rell. codd. — *se* om. N O. — 13. *et* om. Lg42. — *non perseveras? non perquiris* om. Lg42. [non ut ait Zumptius vv. *non perseq. non persev.*; ac sane videntur manifestum glossema. HALM.] — 14. *cum d. Apronium* Lg42. — 15. *tibi aliquis*] *tibi* dett.; *quis tibi* O. — 16. *dictare* Lg29; *distinctare* 42. — *evocare* Lg42 φ: *vocare* ctt. O. — 17. *satis facere* om. Lg42. — 18. *hoc*] *ac* Lg42. — *et simul.* dett. O. — 19. *tu inquam* Lg29. — 20. *ita* om. Lg29. (neglexit Zumptius.) — *manifesta* Lg42: *tam man.* ctt. O. — 21. *dixisset* Lg42. — 22. *suos, tribunos* dett. O. — 23. *eorum culpa* dett. O. — 24. *ipsos*] *illos* dett. O. — 30. *postea* om. Lg29 A B. — 32. *instituit* Lg42. — *HS. V* (sine lineola) pleriq. codd. O; *HS. quinque* A B. [pro *HS* habet Lg42: *N. S.*] — 34. *circumdati canc.* Don. ad Ter. Hecyr. 4, 4, 80. — *provincia.provincia? immo* marg. Lamb. 1584. (*provintia* scriptum in Lg42.)

necesse esse? Sponsio est, NI TE APRONIVS SOCIVM IN DECVMIS ESSE DICAT: provincia tua est: ades: abs te iudicium postulatur. Quid facis? quid decernis? Recuperatores dicis te daturum. Bene agis: tametsi qui tantis erunt cervicibus recuperatores, qui audeant in provincia, cum praetor adsit, non solum contra voluntatem eius, sed etiam contra fortunas iudicare? 136. Verum esto: manifesta res est: nemo est, quin audisse se liquido diceret: locupletissimus quisque ac certissimus testis esset: nemo erat Sicilia tota, quin sciret decumas esse praetoris; nemo, quin audisset id Apronium dictitasse: praeterea conventus honestus Syracusis, multi equites Romani, viri primarii, ex qua copia recuperatores reiici oporteret, qui aliter iudicare nullo modo possent. Instat Scandilius poscere recuperatores: tum iste homo innocens, qui illam suspicionem levare atque ab se removere cuperet, recuperatores dicit se de cohorte sua daturum. LX. 137. Pro deum hominumque fidem! quem ego accuso? in quo meam industriam ac diligentiam spectari volo? quid est, quod ego dicendo aut cogitando efficere aut assequi debeam? Teneo, teneo, inquam, in mediis vectigalibus populi Romani, in ipsis fructibus provinciae Siciliae furem, manifesto avertentem rem frumentariam omnem, pecuniam maximam; teneo, inquam, ita, ut negare non possit. Nam quid hic dicet? Sponsio facta est cum cognitore tuo Apronio de fortunis tuis omnibus, ni socium te sibi in decumis esse dictitaret. Exspectant omnes, quantae tibi ea res curae sit, quem ad modum hominum existimationi te atque innocentiam tuam probari velis. Hic tu medicum et haruspicem et praeconem tuum recuperatores dabis, aut illum etiam ipsum, quem tu in cohorte tua Cassianum iudicem habebas, si qua res maior esset, Papirium Potamonem, hominem severum ex vetere illa equestri disciplina? Scandilius postulare de conventu recuperatores. Tum iste negat se de existimatione sua cuiquam nisi suis commissurum. Negotiatores sibi putant esse turpe id forum sibi iniquum eiurare, ubi negotientur: praetor provinciam suam sibi totam iniquam eiurat. 138. Impudentiam singularem! Hic postulat se Romae absolvi, qui in sua provincia iudicarit se absolvi nullo modo posse! qui plus existimet apud lectissimos senatores pecuniam quam apud tres negotiatores metum valere! Scandilius vero negat sese apud Artemidorum recuperatorem verbum esse facturum, et tamen auget atque

1. *NI*] *in* Lg42 et 5 alii. — *socium in dec.* 4: *in dec. soc.* dett. O. — 2. *ades* om. 6 Lagg. dett. — 3. *bene ais* dett. nonn. cf. §. 146. — *erunt tantis* dett. O. — 6. *nemo* codd.: [*cum*] *nemo*. O. — *est* Lg42: *esset* ctt. O. (*manifesta res erat, cum esset nemo* L.) — *quin* Lg42: *quin hoc* ctt. O. — *se audisse* dett. O. — 7. *ac* Lg42: om. ctt. O — 8. *quin sciret* Lg42 φ: *qui nesciret* rell. O. — *quin* Lg42 φ: *qui non* rell. O. — 9. *id* Lg42: *ita* rell. O. — 10. *recipi* dett. — 12. *levare atque ab se*] *canere ab esse* [ex *ab sese*] Lg42. — 16. *teneo inquam* Lg42 N: *om.* rell. — 17. *in uisis* Lg42; *in ipsius* rell. Lagg. praeter 29. — 18. *averrentem* N [item Lg42]. «Sed hic locus extra iocum est, ut §. 164 et saepius.» Or. I. — *omnem* om. Lg42. — 20. *nisi* idem. — 21. *te sibi* Lg42 B C F, alii: *se tibi* N. — *quanti* Lagg. (praeter 42.) A B. — *tibi* om. Lg42. — 22. *atque elegantiam* Lg42. — 24. *illum etiam* Lg42: *etiam illum* rell. O. — 28. *sibi* Lg42: om. rell. O. — 29. *iniquo iueme iurare* (sic) Lg42. — *negotiarentur* Lg42 48. — *suam* om. Lg29. — 30. *sibi totam* Lg42, A B, alii: *totam sibi* alii, O. — *totam iniquam -- si quem aratorum* §. 144. v. 22 habet V. — *eierat* V. — *impudentiam* Lg42 V: *o impud.* rell. O. — *hic*] *id* V; an *is*? — 31. *iudicarit* Zumptius: *iudicaret* Lg42; *iudicavit* rell. O, etiam V. (Br.) — *absolvi se* V. [aut ut Br. legere malit: *absoluisse.*] — 32. *aput* V (Br.) et sic v. 33 bis. — *senatores* om. Lg42. — 33. *se* V. — 34. *urget* cod. Jann. O.

onerat te bonis condicionibus, si [tu] uti velis: si ex provincia Sicilia tota statuas idoneum iudicem aut recuperatorem nullum posse reperiri, postulat abs te ut Romam rem reiicias. 139. Hic enimvero tu exclamas, hominem improbum, qui postulet, ibi de tua existimatione iudicium fieri, ubi te invidiosum esse intelligat. Negas te Romam reiecturum: negas de conventu recuperatores daturum: cohortem [tuam] proponis. Scandilius rem se totam relicturum dicit et suo tempore esse rediturum. Quid tu ibi tum? quid facis? Scandilium cogis — quid? sponsionem acceptam facere? Impudenter tollis exspectatum existimationis tuae iudicium. Non facis. 140. Quid ergo? Apronio permittis, ut, quos velit, de cohorte sumat recuperatores? Indignum uni potius ex iniquis sumendi quam utrique ex aequis reiiciundi fieri potestatem. Neutrum facis eorum. Quid ergo? Estne aliquid, quod improbius fieri possit? Est; cogit enim Scandilium quinque illa milia nummum dare atque annumerare Apronio. Quid potuit elegantius facere praetor cupidus existimationis bonae, qui ab se omnem suspicionem propulsare, qui se eripere ex infamia cuperet? LXI. Adductus erat in sermonem, invidiam, vituperationem: dictitarat homo improbus atque impurus, Apronius, socium esse praetorem: venerat res in iudicium atque discrimen: potestas erat isti, homini integro atque innocenti, data, ut, in Apronium cum animadvertisset, sese gravissima levaret infamia. Quid excogitat poenae? quid animadversionis in Apronium? Cogit Scandilium Apronio ob singularem improbitatem atque audaciam praedicationemque nefariae societatis HS $\overline{\text{V}}$ mercedis ac praemii dare. 141. Quid interfuit, homo audacissime, utrum hoc decerneres an id, quod Apronius dictitabat, tute de te profiterere ac dictitares? quem hominem, si qui pudor in te atque adeo si qui metus fuisset, sine supplicio dimittere non debuisti, hunc, abs te sine praemio discedere noluisti. Omnia simul intelligere potestis, iudices, ex hoc uno crimine Scandiliano: primum, hoc non esse Romae natum de societate decumarum,

---

1. *te* om. A B, Lg29. — *tu* om. V Lg29. — 2. *statuas alium iud. idoneum* Lg42. [non item V.] — *repperiri* V. — 3. *abs te* Lg42 V: *a te* rell. O. — *ut* om. Lg29. — *rem* Lg42 F V: om. rell. O. — *hic*] *et* Lg42. — *clamas* idem. — 4. *postulet tibi* V. — 5. *intelligat* Lg42 φ: *intellegit* V; *intelligebat* rell. — 6. *tuam* om. V. [est *cohortem*, ut Br. notavit, in fine versus.] — 8. *tunc* V (Br. teste, omisit Maius]; *tamen* Lg42. — 9. *inpud. t. expect.* V. — *tuae* om. Lg42. — 10. *cohorte sua s.* Lg42. — 11. *ex iniquis sis mudi quam* Lg42. — 12. *utrisque* codd. praeter φ, in quo est *utrique*, quod quidem consuetudini Tullianae accommodatius est; v. Zumpt. ad h. l. coll. Haase ad Reisigii Scholas p. 325. [Est *utrique* in V teste Brunnio; quare nos restituimus.] — *reiciundi* V (Br.); *eiciundi* Lg42; *reiiciendi* O et vulgo. — 13. *ergo* V corr. ex *ego* (Br.) — *estne* V φ [item Lg42]: *est* rell. O. — *possit est* V φ: *posset? est* Lg42; *potest* rell. O. — 14. *adnum.* V. — 16. *ab se* Lg42 V: *ab sese* rell. O. — *suspicionem* habet V, non *suspitionem*. — 18. *homo*] *imo* Lg42. — *inpurus* V. — *sibi esse* φ. — 19. *in discrimen* V. At rectius in hac vocabulorum, quorum consimilis est significatio, coniunctione praepositionem omitti et ratio docet et exempla. Cf. in Catil. IV. §. 4. p. Planc §. 53. de Orat. I. §. 3. de imp. Pomp. §. 12. Philipp. VII. 1. — 20. *animum advertisset* V. — 23. $\overline{\text{V}}$. A: sine lineola Lg29 42 B; *Iↄↄ* V; *V milia* O. — *merc. ac praemii* F N, 4: *mercedis nomine ac pr.* dett.; *merc. ac praemii* (*remii* m. pr.) *nomine* V. [Optime.] — 25. *id* om. Lg42. — *tute de te* Lg42 φ: *ut tute de de* V; *an tu de te* N; *tu de te* rell. O. — *profiterere* N, 4: *confiterere* V [recte Kl. recepit]; *proferres* dett. — 26. *si quis* bis dett. [etiam V *si qui* bis habet, Maius *si quis*] — 27. *hinc* 6 Lagg. dett., *una* 42. [In V Maio *nunc* pro *hunc* exstare videbatur, itemque sic Brunnius legit. Est egregia loci emendatio, modo colon ante *nunc* ponas; est enim *nunc* idem quod *nunc vero*. Halm.] — 28. *potestis* Lg42 F V: *potuistis* rell. O. — *ex hoc* om. Lg42, *hoc* om. F.

non ab accusatore fictum, non, ut solemus interdum in defensionibus dicere, crimen domesticum ac vernaculum, non ex tempore periculi tui constitutum, sed vetus, agitatum iam et te praetore iactatum et non ab inimicis Romae compositum, sed Romam ex provincia deportatum. 142. Simul illud intelligi potest istius in Apronium studium, Apronii de isto non modo confessio, verum etiam commemoratio. Eodem accedit, quod hoc quoque intelligere potestis, istum statuisse in provincia sua existimationis suae iudicium extra cohortem suam committendum fuisse nemini.

LXII. Ecquis est iudex, cui non ab initio decumani criminis persuasum sit istum in aratorum bona fortunasque impetum fecisse? quis hoc non ex eo statim iudicavit, quod ostendi istum decumas nova lege atque adeo nulla lege contra omnium consuetudinem atque instituta vendidisse? 143. Verum ut istos ego iudices tam severos, tam diligentes, tam religiosos non habeam, ecquis est, ex iniuriarum magnitudine, improbitate decretorum, iudiciorum iniquitate qui hoc non iam dudum statuerit ac iudicarit? Etiam sane sit aliquis dissolutior in iudicando, legum, officii, rei publicae, sociorum atque amicorum negligentior: quid? is possitne de istius improbitate dubitare, cum tanta lucra facta, tam iniquas pactiones vi et metu expressas cognoverit, tanta praemia civitates vi et imperio, virgarum ac mortis metu non modo Apronio atque eius similibus, verum etiam Veneriis servis dare coactas? 144. Quod si quis sociorum incommodis minus commovetur, si quem aratorum fugae, calamitates, exsilia, suspendia denique non permovent: non possum dubitare, quin is tamen, cum vastatam Siciliam, relictos agros ex civitatum litteris et epistola L. Metelli cognoverit, statuat fieri non posse, ut de isto non severissime iudicetur. Erit aliquis etiam, qui haec omnia dissimulare ac negligere possit? Attuli sponsiones ipso praesente factas de decumarum societate ab ipso prohibitas iudicari: quid est quod possit quisquam manifestius hoc desiderare? Non dubito quin vobis satis fecerim, iudices: verum tamen progrediar longius, non mehercule quo vobis magis hoc persuadeatur, quam iam persuasum esse confido, sed ut ille aliquando impudentiae suae finem faciat, aliquando desinat ea se putare posse emere, quae ipse semper habuit venalia, fidem, ius iurandum, veritatem, officium, religionem: desinant amici eius ea dictitare, quae detrimento,

---

1. *ficturum* Lg42; *factum* 6 Lagg. — 3. *agitatum* 4 V φ: *cogitatum* dett.; [*excogitatum*] O. — *et te* om. V. (*te praetore et* Kl.) — 4. *ex* V: *de* ctt. O. At illud Tullio usitatius; cf. p. Mur. §. 12. ad Fam. VII. 15, 2. Off. I. §. 78. Divinat. §. 28. — *deportatum* F V: *adportatum* Lg42; *exportatum* ctt. — 5. *illud int. potest* 4 V φ (sed V *illut*): *int. p. illud* dett. O. — *Aproni* V. — 6. *quod ex hoc* Lamb. — 7. *sua* om. Lg42. [est *sua* in V.] — 11. *iudicavit* Lg42 V: *iudicabit* ctt. — 13. *ut* om. V initio versus (Br.) — *ego* om. Lg29. — 14. *habeam* Lg42 φ et V (Br.): *haberem* rell. O. — 15. *ac* Lg42: *et* ctt. O. [habet V recte *et* ante *i.*] — 16. *aliqui* V. — 17. *neglegentior* V. — 18. *cum* Lg42 V: *dum* ctt. — 19. *tanta pr.* V: *cum tanta pr.* Lg42 O; *tum tanta pr.* ctt. — *et imp.* 4: *atque imp.* V (Br.), dett. O. — 20. *eius militibus* V. — *verum etiam* om. Lg42. — 21. *si qui* V. — 22. *commovetur* 4, V φ: *movetur* dett. O. — 26. *erat - - posset* 6 Lagg. dett. — 26. *aliquis etiam* Lg42: *etiam aliq.* ctt. O. — 28. *est hoc quod* Lg42. — *possit quisquam* 4: *posset si quam* 5 Lagg.; *possetis* Lag27. — 30. *mehercle* Lg42. — *quod* 6 Lagg. dett. — *vobis magis hoc* Lg42: *m. hoc v.* ctt. O. — 31. *iam* om. Lg42. — 32. *posse emere* Victorius et sqq.: *emere* codices noti. Vide tamen, ne codicum scriptura aliquam defensionem habeat ex simili locutione *sperare mihi videor* = sperare posse mihi videor, de qua cf. Zumpt. ad Act. I. §. 50. Seyff. ad Lael. §. 15. — 34. *ea dictitare* om. Lg42.

maculae, invidiae, infamiae nobis omnibus esse possint. At qui amici? 145. O miserum, o invidiosum offensumque paucorum culpa atque indignitate ordinem senatorium! Albam Aemilium sedentem in faucibus macelli loqui palam vicisse Verrem, emptos habere iudices, alium HS cccc milibus, alium HS ɪↃ, quem minimo, ccc! Atque ei cum responsum esset fieri non posse, multos testes esse dicturos, me praeterea causae non defuturum: „Licet hercle, inquit, omnes omnia dicant: in illo, nisi res manifesta erit ita allata, ut responderi nihil possit, vicimus.“ — 146. Bene agis, Alba: ad tuam veniam condicionem. Nihil putas valere in iudiciis coniecturam, nihil suspicionem, nihil ante actae vitae existimationem, nihil virorum bonorum testimonia, nihil civitatum auctoritates ac litteras: res manifestas quaeris. Non quaero iudices Cassianos; veterem iudiciorum severitatem non requiro; vestram in hac re fidem, dignitatem, religionem in iudicando non imploro: Albam habebo iudicem, eum hominem, qui se ipse scurram improbissimum existimari vult, qui a scurris semper potius gladiator quam scurra appellatus est: afferam rem eius modi in decumis, ut Alba fateatur istum in re frumentaria et in bonis aratorum aperte palamque esse praedatum. LXIII. 147. Decumas agri Leontini magno dicis te vendidisse. Ostendi iam illud initio, non existimandum magno vendidisse eum, qui verbo decumas vendiderit, re et condicione et lege et edicto et licentia decumanorum decumas aratoribus nullas reliquas fecerit. Etiam illud ostendi, vendidisse alios magno decumas agri Leontini ceterorumque agrorum, et lege Hieronica vendidisse, et pluris etiam quam te vendidisse, nec aratorem quemquam esse questum; nec enim fuit, quod quisquam queri posset, cum lege aequissime scripta venderent, neque illud umquam aratoris interfuit, quanti decumae venirent. Non enim ita est, ut, si magno venierint, plus arator debeat, si parvo, minus: ut frumenta nata sunt, ita decumae veneunt: aratoris autem interest ita se frumenta habere, ut decumae quam plurimo venire possint: dum arator ne plus decumam det, expedit ei decumam esse quam maximam. 148. Verum hoc, ut opinor, esse vis caput defensionis tuae, magno te decumas vendidisse, atque aliorum quidem agrorum pro portione magno decumas vendidisse, agri vero Leontini, qui plurimum efficit, tritici modium ccxvi milibus.

---

2. *o inv.* Lgg. (praeter 42.) A B: *atque inv.* dett. O; *l.* (i. e. vel) *inv.* Lg42. — *offensorumque* Lg42. — 5. *milibus* om. idem. — *quem ad minimo* idem. — 7. *hercle* Lg42: *hercules* ctt. O. — *dicant in illo* codd. (sed Lg42. sine *in*): *dicant in illum* cod. Hot. O. — 8. *res m. erit ita all.* Lg42: *res m. erit allata ita* φ; *ita r. m. erit all.* ctt. O. — 9. *agis* 4 et alii: *ais* pauci dett. O. cf. §. 135. — 10. *actae vitae* Lg42. — 11. *virorum bonorum* Lg29 A B (cf. §. 95. 166. Beier ad Off. I. 7, 20.): *bon. vir.* ctt. O. — *de te test.* dtt. — *civitatium* A B. — *auct. ac litteras; res man.* Lb. marg. 1584 ex φ: *auct. ac testimonia litteras manifestas* codd. rell.; *auctoritates, testimonia, litteras: res manif.* ex Hotom. coni. L. 1566. — 13. *hac re* Lg42 φ: *hac* A B; *hec* Lg29; *hoc* ctt. O. — 14. *habeo* Lg42. — 16. *semper potius* Lg42: *potius semper* ctt. O. — *est* Halmius: *sit* codd. O. — 19. *dicis te* Lg42 φ: *dicit se* ctt. O. — 20. *magno* om. Lg42. — 21. *et lege*] *ex lege* Lg42. — 26. *venderent* Lg29 A B φ: *venirent* Lg5 42 O; *viderent* dett. — 27. *magno venit* Lg42. — 28. *ut* om. idem. — 29. *venerunt* Lg42 45. — 30. *decumam* Lg42: *decuma* ctt. O. — 31. *maximi* 2 codd. Lamb., cod. Hot. Lg5 O. — *verum tot* (ex *ut*) *opinor, hoc esse* Lg42. — 33. *atque aliorum* -- *vendidisse* Lg45 F: om. ctt. O. — 34. *vero* om. Lg42. — *CCXII* Lagg. praeter 42; *CCXV* A B; *milibus* om. Lg42.

Si doceo pluris aliquanto potuisse vendere neque iis voluisse te addicere, qui contra Apronium licerentur, et Apronio multo minoris, quam aliis potueris vendere, tradidisse: si hoc doceo, poteritne te ipse Alba, tuus antiquissimus non solum amicus, verum etiam amator, absolvere? LXIV. Dico equitem Romanum, hominem in primis honestum, Q. Minucium, cum sui similibus ad decumas agri Leontini tritici modium non mille nec duo nec tria milia, sed ad unas unius agri decumas tritici modium triginta voluisse addere: ei potestatem emendi non esse factam, ne res abiret ab Apronio. 149. Negare hoc, nisi forte negare omnia constituisti, nullo modo potes. Palam res gesta est, maximo conventu, Syracusis: testis est tota provincia, propterea quod undique ad emendas decumas solent eo convenire. Quod sive fateris sive convinceris, quot et quam manifestis rebus teneare, non vides? Primum tuam rem illam et praedam fuisse: nam, ni ita esset, cur tu Apronium malebas, quem omnes tuum procuratorem esse in decumis, tuum negotium agere loquebantur, quam Minucium decumas agri Leontini sumere? Deinde immensum atque infinitum lucrum esse factum: nam si $\overline{XXX}$ tu commotus non esses, certe hoc idem lucri Minucius Apronio libenter dedisset, si ille accipere voluisset. 150. Quantam igitur illi spem praedae propositam arbitramur fuisse, qui tantum praesens lucrum nulla opera insumpta contempserit atque despexerit? Deinde ipse Minucius numquam [tanti] habere voluisset, si decumas tu lege Hieronica venderes; sed quia tuis novis edictis et iniquissimis institutis plus aliquanto se quam decumas ablaturum videbat, idcirco longius progressus est. At Apronio semper plus etiam multo abs te permissum est, quam quod edixeras. Quantum igitur quaestum putamus factum esse per eum, cui quidvis licitum sit, cum tantum lucri voluerit addere is, cui, si decumas emisset, idem non liceret? 151. Postremo illa quidem certe tibi praecisa est defensio, in qua tu semper omnia tua furta atque flagitia latere posse arbitratus es, magno te decumas vendidisse, plebi Romanae consuluisse, annonae prospexisse. Non potest hoc dicere is, qui negare non potest se unius agri decumas xxx milibus modium minoris, quam potuerit, vendidisse, ut etiam, si tibi hoc concedam, Minucio te ideo non tradidisse, quod iam addixisses Apronio (aiunt enim te ita dictitare, quod ego exspecto cupioque te ita illud

---

1. *vendere -- te addicere* Lg42: *te vendere -- addicere* rell. O. — 3. *vendere* Lg42 φ: om. ctt. O. — *ipse* Lg29 A B (sed Lg29 *ipsa*): *iste* Lg42 φ; om. dett. O. — 5. *dico*] *doceo* dett. — 6. *suis* Lg42 et 5 alii (sed 42 *suis milibus*). — *mod. non mille nec duo nec tria milia* Lg42: *modium non* $\underline{X}$ *non* $\underline{XX}$ *non* $\underline{XXX}$ Lag29; *modium non* clɔ; *non* clɔclɔ, *non* clɔclɔ clɔ. ctt. O. — 7. *mod. mill.* N; *mille* Lg42. — 8. *triginta* Lg42 N: *DXXX* rell. Lagg.; *XXX milia* O. — *ei* Lg42: *et ei* ctt. O. — 9. *abirent* Lagg. dett. — 10. *res palam* Lg29 A B. — 11. *propterea quicquid* Lag42 p. m.; *praeterea quodquod* sec. m. — 12. *eo* om. Lg42, item 14. 29. p. m. — 13. *manifestis rebus* Lg42 F (cf. §. 207. V. §. 39): *manif. in rebus* A B N O (cf. ad II. §. 144); *maximis in rebus* Lagg. rell. et dett. — 14. *ni* Lg42: *nisi* ctt. O. — *tuum procuratorem esse in dec., tuum neg. agere* Lg42 (om. *esse*) φ: *tuum procurare in decumis negotium* codd. rell. O. — 17. $\overline{XXX}$ Lg42 F: $\overline{XXX}$ *modium tritici* A B, pleriq. al.; *XXX milibus modium tritici* O. — *tu* om. Lg29 B. — *non es* Lg42. — 18. *libenter* om. Lg29. — 21. *tanti* om. Lg14 27 29 42; ex A B nihil enotatum est. — 22. *quia* Lg42 A B: *quod* ctt. O. — *tui* Lg42. — *edictis novis* dett. — *et iniquiss.* om. Lg29. — 26. *esse factum* idem. — 27. *emisset* om. Lg42. — 28. *est defensio* Lg42: *defensione* 29; *def. est* ctt. O. — 31. *milibus*] *milia* Lg42 N; om. ctt. — 33. *te ideo* Lg42: *ideo te* ctt. O. — *quod iam addix.* om. Lg42. — 34. *ita illud* N: *ita* Lg42: *illud* ctt.

defendere): verum ut ita sit, tamen non potes hoc quasi praeclarum aliquid praedicare, magno te decumas vendidisse, cum fuisse fateare, qui multo pluris voluerit emere.

LXV. 152. (Tenetur igitur iam, iudices, et manifesto tenetur avaritia, cupiditas hominis, scelus, improbitas, audacia.) Quid? si haec, quae dico, ipsius amici defensoresque iudicarunt, quid vultis amplius? Adventu L. Metelli praetoris, cum omnes eius comites iste sibi suo illo panchresto medicamento amicos reddidisset, aditum est ad Metellum: eductus est Apronius: eduxit vir primarius, C. Gallus senator: postulavit ab L. Metello, ut ex edicto suo iudicium daret in Apronium, QVOD PER VIM AVT METVM ABSTVLISSET, quam formulam Octavianam et Romae Metellus habuerat et habebat in provincia. Non impetrat, cum hoc diceret ei Metellus, praeiudicium a se de capite C. Verris per hoc iudicium nolle fieri. Tota Metelli cohors hominum non ingratorum aderat Apronio. C. Gallus, homo nostri ordinis, a suo familiarissimo L. Metello iudicium ex edicto non potest impetrare. 153. Non reprehendo Metellum: pepercit homini amico et, quem ad modum ipsum dicere audivi, necessario: non reprehendo, inquam, Metellum, sed hoc miror, quo modo, de quo homine praeiudicium noluerit fieri per recuperatores, de hoc ipse non modo praeiudicarit, verum gravissime ac vehementissime iudicarit. Primum enim, si Apronium absolutum iri putabat, nihil erat, quod ullum praeiudicium vereretur: (deinde,) si condemnato Apronio coniunctam cum eo Verris causam omnes erant existimaturi, (Metellus quidem certe iam hoc iudicabat, eorum rem causamque esse coniunctam,) qui statueret Apronio condemnato de isto praeiudicium futurum: et simul una res utrique rei est argumento, et aratores vi et metu coactos Apronio multo plus, quam debuerint, dedisse et Apronium istius rem suo nomine egisse, cum L. Metellus statuerit non posse Apronium condemnari, quin simul de istius scelere atque improbitate iudicaretur.

LXVI. 154. Venio nunc ad epistolam Timarchidi, liberti istius et accensi, de qua cum dixero, totum hoc crimen decumanum peroraro.

---

2. *praedicere* codd. plerique; *praestare* Lg42; *dicere* Lg27; *praedicare* est a Naug. — 3. *voluerit* Lg42: *voluerint* ctt. O. — 4. *tenetur igitur -- videtis ut* §. 157. v. 6. habet V. — *igitur*] *ergo* N O. — 5. *qui si* Lg42. — 6. *amplius voltis* V; *multis ampl.* Lg42. — 8. *reddidisset* Lg42 V N: *redemisset* ctt. — *aditus est Metellus* cod. Urs. — 9. *edixit* Lg42. — *Gallus* 4 et V: *Gallius* dett. O et sic infra.— *postulavit* om. dett. — *ab* Lg42 F V: *a* rell. O. — 10. *et metum* V [recte; cf. v. 26.], *ac metum* Lamb. At cf. Ulp. Digg. IV. 2, 1.— 11. *apstul.* V.— 12. *et* ante *habebat* om. Lg42.— *ei* V (Br.): om. codd. rell. et edd.— 13. *a se* Lg42 N: *se* rell. (etiam V teste Br., et recte quidem.) — *per hoc iugium* V.— 14. *hominum non ignotorum* V (Br.) — 15. *nostri* Lg42 N (cf. Lib. I, §. 23. III, §. 225.): *vestri* V, rell. cf. Divin. §. 73. Act I, §. 1. In perpetua horum pronominum commutatione ut h. l., sic aliis multis utrum eligas non multum interest. Alibi tamen certissima sunt iudicandi eligendique momenta. — 19. *noluerit* habet V, non *noluit*, ut ait Maius. — *ipse* Lg42 φ, item V (Br.): *ipso* rell. O. — 20. *iudicaret* V (sed antea *praeiudicarit*, non *praeiudicaret*, ut ait Maius). — *primu*, addita *m* sup. lin. V (Br.) — 21. *absolutu* V. — *putabat* Maius: *putabant* V; *putaret* rell. O. — *quod illum* Lg42; *qui illum* 29; *quo ullum* Lagg. rell. — 22. *coniuncta* V (Br.) — 23. *Verri* Lg42. — *existumaturi* V (Br.) — 24. *statueret* Lg42: *statuerat* V; *statuerit* rell. O. — 25. *praeiudicio* V et Lg42; *iudicium* 6 Lagg. dett. — *utrisque* Lg42. — 30. *epistulam* V et sic deinceps. — *Timarchidis* codd. praeter φ, in quo est *Timarchidi*. — 31. *accedensi* V (Br.) — *peroraro* Lg42 N: *perorabo* V, rell. O. Cf. p. Quinct. §. 36.

Haec epistola est, iudices, quam nos Syracusis in aedibus Apronii, cum litteras conquireremus, invenimus. Missa est, ut ipsa significat, ex itinere, cum Verres iam de provincia decessisset, Timarchidi manu scripta. Recita epistolam. TIMARCHIDES VERRIS ACCENSVS APRONIO SALVTEM DICIT. Iam hoc quidem non reprehendo, quod adscribit ACCENSVS. Cur enim sibi hoc scribae soli assumant: L. PAPIRIVS SCRIBA? Volo ego hoc esse commune accensorum, lictorum, viatorum. FAC DILIGENTIAM ADHIBEAS QVOD AD PRAETORIS EXISTIMATIONEM ATTINET. Commendat Apronio Verrem et hortatur, ut inimicis eius resistat. Bono praesidio munitur existimatio tua, si quidem in Apronii constituitur diligentia atque auctoritate. HABES VIRTVTEM, ELOQVENTIAM. 155. Quam copiose laudatur Apronius a Timarchide! quam magnifice! cui ego illum non putem placere oportere, qui tanto opere Timarchidi probatus sit? HABES SVMPTVM VNDE FACIAS. Necesse est, si quid redundarit de vestro frumentario quaestu, ad illum potissimum, per quem agebatis, defluxisse. SCRIBAS, APPARITORES RECENTES ARRIPE. CVM L. VVLTEIO, QVI PLVRIMVM POTEST, CAEDE, CONCIDE. Videte, quam valde malitiae suae confidat Timarchides, qui etiam Apronio improbitatis praecepta det. Iam hoc CAEDE CONCIDE nonne vobis verba domo patroni depromere videtur ad omne genus nequitiae accommodata? VOLO, MI FRATER, FRATERCVLO TVO CREDAS. Consorti quidem in lucris atque furtis gemino et simillimo nequitia, improbitate, audacia. LXVII. IN COHORTE CARVS HABEBERE. Quid est hoc, IN COHORTE? quo pertinet? Apronium doces? quid? in vestram cohortem te monitore an sua sponte pervenerat? QVOD CVIQVE OPVS EST, OPPONE. Qua impudentia putatis

---

1. et 10. *Aproni* V. — 2. *invenimus* om. Lg42. — *ut missa est ipse significant* (sic) V teste Br. — 3. *Timarchidi* Lg42 φ: *Timarchidis* rell. O. Ubi antiquior illa genitivi forma certa codicum fide firmatur, recipiendam eam putavi. Cf. IV, §. 22. 138. V, §. 120. — 4. *Recita epistolam. Timarchides* de coni. Zumptii Klotz: *recita epistolam Timarchidis* dett.; *R. epistula Timarchidi* (non *Timarchidis*, ut est apud Maium) V; om. haec vv. 4. (sed Lg29 cum lac.); *recita epistolam Timarchidis. TIMARCHIDES* O. — *Apronio* om. plerique codd., boni quidem omnes et Lagg.; a V etiam *salutem dicit* abest. [Cum absit *Apronio* ab omnibus codd., fere patet *salutem dicit* glossema esse. HALM.] — 5. *quod adscribit* Lg42 φ: *cum scribat* V; *quod adscripsit* rell. O. —*TIMARCHIDES ACCENSVS* Maius; sed abest v. *Timarchides* a codice. — 6. *hoc sibi* V. — *assumant* Lg42: *sumant* V (Br.), rell. O. [recte V: *hoc sibi* -- *sumant.*] — *Papinium* V, m. 2. *r* super *n* scripta (Br.) — *hoc esse* V (Br.) et plerique: *hoc* om. Lg42; *esse hoc* Lg29 A B. — 8. *ad praet. existim.* V et 4: *ad existim. praet.* rell. O. — *attinet* etiam V, non *tenet*, ut habet Maius. — 9. *ortatur* V. — *minitur* V. (Br.) — 11. *eloquentiam* Lg42: *eloquentem* V; *atque eloquentiam* rell. O. [Vera videtur lectio *virtutem eloquentem*. Cf. Auct. ad Herenn. IV, §. 61. *res mutas et eloquentes* §. 66. *cum res muta* -- *fit eloquens* etc. HALM.] — *qua* V. — *Timarthide* V, et sic paulo post. (Br.) — 12. *cui*] *cur* Lg42. — *illum non putem* V et 4: *non p. illum* dett. O. — 13. *tanto opere* A B V, Lg29: *tantopere* rell. — *sumtum* V (Br.) — 14. *si quit* V (Br.); *quod* codd. rell. et edd. [*si quid* nos restituimus, quam lectionem Maius praetermiserat.] — *redundarit* N V: *redundaret* rell. — 15. *recentis* Lg42 V φ. — 16. *qui primum plurimum* V. — *cedere concide* V. — 18. *inpr.* V. — *haec* φ. — *nonne* N: *neu* Lg42 [non *neic*, ut habet Zumpt.]; *non* rell. O. (etiam V, in quo est $\overline{N}$ in fine versus.) — *vobis verba* Lg29 42 A B (sed Lg42 *nobis*), item V teste Brunnio: *vobis* om. rell., O et Maius. [Ex relatione Niebuhrii Lg29 et 42 non habent *vobis* (*nobis*) *verba*, sed *vobis* loco lectionis *verba*, quae lectio admodum speciosa est, cum *hoc* antecedat. Sed cum V dissentiat, lectio *vobis verba* sic retinenda erit, ut colon post *CONCIDE* ponatur. HALM.] — 20. *mi frater* Lg42 F N: *mi* V; *mihi* rell. — 21. *atque in furtis* V. [Recte.] — 22. *habebere* Lg42 N: *habere* A B et Lg1; *haberis* V [recte]; *habeare* rell. — *hoc* om. Lg29. — 24. *quod cuique*] *quodcunque* Lg29; *quod quidquid* V. — *opus est* Lg42: *opus sit* rell. O. — *appone* cod. Hot. edd. vett.

eum in dominatione fuisse, qui in fuga tam improbus sit? ait omnia pecunia effici posse; dare, profundere oportere, si velis vincere. Non hoc mihi tam molestum est Apronio suadere Timarchidem, quam quod hoc idem patrono suo praecipit. 156. TE POSTVLANTE OMNES VINCERE SOLENT. Verre quidem praetore, non Sacerdote, non Peducaeo, non hoc ipso Metello. SCIS METELLVM SAPIENTEM ESSE. Hoc vero ferri iam non potest, irrideri viri optimi, L. Metelli, ingenium et contemni ac despici a fugitivo Timarchide. SI VVLTEIVM HABEBIS, OMNIA LVDIBVNDVS CONFICIES. Hic vehementer errat Timarchides, qui aut Vulteium corrumpi pecunia putet posse aut Metellum unius arbitratu gerere praeturam, sed errat domestica coniectura: quia multos et per se et per alios multa ludibundos [libidinose] apud Verrem effecisse videt, ad omnes eosdem patere aditus arbitratur. Facilius vos efficiebatis ludibundi, quae volebatis a Verre, quod multa eius ludorum genera noratis. INCVLCATVM EST METELLO ET VVLTEIO TE ARATORES EVERTISSE. Quis istuc Apronio attribuebat, cum aratorem aliquem everterat? aut Timarchidi, cum ob iudicandum aut decernendum aut imperandum aliquid aut remittendum pecuniam acceperat? aut Sextio lictori, cum aliquem innocentem securi percusserat? Nemo: omnes ei tunc attribuebant, quem nunc condemnari volunt. 157. OBTVDERVNT EIVS AVRES TE SOCIVM PRAETORIS FVISSE. Videsne, hoc quam clarum sit et fuerit, cum etiam Timarchides hoc metuat? concedisne non hoc crimen nos in te confingere, sed iam pridem ad crimen aliquam defensionem libertum quaerere? Libertus et accensus tuus et tibi ac liberis tuis omnibus in rebus coniunctus ac proximus ad Apronium scribit, vulgo esse ab omnibus ita demonstratum Metello, tibi Apronium in decumis socium fuisse. FAC SCIAT IMPROBITATEM ARATORVM. IPSI SVDABVNT, SI DI VOLVNT. Quod istuc, per deos immortales!

«Verbum hoc tricliniare («inferre mensae et convivis edendum dare» Forcell.) in primis convenit et ingenio et stilo Timarchidis. Cum parum intelligerent, mutarunt in *oppone*. Quamquam praevideo defensum iri e §. 37.» OR. [habet V *oppone*] — *inpud*. V. — 1. *eum* om. Lg42. — *dominationes* V. — 2. *oportere* φ et 4: *oporteres* V; *oportet* Maius; *apponere* dett. — 4. *hoc idem*] *hoc id* Lg42; *hoc quidem* Lg29 A B. — *praecipit* om. Lg42; *praecepit* 6 Lagg. dett. — 5. *Verrem* V. — *Paeduceo* h. l. V. — *non ii hoc* V. — 6. *hoc*] *nec* Lg42. — *iam* om. V (Br.) — 7. *inrideri* V. — *et contemni* om. Lg42. — 8. *Volteium* h. l. et alibi V. [Sic etiam Lg29, nisi quod hic et v. 9. *volt enim* habet; in Lg42 plerumque nomen scribitur *Voltius*.] — *conficies* Lg42 N V, Serv. ad Verg. Ecl. VI, 58: *perficies* rell. O. — 9. *corrumpi pecunia* Lg42: *pec. corr.* V, ctt. O. (*pecuniam* V.) — 10. *posset* V. — *arbitratum* Lg42. — *errat* Lg29 A B φ: *erat* V, Lg42; *errant* 6 Lagg. dett. — 11. *dom. coni.* Lg42: *coni. dom.* V (Br.), ctt. O. — *et per* Lg42: *et* om. V (Br.), ctt. O. — *multa* om. Lg42. — *ludibundos* om. V; *ludibundus* Lg29 et 6 alii. — 12. *libidinose* codd. praeter V, in quo est *lubidinosa*. Hanc vocem iam Ernestio de glossa suspectam delent Schütz et Klotz; nos cum Zumptio inclusimus. [Immo videndum est ne *ludibundos* sit glossema et *multa lubidinosa*, i. e. ad libidinem suam, vera sit oratoris manus. HALM.] — *videt* Lg42: *vidit* V (Br.), rell. O. — *ad omnis* V. — 13. *arbitrabatur* aliquot edd. vett. — *vos* om. Lg29 B. — *ludibundi, quae volebatis* om. V. — 14. *inculcatis* Lg42. — 15. *avertisse* et 16. *averterat* idem. — *attribuebat* an *attribuerat* V, incertum Brunnio videtur. — 17. *aliquit* V. — 18. *lictori* om. Lg42. — 19. *enim ei* V [recte]; *ei Verri* dett. O. (*percusserat nec in omnes tamen attrib.* Lg42.) — *tum* V, non *tunc*. — *comdemnari* V. — 20. *eius* om. V. — *vides* V φ. — 21. *et* codd. noti: *ac* O. — 22. *concedisne* Lg42: *concedesne* Lg29 A B N O. (item V, ut videtur Br.); *concedes* dett. — *hoc crimen in te nos non conf.* V. — *conficere* Lg42. — 23. *crimen ad illi quam* idem. — *et acc.*] *est acc.* V. — 24. *proxumus* Lg29. — 25. *uolgo* V et Lg29. — 27. *ipsi suadebunt* Lg42 48. — *volunt* Lg42 φ: *volent* rell. O. (*si dolunt* V pro *si di uolunt.*) — *istum* V m. pr. — *immortalis* V.

aut qua de causa excitatum esse dicamus in aratores tam infestum odium atque tantum? quantam iniuriam fecerunt Verri aratores, ut eos etiam libertus et accensus eius tam irato animo ac litteris insequatur? LXVIII. Neque ego huius fugitivi vobis, iudices, epistolam recitassem, nisi uti ex ea totius familiae praecepta et instituta et disciplinam cognosceretis. Videtis, ut moneat Apronium, quibus rebus ac muneribus se insinuet in familiaritatem Metelli, Vulteium corrumpat, scribas accensumque pretio deleniat. Ea praecipit, quae vidit: ea monet alienum hominem, quae domi didicit ipse: verum in hoc errat uno, quod existimat easdem vias ad omnium familiaritates esse munitas. 158. Quamquam merito sum iratus Metello, tamen haec, quae vera sunt, dicam. Apronius ipsum Metellum non pretio, ut Verrem, non convivio, non muliere, non sermone impuro atque improbo posset corrumpere, quibus rebus non sensim atque moderate ad istius amicitiam adrepserat, sed brevi tempore totum hominem totamque eius praeturam possederat. (Cohortem autem Metelli, quam vocat, quid erat quod corrumperet, ex qua recuperatores in aratorem nulli dabantur?) 159. Nam quod scribit Metelli filium puerum esse, vehementer errat; non enim ad omnes praetorum filios iidem aditus sunt. O Timarchide, Metelli est filius in provincia non puer, sed adolescens pudens ac bonus, dignus illo loco ac nomine. (Vester iste puer praetextatus in provincia quem ad modum fuisset, non dicerem, si pueri esse illam culpam ac non patris existimarem.) Tune, cum te ac tuam vitam nosses, in Siciliam tecum grandem praetextatum filium ducebas, ut, etiam si natura puerum a paternis vitiis atque a generis similitudine abduceret, consuetudo tamen eum et disciplina degenerare non sineret? 160. Fac enim fuisse in eo C. Laelii aut M. Catonis materiem atque indolem: quid ex eo boni sperari atque effici potest, qui in patris luxurie sic vixerit, ut nullum umquam pudicum neque sobrium convivium viderit? qui in epulis quotidianis adulta aetate per triennium inter impudicas mulieres et intemperantes viros versatus sit? nihil umquam audierit a patre, quo pudentior aut melior esset? nihil umquam patrem facere viderit, quod cum imitatus esset, non, id quod turpissimum est, patris similis putaretur? LXIX. 161. Quibus in rebus non solum filio, Verres, sed etiam rei publicae fecisti iniuriam. Susceperas enim liberos non solum tibi, sed etiam patriae, qui non modo tibi voluptati, sed etiam qui ali-

---

2. *quantam* V et plerique: *quam tantam* φ; *tantam* Lg42. — 3. *accessus* V. — *ac litteris* Lg42, F V: *aut litt.* rell.; *his litt.* O. — *insequentur* Lg42. — 4. *vobis iud. epist.* Lg42: *iud. vobis epistulam* V; *iud. ep. vobis* rell. O. — 5. *uti* Lg42: *ut* rell. O; *uti* delet Zumpt., et est sane in hoc vocab. quod displiceat. (In V est: *ni ut* superscr. *si*) — *potius* Lg42. — 7. *se ins.* Lg42, N: *se* om. ctt. O; *quibus se -- insinuet* al. in marg. Lamb. 1584. — 8. *declinat* Lg29. — *ea* Lg29; *et* rell. *(ea monet -- quae* om. Lg42.) — 9. *easdem existimat* dett. O. — 13. *impuro* Lagg. (praeter 29), N, codd. Lbi: *incauto* Lag29, al. — 14. *ad ist. am. adr.* Arus. M. p. 216. — 16. *recup. in arat.* Lg42: *in arat. rec.* N, 2 codd. Parr. Lall. (?) O; *in aratorem* om. ctt. — 18. *idem* Lg29 42. — 19. *Timarchidi* Lg42. — 20. *pudens ac bonus* Lg29 A B: *bonus ac prudens* Lg42 et 6 rell. (cf. ad §. 95.); *bonus ac pudens* O. — *iste* Lg42: *ille* ctt. O. — 26. *eo* Lg42 N: *isto* ctt. O. — *Gn. Laelii* Lg42; *aut C. L.* N. — *aut* Lg42 N: om. rell. O. — 30. *audierit a patre -- viderit* L: *audivit a patre -- vidit* 4, N: *a patre audivit -- vidit* dett.; *a patre audierit -- viderit* O. — 31. *prudentior* Lg42 48. — *facere* Lg42 φ: *agere* ctt. O. — 32. *patris similis* 4: *patri sim.* N O; *similis patri* dett. cf. V, 12, 30. — 33. *Verres* Lg42 φ: om. ctt. O. — 33. *sed* Lg42: *verum* ctt. O. — 34. *fecisse* Lg42. — 35. *non modo -- qui* om. Lg42.

quando usui rei publicae possent esse. Eos instituere atque erudire ad maiorum instituta, ad civitatis disciplinam, non ad tua flagitia neque ad tuas turpitudines debuisti. Esset ex inerti et improbo et impuro parente navus et pudens et probus filius; haberet aliquid res publica abs te muneris. Nunc pro te Verrem substituisti alterum civitati, nisi forte hoc deteriorem, si fieri potest, quod tu eius modi evasisti non in hominis luxuriosi, sed tantum in furis atque divisoris disciplina educatus. 162. Quid isto fore festivius arbitramur, si est tuus natura filius, consuetudine discipulus, voluntate similis? Quem ego, iudices, quamvis bonum fortemque facile paterer evadere; non enim me inimicitiae commovent, si quae mihi cum isto futurae sunt: nam si in omnibus rebus innocens fuero meique similis, quid mihi istius inimicitiae nocebunt? sin aliqua in re Verris similis fuero, non magis mihi deerit inimicus, quam Verri defuit. Etenim, iudices, eius modi res publica debet esse et erit veritate iudiciorum constituta, ut inimicus neque deesse nocenti possit neque obesse innocenti. Quapropter nulla res est, quam ob rem ego istum nolim ex paternis probris ac vitiis emergere. Id quod tametsi isti difficile est, tamen haud scio an fieri possit, praesertim si, ut nunc fit, custodes amicorum eum sectabuntur, quoniam pater tam negligens ac dissolutus est. 163. Verum huc longius, quam voluntas fuit, ab epistola Timarchidi digressa est oratio mea; qua recitata conclusurum me esse crimen decumanum dixeram, ex quo intellexistis innumerabilem frumenti numerum per triennium aversum a re publica esse ereptumque aratoribus.

LXX. Sequitur, ut de frumento empto vos, iudices, doceam, maximo atque impudentissimo furto; de quo dum certa et pauca et magna dicam breviter attendite. Frumentum in Sicilia emere debuit Verres ex senatus consulto et ex lege Terentia et Cassia frumentaria. Emendi duo genera fuerunt, unum decumarum, alterum, quod praeterea civitatibus aequaliter esset distributum: illius decumani tantum, quantum ex primis decumis fuisset, huius imperati in annos singulos tritici modium

1. *possent esse* Lg42: *esse p.* ctt. O. — 2. *ad civ.* Lg42: *atque civ.* ctt. O; *atque ad* coni. Lamb. marg. 1584. — *ad tua flagitia neque* Lg42, codd. Lbi: om. ctt. — 3. *ex* Lg42 N: om. ctt. — *et impr. et impuro* Lg42: *atque impr. et impuro* A et Lg29; *atque impuro et impr.* ctt. O. — 4. *parenti natus et impudens et improbus f.* Lg42. — *res p. abs te* Lg42: *abs te r. p.* ctt. O. — 5. *non prope Verrem sed subinstituis alterum civitatis* Lg42. — 6. *hoc forte* O contra codd. — *deteriorem* 4: *deterior est* rell. O.— *si* om. Lg42. — 7. *atque* Lg42: *ac* ctt. O. — 8. *festivius fore* dett. O. — *si* Lg42: *qui* ctt. O. — 10. *enim me* om. Lg29. — 11. *fut. sint* dett. O. — 13. *Verris* Lg44 29 A B: *Verri* codd. rell. noti, O. — 15. *veritate* codd.: *severitate* L O. Cf. ad Act. I. §. 3. — *nocenti deesse* Lg27 29. — 17. *ego* et 18. *isti* om. Lg29. — 18. *est* om. Lg42. — *ut si nunc* Lg29 A B; *si cui nunc* Lg42; *si uti nunc* Klotz.; *si*, *sicut nunc* Halmius.— 20. *hoc* Lg42.— *fuit* om. idem. — 21. *Timarchidi* Lg42 p. m.: *Timarchidis* rell. O. — *degressa* O.— 22. *me* om. Lg42. — *decumanum* Lambinus: *decumarum* codd. At cf. §. 154. 178. — 23. *per triennium* om. Lg42. — *av. id rei publicae* Lg42. Inde Klotzius: *aversum ab re p.* — *ereptumque* Lg42 N: *abreptumque* ctt. — 25. *nos iudices videamus* Lg42. — 27. *attendite* Lg42 A: *attendite. DE FRUMENTO EMPTO* Lg29 B. dett. — *in Sicilia emere* Lg42: *emere in Sic.* ctt. O. — 28. *emendi* Lg42: *emundi* ctt. O. — 29. *decumarum* Lg42 N: *alterarum dec.* cod. Hot., duo codd. Lbi (non F.), duo codd. Lall. (?) O; *ceterarum dec.* plerique (7 Lagg.), *certarum dec.* pauci. — 31. *huius imperati* A B N Lg29 (sed hic *imperatu*): om. rell. etiam Lg42. — *in annos singulos* Lg29 A B φ: *in nos sing.* Lg1; om. rell. O. [Recte; v. Zumpt.]

ɪↃcoc milia; pretium autem constitutum decumano in modios singulos HS III, imperato HS III S. Ita in frumentum imperatum HS duodetricies in annos singulos Verri decernebatur, quod aratoribus solveret, in alteras decumas fere ad nonagies. Sic per triennium ad hanc frumenti emptionem Siciliensem prope centies et vicies erogatum est. 164. Hanc pecuniam tantam, datam tibi ex aerario inopi atque exhausto, datam ad frumentum, hoc est ad necessitatem salutis ac vitae, datam, ut Siculis aratoribus, quibus tanta onera res publica imponeret, solveretur, abs te sic laceratam esse dico, ut possim illud probare, si velim, omnem te hanc pecuniam domum tuam avertisse. Etenim sic hanc rem totam administrasti, ut hoc, quod dico, probari aequissimo iudici possit. Sed ego habebo rationem auctoritatis meae: meminero, quo animo et quo consilio ad causam publicam accesserim. Non agam tecum accusatorie: nihil fingam: nihil cuiquam probari volo me dicente, quod non ante mihimet ipsi probatum sit. 165. In hac pecunia publica, iudices, haec insunt tria genera furtorum: primum cum posita esset pecunia apud eas societates, unde erat attributa, binis centesimis feneratus est: deinde permultis civitatibus pro frumento nihil solvit omnino: postremo, si cui civitati solvit, tantum detraxit, quantum commodum fuit, nulli, quod debitum est, reddidit.

LXXI. Ac primum hoc ex te quaero: tu, cui publicani ex Carpinatii litteris gratias egerunt, pecunia publica ex aerario erogata, ex vectigalibus populi Romani ad emendum frumentum attributa, fueritne tibi quaestui? pensitaritne tibi binas centesimas? Credo te negaturum; turpis enim est et periculosa confessio. 166. Mihi autem hoc perarduum est demonstrare. Quibus enim testibus? Publicanis? Tractati honorifice sunt: tacebunt. Litteris eorum? Decreto decumanorum remotae sunt. Quo me igitur vertam? rem tam improbam, crimen tantae audaciae tantaeque impudentiae propter inopiam testium ac litterarum praetermittam? Non faciam, iudices: utar teste. Quo? P. Vettio Chilone, homine equestris ordinis honestissimo atque ornatissimo, qui isti ita et amicus et necessarius est, ut, etiam si vir bonus non esset, tamen, quod contra istum diceret, grave videretur: ita vir bonus est, ut, etiam si inimicissimus isti esset,

---

1. *DXXX* Lg29 A B; *CCC* (om. *D)* Lg42. — *milia* om. Lg42. — 2. *III* Lg42 (i. e. terni): *terni* cod. Hot. O; *ternos* ctt. — *IIIS* (i. e. terni semis) Zumptius: *m.* (sic) Lg42; IIII. codd. rell. O. — *in*] *ut* Lagg. praeter 42. — *duo de tricies* (sed Lg42: *duo de dritiauus*) codd.: *bis et tricies* ex coni. Hot. O. — 4. *fere* Lg42: *ferme* ctt. O. — *nonagiens* Lg42. — 5. *centies*] *tricentiens* Lg42. [non pertinet varietas ad totum numerum, id quod propter Zumptii dubitationem monendum erat.] — *vicies* Lambinus: *tricies* v. *triciens* codd. O. — *Hanc -- exhausto* Prisc. I, p. 334. Kr. — 6. *inexhausto* Lg29; *inhausto* 42. — 7. *ac* Lg42: *et* ctt. O. — *ut Siculis, ut arat.* Lg42. cf. §. 205. — 9. [*laceratam*] *lucri factam* Steph. Cf. §. 174.] — *vellem* Lg42. — 10. *pecuniam -- sic hanc* om. Lg42. — *advertisse* Lg29; *revertisse* Lagg. rell. — 11. *administrari* Lg42. — 12. *habeo* Lg42. — *si meminero* Lg42 sec. m. — *et quo cons.* Lg42; *quo cons.* ctt. O. — 14. *cuiquam* N et 4: om. rell. — *volo* Lg42 φ: *velim* rell. O. — 16. *furtorum*] *fructuum* Lg42. — *cum p. e. pecunia* Lg42 φ: *eam, cum posita esset* (om. *pecunia)* rell. O. — 17. *binis eam* φ. — 20. *reddit* Lg42. — 21. *ac* Lg29 A B: *hanc* Lg42; *at* dett. — *tu* incl. Ern.; del. Schütz; *tibi* coni. Benedict. «Sed egregium est ἀνακόλουθον». Or. — *Carpinati* Lg29; *Arpinati* 5 Lagg. dett. — 23. *attrib. fuerit frumentumne tibi q. pensitaretne* Lg42. — 25. *mihi enim perarduum dem.* Lg29. — 26. *publicanis* Lg42 F, 2 codd. Lbi: *publicani* rell. — 27. *litteris* Lg42 F, 2 codd. Lbi: *litterae* rell. — 30. *P. Vectio* codd. hic et infra, cf. Zumpt.; *L. Vettio* coni. Man. — 31. *ita et amic.* Lg42 φ: *ita am.* Lg29 O; *et amic.* rell.

tamen eius testimonio credi oporteret. 167. Admiratur et exspectat, quidnam Vettius dicturus sit. Nihil dicet ex tempore, nihil ex sua voluntate, nihil, cum utrumvis licuisse videatur. Misit litteras in Siciliam ad Carpinatium, cum esset magister scripturae et sex publicorum, quas ego Syracusis apud Carpinatium in litterarum allatarum libris, Romae in litterarum missarum apud magistrum L. Tullium, familiarem tuum, inveni: quibus ex litteris impudentiam feneratoris, quaeso, cognoscite. Litterae missae P. Vettii, P. Servilii, C. Antistii, magistrorum. Praesto ait se tibi futurum Vettius et observaturum, quem ad modum rationes ad aerarium referas, ut, si hanc ex fenore pecuniam populo non rettuleris, reddas societati. 168. Possumus hoc teste, possumus P. Servilii et C. Antistii magistrorum litteris, primorum hominum atque honestissimorum, possumus auctoritate societatis, cuius litteris utimur, quod dicimus obtinere? an aliqua firmiora aut graviora quaerenda sunt? LXXII. Vettius, tuus familiarissimus, Vettius, tuus affinis, cuius sororem habes in matrimonio, tuae uxoris frater, Vettius, frater tui quaestoris, testatur litteris tuum impudentissimum furtum certissimumque peculatum; nam quo alio nomine pecuniae publicae feneratio est appellanda? Scribam tuum dicit, Verres, huius perscriptorem fenerationis fuisse: ei quoque magistri minantur in litteris, et casu scribae tum duo magistri fuerunt cum Vettio. Binas centesimas ab sese ablatas ferendum non putant, et recte non putant. Quis enim hoc fecit umquam? quis denique conatus est facere aut posse fieri cogitavit, ut, cum senatus usura publicanos saepe iuvisset, magistratus a publicanis pecuniam pro usura auderet auferre? Certe huic homini spes nulla salutis esset, si publicani, hoc est, si equites Romani iudicarent. 169. Minor esse nunc, iudices, vobis disceptantibus debet, et tanto minor, quanto est honestius alienis iniuriis quam re sua commoveri. Quid ad haec respondere cogitas? Utrum

---

3. *cum* codd. noti praeter A, ex quo nihil diversitatis a vulgata *ut si*, quae a Victorio est, enotatum est. — *litteras in Sic.* Lg42: *in Sic. litt.* rell. O. — 4. *et sex publicorum* codd. praeter cod. Urs. (?), in quo *eius societatis publicanorum* fuisse traditur: *et eius societatis publicanorum* O; *et societatis publicanorum* L. [Abest *sex* a Lag14; *publicorum* habent omnes, Lagg. praeter unum 5.] — 5. *allatarum l. R. in litterarum* om. Lg42 45 N. — 6. *L. Tullium* N: *L. Pulum* Lg42; *L. Pulium* φ; *Tullium* rell. — 7. *feneratoris* Lgg. omnes. N B ψ H. (ex A C nihil enotatum est): *fenerationis* O, quod si aliquam a codicibus haberet auctoritatem, propter §. 168. 170. praeferrem. — 8. *LITTERAE -- MAGISTRORUM* om. Lag27 29 42 A B C, relicto tamen spatio vacuo in Lg27 29 et B; *MISSAE* om. F. — *L. Vectii* dett. O. — *P. Serv.* Zumpt: *L. Serv.* codd. — *Antistii* Ursinus: *Antistitis* codd. — 9. *ait se tibi* Lg42: *se tibi ait* ctt. O. — 10. *pec. populo* Lg42: *pop. pec.* rell. O. — 11. *P. Serv.* codd. omnes. — 12. *Antisti* Lg29 42; *Antistiti* rell. — 13. *litteris* Lg42 N: om. rell. — 14. *aut*] *an* 3 Lagg. dett. — 15. *cum Vettius, t. f.* Franc. (est scriptura *Vettius* h. l. in Lg42. 45.) — 16. *ux. frater* Lg42: *fr. ux.* rell. O. [*tuae uxoris frater*] Kl. — *Vettius frater* om. Lg42. — 17. *testatur litteris* Lg42 φ: *testatur* N O; utrumque voc. om. ctt. — *tuum imp.* Lg42 N φ: *imp. t.* rell. O. — 18. *Scribam*] *Recita reliqua. Scribam* O cum codd. dett. Absunt illa verba ab A B, Lg42, item a 27 et 29, sed ita ut in his duobus lacuna sit. — 20. *etenim casu* e cod. (vel coni.) Hotom. O. — *scribae* O ex Ernestii sent. uncis inclusit. — *affuerunt* cod. Hotom. — 21. *sese* Lg42: *se* ctt. O. — *ferendum* Lg1 42: *ferundum* rell. — *putauit* Lg42. — *et r. non put.* om. idem. — 22. *nique conatus est -- iussit* §. 173 extr. habet V. — 23. *usura publ.* Lg42 V: *publ. usura* rell. O; *publ. versura* coni. J. F. Gronov. de pec. vet. IV, 3. — 24. *pro*] *quod* Lg42. — *usura* Lg42 V: *usuris* ctt. O. — 26. *iudic.* sic V (Br.) — *esse* Lg42 φ V: *esse cura* rell. — 28. *res sua* V; *sua* om. Lg42.

factum negabis? an tibi hoc licitum esse defendes? Negare qui potes? an ut tanta auctoritate litterarum, tot testibus publicanis convincare? Licuisse vero qui? Si mehercule te tuam pecuniam praetorem in provincia feneratum docerem, tamen effugere non posses: sed publicam, sed ob frumentum decretam, sed a publicanis fenore accepto, hoc licuisse cuiquam probabis? quo non modo ceteri, sed tu ipse nihil audacius improbiusque fecisti. Non mehercule hoc, quod omnibus singulare videtur, de quo mihi deinceps dicendum est, possum, iudices, dicere audacius esse aut impudentius, quod permultis civitatibus pro frumento nihil solvit omnino. Maior haec praeda fortasse, sed illa impudentia certe non minor. 170. Et quoniam de illa feneratione satis dictum est, nunc de hac tota pecunia aversa, quaeso, cognoscite.

LXXIII. Siciliae civitates multae sunt, iudices, ornatae atque honestae, ex quibus in primis numeranda est civitas Halesina; nullam enim reperietis aut officiis fideliorem aut copiis locupletiorem aut auctoritate graviorem. Huic iste in annos singulos cum sexagena milia tritici modium imperavisset, pro tritico nummos abstulit, quanti erat in Sicilia triticum: quos de publico nummos acceperat, retinuit omnes. Obstupui, iudices, cum hoc mihi primum Halesae demonstravit in senatu Halesinorum homo summo ingenio, summa prudentia, summa auctoritate praeditus, Halesinus Aeneas, cui senatus dederat publicam causam, ut mihi fratrique meo gratias ageret, et simul, qui nos ea, quae ad iudicium pertinerent, doceret. 171. Demonstrat hanc istius consuetudinem ac rationem fuisse, quod omnis frumenti copia decumarum nomine penes istum esset redacta, solitum esse istum pecuniam cogere a civitatibus, frumentum improbare; quantum frumenti esset Romam mittendum, tantum de suo quaestu ac de sua copia frumenti mittere. Posco rationes: inspicio litteras: video frumenti granum Halesinos, quibus sexagena milia modium imperata erant, nullum dedisse, pecuniam Volcatio,

2. *convincere* V. — 3. *si hercule* V; *hercle* Lg42 (om. *si*). At infra *mehercule*. Turbatur plerumque in hoc voc.; cf. Zumpt. ad III. §. 145. — *pecuniam tuam* Lg42 F. At cum oppositionis, quae infra subiicitur, ratio pronomen ut anteponatur postulet, tum pronomina eiusdem personae sic coniungi solent. — *praetorem* Lg42 F V: *non populi R.* ctt. O. — 4. *faeneratum* V. — *set publ.* V. — 5. *fenore acceptam* V; om. Lg42. — 6. *ceteri*] *ceri* V; *ceteris* Lg42. — *tu ipse* Lg42 V φ: *ipse* ctt. — 7. *mehercules* Lg42. — *in omnibus* Lg42. — 9. et 10. *inp.* V. — *fortasse* Lg42 V: *fortasse est* rell. O. — 11. *faener.* V. — 12. *pecunia* om. Lg42. — 13. *S. hae civit.* A; *S. haec civit.* Lg29 B. — 14. *Halaesina* V, et sic fere ubique; cf. Zumpt. in Add. p.1055. At videtur sic rectius scribi hoc nomen. Sed cum ad Fam. XIII, 32, 1. *Halesina* scriptum sit, constantiae causa hanc scripturam nos quoque retinuimus. — *nulla enim repp.* V. — 16. *sexagena* N (cf. p. Cluent. §. 78 ibique Garat. et §. 87): *LX* V; *sexaginta* rell. — *M. tritici* V: *tritici milia* ctt. At *tritici modium* non solet sic numero disiungi. cf. ex. c. §. 148. 110. 116. 75 sqq. — 17. *mod.* V et sic saepe. — *apstulit quantum* V. — 18. *omnis* V. — 19. *obstipui* Lg29 F N V. cf. Garat., qui in curis sec. addit Anthol. Burm. II. p. 622. Inscriptt. ap. Fabrett. p. 192.: *Doctorem doctor vidit et obstipuit*; cod. opt. in Catil. II. 7, 14. *obstipefactus*; marg. Lbi 1584. Verr. L. I. 26, 66. *obstipuit*. — *Halesae* Lg29 42: *Halaese* V; *Helesae* ctt. — 21. *saenatus* V. — *publicam* Lg42 V: *publice* ctt. O. — *causam* cum Ernestio uncis inclusit O. — *ut* V (non *uti*, ut habet Maius). — 22. *et simul, qui*] *simulque* coni. Benedict. — 23. *demonstravit* V. — *ac rationem* om. V. [Recte, ut videtur.] — 24. *quod* Lg42 et V (Br.): *quod cum* rell.; *cum* O. — *frumenti pecunia decumanorum* V. — *paenes* V. — 25. *istum esse* Lg29. — *congregare* Lg42. — 26. *frumenti esset R.* 4: *frum. R. esset* cett. O; *esset frumentum Roma* (non *Romam*) V. — 27. *rationē* V (Br.) — 28. *sexagena* Lg42 N: *LX* V; *sexaginta* ctt. — 29. *inperata* V.

Timarchidi, scribae dedisse: reperio genus huius modi, iudices, praedae, ut praetor, qui frumentum emere debeat, non emat, sed vendat: pecunias, quas civitatibus distribuere debeat, eas omnes avertat atque auferat. Non mihi iam furtum, sed monstrum ac prodigium videbatur civitatum frumentum improbare, suum probare, cum suum probasset, pretium ei frumento constituere: quod constituisset, id a civitatibus auferre: quod a populo Romano accepisset, tenere. LXXIV. 172. Quot vultis esse in uno furto peccatorum gradus? ut, si singulis insistere velim, progredi iste non possit. Improbas frumentum Siculorum. Quid? ipse quod mittis? peculiarem habes aliquam Siciliam, quae tibi ex alio genere frumentum suppeditare possit? cum senatus decernit, ut ematur in Sicilia frumentum, aut cum populus iubet, hoc, ut opinor, intelligit, ex Sicilia Siculum frumentum apportari oportere. Tu cum civitatum Siciliae vulgo omne frumentum improbas, num ex Aegypto aut Syria frumentum Romam missurus es? Improbas Halesinum, Thermitanum, Cephaloeditanum, Amestratinum, Tyndaritanum, Herbitense, multarum praeterea civitatum. Quid accidit tandem, ut horum populorum agri frumentum eius modi te praetore ferrent, quod numquam antea, quod neque tibi neque populo Romano posset probari, praesertim cum ex isdem agris eiusdem anni frumentum ex decumis Romam mancipes advexissent? quid acciderat, ut ex eodem horreo decumanum probaretur, emptum improbaretur? Dubiumne est, quin ista omnis improbatio cogendae pecuniae causa nata sit? 173. Esto: improbas Halesinum; habes ab alio populo, quod probes: eme illud, quod placet; missos fac eos, quorum frumentum improbasti. Sed ab iis, quos repudias, exigis tantum pecuniae, quantum ad eum numerum frumenti satis sit, quem ei civitati imperas emendum.

---

1. *pec. Timarchidi et Volcatio scribae* V. At cf. §. 175., ubi *scriba* hic nomine appellatur *Maevius*. [Recte Klotzius Vat. secutus est; nam vulgatam vitiosam esse oratio ipsa docet.] — *repperio* V. — *huiuscemodi* Lagg. (praeter 42), A B. — 2. *frumen* (in fine versus, ut Br. notavit) V. — *debeat* Lg42 V: *debebat* ctt. O. — 3. *debeat* Lg27 42 V: *debebat* ctt. O. — 5. *improbasse* Lagg. praeter 42. — *suum probare* N et, ut videtur, B: om. V, rell., item Lagg. omnes [de qua re Zumptius non debebat dubitare; nam nota Nieb. satis clara est. In V est *improbare* in fine versus.] — *cum suum probasset* Lg42 N et, ut videtur, B: *cum suum frumentum pr.* V; om. ctt. — 6. *quod const.* Lagg. V: *quod cum const.* N. — *a civitatibus* 4, V φ: *a* om. dett. O. — *auferet* V. — 7. *quod* V. — *voltis* V et Lg42. — 8. *ut* om. L. — *si* om. Lg42. — 9. *possit* Lg42 V φ: *posset* ctt.; *gradus? tot sunt, ut in s. ins. si velim, prog. ipse non possim* L. in marg. 1584. — *inprobas* V, et sic infra. (*improba* Lg42.) — *Siculum* O contra codd. — *quod*] *quem* V. [Brunnius non vidit in cod. nisi tres litteras, duas priores *QV*, tertiam vix perspicuam, sed ut videatur potius *I* quam *E*.] — 11. *subp.* V. — *in Sici aut* V med. om. — 12. *aut cum* Lg29 42 V φ: *aut* rell. — 13. *apportare* Lg42. — 14. *num*] *nunc* V. — *aut S.* Lg42 V: *aut ex S.* ctt. O. — *Siria* V (Br.) — *Roma* V. — 15. *missurus es* Lg42 φ: *m. esses* V; *mittis* rell. φ. — *Halesinum* sic h. l. etiam V. — *Therm. Cephal.* Lgg. omnes A B C: *Cephal. Therm.* V (Br.) O. — 16. *tindaritanum* V. — 17. *accedit* Lg42. — *tandem* Lg42 V, alii: *tamen* 7 Lagg., alii. — *eiusmodi*] *eiusde* V pr. m., ut videtur (Br.) — 18. *te praet.*] *tempore* Lg42; idem deinde om. *quod n. antea.* — *quod neque tibi* V (sed pr. m. *quae* teste Br.): *aut neque tibi* Lg42; *ut neque mihi neque tibi* L. 1584; *ut neque tibi* O [recte]; *neque tibi* ctt. — 19. *possint* V. — *isdem* V: *iisdem* ceteri. — *eiusdem* V et 4: *eiusdemque* rell. O. — 20. *adduxissent* A B Lg42. — *qui acciderat* Lg29 B; *quid accidebat* Lg42. — 21. *improbaretur* 4, F V: *non probaretur* dett. O. — 22. *dubium est* V. — 23. *improbes* Lg42. — 24. *eme*] *me* Lg29 42. — 25. *ab his* Lg1 5 42; *ab aliis* V. — *quos*] *quod* V (Br.) — 26. *frumentum* V (Br.) — *ei civ.* Lg42 F: *ei* om. V (Br.) rell. O. — *emendum* Lg42 F V (sed Lag. levi vitio: *semendum*): om. rell. et O, qui pro *emendum* colon *Dubium est quid egeris?*

In medimna singula video ex litteris publicis tibi Halesinos HS quinos denos dedisse. Ostendam ex tabulis locupletissimorum aratorum eodem tempore neminem in Sicilia pluris frumentum vendidisse. LXXV. Quae est ergo ista ratio aut quae potius ista amentia, frumentum improbare id, quod ex eo loco sit, ex quo senatus et populus Romanus emi voluerit, et ex eo acervo, ex quo partem tu idem decumarum nomine probaris: deinde a civitatibus pecuniam ad emendum frumentum cogere, cum ex aerario acceperis? Utrum enim te lex Terentia Siculorum pecunia frumentum emere an populi Romani pecunia frumentum a Siculis emere iussit? 174. Iam vero ab isto omnem illam ex aerario pecuniam, quam his oportuit civitatibus pro frumento dari, lucri factam videtis. Accipis enim HS xv pro medimno; tanti enim est illo tempore medimnum: retines HS xxi; tanti enim est frumentum Siciliense ex lege aestimatum. Quid interest, utrum hoc feceris an frumentum Siciliense non improbaris, sed frumento probato et accepto pecuniam publicam tenueris omnem neque quidquam ulli dissolveris civitati, cum aestimatio legis eius modi sit, ut ceteris temporibus tolerabilis Siculis, te praetore etiam grata esse debuerit? Est enim modius lege HS iiis. aestimatus: fuit autem te praetore, ut tu in multis epistolis ad amicos tuos gloriaris, HS ii. Sed fuerit HS iis., quoniam tantum a civitatibus in modios singulos exegisti. Cum, si solveres Siculis tantum, quantum populus Romanus iusserat, aratoribus fieri gratissimum posset: tu non modo eos accipere, quod oportebat, noluisti, sed etiam dare, quod non debebant, coëgisti. 175. Atque haec ita gesta esse, iudices, cognoscite et ex litteris publicis civitatum et ex testimoniis publicis, in quibus nihil fictum, nihil ad tempus accommodatum intelligetis. Omnia, quae dicimus, rationibus populorum non interpositis neque perturbatis neque repentinis, sed certis, institutis, ordine relata atque confecta sunt. Recita rationes

---

habent, quod deest in isdem superioribus. — 1. *medimnis singulis* Lg42. — *ex libris* V. — *quinos*] *quos* Lg42. — 4. *est ergo* 4, V φ : *est* om. dett. — *ista amentia* Lg42 : *ista* om. V (Br.), rell. O. — 5. *quod eo* (om. *ex*) Lg42 ; *quod et eo* φ. — *locos sit* V. — *emere* V. — 6. *et ex eo* Lg42 V φ : *ex eo* rell. O. — *decumanorum* V. — 7. *pecuniam* Lg42 V φ, alii: *pecunias* plerique, O. [Br. in V legit *pecunia*, quae vox est in fine versus.] — 8. *cum* V sup. lin. m. 2. (Br.) — *utrum enim te* V φ : *utrum enim* Lg42; *utrum te* rell. O. — 9. *emere* Lg42 V φ : *emere a Siculis* rell. O. — *a Siculis* Lg42 V, alii : *ab Sic*. plerique, O. — 12. *accepisse* Lg42. — *XV* codd. (praeter Lg29, qui habet *XII*.) : *quinos denos* Ven. L. O. — *tanti etiam illo* Lg42. [ex: *tanti est enim illo*. Halm.] — 13. *HS* om. Lg42. — *XXI* Lg42 N: *XXV* A; *XXII* Lg29 B; *XII* plerique alii; *XVIII* de Hotom. coni. O, ut Lag14 videtur habere. — *frumenti* Lg42. — 14. *hec* idem. — *Siciliense* Lg42 F : om. rell. O. — 18. *HS IIIS* coni. Zumpt. (i. e. sestertiis ternis semis): *HS IIII* A B; *HS III* ctt. O. — 19. *te* om. Lg42. — 20. *II*] *IIS* F O; *NS* Lg42. — *fuerit*] *evertit* Lg42. — *HS IIS* Zumptius: *HS IIIS* Lg42 N; *HS III* rell. O. — *tantum* Lg42 : *tu tantum* ctt. O. — 21. *si* om. Lg42. — *solveris* Lagg. exc. 42. — *quantum* Lg42 : *quantum te* rell. O. — 23. *noluisset etiam* Lg42. — 24. *cognoscite* - - *vidimus* §. 177. init. habet V. — *et ex litt*. Lg42 N : *ex litt*. V ctt. — 25. *civitatium* V. — *ex testimonis* sine *et* V (Br.) — *a te fictum* V. (ex *adfictum*? Halm.) — 26. *acomododatum* V. (Br., non *accommododatum*, ut habet Maius.) — *intelligetis* St. L. O. (quod ex cod. Nann. depromptum esse falso traditur; nam teste Garat. II. in edd. Oporin. et Colon., sicut in V. L. Graevii *intelligitis* ex cod. Nann. enotatur, idque est etiam ap. Steph.; sed sine dubio sic scribendum est): *intelligitis* s. *intellegitis* 4, N V; *intelligatis* dett. (Brunnio in V potius *intellegatis* quam *intellegitis* videtur exstare.) — 28. *Rec. rat. Hales*. om. Lg27 42 A et vacuo spatio relicto Lg29 B. Extant haec vv. in V, in quo h. l. *Hales*. non *Halaes*. exaratum est.

Halesinorum. Cui pecuniam datam dicit? Dic, dic etiam clarius: Volcatio, Timarchidi, Maevio. LXXVI. Quid est, Verres? ne illam quidem tibi defensionem reliquam fecisti, mancipes in istis rebus esse versatos? mancipes frumentum improbasse? mancipes pretio cum civitatibus decidisse et eosdem abs te illarum civitatum nomine pecunias abstulisse, deinde ipsos sibi frumentum coëmisse, nihil haec ad te pertinere? Mala, mehercule, ac misera defensio praetorem hoc dicere, «Ego frumentum neque attigi, neque adspexi: mancipibus potestatem probandi improbandique permisi: mancipes a civitatibus pecunias extorserunt: ego autem, quam pecuniam populis dare debui, mancipibus dedi.» 176. Mala est haec quidem, ut dixi, defensio, ac potius perdita maximorum peccatorum, huius autem et iniquitatis et inertiae confessio, non defensio criminis: sed tamen hac ipsa tibi, si uti cupias, non licet: vetat te Volcatius, tuae tuorumque deliciae, mentionem mancipis facere. Timarchides autem, columen familiae vestrae, premit fauces defensionis tuae, cui simul et Volcatio pecunia a civitate numerata est. Iam vero scriba tuus anulo aureo suo, quem ex his rebus invenit, ista te ratione uti non sinet. Quid igitur est reliquum, nisi uti fateare te Romam frumentum emptum Siculorum pecunia misisse, publicam pecuniam domum tuam convertisse? O consuetudo peccandi, quantam habes iucunditatem improbis et audacibus, cum poena abfuit et licentia consecuta est! 177. Iste in hoc genere peculatus non nunc primum invenitur, sed nunc demum tenetur. Vidimus huic ab aerario pecuniam numerari quaestori ad sumptum exercitus consularis: vidimus paucis post mensibus et exercitum et consulem spoliatum. Illa omnis pecunia latuit in illa caligine ac tenebris, quae totam rem publicam tum occuparant. Iterum gessit hereditariam quaesturam, cum a Dolabella magnam pecuniam avertit, sed eius rationem cum damnatione Dolabellae permiscuit. Commissa est pecunia tanta praetori: non reperietis hominem timide nec leviter haec improbissima lucra ligurientem; devorare omnem pecuniam publicam non dubitavit. Ita serpit illud insitum in natura malum consuetudine peccandi libera, finem audaciae ut statuere ipse non possit. 178. Tenetur igitur aliquando, et in rebus cum maximis, tum manifestis

---

1. *dic* semel habent V φ. cf. §. 106. 197. [Recte; abest alterum *dic* etiam a Lg42 et 29, de qua re Z. tacet.] — 2. *MAEVIO*] *uicino* Lg42; *Menio* 3 alii. — *tibi quidem* Lg42. — 8. *aspexi* V; *inspexi* Lg42 N. «Sed levius voc. hoc loco aptius». Or. I. Idque praeterea annominationis figura in paribus membris usitatissima commendatur. — 9. *pecuniam* V (Br.). — 10. *mala est - - criminis* 4: *mala est haec quidem, ut dixi, ac potius perdita maximorum peccatorum, huius autem iniquitatis et inertiae confessione (confession. F) defensio criminis* V F; *mala est haec, ut dixi, defensio crim.* codd. dett.; *mala est haec quidem, ut dixi, [ac potius perdita] defensio crim.* O. — 13. *tamen* om. Maius. [est in V teste Br.] — 14. *mancipiis* V. (Br.) — 16. *a civitatibus* V. — *tus* V. — 17. *anulo* V et 7 Lagg.: *annulo* O. — *his*] *is* (i. e. *iis*) V. — 18. *relicum nisi ut* V. — 19. *pecuniam mis.* V (est *pecuniam* in fine versus). — *pecuniam* om. Lg42. — 20. *avertisse* L. — *in impr.* dett. O. — 21. *poenam fuit* A B (p. m.) V [ortum ex *POENAAFVIT*, ut edidit Lamb.]; *poena adfuit* Lg29 42. — *licentiam* V. — 23. *videmus* Lg42. — 24. *mens. post paucis* Lg42. — 25. *omnia* (om. *pecunia*) Lg42. — 26. *occuparant* Lg42 φ: *occupaverant* Lg29 O; *occupaverat* rell. — 27. *cum a* Lg42 N: *a* om. ctt. O, interpunctione sic mutata: *quaesturam cum Dolabella: magnam* sqq. — 31. *dubitabit* Lg42. — *in* om. Lg42. — 32. *audaciae ut* Lg42: *ut aud.* rell. O. — *ipse sibi* dett. O. — 33. *cum* A B Lg29: *quam* Lg42; *tum* dett. O. — *maximeis* Lg42.

tenetur. Atque in eam fraudem videtur mihi divinitus incidisse, non solum ut eas poenas, quas proxime meruisset, solveret, sed ut illa etiam scelera eius in Carbonem et in Dolabellam vindicarentur. LXXVII. Etenim nova quoque alia res, iudices, exstitit, in hoc crimine, quae tollat omnem dubitationem superioris illius decumani criminis. Nam ut illud missum faciam, permultos aratores in alteras decumas et in haec ɪɔccc milia modium, quod emptum populo Romano darent, non habuisse et a tuo procuratore, hoc est, ab Apronio, emisse, ex quo intelligi potest nihil te aratoribus reliqui fecisse: ut hoc praeteream, quod multorum est testimoniis expositum, potest illo quidquam esse certius, in tua potestate atque in tuis horreis omne frumentum Siciliae per triennium atque omnes fructus agri decumani fuisse? 179. Cum enim a civitatibus pro frumento pecuniam exigebas, unde erat frumentum, quod Romam mitteres, si tu id non omne clausum et compressum possidebas? Ita in eo frumento primus tibi ille quaestus erat ipsum frumentum, quod erat ereptum ab aratoribus: alter, quod frumentum improbissime per triennium partum non semel, sed bis, neque uno, sed duobus pretiis unum et idem frumentum vendidisti: semel civitatibus HS xv in medimnum, iterum populo Romano, a quo HS xxi in medimna pro eodem illo frumento abstulisti. — 180. At enim frumentum Centuripinorum et Agrigentinorum et nonnullorum fortasse praeterea probasti et his populis pecuniam dissolvisti. — Sint sane aliquae civitates in eo numero, quarum frumentum improbare nolueris. Quid tandem? his civitatibus omnisne pecunia, quae pro frumento debita est, dissoluta est? Unum mihi reperi, non populum, sed aratorem: vide, quaere, circumspice, si quis est forte ex ea provincia, in qua tu triennium praefuisti, qui te nolit perisse: unum, inquam, da mihi ex illis aratoribus, qui tibi ad statuas pecunias contulerunt, qui sibi dicat omne esse pro frumento, quod oportuerit, solutum. Confirmo, iudices, neminem esse dicturum.

LXXVIII. 181. Ex omni pecunia, quam aratoribus solvere debuisti, certis nominibus deductiones fieri solebant, primum pro spectatione et collybo, deinde pro nescio quo cerario. Haec omnia, iudices, non rerum certarum, sed furtorum improbissimorum sunt vocabula. Nam col-

---

1. *videtur mihi* Lg42: *mihi vid.* rell. O. — 2. *proxume* Lg29. — *illa* om. dett. —3. *Carbonem et in* om. Lg42. — 4. *iud. extitit* Lg29 42: *ext. iud.* rell. O. — 6. *et* om. Lg42. — *ottingenta* idem sine *milia*. — 7. *et a* 4: *sed a* dett. O. — 8. *hoc est amisso ex quo* Lg42. — 9. *nihil te*] *in hisce* Lg42. — *multorum est t. exp.* cod. Urs. φ: *in multorum est t. positum* Lg29 42 A B (Lg42 om. *in*); *in multis ex test. est positum* dett.; *in multis est test. exp.* O. — 12. *omnis* Lg29. — *fructus decumanum* Lg42 (non *decumanam*). [ex *decumanorum*? Halm.] — *a* om. Lg42. — 13. *pecunias* Lg42. — 14. *omne non* Lg42. — *ita* 4: *itaque* dett. O.— 15. *erat* φ et 4: *fuit* dett. O. — *ipsum frumentum* Lg42 φ: *ipsius frumenti* rell. O. — 16. *ab* om. φ et Lg29. — *frumentum* Lg42 F N: *id frum.* rell. O. — *per triennium* Lg42 N: om. rell. — 18. *XV*] *XII* Lg29. — *in medimnum* -- *HS. XXI* om. Lg42. — 19. *XXI* codd.: *XVIII* de Hotom. coni. O et sic fort. Lag. 27. — *in singula medimna* L. — 22. *sane* Lg42 φ: om. rell. O. — 23. *uolueris* Lg42 H. — 25. *vide quaere*] *undique* cod. Urs.; *inde quaere* Lag. 5. — *est forte* Lg42: *forte est* rell. O. — 27. *mihi da inquam* Lg29. — *qui tibi* 4 et N (in quo vix credibile est *qui tibi vel* fuisse, quod vulgo post Nannium legitur): *qui vel* dett.; *qui tibi vel* O. — *statuas pecunias* Lg42: *statuam pecuniam* rell. O. — 28. *omne esse pro frum.* 4: *pro frum. o. e.* dett. O. — 30. *aratorem* Lg42. — 32. *collibo* Lg29 42. — *cenario* Lg29 (infra: *cernarium*). — *haec*] *ac* Lg42. — 33. *collibius* Lg42.

lybus esse qui potest, cum utuntur omnes uno genere nummorum? Cerarium vero quid? quo modo hoc nomen ad rationes magistratus, quo modo ad pecuniam publicam allatum est? Nam illud genus tertium deductionis erat eius modi, quasi non modo liceret, sed etiam oporteret, nec solum oporteret, sed quasi necesse esset plane. Scribae nomine de tota pecunia binae quinquagesimae detrahebantur. Quis hoc tibi concessit? quae lex, quae senatus auctoritas, quae porro aequitas, ut tantam pecuniam scriba tuus auferret sive de aratorum bonis sive de populi Romani vectigalibus? 182. Nam si potest ista pecunia sine aratorum iniuria detrahi, populus Romanus habeat, in tantis praesertim aerarii angustiis: sin autem et populus Romanus voluit et aequum est ita solvi aratoribus, tuus apparitor parva mercede populi conductus de aratorum bonis praedabitur? et in hac causa scribarum ordinem in me concitabit Hortensius? et eorum commoda a me labefactari atque oppugnari iura dicet? quasi vero hoc scribis ullo exemplo aut ullo iure sit concessum. Quid ego vetera repetam? aut quid eorum scribarum mentionem faciam, quos constat sanctissimos homines atque innocentissimos fuisse? Non me fugit, iudices, vetera exempla pro fictis fabulis iam audiri atque haberi: in his temporibus versabor miseris ac perditis. Nuper, Hortensi, quaestor fuisti. Quid tui scribae fecerint, tu potes dicere: ego de meis hoc dico, cum in eadem ista Sicilia pro frumento civitatibus pecuniam solverem et mecum duos frugalissimos homines scribas haberem, L. Mamilium et L. Sergium, non modo istas duas quinquagesimas, sed omnino nummum nullum cuiquam esse deductum. LXXIX. Dicerem hoc mihi totum esse attribuendum, iudices, si illi umquam hoc a me postulassent, si umquam omnino cogitassent. 183. Quam ob rem enim scriba deducat et non potius mulio, qui advexit? tabellarius, cuius adventu certiores facti petiverunt? praeco, qui adire iussit? viator aut

---

1. *esse qui*] *quinam esse* N O. — *utuntur* Lgg. omnes, B: *utantur* Nauger. O. De A C tacetur. — 2. *quid?* Lg42 N: *quid vocas?* rell. — *rationem* Lg1 et 42. — 5. *quasi nec. esset plane* Lg42: *plane nec. esset* rell. O. — *nomine*] *omnes* Lg42. — 6. *hoc tibi* Lg42: *tibi hoc* rell. O. — 8. *auferret*] *averret* Lg42; *averreret* N; *averteret* L. — 10. *habet* Lg29 A B; *habebat* Lg42. — *in tantis praes.* Lg29 et A B, ut videtur: om. *in* Lg42 (at cf. p. Balb. §. 61. de orat. I. §. 3.); *praes. in t.* dett. O. — 11. *Rom. voluit* Lg42: *id voluit* rell. O. — *est ita* Lg42: *ita est* rell. O. — 14. *nari iura -- praedonum* §. 186. s. f. habet V. — 15. *iura* 1, N V: *iniuria* dett. — *scribit* V. — *aut ullo iure sit* Lg42: *sit aut ullo iure* V (Br.), ctt. O. — 16. *ego*] *ergo* Lg42 48 V. — *vetera*] *reuera* V. — *aut qui* Lg42. — 18. *non praeterit iudices* V. — 19. *non sabor* Lg42 [ex *uorsabor*]. — 20. *fecerunt* Lagg. praeter 29. — 21. post *ista* in V duae litterae sequi videntur, fort. *PR.* (Br.) — *pecuniam civit.* V et Lag. 29. — 22. *et mecum duos*] *cum duo* (om. *et*) Lg29 B. — 23. *Manlium* Lg42; *Mallium* marg. 1584. — 24. *nullum* om. Lg29 B. — *deductum*] *decum* V (Brunnio potius *dictum* videtur). — 25. *totum mihi* Lg29 B. — *adir.* V. — *umquam cogitassent et* Lg42. — *hoc a me* Lg42 V: *a me hoc* rell. O. — 26. *possent* V. — *umquam omni* V; *omnino umquam* Lg42. — 27. *et n. p. m.* Lg42: *non mulio plus* V (hinc Kl. *non mulio potius*); *ac n. potius m.* φ rell. O. (*multo* pro *mulio* omnes Lagg.) — *advexit* Lg42: *advexerit* F V rell. — *non tabellarius* V (Br.) — 28. *petiverunt* uncis inclusit Ernesti. «Aegre tamen hic desideramus verbum finitum, satisque respondere videtur v. *adire* vel *abire*. *Petebant* scil. scribae solita aliqua formula, vel ut sibi *adire* liceret ad frumentum illud suas in tabulas referendum, vel ut *abiret* frumentum eum in locum, ubi id in rationes suas referebant: quam ad rem opus erat, ut praeco aliam quandam formulam pronuntiaret.» Or. I. At cf. Zumpt. ad h. l. — *adire* 1, N V: *abire* dett. — *aut* V et Lg29: *āt* Lg42; *ac* rell. O.

Venerius, qui fiscum sustulit? Quae pars operae aut opportunitatis in scriba est, cur ei non modo merces tanta detur, sed cur cum eo tantae pecuniae partitio fiat? — Ordo est honestus. — Quis negat? aut quid ea res ad hanc rem pertinet? Est vero honestus, quod eorum hominum fidei tabulae publicae periculaque magistratuum committuntur. Itaque ex iis scribis, qui digni sunt illo ordine, patribus familiis, viris bonis atque honestis, percontamini, quid sibi istae quinquagesimae velint: iam omnes intelligetis rem novam totam atque indignam videri. 184. Ad eos me scribas revoca, si placet, noli hos colligere, qui nummulis corrogatis de nepotum bonis ac de scaenicorum corollariis, cum decuriam emerunt, ex primo ordine explosorum in secundum ordinem civitatis se venisse dicunt. Eos scribas tecum disceptatores huius criminis habebo, qui istos scribas esse moleste ferunt. Tametsi cum in eo ordine videamus esse multos non idoneos, qui ordo industriae propositus est et dignitati, mirabimur turpes aliquos ibi esse, quo cuivis pretio licet pervenire? LXXX. Tu ex pecunia publica HS terdecies scribam tuum permissu tuo cum abstulisse fateare, reliquam tibi ullam defensionem putas esse? hoc ferre quemquam posse? hoc quemquam denique nunc tuorum advocatorum animo aequo audire arbitrare, qua in civitate C. Catoni, consulari homini, clarissimo viro, HS VIII milibus lis aestimata sit, in eadem civitate apparitori tuo esse concesum, ut HS terdecies uno nomine auferret? 185. Hinc ille est anulus aureus, quo tu istum in contione donasti: quae tua donatio singulari impudentia, nova Siculis omnibus, mihi vero etiam incredibilis videbatur. Saepe enim nostri imperatores superatis hostibus, optime re publica gesta, scribas suos anulis aureis in contione donarunt: tu vero quibus rebus gestis, quo hoste supe-

1. *operis* V. — *opportunitas* Lg29 dett. (V habet *opport.* cum *p* duplicata.) — 2. *cur ei* Lg42 45 V N: *cui rei* rell. Sed est in Lg42: *cur ei merces non tanta detur*; in F: *cur merces ei non tanta detur*. — 3. *portio* Lg29. — 4. *hominum fidei hominum tabellae publice* V. — 6. *iis* L: *his* codd. noti. — *patribus familiis* Lg29 F V, Prisc. I. p. 221: *patribus familias* rell. O. — 7. *percunctamini* V. — *qui qui sibi* Lg42. — *quinquagensimae* V. (Br.) — 8. *omnibus* V. — *rem novam* 4: *novam rem* V (Br.) dett. O. — *totam*] *actam* dett. — *indigna* V. — 9. *hos corrigere* V. — 10. *bonis* codd. item V (Br.) praeter Iannoct., in quo *donis* esse traditur, sicuti ex Naug. coniectura vulgo (O) legitur. — *scaenicorum* F (non V teste Br.). — *corollaris* V. — 11. *expilosoporum* V (non *exsp.*, ut habet Maius). — *civitatis evenisse* V. — 12. *disceptatorem* V. — 13. *moleste ferunt esse* V. — *tametsi id cum* V. — 14. *non multos idoneus* Lg42. — *praepositus* Lg29. [Deest varietas apud Zumptium.] — 15. *quid mirabimur* V. [Recte recepit Klotzius.] — *turpis* Lg42, *turbis* V. — *aliquos ibi esse* Lg42 φ: *al. in eo esse* Lg27 29 A B et N (?); *al. in eos esse* dett.; *esse aliquos* V [quod recte Klotzius pro reliquorum lect. interpolata recepit]. — *pretio licet* Lg42 et V (sed hic *proelio*): *licet pretio* rell. O. [Deest varietas cod. Lg. apud Z., quare nos verum ordinem restituimus.] — 16. *terdecies* Lg42 A: *terdeciens* N V; *tredecies* rell. O. — *permissum* V; *permisso* A. — 17. *ullam* om. Lg42. — 18. *quemquam ferre* V. — 20. *cons. homini clar. viro* 4, V: *clar. viro, cons. hom.* dett. O. — *HS. VIII mil.* codd. plerique: *S. VIII M.* V; *G. II ∞ ∞ ∞* N et Lg42 (i. e. *HS.* $\overline{III}$), sed Lag. *N* pro *II*; *HS. XVIII mil.* O; *HS. IIII mil.* coni. Zumpt. ex Vell. II. 8. cf. infra §. 201. IV. §. 22, ubi eaedem notae comparent. — *lis* om. V. — 21. *adpari tuo* (sic) V. (Br.) — *terdeciens uno nomine* V et Lg42: *uno nomine terdecies* rell. Lagg. A B; *uno nom. tredecies* O; *uno nomine* om. N. (Legit tamen Br. in V *trecenties.*) — 22. *anulus* Lg42 et V (et sic semper). — *contione* habet etiam V (Br.), sic infra. — 23. *impudentia* Lg42: *imp. donata* A B pr. m.; *imp. praedita* B sec. m. V (Br.), rell. O. — 24. *etiam* 4, φ: om. V (Br.) et rell. — *imperatores*] *imp.* (sic) V. (Br.) — 25. *seperatis* V. — *scriba suis* V.

rato contionem donandi causa advocare ausus es? Neque enim solum scribam tuum anulo, sed etiam virum fortissimum ac tui dissimillimum, Q. Rubrium, excellentem virtute, auctoritate, copiis, corona et phaleris et torque donasti, M. Cossutium, sanctissimum virum atque honestissimum, M. Castricium, summo splendore, ingenio, gratia praeditum. 186. Quid haec sibi horum trium civium Romanorum dona voluerunt? Siculos praeterea potentissimos nobilissimosque donasti, qui non, quem ad modum sperasti, tardiores fuerunt, sed ornatiores tuo iudicio ad testimonia dicenda venerunt. Quibus ex hostium spoliis, de qua victoria, qua ex praeda ac manubiis haec abs te donatio constituta est? an quod te praetore paucorum adventu myoparonum classis pulcherrima, Siciliae praesidium propugnaculumque provinciae, piratarum manibus incensa est? an quod ager Syracusanus praedonum incendiis te praetore vastatus est? an quod forum Syracusanum navarchorum sanguine redundavit? an quod in portu Syracusano piraticus myoparo navigavit? Nihil possum reperire, quam ob rem te in istam amentiam incidisse arbitrer, nisi forte id egisti, ut hominibus ne oblivisci quidem rerum tuarum male gestarum liceret. 187. Anulo aureo scriba donatus et ad eam donationem contio est advocata. Quod erat os tuum, cum videbas [in contione] eos homines, quorum ex bonis istum anulo aureo donabas, qui ipsi anulos aureos posuerant liberisque suis detraxerant, ut esset, unde scriba tuus hoc tuum munus ac beneficium tueretur? quae porro tua praefatio donationis fuit? Illa scilicet vetus atque imperatoria: Qvandoqve tv qvid in proelio, in bello, in re militari — cuius ne mentio quidem te praetore ulla facta est: an illa: Qvandoqve tv nvlla vmqvam mihi in cvpiditate ac tvrpitvdine defvisti omnibvsqve in isdem flagitiis mecvm et in legatione et in praetvra et hic in sicilia versatvs es, ob eas res te, qvoniam re locvpletavi, hoc anvlo avreo dono. Vera haec fuisset oratio. Neque enim iste anulus aureus abs te datus istum virum fortem, sed hominem locupletem esse declarat. Ita eundem anulum ab alio datum testem virtutis duceremus, abs te donatum comitem pecuniae iudicamus.

---

3. *Rubrum* Lg29 A B N. — *excellentem* Lg42 N V: *excellenti* rell. O. — *paleris* V. (Br.) — 5. *Castricium* V: *Crassitium* Lg42 (cf. Phil. V. 6, 18. XIII. 2, 3.); *Crastitium* Lg29; *Castritium* O. — *gratia* 4, N V: *gloria* dett. — 6. *ternum* Lg42; *trium* om. V. [Recte *trium* ut glossam delevit Klotzius.] — 7. *potentissimosque* V (om. *nobilissimos*). — *qui non*] *quoniam* Lg42. — 8. *tuo iud. ornatiores* Lg29. — 9. *dicenda* Lg42 V: *dicunda* ctt. O. — 10. *ac* Lg42: *aut* V (Br.), ctt. O. — 11. *miop.* V. — 12. *praes. propugnaculumque* 4 et V: *prop. praesidiumque* dett. O. — 13. *an* om. V et Lg42. [Ex hac egregia lectione locum sic emendandum censeo: *qua ex praeda -- donatio constituta est? an* (i. e. an, si non ex praeda hostiumve spoliis, propterea) *quod -- incensa est? quod -- vastatus est? quod forum -- redundavit? quod -- navigavit?* Halm.] — 16. *te* om. Lg42.— 17. *male gestarum* om. Lg42 F. [Recte.] — 18. *anulo* Lg42: *anulo est* rell. O. [deest varietas apud Z.] — 19. *in contione* om. Lg42. Delevit Zumpt. — 20. *istum anulo aureo donabas* φ et Lg42: *iste anulus aureus donabatur* rell. O. [*anulum aureum* Z. errore pro *anulo* cet., ut scribere voluit.] — 21. *suis* om. L. 1584. — 22. *tua praefatio* Lg42: *praefatio tuae* ctt. O. An fuit *praefatio tua* ut supra *os tuum*? — 23. *Quandoque* 4: *quando* dett. O; *quandoquidem* L. Cf. nos ad Caecin. p. 229. — *tu quid* Lg42: *tu* L; *tu quidem* rell. O. [*tu quid* videtur lectio pravissima.] — 24. *facta sis* Lg42. — 25. *quandoquidem* dett. O. — 26. *in isdem* om. Lg29 in lacuna. — 27. *et praetura* Lg29 L. 1584. — *et hic*] *ut hic* Lg42. — *eas* Lg42: *hasce* rell. O. — *te quoniam* Lg42: *quoniam te* rell. O. [Deest varietas apud Z.] — 28. *re* Lg42: om. rell. O. — *neque*] *non* dett. O.

LXXXI. 188. Dictum, iudices, est de decumano frumento, dictum de empto: extremum reliquum est de aestimato. Quod cum magnitudine pecuniae, tum iniuriae genere quemvis debet commovere, tum vero eo magis, quod ad hoc crimen non ingeniosa aliqua defensio, sed improbissima confessio comparatur. Nam cum ex senatus consulto et ex legibus frumentum in cellam ei sumere liceret idque frumentum senatus ita aestimasset, quaternis HS tritici modium, binis hordei: iste numero ad summam tritici adiecto tritici modios singulos cum aratoribus ternis denariis aestimavit. Non est in hoc crimen, Hortensi, ne forte ad hoc meditere, multos saepe viros bonos, fortes et innocentes, cum aratoribus et cum civitatibus frumentum, in cellam quod sumi oporteret, aestimasse et pecuniam pro frumento abstulisse. Scio, quid soleat fieri: scio, quid liceat. Nihil, quod antea fuerit in consuetudine bonorum, nunc in istius facto reprehenditur. 189. Hoc reprehendo, quod, cum in Sicilia HS binis tritici modius esset, ut istius epistola ad te missa declarat, summum HS ternis, id quod et testimoniis omnium et tabulis aratorum planum factum antea est, tum iste pro tritici modiis singulis denarios ternos ab aratoribus exegit. LXXXII. Hoc crimen est, ut intelligas non ex aestimatione neque ex ternis denariis pendere crimen, sed ex coniunctione annonae atque aestimationis. Etenim haec aestimatio nata est initio, iudices, non ex praetorum aut consulum, sed ex aratorum et civitatum commodo. Nemo enim fuit initio tam impudens, qui, cum frumentum deberetur, pecuniam posceret. Certe hoc ab aratore primum est profectum aut ab ea civitate, cui imperabatur: cum aut frumentum vendidisset aut servare vellet aut in eum locum, quo imperabatur, portare nollet, petivit in beneficii loco et gratiae, ut sibi pro frumento quanti frumentum esset dare liceret. Ex huius modi principio atque ex liberalitate et accommodatione magistratuum consuetudo aestimationis introducta est. 190. Secuti sunt avariores magistratus, qui tamen in avaritia sua non solum viam quaestus invenerunt, verum etiam exitum ac rationem defensionis. Instituerunt semper in ultima ac difficillima ad portandum loca frumentum imperare, ut vecturae difficultate ad quam vellent aestimationem pervenirent. In hoc genere facilior est existimatio

---

2. *reliquum est* Lg42: *et relictum est* A et B p. m.; *et reliquum est* rell. O. — *aestumato* Lg29. — *cum* 4, N: *tum* dett. — 3. *tum vero* AN: *tu vero* Lg29 B; *tamen vero* Lg42; *te vero* dett. — 5. *sen. cons.*] *Sicilia* Lagg. praeter 42. — 6. *ei in cellam* Naug. O contra codd. — 7. *ordei* Lg29 42. — *iste* om. Lg42. — 8. *ternis den.* Lg42: *den. ternis* rell. O. — 10. *saepe* om. Lg42. At cf. Beier. ad Off. II. 6, 20. p. 47. Kuehn. ad Tusc. I. §. 74. coll. III. §. 67. p. Sest. §. 109. de N. D. III. §. 82. infra V. §. 97. — *fortes* Lg42: *et fort.* dett. O. — 11. *frumenti* N et Lg42. — 13. *ante* Lg42. [has duas lectiones Lag. 42 omisit Z.] — *fuerit* Lg29 42 B alii: *fuerat* dett. O. — 14. *HS.* om. Lg42. — 15. *binis* Lg42: *II* rell. O. — *summum* om. Lg42. — 16. *omnium* Lg42 φ: *omnibus* rell. O. — 17. *den. t. ab ar.* Lg42: *tern. ab ar. den.* rell. O. — 18. *exigit* Lg42. — 19. *coniunctione* codd. praeter Lg42, in quo est *coniectione*: *coauctione* Victor. O. — 20. *enim* Lg42. — 21. *iud., initio* dett. O. — *civ. et arat.* Lg29; *arat. atque civ.* dett. O. — 23. *certe*] *ratione* Lg42. — 24. *cum frum. aut* L. in marg. 1584 ex φ. — *imperabatur* Lg42 et φ: *imper. frumentum* rell. — 26. *gratia* Lg42. — 27. *huiusmodi* Lg42 φ: *huiuscemodi* rell. O. — *atque* om. Franc.; [*atque ex*] O. — 28. *atque accom.* dett. O. cf. ad §. 6. — *existimationis* Lg42. — 29. *secuti -- magistratus* om. idem. — 31. *in ultima* 4, φ: *ad ultima* dett. O. — *ac difficillima* om. Lg42. — 32. *ad portandum loca* 4, φ: *loca ad portandum* (*l. apportandum* alii) dett. O.

quam reprehensio ideo, quod eum, qui hoc facit, avarum possumus existimare, crimen in eo constituere non tam facile possumus, quod videtur concedendum magistratibus nostris esse, ut iis, quo loco velint, frumentum accipere liceat. Itaque hoc est, quod multi fortasse fecerunt, et ita multi, ut ii, quos innocentissimos meminimus aut audivimus, non fecerint. LXXXIII. 191. Quaero nunc abs te, Hortensi, cum utrisne tandem istius factum collaturus es? Cum iis, credo, qui benignitate adducti per beneficium et gratiam civitatibus concesserunt, ut nummos pro frumento darent. Ita, credo, petisse ab isto aratores, ut, cum HS ternis tritici modium vendere non possent, pro singulis modiis ternos denarios dare liceret. An, quoniam hoc non audes dicere, illuc confugies, vecturae difficultate adductos ternos denarios dare maluisse? Cuius vecturae? quo ex loco in quem locum ne portarent? Philomelione Ephesum? Video, quid inter annonam interesse soleat: video quot dierum via sit: video Philomeliensibus expedíre, quanti Ephesi sit frumentum, dare potius in Phrygia quam Ephesum portare aut ad emendum frumentum Ephesum pecuniam et legatos mittere. 192. In Sicilia vero quid eius modi est? Henna mediterranea est maxime. Coge, ut ad aquam tibi, id quod summi iuris est, frumentum Hennenses admetiantur vel Phintiam vel Halesam vel Catinam, loca inter se maxime diversa: eodem die, quo iusseris, deportabunt. Tametsi ne vectura quidem est opus. Nam totus quaestus hic, iudices, aestimationis ex annonae natus est varietate. Hoc enim magistratus in provincia assequi potest, ut ibi accipiat, ubi est carissimum. Ideo valet ista ratio aestimationis in Asia, valet in Hispania, valet in iis provinciis, in quibus unum pretium frumento esse non solet. In Sicilia vero quid cuiusquam intererat, quo loco daret? neque enim portandum erat, et quo quisque vehere iussus esset, ibi tantidem frumentum emeret, quanti domi vendidisset. 193. Quam ob rem si vis,

---

2. *in eum const.* Lg29 A B. Cf. V. §. 23. — 3. *vellent* Lg42. — 4. *fructum* Lg29. — 5. *ut hi* Lg42. — *innocentissimos* a F et duobus aliis abesse tradidit Lamb. — *nimus aut audiuimus -- atque in mea* §. 193. v. 6. habet V. — *audimus* Lg29 B; *vidimus* Lg42 F, 2 codd. Lamb. — 6. *fecerunt* V et Lg42. — *abs te* Lg42: *a te* rell. O; *abs te nunc* V. — *utrisne* A B Lg29 V: *utris* rell. O. — 7. *conlaturus es cum is* V. (Br.) — 9. *ita*] *hoc* V. — *petisse* 6 Lagg. dett. V: *dedisse* A B; *petiisse* Lg29 42 alii, O. — *cum ex ternis trit. mod.* (sic) V (Br.) et sic statim *mod.* pro *modiis*. — 10. *per singulos mod.* Lg42. — *ternos denarios* V: *denarios III* Lg42; *ternos* (om. *denarios*) rell. — 11. *non audes* V et alii: *cum non audes* N. (*antequam cum hoc non audes* Lg42.) — *illa* Lg42. — 12. *vectura* V. — *denarios III* Lg42. — 13. *locumue p.* Lg42. — *Philomeleone* 4; *Philomelo* V; *Philomelone* dett.; *Philomelio* Maius. — 14. *annona* V. — *quoddierum* V. — 15. *video* tertio loco om. Lg42. — *Philomeliensibus* V, Lambinus et O: *Philomelensibus* codd. rell. [Illud nos restituimus, cum ita in V exstare iam Brunnii testimonio confirmatum sit.] — 16. *dare* V et Lag. 29. 42.: *tantum dare* rell. et edd. [abiecimus falsum supplementum.] — *potius Phryagia* V. — *portare ad amendum* V. — 18. *est* om. O contra codd.; *sit* Lg42. — *Henna* V, Lg29 et 4 alii: *Enna* O. Cf. II. §. 156. — *cogis* Lg42. — *tibi* non om. V, ut ait Maius. — 19. *id quot sumi* V. — *Ennenses* O. — *admetiantur* V: *metiantur* codd. rell. et edd. [Illud nos recepimus, a Brunnio primum ex V prolatum.] — *Phintiam* V: *Pintiam* Lg42; alii aliter. — 20. *et Catinam* Lg42. — *maxima* V. — *eo die* V. (Br.) [Recte.] — 21. *est opus* Lg29 A B V: *opus est* Lg42 dett. O. — 22. *hoc iud. existumationis* V. — 23. *adsequi* V. — *uti ibi accipiant* V. — 24. *aestum.* V. — 25. *iis* Lamb. O: *his* codd. — 27. *vehere*] *venerius* V (Br.; Maius legit: *veneri*). — *tanti* V [recte]; *tantum* Lg42. — 28. *si vis H. docere* V, φ, Lg42: *si quid H. docere vis* dett. O.

Hortensi, docere aliquid ab isto simile in aestimatione atque a ceteris esse factum: doceas oportebit aliquo in loco Siciliae praetore Verre ternis denariis tritici modium fuisse. LXXXIV. Vide, quam tibi defensionem patefecerim, quam iniquam in socios, quam remotam ab utilitate rei publicae, quam seiunctam a voluntate ac sententia legis. Tu, cum tibi ego frumentum in meis agris atque in mea civitate, denique in iis locis, in quibus es, versaris, rem geris, provinciam administras, paratus sim dare, angulum mihi aliquem eligas provinciae reconditum ac derelictum? iubeas ibi me metiri, quo portare non expediat, ubi emere non possim? 194. Improbum facinus, iudices, non ferendum, nemini lege concessum, sed fortasse adhuc in nullo etiam vindicatum. Tamen ego hoc, quod ferri nego posse, Verri concedo, iudices, et largior. Si ullo in loco eius provinciae frumentum tanti fuit, quanti iste aestimavit, hoc crimen in istum reum valere oportere non arbitror. Verum enim vero, cum esset HS binis aut etiam ternis quibusvis in locis provinciae, duodenos sestertios exegisti. Si mihi tecum neque de annona neque de aestimatione tua potest esse controversia, quid sedes? quid exspectas? quid defendis? Utrum tibi pecuniae coactae conciliatae videntur adversus leges, adversus rem publicam, cum maxima sociorum iniuria: an vero id recte, ordine, e re publica, sine cuiusquam iniuria factum esse defendis? 195. Cum tibi senatus ex aerario pecuniam prompsisset et singulos tibi denarios annumerasset, quos tu pro singulis modiis aratoribus solveres, quid facere debuisti? Si, quod L. Piso ille Frugi, qui legem de pecuniis repetundis primus tulit, cum emisses, quanti esset, quod superaret pecuniae rettulisses: si, ut ambitiosi homines aut benigni, cum pluris senatus aestimasset quam quanti esset annona, ex senatus aestimatione, non ex annonae ratione solvisses: sin, ut plerique faciunt, in quo erat aliqui quaestus, sed is honestus atque concessus, frumentum, quoniam vilius erat, ne emisses, sumpsisses id nummorum, quod tibi senatus cellae nomine concesserat. LXXXV. Hoc vero quid est? quam habet rationem non quaero aequitatis, sed ipsius improbitatis atque impudentiae? Neque enim est fere quidquam, quod homines palam facere audeant in magistratu quamvis improbe, quin eius facti si non bonam, at aliquam rationem afferre soleant. 196. Hoc quid est?

---

1. *in aest.* 4, V φ: om. *in* dett. (*aestum.* V.) — 2. *oportebit* Lg42 φ: *oportet* rell. O. — 3. *denaris* V. — *trit. mod.* (sic) V. (Br.) — 5. *seiunctam voluntatem* V. — *ac* 4, V: *atque* dett. O. — *tu*] *tamen* Lg42. — 6. *denique in* Lg42: *denique cum in* rell. O. — 7. *es* om. Lg42. [Recte Zumptius glossam ineptam sustulit.] — 8. *recond.*] *reditum* Lg42. — 10. *possim* Lambinus: *possum* codd. — *ferundum* Lg29 A. — 12. *ferri*] *fieri* Lg42. — *Verri*] *velut* idem. — *concedo, iud.* Lg42: *iud., concedo* rell. O. — 15. *esset modius HS.* Lamb. — *etiam* om. Lg5 29 A B. — *quibus in* Lg42. — 18. *defendis* Lg42 φ: *defendes* rell. O. — *coactae* Lg42 φ: om. rell. O. — *adversum* (bis) A (?) O. — 20. *recte*] *ratione* Lg42, ut §. 206. At cf. Philipp. III. §. 38. V. §. 36. Liv. XXVIII. 39. Osenbr. ad or. p. Rosc. Am. §. 138. — 21. *defendis* Lg42 (et sine dubio etiam φ, quamquam tacet marg. Lamb.): *defendes* rell. O.— *cum tibi* - - *Hoc quid* §. 196. init. habet V. — *pec. ex aerario* Lg29. — *prompsisset* Lg29 A B: *promisisset* Lg42 V al., sed in V prior *i* punctata. (Br.) — 22. *numerasset* Lg42. — *modis* V. — 23. *persolveres* V. — 24. *pecunis* V. — *emisset* - - *retulisset* Lg42. (scripturam *rettulisses* firmat V.) — 26. *aestumasset quanti quanti e. a. ex s. aestum.* V. — 27. *rationes* V. — 28. *erat* Lg42 V: *etiam erat* rell. O. — *aliqui* 4: *aliquis* dett. O (V mance *ALIQVE* ‖ *TVS*). — 29. *esset* Lg29. — 32. *inpud.* V. — *est* om. V. (fuitne: *neque est enim*? Halm.) — 33. *fecere* V. — *in mag.* sic V. (Br.) — *improbe* Lg42 V: *improbi* ctt. O. — *sin bonam aut aliquam* V; *summam ad aliquam* Lg42. — 34. *adf.* V.

Venit praetor. Frumentum, inquit, me abs te emere oportet. — Optime. — Modium denario. — Benigne ac liberaliter; nam ego ternis HS non possum vendere. — Mihi frumentum non opus est: nummos volo. — Nam sperabam, inquit arator, me ad denarios perventurum; sed si ita necesse est, quanti frumentum sit, considera. — Video esse binis HS. — Quid ergo a me tibi nummorum dari potest, cum senatus tibi quaternos HS dederit? — Quid poscit? Attendite et vos quaeso, iudices, simul aequitatem praetoris attendite. — 197. Quaternos HS, quos mihi senatus decrevit et ex aerario dedit, ego habebo et in cistam transferam de fisco. — Quid praeterea? quid? — Pro singulis modiis, quos tibi impero, tu mihi octonos HS dato. — Qua ratione? — Quid quaeris rationem? non tantam rationem res habet, quantam utilitatem atque praedam. — Dic, dic, inquit ille, planius. Senatus te voluit mihi nummos, me tibi frumentum dare. Tu eos nummos, quos mihi senatus dare voluit, ipse habes: a me, cui singulos dari denarios oportuit, binos aufers et huic praedae ac direptioni cellae nomen imponis? 198. (Haec deerat iniuria et haec calamitas aratoribus te praetore, qua reliquis fortunis omnibus everterentur.) Nam quid esse reliqui poterat ei, qui per hanc iniuriam non modo fructum omnem amitteret, sed etiam instrumentum vendere cogeretur? Quonam se verteret? ex quo fructu nummos, quos tibi daret, inveniret? Decumarum nomine tantum erat ablatum, quantum voluntas tulerat Apronii: pro alteris decumis emptoque frumento aut nihil datum aut tantum datum, quantum reliqui scribae fecerant, aut ultro etiam (id quod didicistis) ablatum. LXXXVI. Cogantur etiam nummi ab aratore? quo modo? quo iure? quo exemplo? Nam cum fructus diripiebantur aratorum atque omni lacerabantur iniuria, videbatur id perdere arator, quod aratro ipse quaesisset, in quo elaborasset, quod agri segetesque extulissent. 199. Quibus iniuriis gravissimis tamen illud erat miserum solatium, quod id perdere videbatur, quod alio praetore eodem ex agro reparare posset. Nummos vero ut det arator, quos non exarat, quos non aratro ac manu quaerit, boves et aratrum ipsum atque omne

---

1. *optume* Lg29. — 2. *ac*] *fac* Lg42. — *ternis* Lg42 N: *tribus* ctt. — *HS.*] *decumis* Lg42 m. pr.; *denariis* sec. m. — 3. *frumentum* Lg42 φ: *frumento* ctt. O. — 4. *nam* Naugerius, Lg42. et φ, ut videtur: *non* rell. — *sperabam* Lg29 42 φ: *speraveram* rell. O. — 5. *necesse* om. Lg42. [Cf. Zumpt.] — 6. *quaternos HS.* 4, N: *quaternos numos* dett. — 7. *poscit* Lg42: *possit* rell.; *Quid poscat*, *attendite* ex Lamb. coni. O. — *iud. simul* Lg42: *simul iud.* rell. O. — 9. *et huic istam* Lg42. — *de fisco* φ et 4: *ex f.* dett. O. — 10. *praeterea* Lg42: *postea* rell. O. — 13. *dic*, *dic* Lg42 N: *dic* rell. cf. §. 175. — *nummos, me tibi frum. dare* Lg42 A: *nummos metiri, frum. dare* rell.; *nummos dare, me tibi frum. metiri* O. — 14. *dari voluit* ex Hotom. coni. O. — 15. *habes* Lg42: *habebis* rell. O. — *dare* (non *dari*) *denarios* Lg42; *den. a te dari* Lg29 A B; *den. dari* rell. O. — *auferes* - - *impones* φ. — 16. *ac* om. Lg42. — *hoc deerat iniuriae* N. — 19. *fructum omnem* 4 φ: *frumentum omne* ctt. O. — *amitteret* Lg42: *amittere* rell. O. — *instrumentum* Lg42: *omne instrum.* rell. O. — 20. *quonam se verteret* Lg42: *quo enim se verteret non habebat* rell. O. — 23. *tantum datum* om. Lg29 A; *datum* om. Lg42. [Optime.] — *scribae fecerant* Lg42 φ: *scriba fecerat* rell. O. — 26. *omnia* Lg42. — 27. *quod arato* idem. — 28. *erat* om. id. — 29. *socium* 5 Lagg. dett. ex scriptura *solacium.* — 30. *ut daret arator* - - *qui aderant* §. 204. v. 31. habet V. — *det* Lamb. m. 1584 (ex φ?): *daret* codd. rell. noti. — *exarat* Lg42 N codd. Lamb.: *exararat* V (ut videtur; nam maior pars folii admodum difficilis lectu est); *quos non exarat* om. rell. O. — 31. *atque* V et 4: *et* dett. O. — *omnia instrumenta* Lg42. At cf. §. 226. coll. §§. 53. 57. 204. (Var.)

instrumentum vendat necesse est. Non enim debetis hoc cogitare: habet idem in nummis, habet in urbanis praediis. Nam cum aratori aliquid imponitur, (non hominis, si quae sunt praeterea facultates, sed arationis ipsius vis ac ratio consideranda est) quid ea sustinere, quid pati, quid efficere possit ac debeat. Quamquam illi quoque homines sunt ab isto omni ratione exinaniti ac perditi, tamen hoc vobis est statuendum, quid aratorem ipsum arationis nomine muneris in rem publicam fungi ac sustinere velitis. Imponitis decumas; patiuntur: alteras; temporibus vestris serviendum putant: dent emptum praeterea; dabunt, si voletis. 200. Haec quam sint gravia et quid his rebus detractis possit ad dominos puri ac reliqui pervenire, credo vos ex vestris rebus rusticis coniectura assequi posse. Addite nunc eodem istius edicta, instituta, iniurias: addite Apronii Veneriorumque servorum in agro decumano regna ac rapinas. Quamquam haec omitto: de cella loquor. Placet vobis in cellam magistratibus vestris frumentum Siculos gratis dare? quid hoc indignius? quid iniquius? Atqui hoc scitote aratoribus Verre praetore optandum ac petendum fuisse. LXXXVII. Sositheus est Entellinus, homo cum primis prudens et domi nobilis, cuius verba audietis, qui ad hoc iudicium legatus publice cum Artemone et Menisco, primariis viris, missus est. Is cum in senatu Entellino multa mecum de istius iniuriis ageret, hoc dixit: si hoc de cella atque hac aestimatione concederetur, velle Siculos senatui polliceri frumentum in cellam gratis, ne posthac tantas pecunias magistratibus nostris decerneremus. 201. Perspicere vos certo scio, Siculis quanto opere hoc expediat non ad aequitatem condicionis, sed ad minima malorum eligenda. Nam qui mille mod. Verri suae partis in

---

2. *habet in urb.* Lg42 φ: *habet idem in urb.* rell. O. [etiam V, ut videtur; adest saltem spatium.] — *praedis* V et Lg42. — *aliquid* Lg42 φ: *ius aliquod* V; *onus aliquod* rell. O; *munus aliquod* coni. Klotz. Ac sane *munus* et *onus* alibi quoque confunditur, v. c. IV. §. 79. — 3. *hominis* Lg42 V, φ: *homines* rell. — 5. *quam illi* V. — *quoque hom. sunt* V: *hom. quoque s.* Lg42; *quoque s. hom.* rell. O. — 6. post *vobis* sunt in V quinque litterae, quae iam non possunt legi. (Br.) — 7. *in re p.* Lg29 V Lamb. 1584. [Utrum sit in V *in re p.* an *in rem p.* se discernere posse Brunnius negat.] — 8. *decimas* Lg42. — 9. *dent emptum* codd. fere omnes, et edd.: *demptum* Lg42; *emptum* om. *dent* V. [Recte V *emptum* scil. *imponitis.* HALM.] — 11. *ex vestris inpensis, ex v. rebus rusticis* V. [Recte Kl. recipit.] — *adsequi* V. — 12. *addite - - iniurias* om. V. — *institutas iniurias* Lg42. — *Aproni* V. — 14. *hoc* Lg42. — *placet* Lg42 V (cf. §. 208.): *placet nunc* Lg29; *placetne* rell. O. — *in cella* Lg42. — 15. *vestris* Lg42 N: *nostris* V (Br.), rell. O. — *dare gratis* V. [Cf. infra ad §. 215.] — *quid hoc iniquius* V teste Maio. [at Br. pro eo *q. hoc indignius* legit; exstat igitur hoc colon bis in codice.] — *atqui hoc* Victorius: *atq. hoc* V (Br.); *atque hoc* rell. De A et C tacetur, sed vix credibile est in iis *atqui* inventum esse. — 16. *Verre* Lg42 V φ: *hoc* rell. O. — 17. *Sositheus* Lg29 A B V φ (sed V teste Br. *Sosistheus*): *Sisicheus* Lg42, *Sositenus* dett. O. — *est* om. Lg29. — *Entellenus* Lagg. praeter 42. — *cum primis* F V Lg42: *cum primis civitatis* rell. — 18. *audietis* Lg42 φ (cf. ad §. 109.): *audistis* rell. O. [In V teste Br. verbum plane evanuit.] — *qui ad*] *atque* Lg42. — 19. *Artemone* V: *Arthemone* codd. plerique. — *his cum* V. — 21. *aestumatione* V, *existimatione* Lg42. — 22. *senatu* Lg42. — *ne posthac* Lg42 V: *ne post haec* A B Lg29; *ut post haec* dett. — 23. *certe* Lg42. At cf. Stuerenb. ad Arch. p. 200. ed. 2. — 24. *quanto opere* Lg29 A B V: *quanto* Lg42; *quantopere* dett. O. — *ad aequitatem condic.* Lg42 F: *aequitate condicionis* V; *ad aequitatis condicionem* rell. [Recte V *aequitate*, i. e. non quod aequa sit condicio, sed ut minima m. eligantur. HALM.] — 25. *qui* om. Lg42. — *mille mod.* (sic) Graev.: *mille modium* Grut. et sic V (Br.); *modios* ψ O. Neque ex Lagg. quidquam diversi a Graeviana, neque ex A B a Gruteriana notatur. — *Verris ea partis* V; *Verri pro sua parte* Lamb.

cellam gratis dedisset, duo milia nummum aut summum tria dedisset, idem nunc pro eodem numero frumenti HS VIII milia dare coactus est. Hoc arator assequi per triennium certe fructu suo non potuit: vendiderit instrumentum necesse est. Quod si hoc munus et hoc vectigal aratio tolerare, hoc est Sicilia ferre ac pati potest, populo Romano ferat potius quam nostris magistratibus. Magna est enim pecunia, magnum praeclarumque vectigal, si modo id salva provincia, si sine iniuria sociorum percipere possumus. Nihil detraho magistratibus: tantundem detur in cellam, quantum semper datum est: quod praeterea Verres imperat, id si facere non possunt, recusent: si possunt, populi Romani potius hoc sit vectigal quam praeda praetoris. 202. Deinde cur in isto genere solo frumenti ista aestimatio constituatur? Si est aequa et ferenda, debet populo Romano Sicilia decumas, det pro singulis modiis tritici ternos denarios: sibi habeat frumentum. Data tibi est pecunia, Verres, una, qua frumentum tibi emeres in cellam, altera, qua frumentum emeres a civitatibus, quod Romam mitteres. Tibi datam pecuniam domi retines et praeterea pecuniam permagnam tuo nomine aufers. Fac idem in eo frumento, quod ad populum Romanum pertinet; exige eadem aestimatione pecuniam a civitatibus et refer, quam accepisti: iam refertius erit aerarium populi Romani, quam umquam fuit. 203. — At enim istam rem in publico frumento Sicilia non ferret: hanc rem in meo frumento tulit. — Proinde quasi aut aequior sit ista aestimatio in tuo quam in populi Romani commodo, aut ea res, quam ego dico, et ea, quam tu fecisti, inter se genere iniuriae, non magnitudine pecuniae differat. Verum istam ipsam cellam ferre nullo modo possunt: ut omnia remittantur, ut omnibus iniuriis et calamitatibus, quas te praetore tulerunt, in posterum liberentur, istam se cellam atque istam aestimationem negant ullo modo ferre posse. LXXXVIII. 204. Multa Sosippus Agrigentinus apud Cn. Pompeium consulem nuper, homo disertissimus et omni doctrina et virtute ornatissimus, pro tota Sicilia de aratorum miseriis graviter et copiose dixisse ac deplorasse dicitur; ex quibus hoc iis, qui aderant, (nam magno conventu acta res est,) indignissimum videbatur: qua in re senatus optime ac benignissime cum aratoribus egisset, large liberaliter-

---

1. *numorum* Lg42. — *aut*] *aput* V. — 2. *eo* Lg42 φ. — *frumentum* V. — *HS. VIII milia*] *GII ∞ ∞ ∞* Lg42 N; *S. VII M.* V, ut videtur (Br.). — 3. *adsequi* V. — 4. *instrumenta* Lg42. cf. ad §. 199. — *hoc vect.* Lg42 V φ: *hoc* om. rell. — *arator* Lg42. — 5. *Sicia* V; *si Sicilia* φ. — *posse* Lg42. — *P. R.* Lg42 F et V. (Br.) — *fecerat* V. (Br.) — 6. *nostri magistratus* Lg42 F; *nostri* superscr. *s* V. (Br.) — *est enim* V: *enim* Lg42; *est* rell. O. — 7. *id* om. Lg42. — *si sine*] *SI*|*NE* V. (Br.) — 8. *possumus* Lg42 V: *possitis* ctt. O. — 9. *cella* Lg42. — 10. *populo Romano* Lg29; *P. R.* V. (Br.) — 11. *in isto* V: *uno* Lg42; *in uno* rell. O. Conf. de consociatione verborum *unus solus* Interpp. ad Sest. §. 43. — 12. *aestum.* V, item infra. — *constituatur* Lg42 V: *constituitur* ctt. O. — *debet* Lg29 42 F V: om. rell. — 13. *det*] *debet* Lg42. — *modiis tritici* Lg42 F: *M. TRIT.* (sic) V; *trit. mod.* rell. O. — *ternos X* (i. e. denarios) F N. — 14. *est pecunia* V: *pec. est* rell. O. (*est pecunia* - - *tibi* om. Lg42.) — 15. *emeris* bis Lg42. — 17. *auferres* idem. — *eo* om. idem. — 19. *et* om. V. — *iam* Lg42, A, al. in marg. Lamb. (ex φ?): om. Lg29; *tum* rell. O. [Quae sit lectio in V, Brunnius dignoscere non potuit; nam scriptura in pag. 118. codicis fere tota evanuit.] — 21. *rem quam in p.* Lg42 F. — *feret* Lg29. — 22. *in pop. R.*] *in publico.* Lg42. — 26. *camitatibus* V. — 27. *se* om. V. — *negant* V et rell.: *negant se* Lg42. — 28. *Sosippus* V: *Sotiis* Lg42; *Sophocles* rell. O. — *Agrigentis* Lg42. — *aput* V. — 29. *atque virtute* Lg42. — 30. *et copiose* V et 4: *ac cop.* rell. — 31. *his* Lg42.

que aestimasset, in ea re praedari praetorem, bonis everti aratores et id non modo fieri, sed ita fieri, quasi liceat concessumque sit.

205. Quid ad haec Hortensius? falsum esse crimen? Hoc numquam dicet. Non magnam hac ratione pecuniam captam? Ne id quidem dicet. Non iniuriam factam Siculis atque aratoribus? Qui poterit dicere? Quid igitur dicet? Fecisse alios. Quid est hoc? Utrum crimini defensio an comitatus exsilio quaeritur? Tu in hac re publica atque in hac hominum libidine et, ut adhuc habuit se status iudiciorum, etiam licentia [non ex iure, non ex aequitate,] non ex lege, non ex eo, quod oportuerit, non ex eo, quod licuerit, sed ex eo, quod aliquis fecerit, id, quod reprehenditur, recte factum esse defendes? 206. Fecerunt alii quidem alia quam multa: cur in hoc uno crimine isto genere defensionis uteris? Sunt quaedam omnino in te singularia, quae in nullum hominem alium dici neque convenire possint, quaedam tibi cum multis communia. Ergo ut omittam tuos peculatus, ut ob ius dicendum pecunias acceptas, ut eius modi cetera, quae forsitan alii quoque etiam fecerint: illud, in quo te gravissime accusavi, quod ob iudicandam rem pecuniam accepisses, eadem ista ratione defendes, fecisse alios? Ut ego assentiar orationi, defensionem tamen non probabo. Potius enim te damnato ceteris angustior locus improbitatis defendendae relinquetur, quam te absoluto alii, quod audacissime fecerunt, recte fecisse existimentur. LXXXIX. 207. Lugent omnes provinciae: queruntur omnes liberi populi: regna denique omnia de nostris cupiditatibus et iniuriis expostulant: locus intra Oceanum iam nullus est neque tam longinquus neque tam reconditus, quo non per haec tempora nostrorum hominum libido iniquitasque pervaserit. Sustinere iam populus Romanus omnium nationum non vim, non arma, non bellum, sed luctus, lacrimas, querimonias non potest. In eius modi re ac moribus, si is, qui erit adductus in iudicium, cum manifestis flagitiis tenebitur, alios eadem fecisse dicet: illi exempla non deerunt, rei publicae salus deerit, si improborum exemplis improbi iudicio ac periculo liberabuntur. 208. Placent vobis hominum mores? placet ita geri magistratus, ut geruntur? placet socios sic tractari, quod

---

1. *praetorem modo fieri quasi liceat* mediis omissis Lg42. — 4. *dicat* Lg42. — 6. *dicit* Lg29. [Deest vera, ut videtur, lectio apud Z.] — *utrum his crimen* Lg42; *utrum criminis* Lg8 27. [fort. *utrum his* (scil. aliis) *criminis defensio* etc. HALM.] — *an*] *ac* Lg42. — 8. *se habuit* Lg29. — 9. *non ex iure -- aequitate* om. Lg42. [Falso relatum est apud Z. in cod. etiam *non ex lege* deesse. Iam recipienda erit lectio optimi cod., ut item veram *se habuit* iudico. HALM.] — *non ex eo, quod op.* Lg42 N: om. rell. — 10. *non ex eo quod licuerit -- hominum auctori* §. 209. extr. habet V. — *set* V. — *aliqui* 4. [*ex eo quo aliqui* V, ut Br. videtur in loco admodum obscuro.] — 11. *alii quidem* Lg42: *alii, quid?* V φ; *alii* Lg14 N O; *aliqui* rell. — 12. *uno* om. V. — 13. *hom. alium* 4 V: *alium hom.* rell. O. — 15. *dicendum* Lgg. omnes, V: *dicundum* alii (?), O. De A B tacetur.— 16. *quoque etiam* 4, V: *etiam* om. dett. Wesenb. *Observv. in Sest.* p. 21. *iam* scribendum censet. At cf. Hand. Turs. II. p. 558. — *fecerit* Lg42; *fecerunt* Lg29 B. — 17. *gravissimum* V. — 18. *et ego* Lg42 [sic etiam V, ut Brunnio videtur]. — *adsentiar* V. — 20. *linquetur* Lg42; *relinquatur* Franc. O. — 21, *ali quid audacissume* V. (Br.) — *ratione fec.* Lg42. — *existumentur* V. (Br.) — 23. *denique* Lg42: *denique etiam* V, quod firmat Wesenb. l. l. similibus exemplis p. Flacc. 4, 9. p. Sest. 10, 22.; *denique iam* ctt. O. — 24. *neque tam longinquus* om. Lg42. — 27. *vi* V. (Br.) — *luctus* Lg42: *luctum* V (Br.), rell. O. — 28. *si is*] *suis* V. — 29. *flagitiis* Lg42 F: *in flag.* V (Br.), rell. O. cf. ad II. §. 144. III. §. 149. [ubi verum esse *in* demonstratum est.] — 31. *nobis* Lg42.

restat, ut per haec tempora tractatos videtis? Cur haec a me opera consumitur? quid sedetis? cur non in media oratione mea consurgitis atque disceditis? Vultis autem istorum audacias atque libidines aliqua ex parte resecare? Desinite dubitare, utrum sit utilius propter multos improbos uni parcere an unius improbi supplicio multorum improbitatem coërcere. XC. 209. Tametsi quae ista sunt exempla multorum? nam cum in causa tanta, cum in crimine maximo dici a defensore coeptum est factitatum esse aliquid, exspectant ii, qui audiunt, exempla ex vetere memoria, ex monumentis ac litteris, plena dignitatis, plena antiquitatis: haec enim plurimum solent et auctoritatis habere ad probandum et iucunditatis ad audiendum. Africanos mihi et Catones et Laelios commemorabis? et eos idem fecisse dices? Quamvis res mihi non placeat, tamen contra hominum auctoritatem pugnare non potero. An cum eos non poteris, proferes hos recentes, Q. Catulum patrem, C. Marium, Q. Scaevolam, M. Scaurum, Q. Metellum? qui omnes provincias habuerunt et frumentum cellae nomine imperaverunt. Magna est hominum auctoritas et tanta, ut etiam delicti suspicionem tegere possit. 210. Non habes ne ex his quidem hominibus, qui nuper fuerunt, ullum auctorem istius aestimationis. Quo me igitur aut ad quae me exempla revocas? Ab illis hominibus, qui tum versati sunt in re publica, cum et optimi mores erant et hominum existimatio gravis habebatur et iudicia severa fiebant, ad hanc hominum libidinem ac licentiam me abducis? et in quos aliquid exempli populus Romanus statui putat oportere, ab iis tu defensionis exempla quaeris? Non fugio ne hos quidem mores, dummodo ex his ea, quae probat populus Romanus exempla, non ea, quae condemnat, sequamur. Non circumspiciam, non quaeram foris: habeo iudices tecum principes civitatis, P. Servilium et Q. Catulum, qui tanta auctoritate sunt, tantis rebus gestis, ut in illo antiquissimorum clarissimorumque hominum, de quibus antea dixi, numero reponantur. 211. Exempla quaerimus et ea non antiqua. Modo uterque horum exercitum habuit. Quaere, Hortensi, quoniam te recentia exempla delectant, quid fecerint. Itane vero? Q. Catulus frumento est usus, pecuniam non coëgit: P. Servilius quinquennium exercitui cum praeesset et ista ratione

---

2. *consumuntur* Lg42. — *mea* om. idem. — 3. *uoltis* V. — *audaciam* V. — *atque* Lg42: *ac* rell. O. — 5. *SV* ‖ *PLICIO MVLTORVM* V, ut Br. videtur (non *multiorum*, ut Maio visum est.); *improbi suppl. mult.* om. Lg42. — 6. *sunt ista* L; *ista* om. Lg42. — 7. *tanta causa* Lg42 (non item V). — *cum morumve maximo decio def.* Lg42. — 9. *ex, monum.* Lg29 A V: *ex* om. Lg42; *et monum.* rell. O. — 10. *haec enim* Lg29 42 B N V: *hoc est* A; *haec* dett. — 12. *idem fec.* Lg42: *fec. idem* rell. O. — *mihi res* V; *mihi* om. 6 Lagg. dett. — 13. *inpugnare* V. [hic versus et praecedentes in cod. fere exstincti sunt.] — 14. *poteris, proferes* Lg42 V φ: *poteris proferre*, *proferes* N O; *poteris proferre* dett. — *recentis* V. (Br.) — 19. *existimationis* Lg42. — *aut*] *atque* Lg29 B. — *quae me* Lg42: *me* om. rell. O. — 20. *tum*] *tamen* Lg42. — 21. *severe* Lg29. — 22. *fiebant*] *fuerunt* Lg42 (*et iud. sev. fiebant* om. A B). — *licentiam ac lib.* dett. O. — *adducis* Lg29 42. — 23. *ab istis def.* Lg42. — 24. *dum* 6 Lagg. dett. — 26. *fortis* Lg42. — *habeo* Lg29 42 φ: *habes* Lg48 A B; om. Lg27; *habeas* rell.; *cum habeas* O cum Naug. [Zumptio falsa de codd. Lagg. numeris tradita erant, quo magis laudandum est quod a sano iudicio non est deductus.] — 27. *tecum* codd.: om. O cum Naug. — *et Q. Cat.* 4: *et* om. rell. O. — 28. *antiq. clarissimorumque* Lg42 φ: *antiquorum et clarissimorum* rell. O. — 33. *P.*] *Q.* Lagg. praeter 42. — *istam pecuniam* mediis om. Lg42; *ista rat. pec. innum.* rell. Lagg. praeter 29.

innumerabilem pecuniam facere cum posset, non statuit sibi quidquam licere, quod non patrem suum, non avum Q. Metellum, clarissimum hominem, facere vidisset: C. Verres reperietur, qui, quidquid expediat, id licere dicat? quod nemo nisi improbus fecerit, id aliorum exemplo se fecisse defendat? XCI. At in Sicilia factitatum est. — Quae est ista condicio Siciliae? cur, quae optimo iure propter vetustatem, fidelitatem propinquitatemque esse debet, huic praecipua lex iniuriae definitur? 212. Sed in ista ipsa Sicilia non quaeram exemplum foris: hoc ipso ex consilio utar exemplis. C. Marcelle, te appello. Siciliae provinciae, cum esses pro consule, praefuisti. Num quae in tuo imperio pecuniae cellae nomine coactae sunt? Neque ego hoc in tua laude pono: alia sunt tua facta atque consilia, summa laude digna, quibus illam tu provinciam afflictam et perditam erexisti atque recreasti. Nam hoc de cella ne Lepidus quidem fecerat, cui tu successisti. Quae sunt tibi igitur exempla in Sicilia cellae, si hoc crimen non modo Marcelli facto, sed ne Lepidi quidem potes defendere? 213. An me ad M. Antonii aestimationem frumenti exactionemque pecuniae revocaturus es? — Ita, inquit, ad M. Antonii. — Hoc enim mihi significasse et annuisse visus est. Ex omnibus igitur populi Romani praetoribus, consulibus, imperatoribus M. Antonium delegisti et eius unum improbissimum factum, quod imitarere. Et hic utrum mihi difficile est dicere an his existimare, ita se in isto infinito imperio M. Antonium gessisse, ut multo isti perniciosius sit dicere se in re improbissima voluisse M. Antonium imitari, quam si posset defendere nihil in vita se M. Antonii simile fecisse? Homines in iudiciis ad crimen defendendum non, quid fecerit quispiam, proferre solent, sed quid probarit. Antonium, cum multa contra sociorum salutem, multa contra utilitatem provinciarum et faceret et cogitaret, in mediis iniuriis eius et cupiditatibus mors oppressit. Tu mihi, quasi omnia eius facta atque consilia senatus populusque Romanus iu-

---

1. *cum posset* Lg42 F: *cum* om. rell. O. — 2. *non* ante *patrem* et *Q.* om. Lg42. — *clarissimum hominem* Lg42 φ: om. rell. O. [Cum Cic. *virum clarissimum* dicere soleat, verendum est ne sit glossema. Halm.] — 3. *quicquid* Lg42: *quod* rell. O. — 4. *ad aliorum exempla fecisse* (om. *id* et *se*) Lg42. — 7. *propinquitatemque* Lg42: *que* om. rell. O. — *praecipue* cum Hotom. L. — 8. *ipso*] *prisco* Lg42. — 9. *concilio* A B Lg29. — 10. *procōs* Lg48; *proconsul* 27 42. — *num quae in*] *nuquam* (non: *unquam*) Lg42; *in* om. Franc. — 12. *suprema* Lg42. — 13. *adflictam -- in illo* §. 214. v. 12. habet V. — 14. *ne Lepidus* Lg42 V: *ante ne Lep.* Lg14; *ante Lep.* rell. — *igitur*] *qui* Lg42. — 15. *in Sic. cellae si*] *ex Sicilia cellae si* V (cf. §. 138.); *Siciliae* Lg42 om. rell. — 16. *ad Antoni* V; *ad M. Antonium* Lg42.— *aestum.* V.— 19. *omnibus* V et Lg42: *omnibusne* rell. O.— *pop. Rom.* om. V. [Recte.] *praet. cons.*] *proconsulibus* Lg42 et N ex compendio *PR. COS.* (*COS.* etiam V.) — 21. *imitere* Lg42. — *his*] *is* Lg29; *ex his* 42; *an his* om. V.— *aestimare* dett. — 22. *isto* codd.: *illo* O. — 23. *se iure improbissimo* Lg42; *dicere* ‖ *re in improbissima* V. (Br.) — *M. Ant. imitari* V: *imitari Ant.* Lg42; *Ant. imitari* rell. O. — 24. *si posset def.* Lg42 F V et, ut videtur, A B: *si possit def.* Lg29; *si def. possit* N O; *se possit def.* rell. Cf. de grammatica ratione loci Bake ad Legg. p. 300. — *Antoni* V; *Antonio* 7 Lagg. dett. — 25. *hominis* Lg42. — *non at quis* V. — 26. *probarit* V (Br.), ut Hotom. coniecit: *probarint* rell. — *sociorum contra* Lg42. — 27. *utilitatem* Lg42 N V: *voluntatem* rell. — *et iam faceret* V (Br.), nec tamen certum est, num ita in cod. exstet. — 28. *iniuriis eius* et 29. *omnia eius* Lg42: *eius ini.* et *eius omnia* V (Br.) rell. O. — 29. *facta atque*] *factaque* Lg42.— *sen. populusque R. iud.*] sic F et codd. rell. praeter Lg42, qui *que Rom.*, et V, qui *iudices* omittit: [*iudices*] de Ern. coni. O, quae nunc a codice V firmatur. Sed ita offendit numerus pluralis verbi *comprobarint*, qui apud Cic. non coniungitur cum his substantivis sic copulatis; utique apud Liv. 37, 45,

dices comprobarint,) ita M. Antonii exemplo istius audaciam defendis. XCII. 214. — At idem fecit Sacerdos. — Hominem innocentem et summa prudentia praeditum nominas; sed tum idem fecisse erit existimandus, si eodem consilio fecerit. Nam genus aestimationis ipsum a me numquam est reprehensum, sed eius aequitas aratorum commodo et voluntate perpenditur. Non potest reprehendi ulla aestimatio, quae aratori non modo incommoda non est, sed etiam grata est. Sacerdos, ut in provinciam venit, frumentum in cellam imperavit. Cum esset ante novum tritici modius denariis quinque, petiverunt ab eo civitates, ut aestimaret. Remissior aliquanto eius fuit aestimatio quam annona: nam aestimavit denariis III. Vides eandem aestimationem propter temporis dissimilitudinem in illo laudis causam habere, in te criminis, in illo beneficii, in te iniuriae. 215. Eodem tempore Antonius denariis III aestimavit post messem summa in vilitate, cum aratores frumentum dare gratis mallent. Et aiebat se tantidem aestimasse, quanti Sacerdotem, neque mentiebatur; sed eadem aestimatione alter sublevarat aratores, alter everterat. Quod nisi omnis frumenti ratio ex temporibus esset et annona, non ex numero neque ex summa consideranda, numquam tam grati hi sesquimodii, Q. Hortensi, fuissent, quos tu cum ad mensurae tam exiguam rationem populo Romano in capita descripsisses, gratissimum omnibus fecisti. Caritas enim annonae faciebat, ut istuc, quod re parvum videbatur, tempore magnum videretur. Idem istuc si in vilitate populo Romano largiri voluisses, derisum tuum beneficium esset atque contemptum. XCIII. 216. Noli igitur dicere istum idem fecisse, quod Sacerdotem, quoniam non eodem tempore neque simili fecit annona. Dicito potius, quoniam habes auctorem idoneum, quod Antonius uno adventu et vix menstruis cibariis fecerit, id istum per triennium fecisse, et istius innocentiam M. Antonii facto atque auctoritate defendito. Nam de Sexto quidem Peducaeo, fortissimo atque innocentissimo viro, quid dicetis? de quo quis umquam arator questus est? aut quis non ad hoc

---

15: *cum senatus populusque R. pacem comprobaverint* legitur. Itaque *iudices* explicandum arbitror: *quasi iudices in causa M. Antonii sedentes*. Codicis Lg42 scripturam a Zumptio receptam propterea improbo, quod tres illae potestates alibi sic iunctae non commemorantur. [V, ut Brunnio videtur, sic habet: *SENATVS POPVLVS IVD. CONPROBARINT*; firmatur igitur lectio a Zumptio ex cod. Lag. 42 recepta.] — 1. *M. Ant.*] praenomen primus ex N. recepit Steph. (*M. Antoni* V.) — 2. *ad idem* V. — *C. Sacerdos* al. apud Lamb. in marg. 1584. — 3. *tamen idem* Lg42; *tu idem* Martianus Capella p. 487. Grot. (p. 426. ed. Kopp.) — *existumandus* et deinde *feceritis* V. (Br.) — 6. *illa aest.* φ; *ulla existumatio* V. (Br.) — 7. *non* ante *modo* om. dett. Lagg. — 9. *denariis quinque*] *XV* Lg42 (pro *X*, i. e. denariis, *V*); *denaris num* (sic) V; *SSXV* vel *HS XV* codd. reliqui. — *petierunt ab eo* (non *eodem*) *civitates ut aestumaret* V. — 10. *annonae* Lg42 N; *annonam* V, sed *m* expuncta. — 11. *aestimavit*] *aestimatio* V. — *denaris III* V; *X. III* Lg42 N, alii; *III* Lg29; *XIII* 6 Lagg. dett. — 13. *tempore*] *p̄r̄*. Lg29 42; *tempore praetor* A B [itane? de Lagg. 29. 42. certe apud Zumptium erratum est]. — *den. III*] *X. III*. Lg42; *III denariis* O et vulgo. — 14. *utilitate* Lg42. — *gratis dare* dett. — 15. *mallent* Lg42 φ: *malebant* rell. O. — 16. *eadem* Lg42: *eadem ista* rell. O. — 17. *quod*] *quia* Lg42. — *ex annona* Lg42. — 19. *gratis (gratuis 29) sesquemodii* Lg29 42 (*sequimodii* 6 Lagg. rell.) — 21. *facit ut istud* Lg42. — *re* om. idem. — 22. *paruom* Lg29; *parum* 42. — *videtur* Lg29 42 A B. [Recte utique.] — *temp. m. vider.* om. Lg42. — *istuc in utilitate* idem. — 25. *eodem* Lg42: *eo* rell. — *simile* Lg42. — *annona* Lg42 N: *anno* rell. — 27. *et*] *ex* Lg42. — *cibaris* idem. — 28. *innocentius* idem. — 30. *dicetis* 4, N: *dicitis* rell.

tempus innocentissimam omnium diligentissimamque praeturam illius hominis existimat? Biennium provinciam obtinuit, cum alter annus in vilitate, alter in summa caritate fuerit. Num aut in vilitate nummum arator quisquam dedit aut in caritate de aestimatione frumenti questus est? — At uberiora cibaria facta sunt caritate. — Credo; neque id est novum neque reprehendendum. 217. Modo C. Sentium vidimus, hominem vetere illa ac singulari innocentia praeditum, propter caritatem frumenti, quae fuerat in Macedonia, permagnam ex cibariis pecuniam deportare. Quam ob rem non ego invideo commodis tuis, si quae ad te lege venerunt: iniuriam queror, improbitatem coarguo, avaritiam in crimen et in iudicium voco.

Quod si suspiciones iniicere velitis, ad plures homines, ad plures provincias crimen hoc pertinere: non ego istam defensionem vestram pertimescam, sed me omnium provinciarum defensorem esse profitebor. Etenim hoc dico et magna voce dico: «Ubicumque hoc factum est, improbe factum est. Quicumque hoc fecit, supplicio dignus est.» XCIV. 218. Nam, per deos immortales! videte, iudices, et prospicite animis, quid futurum sit. Multi magnas pecunias ab invitis civitatibus atque ab invitis aratoribus ista ratione cellae nomine coëgerunt: (omnino ego neminem video, praeter istum, sed do hoc vobis et concedo, esse multos:) in hoc homine rem adductam in iudicium videtis: quid facere potestis? utrum, cum iudices sitis de pecunia capta conciliata, tantam pecuniam captam negligere an, cum lex sociorum causa rogata sit, sociorum querimonias non audire? 219. Verum hoc quoque vobis remitto: negligite praeterita, si vultis; sed ne reliquas spes turbetis atque omnes provincias evertatis, id providete, ne avaritiae, quae antehac occultis itineribus atque angustis uti solebat, auctoritate vestra viam patefaciatis illustrem atque latam. Nam si hoc probatis et si licere pecunias isto nomine capi iudicatis: certe hoc, quod adhuc nemo nisi improbissimus fecit, posthac nemo nisi stultissimus non faciet. Improbi sunt, qui pecunias contra leges cogunt: stulti, qui, quod licere iudicatum est, praetermittunt. 220. Deinde, iudices, videte, quam infinitam istis hominibus licentiam pecuniarum eripiendarum daturi sitis. Si, ternos denarios qui coëgit, erit absolutus: quaternos, quinos, denos denique aut vice-

---

2. *existimavit* dett. O. — *biennium* Lg42 N: *biennio* rell. — 3. *fuerit*] Coniunctivi ratio idonea non suppetit; *fuit* legere malim. — 6. *Sentinum* Lg42. — 8. *deportare* N rell.: *reportare* Victorius. — 9. *comm. tuis* codd.: *tuis comm.* O. — *quae* Lg42: *qua* rell. O. — 10. *iniuria quero* Lg42. — *coarguo* Lg42 F N: *arguo* rell. — 12. *velitis* Lg42: *voletis* rell. O. — *pluris* Lg42. — *ad pluris prov.* Lg42: *et ad pl. prov.* rell. O. — 15. *improbe factum est* om. Lg42; item 18. *civit. atque ab invitis*, 20. *video -- homine rem*, 23. *causa rog. sit sociorum.* — 25. *uollis* Lg29. — *reliquas spes*] *reliquia spe* Lg29; *reper* (sic) 42. [hinc fort. *perturbetis* scribendum est. HALM.] — 26. *evertatis; id* interpunxit O; at v. Madvigii Opusc. II. p. 106. — 27. *angustis* Lg29: *angustiis* rell. Lagg. et codd. plerique. — 28. *licere* φ et 4: *hoc licere* dett. O. — 30. *improbi cum pecunias colligis cogunt* Lg42 mendose; *improbi -- praetermittunt* pro spuriis habet Rau *Var. Lectt.* II. p. 447. — 32. *infinitis* Lg29. [non Lg42, ut est apud Z.] — *istis hominibus -- daturi sitis* Lg42: *sitis hominibus -- daturi* rell. O. [Recepimus hanc scripturam, quoniam ex Zumptii relatione obscurata erat. HALM.] — 33. *eripiendarum* om. Lg42. — *Si ternos denarios*] : : : : : *III* Lg42. [Puncta in Nieb. apographo lacunam significare videntur; intercidit aut legi non potuit in archetypo: *si X.* post *sitis*, ut est supra §§. 214 sq. eodem verborum ordine.] — 34. *quinos* Lg42 N: om, rell. — *denos*] *denarios* Lg27 29.

nos coget alius. Quae erit reprehensio? in quo primum iniuriae gradu resistere incipiet severitas iudicis? (quotus erit iste denarius, qui non sit ferendus et in quo primum aestimationis iniquitas atque improbitas reprehendatur?) (Non enim a vobis summa, sed genus aestimationis erit comprobatum.) Neque hoc potestis iudicare, ternis denariis aestimare licere, denis non licere. Ubi enim semel ab annonae ratione et ab aratorum voluntate res ad praetoris libidinem translata est, non est iam in lege neque in officio, sed in voluntate hominum atque avaritia positus modus aestimandi. XCV. Quapropter si vos semel in iudicando finem aequitatis et legis transieritis, scitote vos nullum ceteris in aestimando finem improbitatis et avaritiae reliquisse. 221. Videte igitur, quam multa simul a vobis postulentur. Absolvite eum, qui se fateatur maximas pecunias cum summa sociorum iniuria cepisse. Non est satis. Sunt alii quoque complures, idem qui fecerint. Absolvite etiam illos, si qui sunt, ut uno iudicio quam plurimos improbos liberetis. Ne id quidem satis est. Facite, ut ceteris posthac idem liceat. Licebit. Adhuc parum est. Permittite, ut liceat, quanti quisque velit, tanti aestimare: † permissum est: stultissimus quisque posthac minimo aestimabit. (Videtis iam profecto, iudices, hac aestimatione a vobis comprobata neque modum posthac avaritiae cuiusquam neque poenam improbitatis futuram.) 222. Quam ob rem quid agis, Hortensi? Consul es designatus: provinciam sortitus es: de aestimatione frumenti cum dices, sic te audiemus, quasi id,

---

2. *incipit* Lg42. — *quotus -- aestumavit tanti* §. 225. v. 21. habet V. — *cuius erit isto* Lg42. — 3. *ferendus* Lg29 A B V: *ferundus* Lg42; *referendus* aut *deferendus* dett. — *et* om. Lg29 A B. — *primum* (*primus* m. pr.) *aestum.* V. (Br.) — 4. *reprehendetur* L. — *erit* 4, N V: *est* dett. — 5. *conpr.* V. — *ternis*] *tribus* V; *tuis* Lg42. — *aestimari* N (?) O. — 6. *denis non licere* Lg42 F N V (sed 42 *donis*): om. rell. — *semel de annonae ratione* || (*rationem* ut videtur) *et aratorum* V. (Br.) — *ab omni ratione et ab instrumentorum v.* Lg42. — 7. *voluntate* codd. etiam V (Br.): *utilitate* ex Lamb. coni. O. Cf. §. 214. — *praetorum* V. [Sic recte Klotzius.] — *tam* Lg42. — 8. *neque* V, 7 Lagg., alii: *que* Lg42; *atque* O. Cf. Madv. Opusc. I. p. 344.— *avaritia* 4, N V: *audacia* dett. — *potius extimari istum quia si vos semel iudicando* Lg42. — 10. *aequitatis -- finem* om. idem. — 11. *inprobitatis* Lg42 V: *improbitati* rell. Lagg. B. — *igitur quam*] *iniuriam* Lg42. — 12. *eum* etiam V (non *illum*, ut legit Maius). — 13. *sociorum*] *satietate* Lg42. — *coepisse* V. — *est* V et 4: om. dett. — *sunt* om. Lg42. — 14. *plures* L. 1584. — *idem qui* Lg42: *qui idem* V (Br.), rell. O. — *solvitis* om. *fecerint* Lg42. — *si qui et sunt* idem. — 15. *improbos* Lg42 N V: *impios* rell.
— 16. *post qui idem* Lg42.— *adhuc* Lg42 V, cod. Urs.: *ad hoc* B; *at* Lg48; *at hoc* rell. noti. — 17. *permitte* Lg42. — *quanti*] *questus* idem. — *tanti aestimare -- aestimabit*] *tanti aestimabit* (med. om.) codd. vulgares (*aestimabitis* Lg29); *tanti aestimet. Aestimabit* edd. post Crat. [Illud nos imprimendum curavimus; nam hic in codd. reliquis quaedam intercidisse, lectione codicis Lag. 42. et Vaticani patefactum est. Atque ille quidem sic corrupte et mance habet: *tanti agere* (cf. var. p. 317, 13.) *permissum est stultissimus quisque pro ac nummo extimant* (*exstimavit* corr.) Quas Zumptius post vv. *pro ac nummo* inseruit syllabas *ext et*, quasi in Lg42 legerentur, eae debentur Niebuhrii siglis male intellectis. In Vaticano locus oblitteratus est; quaedam tamen Brunnius, quocum lectionem codicis Lg42 communicaveram, extricavit. Atque is quidem haec protulit: *TANTI AESTIMARE PERMISS* || |||||||||||||||||||| *QVIS* || *Q. POS* ||||| *MINIMO AESTVMA* || *VIT.* Initio versus secundi est fortasse *AESTVMARE*, nec tamen ea vox certa. Equidem tentavi: *Permittite ut liceat quanti quisque velit tanti aestimare: permissum esto: iam stultissimus quisque posthac minimo aestumabit.* Halm.] — 19. *hanc extimationem a v. comprobatam n. modo pro hac avaritia cuius* Lg42. — 20. *inprob.* V. (Br.) — *quam ob rem* V: *quas ob res* rell. O. — 21. *quis agis hortensio cons designato prov. sortiri de* Lg42. — 22. *frum. cum dices* V et 4: *cum dices frum.* rell. O.

quod ab isto recte factum esse defendes, te facturum profiteare et quasi, quod isti licitum esse dices, vehementer cupias tibi licere. Atquï si id licebit, nihil est, quod putetis quemquam posthac commissurum, ut de pecuniis repétundis condemnari possit. Quantam enim quisque concupierit pecuniam, tantam licebit per cellae nomen aestimationis magnitudine consequatur.

XCVI. 223. At enim est quiddam, quod etiam si palam in defendendo non dicet Hortensius, tamen ita dicet, ut vos id suspicari et cogitare possitis: pertinere hoc ad commodum senatorium, pertinere ad utilitatem eorum, qui iudicent, qui in provinciis cum potestate aut legatione se futuros aliquando arbitrentur. Praeclaros vero existimas iudices nos habere, quos alienis peccatis concessuros putes, quo facilius ipsis peccare liceat. Ergo id volumus populum Romanum, id provincias, id socios nationesque exteras existimare, si senatores iudicent, hoc certe unum genus infinitae pecuniae per summam iniuriam cogendae nullo modo posse reprehendi? Quod si ita est, quid possumus contra illum praetorem dicere, qui quotidie templum tenet, qui rem publicam sistere negat posse, nisi ad equestrem ordinem iudicia referantur? 224. Quod si ille hoc unum agitare coeperit, esse aliquod genus cogendae pecuniae senatorum commune et iam prope concessum ordini, quo genere ab sociis maxima pecunia per summam iniuriam auferatur, neque id ullo modo senatoriis iudiciis reprehendi posse idque, dum equester ordo iudicaret, numquam esse commissum: quis obsistet? quis erit tam cupidus vestri, tam fautor ordinis, qui de transferendis iudiciis possit recusare?

---

1. *recte* om. 6 Lagg. dett. — *defendes* V (Br.) et Naug.: *defendis* codd. rell. — *id te* Lg29. — *et* om. Lg42. — 2. *dicis* Lg42 48. — *vehementer* V et plerique: *immane* F; *tu mane* Lg42. Frustra Garat. II. *immane* Tullio vindicare studet exemplis ex Sidonio allatis, ut II. 2. VI. 9. III. 3. ibique Savaro. Praeterea provocat ad Cic. ep. ad Fam. XIII. 69., ubi cod. Med. et duo bibliothecae Barberinae *vulgare* adverbium habent; item corrupte! — *cupies* Lg42. — *atqui* om. V; *atque* Lg42. — 3. *commissur ut de pecunis* V. (falso Maius: *commissurum de p.*) — 4. *condemnamini* Lg42. — *cupierit* idem. — 6. *consequetur* idem. — 7. *quidam* V. (Br.) — 8. *non dicet* V: *n. dicat* Lg42; *n. dicit* rell. O. — *dicet* V et Lg42: *dicat* 6 alii Lagg.; *dicit* alii, O. — *ut nos id suspitiamur et cog. possit* Lg42. — 9. *hoc ac* V [est deinde *in* post *commodum* in cod., sed punctis notatum]; *hoc ad -- pertinere* om. Lg42. — fort. *senatorum*. — 10. *utilitatem qui iudices in prov.* Lg42. — *aut legatione* V (Br.): *atque leg.* Lg42; *aut cum leg.* codd. rell. O. Cf. IV. §. 9. — 11. *arbitrarentur* V. — *vero* Lg42 F V: *viros* rell. (*praeclarius vero existimatis id vos habere quos mali eius pecuniis conc.* Lg42.) — *existumas* V, item v. 14. — 13. *ipsis* V et 4: *ipsos* dett. O. — *peccare*] *recreare* V p. m., *errare* sec. m.; *pertinere* Lg42. — *volumus*] *quod* Lg42. [Ab hoc inde loco Nieb. ait se huius codicis in hac extrema oratione corruptissimi sphalmata infinita omittere. Nos tradidimus quae ille rettulit, ne nimia fides codici ceterum optimo in hac parte orationis habeatur.] — 14. *id* ante *socios* om. V in fine versus [lectionem, quae vera videtur, Brunnius primus protulit]. — *CERTE IVDICE / VNVM* V. (Br.) — 16. *reprehendendi quid* corr. in *quod* V. (Br.) — *ita sit* Lg42. — 17. *cotidie* V. — *subsistere* (item N) *posse non negat* Lg42 (*sistere* V habet). — 18. *nisi* Lg42 N V: *ni* rell. — 19. *cogitare* 6 Lagg. dett. — *coeperat* Lg42. — *aliquod* cum *i* super *o* V. (Br.) — *cogendi pecunias* Lg42. — 20. *senatorium* V (Br.) et Lag. 42 [fort. recte]. — *prope*] *placeat* Lg42. — *quo*] *quique* idem. — *a sociis* V et Lg29. — 21. *maxima*] *in summa* Lg29. — *auferatur* V et rell. praeter Lg42 (*avertantur*) et N (*averratur*): *avertatur* L. — *neque id ullo* Lg42 φ: *neque ullo* O [sic in V esse videtur in loco evanido; saltem ex spatio *id* non adesse suspicandum est; sed habet cod. ante *posse* litteram quae *H* Brunnio videtur]; *neque illud* rell. — 22. *sen.*] *superioris* Lg42. — *iudicauit* V, ut Brunnio videtur, idque optime. — 23. *obsistet* Lg29 A B N V: *existet* corr. in *absistet* Lg42; *obstet* dett. — 24. *vestrum*

XCVII. Atque utinam posset aliqua ratione hoc crimen quamvis falsa, modo humana atque usitata defendere! minore periculo vestro, minore periculo provinciarum omnium iudicaretis. Negaret hac aestimatione se usum, vos id credidissetis: homini credidisse, non factum comprobasse videremini. Nullo modo negare potest: urgetur a tota Sicilia: nemo est ex tanto numero aratorum, a quo pecunia cellae nomine non sit exacta. 225. Vellem etiam hoc posset dicere, nihil ad se istam rationem pertinere, per quaestores rem frumentariam esse administratam. Ne id quidem ei licet dicere, propterea quod ipsius litterae recitantur ad civitates de ternis denariis missae. Quae est igitur defensio? «Feci, quod arguis, coëgi pecunias maximas cellae nomine; sed hoc mihi licuit, vobis, si prospicitis, licebit.» Periculosum provinciis genus iniuriae confirmari iudicio, perniciosum nostro ordini populum Romanum existimare non posse eos homines, qui ipsi legibus teneantur, leges in iudicando religiose defendere. Atque isto praetore, iudices, non solum aestimandi frumenti modus non fuit, sed ne imperandi quidem. Neque enim id, quod debebatur, sed quantum commodum fuit, imperavit. Summam faciam vobis ex litteris publicis ac testimoniis civitatum frumenti in cellam imperati: reperietis quinquies tanto, iudices, amplius istum, quam quantum in cellam sumere ei licitum sit, civitatibus imperasse. Quid ad hanc impudentiam addi potest, si et aestimavit tanti, ut homines ferre non possent, et tanto plus, quam erat ei concessum legibus, imperavit?

226. Quapropter cognita tota re frumentaria, iudices, iam facillime perspicere poteritis amissam esse populo Romano Siciliam, fructuosissimam atque opportunissimam provinciam, nisi eam vos istius damnatione recuperatis. (Quid est enim Sicilia, si agri cultionem sustuleris et si aratorum numerum ac nomen exstinxeris?) Quid autem potest esse in calamitate residui, quod non ad miseros aratores isto praetore per sum-

---

Lg42 N. — *«vestri ta* V; ergo vel *v. ita* vel *v. tam»*. Maivs. [habet V *TĀ*, ut item *tam* paulo ante scriptum est.] — 2. *vestro min. per.* om. Lg42. — 3. *hac* Lg29 A B F V: *ac* Lg42 [non 29, ut est apud Z.]; *hic* dett. O. — 4. *se uisum* Lg42. — *vos id credidjssetis: homini credidisse* V (prob. Wesenb. ad Sest. p. 3. = Si negaret et vos id credidissetis): *vos id hominibus credidisse* Lg42 F; *vos id credidisse homini* codd. plerique; *negaret -- usum? vos si id credidissetis, homini credidisse* coni. Klotz. Nihil opus est coniectura; cf. Interpp. ad Officia III. 19, 75. — *factam esse probasse videamini* Lg42 (*conpr.* V). — 5. *a* 4 et V: om. dett.; uncis incl. O; *urgere ait Sic.* Lg42 *(urgetur* V, non *urguetur).* — 7. *velim* fortasse V. (Br.) — *dicere* om. Lg42. — 9. *NE IDQVIDEILICET* V. (Br.) — *ei*] *eum* Lg42. — *liceret* Lg29. — *ipse litt. recipiantur* Lg42. — 10. *de tribus denaris* V. — *feci*] *fac* 6 Lagg. dett.; *facia . . quod* Lg42 (i. e. ut ait Nieb.: *feci id quod*). — 11. *coegi*] *cepi* Lg42.— 12. *confirmare* Lg42.— 13. *vestro* (cf. ad §. 152.) *ordineque* idem.— *existumare* V; *agere* Lg42. — 15. *religione* Lg42; *religionis* 29. — *atque*] *quo in* Lg42.— *iudicio* idem.— 16. *non* ante *fuit* om. Lg1 42. — *inperandi* V. — 17. *debetur* F et Lg42; *dabitur* V. — 18. *litt. publ.* Lg42: *publ. litt.* V (Br.), rell. O. — *ac* V et 4: *et* dett. O. — *testimonis* V. — 19. *repperietis quinq.* (sic) *tanta* V (*estis* pro *reper.* Lg42). — *quam quantum*] *quamtum* V. (Br.) — 20. *in cellam* V et Lg42: *in cellam ei* A B Lg29; *ei in cellam* dett. O. — *ei*] *et* Lg42; om. rell. O. [*ei* nos scripsimus, quoniam Brunnius ait etiam in V post *sumere* litteram apparere. Halm.] — 21. *inpud.* V. — *addi* om. 6 Lagg. dett. — *potes* V. (Br.) — *si aestumavit* (om. *et*) V.— 22. *plus*] *preter* Lg42.— 23. *quapropter*] *nec* idem. — *re tota* idem. — 24. *poteritis* Lg42: *potestis* rell. O. — 25. *atque op. prov.* om. Lg42. — 26. *recipiatis* idem. — *si* Lg42: *si ei* rell. O. — *agricultorem sustuleris numerum* med. om. Lg42. — 27. *autem* Lg29 A B: *enim* rell. O. — 28. *reliqui* Lg42. — *per summam*] *suo* idem.

mam iniuriam ignominiamque pervenerit? quibus cum decumas dare deberent, vix ipsis decumae relictae sunt: cum pecunia deberetur, soluta non est: cum optima aestimatione senatus frumentum eos in cellam dare voluisset, etiam instrumenta agrorum vendere coacti sunt. XCVIII. 227. Dixi iam antea, iudices, ut has omnes iniurias tollatis, tamen ipsam rationem arandi spe magis et iucunditate quadam quam fructu atque emolumento teneri. Etenim ad incertum casum et eventum certus quotannis labor et certus sumptus impenditur. Annona porro pretium nisi in calamitate fructuum non habet: si autem ubertas in percipiendis fructibus fuit, consequitur vilitas in vendendis, ut aut male vendendum intelligas, si bene processit, aut male perceptos fructus, si recte licet vendere. Totae autem res rusticae eius modi sunt, ut eas non ratio neque labor, sed res incertissimae, venti tempestatesque, moderentur. Hinc cum unae decumae lege et consuetudine detrahantur, alterae novis institutis propter annonae rationem imperentur, ematur praeterea frumentum quotannis publice, postremo etiam in cellam magistratibus et legatis imperetur: quid aut quantum praeterea est, quod aut liberum possit habere ille arator ac dominus in potestate suorum fructuum aut in ipsis fructibus solutum? 228. Quod si haec ferunt omnia, si potius vobis ac rei publicae quam sibi et suis commodis opera, sumptu, labore deserviunt: etiamne haec nova debent edicta et imperia praetorum et Apronii dominationem et Veneriorum servorum furta rapinasque ferre? etiamne frumentum pro empto gratis dare? etiamne in cellam cum cupiant gratis dare, ultro pecuniam grandem addere? etiamne haec tot detrimenta atque damna cum maximis iniuriis contumeliisque perferre? Itaque haec iudices, quae pati nullo modo potuerunt, non pertulerunt. Arationes omnes tota Sicilia desertas atque a dominis relictas esse cognoscitis: neque quidquam aliud agitur hoc iudicio, nisi uti antiquissimi socii fidelissimique, Siculi, coloni populi Romani atque aratores, vestra

---

2. *ipsis*] *ut his* Lg42; *ipsae* L. — 3. *in cella* Lg42. — 6. *quadam fructuum* idem. — 8. *annonae* et *fructum* Lagg. praeter 42. — 9. *percipiundis* - - *vendundis* Lg42. — 10. *ut aut*] *ita ut* Lg42. — *vendendum intelligas*] *vendant* idem. — 11. *si*] *quod si* Lg42. — *bene* om. O contra codd. — *ut male peremptos* Lg42. — *liceat* idem. Coni. Zumptius: *ut aut male vendas, si bene processit, aut male percipias fructus, si recte licet vendere.* — 12. *autem*] *enim* 6 Lagg. dett. — *huiusmodi rusticae* Lg42. — 13. *ventus tempestasque* idem. — 14. *cum unae*] *commune* idem.— *consuetudine* Lg42 N: *conditione* rell. O. Intelligitur *consuetudinis ius*, de quo v. de Invent. II. §. 67. 172. Nam in omni decumarum ratione consuetudinem valuisse cum per se credibile sit, tum una in re testatur Tullius §. 189. — *detrahantur* Lg42 et Lambinus: *trahantur* codd. rell. O. — *alterae*] *age* Lg42. — 16. *publicum* idem. — 18. *suorum*] *seruorum* id.— 19. *ferunt* Lg42: *ferentur* rell.; *feruntur* Naug. O. — *omnia* om. Lg42. — *potius vobis* 4: *vobis potius* rell. O. — 20. *rei p.* codd.: *populo R.* Naug. L O. — *sumptu*] *fructu* Lg42. — 22. *ferre* Lg42: *perferre* rell. O. Illud commendatur praecedente voc. *ferent.* — 23. *etiamne in cellam cum cupiant gratis dare* om. Lg42. — 24. *addere* Lg42 φ: *dare* rell. O.— 26. . . . *lo modo* usque ad finem habet V.— *non pertulerunt* om. V.— 27. *omnes* Lg42 V φ: om. rell.— *ad dominis omnis rel.* Lg42 p. m., *ab dominis omnibus r.* sec. m. [non accurate apud Z.]; *ab omni relictas* (no) sic V. (Br.) — *cognostis* coni. Orelli et Zumpt.; at cf. nos ad or. p. Caec. p. 166. — 28. *uti* Lg42: *ut* V (Br.), rell. O. — 29. *fidelissimi* Lg42 V; hinc coni. Klotz probabiliter: *antiquissimi socii, fidelissimi coloni* cet. [At habet V, quod Maius praetermisit, *socii et fidelissimi*, quod iam restituendum est. Cf. II. §. 122. Halm.]

severitate et diligentia me duce et auctore in agros atque in sedes suas revertantur.

1. *et auct.* V: *atque auct.* rell. O. — *sedes* codd.: *aedes* L. 1584. — In V est subscriptio: *IN C. VERREM III. INCIP. LIB. IIII. FELICITER.*

EXCURSUS

AD ACT. II. IN VERREM LIB. III. CAP. XXX. 72. ET XXXII. 75.

Permagna cum omnibus fere in locis illis de re frumentaria obtineat confusio tum in mensuris, tum in numeris, operae pretium facturum me esse ratus sum, si quam maxime fieri posset, ad auctoritatem Codd. et Edd. vett. revocarentur, expulsis tandem Hotomani correctionibus, ubi prorsus necessariae non essent. Etsi ubique id mihi prospere cessisse minime contendo, tamen in duobus statim primis locis demonstrare conabor, quomodo eo in incepto versandum esse videatur. Tota autem res sic fere animo est informanda. Siculi ex lege Hieronica a Romanis conservata farris, tritici, hordei decumas ipsas quotannis Praetori Romano exhibere ac Syracusas vel quem in locum is iussisset, deportare debebant. Quod si frumento ipso Praetori opus haud esset, utrique sane parti, et Siculis et Praetori, expediebat, ut redemptor sive decumanus aliquis emeret a Praetore decumas, id est, praedibus datis susciperet, sese pro rata decumarum portione certam pecuniae summam numeraturum esse Praetori. Quid? quod civitates ipsae quoque liceri poterant adversus empturientes, id est, suscipere, se maiorem etiam pecuniae summam, quam ab illis oblata esset, soluturas esse Praetori, ea nimirum condicione, ut ipsis concessum esset a suis aratoribus decumas vel pecuniam convenientem redigere. (Cf. §. 77. et 99.) Nihil enim curabat Praetor vel potius ipse Populus Romanus, a quo tantundem pecuniae acciperet, dummodo decumae quam plurimo venissent. (Cf. §. 147.)

Redemptor deinde in civitatem, cuius decumas emerat, profectus ibique a magistratu adiutus vel decumas ipsas cogebat vel facta cum singulis aratoribus pactione (§. 112.) pecuniam ab isdem percipiebat. Utraque in re et compendium et damnum facere poterat decumanus pro magnitudine emptionis ac pro variabili frumenti pretio. (Cf. §. 110.)

At certum lucrum omnino cum praeferendum esset, emptores Apronii similes (§. 67.) ubi in civitatem sibi addictam pervenissent, id interdum poscebant, ut civitas ipsis lucri aliquid daret, id est, maiorem aliquanto summam iis solverent ea, quam ex emptionis lege ipsi decumani Praetori dare deberent; qua pecunia accepta emptor decumas missas faceret civitatique, a qua lucrum accepisset, curam relinqueret singulis ab aratoribus decumas colligendi, quo ipsa pecuniam decumano datam recuperaret. Qua quidem in re, dummodo modestum esset lucrum et Praetori sive Populo Romano et redemptori certum lucrum iam adepto pariter satis fiebat, atque civitatis exiguo vel nullo cum damno, magna utique molestia liberati erant aratores. Nemini igitur fiebat iniuria: lucrum enim immodestum si petitum esset, recusari poterat: neque eiusmodi negotio sese omnino immiscebat Praetor honestus.

Mos igitur iste paulatim cum invaluisset, Verres, homo insanus et lucri semper cupidissimus, imperat (§. 71.) Agyrinensibus, «*ut decumas ipsi publice accipiant; Apronio lucrum dent:*» id est, «Cogetis, inquit, vosmet ipsi ab aratoribus vestris decumas easque vel ipsi consumetis, vel, uti fortuna tulerit, vendetis negotiatoribus Romanis; Populo vero Romano, id est mihi, eandem, quam Apronius obtulerat, pecuniae summam numerabitis; praeterea Apronio, qui empturus erat vestrarum arationum decumas, lucrum mihi placitum dabitis, quod ego cum socio meo dividam.» Longe scilicet maiorem lucri partem sibi reservabat homo ingeniosus.

In lucro autem isto aestimando Verres, ut liquet vel e §. 72., nec ratum aliquem modum neque finitam mensuram servabat, sed prout ei in mentem venerat, loci,

temporis, hominum, pretii denique pro suo iure ratione habita illud vel insane augebat vel aliquatenus ei moderabatur. Eo usque tandem progressus est, ut (id quod fere incredibile videtur) civitatibus imperaret, plus lucri ut solverent emptoribus, quam quanti decumae venissent: immo interdum, quam quantum frumenti omnino exarassent (§. 86.): alias vero tertiam ferme partem decumarum lucri nomine poscebat, quemadmodum, nisi omnia me fallunt, videtur factum esse apud Herbitenses (§. 75.); alias longe minorem, ut in Pipa remuneranda factum est. (§. 78.) Verum probe tenenda est summa haec scelerati hominis inconstantia, ne certam ac finitam aliquam rationem in omnibus illis lucrorum summis persequamur; idque praeterea adversus Hotomanum cum aliis ego quoque defendo, lucri nomen semper distinguendum esse atque secernendum a decumis earundemque emptione. Is enim, aliquanto modestiorem sibi fingens Verrem, immoderatis illis lucri summis non sine aliqua veritatis specie et decumas et lucrum superadditum contineri arbitrabatur. At nostra sententia confirmatur maxime §. 84. et 86., ubi lucrum manifesto distinguitur a decumis redactis. Insuper hoc quoque notandum: ubi maior quam pro lucro exspectato summa esset a decumano propter licendi cupiditatem oblata, magnae id calamitati fuisse aratoribus, utpote a quibus decumae tum iusto ampliores, tum debitae maiore cum severitate exigi solerent, quam ubi emptionis facilitas decumano quoque maius lucrum pollicita esset: quo referenda sunt illa §. 77. «— *aratores funditus evertebantur.*»

Sed probandi quoque frumenti causa praeter superiora lucra novum lucrum accedebat Verri eiusque administris. Probatur autem frumentum tum mensura accuratius exacta, tum meliore tantum recepto, deteriore reiecto. Hac pro opera item pecunia exacta est. (§. 73.) Praetereo iam reliqua, accessiones, quinquagesimas, pecunias denique de capite demptas (§. 83.), qua in re peculatus etiam inerat crimen, quando quidem haec prioribus illis explicatis interpretatione non egent. Quibus praemissis examinabo iam duos priores locos, ceterorum accuratiorem constitutionem futuro editori libenter relicturus. Id tamen feci in omnibus, quod pro tempore mihi concesso potui.

I. C. 30. §. 72. In Agyrinensium numeris exigua inest difficultas, nisi quod variant Codd. Edd. et VV. DD. coni. tum inter *medimna* et *medimnum* (posterius hoc praetuli ego quoque in seqq. ut et *modium* pro v. *modios* Codd.), tum inter: XXXIII. — XXXIV. — et XXXVIII., denique in eo, quod Edd. quaedam numeris subiiciunt v. *milia*; quod necessarium non iudicavi, etsi mihi quoque placet. H. l. certe non habent Ven. Iu. quae infra numeris saepe postponunt: *M.* Graevius Beckiusque, interdum etiam Schützius, lineola superposita millenarios numeros a centenariis ac minoribus distinguendos censuerunt: sed in Inscriptionibus accuratioribus eiusmodi lineola numeri omnes omnino, etiam minimi, distinguuntur a litteris; neque igitur id apud antiquiores millenariorum signum fuisse probabile videtur. — §. 73. ego quoque leg. censeo: *HS CXXIX* pro: *HS LX.*

II. C. 32. §. 75. Longe difficilior iam est quaestio de trium annorum decumis Herbitensibus et lucro, quod Atidio atque Apronio sit concessum. Medimnum quidem mensura, ex qua apud Siculos venditionis lex pactionesque singulae fiebant, uti solet Tullius priori fere quoque loco in decumis referendis, eandem postea subinde in modios convertens, quo summarum rationem lectores facilius perciperent. Ceterum haud scio, an modium item mensuram ac nomen plerumque praetulerit in lucri summis, utpote quod civibus fere Romanis, libertis saltem e praetoria cohorte concederetur.

His subiiciendus statim est locus huc in primis faciens Pseudo-Frontonis sive Arusiani in *Exemplis elocutionum*, Ed. Ang. Maii Romana p. 373. «Dimidio pluris id est duplo. Cic. in frumentaria (*Tres Codd.*: Comment. *pro* frumentaria) de decumis Herbitensium per triennium, cum primo anno venditas dicat tritici modiis XXXXIIII milibus. Secundo tritici modiis XXV milibus DCCC. Anno tertio supra iacente [immo *adiiciente* vel *licente*. Bait.] Aeschrione venditas dicunt medimnis IIII milibus centum. Idem modiis XLVII milibus dictis dupla summa cum proxime (*Tres Codd.*: proximi) addicitur medimnis VIII milibus C fere pluris quam superiore anno.» — Eundem locum in quibusdam correctiorem ita protulit Ursinus: Cornelius Fronto in *Ex. elocutt.* adducit

in v. *dimidio* Ciceronis verba ex libro, quem Tiro in lucem edidit, ut scribit Quintilianus lib. X. (7, 31.), inscriptum *Commentaria causarum*: «De decumis Herbitensium per triennium cum primo anno venditas dicat tritici modium XLIIII. Secundo tritici modium XXV milibus DCCC. anno tertio supra iaciente Aeschrione venditas dicunt medimnum VIII. mil. centum, id est modium XLVIII milibus DC. Dupla summa anni proximi addicitur medimnum VIII. milibus C. dimidio fere pluris quam superiore anno. (Cf. etiam Niebuhrii *Fragm. Cic.* p. 41.)

Locus ipse ita legitur in Edd. Veneta et Iuntina:

«*Primo anno venierunt eius agri decumae tritici medimna XVIII. — — coguntur Herbitenses ei* (Atidio) *lucri dare tritici modios XXXVII. M. cum decumae venissent tritici modios XVIII.*» — Quae quidem omnino stare nequeunt, cum aperte sibi contradicant illa *medimna XVIII.* et *modios XVIII.*; denique si summa medimnum XVIII. recte se habet, primo anno ab Herbitensibus decumae exactae sunt quadruplo fere maiores quam anno secundo, res plane absurda, cum gradatim solitus esset Verres exactiones augere: quo quidem vitio non minus laborat Frontonis numerus modium XLIIII. mil. sane corruptus et cum neutro nostrorum congruens. Quid multa? Verus utique videtur numerus posterior ac mensura *modium XVIII. M.*; nam anni secundi, ut videbimus, decumae fuerunt *modium XXV. M.*, anni tertii modium *XLVIII. DC.* Posteriore autem loco in modios convertit medimnum summam, quae nostris in libris corrupta est. Eam igitur, Lambino partim duce, ad normam *modium XVIII. M.* sic corrigendam existimo:

«*Primo anno venierunt eius agri decumae tritici medimnum* cIↃ cIↃ cIↃ - - - *cum decumae venissent tritici modium XVIII. mil.*» Lucri summam consulto intactam reliqui; nam, ut praediximus, insaniebat ea in re Verres, neque umquam sibi constabat. Attamen fateor haud improbabilem mihi videri emendationem Lambini: *coguntur Herbitenses ei lucri dare tritici modium* IↃↃMM (7000) et §. 76. ubi Cod. Nann. *lucri tritici modium XXI.* pro aequa fere portione legam: *lucri tritici modium XI.* Sic lucri nomine Atidius sive Verres perceperit = $^{7}/_{18}$ capitis: Apronius circiter = $^{11}/_{26}$ capitis, sive $^{91}/_{234}$ et $^{99}/_{234}$.

Videamus iam ceterorum correctiones:

«*Primo anno venierunt eius agri decumae tritici medimnum XVIII. milibus — coguntur H. ei lucri dare tritici modium VII milia, cum decumae venissent tritici modium XVIII. milibus.*» Lamb. 1566. aperta repugnantia inter *medimnum XVIII. mil.* et *modium XVIII. mil.* quam sustulit in marg. 1584 sic:

«*Primo a. v. e. a. d. t. medimnum XVIII. mil. — c. H. ei l. d. t. modium XXXVIII. milia, c. d. v. t. modium CVIII.*» Sed sic immanis est decumarum summa ratione habita annorum sequentium.

«*Primo a. v. e. a. d. t modium XLIIII. mil.*» ceteris intactis Ursinus ex Frontone. Sic quoque decumae primi anni nimis exsuperant summas sequentium.

«*Primo a. v. e. a. d. t. medimnum XVIII. — c. H. ei l. d. t. medimnum XXXVII. c. d. v. t. medimnum XVIII.*» Ex Hotom. coni. Grut. Graev. 3. Ern. 1. B. Sch. 2.

III. C. 32. §. 76. Editio Veneta et Iuntina sic habent:

«*Anno secundo cum emisset Apronius decumas tritici modium XXV. milia — populus publice coactus est conferre lucri tritici modios XXVI. et accessiones HS. co. co.* (id est ∞ ∞ s. M. M.) Sed numerus decumarum *modium XXV. mil.* egregie convenit tum cum Codd., tum cum Frontonis loco, nisi quod probabiliter ex eo adiiciendum *DCCC.* Lucri corrigendi viam fortasse monstrat Cd. Nann. exhibens *modium XXI. accessionis* ∞ ∞. Sed lucrum missum facio. Lego:

«*Anno secundo cum emisset Apronius decumas tritici modium XXV. DCCC. — populus publice coactus est ei conferre lucri tritici modium . . . . ? et accessionis HS. MM.*» Videamus ceterorum rationes praecipuas; nam Manutianas nihil iam moror.

«*Anno s. c. e. A. d. t. medimnum XX milibus — populus publice coactus est ei conferre lucri tritici modium XVI milia, et accessionem HS.* cIↃ cIↃ.» Lamb. 1566 et in m. 1584. Hic et mensurae et numeri plane sunt arbitrarii.

«*Anno s. c. e. A. d. t. modium XXV. DCCC.* et post: *modium XXV.*» Ursinus.

«*Anno s. c. e. A. d. t. medimnum XXV.* (*milibus* addunt quidam) — *pop. p. c. e. ei*

c. l. t. medimnum XXVI. et accessionem HS. cIↄ cIↄ.» Ex Hotom. coni. Grut. Graev. 3. Ern. 4. B. Sch. 2. quae satis refutantur supra dictis.

IV. C. 33. §. 77. Edd. Veneta et Iuntina:

«Addicitur medimnis co. co. (id est: MM.) *dimidio fere pluris quam superiore anno. – – demit de capite medimna d. c.* (= DC.) *iubet in tabulas pro medimnis co. co. co. referri d. co. oo. d. et IIII.» («i. in t. pro medimnis MMM. VIII. referri D. M. MD. et IIII.»* Cratandrina. Hervag. Camer.)

Corruptissima haec e Nannii Cd. et Frontone mire h. l. conspirantibus cum Garatonio et Beckio ita emendo:

«Addicitur medimnum VIII. C. (octo milibus centum) *dimidio fere pluris quam superiore anno. — demit de capite medimna DC. iubet in tabulas pro medimnum VIII. C.* (octo milibus centum) *referri IↃↃMMD.* (septem milia et quingenta.)» Nihil clarius. v. Nannium ac Garatonium. Medimnum octo milia centum efficiunt modium 48600, dimidio igitur (id est duplo) fere pluris quam modium 25800 anni superioris. Reliqui sic:

«Addicuntur medimnum ccIↄↄ ccIↄↄ ccIↄↄ Iↄↄ (35000) *dimidio fere pluris quam superiore anno. — Demit de capite medimnum cIↄ cIↄ cIↄ cIↄ* (4000) *iubet in tabulas pro medimnum ccIↄↄ ccIↄↄ ccIↄↄ Iↄↄ* (35000) *referri ccIↄↄ ccIↄↄ ccIↄↄ cIↄ cccc* (31400).» L. 1566. Tam manifestum errorem corrigens Gruterus in alium incidit edens:

«Addicitur medimnum XXXV milibus d. f. pl. qu. s. a. — d. d. c. medimnum cIↄ cIↄ cIↄ Iↄc. (3600) *i. in. t. pl. medimnum XXXI referri XXXI et CCCC.»* — Vitiosum istud *XXXI* correxerunt Graev. 3. Ern. 4. B. Sch. 2. in *XXXV.* Mox §. 78. contra Codd. *modium MMM. DC.* (= medimnis DC.) a Lambino 1566 rursus editum pro recto est: *medimnum cIↄ cIↄ cIↄ cIↄ*, a Grut. Graev. 3. Ern. 4. B. Sch. 2.: *medimnum cIↄ cIↄ cIↄ Iↄc.* Orellius.

Hunc Orellii excursum, in cuius parte extrema nonnulla omitti poterant, ideo integrum typis iterum exprimendum curavimus, ne quid in altera hac editione, quod in priore bonae frugis inesset, desideraretur.

ACCUSATIONIS

IN

C. VERREM

LIBER QUARTUS.

DE SIGNIS.

CODICES MELIORES libri IV. et V.:

R = *Regius* Parisiensis nr. 7774. A, cuius collatione, sed parum accurata, usus est Graevius; alteram ex margine editionis Brutinae, quae in bibliotheca Havniensi asservatur, in lucem protulit multosque inde locos emendavit Madvigius in Epistola critica ad Orellium, Havniae 1828. Duas praeterea huius codicis collationes ex copiis Orellianis depromptas benigne mecum communicavit Baiterus, quarum unam Hanhartus, alteram Iac. Escherus diligentissime confecit. Ex hoc cod. sine dubio descriptae sunt lectiones, quas in exemplari editionis Lambinianae, quod Bernae asservatur, invenit Orellius. Pertinent eae ad libr. IV. §. 1—80. Vide Orellii Epist. crit. ad Madvig. p. VI—XI. Quae Madvigius (Epist. crit. ad Orell. p. 15 sqq. Op. I. p. 355 sqq.) de codicibus Parisiensibus et de vetere Lambiniano disputavit, non omni ex parte vera esse demonstravimus in Commentatione, quam de codicibus libr. IV. et V. oratt. Verrin. (Halberstadii 1850.) scripsimus. Neque enim dubium esse potest, quin collatio Havniensis ex codice Regio 7774. A. profecta sit, Lambini autem vetus codex a Regio diversus. Atque illud etiam certum est varias lectiones, quas Car. Stephanus congessit, ex hoc eodem Regio esse descriptas; nam ubi discrepare videntur a Regio, librarii errorem ac negligentiam in culpa esse manifestum est. [Cum Iordano, quamquam tot codicis optimi collationes ei ad manus erant, tamen haud paucis locis dubitatio de vera codicis lectione relicta fuerit, a familiari meo, CAR. BURSIANO, petivi, ut codicem denuo excuteret; cuius opera diligentissima tandem factum est, ut veram codicis lectionem ubique repraesentare possemus. HALM.]

G1 2 = *Guelferbytani* duo, de quibus vide ad Divinat.

Ld = *Leidensis* (i. e. P. Francii in Perizonianis nr. 12. teste Bakio), cuius collationem a Bakio diligentissime confectam ad me misit Baiterus.

R3 significat consensum codicum R G1 2 Ld.

G3 consensum codicum G1 2 Ld.

λ = *vetus codex Lambini* in marg. 1584.

C = *Cuiacianus* Guilielmii apud Gruterum.

V = *Vaticanus*, qui haec habet fragmenta: 1) §. 6. *hospes esset Heiorum* — §. 9. *nihil dum etiam* 2) §. 16. *domi suae non esse* — §. 19. *negent isti onerariam.*

E = *Erfurtensis*, ex quo Melch. Hittorpii schedae excerptae sunt. Eius autem fragmenta supersunt haec. 1) §. 1. — §. 2. *reliquisse.* 2) §. 38. *Accipite, si vultis* — §. 42. *promptissimumque esset* 3) §. 47. *Quid hoc est?* — §. 49. *vellenda curavit* 4) §. 54. *Et ne forte hominem* — *solebat et pallio.* 5) §. 58. *Illa vero eius cupiditas* — §. 59. *tinctam.* 6) §. 60. *Venio nunc non iam* — §. 68. *impunita discesserit.* 7) §. 72. *Fuit apud Segestanos* — §. 77. *prosecutus esse.* 8) §. 78. *Quo quidem scelere* — §. 79. *imperio locaverunt.* 9) §. 94. *Herculis templum* — §. 97. *nominabuntur.* 10) §. 99. *Audite etiam* — §. 101. *existimatio contineret.* 11) §. 110. *Qui tandem istius* — *versari videretur.* 12) §. 117. *Urbem Syracusas* — §. 119. *non dubitasset auferre* 13) §. 122. *Aedes Minervae* — §. 124. *factas esse videantur.*

Lg29 = *Lagomarsinianus* nr. 29., qui quamquam melioribus est annumerandus, tamen optimis paulo inferior est.

Ad DETERIORES CODICES referendi sunt ceteri septem *Lagomarsiniani* (nam in libr. IV. et V. Lg12 in deteriorum numero est), *Palatini*, *Francianus*, *Gruterianus*, *Oxoniensis ψ*, *Huydecoperanus*, *Sangallensis (S.)* apud Orellium in edit. oratt. selectt. XV.

Turici 1836, cuius censuram a Klotzio conscriptam in Iahnii Annall. Vol. XXII. Fasc. II. p. 131 sqq. aliquoties commemorabimus, itemque censuram Epistolae criticae Madvigii, quam scripsit Bakius in Bibliotheca critica nova V, 1. p. 1—56.

Quamquam codices meliores, quos supra commemoravimus, praeter Vaticanum omnes eiusdem familiae sunt [immo codd. G1 2 Ld. et λ, ut mihi quidem persuasum est, ex nullo alio codice nisi ex ipso Regio originem duxerunt. Halm.], Regius tamen ita ceteris praestat, ut eius auctoritati fere ubique obtemperandum sit. Quae cum huius codicis sit praestantia, omnes fere varias lectiones, quas ex eo enotatas habemus, in annotationes criticas transtulimus; paucula quaedam menda, quorum commemoratio ad nullam rem utilis esse videbatur, omisimus. In rebus autem levioribus, in quibus diiudicandis plus valere debet librorum MSS. auctoritas, quam ratio et iudicium (id quod saepissime usu venit in verborum collocatione), codicis Regii potius, quam Vaticani fidem secuti sumus. Nam etsi Vaticanus optimae notae est, tamen non est, cur Regio praeponatur; et cum pauca tantum in his duobus libris supersint eius fragmenta, Regius (praeter lacunam in libro V.) integer sit servatus, huius auctoritatem in rebus levioribus ambiguique iudicii potiorem habere consentaneum erat. Propter codicis autem Regii praestantiam eas quoque varias lectiones, quae ad orthographiae rationem pertinent, suis locis afferendas putavimus.

I. 1. Venio nunc ad istius, quem ad modum ipse appellat, studium, ut amici eius, morbum et insaniam, ut Siculi, latrocinium: ego quo nomine appellem, nescio. Rem vobis proponam: vos eam suo, non nominis pondere penditote. Genus ipsum prius cognoscite, iudices; deinde fortasse non magno opere quaeretis, quo id nomine appellandum putetis. Nego in Sicilia tota, tam locupleti, tam vetere provincia, tot oppidis, tot familiis tam copiosis, ullum argenteum vas, ullum Corinthium aut Deliacum fuisse, ullam gemmam aut margaritam, quidquam ex auro aut ebore factum, signum ullum aeneum, marmoreum, eburneum: nego ullam picturam neque in tabula neque in textili, quin conquisierit, inspexerit, quod placitum sit abstulerit. 2. Magnum videor dicere: attendite etiam, quem ad modum dicam. Non enim verbi neque criminis augendi causa complector omnia: cum dico nihil istum eius modi rerum in tota provincia reliquisse, Latine me scitote, non accusatorie loqui: etiam planius: nihil in aedibus cuiusquam, ne in oppidis quidem; nihil in locis communibus, ne in fanis quidem; nihil apud Siculum, nihil apud civem Roma-

---

In .C. Verrem Liber IIII. V; *Ciceronis invectiva in Verrem incipit.* R.

1. *id ipse* E. — 3. *non* om. dett. — 5. *magno opere* R: *magnopere* G3 al. — *quaeritis* R. — *id* R3 E Lg29: om. dett. O. — 6. *locupleti* R3 λ E Lg29 ut §. 46.: *locuplete* dett. ut §. 29. — *veteri* G2 Ld. — 8. *nego ullam gemmam aut marg. fuisse aut quicquam* Lagg. — *nullam gemmam aut margaritam* ex h. l. enotavit Serv. ad Aen. I. 653.; cf. etiam Schol. ad Stat. Theb. VI. 63. — *quicquam* R et sic semper. — 9. *nego*] *neque* Lagg. praeter 29. — 10. *in tabulis* dett. — *in textili* G1 Ld.: *textili* R λ E G2; *textilem* dett., qui *fuisse* addunt, quod om. R3 E Lg42. Cf. Turneb. Adv. XXV. 5. Otto ad Fin. p. 403. — *conquisierit* R3 E (cf. Turneb. ad orat. in Rull. II. 35. coll. infra §. 50. 73.): *quaesierit* dett. — 12. *criminis causa augendi* Lgg. praeter 29. — 13. *quom* R p. m.; *cum* sup. lin. (sic item v. 23.) — *priuincia* R p. m. — 14. *planius amplius* G1. — 15. *ne in hospitiis quidem* coni. Ieep prob. Halm.: At haec coniectura magis speciosa, quam vera est; nam quattuor haec membra respondent accurate iis, quae infra ponuntur: *in aedibus* = *nihil privati*; *in oppidis* = *publici*; *in locis communibus* = *profani*; *in fanis* = *sacri*. Atque eadem haec quattuor membra initio libri V. §. 1., ubi ad libri IV. argumentum respicit, ponit: «*Verres in Sicilia sacra profanaque omnia et privatim et publice spoliarit.*»

num, denique nihil istum, quod ad oculos animumque acciderit, neque privati neque publici neque profani neque sacri tota in Sicilia reliquisse.

3. Unde igitur potius incipiam quam ab ea civitate, quae tibi una in amore atque in deliciis fuit? aut ex quo potius numero quam ex ipsis laudatoribus tuis? Facilius enim perspicietur, qualis apud eos fueris, qui te oderunt, qui accusant, qui persequuntur, cum apud tuos Mamertinos inveniare improbissima ratione esse praedatus. II. C. Heius est Mamertinus — omnes hoc mihi qui Messanam accesserunt, facile concedunt — omnibus rebus illa in civitate ornatissimus. Huius domus est vel optima Messanae, notissima quidem certe et nostris hominibus apertissima maximeque hospitalis. Ea domus ante istius adventum ornata sic fuit, ut urbi quoque esset ornamento. Nam ipsa Messana, quae situ, moenibus portuque ornata sit, ab his rebus, quibus iste delectatur, sane vacua atque nuda est. 4. Erat apud Heium sacrarium magna cum dignitate in aedibus, a maioribus traditum, perantiquum, in quo signa pulcherrima quattuor, summo artificio, summa nobilitate, quae non modo istum hominem, ingeniosum et intelligentem, verum etiam quemvis nostrum, quos iste idiotas appellat, delectare possent; unum Cupidinis marmoreum Praxiteli: — nimirum didici etiam, dum in istum inquiro, artificum nomina. Idem, opinor, artifex eiusdem modi Cupidinem fecit illum, qui est Thespiis, propter quem Thespiae visuntur; nam alia visendi causa nulla est. Atque ille L. Mummius, cum Thespiadas, quae ad aedem Felicitatis sunt, ceteraque profana ex illo oppido signa tolleret, hunc marmoreum Cupidinem, quod erat consecratus, non attigit. III. 5. Verum ut ad illud sacrarium redeam, signum erat hoc, quod dico, Cupidinis e marmore: ex altera parte Hercules, egregie factus ex aere. Is dicebatur esse Myronis, ut opinor, et certe. Item ante hos deos erant arulae, quae cuivis religionem sacrarii significare possent. Erant aenea duo praeterea signa, non maxima, verum eximia venustate, virginali habitu atque vestitu, quae manibus sublatis sacra quaedam more Atheniensium virginum reposita in capitibus sustinebant. Canephoroe ipsae

---

1. *porro denique* G1. — *nihil* om. Lagg. praeter 29; *nihil denique* coni. Urs. et Fritzsche. — *acciderit* R3 E, 4 codd. Lamb.: *accenderit* dett., qui *ad* omittunt (sed Lg42 *accederet*). — 4. *atque deliciis* G1. — *quam ab ipsis* 3 Lagg. — 7. *inprobissuma* R. — *G. Heius* G1 2 et sic alibi. — 8. *qui M. accesserunt*, *f. concedunt* R3 λ Lg29 (sed hic *concedent*): *fac. concedent, qui M. acc.* dett. O. — 9. *illa in* R3: *in illa* dett. O. — 10. *optuma* R. — 11. *maxime perhospitalis* Lgg. praeter 29. — *istius adventum* R G2 Ld. al.: *huius adv.* G1; *adv. ist.* dett. O. — *sic ornata* dett. O. — 12. *ornamentum* Lg29. — 13. *ab iis rebus* malim; in G1 2 est *hiis*, ut semper. — 14. *cum magna* dett. — 15. *perantiquom* R. — 16. *quattuor*] *IIII* R. — 17. *ingenuosum* R. — *et int.* R et codd. rell. noti: *atque int.* O. In R tamen *intellegentem* scriptum est, et sic semper. — 18. *Cupidinem* Lg42. — 19. *Praxiteli* R p. m.: *Praxitele* R sec. m., λ G3. cf. §. 12.; *Praxitelis* dett. O. — *etiam iud.* (i. e. *iudices*) *dum* Lg29. — 20. *artificium* R. — 21. *propter -- visuntur*] cf. Sidon. Ep. IV. 15. — 22. *atque* R3 λ: *itaque* dett. O. — *Thespiadas* R3 λ Lg29 (*tespias* G1): *Thespiade* dett. — 26. *egregiae* R. — 27. Fort. *et recte*. BAIT. — *item* om. Lg29. — *hos* R3: *hosce* dett. O. — 28. *arulae* R3 C, duo Memmiani ap. Lamb.: *tabulae* dett. — *sacr. relig.* Lagg. praeter 29, O. — 29. *praeterea duo* Lagg. praeter 29, O. — *maxuma* R. — 30. *sacra -- capitibus* Arus. M. p. 259. — 31. *Canephoroe* codd. plerique: *canoforee* G1; *Canephore* Ld.; *et nefarie* G2. cf. Schol. Cruq. ad Horat. Sat. II. 8, 43.

vocabantur: sed earum artificem, quem? quemnam? Recte admones, Polyclitum esse dicebant. Messanam ut quisque nostrum venerat, haec visere solebat: omnibus haec ad visendum patebant quotidie: domus erat non domino magis ornamento quam civitati. 6. C. Claudius, cuius aedilitatem magnificentissimam scimus fuisse, usus est hoc Cupidine tam diu, dum forum dis immortalibus populoque Romano habuit ornatum: et, cum esset hospes Heiorum, Mamertini autem populi patronus, ut illis benignis usus est ad commodandum, sic ipse diligens fuit ad reportandum. Nuper homines nobiles huius modi, iudices, et quid dico nuper? immo vero modo ac plane paulo ante vidimus, qui forum et basilicas non spoliis provinciarum, sed ornamentis amicorum, commodis hospitum, non furtis nocentium ornarent: qui tamen signa atque ornamenta sua cuique reddebant, non ablata ex urbibus sociorum atque amicorum quadridui causa per simulationem aedilitatis domum deinde atque ad suas villas auferebant. 7. Haec omnia quae dixi signa, iudices, ab Heio e sacrario Verres abstulit: nullum, inquam, horum reliquit, neque aliud ullum tamen praeter unum pervetus ligneum, Bonam Fortunam, ut opinor; eam iste habere domi suae noluit. IV. Pro deum hominumque fidem! quid hoc est? (quae haec causa est? quae ista impudentia) Quae dico signa, antequam abs te sublata sunt, Messanam cum imperio nemo venit quin viderit. Tot praetores, tot consules in Sicilia cum in pace, tum etiam in bello fuerunt; tot homines cuiusque modi: non loquor de integris, innocentibus, religiosis: tot cupidi, tot improbi, tot audaces: quorum nemo sibi tam vehemens, tam potens, tam nobilis visus est, qui ex illo sacrario quidquam poscere aut tollere aut attingere auderet. Verres, quod ubique erit pulcherrimum, auferet?

---

1. *quem? quemnam?* R3 Quint. IX. 2, 61. Donat. ad Ter. Eun. III. 2, 51. V. 3, 1. Rufin. de fig. sent. §. 9. Plin. Ep. I. 20, 10: *quem* om. dett.; in G1 est: *quem* ~~ipm~~.; *quem? Quemnam? recte admones* male interpungit Halm. coll. Persii Sat. II. 18.; qui locus iam propterea dissimilis est huic Tulliano, quod ibi bis *cuinam* legitur. Nostram distinctionem verissimam esse ex veterum grammaticorum, quos adscripsimus, testimoniis facile colligitur. [Quid his ad rem de qua agitur diiudicandam conficiatur, equidem non video. HALM.] — 2. *Polyclitum* R G1 Lg29 42 Rufin.: *Polycletum* codd. Quint. Donat. Non. p. 242. ctt. O; *Polycleti* Serv. ad Virg. Ecl. III. 37. — 3. *cotidie* R λ G1 2. — 6. *inmort.* R. — 7. *quom* idem. — *hospes esset* V, qui habet vv. . . *spes esset* - - *nihil dum etiam* §. 9. v. 17. — 8. *reponendum* C. Eadem confusio est §. 103. — 9. *huiusmodi* R3: *eiusmodi* V (Br.), dett. O. — *et quid* V G3, Lg42: *et quod* R, rell. Lagg.; *sed quid* coni. Halm. coll. or. p. Sulla §. 51. Non male! — 10. *et basil.* R3 V λ Lg29: *ac bas.* dett. O. — 13. *sociorum atque amicorum* V (etiam Br. teste; erravit enim Maius in adnot.); *sociorum* rell. O. — 14. *quadridui causam* R3 V (in V tamen *m* Brunnio punctata videtur); *in quatriduum per causam aedilitatis* coni. Fritzsche coll. or. p. domo §. 13. — 16. *ab heio* R. — *e sacrario* R, G1 2: *de sacr.* dett. O, item V, ut etiam Brunnio videtur; *e* om. Ld. — 17. *tamen* om. Ld. — *perventus* R m. pr. et V (Br.); *vetus* Lagg. praeter 29. — *bonae Fortunae* V. [Brunnio potius *bonam fortunam* in V esse videtur, quamquam res dubia est.] — 18. *habere domi suae* R3, V, λ, Lg29 42: *domi suae hab.* dett. O. — 19. *quae haec causa est* R, G1, Ld. V, Lg29: *quae est h. c.* dett. O. — *quae ista inp.* R V (prob. Madv. Epist. p. 52. Op. I. p. 357.): *quae ista impud. est* G1, Ld.; *quae haec imp. est* dett. O. In G2 duae hae interrogationes om. — 20. *Mess. cum imp. nemo* R3: *nemo Mess. cum imp.* V et rell., O. — 21. Fort. *viserit*; cf. v. 2 sq. BAIT. — 22. *cum in pace* R Lg29, item V (Br.): *tum in pace* rell. O. — *cuiuscemodi* R; *eiusmodi* G1; *eiuscemodi* codd. Lamb., G2, Ld.; an fuit: *huiuscemodi*? [Firmat V lectionem vulg., quae sanissima est; nec tamen omnes litterae in cod. perspicuae sunt; notavit enim Brunnius: *HOMINES . . IVS . . . MODI.*]

nihil habere cuiquam praeterea licebit? tot domus locupletissimas domus istius una capiet? Idcirco nemo superiorum attigit, ut hic tolleret? ideo C. Claudius Pulcher rettulit, ut C. Verres posset auferre? At non requirebat ille Cupido lenonis domum ac meretriciam disciplinam; facile illo sacrario patrio continebatur: Heio se a maioribus relictum esse sciebat in hereditate sacrorum; non quaerebat meretricis heredem. 8. Sed quid ego tam vehementer invehor? Verbo uno repellar. — Emi, inquit. — Di immortales, praeclaram defensionem! mercatorem in provinciam cum imperio ac securibus misimus, omnia qui signa, tabulas pictas, omne argentum, aurum, ebur, gemmas coëmeret, nihil cuiquam relinqueret. Haec enim mihi ad omnia defensio patefieri videtur: emisse. Primum, si id, quod vis, tibi ego concedam, ut emeris, quoniam in toto hoc genere hac una defensione usurus es: quaero, cuius modi tu iudicia Romae putaris esse, si tibi hoc quemquam concessurum putasti, te in praetura atque imperio tot res tam pretiosas, omnes denique res, quae alicuius pretii fuerint, tota ex provincia coëmisse. V. 9. Videte maiorum diligentiam, qui nihildum etiam istius modi suspicabantur, verum tamen ea, quae parvis in rebus accidere poterant, providebant. Neminem, qui cum potestate aut legatione in provinciam esset profectus, tam amentem fore putaverunt, ut emeret argentum; dabatur enim de publico: ut vestem; praebebatur enim legibus: mancipium putarunt, quo et omnes utimur et non praebetur a populo. Sanxerunt, NE QVIS EMERET NISI IN DEMORTVI LOCVM. Si qui Romae esset demortuus? Immo, si quis ibidem. Non enim te instruere domum tuam voluerunt in provincia, sed illum usum provinciae supplere. 10. Quae fuit causa, cur tam diligenter nos in provinciis ab emptionibus removerent? Haec, iudices, quod putabant ereptionem esse, non emptionem, cum venditori suo arbitratu vendere non liceret. In provinciis intelligebant, si is, qui esset cum imperio ac potestate, quod apud quemque esset, emere vellet idque ei liceret, fore uti, quod quisque vellet, sive esset venale sive non esset, quanti vellet auferret. Dicet aliquis: «Noli isto modo agere cum Verre: noli eius facta ad antiquae religionis rationem exquirere: concede, ut impune emerit, modo ut bona ratione emerit, nihil pro potestate, nihil ab invito, nihil per iniuriam.» Sic agam. Si quid ve-

---

1. *cuiquam praeterea* R V, Lg29: *pr. cuiquam* rell. O. — *tot domos* Ld. — *istius domus* V. — 2. *hic* R3, λ, Lg29: *iste* dett. O. [Item Maius, et sic Brunnio quoque codex habere videtur, quamquam scriptura in loco fere exstincta est.] — 3. *C.* ante *Claud.* habet V, quod errore Maius om. — *rettulit* V: *retulit* R, alii, O. — 4. *Cupido* in V manu scholiastae (v. adnot. 1. Maii pag. 508.) superscriptum est. (Br.) — 6. *ad hereditatem* dett. [sed nullus Lagg., ex quibus dett. *an hereditatem* habent.] — 7. *uno* R3: *iam uno* dett. O. [In V est vocula ante *uno*, sed num sit *iam*, Brunnio incertum videtur.] — 8. *di* R3: *o dii* dett. O. [V habet *di*; num etiam *o*, cum litterae ante *di* evanuerint, discerni non potest.] — 9. *cum imperio ac securi in prov.* O contra codd. — *qui omnia* dett. O. — 10. *nihil c. rel. haec* om. Lg29. — 12. *ego tibi* Lg29. — 13. *hac*] *ac* R G2. — 15. *praetiosas* R V. — 16. *fuerunt* R. [terminatio in V non potest distingui.] — 20. *putarunt* L et Lagg. praeter 29. 42. — 21. *putarunt* R, λ Lg42: *putaverunt* G3, rell. Lagg., O. — 22. *utuntur* G2. — *emeret* R3, λ (prob. Madv. epist. p. 26.): *emeret mancipium* dett. O. — 23. *si quis* Lagg. — 24. *enim* om. G2 Ld. — 28. *liceret* R, sed rasura factum *licere*, ut est in G1. — 30. *si* om. Lagg. praeter 42. — *fore ut* Lg29. — 32. *ad*] *at* R pr. m.; *ut* sec. m. — 33. *ut in bona* idem. — *nihil pro potestate* om. Lagg. praeter 48. — 34. *si quid* Lg42 45 48: *si quod* R3, rell. Lagg.

nale habuit Heius, si id, quanti aestimabat, tanti vendidit, desino quaerere, cur emeris. VI. 11. Quid igitur nobis faciendum est? num argumentis utendum in re eius modi? Quaerendum credo, est, Heius iste num aes alienum habuerit, num auctionem fecerit: si fecit, num tanta difficultas eum rei nummariae tenuerit, tanta egestas, tanta vis presserit ut sacrarium suum spoliaret, ut deos patrios venderet. At hominem video auctionem fecisse nullam, vendidisse praeter fructus suos nihil umquam, non modo in aere alieno nullo, sed in suis nummis multis esse et semper fuisse: si haec contra ac dico essent omnia, tamen illum haec, quae tot annos in familia sacrarioque maiorum fuissent, venditurum non fuisse. Quid? si magnitudine pecuniae persuasum est? Veri simile non est, ut ille homo tam locuples, tam honestus religioni suae monumentisque maiorum pecuniam anteponeret. 12. Sunt ista: verum tamen abducuntur homines nonnumquam etiam ab institutis suis magnitudine pecuniae. Videamus, quanta ista pecunia fuerit, quae potuerit Heium, hominem maxime locupletem, minime avarum, ab humanitate, a pietate, a religione deducere. Ita iussisti, opinor, ipsum in tabulas referre: Haec omnia signa Praxiteli, Myronis, Polycliti HS sex milibus et IↃ Verri vendita esse. Rettulit. Recita ex tabulis. Iuvat me haec praeclara nomina artificum, quae isti ad caelum ferunt, Verris aestimatione sic concidisse. Cupidinem Praxiteli HS CIↃIↃC! Profecto hinc natum est: *Malo emere quam rogare.* VII. 13. Dicet aliquis: «Quid? tu ista permagno aestimas?» Ego vero ad meam rationem usumque meum non aestimo. Verum tamen a vobis ita arbitror spectari oportere, quanti haec eorum iudicio, qui studiosi sunt harum rerum, aestimentur, quanti venire soleant, quanti haec ipsa, si palam libereque venirent, venire possent, denique ipse Verres quanti aestimet. Numquam, si denariis cccc

---

1. *habuit eius* R. — *si id* dett.: *si* om. R3. — 2. *emeres* Lagg. praeter 29. — *faciendum* R3: *faciundum* Lagg. O. — 3. *huiuscemodi* Ld. — *quaer. est credo* dett. O. — 4. *actionem* R, G2. — 5. *presserit* R3, C, λ: *oppresserit* dett. O. (*tanta visio presserit* Lg29.) — 7. *umquam* habet R semper. — 8. *non modo aere a. n. sed in s. n. multos* Lagg. praeter 29. — *ac semper* Lagg. dett., O. — 11. *pers. est ei* dett. O; *ei pers. est* L. — 13. *adducuntur* G2, Ld. Sic saepe in his codd. haec vv. confunduntur; cf. V. §. 63. 71. 136. 146. — 15. *fuerit* R, G1 2: *fuit* Ld., dett. O. — 16. *a pietate a relig.* G1: *a pietate relig.* R, G2, Ld., prob. Klotzio in Iahn. Ann. Vol. XXII. p. 133.; *et piet. ab relig.* dett.; *a pietate ab relig.* St. L O. — 18. *Praxiteli* R et sic infra: *Praxitele* G1; *Praxitelis* G2, Ld., dett. O. — *Polycliti* R, G1, Lg5 29: *Polycleti* rell. O. — *sex milibus* R Ld.: *VI mill.* O. — *et IↃ* Hotomanus (cf. §. 28.): *.III.* ∽ (sic) R; *III. cIↃ* C; *IIICO* G2, *in eo* G1; ııȷ Ld., om. dett. [Niebuhrius: *et IↃ* om. omnes Lagg. praeter 42.] — 19. *vendita esse* Madvigius (ep. p. 60. Op. I. 357.) probante Klotzio: *vendita; sed* R3; *vendita sic* dett. (Lagg. praeter 42); *vendita sunt* O (et Lg42, ut videtur); *vendita. S. E. D.* (i. e. *summa est data*) vel *S. E. P.* (i. e. *soluta est pecunia*) coni. Or. 2. — *rettulit* R3 et Lg29: om. Lagg. rell. O1. [Servatus est locus etiam in V, in pagina codicis, quam Maius legere non potuit; nec Brunnius quidquam extricavit nisi *Polycliti* et deinde *VERRI VENDITA SICRETV* . . . ‖ *REC* . . . *EX TABVLIS.* Numerus legi non potest, nec tamen tantum est spatium, ut in cod. *VI. mil. et IↃ* fuisse videatur.] — *tabulis. TABVLAE HEII.* L O, contra codd. [In Lg29 tamen est lacuna post *tabulis.*] — *iuvat me* Lg29: *iuvant me* R3, Lagg. rell. — 20. *et quae* Lg42. — *ista* R3. — 21. *Praxiteli* R, G2, Ld.: *Praxitele* G1; *Praxitelis* Lagg. O. — *HS.* ∽ *D.* (sic) R; *HS. COC.* G3; *HS. XXd* Lg29.— 22. *emere* om. R3. — 23. *meum* R3, Lg29: om. dett. O. — *extimo* G1, et sic plerumque hic cod. pro *aestimo* et *existimo* habet. — 27. *numquam si* Zumptius: *numquam* R3; *numquam enim si* dett. O.— *den.* (per signum) *CCCC* R: *sex* (i. e. *si X.*) *CCCC* G1; *den. quadringentis* rell. O.

Cupidinem illum putasset, commisisset, ut propter eum in sermonem hominum atque in tantam vituperationem veniret. 14. Quis vestrum igitur nescit, quanti haec aestimentur? In auctione signum aeneum non maximum HS XL venire non vidimus? Quid, si velim nominare homines, qui aut non minoris aut etiam pluris emerint, nonne possum? Etenim qui modus est in his rebus cupiditatis, idem est aestimationis; difficile est enim finem facere pretio, si libidini non feceris. Video igitur Heium neque voluntate neque difficultate aliqua temporis nec magnitudine pecuniae adductum esse, ut haec signa venderet, teque ista simulatione emptionis vi, metu, imperio, fascibus ab homine eo, quem una cum ceteris sociis non solum potestati tuae, sed etiam fidei populus Romanus commiserat, eripuisse atque abstulisse. 15. Quid mihi tam optandum, iudices, potest esse in hoc crimine, quam ut haec eadem dicat ipse Heius? Nihil profecto. Sed ne difficilia optemus. Heius est Mamertinus; Mamertina civitas istum publice communi consilio sola laudat; omnibus iste ceteris Siculis odio est, ab his solis amatur; eius autem legationis, quae ad istum laudandum missa est, princeps est Heius (etenim est primus civitatis): ne forte, dum publicis mandatis serviat, de privatis iniuriis reticeat. 16. Haec cum scirem et cogitarem, commisi tamen, iudices, Heio: produxi [eum] prima actione; neque id tamen ullo periculo feci. Quid enim poterat Heius respondere, si esset improbus, si sui dissimilis? Esse illa signa domi suae, non esse apud Verrem? Qui poterat quidquam eius modi dicere? Ut homo turpissimus esset impudentissimeque mentiretur, hoc diceret: illa se habuisse venalia eaque se quanti voluerit vendidisse. Homo domi suae nobilissimus, qui vos de religione sua ac dignitate vere existimare maxime vellet, primo dixit se istum publice laudare, quod sibi ita mandatum esset: deinde neque se illa habuisse venalia neque ulla condicione, si utrum vellet liceret, adduci umquam potuisse, ut venderet illa, quae in sacrario fuissent a maioribus suis relicta et tradita. VIII. 17. Quid sedes, Verres? quid exspectas? quid te a Centuripina civitate, a Catinensi, ab

---

(R denariorum hoc signum habet: *, ut notavit Bursian.) — 1. *commisset* R. — 3. *actione* R. — 4. *maximum* R3: *magnum* dett. O. — *sestertium XL* R3: *HS. CXX milibus* dett. O. — *vidimus* R ex *videmus* prima m. corr. — 5. *qui non* Lagg. praeter 29. — *plures* R. — *emerent* Lagg. praeter 42. — 6. *idem*] *is* Lagg. praeter 29. — 7. *enim* om. R. — *si* R, G2, Ld.: *si non* G1, *nisi* dett. O. — *non feceris* Ld. (prob. Bakio p. 13. Madv. Op. I. p. 357.): *feceris* R, rell. O. — 8. *neque magn.* G1, dett. — 11. *cum* om. R3. — *caeteris* R, et sic plerumque. — 12. *atque* om. G3. — 12. *tanti* Lg29. — 13. *esse potest* idem. — 14. *est* om. G3. — 16. *iste* R, Lg29: *ipse* dett. — 18. *servit* L. — 20. *tamen* R3 (prob. Madv. ep. p. 26. coll. III. §. 137. in Rull. II. §. 20.): *tamen me* dett. O. — *prodixi* R. — *eum* om. G1 2. [item R, ut cum Eschero testatur Bursianus, quare nos voc. seclusimus.] — 21. *tamen nullo p. feci neque enim* Lg29. — 22. *esse - - Verrem* R3, nisi quod in iis *esset* legitur, quod ad *dissimilis* referatur: *signa illa domi suae esse non apud Verrem* dett. O. [Etiam V confirmat lectionem librorum R3, cuius folium 57 sic incipit: *domi suae non esse aput Verrem*; erravit in loco Maius.] — 23. *quisquam* V, sed *s* expuncta. — 24. *inpud.* V. — 25. *eaque se* R, G1, λ: *ea se* G2, Ld.; *eaque sese* V (Br.), Lagg. praeter 27, O. — *voluerit* etiam V teste Brunnio; Maius legerat *voluisset*. — 26. *existumare* R, et sic plerumque. — 28. *nec se* Ld. — *habuisse illa* V et Lagg. praeter 42. — *condicione* R V, ut semper: *conditione* O. — *si*] *se* R, Ld. — 31. *expectas* V. — *ciuitate*.. (spatium unius litterae) *catinensi agyrensi ab alesina* (sic) V (Br.). Est deinde *agyrinensi* (non *agir.*, ut habet Maius) post *hennensi* repetitum.

Halesina, Tyndaritana, Hennensi, Agyrinensi ceterisque Siciliae civitatibus circumveniri atque opprimi dicis? tua te altera patria, quem ad modum dicere solebas, Messana circumvenit, tua, inquam, Messana, tuorum adiutrix scelerum, libidinum testis, praedarum ac furtorum receptrix. Adest enim vir amplissimus eius civitatis, legatus huius iudicii causa domo missus, princeps laudationis tuae, qui te publice laudat; ita enim mandatum atque imperatum est: tametsi rogatus de cybaea tenetis memoria quid responderit: aedificatam publicis operis, publice coactis, eique aedificandae publice Mamertinum senatorem praefuisse. Idem ad vos privatim, iudices, confugit: utitur hac lege, qua iudicium est, communi arce sociorum. Tametsi lex est de pecuniis repetundis, ille se negat pecuniam repetere, quam ereptam non tanto opere desiderat: sacra se maiorum suorum repetere abs te dicit: deos penates te patrios reposcit. 18. Ecqui pudor est? ecquae religio, Verres? ecqui metus? Habitasti apud Heium Messanae: res illum divinas apud eos deos in suo sacrario prope quotidiano facere vidisti: non movetur pecunia: denique quae ornamenti causa fuerunt, non requirit: tibi habe Canephoros: deorum simulacra restitue. Quae quia dixit, quia tempore dato modeste apud vos socius amicusque populi Romani questus est, quia religioni suae non modo in dis patriis repetendis, sed etiam in ipso testimonio ac iure iurando proximus fuit: hominem missum ab isto scitote esse Messanam de legatis unum, illum ipsum, qui navi istius aedificandae publice praefuit, qui a senatu peteret, ut Heius afficeretur ignominia. IX. 19. Homo amentissime, quid putasti? impetraturum te? quanti is a civibus suis fieret, quanti auctoritas eius haberetur, ignorabas? Verum fac te impetravisse: fac aliquid gravius in Heium statuisse Mamertinos: quam putas auctoritatem laudationis eorum futuram, si in eum, quem constet verum pro testimonio dixisse, poenam constituerint? Tametsi quae est ista laudatio, cum laudator interrogatus laedat necesse est? Quid? isti laudatores tui, non testes mei sunt? Heius est lauda-

1. *Halaesina* R; *Alesina* V. Cf. ad III. §. 170. — *a Tyndaritana* V. — *Hennensi* R V: *Ennensi* O. — 4. *receptatrix* Ld. — 5. *huius* R3, V: *huiusce* dett. O. — 6. *laudant* V. — 7. *ita enim* R3, V: *id enim* Lagg. praeter 42. — *cybaea* Lagg. omnes: *cybea* R V, rell. O. Cf. ad V. §. 44. — 10. *configit* R. — 11. *est communi arce* V (distincte teste Brunnio), Lg5 et 14 (uterque 2 m.): *est munia arce* codd. Lamb.; *est cɔ muniarcae* R [sic R teste Bursiano, qui ipsos codicis ductus repraesentavit; est autem *cɔ muni* ortum ex *CŌMVNI*]; *est communarce* G1 2; *est communis (commune 29) arce* Lagg.; *est communis arcae et privatus rei* Franc.; *est communis et privatae rei* Naug., quae lectio vulgaris facta est. — *de repetundis pec.* λ, G3. *(pecunis* V.) — 12. *tanto opere* sic R V Lg29. — 13. *penatis* V. — *te* R3, V: *a te* dett. O. *(patrios a te* Lg29.) — 14. *et qui* hic et infra V et Lagg. praeter 29. — *ecquae* R, G1 2, λ: *et quae* V; *quae* Ld, *ecqua* Lg29 O. Cf. §. 25. — 15. *aput* V. — 16. *cotidiano* R3, codd. Lamb. (prob. Madv. p. 60. Orell. ad Orat. §. 120): *cotidie* V (etiam teste Br.), *quotidie* O. — *non uetur* R. — 17. *tibi habe* R3, V, λ, Lg29. (cf. §. 151): *tibi* om. dett. O. — 18. *et deorum* V, ut videtur, sed *et* punctatum. (Br.) — 19. *quaestus* R V. — 20. *repetendis* R V, Lagg.: *repetundis* G3, O. — 21. *test. ac iure* R3, V, Lg29: *iure ac test.* dett. O. — 23. *ut eius* R. — *affic. ignom.* R3, V, λ, Lagg. omnes: *ignom. affic.* O. *(adficeretur* RV.) — 24. *quid putasti impetr. te* R V (prob. Madv. ep. p. 52. Opusc. I. p. 358.): *qui putasti imp. te* G3; *quid putasti? te imp.* dett. O. — 25. *quantis a* Ld; *is* om. V. — 26. *verum* om. Lagg. — *facite* R, Ld. — *inpetrauisse* V. — *aliquit* R. — 27. *Mamertinos* om. Lagg. praeter 29. — *quam* R, G3: *quantam* V (Br.), Lagg. O. — *si in*] *sin* V. — 28. *constituerent* Lagg. — 29. *ista laud.* R V, Lagg: *laud. ista* G3, λ. — 30. *non* R3, λ: *nonne* V (Br.), Lagg. O, quod [recte] tuetur Klotzius Suppl. ad Tusc. p. 10. At cf. V. §. 45. 84.

tor: laesit gravissime. Producam ceteros: reticebunt, quae poterunt, libenter; dicent, quae necesse erit, ingratis. Negent isti onerariam navem maximam aedificatam esse Messanae? negent, si possunt. Negent ei navi senatorem Mamertinum publice praefuisse? utinam negent! Sunt etiam cetera, quae malo integra reservare, ut quam minimum dem illis temporis ad meditandum confirmandumque periurium. 20. Haec tibi laudatio procedat in numerum: hi te homines auctoritate sua sublevent, qui te neque debent adiuvare, si possint, neque possunt, si velint; quibus tu privatim iniurias plurimas contumeliasque imposuisti; quo in oppido multas familias totas in perpetuum infames tuis stupris flagitiisque fecisti. — At publice commodasti. — Non sine magno quidem rei publicae provinciaeque Siciliae detrimento. Tritici modium $\overline{LX}$ empta populo Romano dare debebant et solebant; abs te solo remissum est. Res publica detrimentum fecit, quod per te imperii ius in una civitate imminutum est: Siculi, quod ipsum non de summa frumenti detractum est, sed translatum in Centuripinos et Halesinos, immunes populos, et hoc plus impositum, quam ferre possent. 21. Navem imperare ex foedere debuisti: remisisti in triennium, militem nullum umquam poposcisti per tot annos. Fecisti item, ut praedones solent: qui cum hostes communes sint omnium, tamen aliquos sibi instituunt amicos, quibus non modo parcant, verum etiam praeda quos augeant, et eos maxime, qui habent oppidum opportuno loco, quo saepe adeundum sit navibus, nonnumquam etiam necessario. X. Phaselis illa, quam cepit P. Servilius, non fuerat urbs antea Cilicum atque praedonum: Lycii illam, Graeci homines, incolebant. Sed quod erat eius modi loco atque ita proiecta in altum, ut et exeuntes e Cilicia praedones saepe ad eam necessario devenirent, et, cum se ex hisce locis reciperent, eodem deferrentur, adsciverunt sibi illud oppidum piratae primo commercio, deinde etiam societate. 22. Mamertina civitas improba antea non erat: etiam erat inimica improborum, quae C. Catonis, illius, qui consul fuit, impedimenta retinuit. At cuius hominis! clarissimi ac potentissimi; qui tamen cum consul fuisset, condemnatus est. [Ita C. Cato, duorum hominum clarissimorum nepos,

1. *laedit* Lg29. — *grauissumae* V (Br.) — 2. *ingratis* R3, V: *ingratiis* L O (cf. p. Tullio §. 5.); *gratis* dett. — 3. *possunt* R3, λ: *possint* O; *si possunt negent* om. Lagg. — 4. *navi* R3: *navi faciundae* dett. O. (*faciendae* Lagg.) — 5. *etiam* om. L. — *malo*] *modo* Lagg. praeter 29. — *servare* Lg29. — *dem* Lagg.: *idem* R; *sit* G3. — 6. *meditantum* R. — 8. *qui te* est in R, non *qui item*, ut habet coll. Hauniensis. — 9. *inposuisti* R. — 10. *totas* codd.: om. O. — *infamis* R. — 12. *modios* R, G2, Ld; *modia* G1; *mod.* Lagg. Hinc errores orti, ut alibi saepe in libro III. — $\overline{LX}$ sic R: *LX milia* rell. O. — 13. *debeant* R pr. m. — 14. *quod per*] *et propter* Lg42. — *una in* dett. O. — 15. *Siculi -- est sed* om. Lg29. — *ipsum* R3: *hoc* dett. O. — 16. *Halaesinos immunis* R. — 17. *inpos.* R. — *ex foed. deb.* R: *deb. ex foed.* G3, λ. — 19. *ut* R3: *uti* dett. O. — *quom* R pr. m. et sic saepe. — *hostes comm.* R, G1 2: *comm. hostes* Ld., dett. O. — 20. *sunt* R3, Lg42. — 24. *ante* dett. O. — *atque* R, Lagg: *et* G1 2, λ; om. Ld. — *latrenum Lyccillam* Lg29. — 25. *quod* et deinde *ita* om. idem. — *ut et*] *ut ea* Lagg. praeter 29. — 27. *cum se ex hisce* G3 (sed G1 *hiisce*, Ld. *iisce*): *quem se ex isce* R; *cum ex hisce se* dett. O. — *illud sibi* dett. O. — 28. *pyrate* R. — 31. *ac potent.* R3, C: *potentissimique* (vel *pot. quoque*, ut habent 6 Lagg.) dett. O; *potentissimi clarissimique* Lg29. — *condempnatus* R. — 32. *Ita -- aestimata est* a glossatore inserta esse intellexerunt Zumpt., Or. 2, Halm; alii, ut Ern., Rau (II. p. 155. qui scribit *cui damnato*) sola vv. *Ita -- filius* damnaverunt. Tuebatur olim haec omnia Or. 1. et Madv. ep. p. 27. Cf. etiam Bake ad Legg. p. 390.

L. Paulli et M. Catonis, et P. Africani sororis filius, quo damnato tunc, cum severa iudicia fiebant, HS IIII milibus lis aestimata est.] Huic Mamertini irati fuerunt, qui maiorem sumptum, quam quanti Catonis lis aestimata est, in Timarchidi prandium saepe fecerunt. 23. Verum haec civitas isti praedoni ac piratae Siciliensi Phaselis fuit: huc omnia undique deferebantur; apud istos relinquebantur: quod celari opus erat, habebant sepositum et reconditum: per istos, quae volebat, clam imponenda, occulte exportanda curabat: navem denique maximam, quam onustam furtis in Italiam mitteret, apud istos faciundam curavit: pro hisce rebus vacatio data est ab isto sumptus, laboris, militiae, rerum denique omnium: per triennium soli non modo in Sicilia, verum, ut opinio mea fert, his quidem temporibus in omni orbe terrarum, vacui, expertes, soluti ac liberi fuerunt ab omni sumptu, molestia, munere. 24. Hinc illa Verria nata sunt: quod in convivium Sex. Cominium protrahi iussit, in quem scyphum de manu iacere conatus est, quem obtorta gula de convivio in vincla atque in tenebras abripi iussit: hinc illa crux, in quam iste civem Romanum multis inspectantibus sustulit, quam non ausus est usquam defigere nisi apud eos, quibuscum omnia scelera sua ac latrocinia communicavit. XI. Laudatum etiam vos quemquam venitis? qua auctoritate? utrum, quam apud senatum an quam apud populum Romanum habere debetis? 25. Ecqua civitas est non in provinciis nostris, verum in ultimis nationibus, aut tam potens aut tam libera aut etiam tam immanis ac barbara, rex denique ecquis est, qui senatorem populi Romani tecto ac domo non invitet? qui honos non homini solum habetur, sed primum populo Romano, cuius beneficio nos in hunc ordinem venimus, deinde ordinis auctoritati, quae nisi gravis erit apud socios et exteras nationes, ubi erit imperii nomen et

---

1. *Pauli* R. — *et* ante *P.* om. Lagg. dett. — *tunc*] *tum* dtt. O. — 2. *severa* om. R3, λ. — *fiebant*] *fuerunt* Ld. — *HS. GII.* R; *IIs.* G1; *HS gn.* G2; *HS XVIII* Lg29 et Ld. (si fides silentio Bakii); in reliquis codd. nullus est numerus. [Sic ait Zumptius p. 673; immo vero om. Lagg. omnes, ut item R3, *milibus*; numerum habent *XVIII*, sed solus 29 cum linea.] Cf. ad III. §. 184. — 3. *fuerunt* R3, C, λ, Lg29: *non fuerunt* dett. — 4. *Timarchidi* R3: *Timarchidis* dett. O. — 5. *undique omnia* Lg14 29. — 6. *deferebantur* R3, λ: *deportabantur* dett. O. — *opus erat*] *oportuerat* Lagg. — 7. *et rec.*] *ac rec.* dett. O. — *clam* R3, 2 codd. Lbi: *in navem clam* dett. [*in navem*] *clam* O. — *inponenda* R. — 8. *navem* R, Ld., Lagg: *navim* G1 2 O. — 9. *faciundam* R: *faciendam* Ld.; *faciendamque* G1 2; *faciendam aedificandamque* dtt. Optimi codicis auctoritatem h. l. secuti sumus, quamquam non ignoramus utrumque verbum in hac re esse usitatum: cf. V. §. 44—48, ubi explicatius de hoc crimine agitur; item §. 48. *exaedificari* et *effici* iunguntur. Utrum h. l. alterum a librario per negligentiam omissum, an ab interprete supra scriptum sit et a librario male in textum receptum, difficile est dictu; V. §. 47. quidem pro *factam* in codd. dett. scriptum est *aedificatam*. [Neglexit Jordanus in R non esse *faciundam*, sed *faciundamque*, quam lectionem iam alii exscripserant iterumque Bursianus confirmavit. Idem vitium scriba codicis R etiam infra bis commisit; v. ad §§. 103. 140. Halm.] — 12. *vacuit* R. (*t* puncto notata.) — 13. *liberi ac soluti* Ld. — 14. *Verria* R, λ, G1 2, Lagg. omnes: *Verrea* O. — *quod* codd. noti (cf. Madv. p. 61): *hinc* O. — 15. *iussit protrahi* Lg29. — *de manu vel navi* G1. — 16. *oborta gyla* R; *aborta gyla* G1 2. — *vincla* R, Lg29: *vincula* Ld. dett. O. — 17. *civem R. iste* dett. Lagg. O. — 19. *communicavisset* dett., *communicasset* Lg29 48 O. — 20. *venitis*] *venire audetis* dett. O. At cf. Madv. p. 62. — *senatum* R3, λ: *senatorium ordinem* dett. O. — 21. *ecqua* λ, G2, Ld. Lg29: *haecqua* R; *hecquae* G1 dett. — *non* R3, λ, C: *non modo* dett. — 23. *etiam* om. Lg29. — *haecquis* R (sed infra *ha* linea subducta). — 25. *benefacio* R. — 27. *et exteras* R3, λ (prob. Madv. p. 62. coll. III. §. 223.): *in exteras* dett. O.

dignitas?) Mamertini me publice non invitarunt. Me cum dico, leve est: senatorem populi Romani si non invitarunt, honorem debitum detraxerunt non homini, sed ordini. Nam ipsi Tullio patebat domus locupletissima Cn. Pompei Basilisci, quo, etiamsi esset invitatus a vobis, tamen devertisset. Erat etiam Percenniorum, qui nunc item Pompei sunt, domus honestissima, quo L. frater meus summa illorum voluntate devertit. Senator populi Romani, quod in vobis fuit, in vestro oppido iacuit et pernoctavit in publico. Nulla hoc civitas umquam alia commisit. — «Amicum enim nostrum in iudicium vocabas.» — Tu, quid ego privatim negotii geram, interpretabere imminuendo honore senatorio? 26. Verum haec tum queremur, si quid de vobis per eum ordinem agetur, qui ordo a vobis adhuc solis contemptus est. In populi Romani quidem conspectum, quo ore vos commisistis? nec prius illam crucem, quae etiam nunc civis Romani sanguine redundat, quae fixa est ad portum urbemque vestram, revellistis neque in profundum abiecistis locumque illum omnem expiastis, quam Romam atque in horum conventum adiretis? In Mamertinorum solo foederato atque pacato monumentum istius crudelitatis constitutum est. Vestrane urbs electa est, ad quam cum adirent ex Italia, crucem civis Romani prius quam quemquam amicum populi Romani viderent? quam vos Reginis, quorum civitati invidetis, itemque incolis vestris, civibus Romanis, ostendere soletis, quo minus sibi arrogent minusque vos despiciant, cum videant ius civitatis illo supplicio esse mactatum. — Verum haec emisse te dicis. — XII. 27. Quid? illa Attalica tota Sicilia nominata ab eodem Heio [peripetasmata] emere oblitus es? Licuit eodem modo, ut signa. Quid enim actum est? an litteris pepercisti? Verum hominem amentem hoc fugit: minus clarum putavit fore, quod de armario quam quod de sacrario esset ablatum. At quo modo abstulit? Non possum dicere planius, quam ipse apud vos dixit Heius. Cum quaesissem, numquid aliud de bonis eius pervenisset ad Verrem, respondit istum ad se misisse, ut sibi mitteret Agrigentum peripetasmata. Quaesivi, an misisset: respondit id, quod necesse erat scilicet, dicto audientem fuisse praetori: misisse. Rogavi,

---

1. *invitarunt* R (bis) et alii: *invitaverunt* Lagg. et G2 (bis); *invitaverunt* O posteriore loco. — 3. *locupletissima* R3, 2 codd. Lbi: *locupletissima et amplissima* dett. O. — 4. *Pompei* R: *Pompeii* O. — *Basiliti* C; *Basilisti* G3; *Basilici* Pal. sec. — *divertisset* G1 2 et R corr. p. m. — 5. *Porcenniorum* G2, Ld. — *Pompei* R, Lg29: *Pompeii* O. — 6. *quo*] *qua* Lagg. praeter 29. — 7. *ac pern.* Ld. — 8. *haec* G2, Ld. — *alia civitas umquam* Lagg. — 9. *privati* Lg42. — 10. *inminuendo* R, Ld. — *verum tamen haec qu.* G1; *verum hoc cum qu.* G2, Ld. — 11. *quaeremur* R. — 15. *uestrum* R. — *revellistis* sqq. Prisc. I. p. 498. — 16. *in horum*] *morum* G3; vulgatam tuetur etiam Arus. M. p. 213. — 18. *eiecta* R3. — *cum*] *tum* Ld; *qui* L. — 19. *p. R. viderent* R, G2, Ld, Lg29: *vid. p. R.* G1 dett. — 20. *Reginis* R: *Rheginis* O. — *civitatem* Lg29. — *item* Lagg. dett. O. — 21. *adrogent* R. — 24. *Attalica*] *ad italica* R, G1; *ad Italiam* G2 Ld. — *peripetasmata* del. Halm. coll. Plin. VIII. 48, 196. Ac sane collocatio verbi glossae suspicionem movet. Lamb. transposuit: *perip. ab eodem Heio*. — 26. *litteris* eum *t* duplicata habet etiam R. — *ad se misse* R p. m. — 27. *fuisset abl.* Donatus ad Ter. Andr. I. 3, 13. — 31. *peripetasmata -- pervenissentne Agrigentum* om. R3. Cum in optimis codd. totus hic locus omissus sit, iure suspecta est particula *an*, quam dett. codd. habent. cf. Madv. Op. II. p. 164. Itaque Halmius edidit: «*num misisset.*» An fuit: «*eane misisset.*»? — 32. *necesse erat scilicet, dicto*] sic interpungunt Madv. p. 89. Stuerenb. ad Arch. p. 73. ed I: *necesse erat, scilicet dicto* O; *respondet, id quod necesse erat, se dicto* ex Hotom. coni. Halm; *audiendum* coni. Rau II. p. 69. [Qui

pervenissentne Agrigentum: dixit pervenisse. Quaesivi quem ad modum revertissent: negavit adhuc revertisse. (Risus populi atque admiratio omnium vestrum facta est.) 28. Hic tibi in mentem non venit iubere, ut haec quoque referret HS VI milibus IↃ se tibi vendidisse? Metuisti, ne aes alienum tibi cresceret, si HS VI milibus IↃ tibi constarent ea, quae tu facile posses vendere HS CC milibus? Fuit tanti, mihi crede: haberes, quod defenderes: nemo quaereret, quanti illa res esset: si modo te posses docere emisse, facile, cui velles, tuam causam et factum probares: nunc de peripetasmatis quem ad modum te expedias, non habes. 29. Quid? a Phylarcho Centuripino, homine locuplete ac nobili, phaleras pulcherrime factas, quae regis Hieronis fuisse dicuntur, utrum tandem abstulisti an emisti? In Sicilia quidem cum essem, sic a Centuripinis, sic a ceteris audiebam — non enim parum res erat clara —: tam te has phaleras a Phylarcho Centuripino abstulisse dicebant, quam alias item nobiles ab Aristo Panormitano, quam tertias a Cratippo Tyndaritano. Etenim si Phylarchus vendidisset, non ei, posteaquam reus factus es, redditurum te promisisses. Quod quia vidisti plures scire, cogitasti, si ei reddidisses, te minus habiturum, rem nihilo minus testatam futuram: non reddidisti. Dixit Phylarchus pro testimonio se, quod nosset tuum istum morbum, ut amici tui appellant, cupisse te celare de phaleris: cum abs te appellatus esset, negasse habere sese: apud alium quoque eas habuisse depositas, ne qua invenirentur: tuam tantam fuisse sagacitatem, ut eas per illum ipsum inspiceres, ubi erant depositae: tum se deprehensum negare non potuisse: ita ab se invito phaleras ablatas gratis.

XIII. 30. Iam, ut haec omnia reperire ac perscrutari solitus sit, iudices, est operae pretium cognoscere. Cibyratae sunt fratres quidam, Tlepolemus et Hiero, quorum alterum fingere opinor e cera solitum esse, alterum esse pictorem. Hosce opinor, Cibyrae cum in suspicionem venissent suis civibus fanum expilasse Apollinis, veritos poenam iudicii ac legis domo profugisse. Quod Verrem artificii sui cupidum cognoverant tum, cum iste, id quod ex testibus didicistis, Cibyram cum inanibus syngraphis venerat, domo fugientes ad eum se exsules, cum iste esset

---

vitiosum *scilicet* defenderunt, non videntur cogitasse locum in optima codd. familia deesse. Emendatio *se* iam propterea necessaria est, quod adest praedicatum audientem. Halm.] — 1. *quaesivi, quemadmodum* R3, codd. Lbi, C: *quaesivi an domum* Lg29; *quemadmodum* dett. O. — 2. *admiratio omnium vestrum* R λ G2 al.: *vestrum* om. G1 Lg1; *admurmuratio o. v. ς* (?) Lg42; *admurmuratio omnium* O. — 3. *haec* dett.: *hoc* R3. [*hoc* etiam Lagg. omnes, de qua re Z. tacet. Nec tamen video quo modo ferri possit.] — 4. *VI. milibus IↃ* Lg29: *D.* dett.; om. totum numerum R3. — 5. *si* om. R3. — *HS. ∞ D* R. G2; *HS. co* G1; in Ld. om. *si HS. -- HS. CC.* — 6. *tu* om Lg29. — *possis* R. — *HS. ducentis milibus* R G1 2. — 8. *dicere* R3. — *tui causam* R G1; *cui causam* G2 Ld. — 10. *Phylarcho* Zumptius: *Philarcho* vel *Philiarcho* codices; sed v. 14. R: *Phylarco*. — 12. *in Sicilia* R3: *Siciliae* dett. — 15. *Panhormitano* R et Lg29. — *Tundaritano* R. — 17. *promisises* R. — *uidistis* R, sed *s* in *tis* punctata. — 18. *reddisses* R. — *minus invidiae habiturum* Lagg. praeter 29. — 20. *appellant studium cupisse* dett. — *celasse* et deinde *negare* dett. Tuetur *celare* etiam Arus. M. p. 219. — 22. *tuam*] *istius* R G1. — 23. *deprensum* R. — 24. *a se* G1 2. — *phaleras ablatas* Martianus Capella p. 515. Grot. (p. 444. Kopp.) et Lag29 (de quo Z. tacet): *phalerasublatas* R, addita *s* super *ra* (manu secunda, ut Burs. testatur); *phaleras sublatas* G3; *ablatas phal.* dett. O; *sublatas phal.* L. — 25. *repperire* R. — 26. *praetium* R. — *Cybiratae* R, sed infra *Cibyr.* — 27. *caera* R. — 31. *cum* om. R3. — 32. *singraphis* R. — *fugientes* R3, λ: *profugientes* dett. O. — *exules* R.

in Asia, contulerunt. Habuit eos secum illo tempore et in legationis praedis atque furtis multum illorum opera consilioque usus est. 31. Hi sunt illi, quibus in tabulis refert sese Q. Tadius dedisse iussu istius Graecis pictoribus. Eos iam bene cognitos et re probatos secum in Siciliam duxit. Quo posteaquam venerunt, mirandum in modum — canes venaticos diceres — ita odorabantur omnia et pervestigabant, ut, ubi quidque esset, aliqua ratione invenirent. Aliud minando, aliud pollicendo, aliud per servos, aliud per liberos, per amicum aliud, aliud per inimicum inveniebant: quidquid illis placuerat, perdendum erat. Nihil aliud optabant, quorum poscebatur argentum, nisi ut id Hieroni et Tlepolemo displiceret. XIV. 32. Verum mehercule hoc, iudices, dicam. Memini Pamphilum Lilybaetanum, amicum et hospitem meum, nobilem hominem mihi narrare, cum iste ab sese hydriam Boëthi manu factam praeclaro opere et grandi pondere per potestatem abstulisset, se sane tristem et conturbatum domum revertisse, quod vas eius modi, quod sibi a patre et a maioribus esset relictum, quo solitus esset uti ad festos dies, ad hospitum adventus, a se esset ablatum. Cum sederem, inquit, domi tristis, accurrit Venerius: iubet me scyphos sigillatos ad praetorem statim afferre. Permotus sum, inquit: binos habebam: iubeo promi utrosque, ne quid plus mali nasceretur, et mecum ad praetoris domum ferri. Eo cum venio, praetor quiescebat: fratres illi Cibyratae inambulabant. Qui me ubi viderunt: «Ubi sunt, Pamphile, inquiunt, scyphi?» Ostendo tristis. Laudant. Incipio queri me nihil habiturum, quod alicuius esset pretii, si etiam scyphi essent ablati. Tum illi, ubi me conturbatum vident: «Quid vis nobis dare, ut isti abs te ne auferantur?» Ne multa, HS cIↃ me, inquit, poposcerunt: dixi me daturum. Vocat interea praetor: poscit scyphos. Tum illos coepisse praetori dicere putasse se, id quod audissent, alicuius pretii scyphos esse Pamphili: luteum negotium esse, non dignum, quod in suo argento Verres haberet. Ait ille idem sibi videri. Ita Pamphilus scyphos optimos aufert. 33. Et mehercule ego antea, tametsi hoc nescio quid nugatorium sciebam esse,

1. *eos secum* R, G1: *illos secum* G2, Ld; *secum eos* dett. O. — *illo* R, G1: om. G2, Ld; *ab illo* Lagg. et rell. O. — *et legat.* G1 2. — 2. *ac furtis* Lag29 42. — *consilioquae* R. — 3. *in tabulis* om. G2, Ld. — *refert* R3, λ (prob. Madv. p. 64.): *retulit* dett. O. — *Q.*] *Quintus* R. — 4. *Graecis*] *generis* G1 2. — *eos* ex Lagg. solus 29; om. 42; *et si* rell. Lagg. — 5. *canes venat. diceres* spuria habet Rau II. p. 148; Bake p. 18. sic distinguit: *modum (canes -- invenirent) aliud* sqq. — 6. *quicque* R, G1; *quicquam* G2, Ld; *quicquid* Lagg. — 7. *minando* R3: *minitando* dett. O. — 8. *aliud per amicum* G1. — 10. *poscebat* G2; *poscebant* G2. [G1. ?] — *ni* Lagg. dett. — *id* R: om. rell. O. — 11. *verum* R3 λ: *vere* dett. O. [Ante *verum* est in R signum: *K.*, i. e. *Kaput*, ut videtur.] — *mehercule* R, G1 2, λ, Lg42: *mehercules* rell. O. — 12. *pamphylum lyllibitanum* R, et sic item infra nomen *Pamphylus* scriptum est. — *hospitem meum et amicum* Lagg. praeter 29, O. — 13. *Boeti* Lagg. dett. — 16. *et a maior.* R, Ld., Lg29 42: *a* om. G1 2, rell. Lagg. — 17. *adventus* R, G2, Lg29: *adventum* rell. O. Prorsus similem locum Columellae XII. 3, 4. excitat Garat. II. [add. in Verr. II. §. 83.] — 19. *adferre* R. — 20. *utrosque*] cf. Agroetius p. 2267. P. — 21. *ferre* R3. — 22. *me ubi* R3, Prisc. I. p. 473: *simul ut me* dett. O. — 25. *vis inquiunt* Ld. (teste Bakio) et L. — *ut* om. Lagg. — *ne aufer. abs te* Lagg. dett. — 26. *HS* *clↃ* 7 Lagg., Ld. (?): *HS.* ∞ R, *HS CC*ta G1, *HS. CC.* G2; *HS* $\overline{V}$. Lg29. — *poposcerant* R, G1 2. — *dixit* G2. — *me* om. G2. Codd. deteriores habent: *HS clↃ me inquit dixi daturum*; O etiam brevius: *HS clↃ dixi me daturum.* — 27. *scyphos poscit* dett. O. — 28. *panphyli* R. — 31. *mehercule* Lg42, G3, R corr.: *mercule* R p. m.; *mehercules* rell. Lagg. O. — *ego* om. Lg29. — *hoc*] *ego* idem.

ista intelligere, tamen mirari solebam istum in his ipsis rebus aliquem sensum habere, quem scirem nulla in re quidquam simile hominis habere. XV. Tum primum intellexi ad eam rem istos fratres Cibyratas fuisse, ut iste in furando manibus suis, oculis illorum uteretur. At ita studiosus est huius praeclarae existimationis, ut putetur in hisce rebus intelligens esse, ut nuper — videte hominis amentiam! — posteaquam est comperendinatus, cum iam pro damnato mortuoque esset, ludis Circensibus mane apud L. Sisennam, virum primarium, cum essent triclinia strata argentumque expositum in aedibus, cum pro dignitate L. Sisennae domus esset plena hominum honestissimorum: accessit ad argentum, contemplari unumquidque otiose et considerare coepit. Mirari stultitiam alii, quod in ipso iudicio eius ipsius cupiditatis, cuius insimularetur, suspicionem augeret; alii amentiam, cui comperendinato, cum tam multi testes dixissent, quidquam illorum veniret in mentem: pueri autem Sisennae, credo, qui audissent, quae in istum testimonia essent dicta, oculos de isto nusquam deiicere neque ab argento digitum discedere. 34. Est boni iudicis parvis ex rebus coniecturam facere unius cuiusque cupiditatis et continentiae. Qui reus, et reus lege comperendinatus, re et opinione hominum paene damnatus, temperare non potuerit maximo conventu, quin L. Sisennae argentum tractaret et consideraret, hunc praetorem in provincia quisquam putabit a Siculorum argento cupiditatem aut manus abstinere potuisse?

XVI. 35. Verum uti Lilybaeum, unde digressa est oratio, revertamur, Diocles est, Pamphili gener illius, a quo hydria ablata est, Popillius cognomine. Ab hoc abaci vasa omnia, ut exposita fuerunt, abstulit. Dicat se licet emisse: etenim hic propter magnitudinem furti sunt, ut opinor, litterae factae. Iussit Timarchidem aestimare argentum. Quo modo? quo qui umquam tenuissime in donationem histrionum aestimavit. Tametsi iam dudum ego erro, qui tam multa de tuis emptionibus verba faciam et quaeram, utrum emeris necne, et quo modo et quanti emeris: quod verbo transigere possum. Ede mihi scriptum, quid [argenti] in

---

1. *ista*] *ita* Lagg. dett. — 2. *homini* G2, Ld. — 4. *illorum*] *eorum* G1 2. — 6. *video* R3, λ. — *conperendinatus* R. — 8. *sisannam* R. — *argentumquae* R pr. m. et sic saepius. — 10. *honestorum* Lagg. — *accessit* R3, Lagg. (prob. Matthiaeo de Anacoluth. p. 20.): *accesserit* O. — 11. *unumquicque* R, Lg29; *unumquodque* Ld, rell. Lagg., O. — *coepit* vel *cepit* codd. noti: *coeperit* O. — 12. *suspitionem* R. — 14. *veniret* R: *venisset* G3, λ soli ex notis. — 15. *audivissent* Lagg. praeter 29, O. — *essent dicta* R, Ld., alii: *dicta essent* G2 et L [non item Lg29, ut ait Zumpt.]; *data essent* G1. — 16. *deicere* R, et sic semper in compositis verbi *iacere*. — 17. *cupiditatis* R, G1 2, λ: *et cupid*. Ld., dett. O. — *et continentiae* R, G2: om. Ld.; *et* om. G1; *et incontinentiae* rell. O; *cupiditatis et* inducit Madvig. Op. I. p. 358. — 18. *et reus lege* R3: *lege, et reus* dett. O. Cf. Madv. ep. p. 52. Bak. p. 48. — 20. *praet. in provincia* G3, λ: *P. R. in provinciam* R; *in provinciam pr.* ς (?); *in provincia praet*. Lagg. O. — 21. *putavit* Lg29. — 23. *lillybaeum* R. — *degressa* Ld. O. — *revertamur* G3, codd. Lamb.: *revertantur* R; *revertatur* dett. O. — 24. *Popilius* R. — 25. *abaci* om. Lagg. praeter 29. — *fuerant* Ld., Lg42 soli ex notis, O. — 26. *licet* om. dett.; *licet se* O. — *sunt ut opinor litt. factae* R, alii: *sunt l. ut op. factae* G3. (*litt. ut op. sunt factae* ut variam lectionem Nieb. in margine habet, sed oblitus est numerum codicis vel codicum Lag. adscribere.) — 28. *quo qui*] *quo* om. R3, alii: *quo modo qui* L. [Cum *quo* etiam ab omnibus Lagg. absit nec in ullo cod. exstare videatur, Lambini emendatio, qui totum *quo modo* repetiit, verisimilior est quam quae in editt. circumfertur. HALM.] — *in donatione* dett. O. — 29. *iam dudum ego* Lagg. — 30. *necne* om. dett. (*emeris hocne quo modo* Lg29.) — 31. *quod verbo -- quanti emeris* om. R3. — *argenti* om. Lg29. [Lectionem, quae

provincia Sicilia pararis, unde quidque aut quanti emeris. 36. Quid fit? quamquam non debebam ego abs te has litteras poscere; me enim tabulas tuas habere et proferre oportebat. Verum negas te horum annorum aliqüot confecisse. Compone hoc, quod postulo, de argento: de reliquo videro. «Nec scriptum habeo, nec possum edere.» Quid futurum igitur est? quid existimas hos iudices facere posse? Domus plena signorum pulcherrimorum iam ante praeturam: multa ad villas tuas posita, multa deposita apud amicos, multa aliis data atque donata: tabulae nullum indicant emptum. Omne argentum ablatum ex Sicilia est: nihil cuiquam, quod suum dici vellet, relictum. Fingitur improba defensio praetorem omne id argentum coëmisse: tamen id ipsum tabulis demonstrari non potest. Si, quas tabulas profers, in iis, quae habes, quo modo habeas, scriptum non est, horum autem temporum, cum te plurimas res emisse dicis, tabulas omnino nullas profers, nonne te et prolatis et non prolatis tabulis condemnari necesse est? XVII. 37. Tu a M. Caelio, equite Romano, lectissimo adolescente, quae voluisti, Lilybaei abstulisti: tu C. Cacurii, prompti hominis et experientis et in primis gratiosi, supellectilem omnem auferre non dubitasti: tu maximam et pulcherrimam mensam citream a Q. Lutatio Diodoro, qui Q. Catuli beneficio ab L. Sulla civis Romanus factus est, omnibus scientibus Lilybaei abstulisti. Non tibi obiicio, quod hominem dignissimum tuis moribus, Apollonium, Niconis filium, Drepanitanum, qui nunc A. Clodius vocatur, omni argento optime facto spoliasti ac depeculatus es: taceo. Non enim putat ille sibi iniuriam factam, propterea quod homini iam perdito et collum in laqueum inserenti subvenisti, cum pupillis Drepanitanis bona patria erepta cum illo partitus es. Gaudeo etiam, si quid ab eo abstulisti, et abs te nihil rectius factum esse dico. Ab Lysoné vero Lilybaetano, primo homine, apud quem deversatus es, Apollinis signum ablatum certe non oportuit. — Dices te emisse. — Scio: HS CIↃ; ita opinor: scio, inquam; proferam litteras: tamen id factum non oportuit. A pupillo Heio, cui C. Marcellus tutor est, a quo pecuniam grandem eripueras, scaphia cum emblematis Lilybaei utrum empta esse dicis an confiteris erepta?

---

se ipsa commendat, Zumptius non habet. Nos *argenti* seclusimus, quoniam h. l., qui in meliore familia totus intercidit, Lag29 reliquis omnibus auctoritate praestat. Similis est glossa in dett. infra v. 16. HALM.] — 1. *quodque* Lg29. — 2. *ego non debebam* idem. — 3. *aliquot* dett.: *aliquit* R, *aliquid* G3. At cf. Madv. Op. I. p. 359. — 4. *conpone* R. — *quod postulo* om. Lg29. — 5. *videto* idem. — 6. *existimes* R; *estimes* Ld. — *hos* G1 2: *hoc* R, Ld.; *hosce* dett. O; *hic*, i. e. cum ita se res habeat, susp. Halm. — 7. *iam etiam ante* dett. — *villam tuam* G1 2. — 8. *apud am. multa depos.* Lagg., dett. O. — 12. *profores* Lg29. — *in his* R O et vulgo. — *quae* R3, C: *quas* dett. Interpunctionem huius loci recte constituit Madvig Op. I. p. 359. — 14. *dicis -- profers* R3: *dicas -- proferas* dett. — 15. *condempnari* R. — *Coelio* R, *Celio* G1 2. — 16. *adulescente* R. — *Lilybaei* R3: *vasa argentea Lilybaei* dett. O. — *tu a. c. arcurii* Ld. (*P.* pro *C.* Lagg; *Cacuri* Lg29.) — 17. *promptissimi* dett. O. — 19. *mensam vicitream* Lagg. praeter 29. — *ab L.* R, G1 2, Lg29: *a L.* rell. O. — 21. *non*] *num* R, G1; *nam* G2. — 23. *depecuniatus* R3, C λ. — 24. *iam*] *tam* R, G1 2. — 26. *ab eo* R, G1 2, Lg29. Quintil. IX. 2, 52: *ab illo* rell. O. — 27. *ab Lys.* R: *a Lys.* rell. O. — *lilybitano* R. — 28. *homine primo* G1. — *ablatum certe* R, G1, Lg29: *abl. esse certe* G2, Ld.; *abl. certe esse* dett. — 29. *dices* R3: *at dices* dett. O. — *emisse te* Lagg. — *HS.* ∞ R; *HS.* $\overline{X}$. Lg29. — 30. *a*] *at* Lg29. — *pup. helo* R. — 31. *C.* R3 (sed R *G.*): om. praenomen dett. Cf. Madv. p. 65. — 32. *esse* om. G1.

38. Sed quid ego istius in eius modi rebus mediocres iniurias colligo, quae tantum modo in furtis istius et damnis eorum, a quibus auferebat, versatae esse videantur? Accipite, si vultis, iudices, rem eius modi, ut amentiam singularem et furorem iam, non cupiditatem eius perspicere possitis. XVIII. Melitensis Diodorus est, qui apud vos antea testimonium dixit. Is Lilybaei multos iam annos habitat, homo et domi nobilis et apud eos, quo se contulit, propter virtutem splendidus et gratiosus. De hoc Verri dicitur, habere eum perbona toreumata, in iis pocula quaedam, quae Thericlia nominantur, Mentoris manu summo artificio facta. Quod iste ubi audivit, sic cupiditate inflammatus est non solum inspiciendi, verum etiam auferendi, ut Diodorum ad se vocaret ac posceret. Ille, qui illa non invitus haberet, respondit Lilybaei se non habere, Melitae apud quendam propinquum suum reliquisse. 39. Tum iste continuo mittit homines certos Melitam: scribit ad quosdam Melitenses, ut ea vasa perquirant: rogat Diodorum, ut ad illum propinquum suum det litteras. Nihil ei longius videbatur, quam dum illud videret argentum. Diodorus, homo frugi ac diligens, qui sua servare vellet, ad propinquum suum scribit, ut iis, qui a Verre venissent, responderet illud argentum se paucis illis diebus misisse Lilybaeum. Ipse interea recedit: abesse a domo paulisper maluit quam praesens illud optime factum argentum amittere. Quod ubi iste audivit, usque eo commotus est, ut sine ulla dubitatione insanire omnibus ac furere videretur. Quia non potuerat eripere argentum, ipse a Diodoro erepta sibi vasa optime facta dicebat: minitari absenti Diodoro, vociferari palam, lacrimas interdum vix tenere. Eriphylam accepimus in fabulis ea cupiditate, ut, cum vidisset monile, ut opinor, ex auro et gemmis, pulchritudine eius incensa salutem viri proderet. Similis istius cupiditas: hoc etiam acrior atque insanior, quod illa cupiebat id, quod viderat, huius libidines non solum oculis, sed etiam auribus excitabantur. XIX. 40. Conquiri Diodorum tota provincia iubet. Ille ex Sicilia iam castra commoverat et vasa collegerat. Homo, ut aliquo modo in provinciam illum revocaret, hanc excogitat

---

1. *mediocris* R. — 2. *auferebant* R, G1 2; *auferebantur* Lg42. — 3. *versatae* L. 1584: *versata* codd. noti. [est *versatae* in Lg45.] At haec codd. lectio vix defendi potest satis idoneis exemplis, cf. Schömann. ad Cic. de N. D. II. §. 15, et propter *esse* quod sequitur facile errari poterat. — *uoltis* R. — 4. *et fur.* codd. noti: *ut fur.* O. — *iam non* R, Lagg.: *non iam* G1, Ld. λ; *non uim* G2. — *concupiditatem* E. — 5. *ante* G1. — 6. *domo nob. apudque* Lagg. dett. — 8. *eum* om. G2, cod. Puteani. — *in is* (*h* m. 2. superscr.) R; *in his* dett. O. — *pocula* R3, C E, λ: *pocula duo* dett. O. — 9. *Thericlia* R C G1 2: *et hericlia* E; *thoridia* Ld; *Heraclea* dett. O. — 10. *inspiciundi* Ld, O. — 11. *ab se* R, *ad se* corr. m. 2. — 12. *qui ea* Lg29. — *respondet* O contra codd. — *se Lilybaei* Lagg. dett. O. «At vis est in *Lilybaei*, ad quod refertur *Melitae* statim sequens.» Madv. p. 53. — 13. *propinquom* (*v* superscr.) R, et sic etiam v. 15. 17. — 15. *suum prop.* G1, dett. O. — 17. *propinquo suo* dett. O. (*Diodorus* -- *illud argentum* om. G2, Ld.) — 18. *ut his* R. — 20. *a domo* R E G1 2, λ: *ab domo* Ld, dett. O. — *paulisper* R, alii: *paullisper* O. — 21. *amitteret* Lg42. — *aud. iste* dett. O. Cf. Madv. p. 53. — *est comm.* dett. O. — *sine omni dubit.* Ld. — 23. *arg. eripere* dett. O. — *a* om. R E G1 2; *a Diodoro* -- *absenti* om. Ld. — *facta optime* Lg29. — 24. *vix* Lagg. et dett., Servius ad Aen. V. 473: om. R; *non* G3, ut V. §. 172. — 25. *Erifilem* G1 2; *Eriphylem, uxorem Amphiarai* Ld. Cf. Jul. Severian. p. 344. — 28. *lubidines* R. — 30. *castra jam moverat* Lagg.; *iam c. moverat* O. — 31. *in prov. illum* R E: *illum in prov.* G2, Ld, dett. O; *istum in prov.* G1. — *excogitat* R E G1 2, Lg29: *excogitet* Ld; *excogitavit* dett. O.

rationem, (si haec ratio potius quam amentia nominanda est.) Apponit de suis canibus quendam, qui dicat se Diodorum Melitensem rei capitalis reum velle facere. Primo mirum omnibus videri Diodorum reum, hominem quietissimum, ab omni non modo facinoris, verum etiam minimi errati suspicione remotissimum: deinde esse perspicuum, fieri omnia illa propter argentum. Iste non dubitat iubere nomen deferri, et tum primum, ut opinor, istum absentis nomen recepisse. 41. Res clara Sicilia tota, propter caelati argenti cupiditatem reos fieri rerum capitalium, neque solum reos fieri, sed etiam absentes. Diodorus Romae sordidatus circum patronos atque hospites cursare: rem omnibus narrare. Litterae mittuntur isti a patre vehementes, ab amicis item: videret, quid ageret de Diodoro, quo progrederetur: rem claram esse et invidiosam: insanire hominem: periturum hoc uno crimine, nisi cavisset. Iste etiam tum patrem, si non in parentis, at in hominum numero putabat: ad iudicium nondum se satis instruxerat: primus annus erat provinciae: non, ut in Sthenio, iam refertus pecunia. Itaque furor eius paululum non pudore, sed metu ac timore repressus est. Condemnare Diodorum non audet absentem: de reis eximit. Diodorus interea praetore isto prope triennium provincia domoque caruit. 42. Ceteri non solum Siculi, sed etiam cives Romani hoc statuerant: quoniam iste tantum cupiditate progrederetur, nihil esse, quod quisquam putaret se, quod isti paulo magis placeret, conservare aut domi retinere posse: postea vero quam intellexerunt isti virum fortem, quem summe provincia exspectabat, Q. Arrium, non succedere, statuerunt nihil se tam clausum neque tam reconditum posse habere, quod non istius cupiditati apertissimum promptissimumque esset.

XX. Tum iste ab equite Romano splendido et gratioso, Cn. Calidio, cuius filium sciebat senatorem populi Romani et iudicem esse, eculeos argenteos nobiles, quique maximi fuerant, aufert. 43. Imprudens huc incidi, iudices: emit enim, non abstulit; nollem dixissem. Iactabit se et in his equitabit eculeis. — «Emi: pecuniam solvi.» — Credo: etiam tabulae proferentur. Est tanti; cedo tabulas: dilue sane crimen hoc Calidianum, dum ego tabulas adspicere possim. Verum tamen quid erat, quod Calidius Romae quereretur se, cum tot annos in Sicilia negotia-

---

3. *vellet* R solus. — 4. *facinore* dett. — *etiam* R E: *et* G3; om. dett. — 6. *referri* R. — 7. *ut opinor* R3, E: *opinor* dett. O. Cf. Peter ad Brut. §. 121. — *res clara* R3, C E λ (cf. §. 77.): *reclamat* dett. Cf. Turnebi Adv. VIII. 10. — 8. *reos* R3, C E λ, Lg29: *praesentes reos* dett. Cf. Madv. p. 28. — 9. *sed et* G1 2. — *absentis* R, *absente* E. — 14. *numerum* R3. — 16. *Sthennio* R. — *ita* E. — *paululum* R (et sic semper): *paullulum* O; *paulum* Lg27 29. — *non pudore sed* om. E. — 17. *pressus* E. — *condempnare* R. — *audet: absentem de reis* O in ed. I. distinxit. — 18. *triennio* E. — 19. *domoq; quae caruit* R, sed *quae* punctatum. — *caeteri* R, et sic ubique. — 22. *ac domi* G1; *aut domi suae* G2 Ld. — *posset* R; *post* G1. — 23. *uerum fortem quem summae prouinciae expectabit* R. — *provinciae expectabant* G1 2. — 24. *se nihil* Lagg. dett. O. — 27. *Callidio* R3. — 28. *eculeos* R λ Lg29 (et sic R semper): *equuleos* O. — 29. *quique maximi* G3, Prisc. I. p. 137. («i. e. qui maximo pretio aliquando constiterant» Or. I. prob. Madv. p. 65): *quique maxime* R; *qui Q. Maximi* Lagg. omnes (praeter 42, qui *Q.* om.), O prob. Halm. — *inprudens* R. Locum citat Quint. IX. 2, 60. — 30. *dixissem* Halmius (coll. II. §. 72. p. Cluent. §. 198. p. Sest. §. 102. ad Fam. VII. 14, 2. ad Att. VIII. II. D. 5.): *dixisse* codd. O. — 31. *in* om. Lagg. dett. — 33. *aspicere* R. — 34. *quaereretur* R. — *negociaretur* R.

retur, abs te solo ita esse contemptum, ita despectum, ut etiam una cum ceteris Siculis despoliaretur? Si emeras, quid erat quod confirmabat se abs te argentum esse repetiturum, si id tibi sua voluntate vendiderat? Tu porro posses facere, ut Cn. Calidio non redderes, praesertim cum is L. Sisenna, defensore tuo, tam familiariter uteretur, et cum ceteris familiaribus Sisennae reddidisses? 44. Denique non opinor negaturum esse te homini honesto, sed non gratiosiori, quam Cn. Calidius est, L. Curidio te argentum per Potamonem, amicum tuum, reddidisse: qui quidem ceterorum causam apud te difficiliorem fecit. Nam cum te compluribus confirmasses redditurum, posteaquam Curidius pro testimonio dixit te sibi reddidisse, finem reddendi fecisti, quod intellexisti praeda te de manibus emissa testimonium tamen effugere non posse. Cn. Calidio, equiti Romano, per omnes alios praetores licuit habere argentum bene factum; licuit posse domesticis copiis, cum magistratum aut aliquem superiorem invitasset, ornare et apparare convivium. Multi domi Cn. Calidii cum potestate atque imperio fuerunt: nemo inventus est tam amens, qui illud argentum tam praeclarum ac tam nobile eriperet, nemo tam audax, qui posceret, nemo tam impudens, qui postularet ut venderet. 45. Superbum est enim, iudices, et non ferendum dicere praetorem in provincia homini honesto, locupleti, splendido: «vende mihi vasa caelata.» Hoc est enim dicere: «non es dignus tu, qui habeas quae tam bene facta sunt: meae dignitatis ista sunt.» Tu dignior, Verres, quam Calidius? qui, ut non conferam vitam neque existimationem tuam cum illius — neque enim est conferenda —, hoc ipsum conferam, quo tu te superiorem fingis, quod HS $\overline{CCC}$ divisoribus, ut praetor renuntiarere, dedisti; † trecenta accusatori, ne tibi odiosus esset: ea re contemnis equestrem ordinem et despicis? ea re tibi indignum visum est quidquam, quod tibi placeret, Calidium potius habere quam te? XXI. 46. Iactat se iam dudum de Calidio: narrat omnibus emisse se. Num etiam de L. Papinio, viro primario, locupleti honestoque equite Romano turibulum emisti? qui pro testimonio dixit te, cum inspiciendum poposcisses, evulso emblemate remisisse: ut intelligatis in homine intelligentiam esse, non avaritiam; artificii cupidum, non argenti fuisse. Nec

---

1. *a te* R3 λ. — *contentum* R (*p* sup. lin. addidit m. 2.) — 2. *despoliaretur* R: *dispoliaretur* E G1 2 dett. O. — *Siculis -- et cum ceteris* om. Ld. — 3. *id* R G1 2 L: om. rell. O. [Non deest *id* in Lagg.] — 4. *Gn. callidio* R. — *redderetur* dett. Lagg. — 6. *denique*] *deinde* G2 Ld. L. 1584. — 8. *Curidio* R λ G1 2: *Curridio* Ld; *Cordio* dett. O, et sic postea. — *te arg.* R3: *te* om. dett. O. — 10. *compl. conf.* R, Lagg: *conf. compl.* λ G3. — 11. *reddisse* R. — *praeda te* R λ: *pridate* Ld; *te praeda* dett. O. — 12. *emissa* G3. (cf. p. Cael. §. 64. 66.): *amissa* R, dett. O. — 13. *equite R. per omnis* R. — *arg. habere* dett. O. — 16. *imp. ac pot.* dett. O, ut §. 49. extr. — 18. *inpudens* R. — 22. *facta sint* Ld. dett. O. — 23. *Calidius. Qui? ut non* coni. Bake p. 19. — 24. *neque*] *atque* dett. O. At cf. Madv. p. 66. — 25. $\overline{CCC}$] *CCC* R λ: *LXXX milia* dett. O. — 26. *reddidisti* G2; *tradidisti* G1. — *trecenta* codd.: *LXXX* de Garat. coni. Zumpt. Kl. In numeris aliquo modo turbatum est, sed incertum quo. — *contempnis* R. — 27. *ac desp.* Ld, Lagg. dett., O. — *indignum tibi* dett. O. — 29. *se emisse* dtt. O. — *num*] *non* G1. — 30. *L. Papinio* 6 Lagg.: *L.* om. R G1 2; *Papirio* Ld; *L. Papirio* Lg42 45 O. — *locupleti* R G1 2 L: *ocuplete* (v sup.) dett. O. — 32. *evulso* G3, λ (ut §. 49.): *euolso* R; *avulso* Lg42; *vulso* dett. O. — *remisse* R. — 33. *artifici* R pr. m.

solum in Papinio fuit hac abstinentia: tenuit hoc institutum in turibulis omnibus, quaecumque in Sicilia fuerunt. Incredibile est autem, quam multa et quam praeclara fuerint. Credo tum, cum Sicilia florebat opibus et copiis, magna artificia fuisse in ea insula; nam domus erat ante istum praetorem nulla paulo locupletior, qua in domo haec non essent, etiam si praeterea nihil esset argenti, patella grandis cum sigillis ac simulacris deorum, patera, qua mulieres ad res divinas uterentur, turibulum. Haec autem omnia antiquo opere et summo artificio facta: ut hoc liceret suspicari, fuisse aliquando apud Siculos peraeque pro portione cetera, sed quibus multa fortuna ademisset, tamen apud eos remansisse ea, quae religio retinuisset. 47. Dixi, iudices, multa fuisse fere apud omnes Siculos: ego idem confirmo nunc ne unum quidem esse. Quid hoc est? quod hoc monstrum, quod prodigium in provinciam misimus? Nonne vobis id egisse videtur, ut non unius libidinem, non suos oculos, sed omnium cupidissimorum insanias, cum Romam revertisset, expleret? qui simul atque in oppidum quodpiam venerat, immittebantur illi continuo Cibyratici canes, qui investigabant et perscrutabantur omnia. Si quod erat grande vas et maius opus inventum, laeti afferebant; si minus eius modi quidpiam venari potuerant, illa quidem certe pro lepusculis capiebantur, patellae, paterae, turibula. Hic quos putatis fletus mulierum, quas lamentationes fieri solitas esse in hisce rebus? quae forsitan vobis parvae esse videantur, sed magnum et acerbum dolorem commovent mulierculis, praesertim cum eripiuntur e manibus ea, quibus ad res divinas uti consuerunt, quae a suis acceperunt, quae in familia semper fuerunt.

XXII. 48. Hic nolite exspectare, dum ego haec crimina agam ostiatim, ab Aeschylo Tyndaritano istum pateram abstulisse, a Thrasone item Tyndaritano patellam, a Nymphodoro Agrigentino turibulum. Cum testes ex Sicilia dabo, quem volet ille eligat, quem ego interrogem de patellis, pateris, turibulis: non modo oppidum nullum, sed ne domus quidem ulla paulo locupletior expers huius iniuriae reperietur. Qui cum in convivium venisset, si quidquam caelati adspexerat, manus abstinere, iudices, non poterat. Cn. Pompeius est Philo, qui fuit Tyndaritanus: is cenam isti dabat apud villam in Tyndaritano; fecit, quod Siculi non audebant; ille, civis Romanus quod erat, impunius id se facturum pu-

---

1. *Papirio* Lg42. — 3. *fuerunt* Lagg. — 6. *ac* om. 7 Lagg. — 7. *patera*] *palina* R3. At cf. §. 47. 48. — 8. *autem haec* R3. [Fort. scribendum est: *Erant autem haec* cet. HALM.] — 9. *peraeque pro portione* Turnebus Adv. VIII. 10.: *per ea quae proportione* R; *per eaque proportione* G3; *peraequa proportione* Lg29, codd. Lambini (?); *aequa proportione* dett. O. — 10. *tamen*] *tantum* G1 2. — 11. *fere fuisse* Lg29. — 12. *Sic. omnes* dett. O. — 13. *est hoc* Lg29. — *hoc monstr.* R3 E: *hoc* om. dett. O. — 15. *cupidissimorum* R3, E C: *avarissimorum* dett. — 16. *quodpiam* (vel *quoppiam*) 5 Lagg.: *quopiam* Lg29 E; *copiam* R3 (in R m. sec. suprascr. *proprium*); *quoddam* Lg1 14. — *inmittebantur* R. — 18. *adferebant* R. — 19. *quippiam* R. — *poterant* dett. Lagg. — 22. *videbantur* R3. — 24. *consuerunt* R E λ, Ld. Lg29: *consueverunt* G1 2 dett. — *a* R sup. lin. habet a m. sec. — 26. *expectare* R. — *haec crimina* R3, E: *hoc crimen* dett. O. — *hostiatim* R3, E. — 27. *Aescylo* R. — *Trasone* R. — *item* om. G1 2. — 28. *nymphiodoro agrientino* R. — 29. *ille* R3, E λ: om. dett.; inclusit O. — 30. *sed ne d. q. ulla* C E: *sed ne d. q. nulla* R3, λ; *domus nulla* dett. O. (*oppidum domus nulla* med. om. Lg29.) — 31. *repperietur* R. — 32. *aspexerat* R. — *manus* R3: *manum* dett. O. — 33. *Phylo* R. — 34. *cenam* R: *coenam* O. — 35. *inpunius* R.

tavit: apposuit patellam, in qua sigilla erant egregia. Iste continuo ut vidit, non dubitavit illud insigne Penatium hospitaliumque deorum ex hospitali mensa tollere: sed tamen, quod ante de istius abstinentia dixeram, sigillis avulsis reliquum argentum sine ulla avaritia reddidit. 49. Quid? Eupolemo Calactino, homini nobili, Lucullorum hospiti ac perfamiliari, qui nunc apud exercitum cum L. Lucullo est, non idem fecit? Cenabat apud eum: argentum ille ceterum purum apposuerat, ne purus ipse relinqueretur, duo pocula non magna, verum tamen cum emblemate. Hic tamquam festivum acroama, ne sine corollario de convivio discederet, ibidem convivis spectantibus emblemata evellenda curavit. Neque ego nunc istius facta omnia enumerare conor neque opus est nec fieri ullo modo potest: tantum unius cuiusque de varia improbitate generis indicia apud vos et exempla profero. Neque enim ita se gessit in his rebus, tamquam rationem aliquando esset redditurus, sed prorsus ita, quasi aut reus numquam esset futurus aut, quo plura abstulisset, eo minore periculo in iudicium venturus esset; qui haec, quae dico, iam non occulte, non per amicos atque interpretes, sed palam de loco superiore ageret pro imperio et potestate. XXIII. 50. Catinam cum venisset, oppidum locuples, honestum, copiosum, Dionysiarchum ad se proagorum, hoc est summum magistratum, vocari iubet: ei palam imperat, ut omne argentum, quod apud quemque esset Catinae, conquirendum curaret et ad se afferendum. Phylarchum Centuripinum, primum hominem genere, virtute, pecunia, non hoc idem iuratum dicere audistis, sibi istum negotium dedisse atque imperasse, ut Centuripinis, in civitate totius Siciliae multo maxima et locupletissima, omne argentum conquireret et ad se comportari iuberet? Agyrio similiter istius imperio vasa Corinthia per Apollodorum, quem testem audistis, Syracusas deportata sunt. 51. Illa vero optima, quod, cum Haluntium venisset praetor laboriosus et diligens, ipse in oppidum noluit accedere, quod erat difficili adscensu atque arduo, Archagathum Haluntinum, hominem non solum domi, sed tota Sicilia in primis nobilem, vocari iussit: ei negotium dedit, ut, quidquid Haluntii esset argenti caelati, aut, si quid

---

1. *in qua sicilia* R. — 2. *dubitabat* E. — 3. *ante* R λ G1: *antea* E G2 Ld. dett. O. — *abstinentiae* R. — 4. *evulsis* G1. — 5. *Galactino* Lg29; *Galaestino* rell. Lagg. — *iucoliorum* R et v. 6. *locullo*. — 7. *cenabat* R: *coenabat* O. — *ille* R3 E: *illi* dett. O. — *adpos*. R. — 9. *emblemate* R3: *emblate* E; *emblematis* dett. O, quod Halmius retinuit. Ac sane infra, ubicunque de plurium vasorum emblematis agitur, semper pluralis legitur, qui, nisi *emblemate* sensu collectivo accipere licet, hoc quoque loco praeferendus videtur. [*emblematis* me invito ed. Lips. habet. Halm.] — *tamquam* R3 λ E: *quasi* dett. O. — *fertiuom* (2 m. *festiuum*) *acroma* R. — 10. *inspectantibus* dett. O. — *evellenda* R3, λ Lg45: *vellenda* E; *avellenda* dett. O. — 11. *nec opus* Ld. — 12. *neque fieri* G1 Ld. Lg29. — *tantum* R3 λ: *tantum modo* dett. O. — 16. *esset vent*. dett. O. — 17. *de* et deinde *pro* om. Lg29. — 19. *dionysiarcum* R. — 20. *proagorum* Lg29 G1: *proagrorum* (expuncta media *r*) R; *pro agrorum* G2 Ld. — 22. *afferendum* R λ G1 2 (sed R *adf*.): *offerendum* Ld.; *transfer*. dett. O. — *Phylarchum* Lg29: *Philiarcum* R; *Philarchum* ctt. O. cf. ad §. 49. — *centupinum* R. — 24. *imperavisse* Ld. dett. O. — *Centuripinis* codd. noti: *Centuripis* St. L O. — 25. *locuplesima* R; *et locupl*. om. Lagg. — 26. *conportari* R. — 28. *optima est* codd. noti. At cf. Madv. Op. I. p. 360. C. G. Dietrichii quaestt. gramm. et critt. (Lips. 1835.) p. 48 sq. (*optuma* R.) — *Haluntium* (*Alluntium* R) R3: *ad Hal*. dett. O. — 29. *accedere noluit* dett. O. — 30. *ascensu* R. — *archagatum Halyntinum* R (et sic infra *archagatus*). — 31. *domi suae* dett. O. — 32. *quicquid* R. — *halynti* R; *Halunti* cett. codd. — *celati* R. — *si quit* R.

etiam Corinthiorum, ut omne statim ad mare ex oppido deportaretur. Adscendit in oppidum Archagathus. Homo nobilis, qui a suis amari et diligi vellet, ferebat graviter illam sibi ab isto provinciam datam nec, quid faceret, habebat. Pronuntiat, quid sibi imperatum esset: iubet omnes proferre, quod haberent. Metus erat summus. Ipse enim tyrannus non discedebat longius: Archagathum et argentum in lectica cubans ad mare infra oppidum exspectabat. 52. Quem concursum in oppido factum putatis? quem clamorem? quem porro fletum mulierum? qui videret, equum Troianum introductum, urbem captam diceret. Efferri sine thecis vasa, extorqueri alia de manibus mulierum, effringi multorum fores, revelli claustra. Quid enim putatis? scuta si quando conquiruntur a privatis in bello ac tumultu, tamen homines inviti dant, etsi ad salutem communem dari sentiunt: ne quem putetis sine maximo dolore argentum caelatum domo, quod alter eriperet, protulisse. Omnia deferuntur. Cibyratae fratres vocantur: pauca improbant: quae probarant, iis crustae aut emblemata detrahebantur. Sic Haluntini excussis deliciis cum argento puro domum revertuntur. XXIV. 53. Quod umquam, iudices, huiusce modi everriculum ulla in provincia fuit? Avertere aliquid de publico quam obscurissime per magistratum solebant: etiam cum aliquid a privato nonnumquam, occulte auferebant: et ii tamen condemnabantur. Et si quaeritis, ut ipse de me detraham, illos ego accusatores puto fuisse, qui eius modi hominum furta odore aut aliquo leviter presso vestigio persequebantur. Nam nos quidem quid facimus in Verre, quem in luto volutatum totius corporis vestigiis invenimus? Permagnum est in eum dicere aliquid, qui praeteriens lectica paulisper deposita non per praestigias, sed palam per potestatem uno imperio ostiatim totum oppidum compilaverit? Ac tamen, ut posset dicere se emisse, Archagatho imperat, ut illis aliquid, quorum argentum fuerat,

---

2. *escendit* (with *a* written above) sic R, *e* puncto notata, quod semper [?] in hoc cod. errorem librarii ab ipso emendatum significat. Itaque non debebat Halmius edere *escendit*. [Diligenter notavit Bursianus *a* ab manu secunda esse, quae et alio atramento et diversa litterae *a* forma proditur; iudicabunt igitur alii, utra sit vera lectio. Halm.] — *et amari* dett. Lagg. O. At cf. Madv. p. 67. — *ac diligi* Lg29, qui prius *et* non habet. — 5. *omnis* R. — *quod*] *quae* dett. L O. — 7. *ad mare infra moenia ante oppidum* Serv. ad Aen. III. 703. — *expectabat* R. — *factum in oppido* Lagg. praeter 12. — 8. *fletum*] *electum* R. — *viderent - - captam esse dicerent* dett. O. — 9. *efferre* R3. — *sine thesis* Ld.; *thetis* (om. *sine*) Lagg. praeter 29. — 10. *e manibus* R. — *etfringi* (i. e. *ecfringi*) R. — 11. *putastis* R. — 14. *celatum* R. — 15. *inprobant* R. — *probarent* G2 Ld.; *probant* dett. [? saltem nullus Lag.] — 16. *hiis* R h. l., ubique G3. — *emblematum* R. — *detrahuntur* O contra codd. — *Halyntini* R. — 17. *reverterunt* dett. O. — 18. *verriculum* Lagg. — *ulla in* R3, Non. p. 34. (coll. II. §. 11. «*ulla in provincia*» prob. Madv. p. 68.): *illa in* Lg29; *in illa* dett. O. — 19. *per magistrum* C G2. — 20. *cum* R λ G1 2: *tum* Ld.; om. dett. O. — *a privato* R3, Lg29: *de privato* dett. O. — *ii* R λ: *illi* dett. O. Cf. de toto hoc loco Madv. epist. p. 69. Op. I. p. 359. — 21. *condempnabantur* R. — *de me detr.* sic codd. et Non. p. 287. — *ego illos* Lg29. — 22. *eiusmodi* R3: *huiusmodi* dett. O. — 24. *in Verre* dett. (Lagg. omnes): *in Verrem* R3. At ablativum requirit sermonis Latini ratio et consuetudo. cf. Seyff. ad Lael. p. 43. 273. Hand. Turs. III. p. 292. Similiter alibi turbatum est non raro; vide ad I. §. 12. — 26. *praestiglas* R; *praestigia* Lagg. — 27. *conpilaverit* R; *compilarit* dett. O. — *ac tamen* R3 λ: *at tamen* dett. O. — *posset* R3 Lg29: *possit* λ, codd. rell. — *se dicere* O contra codd. — 28. *aliquid illis* dett. O.

nummulorum dicis causa daret. Invenit Archagathus paucos, qui vellent accipere: iis dedit: eos nummos tamen iste Archagatho non reddidit. Voluit Romae repetere Archagathus; Cn. Lentulus Marcellinus dissuasit, sicut ipsum dicere audistis. Recita Archagathi et Lentuli testimonium. 54. Et ne forte hominem existimetis hanc tantam vim emblematum sine causa coacervare voluisse, videte, quanti vos, quanti existimationem populi Romani, quanti leges et iudicia, quanti testes Siculos, † negotiatores fecerit. Posteaquam tantam multitudinem collegerat emblematum, ut ne unum quidem cuiquam reliquisset, instituit officinam Syracusis in regia maximam. Palam artifices omnes, caelatores ac vascularios, convocari iubet; et ipse suos complures habebat. Eos concludit, magnam hominum multitudinem. Menses octo continuos his opus non defuit, cum vas nullum fieret nisi aureum. Tum illa, ex patellis et turibulis quae evellerat, ita scite in aureis poculis illigabat, ita apte in scaphiis aureis concludebat, ut ea ad illam rem nata esse diceres: ipse tamen praetor, qui sua vigilantia pacem in Sicilia dicit fuisse, in hac officina maiorem partem diei cum tunica pulla sedere solebat et pallio. XXV. 55. Haec ego, iudices, non auderem proferre, ni vererer ne forte plura de isto ab aliis in sermone quam a me in iudicio vos audisse diceretis. Quis enim est, qui de hac officina, qui de vasis aureis, qui de istius pallio non audierit? Quem voles e conventu Syracusano vi-

---

1. *nummorum* dett. — 2. *iis*] *is* R; *his* O. — 3. *petere* dett. O. — 4. *Recita Arch.*] *R. Archagathi* R3, λ (sed G1 *Romae* pro *R.*): *atque hac tota de re audistis Archagathi* dett. prob. Madv. p. 24. At multo cautius disputat Garat. II.: «Gruteri sane lectio (= R.) adhuc potest esse suspecta. Quid enim hoc testimonio recitato erat opus? Favet antiquae (= codd. dett.) lectioni Tulliana consuetudo. cf. infra c. 35. *quae vobis locatio -- recitata est.* c. 46. *de quo priore actione dicere audistis.* V. c. 34. *ex quo vos priore actione -- cognovistis.* Adde supra c. 12. 20. 21. cet. infra c. 31. 42. 51. cet. Alia est ratio tabularum Heii c. 6. et Scti Syracusanorum c. 64. et aliarum rerum, quae recitantur V. c. 19. 21., in quibus omnibus verba ipsa vult Cicero animadverti. Alia denique multa recitantur superiore libro et sequenti, sed non sunt eorum testimonia, qui praesentes dixerint. Quod tamen non est perpetuum; recitantur enim I. 49, 128. Quo fit, ut nolim quidquam temere adfirmare.» — 7. *testis* R. — *negotiatores* R3 E, codd. Lamb., Lg29 prob. Klotzio in Iahn. Ann. l. l. p. 135.: *negotiatoresque* dett. O. «Vulgatam (= codd. dett.) non est ausus eiicere Lambinus: nimirum intellexit duo genera testium commemorari, quorum alterum Siculorum esset, alterum negotiatorum h. e. civium Romanorum; cf. V. §. 8. *Etenim cum nihil* sqq. Nihil absurdius interpunctione Lambini et Graevii *Siculos negotiatores*, nisi explices, cives Rom., qui in Sicilia negotiabantur, qui tamen *Sicilienses* dicendi fuissent; cf. III. §. 48. *An ab Siculis* sqq. Vitium aut certe ambiguitas vitanda est interpunctione illa, quam ipse Graevius dedit in V. L. *quanti testes, Siculos, negotiatores fecerit.* Sed lucrum unius *ἀσυνδέτου* nihil hic ad vulgatam excludendam valet.» Garat. II. *negotiatores* glossam esse arbitratur Halm. At duo testium genera, Siculorum et Romanorum, h. l. necessario afferenda erant, ut paullo ante Archagathi et Lentuli; ambo enim genera nihili fecit et contempsit Verres. — 9. *Syracusanis* R3. — 10. *aurifices* cod. Urs. — *celatores* R. — 11. *compluris* R. — *eos* R3, E, 3 codd. Lamb. (prob. Madv. p. 69. Op. I. p. 360.): *eo* dett. O. — *concludit*] *conducit* Lagg. praeter 29, O. — 12. *magna hominem multitudinem* R; *magna hominum multitudine* G3. — *his opus* R3 λ E: *opus his* dett. O. — 14. *evellerat* λ E G3: *evelleret* R; *vellerat* dett. O. — *inligabat* R. — *apte* om. Lg29. — 15. *scaphiis* Guilielmius: *scaphis* R E C Ld. Lg29; *scafis* G1; *scyphis* ctt. O. — *concludebat* R3, E C: *includebat* dtt. O. — 16. *in hanc* R. — 17. *palla* Lagg. praeter 29. — 19. *vos audisse* G3: *vos audistis se* R; *audisse vos* dett. O. — 21. *pallio* Zumptius: *pallio pullo* R3 λ; *pallio palla* (s. *pulla*) dett.; *pallio, tunica pulla* cum Victorio O. [Ut Zumptius scripsit, habet Lg42; in 29 est: *pallio pullio*, in reliquis: *pallio palla.*] — *de conventu* dett. O. — *Syracusano* R λ G1 2: *Syra-*

rum bonum nominato; producam: nemo erit quin hoc se audisse aut vidisse dicat. 56. O tempora, o mores! nihil nimium vetus proferam. Sunt vestrum aliquam multi, qui L. Pisonem norunt, huius L. Pisonis, qui praetor fuit, patrem. Ei, cum esset in Hispania praetor, qua in provincia occisus est, nescio quo pacto, dum armis exercetur, anulus aureus, quem habebat, fractus et comminutus est. Cum vellet sibi anulum facere, aurificem iussit vocari in forum ad sellam Cordubae et palam appendit aurum. Hominem in foro iubet sellam ponere et facere anulum omnibus praesentibus. Nimium fortasse dicet aliquis hunc diligentem. Hactenus reprehendet, si qui volet: nihil amplius. Verum fuit ei concedendum; filius enim L. Pisonis erat, eius, qui primus de pecuniis repetundis legem tulit. 57. Ridiculum est me nunc de Verre dicere, cum de Pisone Frugi dixerim: verum tamen, quantum intersit, videte. Iste cum aliquot abacorum faceret vasa aurea, non laboravit, quid non modo in Sicilia, verum etiam Romae in iudicio audiret: ille in auri semuncia totam Hispaniam scire voluit, unde praetori anulus fieret. Nimirum ut hic nomen suum comprobavit, sic ille cognomen.

XXVI. Nullo modo possum omnia istius facta aut memoria consequi aut oratione complecti: genera ipsa cupio breviter attingere, ut hic modo me commonuit Pisonis anulus, quod totum effluxerat. Quam multis istum putatis hominibus honestis de digitis anulos abstulisse? numquam dubitavit, quotiescumque alicuius aut gemma aut anulo delectatus est. Incredibile dicam, sed ita clarum, ut ipsum negaturum non arbitrer. 58. Cum Valentio, eius interpreti, epistola Agrigento allata esset, casu signum iste animadvertit in cretula; placuit ei; quaesivit, unde esset epistola: respondit, Agrigento. Iste litteras ad quos solebat misit, ut is anulus ad se primo quoque tempore afferretur. Ita litteris istius patri

cusanum Ld.; *Syracusanorum* dett. Cf. §. 70. V. §. 155. — 1. *qui* Lg29 42. — *audisse aut vidisse* R3: *aut vidisse aut audisse* dett. O. — 3. *vestrum, iudices* dett. O. [*iudices* deest in omnibus codd., ut videtur, saltem in Lagg. Cf. adnot. Lambini.] — *aliquam multi* Lagg.: *alii quam multi* R3, codd. Lamb. Cf. Hand. Turs. I. p. 245. Haase in Zimmerm. Diario 1838. p. 260. — *norunt* G2 Ld.: *gnorunt* G1; *gonrit* R; *cognoverint* Lg29 et 5 alii; *cognoverunt* Lg27 42 O. [Scribendum videtur *norint*. HALM.] — 4. *ei* Graevius (prob. Madv. p. 70.): *et* R3; *is* dett. O. [Cf. ad III. §. 56.] — *in spania* R. — 5. *dum armis exerc.* Arus. M. p. 228. — *anulus* R: *annulus* O et sic semper. — 6. *quam* R. — *fractus est et comm.* dett. O. — 7. *artificem vel aurificem* G1. — *in forum* R G1 Lg29: *in foro* rell. — *et ei palam* dett. O. — 8. *sellam iubet* dett. O. — 9. *dicit* R3, λ. — 10. *actenus* R. — *reprehendet si qui* R3, Lg29: *reprehendat si quis* rell. O. (*repraehendet* R.) — *verum id fuit* Lg29. — 12. *nunc de V. me* dett. O; *me* om. Lg29. — 14. *aliquod* R, *aliquid* G1 2. — *quid*] *qui* Lg29 48; *quin* Lagg. rell. — 15. *audiret* cum ras. R (*ur* erasum videtur). — *semunca* R. — 16. *praetoria nullus* R. — 17. *conprobavit siciliae cognomen* R. — 19. *hic* R3, Quintil. IX. 2, 64: *hoc* dett. — 20. *anulos* R3, λ: *anulos aureos* rell., Quintil. O. — 23. *incredibile -- clarum* R3, Lg29 (sed hic *tam clarum*): *incredibilem rem dicam, sed tam claram* dett. O. Garatoni (II.) conferri iubet IV. §. 2. III. §. 42. Hor. Sat. I. 9, 52. Od. III. 25, 7. Plaut. Trin. III. 1, 5. Terent. Ad. V. 3, 17. Hecyr. I. 2, 65. Praeterea tradit in ep. ad Fam. XIII. 26, 1. duos codd. Barberinos nr. 1440. 1441. *pondus habituras* cum Mediceo omittere, sed hunc ibi *nostras* pro *meas*, illum *magni* pro *magnum* legere. — 24. *epistula* R, et sic infra. — *Agrigenti* dett. — 25. *animaaduertit* R [pro *animū aduertit*]. — *cerula* cod. Urs. et Iann. — *quaesivit* R3, cod. Urs.: *exquisivit* dett. O. — 26. *Agrigenti* R3. — *ad quos solebat litteras* G3 [non R, ut Bursianus loco iterum inspecto confirmavit; quare nos lectionem a Zumptio relictam restituimus]. — *ut his* (littera *h* expuncta) R. — 27. *adferretur* R.

familias, L. Titio, civi Romano, anulus de digito detractus est. Illa vero eius cupiditas incredibilis est. Nam ut in singula conclavia, quae iste non modo Romae, sed in omnibus villis habet, tricenos lectos optime stratos cum ceteris ornamentis convivii quaereret, nimium multa comparare videretur. Nulla domus in Sicilia locuples fuit, ubi iste non textrinum instituerit. 59. Mulier est Segestana, perdives et nobilis, Lamia nomine: per triennium isti plena domo telarum stragulam vestem confecit, nihil nisi conchylio tinctum; Attalus, homo pecuniosus, Neti; Lyso Lilybaei; Critolaus Aetnae; Syracusis Aeschrio, Cleomenes, Theomnastus; Helori Archonidas. Dies me citius defecerit, quam nomina. Ipse dabat purpuram, tantum operam amici. Credo: iam enim non libet omnia criminari: quasi vero hoc mihi non satis sit ad crimen, habuisse tam multum quod daret, voluisse deportare tam multa, hoc denique, quod concedit, amicorum operis esse in huiusce modi rebus usum. 60. Iam vero lectos aeratos et candelabra aenea num cui praeter istum Syracusis per triennium facta esse existimatis? Emebat. Credo: sed tantum vos certiores, iudices, facio, quid iste in provincia praetor egerit, ne cui forte negligens nimium fuisse videatur neque se satis, cum potestatem habuerit, instruxisse et ornasse.

XXVII. Venio nunc non iam ad furtum, non ad avaritiam, non ad cupiditatem, sed ad eius modi facinus, in quo omnia nefaria contineri mihi atque inesse videantur; in quo di immortales violati, existimatio atque auctoritas nominis populi Romani imminuta, hospitium spoliatum ac proditum, abalienati scelere istius a nobis omnes reges amicissimi nationesque quae in eorum regno ac ditione sunt. 61. Nam reges Syriae, regis Antiochi filios pueros, scitis Romae nuper fuisse; qui venerant non propter Syriae regnum: nam id sine controversia obtinebant, ut a patre et a maioribus acceperant: sed regnum Aegypti ad se et ad Selenen, matrem suam, pertinere arbitrabantur. Hi ipsi posteaquam tem-

---

1. *Titio* R3 (prob. Madv. p. 29. Rau II. p. 151.): *Titio cuidam* dett. O. — 2. *in* om. Lagg. praeter 27. — *singu conclavia* (sic) R. — 3. *omnibus in villis* dett. O. — *ternos lectos* coni. Halm. — 4. *conparare* R. — 6. *textrinam* L. «At cf. Ammian. XIV. 6. Ennius ap. Serv. ad Aen. XI. 326. Serv. ad Aen. II. 15. *textrina* est ars textoria, *textrinum* locus, in quo tractatur.» Garat. II. — 7. *telar* R, *tela* G1 2 λ. — 8. *nisi* om. Lagg. praeter 14; *nihil non* coni. Victorius. — *conchyllo* R. — *Neti Lyso* R: *vetiliso* G1, *netyliso* G2, Ld., λ; *nec vulgo* dett. Cf. Turnebi Advers. VIII. 10. — 9. *Aetnae* R: *ethne* G1, *et ne* G2, Ld.; *Etnae* Lagg. omnes; *Ennae* O. — *Escrio* R. — 10. *Helori* Ursinus: *Pelori* codd. — *Archonidas* R3: *Archonides Megistus* (*mecistus* Lg29) dett. O. — *dies me* R3, λ: *vox me* dett. O. — 11. *operam amici* R3: *amici operam* ς (?), Lg14 29. [om. Z.]; *amici operas* dett. O. Cf. Madv. p. 54. — 12. *vero* om. St. et Lg42. — 13. *dare* R. — 14. *huiusmodi* Lg29 42. — 15. *nunc cui* R3. — 18. *nimium negl.* dett. O (*neglegens* R). — 20. *iam* om. St. L. 1584. — 21. *ad eiusmodi* Lagg. omnes: *ad* om. R3, λ (*huiusmodi* Ld.). Repetitio praepositionis post particulam adversativam apud Ciceronem alibi usitatissima est; h. l. propter *sed* facile *ad* omitti potuit in optt. codd. Cf. Otto ad Cic. de Finn. p. 403. — *in quo* - - *videantur* om. Lagg. praeter 29. — 22. *di immortalis* (*is* in *es* corr.) R. — 23. *inminuta hospicium* R. — 24. *omnis* R pr. m. — 25. *dicione* R. — 26. *antiochiae illos pueros* R. — 29. *Selenem* R, Ld. (item Lagg. omnes.) — *ipsi* om. dett. In R sic scriptum est:
ipsi postea
Hiipsosteaquam; E autem habet: *hi ipsis temporibus postquam* cet. [*ipsi postea* in R non eadem manu, sed multo recentiore seculi, ut videtur, XII. superscriptum est, ut accurate Bursianus notavit. Est autem levis erroris pessima correctio (quid enim *ipsi* hic sibi vult?), quae in codd. Guelf. et Leid., quos ex ipso Regio descriptos esse tot loci

poribus rei publicae exclusi per senatum agere, quae voluerant, non potuerunt, in Syriam, in regnum patrium profecti sunt. Eorum alter, qui Antiochus vocatur, iter per Siciliam facere voluit. Itaque isto praetore venit Syracusas. 62. Hic Verres hereditatem sibi venisse arbitratus est, quod in eius regnum ac manus venerat is, quem iste et audierat multa secum praeclara habere et suspicabatur. Mittit homini munera satis large haec ad usum domesticum: olei, vini quod visum est; etiam tritici quod satis esset de suis decumis. Deinde ipsum regem ad cenam vocavit. Exornat ample magnificeque triclinium: exponit ea, quibus abundabat, plurima et pulcherrima vasa argentea; nam haec aurea nondum fecerat: omnibus curat rebus instructum et paratum ut sit convivium. Quid multa? Rex ita discessit, ut et istum copiose ornatum et se honorifice acceptum arbitraretur. Vocat ad cenam deinde ipse praetorem: exponit suas copias omnes, multum argentum, non pauca etiam pocula ex auro, quae, ut mos est regius et maxime in Syria, gemmis erant distincta clarissimis. Erat etiam vas vinarium ex una gemma pergrandi, trulla excavata manubrio aureo, de qua, credo, satis idoneum, satis gravem testem, Q. Minucium, dicere audistis. 63. Iste unum quodque vas in manus sumere, laudare, mirari. Rex gaudere praetori populi Romani satis iucundum et gratum illud esse convivium. Posteaquam inde discessum est, cogitare nihil iste aliud, quod ipsa res declaravit, nisi quem ad modum regem ex provincia spoliatum expilatumque dimitteret. Mittit rogatum vasa ea, quae pulcherrima apud eum viderat: ait se suis caelatoribus velle ostendere. Rex, qui illum non nosset, sine ulla suspicione libentissime dedit. Mittit etiam trullam gemmeam rogatum: velle se eam diligentius considerare. Ea quoque ei mittitur. XXVIII. 64. Nunc reliquum, iudices, attendite, de quo et vos audistis et populus Romanus non nunc primum audiet et in exteris nationibus usque ad ultimas terras pervagatum est. Candelabrum e gemmis clarissimis, opere mirabili perfectum, reges hi, quos dico, Romam cum

---

clamant, transiit. Hoc unum lucramur ex lect. cod. R pr. m., quod pro *hii* videtur esse corrigendum *ii*, ut etiam infra §. 64. et 77. restituendum est. Halm.] — *postquam* E et Lagg. praeter 29. — 1. *reip.* R3, E, Lg29: *P. R.* dett. — 2. *in Syriam* om. L. — 5. *is quem* om. Lagg. praeter 29. — 7. *haec* om. G1. — *olei vini* R3, λ: *vini olei* dett. O. «Melius interpungitur: *satis large: haec ad usum* cet. Intelligendum est Verrem munera satis large misisse et in iis muneribus haec ad usum domesticum fuisse, cetera Tullium recensere noluisse.» Garatoni II. Non assentior. — *visum est* R3 λ E: *visum erat* dett. O. — 8. *de suis* R3 λ: *de his* dett. O. — *cenam* R: *coenam* O et sic infra. — 9. *vocabat* E; *vocat* dett. O. (*vocavit* etiam Lagg.) — *atque exponit* E. — 10. *habundabat* R λ G3. — *et pulch.* R3, 7 Lagg.: *ac pulch.* Lg42. O. — *namque* dett. O. — 11. *ut* om. Lagg. praeter 29. — 12. *ut istum* Lg29. — *copiose*] *diligenter* Lagg. — 14. *omnis* R. — *arg. multum* E; *multum* om. Lagg. dett. — *vocat* -- *omnes* Non. p. 299. — 17. *manubrio* R3, E (Madv. p. 29. Hand Turs. II. p. 144.): *cum manubrio* dett. O. — *satis, credo* G3 λ (non R E). — 19. *pop. Rom.* om. Lagg. — 21. *nihil iste* λ E: *nihil istum* R3; *iste nihil* dett. O. — *quod* R3 λ E: *quam id quod* dett.; *id quod* O. — 22. *spoliatum* om. Lg29; *expoliatum* rell. Lagg. — 23. *eum* R3 E: *illum* dett. O. — 24. *illum* R3 E: *istum* dett. O. — 25. *suspitione* R. — *mittit* -- *mittitur* om. E. — 26. *eam se* 5 Lagg. — 28. *pop. R.*] *R. P.* E. — *in exteras nationes* G2 Ld. cod. Urs. — 29. *usque* om. dett. — *pervagatum est* Lagg.: *pervulgatum est* R3 E. At cf. Zumpt. ad III. §. 129. Madv. ad Fin. p. 463. [paulo post Lagg. praeter 29: *et gemmis* pro *ex g.*] — 30. *et opera* Lagg. dett.; *opera* Lg29. — *hi reges* E; *regesit* R [corruptum ex: *reges ii*]; *regoessit* G1; *regenses* G2 Ld.

attulissent, ut in Capitolio ponerent, quod nondum perfectum templum offenderant, neque ponere potuerunt neque vulgo ostendere ac proferre voluerunt, ut et magnificentius videretur, cum suo tempore in cella Iovis Optimi Maximi poneretur, et clarius, cum pulchritudo eius recens ad oculos hominum atque integra perveniret. Statuerunt id secum in Syriam reportare, ut, cum audissent simulacrum Iovis Optimi Maximi dedicatum, legatos mitterent, qui cum ceteris rebus illud quoque eximium ac pulcherrimum donum in Capitolium afferrent. Pervenit res ad istius aures, nescio quo modo: nam rex id celatum voluerat, non quo quidquam metueret aut suspicaretur, sed ut ne multi illud ante praeciperent oculis quam populus Romanus. Iste petit a rege et eum pluribus verbis rogat, ut id ad se mittat: cupere se dicit inspicere neque se aliis videndi potestatem esse facturum. 65. Antiochus, qui animo et puerili esset et regio, nihil de istius improbitate suspicatus est: imperat suis, ut id in praetorium involutum quam occultissime deferrent. Quo posteaquam attulerunt involucrisque reiectis constituerunt, clamare iste coepit dignam rem esse regno Syriae, dignam regio munere, dignam Capitolio. Etenim erat eo splendore, qui ex clarissimis et pulcherrimis gemmis esse debebat; ea varietate operum, ut ars certare videretur cum copia; ea magnitudine, ut intelligi posset non ad hominum apparatum, sed ad amplissimi templi ornatum esse factum. Cum satis iam perspexisse videretur, tollere incipiunt, ut referrent. Iste ait se velle illud etiam atque etiam considerare; nequaquam se esse satiatum: iubet illos discedere et candelabrum relinquere. Sic illi tum inanes ad Antiochum revertuntur. XXIX. 66. Rex primo nihil metuere, nihil suspicari. Dies unus, alter, plures: non referri. Tum mittit, si videatur, ut reddat. Iubet iste posterius ad se reverti. Mirum illi videri: mittit iterum. Non redditur. Ipse hominem appellat: rogat, ut reddat. Os hominis insignemque impudentiam cognoscite. Quod sciret, quod ex ipso rege audisset in Capitolio esse ponendum, quod Iovi Optimo Maximo, quod populo Romano servari videret, id sibi ut donaret, rogare et vehementissime petere coepit. Cum ille se et religione Iovis Capitolini et hominum existimatione impediri diceret, quod multae nationes testes essent illius operis ac muneris, iste homini minari acerrime coepit. Ubi videt eum nihilo magis minis quam precibus removeri,

---

1. *nondum* R λ E G1, Non. p. 359.: *nunquam* G2 Ld.; *nondum etiam* dett. O. — 2. *potuerunt* om. dett.; *voluerunt* Non. l. l. — 3. *Iovis Opt. Maximi*] *I. O. M.* E. — 8. *ac* R E G2 Ld. 6 Lagg.: *atque* G1 Lg12 15 O. — *adferrent* R. — 9. *auris* R. — *id* R E, Lagg.: om. λ G3. — 10. *praeciperent* R E Ld. Lg29: *perciperent* rell. O, ut Orat. §. 8. — 12. *uti ad se* Lagg. praeter 29. — 14. *esse et* R pr. m. — *religio* sic R, quod mutavit sec. manus in *religioso*, ut est in G3, E λ. — 15. *id* om. Lagg. — 16. *iste clamare* dett. O. — 19. *et plurimis* Lg29 et 5 alii. — 20. *possit* Lg29. — 21. *adparatum* R. — *sed ad*] *ad* om. Lg29. [cf. c. 27. in.] — *ornatum* R3, E (prob. Madv. p. 70): *ornamentum* dett. O, prob. Bak. p. 21 sq. — 22. *cum* R3, C E λ: *quod cum* dett. O. — 24. *et* habet R. (error est in collat. Hauniensi p. 149.) — *tum*] *tam* R3, *tunc* Lg12. — 26. *dies unus* cet. Cf. similem locum Plinii Epist. I. 12., quem Garat. 2. adscripsit. — *alter* om. Lg29. — *mittit rex ad istum si sibi videatur* Lagg. (sed 29 om. *sibi*), O. Cf. Madv. p. 30. — 29. *inpud.* R. — *quod ex* R3 E: *quodque ex* dett. O. — 32. *et*] *ut* R3. — *vehementer* dett. O. — 35. *praecibus* R. — *removeri* R3, λ: *permoveri* E (?), dett. O.

repente hominem de provincia iubet ante noctem decedere: ait se comperisse, ex eius regno piratas ad Siciliam esse venturos. 67. Rex maximo conventu Syracusis in foro, ne quis forte me in crimine obscuro versari atque affingere aliquid suspicione hominum arbitretur, in foro, inquam, Syracusis flens ac deos hominesque contestans clamare coepit, candelabrum factum e gemmis, quod in Capitolium missurus esset, quod in templo clarissimo populo Romano monumentum suae societatis amicitiaeque esse voluisset, id sibi C. Verrem abstulisse: de ceteris operibus ex auro et gemmis, quae sua penes illum essent, se non laborare: hoc sibi eripi miserum esse et indignum. Id etsi antea iam mente et cogitatione sua fratrisque sui consecratum esset, tamen tum se in illo conventu civium Romanorum dare, donare, dicare, consecrare Iovi Optimo Maximo testemque ipsum Iovem suae voluntatis ac religionis adhibere. XXX. Quae vox, quae latera, quae vires huius unius criminis querimoniam possunt sustinere? Rex Antiochus, qui Romae ante oculos omnium nostrum biennium fere comitatu regio atque ornatu fuisset, is cum amicus et socius populi Romani esset, amicissimo patre, avo, maioribus, antiquissimis et clarissimis regibus, opulentissimo et maximo regno, praeceps provincia populi Romani exturbatus est. 68. Quem ad modum hoc accepturas nationes exteras, quem ad modum huius tui facti famam in regna aliorum atque in ultimas terras perventuram putasti, cum audirent a praetore populi Romani in provincia violatum regem, spoliatum hospitem, eiectum socium populi Romani atque amicum? Nomen vestrum populique Romani odio atque acerbitati scitote nationibus exteris, iudices, futurum, si istius haec tanta iniuria impunita discesserit. Sic omnes arbitrabuntur, praesertim cum haec fama de nostrorum hominum avaritia et cupiditate percrebruerit, non istius solius hoc esse facinus, sed eorum etiam, qui approbarint. Multi reges, multae liberae civitates, multi privati opulenti ac potentes habent profecto in animo Capitolium sic ornare, ut templi dignitas imperiique nostri nomen desiderat, qui si intellexerint interverso hoc regali dono graviter vos tulisse, grata fore vobis populoque Romano sua studia ac dona arbitrabuntur. Sin hoc vos in rege tam nobili, re tam eximia, iniuria tam acerba ne-

---

1. *discedere* Lagg. — 2. *ex* om. R3. — *ad Sic.* R3 E λ: *in Sic.* dett. O. — 4. *adfingere aliquit suspitione* R. — *suspitioni* E. — *in foro* om. Lagg. praeter 29. — 5. *ac* R E Lagg.: *atque* G3. — 7. *P. R.* G1, λ; *populi R.* Lg29. — *soc. suae* E. — 8. *id si* E, *id et se* R G1; *id ad se* G2. Ld. [*id ab se*?] — 10. *ante* Ld. — *iam* om. Lagg. dett. — 13. *habere* Lagg. — 14. *quaerimoniā M.* R, sed cum linea infra *M.* Hoc male intellexit Graevius, cum *iudices (iud.)* in R legi dixit. — 15. *possunt* R3, λ: *posse* Lg29; *possint* E (?) dett. O. — 16. *atque ortu* R. — 17. *esset* Lg29 post *amicus* habet. — 18. *regibus*] *rebus* R3, 3 Parr. apud Zumpt. — 19. *provincia* R3, E λ, 3 Parr., Lg42 45: *e provincia* 2 Parr., O; *et* (pro *ex) prov.* 6 rell. Lagg. — 21. *in regno* R. — *putaris* Lagg. dett. — 22. *audirent* R3 E 5 Parr. (Madv. p. 71.): *audierint* dett. O. — *a praetore* om. G2 Ld. al. — *populi R.* om. λ G1 Lg29, aliquot Parr.; extat in G2 Ld.; *p. R.* F. In R est: *audirent P̄.R̄. P̊. R̊.* — 24. *populique R.*] *p. R.* (sine *que*) E, Par. D. — 24. *acerbitate* R. — 25. *inpunita* R. — 26. *arbitrantur* Lagg. dett. — *haec* R3 Lg29 6 Parr.: *haec omnino* vel *omnia* dett. O. — 27. *percrebruerit* 2 Parr. G1 Lg29: *percrebuerit* R G2 Ld. O. — *hoc* om. Lagg. dett. — 28. *adprobarint* R. — *liberae* om. Lagg. — 31. *hoc reg.* R3 Par. D: *reg. hoc* dett. O. — 32. *populique R.* R. — 33. *nobili re t. eximia iniuria* R: *nobiliore tam eximiam iniuriam tam acerbam* G3 Par. D et 7775. ap. Zumpt.; *nob. in re t. e. iniuria* Lgg. omnes; *nob. in re t. e. in iniuria* O.

glexisse audient, non erunt tam amentes, ut operam, curam, pecuniam impendant in eas res, quas vobis gratas fore non arbitrentur. XXXI. 69. Hoc loco, Q. Catule, te appello: loquor enim de tuo clarissimo pulcherrimoque monumento: non iudicis solum severitatem in hoc crimine, sed prope inimici atque accusatoris vim suscipere debes. Tuus enim honos illo templo senatus populique Romani beneficio, tui nominis aeterna memoria simul cum templo illo consecratur: tibi haec cura suscipienda, tibi haec opera sumenda est, ut Capitolium, quem ad modum magnificentius est restitutum, sic copiosius ornatum sit quam fuit, ut illa flamma divinitus exstitisse videatur, non quae deleret Iovis Optimi Maximi templum, sed quae praeclarius magnificentiusque deposceret. 70. Audisti Q. Minucium dicere, domi suae deversatum esse Antiochum regem Syracusis: se illud scire ad istum esse delatum: se scire non redditum: audisti et audies omni e conventu Syracusano qui ita dicant, sese audientibus illud Iovi Optimo Maximo dicatum esse ab rege Antiocho et consecratum. Si iudex non esses et haec ad te delata res esset, te potissimum hoc persequi, te petere, te agere oporteret. Quare non dubito, quo animo iudex huius criminis esse debeas, qui apud alium iudicem multo acrior, quam ego sum, actor accusatorque esse deberes. XXXII. 71. Vobis autem, iudices, quid hoc indignius aut quid minus ferendum videri potest? Verresne habebit domi suae candelabrum Iovis, e gemmis auroque perfectum? cuius fulgore collucere atque illustrari Iovis Optimi Maximi templum oportebat, id apud istum in eius modi conviviis constituetur, quae domesticis stupris flagitiisque flagrabunt? In istius lenonis turpissimi domo simul cum ceteris Chelidonis hereditariis ornamentis Capitolii ornamenta ponentur? Quid huic sacri umquam fore aut quid religiosi fuisse putatis, qui nunc tanto scelere se obstrictum esse non sentiat? qui in iudicium veniat, ubi ne precari quidem Iovem Optimum Maximum atque ab eo auxilium petere more omnium possit? a quo etiam di immortales sua repetunt in eo iudicio, quod hominibus ad suas res repetendas est constitutum. Miramur Athenis Minervam, Deli Apollinem, Iunonem Sami, Pergae Dianam, multos praeterea ab isto deos tota Asia Graeciaque violatos, qui a Capitolio manus abstinere non potuerit? Quod privati homines de suis pecuniis ornant ornaturique sunt, id C. Verres ab regibus ornari non passus est. 72. Itaque hoc nefario scelere concepto nihil postea tota in Sicilia neque sacri neque religiosi duxit esse: ita sese in ea provincia per triennium gessit, ut ab isto non

---

1. *audient* R G1 Ld. 3 Parr.: *audierit* G2; *audierint* dett. O. — *opera* 6 Lagg. dett. — 2. *inpendant* R. — *arbitrarentur* Lg29. — 5. *tuus enim honos illo* R3, 3 Parr.: *tuus enim est h. illo* Parr. A B Lg29 (sed hic *in illo*); *t. est enim h. in illo* dett. O. — 7. *suscipienda est tibi* Lg27 29. — 8. *quem ad modum* R3 λ 4 Parr. cod. Urs.: *quomodo* dett. O. — 10. *extitisse* R. — 12. *Minucium* R3, 5 Parr.: *Minucium Rufum* dett. O. — *Antiochum -- istum esse* Parr. A B Lg29: om. haec vv. R3, 3 Parr.; *regem* om. 7 Lagg. dett. H ψ. — 14. *et audieris* coni. Bake p. 22. — *omni* R3: *omnes* dett. — *e* om. G1 2. — 15. *ab rege* R et plerique: *a rege* λ 3 Parr. G3 Lg29. — 17. *te agere* R3 λ Lg29: *et agere* dett. — *oportuerit* Lg29. — 21. *Iovis* R3, Lagg. omnes: *Iovis Optimi Maximi* O. — 22. *conlucere atque inlustrari* R. — 23. *in eiusdem* Lg29. — 26. *capitoli* R. — 27. *fuisse relig.* dett. O. — 28. *in id iudicium* Lagg. praeter 42. — 30. *di* R: *dii* O. — 31. *repetundas* dett. O. — 35. *idem* Lg29. — *G.* R. — *non passus est* R3: *p. non est* Lagg. omnes; *non est p.* O. Cf. §. 96. — 37. *esse duxit* dett. O. — *ea* om. dett. O.

solum hominibus, verum etiam dis immortalibus bellum indictum putaretur.

XXXIII. Segesta est oppidum pervetus in Sicilia, iudices, quod ab Aenea fugiente a Troia atque in haec loca veniente conditum esse demonstrant. Itaque Segestani non solum perpetua societate atque amicitia, verum etiam cognatione se cum populo Romano coniunctos esse arbitrantur. Hoc quondam oppidum, cum illa civitas cum Poenis suo nomine ac sua sponte bellaret, a Karthaginiensibus vi captum atque deletum est omniaque, quae ornamento urbi esse possent, Karthaginem sunt ex illo loco deportata. Fuit apud Segestanos ex aere Dianae simulacrum cum summa atque antiquissima praeditum religione, tum singulari opere artificioque perfectum. Hoc translatum Karthaginem locum tantum hominesque mutarat, religionem quidem pristinam conservabat: nam propter eximiam pulchritudinem etiam hostibus digna, quam sanctissime colerent, videbatur. 73. Aliquot saeculis post P. Scipio bello Punico tertio Karthaginem cepit: qua in victoria (videte hominis virtutem et diligentiam, ut et domesticis praeclarissimae virtutis exemplis gaudeatis et eo maiore odio dignam istius incredibilem audaciam iudicetis) convocatis Siculis omnibus, quod diutissime saepissimeque Siciliam vexatam a Karthaginiensibus esse cognorat, iubet omnia conquiri: pollicetur sibi magnae curae fore, ut omnia civitatibus, quae cuiusque fuissent, restituerentur. Tum illa, quae quondam erant Himera sublata, de quibus antea dixi, Thermitanis sunt reddita: tum alia Gelensibus, alia Agrigentinis, in quibus etiam ille nobilis taurus, quem crudelissimus omnium tyrannorum Phalaris habuisse dicitur, quo vivos supplicii causa demittere homines et subiicere flammam solebat. Quem taurum cum Scipio redderet Agrigentinis, dixisse dicitur aequum esse illos cogitare, utrum esset Agrigentinis utilius, suisne servire anne populo Romano obtemperare, cum idem monumentum et domesticae crudelitatis et nostrae mansuetudinis haberent.

XXXIV. 74. Illo tempore Segestanis maxima cum cura haec ipsa Diana, de qua dicimus, redditur: reportatur Segestam: in suis antiquis sedibus summa cum gratulatione civium et laetitia reponitur. Haec erat posita Segestae sane excelsa in basi, in qua grandibus litteris P. Africani nomen erat incisum eumque Karthagine capta restitvisse perscriptum. Colebatur a civibus: ab omnibus advenis visebatur: cum quaestor essem, nihil mihi ab illis est demonstratum prius. Erat admodum amplum et excelsum signum cum stola; verum tamen inerat in illa magnitudine aetas atque habitus virginalis: sagittae pendebant ab humero: sinistra

---

1. *diis inmort.* R. — 4. *Troia*] *trolla* R. — 8. *Karth.* sic h. l. R, nec tamen constanter. — 9. *urbi*] *ibi* Lagg. — 10. *simul. Dianae* dett. O. — 11. *cum summa* R λ E Lg29: *tum summa* G1 O. In G2 et h. l. et infra *cum* pro *tum* scribi videtur. Nam in G1 2 *c* et *t* in hoc vocabulo saepe vix discerni possunt. — 13. *conservabat* R E Lagg.: *servabat* λ G3. — 15. *aliquod* R. — 16. *carthaginem* R. — 17. *praeclarissime* R. — 18. *audatiam* R. — 20. *esse cognorat* R3, E, Lg29: *noverat* dett. De hoc Africani facto conferri iubet Garat. II. Val. Max. V. 1, 6. — *sibi pollicetur* Lagg. — 22. *erant* R3 λ E: *fuerant* dett. O. — *antea* R E, Lagg.: *ante* G3. — 25. *phalaeris* R. — *dimittere* Lagg. — 26. *Scipio cum* dett. O. — 27. *aecum* R pr. m. — *Agrigentinis* R3 λ E: *Siculis* dett. O. — 28. *anne* R λ E G2 Ld.: *an* G1 dett. O. — 29. *mansuaetudinis* R. — 31. *et in suis* cod. Urs.; *LN. suls* (sic) R. cf. ad §. 81. — 32. *reposita* Lagg. dett. — 33. *celsa* G1. — 34. *charthagine* R. — 36. *prius*] *antiquius* cod. Urs. — 38. *umero* R.

manu retinebat arcum: dextra ardentem facem praeferebat. 75. Hanc cum iste sacrorum omnium et religionum hostis praedoque vidisset, quasi illa ipsa face percussus esset, ita flagrare cupiditate atque amentia coepit. Imperat magistratibus, ut eam demoliantur et sibi dent: nihil sibi gratius ostendit futurum. Illi vero dicere sibi id nefas esse seseque cum summa religione, tum summo metu legum et iudiciorum teneri. Iste tum petere ab illis, tum minari, tum spem, tum metum ostendere. Opponebant illi nomen interdum P. Africani: populi Romani illud esse dicebant: nihil se in eo potestatis habere, quod imperator clarissimus urbe hostium capta monumentum victoriae populi Romani esse voluisset. 76. Cum iste nihilo remissius atque etiam multo vehementius instaret quotidie, res agitur in senatu. Vehementer ab omnibus reclamatur. Itaque illo tempore ac primo istius adventu pernegatur. Postea, quidquid erat oneris in nautis remigibusque exigendis, in frumento imperando, Segestanis praeter ceteros imponebat, aliquanto amplius quam ferre possent: praeterea magistratus eorum evocabat; optimum quemque et nobilissimum ad se arcessebat: circum omnia provinciae fora rapiebat: singillatim uni cuique calamitati fore se denuntiabat: universis se funditus eversurum esse illam civitatem minabatur. Itaque aliquando multis malis magnoque metu victi Segestani praetoris imperio parendum esse decreverunt. Magno cum luctu et gemitu totius civitatis, multis cum lacrimis et lamentationibus virorum mulierumque omnium simulacrum Dianae tollendum locatur. XXXV. 77. Videte, quanta religio fuerit apud Segestanos. Repertum esse, iudices, scitote neminem, neque liberum neque servum, neque civem neque peregrinum, qui illud signum auderet attingere: barbaros quosdam Lilybaeo scitote adductos esse operarios: hi denique illud, ignari totius negotii ac religionis, mercede accepta sustulerunt. Quod cum ex oppido exportabatur, quem conventum mulierum factum esse arbitramini? quem fletum maiorum natu? quorum nonnulli etiam illum diem memoria tenebant, cum illa eadem Diana Segestam Karthagine revecta victoriam populi Romani reditu suo nuntiasset. Quam dissimilis hic dies illi tempori videbatur! Tum imperator populi Romani, vir clarissimus, deos patrios reportabat Segestanis ex urbe hostium recuperatos: nunc ex urbe

---

1. *hanc*] *haec* Lagg. — 2. *et relig. h. praedoque* R3 λ E Lg29: *hostis religionumque praedo* dett. O. — 3. *illa ipsa* R3, E Lg29: *ipsa illa* dett. O; *tamquam illa ipsa face perculsus esset* Agroet. p. 2274. — *repercussus* Lg29. — 4. *magistr. iste ut* dett. — 5. *id sibi n. esse seque* dett. O. — *cum*] *tum* Lagg. praeter 29. — 6. *cum petere* R λ. — 7. *illis* R E Lagg.: *eis* λ G3. — *minitari* E. — 8. *interdum nomen* dett. O. — *P. Afr.* R3 E: *Afr.* dett. O. — *populi* R3, E (Madv. p. 30.): *donum populi* dett. O. «Gruterus non donum Scipionis, sed rem populi R. propriam hic intelligit. Optimorum codd. lectio vehementer confirmatur a sequentibus: *nihil se in eo potestatis habere*; item ab iis, quae leguntur I. §. 11.: *M. Marcelli et P. Africani -- habebantur.*» GARAT. II. — 10. *pop. R.* om. E. — 14. *remigibus* Lagg. dett. — *in* om. Lg29. — 15. *aliquando* R. — 16. *et nobil. quemque* dett. O. — 17. *arcessebat* Lg29: *accersebat* R et rell. Lagg. — *fora*] *loca* Lagg. dett. — *singulatim* λ. — 18. *se fore* Lg29. — *denunciabat* R. — *universam* dett. — *evers. esse illam* R E Ld.: *esse* om. G1; *esse ev. ill.* G2; *illam ev. esse* dett. O. — 19. *minitabatur* Lg29. — 21. *lacrumis* Lg29 (*lacrimis* R). — *lamentatione* dett. O. — 23. *religio* R3 λ E: *religione* dett. O. — 24. *neque liberum* om. Lagg. — 26. *Lilybeo* R. — *adductos* R3 λ E: *advocatos* dett. — *hii* R. [malim *ii* coll. §. 61. HALM.] — 28. *exportabatur* R3 E (cf. Madv. p. 72.): *exportaretur* dett. O.

sociorum praetor eiusdem populi turpissimus atque impurissimus eosdem illos deos nefario scelere auferebat. Quid hoc tota Sicilia est clarius, quam omnes Segestae matronas et virgines convenisse, cum Diana exportaretur ex oppido? unxisse unguentis? complesse coronis et floribus? ture, odoribus incensis usque ad agri fines prosecutas esse? 78. Hanc tu tantam religionem si tum in imperio propter cupiditatem atque audaciam non pertimescebas, ne nunc quidem in tanto tuo liberorumque tuorum periculo perhorrescis? Quem tibi aut hominem invitis dis immortalibus aut vero deum tantis eorum religionibus violatis auxilio futurum putas? Tibi illa Diana in pace atque in otio religionem nullam attulit? quae cum duas urbes, in quibus locata fuerat, captas incensasque vidisset, bis ex duorum bellorum flamma ferroque servata est; quae Karthaginiensium victoria loco mutato religionem tamen non amisit, P. Africani virtute religionem simul cum loco recuperavit. Quo quidem scelere suscepto cum inanis esset basis et in ea P. Africani nomen incisum, res indigna atque intoleranda videbatur omnibus, non solum religiones esse violatas, verum etiam P. Africani, viri fortissimi, rerum gestarum gloriam, memoriam virtutis, monumenta victoriae C. Verrem sustulisse. 79. Quod cum isti renuntiaretur de basi ac litteris, existimavit homines in oblivionem totius negotii esse venturos, si etiam basim tamquam indicem sui sceleris sustulisset. Itaque tollendam istius imperio locaverunt, quae vobis locatio ex publicis litteris Segestanorum priore actione recitata est. XXXVI. Te nunc, P. Scipio, te, inquam, lectissimum ornatissimumque adolescentem appello: abs te officium tuum, debitum generi et nomini, requiro et flagito. Cur pro isto, qui laudem honoremque familiae vestrae depeculatus est, pugnas? cur eum defensum esse vis? cur ego tuas partes suscipio? cur tuum munus sustineo? Cur M. Tullius P. Africani monumenta requirit, P. Scipio eum, qui illa sustulit, defendit? Cum mos a maioribus traditus sit, ut monumenta maiorum ita suorum quisque defendat, ut ea ne ornari quidem nomine aliorum sinat: tu isti aderis, qui non obstruxit aliqua ex parte monumento P. Scipionis, sed id funditus delevit ac sustulit? 80. Quisnam igitur, per deos immortales! tuebitur P. Scipionis memoriam mortui? quis monumenta atque indicia virtutis, si tu ea relinques aut

---

1. *praetor*] *P. R.* R. — *populi Rom.* dett. O; *pop. ro. eiusdem praetor* Ld. — *inpur.* R. — 3. *Segestanas* dett. O. — 5. *odoribus* R3 λ E: *odoribusque* dett. O. — *prosecutos* R. — 6. *audatiam* R. — 7. *timescebas* Lagg. — *tuorumque liberorum* G3 (non R E), cf. III. §. 91. — 8. *perhorces | cis* R. — 11. *duas*] *desuas* R; *suas* λ. — 12. *feroque* R. — 19. *iste* R. — *istimavit* R p. m., *estimavit* R 2. m., G2 Ld.; *extimavit* G1. — 20. *si etiam*] *sediam* R. — *basin* Lg29. — 22. *litt. Seg.* R3 Lg29: *Seg. litt.* dett. O. — 24. *adulescentem* R et infra. — 25. *honoremque tuum familiaeque* G1 2. — 26. *vestrae* R, Lagg.: *tuae* λ G3 cod. Urs. cf. Madv. Op. I. p. 361. — 27. *vis*] *velis* Lagg. dett. — *tuas partis* R. — *munus* R3 Lg29 (cf. §. 81.): *onus* dett. O. — *cur* ante *M.* om. dett. — 28. *monumenta. P. requirit scipio* R. — 30. *ea* R: om. G3. — 31. *aliorum* R G3 Lg29: *alieno* dett. O; *alienorum* coni. Or. 2. — *obstruxit* R3, C λ Lg29: *obstrusit* vel *obtrusit* dett. — 32. *monumento* (sic) R: *monumentū* G3; *monumenta* dett. cf. Madv. Op. I. p. 361. — *sed id* R3: *id* om. dett. O. — *fund. delevit ac sust.* R3, Lg29: *f. sust. ac delevit* dett. (sed G1 *substulit*, G2 *abstulit.*) — 34. *relinques* R Ld.: *relinquis* G1 2, Lagg. omnes. — *aut deseres* R3: *ac deseris* Lagg., *ac deseres* O.

deseres? nec solum spoliata illa patieris, sed eorum etiam spoliatorem vexatoremque defendes? Adsunt Segestani, clientes tui, socii populi Romani atque amici: certiorem te faciunt P. Africanum Karthagine deleta simulacrum Dianae maioribus suis restituisse idque apud Segestanos eius imperatoris nomine positum ac dedicatum fuisse: hoc Verrem demoliendum et asportandum nomenque omnino P. Scipionis delendum tollendumque curasse: orant te atque obsecrant, ut sibi religionem, generi tuo laudem gloriamque restituas, ut, quod per P. Africanum ex urbe hostium recuperarint, id per te ex praedonis domo conservare possint. XXXVII. Quid aut tu his respondere honeste potes aut illi facere, nisi ut te ac fidem tuam implorent? Adsunt et implorant. Potes domesticae laudis amplitudinem, Scipio, tueri, potes: omnia sunt in te, quae aut fortuna hominibus aut natura largitur. Non praecerpo fructum officii tui: non alienam mihi laudem appeto: non est pudoris mei P. Scipione, florentissimo adolescente, vivo et incolumi me propugnatorem P. Scipionis defensoremque profiteri. 81. Quam ob rem si suscipis domesticae laudis patrocinium, me non solum silere de vestris monumentis oportebit, sed etiam laetari P. Africani eius modi fortunam esse mortui, ut eius honos ab iis, qui ex eadem familia sint, defendatur neque ullum adventicium auxilium requiratur. Sin istius amicitia te impedit, si hoc, quod ego abs te postulo, minus ad officium tuum pertinere arbitrabere: succedam ego vicarius tuo muneri, suscipiam partes, quas alienas esse arbitrabar. Deinde ista praeclara nobilitas desinat queri populum Romanum hominibus novis industriis libenter honores mandare semperque mandasse. Non est querendum in hac civitate, quae propter virtutem omnibus nationibus imperat, virtutem plurimum posse. Sit apud alios imago P. Africani: ornentur alii mortui virtute ac nomine: talis ille vir fuit, ita de populo Romano meritus est, ut non uni familiae, sed universae civitati commendatus esse debeat. Est aliqua mea pars virilis, quod eius civitatis sum, quam ille amplam, illustrem claramque reddidit; praecipue

---

1. *nec* R λ G1 2: *non* Ld.; *neque* dett. O. — *patieris* R3: *patiere* dett. O. [Cum in superiore loco codd. praeter R et ex eo descriptos *relinquis* et *deseris* habeant, posteriore autem R et Lag. 29. *defendis* et praeterea R *patieris*, non *patiere*, consentaneum videtur ubique tempus praesens restituere, id quod sententia loci vel maxime commendat. Halm.] — *eorum etiam* R: *eorum* Lg29; *etiam eorum* G3 dett. O. — 2. *defendes* dett.: *defendis* R3 Lg29. — 6. *adsportandum* R. — 7. *te* om. Lagg. — 8. *ut quod*] *aut quod* Lagg. — *ex urbe h. per P. Afr.* Lagg. praeter 29, O. — 9. *ex praetoris domo* errore typogr. Or. 2. — 10. *aut tu* R Ld.: *autem tu* G1; *autem cum* G2; *aut* dett. — 12. *in te sunt* dett. O. — *quae ut fort.* R. — 14. *adpeto* R. — 15. *propugn.* R3 λ: *propugn. monumentorum* dett. O. — 17. *sed et laet.* λ G1 2. — 18. *esse fortunas* dett., O. — 19. *sint* R Ld. 7 Lagg.: *sunt* λ G1 2 Lg48. — 20. *requiratur aux.* Lagg. dett. O. — *sin -- impedit* R3: *si -- impediet* dett. (*impediet* etiam O.) — *ego* om. 7 Lagg. dett. O. — 21. *ad off. tuum minus* Lagg. dett. — 22. *munere* Lagg. — *esse* om. Lg29. — 23. *deinde* Lg29 (cf. Verr. III. §. 41.): *de.* $\bar{L}$ $\bar{N}$. *de* R [hoc nihil aliud nisi *deinde* esse iam confirmatur simili scriptura §. 74., quae diligentia Escheri et Bursiani ex R prolata est]; *de l. m. de* G2 Ld.; *del . . . de* G1; *ne* dett.; *nae de* Ferratii coni. O; *tandem* coni. Madv. Op. I. p. 361.; *deinde -- plurimum* spuria habet Bake p. 23. Rau II. p. 152. — 24. *novis atque ind.* dett. — *lubenter* R. — 25. *quaerendum* R; *querundum* Lg29. — *in hac* R λ G2 Ld.: *in ea* dett. O; *in hac civ.* om. G1. — 26. *imperet* Lg29 [deest apud Z. lectio notabilis]. — 27. *ornantur alii m. v. atque animo* coni. Bake l. l. — 28. *ciuitate* R. — 30. *claram amplam illustremque* G3, non R. (*inlustrem* R.)

quod in iis rebus pro mea parte versor, quarum ille princeps fuit, aequitate, industria, temperantia, defensione miserorum, odio improborum: quae cognatio studiorum et artium propemodum non minus est coniuncta quam ista, qua vos delectamini, generis et nominis. XXXVIII. 82. Repeto abs te, Verres, monumentum P. Africani: causam Siculorum, quam suscepi, relinquo: iudicium de pecuniis repetundis ne sit hoc tempore: Segestanorum iniuriae negligantur: basis P. Scipionis restituatur: nomen invicti imperatoris incidatur: signum pulcherrimum Karthagine captum reponatur. Haec abs te non Siculorum defensor, non tuus accusator, non Segestani postulant, sed is, qui laudem gloriamque P. Africani tuendam conservandamque suscepit. Non vereor, ne hoc officium meum P. Servilio iudici non probem; qui cum res maximas gesserit monumentaque suarum rerum gestarum cum maxime constituat atque in iis elaboret, profecto volet haec non solum suis posteris, verum etiam omnibus viris fortibus et bonis civibus defendenda, non spolianda improbis tradere. Non vereor, ne tibi, Q. Catule, displiceat, cuius amplissimum orbi terrarum clarissimumque monumentum est, quam plurimos esse custodes monumentorum, et putare omnes bonos alienae gloriae defensionem ad officium suum pertinere. 83. Equidem ceteris istius furtis atque flagitiis ita moveor, ut ea reprehendenda tantum putem: hic vero tanto dolore afficior, ut nihil mihi indignius, nihil minus ferendum esse videatur. Verres Africani monumentis domum suam, plenam stupri, plenam flagitii, plenam dedecoris, ornabit? Verres temperantissimi sanctissimique viri monumentum, Dianae simulacrum virginis, in ea domo collocabit, in qua semper meretricum, lenonum flagitia versantur?

XXXIX. 84. At hoc solum Africani monumentum violasti? quid? a Tyndaritanis non eiusdem Scipionis beneficio positum simulacrum Mercurii, pulcherrime factum, sustulisti? At quem ad modum, di immortales! quam audacter! quam libidinose! quam impudenter! Audistis nuper dicere legatos Tyndaritanos, homines honestissimos ac principes civitatis, Mercurium, qui sacris anniversariis apud eos ac summa religione coleretur, quem P. Africanus Karthagine capta Tyndaritanis non solum suae victoriae, sed etiam illorum fidei societatisque monumentum atque

---

1. *in iis*] *in his* codd. — *rebus* R3: *artibus* dett. O. — 5. *P.* om. Lagg. dett. — 6. *repetundis pec.* G3 (non R). — 7. *negleganlur* R. — *P.* om. Lg29. — *Scipionis* R3, Lg29: *Africani* dett. O. — 8. *invicti* R3 λ Lg29: *invictissimi* dett. — *captum* R3 7 Lagg. (cf. §. 88.; sic *tollere Agrigento* §. 91. 112.): *captum receptum* 2 codd. Lambini (coll. §. 77. *Karthagine revecta*); *capta* Lg29; *capta receptum* de Beckii coni. O. — 13. *gestarum* om. dett. O. — *quam maxime* G1; *quam cum maxime* G2 Ld.; *cum quam max.* C; *nunc maxime* cod. Urs. — *iis* R: *his* O. — *laboret* G3 Lg29. — 14. *suis* om. Lg29. — 16. *Q.* om. idem. — *orbi* R3 (cf. p. dom. §. 24. Halm. ad hunc l. et ad Sest. §. 66. p. 192.): *in orbe* dett. O. — 18. *et* om. Lagg. — 19. *equidem* R G1 2 Lg29 (Madv. p. 73.): *tum quidem* Ld.; *et quidem* dett. O. — 20. *imputem* R G3. — *tanto* R3 Lg12: *tantum* dett. — 21. *adficior* R. — *mihi*] *mi* R. — *nihil minus* R3, Prisc. I. p. 235: om. dett. — *esse* R et Lagg.: om. G1 2 O. — 23. *dedecori* R. — *temperantissimi* R, al. in marg. 1584 (λ?): *temperatissimi* G3 Lagg. Cf. p. Font. §. 28. p. Mur. §. 64. Halm. ad Vatin. §. 1. p. 35. Garat. ad Phil. VIII. c. 5. p. 253. Wernsd. (*Verres Africani t. s. v. monumentis domum suam pl. st. pl. fl. pl. d. ornabit? Verres Dianae* sqq. coni. Bake p. 24.) — 24. *conlocavit* R; *collocavit* G1. — 25. *lenonum* R3: *lenonumque* dett. O. [Recte.] — 26. *at*] *ad* R, item v. 32. — 27. *nonne* Lg12. — *beneficium* R. — 28. *dii inmort.* R. — 29. *inpudenter* R. — 32. *P.* om. G3.

indicium dedisset, huius vi, scelere imperioque esse sublatum: qui ut primum in illud oppidum venit, statim, tamquam ita fieri non solum oporteret, sed etiam necesse esset, tamquam hoc senatus mandasset populusque Romanus iussisset, ita continuo, signum ut demolirentur et Messanam deportarent, imperavit. 85. Quod cum illis, qui aderant, indignum, qui audiebant, incredibile videretur, non est ab isto primo illo adventu perseveratum. Discedens mandat proagoro Sopatro, cuius verba audistis, ut demoliatur: cum recusaret, vehementer minatur et statim ex illo oppido proficiscitur. Refert rem ille ad senatum; vehementer undique reclamatur. Ne multa: iterum iste ad illos aliquanto post venit, quaerit continuo de signo. Respondetur ei senatum non permittere; poenam capitis constitutam, si iniussu senatus quisquam attigisset: simul religio commemoratur. Tum iste: «quam mihi religionem narras? quam poenam? quem senatum? vivum te non relinquam: moriere virgis, nisi mihi signum traditur.» Sopater iterum flens ad senatum rem defert, istius cupiditatem minasque demonstrat. Senatus Sopatro responsum nullum dat, sed commotus perturbatusque discedit. Ille praetoris arcessitus nuntio rem demonstrat: negat ullo modo fieri posse. XL. Atque haec (nihil enim praetermittendum de istius impudentia videtur) agebantur in conventu palam, de sella ac de loco superiore. 86. Erat hiems summa, tempestas, ut ipsum Sopatrum dicere audistis, perfrigida, imber maximus, cum iste imperat lictoribus, ut Sopatrum de porticu, in qua ipse sedebat, praecipitem in forum deiiciant nudumque constituant. Vix erat hoc plane imperatum, cum illum spoliatum stipatumque lictoribus videres. Omnes id fore putabant, ut miser atque innocens virgis caederetur. Fefellit hic homines opinio. Virgis iste caederet sine causa socium populi Romani atque amicum? Non usque eo est improbus: non omnia sunt in uno vitia: numquam fuit crudelis. Leniter hominem clementerque accepit. Equestres sunt medio in foro Marcellorum statuae, sicut fere ceteris in oppidis Siciliae; ex quibus iste C. Marcelli statuam delegit, cuius officia in illam civitatem totamque provinciam recentissima erant et maxima. In ea Sopatrum, hominem cum domi nobilem, tum summo magistratu praeditum, divaricari ac deligari iubet. 87. Quo cruciatu sit affectus, venire in mentem necesse est omnibus, cum esset vinctus nudus in aëre, in imbri, in frigore. Neque tamen finis huic iniuriae crudelitatique fiebat, donec populus atque universa multitudo,

---

1. *iudicium* coni. Bake p. 26. — 3. *populus R.* G1 2. — 6. *illo primo* Lg29. — 7. *proagro* R G2; *peragros* G1. — 8. *et statim* R λ G1 2: *et factum* Ld.; *ita tum* dett. O. — 9. *ref. rem ille* R λ G1 Ld.: *ref. rem esse* G2; *ref. rem* (om. *ille*) Lg29; *proagorus refert rem* dett. O. — 10. *aliq. post ad illos* contra codd. O. — 15. *mihi* om. dett. O. — *traditurо* (v) R; *tradatur* Lg42. — *flens*] *figens* sic R; hinc: *fugiens* G1 2. — *rem defert* R G1 C: *refert rem* G2 Ld.; *refert* Lg5 m. pr. et 29; *rem* om. dett. O. — 17. *a praetoris* λ (?), cod. Hot. — *accersitus* dett. — 18. *posse fieri* Lg29. — 19. *inpud.* R. — 20. *hiemps* R. — 24. *plane* R3: *plane etiam* dett. O. — *stipatum* Lg29. — 25. *id fore* R3 λ: *ideo* dett. O. — 26. *hic* R 6 Lgg.: *haec* Lg14 27, rell. O. — 27. *est* om. Lagg. dett. — 28. *in eo uno* dett. O. Cf. Madv. p. 31. — 29. *in medio* Lagg. dett. — 30. *sicuti* 7 Lagg. O. — 31. *in illa civitate totaque provincia* dett. — 32. *cum* R, λ, Lg29: *tum* G3 dett. O. — *domo* R G2 Ld.; om. G1. — 33. *diligari* R3 λ; *delegari* Lg29. — 34. *adfectus* R. — 35. *in aëre* Madvig p. 75: *in aere* O. — 36. *et univ.* G3, λ.

atrocitate rei misericordiaque commota, senatum clamore coëgit ut isti simulacrum illud Mercurii polliceretur. Clamabant fore, ut ipsi se di immortales ulciscerentur: hominem interea perire innocentem non oportere. Tum frequens senatus ad istum venit: pollicetur signum. Ita Sopater de statua C. Marcelli, cum iam paene obriguisset, vix vivus aufertur. Non possum disposite istum accusare, si cupiam: opus est non solum ingenio, verum etiam artificio quodam singulari. XLI. 88. Unum hoc crimen videtur esse et a me pro uno ponitur, de Mercurio Tyndaritano: plura sunt; sed ea quo pacto distinguere ac separare possim, nescio. Est pecuniarum captarum, quod signum ab sociis pecuniae magnae sustulit: est peculatus, quod publicum populi Romani signum, de praeda hostium captum, positum imperatoris nostri nomine, non dubitavit auferre: est maiestatis, quod imperii nostri, gloriae, rerum gestarum monumenta evertere atque asportare ausus est: est sceleris, quod religiones maximas violavit: est crudelitatis, quod innocentem in hominem, in socium vestrum atque amicum novum et singulare supplicii genus excogitavit. 89. Illud vero quid sit, iam non queo dicere; quo nomine appellem, nescio, quod in C. Marcelli statua. Quid est hoc? patronusne quod erat? Quid tum? quo id spectat? utrum ea res ad opem an ad calamitatem clientium atque hospitum valere debebat? An ut hoc ostenderes, contra vim tuam in patronis praesidii nihil esse? quis non hoc intelligeret, in improbi praesentis imperio maiorem esse vim quam in bonorum absentium patrocinio? an vero ex hoc illa tua singularis significatur insolentia, superbia, contumacia? Detrahere videlicet aliquid te de amplitudine Marcellorum putasti. Itaque nunc Siculorum Marcelli non sunt patroni: Verres in eorum locum substitutus est. 90. Quam in te tantam virtutem esse aut dignitatem arbitratus es, ut conarere clientelam tam splendidae, tam illustris provinciae traducere ad te, auferre a certissimis antiquissimisque patronis? Tu ista nequitia, stultitia, inertia non modo totius Siciliae, sed unius tenuissimi Siculi clientelam tueri potes? Tibi Marcelli statua pro patibulo in clientes Marcellorum fuit? tu ex illius honore in eos ipsos, qui honorem illi habuerant, supplicia quaerebas? Quid postea? quid tandem tuis statuis fore arbitrabare? an vero id, quod accidit? Nam Tyndaritani statuam istius, quam sibi propter Marcellos altiore etiam basi poni iusserat, deturbarunt, simulac successum isti audierunt. XLII. Dedit igitur tibi

---

1. *commotus* G1 2. — *isti* R3: om. Lg29; *ei* vel *et* dett. — 2. *Mercuri* R. — *ipsi se* G1, λ, R corr.: *ipse se* R pr. m.; *ipse* G2, Ld; *ipsi sese* dett. O. — 4. *tum*] *cum* Lg29. — *ad eum* dett. — 5. *statua G.* R; *statuaque* G1 2. — *iam* om. Lg29. — *obduruisset* dett. — 6. *deposite* Lg29. — 10. *ab sociis* R3: om. Lg29, *a sociis* rell. O. — 11. *est pecul.* -- *positum* om. G1. — *publicum* R λ, G2, Ld.: *publice* dett. — 13. *rerumque* dett. O. — in 15. *violabit* R. — *innocentem in hom.* sic R; *in innoc. in hom.* G3, λ; *in innoc. hom.* dett. O. — 16. *vestrum* R λ: om. G1 2; *nostrum* Ld., dett. O. — *et sing.* R3, λ, Lg29 42: *ac sing.* rell. O. — 19. *qui tum* R. — *quid spectat* Lg29. — 21. *praesidii* R (non *praesidium,* ut est in collat. Haun.); *nihil praesidii* Lagg. — 22. *hoc non* dett. O. — 28. *clientellam* R. — *tam splendidam tam illustris* Lg29; *tam illustrem tam splendidae* dett. O. (*inlustris* R.) — *traducere* R, Ld.: *transducere* rell. O. — 30. *nequitia stult.* R, G1, Lg29: *stult. nequitia* dett. O; *stultitia* om. G2, Ld. — 33. *illi* om. G3, λ (non R). — 34. *arbitrabere* R3. — *vero*] *non* Lg42. — *id* om. G3, λ (non R). — 36. *successum esse isti* Lg29; *decessum istius* Lg42; *secessum istius* Lagg. rell. — *igitur tibi nunc* R: *nunc igitur tibi* G1,

nunc fortuna Siculorum C. Marcellum iudicem, ut cuius ad statuam Siculi te praetore alligabantur, eius † religione te isti devinctum adstrictumque dedamus. 91. Ac primo, iudices, hoc signum Mercurii dicebat iste Tyndaritanos M. Marcello huic Aesernino vendidisse atque hoc sua causa etiam M. Marcellum ipsum sperabat esse dicturum; quod mihi numquam veri simile visum est, adolescentem illo loco natum, patronum Siciliae, nomen suum isti ad translationem criminis commodaturum. Verum tamen ita mihi res tota provisa atque praecauta est, ut, si maxime esset inventus, qui in se suscipere istius culpam crimenque cuperet, tamen is proficere nihil posset. Eos enim deduxi testes et eas litteras deportavi, ut de istius facto dubium esse nemini posset. 92. Publicae litterae sunt deportatum Mercurium esse Messanam sumptu publico: dicent, quanti. Praefuisse huic negotio publice legatum Poleam. Quid? is ubi est? Praesto est: testis est. — Proagori Sopatri iussu. — Quis est hic? Qui ad statuam adstrictus est. Quid? is ubi est? Vidistis hominem et verba eius audistis. Demoliendum curavit Demetrius gymnasiarchus, quod is ei loco praeerat. Quid? hoc nos dicimus? immo vero ipse praesens. Romae nuper ipsum istum esse pollicitum sese id signum legatis esse redditurum, si eius rei testificatio tolleretur cautumque esset eos testimonium non esse dicturos: dixit hoc apud vos Zosippus et Ismenias, homines nobilissimi et principes Tyndaritanae civitatis.

XLIII. 93. Quid? Agrigento nonne eiusdem P. Scipionis monumentum, signum Apollinis pulcherrimum, cuius in femore litteris minutis argenteis nomen Myronis erat inscriptum ex Aesculapii religiosissimo fano sustulisti? Quod quidem, iudices, cum iste clam fecisset, cum ad suum scelus illud furtumque nefarium quosdam homines improbos duces atque adiutores adhibuisset, vehementer commota civitas est. Uno enim tempore Agrigentini beneficium Africani, religionem domesticam, ornamentum urbis, indicium victoriae, testimonium societatis requirebant. Itaque

---

λ; *nunc igitur* G2, Ld.; *igitur nunc* Lg29; *igitur tibi* rell. Lagg. — 2. *religione te isti devinctum adscriptumque dedamus* R3 (*devictum* G3): *religioni te eundem vinctum adstrictumque* (vel *astr.*) *dedamus* dett. O; *religione te istic devinctum adstrictumque videamus* Madvig p. 74. (*videamus* iam Lamb. voluerat); *religione te istis* (i. e. Siculis) *d. adstr. dedamus* Garat. II. et Zumpt.; item Orelli et Halm, sed ille *iisdem*, hic *iis* pro *isti*; *religioni te fideique d. adst. dedamus* Bake p. 27. Cf. Klotz. in Iahn. Ann. l. c. p. 437 sqq. — 3. *Mercuri* R. — 4. *M. Marc.* R3 λ: *C. Marc.* dett. O. — 5. *M.* h. l. om. dett. O. — 6. *uerri simile* R. — *adul.* R. — 8. *res mihi* 7 Lagg. dett. O. — *tota*] *tota provincia* R3. «*Provincia* manifesto ortum est ex seq. *provisa*». GARAT. II. — *praevisa* Lagg. dett. — *uti* dett. O. — 9. *qui in se*] *quin ipse* R. — 10. *testes deduxi* dett. O. — 11. *nemini esse* G1 O. — *possit* Lg29, Halm. Fortasse rectius, quia de re praesenti agitur. cf. §. 101. — 12. *esse Merc.* Lagg. dett. O. — *dicunt* dett. O. — 14. *sopatra* R. — *quid est hic* Lg29. — *is ubi est? Testis est* O, et Lag. 42., a quo tamen supra v. 14. *testis est* abest. — 17. *ei*] *eo* Lg45 48. — 18. *ipsum istum* R G2 Ld. (cf. Klotz. l. l. p. 435. et ad II. §. 170.): *istum ipsum* G1 O; *ipsum* Lagg. — 19. *esse* ante *redditurum* om. R [recte utique]. — 20. *Zosippus* R Ld. Lagg.: *Zosiphus* G1; *Cosphus* G2; *Sosippus* L. cf. II. §. 25. — *Ismenias* Lg29: *Hismenias* R3 O. [habet Lg29 *Isminias*.] — 22. *Agrigenti* de Ern. coni. O. — *non* Lg29. — *P.* om. dett. — 23. *appollinis* R. — *femore* R3 λ (sed R *faemore*): *femine* dett. O. — *litteris* R3 λ: *litterulis* dett. O. — 24. *Aesculapi* R. — 25. *quod quidem* R 4 PARR. Lall. Lg29: *quidquid* λ G2; *quiquid* G1; *qui quod* Ld.; *quod iste* dett., qui deinde *cum clam* habent. — 26. *scelus istud* G1; *sc. istum* G2 Ld. — *nefarium* R3 λ Lg29: *nefarios* dett. — *quodam* R. — 27. *enim* R3 Lg29: *eodem* dett.

ab iis, qui principes in ea civitate erant, praecipitur et negotium datur quaestoribus et aedilibus, ut noctu vigilias agerent ad aedes sacras. Etenim iste Agrigenti (credo propter multitudinem illorum hominum atque virtutem et quod cives Romani, viri fortes atque honesti, permulti in illo oppido coniunctissimo animo cum ipsis Agrigentinis vivunt ac negotiantur) non audebat palam poscere aut tollere quae placebant. 94. Herculis templum est apud Agrigentinos non longe a foro, sane sanctum apud illos et religiosum. Ibi est ex aere simulacrum ipsius Herculis, quo non facile dixerim quidquam me vidisse pulchrius, (tametsi non tam multum in istis rebus intelligo, quam multa vidi,) usque eo, iudices, ut rictum eius ac mentum paulo sit attritius, quod in precibus et gratulationibus non solum id venerari, verum etiam osculari solent. Ad hoc templum, cum esset iste Agrigenti, duce Timarchide repente nocte intempesta servorum armatorum fit concursus atque impetus. Clamor a vigilibus fanique custodibus tollitur. Qui primo cum obsistere ac defendere conarentur, male mulcati clavis ac fustibus repelluntur. Postea convulsis repagulis effractisque valvis demoliri signum ac vectibus labefactare conantur. Interea ex clamore fama tota urbe percrebruit expugnari deos patrios, non hostium adventu necopinato neque repentino praedonum impetu, sed ex domo atque ex cohorte praetoris manum fugitivorum instructam armatamque venisse. 95. Nemo Agrigenti neque aetate tam affecta neque viribus tam infirmis fuit, qui non illa nocte eo nuntio excitatus surrexerit telumque, quod cuique fors offerebat, arripuerit. Itaque brevi tempore ad fanum ex urbe tota concurritur. Horam amplius iam in demoliendo signo permulti homines moliebantur: illud interea nulla lababat ex parte, cum alii vectibus subiectis conarentur commovere, alii deligatum omnibus membris rapere ad se funibus. Ac repente Agrigentini concurrunt: fit magna lapidatio: dant sese in fugam istius praeclari imperatoris nocturni milites. Duo tamen sigilla perparvula tollunt, ne omnino inanes ad istum praedonem religionum revertantur. Numquam tam male est Siculis, quin aliquid facete et commode dicant: velut in hac re aiebant in labores Herculis non minus hunc immanissimum verrem

---

1. *iis* R: *illis* dett. O. — *datur negotium* Lg29. — 2. *aedis* R. — 3. *pro multitudine -- atque virtute* dett. — 4. *ciuis* R. — *fortes ac* (*atque* Lg29) *strenui et honesti* dett. O. — 6. *audiebat* R. — *tollere aut poscere* O. (nullus Lagg.) — 9. *quidquam dixerim* dett. (*quicquam* R, ut semper.) — 10. *rictum* R3 E C, Non. p. 221: *rectum* Lg29; *rictus* dett. — 11. *mentumque* Non. — *atritius* R. — 13. *iste* om. Lg29. — 16. *mulcati* Lg5 29: *multati* E G1 2; *mulcato* R; *mutatu* Ld; *mulctati* dett. — *postea -- conantur* affert Festus p. 281.
con v
Muell. — *convolsis* Lg29 Fest.; *cumuolsis* R (sic). — 17. *etfractisque* R. (pro *ecf.*) — 18. *percrebruit* G1: *percrebuit* R E G2 Lagg. O; *percrepuit* Ld. — 19. *nec opinato* R E, 2 codd. Lbi G2 Ld: *neque op.* G1; om. dett. — 20. *ex coh.* R λ E Ld. Lg29: *ex* om. G1 2 dett.
c
O. — *praetoris* R3 λ: *praetoria* E dett. O. — *amanum* R; *ac manum* G1 2; *ac manu* Ld. [Cum cod. R p. m. sic habeat *praetorisamanum*, iam admodum leve est fundamentum lectionis *praetoris*; quod enim sic legitur in G3, quoniam ex illo codice descripti sunt, nihil omnino valet; cf. III. §. 70. Halm.] — 21. *aetatem tam adfecta* R. — 22. *infirmus* R λ. At cf. I. de Orat. §. 200. — 23. *telum* Lg29. — *sors* G3 Lg29. — 24. *horam* R E Ld. Lg29: *hora* G1 2 dett. — 25. *in moliendo* Lg29. — 26. *labebat* E; *nutabat* om. *nulla* dett. Lagg. — 27. *ac rep.* R3 λ E (Madv. p. 75.): *ac* om. dett. O. — 29. *perparuola* R, Lg29. — 30. *reverterentur* dett. O. — 31. *tantum mali* Lagg. (sed 29 *tam.*) — *uelud in hac re alebant* R.

quam illum aprum Erymanthium referri oportere. XLIV. 96. Hanc virtutem Agrigentinorum imitati sunt Assorini postea, viri fortes et fideles, sed nequaquam ex tam ampla neque tam ex nobili civitate. Chrysas est amnis, qui per Assorinorum agros fluit. Is apud illos habetur deus et religione maxima colitur. Fanum eius est in agro propter ipsam viam, qua Assoro itur Hennam. In eo Chrysae simulacrum est, praeclare factum e marmore. Id iste poscere Assorinos propter singularem eius fani religionem non ausus est: Tlepolemo dat et Hieroni negotium. Illi noctu facta manu armataque veniunt: fores aedis effringunt: aeditui custodesque mature sentiunt: signum, quod erat notum vicinitati, bucina datur: homines ex agris concurrunt: eiicitur fugaturque Tlepolemus: neque quidquam ex fano Chrysae praeter unum perparvulum signum ex aere desideratum est. 97. Matris magnae fanum apud Enguinos est; iam enim mihi non modo breviter de uno quoque dicendum, sed etiam praetereunda videntur esse permulta, ut ad maiora istius et illustriora in hoc genere furta et scelera veniamus. In hoc fano loricas galeasque aeneas, caelatas opere Corinthio, hydriasque grandes, simili in genere atque eadem arte perfectas, idem ille Scipio, vir omnibus rebus praecellentissimus, posuerat et suum nomen inscripserat. Quid iam de isto plura dicam aut querar? Omnia illa, iudices, abstulit: nihil in religiosissimo fano praeter vestigia violatae religionis nomenque P. Scipionis reliquit. Hostium spolia, monumenta imperatorum, decora atque ornamenta fanorum posthac his praeclaris nominibus amissis in instrumento atque in supellectile Verris nominabuntur. 98. Tu videlicet solus vasis Corinthiis delectaris? tu illius aeris temperationem, tu operum lineamenta sollertissime perspicis? haec Scipio ille non intelligebat, homo doctissimus atque humanissimus? tu sine ulla bona arte, sine humanitate, sine ingenio, sine litteris intelligis et iudicas? Vide, ne ille non solum temperantia, sed etiam intelligentia te atque istos, qui se elegantes dici volunt, vicerit. Nam quia, quam pulchra essent, intelligebat, idcirco existimabat ea non ad hominum luxuriem, sed ad ornatum fanorum atque oppidorum esse facta, ut posteris nostris monumenta religiosa esse videantur.

---

1. *aprum Erym.*] cf. Quint. VI. 3, 55. (*erymanthum* R.) — 3. *neque ex tam* G2 Ld. Lg29 48. — 4. *assyrinorum* R. — 5. *fanus* R. — *prope* G1. — 6. *adsoro* R. — *Hennam* Lg29: *Ennam* R O. — *est simul.* dett. O. — 8. *depolemo* R. — *Hieronique* Lg29 O; *Hieroni* om. *et* 7 Lagg. — 9. *armataque* codd.: *armatique* Victor. Ern.; notum est illud praetoris interdictum «*de hominibus coactis armatisque*» ex orat. p. Caec. c. 21. — *aeditimi* Gell. XII. 10. (*editui* R.) — 10. *in vicinitate* Lg42. — *bucina* R: *buccina* O. — 13. *Eguinos* R E G1 Ld; *Inguinos* Lagg. — 14. *non modo br. mihi* G3. — *dicendum* R3 E: *dic. est* dett. O. — *sed et* G3. — 15. *inlust.* R. — 17. *grandissimi hii in g.* R; *grandissimas hii in g.* G1; *grandissimas in g.* E; *gravissimas hii in g.* G2 Ld; *grandis simili genere* λ. Eiusmodi miros errores librariorum ad codicum originem atque cognationem perspiciendam afferimus. — 18. *in eadem arte* G1 2. — *Scipio* R3 E: *P. Scipio* dett. O. — 19. *scripserat* R3, E λ. — 20. *queror* Lg29. — 22. *reliquid* R. — 23. *fanorum*] *fano P.* R. — *post haec* R3, E λ. cf. Hand. T. IV. p. 507. — 24. *atque in supellectile* R λ G2 al.: *in* om. G1 Ld. Lg29; *ac supellectili* dett. O; *atque in supellectilibus* E. — *Verris* R G1 2: *vestris* E; *C. Verris* λ Ld. dett. O. prob. Madv. Op. I. p. 362, Krarupii collatione codicis Reg. confisus; quae quam parum accurata sit, in Commentatione nostra de codd. libr. IV. et V. demonstravimus. — *numerabuntur* O contra codd. notos. — 25. *Corinthis* R. — *liniamenta* R et Lagg. — 26. *ditissimus atque honestissimus* Lg29. — 27. *bona* om. idem. — 29. *elegantis* R p. m. — 30. *quia* om. dett.

XLV. 99. Audite etiam singularem eius, iudices, cupiditatem, audaciam, amentiam in iis praesertim sacris polluendis, quae non modo manibus attingi, sed ne cogitatione quidem violari fas fuit. Sacrarium Cereris est apud Catinenses eadem religione, qua Romae, qua in ceteris locis, qua prope in toto orbe terrarum. In eo sacrario intimo signum fuit Cereris perantiquum, quod viri non modo cuius modi esset, sed ne esse quidem sciebant. Aditus enim in id sacrarium non est viris: sacra per mulieres ac virgines confici solent. Hoc signum noctu clam istius servi ex illo religiosissimo atque antiquissimo loco sustulerunt. Postridie sacerdotes Cereris atque illius fani antistitae, maiores natu, probatae ac nobiles mulieres, rem ad magistratus suos deferunt. Omnibus acerbum, indignum, luctuosum denique videbatur. 100. Tum iste permotus illa atrocitate negotii, ut ab se sceleris illius suspicio demoveretur, dat hospiti suo cuidam negotium, ut aliquem reperiret, quem illud fecisse insimularet, daretque operam, ut is eo crimine damnaretur, ne ipse esset in crimine. Res non procrastinatur. Nam cum iste Catina profectus esset, servi cuiusdam nomen defertur. Is accusatur: ficti testes in eum dantur: rem cunctus senatus Catinensium legibus iudicabat. Sacerdotes vocantur: ex iis quaeritur secreto in curia, quid esse factum arbitrarentur, quem ad modum signum esset ablatum. Respondent illae praetoris in eo loco servos esse visos. Res, quae esset iam antea non obscura, sacerdotum testimonio perspicua esse coepit. Itur in consilium: servus ille innocens omnibus sententiis absolvitur, quo facilius vos hunc omnibus sententiis condemnare possitis. 101. Quid enim postulas, Verres? quid speras? quid exspectas? quem tibi aut deum aut hominem auxilio futurum putas? Eone tu servos ad spoliandum fanum immittere ausus es, quo liberos adire ne orandi quidem causa fas erat? iisne rebus manus afferre non dubitasti, a quibus etiam oculos cohibere te religionum iura cogebant? Tametsi ne oculis quidem captus in hanc fraudem tam sceleratam ac tam nefariam decidisti: nam id concupisti, quod numquam videras; id, inquam, adamasti, quod antea non adspexeras. Auribus tu tantam cupiditatem concepisti, (ut eam non metus, non religio, non deorum vis, non hominum existimatio contineret.) 102. At ex bono viro credo

2. *in iis* L: *in his* R, cett. — 3. *quidem* om. Lagg. omnes. — 5. *toto in* Lgg. — *urbe* R pr. m. — *intumo* Lg29. — *fuit signum* dett. O. — 6. *perantiqum* R, *v* superscripta. — *nec esse* E. — 9. *loco* R3 E: *fano* dett. O. — 10. *antistitae* Lg1 45 48. Gell. XIII. 19. Prisc. I. p. 183. Charis. p. 56. Lind.: *antistatae* R λ; *antistes* E G1 2; *antist.* (sic) Ld; *antistites* rell. Lagg. — 11. *magistratos* R. — 12. *ille* Lg29. — 13. *illius* R3 λ E: *istius* dett. O. — *suspitio* R. — *demov.* E, Lg29 et R m. p.: *dimov.* R corr. λ G3; *remov.* dett. — 14. *repperiret* R. — *illud* R3, E: *ea* dett. O. — 15. *insumularet* R pr. m. — 16. *Catina* R3 E, 3 Parr. Lall.: *Catinam* dett. — 18. *iudicat* dett. O. — 19. *iis* R: *his* O. — *quid esse - - ablatum* R3 λ E: *quid esset f., quemadm. arb. s. esse abl.* dett. O. — 21. *in illo loco* Lagg. — *iam* om. dett. — 23. *omn. sent. innocens* λ G3. — 24. *possitis* R E Lg5: *possetis* rell. O. — 25. *quid exspectas* E Lg29 (cf. §. 17: *Quid sedes? quid exspectas?* III. §. 194. *Quid sedes, quid exspectas, quid defendis?* II. §. 140.): *quid spectas* R3; *spectas* om. *quid* 7 Lagg. dett. [de quibus falsa refert Z.] Similiter turbatum est V. §. 10. — *deum - - putas* R3 E (*deum aut hominem* ex λ affertur): *deorum aut hominum aux. putas fut.* dett. O. — 26. *inmittere* R. — 27. *quo*] *co* R p. m., *cū* corr. — *ornandi* R Lg29. — *iisne*] *hisne* R al. O. — 28. *adferre* R. — 31. *aspexeras* R. — 33. *ex bono - - audieras* R λ G2 Ld.: *ex viro bono audieras credo* dett. O (sed *credo aud.* Lg29); *credo - - ne ex viro* om. G1.

audieras et bono auctore. Qui id potes, qui ne ex viro quidem audire potueris? Audisti igitur ex muliere, quoniam id viri nec vidisse neque nosse poterant. Qualem porro illam feminam fuisse putatis, iudices, quam pudicam, quae cum Verre loqueretur? quam religiosam, quae sacrarii spoliandi rationem ostenderet? An minime mirum, quae sacra per summam castimoniam virorum ac mulierum fiant, eadem per istius stuprum ac flagitium esse violata? XLVI. Quid ergo? hoc solum auditione expetere coepit, cum id ipse non vidisset? Immo vero alia complura: ex quibus eligam spoliationem nobilissimi atque antiquissimi fani, de qua priore actione testes dicere audistis. Nunc eadem illa, quaeso, audite et diligenter, sicut adhuc fecistis, attendite. 103. Insula est Melita, iudices, satis lato a Sicilia mari periculosoque diiuncta: in qua est eodem nomine oppidum, quo iste numquam accessit, quod tamen isti textrinum per triennium ad muliebrem vestem conficiendam fuit. Ab eo oppido non longe in promontorio fanum est Iunonis antiquum, quod tanta religione semper fuit, ut non modo illis Punicis bellis, quae in his fere locis navali copia gesta atque versata sunt, sed etiam hac praedonum multitudine semper inviolatum sanctumque fuerit. Quin etiam hoc memoriae proditum est, classe quondam Masinissae regis ad eum locum appulsa praefectum regium dentes eburneos incredibili magnitudine e fano sustulisse et eos in Africam portasse Masinissaeque donasse. Regem primo delectatum esse munere: post, ubi audisset, unde essent, statim certos homines in quinqueremi misisse, qui eos dentes reponerent. Itaque in iis scriptum litteris Punicis fuit: REGEM MASINISSAM IMPRVDENTEM ACCEPISSE: RE COGNITA REPORTANDOS CVRASSE. Erat praeterea magna vis eboris, multa ornamenta, in quibus eburneae Victoriae, antiquo opere ac summa arte perfectae. 104. Haec iste omnia, ne multis morer, uno impetu atque uno nuntio per servos Venerios, quos eius rei causa miserat, tollenda atque asportanda curavit. XLVII. Pro di immortales! quem ego hominem accuso? quem legibus aut iudiciali iure persequor? de quo

---

1. *potest* dett. — 2. *nec vid.* R G2 Ld.: *ac vid.* G1; *neque vid.* dett. O. — 3. *illam* om. λ G3. — *putastis* R3 et Lg29, qui habet *putastis fuisse*. — 5. *sacri* Lg29; *sacrarium* rell. Lagg. — *rat. ost.* codd. noti: *ost. rat.* O. — *an* R3 (Madv. p. 76.): *ac* Lg29; *at* dett. O. [est deinde in Lg29 solo ex notis: *minime est mirum,* recte, ut videtur.] — 6. *virginum ac mul.* de Hotomani coni. O. — *fiant*] *erant* Lagg. — 8. *complura* codd.: *compluria* Prisc. I. p. 342. *(conplura* R.) — 9. *unam eligam* cod. Urs. et Lg29. — 10. *testes* om. Lg29. — 12. *ab Sic.* dett. cf. ad Div. §. 28. — *diiuncta* R m. p.: *disiuncta* O et R m. 2. corr. — 14. *vestem*] *uestrum* R p. m. — 15. *promunturio* R; *promuntorio* Lg29 et 5 alii. — 17. *copia*] *proelio* dett. Garat. II. conf. Tac. Ann. IV. 56. *missa navali copia* et Cort. ad Sall. Catil. 56. — *hac* R Ld.: om. G1 2; *in hac* dett. At cf. Ellendt. ad Cic. de Orat. Vol. II. p. 162. — 18. *semper fuerit inv. sanct.* G3. — 19. *Massanissae* (ter) L. cf. Osann. ad Rep. VI. p. 360.; *Massinissae* G1 Lg29. — 20. *adpulsa* R. — 21. *in* om. Lagg. — *regem quidem* dett. O. — 23. *certis homines im q.* R. — *reponerent* R3 λ Lg29: *reportarent* dett. O. — 24. *iis* R: *his* O. — *scriptum* R G1 2 Lg48: *inscriptum* Ld. dett. O. — *inprudentem* R. — 25. *reportandos* G3 λ: *reportandosquae* R, corr. *in reportandosq;* (sic); *reponendos restituendosque* dett. O. [Videtur scribendum esse: *reportandos reponendosque.* Cum enim in R sit *reportandosquae,* verisimilius est librarii oculos ab altero gerundivo ad alterum aberrasse, quam *quae* s. *que* negligentia aut interpolatione additum esse. Eadem ratione peccavit librarius cod. R IV. §. 23. et 140. HALM.] — 28. *impetu atque uno* om. Lagg. — 29. *di* R: *dii* O. — 30. *lege* Lg29. — *aut* R3, λ: *ac* dett. O. — *iudiciali* codd. (sed R sic: *iudicialia iure)*: *legibus ac iure* de coni. Ern. Probabiliter! Idem postea probavit Madv. Op. I. p. 344., cum antea in Ep. p. 47. *legibus ac iudicio* suspi-

vos sententiam per tabellam feretis? Dicunt legati Melitenses publice spoliatum templum esse Iunonis, nihil istum in religiosissimo fano reliquisse, quem in locum classes hostium saepe accesserint, ubi piratae fere quotannis hiemare soleant; quod neque praedo violarit ante neque umquam hostis attigerit, id ab uno isto sic spoliatum esse, ut nihil omnino sit relictum. Hic nunc iste reus aut ego accusator aut hoc iudicium appellabitur? criminibus enim coarguitur aut suspicionibus in iudicium vocatur! Di ablati, fana vexata, nudatae urbes reperiuntur: earum autem rerum nullam sibi iste neque infitiandi rationem neque defendendi facultatem reliquit: omnibus in rebus coarguitur a me, convincitur a testibus, urgetur confessione sua, manifestis in maleficiis tenetur, et manet etiam ac tacitus facta mecum sua recognoscit.

105. Nimium mihi diu videor in uno genere versari criminum. Sentio, iudices, occurrendum esse satietati aurium animorumque vestrorum. Quam ob rem multa praetermittam: ad ea autem, quae dicturus sum, reficite vos, quaeso, iudices, per deos immortales! eos ipsos, de quorum religione iam diu dicimus, dum id eius facinus commemoro et profero, quo provincia tota commota est. De quo si paulo altius ordiri ac repetere memoriam religionis videbor, ignoscite: rei magnitudo me breviter perstringere atrocitatem criminis non sinit. XLVIII. 106. Vetus est haec opinio, iudices, quae constat ex antiquissimis Graecorum litteris ac monumentis insulam Siciliam totam esse Cereri et Liberae consecratam. Hoc cum ceterae gentes sic arbitrantur, tum ipsis Siculis ita persuasum est, ut in animis eorum insitum atque innatum esse videatur. Nam et natas esse has in his locis deas et fruges in ea terra primum repertas esse arbitrantur et raptam esse Liberam, quam eandem Proserpinam vocant, ex Hennensium nemore; qui locus, quod in media est insula situs, umbilicus Siciliae nominatur. Quam cum investigare et conquirere Ceres vellet, dicitur inflammasse taedas iis ignibus, qui ex Aetnae vertice erumpunt; quas sibi cum ipsa praeferret, orbem omnem peragrasse terrarum. 107. Henna autem, ubi ea, quae dico, gesta esse memorantur, est loco perexcelso atque edito, quo in summo est aequata agri planities et aquae perennes; tota vero ab omni aditu circumcisa atque directa

---

catus esset. Adde Bake p. 31. — 2. *esse templum* Lg29. — 3. *accesserant* Lg42; *accesserunt* rell. Lagg. — 4. *quodannis* R pr. m. — *solebant* Lagg. praeter 29. — *violarit* R, Ld.: *violaverit* G1, Lagg; *violavit* G2. — *ante* G3, λ: *antae* sic R [est igitur lectio *ante* admodum infirma]; *antea* codd. rell. O. — 5. *umquam* om. dett. — *attingerit* R. — 6. *hinc* Lg29. — *nunc aut iste* dett. O. [*aut* abest etiam a Lagg., quod Zumpt. omisit.] — 7. *haud susp*. Franc. (*suspit*. R.) — 8. *di* R: *dii* O. — *repper*. R. — 9. *inficiandi* R. — 11. *a* ante *test*. om. Lg29. — 12. *tacitas* sic R. — 16. *immortalis* R. — *eos* R3: *per deos* Lg29; *per eos* dett. O. — 18. *exordiar* Lg14 45 48; *ordiar* rell. Lagg. — 19. *praestringere* R. — 21. *iudices* om. dett. — *atque monum*. Ld. dett. O.— 23. *arbitrentur* λ. — *ita* R3: *tam* dett. O. — 24. *in animis* R3 λ: *in* om. dett. O. — 25. *iis* Or. 2. — *repertas esse* R3 λ: *esse* om. dett. O. — 27. *henensium* R; *Ennensium* O. — 29. *iis* R pr. m.: *his* R sup. lin., Lg29; *ex iis* (*his*) Lagg. rell. — *Aethnae* R. — 30. *proferret* Lg29. — *orbem omnem* R λ: *omnem orbem* G3; *orbem omnium* dett. — 31. *Henna* R, Lg29: *Enna* O. — 32. *perexcelso* R, G1 2 (v. Madv. p. 77.): *praeexc*. Ld.; *praecelso* dett. O. — 33. *perennes* R, alii: *peremnes* O. — *directa* R3, λ, Lg29 (v. Madv. p. 78.): *direpta* dett.; *dirempta* O cum Victorio; *derupta* coni. Bake coll. Liv. XXI. 33, 7. XXXVII. 39, 11. Garatoni (II.) confert Parei Lex. crit. p. 364., qui voce *directa* difficilem adscensum et arduum significari dicit. Cf. Klotz. Lex. s. v. et Turnebi Advers. VIII. 12.

est. Quam circa lacus lucique sunt plurimi atque laetissimi flores omni tempore anni, locus ut ipse raptum illum virginis, quem iam a pueris accepimus, declarare videatur. Etenim prope est spelunca quaedam, conversa ad aquilonem, infinita altitudine, qua Ditem patrem ferunt repente cum curru exstitisse abreptamque ex eo loco virginem secum asportasse et subito non longe a Syracusis penetrasse sub terras lacumque in eo loco repente exstitisse, ubi usque ad hoc tempus Syracusani festos dies anniversarios agunt celeberrimo virorum mulierumque conventu. XLIX. Propter huius opinionis vetustatem, quod horum in his locis vestigia ac prope incunabula reperiuntur deorum, mira quaedam tota Sicilia privatim ac publice religio est Cereris Hennensis. Etenim multa saepe prodigia vim eius numenque declarant: multis saepe in difficillimis rebus praesens auxilium eius oblatum est, ut haec insula ab ea non solum diligi, sed etiam incoli custodirique videatur. 108. Nec solum Siculi, verum etiam ceterae gentes nationesque Hennensem Cererem maxime colunt. Etenim si Atheniensium sacra summa cupiditate expetuntur, ad quos Ceres in illo errore venisse dicitur frugesque attulisse: quantam esse religionem convenit eorum, apud quos eam natam esse et fruges invenisse constat? Itaque apud patres nostros atroci ac difficili rei publicae tempore, cum Ti. Graccho occiso magnorum periculorum metus ex ostentis portenderetur, P. Mucio L. Calpurnio consulibus aditum est ad libros Sibyllinos, ex quibus inventum est CERERREM ANTIQVISSIMAM PLACARI OPORTERE. Tum ex amplissimo collegio decemvirali sacerdotes populi Romani, cum esset in urbe nostra Cereris pulcherrimum et magnificentissimum templum, tamen usque Hennam profecti sunt. Tanta erat enim auctoritas et vetustas illius religionis, ut, cum illuc irent, non ad aedem Cereris, sed ad ipsam Cererem proficisci viderentur. 109. Non obtundam diutius; etenim iam dudum vereor, ne oratio mea aliena ab iudiciorum ratione et a quotidiana dicendi consuetudine esse videatur. Hoc dico, hanc ipsam Cererem, antiquissimam, religiosissimam, principem omnium sacrorum, quae apud omnes gentes nationesque fiunt, a C. Verre ex suis templis ac sedibus esse sublatam. Qui accessistis Hennam, vidistis simulacrum Cereris e marmore et in altero templo Liberae. Sunt ea perampla atque praeclara, sed non ita antiqua. Ex aere fuit quoddam modica amplitudine ac singulari opere cum facibus, perantiquum, omnium illorum, quae sunt in eo fano, multo

1. *atque* R3, λ: *et* dett. O. — *laetissimi* cod. Turnebi et Lg29 [de quo sine causa Zumpt. dubitavit]: *latissimi* R3, λ; *lectissimi* dett. — 3. *prope* R3, λ: *propter* Lg29 42; *propter eam* 6 Lagg. rell. (a quibus deinde vv. *est spelunca -- altitudine qua* absunt.) Cf. Hand. Tursell. IV. p. 609. Halm ad or. Pompei. §. 13. 16.— 4. *ex qua* L.— 5. et 7. *extitisse* R. (*astitisse* priore loco Lg29.) — 6. *ab Syrac.* Lg29. — 9. *horum* R3: *eorum* dett. O.— *hiis* sic R; *iis* Halm, quo non est opus. [Vid. p. 363, v. 25.] Pronominis enim eiusdem formas sic componere solet Cicero; cf. III. §. 37. 186. IV. §. 106. — 10. *repper.* R. — 11. *henensis* R, item v. 15. — 12. *declararunt* coni. Benedict. — 19. *frugem* Lagg. dett.— 20. *Tiberio* R. — 21. *Mutio* R. — *L.* om. Lagg. praeter 27. — 22. *sibillinos* R. — *ex* R3, Lg29: *a* dett., om. O. — 24. *Cereris* om. Lagg. — 25. *Hennam* R, Lg29: *Ennam* O. — 26. *erat enim* R: *enim erat* G3, dett. O. — 27. *sed ipsam* Lg29. — 28. *optundam* R. — *diutius* R3, C, 3 codd. Lamb. (v. Madv. p. 32.): *diutius aures vestras* dett. O. [etiam Lg29, de quo apud Zumpt. erratum est.] — *etenim* om. Lagg. praeter 29, O. — *iam diu* Lg29. — 29. *et a* R3, λ: *a* om. dett. O. — *cottidiana* R.

antiquissimum. Id sustulit, ac tamen eo contentus non fuit. 110. Ante aedem Cereris in aperto ac propatulo loco signa duo sunt, Cereris unum, alterum Triptolemi, pulcherrima ac perampla. Pulchritudo periculo, amplitudo saluti fuit, quod eorum demolitio atque asportatio perdifficilis videbatur. Insistebat in manu Cereris dextra grande simulacrum pulcherrime factum Victoriae. Hoc iste e signo Cereris avellendum asportandumque curavit. L. Qui tandem istius animus est nunc in recordatione scelerum suorum, cum ego ipse in commemoratione eorum non solum animo commovear, verum etiam corpore perhorrescam? Venit enim mihi fani, loci, religionis illius in mentem: versantur ante oculos omnia: dies ille, quo, ego Hennam cum venissem, praesto mihi sacerdotes Cereris cum infulis ac verbenis fuerunt: contio conventusque civium, in quo ego cum loquerer, tanti gemitus fletusque fiebant, ut acerbissimus tota urbe luctus versari videretur. 111. Non illi decumarum imperia, non bonorum direptiones, non iniqua iudicia, non importunas istius libidines, non vim, non contumelias, quibus vexati oppressique erant, conquerebantur: Cereris numen, sacrorum vetustatem, fani religionem istius sceleratissimi atque audacissimi supplicio expiari volebant: omnia se cetera pati ac negligere dicebant. Hic dolor erat tantus, ut Verres alter Orcus venisse Hennam et non Proserpinam asportasse, sed ipsam abripuisse Cererem videretur. Etenim urbs illa non urbs videtur, sed fanum Cereris esse: habitare apud sese Cererem Hennenses arbitrantur, ut mihi non cives illius civitatis, sed omnes sacerdotes, omnes accolae atque antistites Cereris esse videantur. 112. Henna tu simulacrum Cereris tollere audebas? Henna tu de manu Cereris Victoriam eripere et deam deae detrahere conatus es? quorum nihil violare, nihil attingere ausi sunt, in quibus erant omnia, quae sceleri propiora sunt quam religioni. Tenuerunt enim P. Popillio P. Rupilio consulibus illum locum servi, fugitivi, barbari, hostes; sed neque tam servi illi dominorum, quam tu libidinum; neque tam fugitivi illi ab dominis, quam tu ab iure et ab legibus; neque tam barbari lingua et natione illi, quam tu natura et moribus; neque tam illi hostes hominibus, quam tu dis immortalibus. Quae deprecatio est igitur ei reliqua, qui indignitate servos, temeritate fugitivos, scelere barbaros, crudelitate hostes vicerit? LI. 113. Audistis Theodorum et Numenium et Nicasionem, legatos Hennenses, publice dicere

---

1. *ac tamen* R, G2, Ld, 3 Lagg.: *et tamen* G1; *attamen* dett. — 2. *et propatulo* Lg27 29. — 3. *et pulch. et perampla* dett. O. — *pulchritudo* R3: *his pulchritudo* dett. O. — 5. *destra* R pr. m. — *grande* om. dett. O. — 7. *recordatione* R3 E, 2 codd. Lbi: *recognitione* dett. O. — 11. *ille, cum ego H. v.* R3; *ille quo cum ego H. v.* al. in marg. 1584. et sic Klotz. — *dies ille -- contio* om. E. — 12. *contio* R: *concio* O. — 13. *gem. fletusque* R3, E λ: *fletus gemitusque* dett. Mart. Cap. p. 517. Gr. (444 Kopp.) O. «Hic Cicero Catonem imitatur ap. Gell. X. 3.» GARAT. II. — 15. *importunas* R3, λ (*inoportunas* R): *importunissimas* dett. O. — 16. *vexati* R3 λ: *operti* dett. O. — 19. *neglegere* R. — *Verres* om. Serv. ad Aen. VI. 273. unde suspicatur glossam esse Garat. II. — 22. *apud se* Lg29. — 23. *omnis* R p. m. — 24. *antestites* R p. m. corr. eadem. — *Henna* R3, λ: *Ennae* dett. [sine *tu*, ut videtur.] — 25. *eripere* R3, codd. Lbi: *deripere* Lagg. praeter 45, O; *diripere* Lg45. — 28. *enim* om. Lg29. — *P. Pupillo P. Rutilio* R; *P. Pupillo P. Rupilo* Lg29. — 30. *ab dom.* R: *a dom.* rell., Arus. M. p. 232., O. — *ab iure* R3, λ, 6 Lagg., Arus.: *a iure* Lg27 29 O. — *ab legibus* R3 λ: *a leg.* Arus. M. dett. O. — 32. *illi tam* Lagg. dett., O. — *dis* R: *diis* O. — 33. *temerit. fugit.* om. Lagg. praeter 29. — 35. *Numinium* Lagg. dett. — *Hennensis* R p. m.

sese a suis civibus haec habere mandata, ut ad Verrem adirent et eum simulacrum Cereris et Victoriae reposcerent: id si impetrassent, tum ut morem veterem Hennensium conservarent; publice in eum, tametsi vexasset Siciliam, tamen, quoniam haec a maioribus instituta accepissent, testimonium ne quod dicerent; sin autem ea non reddidisset, tum ut in iudicio adessent, tum ut de eius iniuriis iudices docerent, sed maxime de religione quererentur. Quas illorum querimonias nolite, per deos immortales! aspernari, nolite contemnere ac negligere, iudices. (Aguntur iniuriae sociorum, agitur vis legum, agitur existimatio veritasque iudiciorum.) Quae sunt omnia permagna, verum illud maximum: tanta religione obstricta tota provincia est, tanta superstitio ex istius facto mentes omnium Siculorum occupavit, ut, quaecumque accidant publice privatimque incommoda, propter eam causam sceleris istius evenire videantur. 114. Audistis Centuripinos, Agyrinenses, Catinenses, Aetnenses, Herbitenses compluresque alios publice (dicere, quae solitudo esset in agris, quae vastitas, quae fuga aratorum, quam deserta, quam inculta, quam relicta omnia.) Ea tametsi multis istius et variis iniuriis acciderunt, tamen haec una causa in opinione Siculorum plurimum valet, quod Cerere violata omnes cultus fructusque Cereris in iis locis interisse arbitrantur. Medemini religioni sociorum, iudices: conservate vestram. Neque enim haec externa vobis est religio neque aliena. Quod si esset, si suscipere eam nolletis: tamen in eo, qui violasset, sancire vos velle oporteret. 115. Nunc vero in communi omnium gentium religione inque iis sacris, quae maiores nostri ab exteris nationibus adscita atque arcessita coluerunt — quae sacra, ut erant re vera, sic appellari Graeca voluerunt —, negligentes ac dissoluti si cupiamus esse, qui possumus?

LII. Unius etiam urbis, omnium pulcherrimae atque ornatissimae, Syracusarum direptionem commemorabo et in medium proferam, iudices, ut aliquando totam huius generis orationem concludam atque definiam. Nemo fere vestrum est, quin, quem ad modum captae sint a M. Marcello Syracusae, saepe audierit, nonnumquam etiam in annalibus legerit. Conferte hanc pacem cum illo bello, huius praetoris adventum cum illius imperatoris victoria, huius cohortem impuram cum illius exercitu invicto, huius libidines cum illius continentia: ab illo, qui cepit, conditas, ab

---

1. *haec* om. G3 λ (non R). — *ad* om. Klotz. — 2. *inpetr*. R. — 3. *iametsi* R. — 4. *instituta* R3, λ, Lg29: *constituta* Lagg. dett. O. — 5. *tum et* R. — *in* om. dett. O. — 6. *uti de* dett. O. — *multo maxime* dett. O. — 7. *quaererentur -- quaerimonias* R. — 8. *inmort*. R. — *contempnere ac neglegere* R. — 9. *ius legum* Ld., Lagg. praeter 42. — *severitasque* coni. Zumpt. At cf. ad III. §. 162. Halm. ad h. l. in ed. Lips. — 12. *quaecunque* O (non R). — *accedant* R. — 13. *privatim* Lg29; *vel privatim* dett. O. — *sceleris* R3, λ (v. Madv. p. 79. Bake p. 32.): *scelere* dett. O. — 14. *Agrinenses* R. — *Aetnenses Herbit*. R: *Ennenses Herb*. λ, G1; *Aetnenses* om. G2, Ld., Lg29; *Herbit. Ethenenses* 6 Lagg.; *Herb. Ennenses* O. Cf. Madv. p. 81. — 15. *complures* dett. O. — *in agris esset* G3, λ. — 16. *quam inculta. quam deserta q. relicta. ea omnia tametsi* Lg29. — 17. *istius multis* Lagg. dett. O. — *et variis* om. Lg29. — 19. *omnis* R. — *iis* R: *his* dett. O. — 20. *interisse* R, G2, Lg29: *interiisse* Ld., dett., O; *vacasse* G1. — 21. *vestram auctoritatem neque* dett. — *nobis* G1. — *est religio* R3, λ: *est* om. Lg14 29, O; *rel. est* Lagg. rell. Cf. Madv. p. 82. — 24. *inque iis* R: *in hiisque* G2 Ld.; *inque his* dett. O. — *atscita* R, corr. in *asscita*. — 25. *accersita* Lg42; *accersa* R3, Lg29; *accessa* Lgg. rell. — *voluerunt* Lagg. dett. — 26. *neglegentes* R. — 30. *rationem* Lagg. — *ac* dett. O.

hoc, qui constitutas accepit, captas dicetis Syracusas. 116. Ac iam illa omitto, quae disperse a me multis in locis dicentur ac dicta sunt: forum Syracusanorum, quod introitu Marcelli purum caede servatum est, id adventu Verris Siculorum innocentium sanguine redundasse: portum Syracusanorum, qui tum et nostris classibus et Karthaginiensium clausus fuisset, eum isto praetore Cilicum myoparoni praedonibusque patuisse. Mitto adhibitam vim ingenuis, matres familias violatas, quae tum in urbe capta commissa non sunt neque odio hostili neque licentia militari neque more belli neque iure victoriae; mitto, inquam, haec omnia, quae ab isto per triennium perfecta sunt: ea, quae coniuncta cum illis rebus sunt, de quibus antea dixi, cognoscite. 117. Urbem Syracusas maximam esse Graecarum, pulcherrimam omnium, saepe audistis. Est, iudices, ita, ut dicitur. Nam et situ est cum munito, tum ex omni aditu vel terra vel mari praeclaro ad adspectum, et portus habet prope in aedificatione adspectuque urbis inclusos; qui cum diversos inter se aditus habeant, in exitu coniunguntur et confluunt. Eorum coniunctione pars oppidi, quae appellatur Insula, mari disiuncta angusto, ponte rursus adiungitur et continetur. LIII. 118. Ea tanta est urbs, ut ex quattuor urbibus maximis constare dicatur; quarum una est ea, quam dixi, Insula, quae duobus portibus cincta, in utriusque portus ostium aditumque proiecta est; in qua domus est, quae Hieronis regis fuit, qua praetores uti solent. In ea sunt aedes sacrae complures, sed duae, quae longe ceteris antecellant, Dianae, et altera, quae fuit ante istius adventum ornatissima, Minervae. In hac insula extrema est fons aquae dulcis, cui nomen Arethusa est, incredibili magnitudine, plenissimus piscium, qui fluctu totus operiretur, nisi munitione ac mole lapidum diiunctus esset a mari. 119. Altera autem est urbs Syracusis, cui nomen Achradina est; in qua forum maximum, pulcherrimae porticus, ornatissimum prytanium, amplissima est curia templumque egregium Iovis Olympii ceteraeque urbis partes, quae, una via lata perpetua multisque transversis divisae, privatis aedificiis continentur. Tertia est urbs, quae, quod in ea parte Fortunae fanum antiquum fuit, Tycha nominata est: in qua gymnasium amplissimum est et complures aedes sacrae, coliturque ea pars et habitatur frequentissime. Quarta autem est, quae quia postrema coaedificata est, Neapolis nominatur; quam ad summam theatrum

1. *Ac*] *nunc* 6 Lagg. — 2. *in* om. dett. O. — 3. *in introitu* G3, λ. — *purum caede* R3 C λ: *purum a caede* O; *a plurima caede* Lagg. (sed 29 sine *a*.) — 5. *Kartaginensium* R. — 8. *in* om. dett. — 9. *iurei* sic R. — 12. *Graecarum pulcherrimam* R3, E: *Graec. urbium pulcherrimamque* dett. O. Cf. Madv. p. 32. — 13. *cum munito tum* Lg29: *communito tum* Lagg. rell.; *communi totum* R3. — 14. *aspectum* R. (item v. seq.) — 17. *rursum* dett. O. — 18. *ea*] *et* E, Lg29. — *quottuor* R pr. m. — 20. *portibus* R E G2 λ, Lg1 29: *portubus* rell. O. — 21. *porrecta* E. — *regis Hieronis* dett. O. — 23. *antecellant* R E Lg29: *antecedant* G2, Ld.; *antecedunt* G1; *antecellunt* dett. O. — *Dianae* R E G2 Ld.: *una Dianae* G1; *D. una* dett. O. — *et altera* om. G2, Ld. — 26. *diiunctus esset a m.* R3, λ (sed *disi.* G3, λ): *a m. disiunctus esset* rell. O. — 29. *prytaneum* dett. O. — *egregius* R. — 30. *olimpii caeteraeque* R. — *quae* R3, E λ: om. dett. O. — *lata via* dett. O. — 31. *aedificis* R pr. m. — 32. *parte fori unum fanum* Lg29 et 3 alii. — *Tyche* Lagg. — 33. *qua* R3, E λ: *qua et* dett. O. — 34. *est quae* R3, E λ: *est urbs quae* rell. O. — 35. *coaedif.* R E G2 Ld.: *aedif.* G1, dett. O. Cf. Madv. p. 82. — *ad*] *ab* R. — *theatrum est* dett. O.

maximum, praeterea duo templa sunt egregia, Cereris unum, alterum Liberae, signumque Apollinis, qui Temenites vocatur, pulcherrimum et maximum, quod iste si portare potuisset, non dubitasset auferre. LIV. 120. Nunc ad Marcellum revertar, ne haec a me sine causa commemorata esse videantur: qui cum tam praeclaram urbem vi copiisque cepisset, non putavit ad laudem populi Romani hoc pertinere, hanc pulchritudinem, ex qua praesertim periculi nihil ostenderetur, delere et exstinguere. Itaque aedificiis omnibus, publicis privatis, sacris profanis, sic pepercit, quasi ad ea defendenda cum exercitu, non oppugnanda venisset. In ornatu urbis habuit victoriae rationem, habuit humanitatis. Victoriae putabat esse multa Romam deportare, quae ornamento urbi esse possent: humanitatis, non plane exspoliare urbem, praesertim quam conservare voluisset. 121. In hac partitione ornatus non plus victoria Marcelli populo Romano appetivit, quam humanitas Syracusanis reservavit. Romam quae apportata sunt, ad aedem Honoris et Virtutis itemque aliis in locis videmus. Nihil in aedibus, nihil in hortis posuit, nihil in suburbano: putavit, si urbis ornamenta domum suam non contulisset, domum suam ornamento urbi futuram. Syracusis autem permulta atque egregia reliquit; deum vero nullum violavit, nullum attigit. Conferte Verrem, non ut hominem cum homine comparetis, ne qua tali viro mortuo fiat iniuria, sed ut pacem cum bello, leges cum vi, forum et iuris dictionem cum ferro et armis, adventum et comitatum cum exercitu et victoria conferatis. LV. 122. Aedis Minervae est in Insula, de qua ante dixi: quam Marcellus non attigit, quam plenam atque ornatam reliquit, quae ab isto sic spoliata atque direpta est, non ut ab hoste aliquo, qui tamen in bello religionem et consuetudinis iura retineret, sed ut a barbaris praedonibus vexata esse videatur. Pugna erat equestris Agathocli regis in tabulis picta: iis autem tabulis interiores templi parietes vestiebantur. Nihil erat ea pictura nobilius, nihil Syracusis, quod magis visendum putaretur. Has tabulas M. Marcellus, cum omnia victoria illa sua profana fecisset, tamen religione impeditus non attigit: iste, cum illa iam propter diuturnam pacem fidelitatemque populi Syracusani sacra religiosaque accepisset, omnes eas tabulas abstulit: parietes, quorum ornatus tot saecula manserant, tot bella

---

2. *Temnites* R et Lg29; in rell. Lagg. gravissima menda sunt. — 3. *quo iste* R. — 5. *tam*] *iam* R. — 7. *nihil periculi* O; *periculi* om. Lagg. praeter 29. — *extinguere* R. — 8. *publicis omnibus* R3 et λ (in quo deinde est *et privatis*). — 9. *oppugnanda* Ld.: *exoppugnanda* R; *expugnanda* rell. O. — 11. *urbis* R3 et codd. rell. noti. — 12. *expoliare* R; *spoliare* dett. — 14. *adpetivit* R; *petivit* Lg29. — 15. *adportata* R λ G1; *deportata* G2, Ld.; *asportata* dett. O. — *et*] *atque* Lagg. dett. O. — *item* Lagg. dett. — *alis* R. — 16. *in ortis* R. — 17. *non* om. Lg29 pr. m. — 18. *urbi ornam.* 6 Lagg. dett. — 20. *cum hominem* R. — 21. *legem* Lg29. — 22. *aedis* R, G1 2: *aedes* Ld., dett. O. «Nominativus *aedis* apud Varronem notatur a Nonio p. 494. In fragmentis Farnesianis vestigii veteris Romae a Bellario editi tab. II. *AEDIS. IOVIS. AEDIS. IVNONIS. AEDIS. HERCVLIS. MVSARVM.* Neque aliter Verrius Flaccus in Kalend. Praenestino.» GARAT. II. — 23. *in* om. E, G3.— 24. *ac direpta* Lg29. — 25. *religionem* R3, Gell. II. 6. Macrob. Sat. VII. 6.: *religionum* rell. O. — 26. *retineret* Gellius, Macr., Lagg.: *contineret* R3, E. — 27. *Agathoclis* dett. O. — *picta praeclaris* Lagg.; *picta praeclare* O. — *iis* R (sed *h* sup. lin.): *his* O. (in Lagg., cum *praeclaris* habeant, *iis* videtur deesse, ut est in Oxon. ψ *praeclaris autem.*) — 28. *interioris* R3, E. — 30. *illa victoria* E, dett. O. — *inpeditus* R. — 31. *tam illa* 6 Lagg. — 32. *accepisset* E et Lagg.: *cepisset* R3. — *omnis* Lg29. — 33. *manserat* - - *effugerat* dett. O.

effugerant, nudos ac deformatos reliquit. 123. Et Marcellus, qui si Syracusas cepisset, duo templa se Romae dedicaturum voverat, is id, quod erat aedificaturus, iis rebus ornare, quas ceperat, noluit: Verres, qui non Honori neque Virtuti, quem ad modum ille, sed Veneri et Cupidini vota deberet, is Minervae templum spoliare conatus est. Ille deos deorum spoliis ornare noluit: hic ornamenta Minervae virginis in meretriciam domum transtulit. Viginti et septem praeterea tabulas pulcherrime pictas ex eadem aede sustulit, in quibus erant imagines Siciliae regum ac tyrannorum, quae non solum pictorum artificio delectabant, sed etiam commemoratione hominum et cognitione formarum. Ac videte, quanto taetrior hic tyrannus Syracusanis fuerit, quam quisquam superiorum, cum illi tamen ornarint templa deorum immortalium, hic etiam illorum monumenta atque ornamenta sustulerit. LVI. 124. Iam vero quid ego de valvis illius templi commemorem? Vereor ne, haec qui non viderint, omnia me nimis augere atque ornare arbitrentur; quod tamen nemo suspicari debet, tam esse me cupidum, ut tot viros primarios velim, praesertim ex iudicum numero, qui Syracusis fuerint, qui haec viderint, esse temeritati et mendacio meo conscios. Confirmare hoc liquido, iudices, possum, valvas magnificentiores ex auro atque ebore perfectiores nullas umquam ullo in templo fuisse. Incredibile dictu est, quam multi Graeci de harum valvarum pulchritudine scriptum reliquerint. Nimium forsitan haec illi mirentur atque efferant. Esto; verum tamen honestius est rei publicae nostrae, iudices, ea, quae illis pulchra esse videantur, imperatorem nostrum in bello reliquisse quam praetorem in pace abstulisse. Ex ebore diligentissime perfecta argumenta erant in valvis: ea detrahenda curavit omnia. Gorgonis os pulcherrimum, cinctum angui-

2. *is id* R λ E G1 2: *id* G1 et dett. — 3. *iis* R: *his* O. — 4. *quemadmodum* R3 λ E Lg29: *ut* dett. O. — 6. *ornari* R E L. — *meretritiam* R. — 7. *viginti et septem* sic codd., etiam G1 2. Errat Zumpt. — 8. *Sic. imagines* E. — 9. *sed et* G1 2, λ. — 11. *taetrior* R: *tetrior* O; *deterior* G2, Ld. — *Syracusanis* codd.: *Syracusanus* Lamb. 1584. Zumpt. Or. 2. Halm. Sed nihil coniectura opus; dativus enim pendet ab adiectivo *taetrior*, nec fuit omnino Verres tyrannus *Syracusanus*, sed *Syracusanis taetrior*, quam superiores. *Syracusis* edd. princc. prob. Garat. [Si vera sit lectio *Syracusanis*, ab adiectivo quidem *taetrior* dativus non pendet. Exstat autem *Syracusanus* in Lg29 42 45. HALM.] — *superiorum* om. Lg29. — *cum* Lagg.: *quam* R E; *qui* Ld.; *quia* G1 2 λ. — 12. *ornarint* R, dett.: *ornarent* E Lg29; *ornaverunt* G2, Ld. — *illorum* R3, E: *deorum* dett. O. — 13. *sustulerit* dett.: *sustulit* R3 E. Ambiguum est ac lubricum de h. l. iudicium. Nos *cum* servato bis coniunctivum vulgatae retinuimus, cum vel in optimis codd. in his verbi terminationibus saepissime peccetur; indicativus *sustulit*, quem Kl. dedit, nimis inconcinnus videtur. Zumptius *quia -- ornarunt -- sustulit* eodem concinnitatis sensu ductus; sed h. l. *quia* paullo minus placet, quam *cum*. Halmius recepit coniecturam Or. 2. «*superiorum unquam; illi tamen ornarunt -- sustulit.*» At offendit *unquam*, quod non habet, quo pertineat; tum dicendum erat v. c. «*quanto taetrior hic tyrannus tunc* sive *tum S. fuerit.*» — 14. *viderint* G1 Zumpt. Or. 2. Kl. Halm.: *viderunt* R, ctt. O. [*viderint* exstat me invito in ed. Lips. HALM.] — 17. *fuerunt -- viderunt* G2 Ld. — 20. *ullo in templo* λ, cod. Urs. Lg29: *ullo templo* E C, cod. Hot. et Turnebi (Adv. VIII. 12.); *illo templo* R, G1; *illo templo tempore* G2; *illo tempore* Ld.; *ullo in tempore* dett. Fortasse propter praecedens *umquam* in cod. R, vel in eo, ex quo transcriptus est, excidit *in* ante *ullo*. — *dictū* R. — 21. *valv. harum* dett. O. — *relinquerint* R; *reliquerunt* Ld. — 22. *mirentur* E Lagg. Lamb. 1584. Non. p. 298.: *mirantur* R3. — *efferunt* ς (?) G1; *afferant* Ld. (reliqui *efferant*, etiam R, Non., Agroetius p. 2274.) — 23. *nostrae reip.* λ3. — 24. *sustulisse* Lg29. — 25. *dilegentissime* R. — 26. *pulcherrimis* Lg29. — *cinctum* R E G1 Lagg.: *oratum* G2, Ld.; *crinitum* O post Hervag.

bus, revellit atque abstulit; et tamen indicavit se non solum artificio, sed etiam pretio quaestuque duci. Nam bullas aureas omnes ex iis valvis, quae erant multae et graves, non dubitavit auferre, quarum iste non opere delectabatur, sed pondere. Itaque eius modi valvas reliquit, ut, quae olim ad ornandum templum erant maxime, nunc tantum ad claudendum factae esse videantur. 125. Etiamne gramineas hastas — vidi enim vos in hoc nomine, cum testis diceret, commoveri, quod erant eius modi, ut semel vidisse satis esset; in quibus neque manu factum quidquam, neque pulchritudo erat ulla, sed tantum magnitudo incredibilis, de qua vel audire satis esset, nimium videre plus quam semel — etiam id concupisti? LVII. Nam Sappho, quae sublata de prytanio est, dat tibi iustam excusationem, prope ut concedendum atque ignoscendum esse videatur. 126. Silanionis opus tam perfectum, tam elegans, tam elaboratum quisquam non modo privatus, sed populus potius haberet quam homo elegantissimus atque eruditissimus, Verres? Nimirum contra dici nihil potest. Nostrum enim unus quisque, qui tam beati, quam iste est, non sumus, tam delicati esse non possumus, si quando aliquid istius modi videre volet, eat ad aedem Felicitatis, ad monumentum Catuli, in porticum Metelli; det operam, ut admittatur in alicuius istorum Tusculanum; spectet forum ornatum, si quid iste suorum aedilibus commodarit: Verres haec habeat domi, Verres ornamentis fanorum atque oppidorum habeat plenam domum, villas refertas. Etiamne huius operarii studia ac delicias, iudices, perferetis? qui ita natus, ita educatus est, ita factus et animo et corpore, ut multo appositior ad ferenda, quam ad auferenda signa esse videatur. 127. Atque haec Sappho sublata quantum desiderium sui reliquerit, dici vix potest. Nam cum ipsa fuit egregie facta, tum epigramma Graecum pernobile incisum est in basi, quod iste eruditus homo et Graeculus, qui haec subtiliter iudicat, qui solus intelligit, si unam litteram Graecam scisset, certe una sustulisset. Nunc

---

1. *si non* R; *se* om. Lagg. — 2. *sed et* λ. — *omnes aureas* G1 et Lagg. praeter 42. — *iis* R: *his* O; om. Lg29. — 3. *multae* R3 λ E: *et multae* dett. O. — 5. *maxume* R. — 6. *cludendum* R G1; *eludendum* G2 Ld. — 7. *in hoc nomine* R3: *in hoc non minime* dett. «Est: in hoc nomine insolito hastarum graminearum (at vide Zumpt. = in hac re, in hoc loco). Intelliguntur arundines Indicae: *Bambusrohr*. Vide sis Garat. ad Planc. p. 267. ed. nostrae.» Or. I.— *testis diceret* R3: *testes dicerent* dett. O. «Etiamsi plures unius rei testes essent, verisimile est unum eorum solum esse locutum, aut certe iudices, dum primum testem audirent, commotos esse oportuit, cum ceteri postea nihil novum adferrent. Vere itaque *cum testis diceret.*» Garat. II. — *erant* dett.: *erat* R3, Lg29, quod mendum retinuit Klotz.; agitur autem de hastis gramineis. — *eiusmodi* R3: *huiusmodi* dett. O. — 10. *etiamne* dett. O. — 11. *phrytanio* R; *phirtaneo* Ld.; *prytaneo* ctt. O. — 12. *atque ut ignosc.* dett. — 13. *esse* om. Lg29. — *M.* ante *Silan.* habent dett. — 15. *helegantissimus* R. — 17. *est* om. Lg29. — *aliquit* R. — 18. *eat* om. R3. — 19. *in porticu* Lagg. praeter 29. — 20. *forum*] *eorum* Lagg. — *si quit* R 1. m. — *aedibus* Ld., Lg29. — *commodarit* R G2 Ld.: *commendaverit* G1; *accommodavit* dett.; *accommodarit* Lg29 O. — 21. *ornamentum* R3. — 22. *operari* R. — 23. *ita natus est ita educatus ita* dett. — 24. *adpositior* R. — *ferenda* R3 (Bak. p. 33.): *deferenda* dett. O. — 26. *cum* R3 Lg29: *tum* dett. — *egr. facta fuit* om. *ipsa* Lg29. — 27. *est* R3 λ: *habuit* dett. O. — 28. *haec* Lagg. omnes: *hoc* R3 soli ex notis. Frequentissima est horum vv. in codd. commutatio propter notas $\overset{o}{hc}$ et $\overset{e}{hc}$ v. §. 136. — 29. *certe* om. Lagg. praeter 29, O. — *una sustulisset* Herelius: *non sustulisset* codd. O; *sustulisset* Garat. coni. prob. Madv. p. 25. Kahnt. Animadvv. critt. p. 18. Cf. etiam de h. l. Walch. Emendd. Liv. p. 210. Rau II. p. 198.

enim, quod scriptum est inani in basi, declarat, quid fuerit, et id ablatum indicat. Quid? signum Paeanis ex aede Aesculapii praeclare factum, sacrum ac religiosum, non sustulisti? quod omnes propter pulchritudinem visere, propter religionem colere solebant. 128. Quid? ex aede Liberi simulacrum Aristaei non tuo imperio palam ablatum est? Quid? ex aede Iovis religiosissimum (simulacrum Iovis Imperatoris, quem Graeci Urion nominant) pulcherrime factum, nonne abstulisti? Quid? ex aede Liberae † Parinum caput illud pulcherrimum, quod visere solebamus, num dubitasti tollere? Atque ille Paean sacrificiis anniversariis simul cum Aesculapio apud illos colebatur: Aristaeus, qui [ut Graeci ferunt, Liberi filius,] inventor olei esse dicitur, una cum Libero patre apud illos eodem erat in templo consecratus: 129. Iovem autem Imperatorem quanto honore in suo templo fuisse arbitramini? Coniicere potestis, si recordari volueritis, quanta religione fuerit eadem specie ac forma signum illud, quod ex Macedonia captum in Capitolio posuerat Flamininus. LVIII. Etenim tria ferebantur in orbe terrarum signa Iovis Imperatoris uno in genere pulcherrime facta: unum illud Macedonicum, quod in Capitolio vidimus: alterum in Ponti ore et angustiis: tertium, quod Syracusis ante Verrem praetorem fuit. Illud Flamininus ita ex aede sua sustulit, ut in Capitolio, hoc est, in terrestri domicilio Iovis poneret. 130. Quod autem est ad introitum Ponti, id, cum tam multa ex illo mari bella emerserint, tam multa porro in Pontum invecta sint, usque ad hanc diem integrum inviolatumque servatum est. Hoc tertium, quod erat Syracusis, quod M. Marcellus, armatus et victor, viderat, quod religioni concesserat, quod cives atque incolae Syracusani colere, advenae non solum visere, verum etiam venerari solebant, id C. Verres ex templo Iovis sustulit. 131. Ut saepius ad Marcellum revertar, iudices, sic habetote, plures esse a Syracusanis istius adventu deos, quam victoria Marcelli homines desideratos. Etenim ille requisisse etiam dicitur Archimedem illum, summo ingenio hominem ac disciplina, quem cum audisset interfectum, permoleste tulisse: iste omnia, quae requisivit, non ut conservaret, verum ut asportaret, requisivit. LIX. Iam illa, quae leviora videbuntur, ideo praeteribo, quod mensas Delphicas e marmore, crateras

---

Herelii emendationem recte commendavit Wesenberg. l. l. p. 28. coll. §. 79. — 1. *scriptum* R3 λ: *inscriptum* dett. O. [etiam Lg29, de quo Z. erravit.] — 2. *Aesculapi* R. — 3. *ac* R G1: *atque* G2 Ld.; *et* dett. O. — 5. *Aristei* R, et sic infra *Greci*. — 6. *impetratoris* R. — 7. *Urium* (corr. *Urion*) R; *Οὔριον* O. — 8. *Liberi* Lagg. praeter 42. — *Parinum* R, 4 Parr. Lall., G2, Lagg. omnes corrupte: *parmum* C; *parvum* G1; *Parium* Ld. et O. Cf. Madv. Op. I. p. 363. not. — *caput illud* R3: *illud caput* dett. O. — 9. *num dubit.* ed. Ascens. 1511: *non dub.* R3; *dubitasti* dett. O. — 10. *ut Graeci ferunt, Lib. filius*. Haec verba non immerito subditicia habent Ernesti, Wyttenbach (Bibl. crit. I. 2. p. 17.), Zumpt, Or. 2.; quem vide. Defendit ea Klotzius l. l. p. 111. — 13. *honori -- arbitramur* 6 Lagg. dett. — *coniicere* R3 (*conicere* R): *hinc colligere* dett. O. — *recordare* R. — 14. *atque* G1 dett. O. — 15. *quo ex* R. — *captum* Lagg.: *capud* R; *caput* G3; *captum* del. Bake p. 34. — *Flamininus* L: *Flaminius* codd. — 17. *pulcherrume* R. — 18. *vidimus* edit. Mediol. Asc.: *videmus* codd. — *in potiore* R. — 19. *illum* R (habet idem h. l. *Flamininus*). — 20. *terrestris* R, Lagg. praeter 29. — 21. *id quod tam* R. — 22. *inventa* R; *iniecta* Lagg. praeter 29. — 26. *C.* om. dett. — 27. *M. Marcellum* dett. — 28. *pluris* R. — *esse* om. Lg29. — 29. *dicitur etiam* dett. Lagg. O. — *Archimeden* Lg29. — 30. *quem* R3: *eumque* dett. — 31. *servaret* dett. O. — 32. *quae* R3, λ, cod. Urs.: *quia* dett. O. — *videbuntur, si hoc loco dicerentur, ideo* dett. — 33. *quod iste* dett. O.

ex aere pulcherrimas, vim maximam vasorum Corinthiorum ex omnibus aedibus sacris abstulit Syracusis. 132. Itaque, iudices, ii, qui hospites ad ea, quae visenda sunt, solent ducere et unum quidque ostendere, quos illi mystagogos vocant, conversam iam habent demonstrationem suam. Nam, ut ante demonstrabant, quid ubique esset, item nunc, quid undique ablatum sit, ostendunt.

Quid tum? mediocrine tandem dolore eos affectos esse arbitramini? Non ita est, iudices: primum, quod omnes religione moventur et deos patrios, quos a maioribus acceperunt, colendos sibi diligenter et retinendos esse arbitrantur: deinde hic ornatus, haec opera atque artificia, signa, tabulae pictae, Graecos homines nimio opere delectant. Itaque ex illorum querimoniis intelligere possumus, haec illis acerbissima videri, quae forsitan nobis levia et contemnenda esse videantur. Mihi credite, iudices, (tametsi vosmet ipsos haec eadem audire certo scio,) cum multas acceperint per hosce annos socii atque exterae nationes calamitates et iniurias, nullas Graeci homines gravius ferunt ac tulerunt quam huiusce modi spoliationes fanorum atque oppidorum. 133. Licet iste dicat emisse se, sicuti solet dicere, credite hoc mihi, iudices, nulla umquam civitas tota Asia et Graecia signum ullum, tabulam pictam, ullum denique ornamentum urbis, sua voluntate cuiquam vendidit. Nisi forte existimatis, posteaquam iudicia severa Romae fieri desierunt, Graecos homines haec venditare coepisse, quae tum non modo non venditabant, cum iudicia fiebant, verum etiam coëmebant: aut nisi arbitramini L. Crasso, Q. Scaevolae, C. Claudio, potentissimis hominibus, quorum aedilitates ornatissimas vidimus, commercium istarum rerum cum Graecis hominibus non fuisse, iis, qui post iudiciorum dissolutionem aediles facti sunt, fuisse. LX. 134. Acerbiorem etiam scitote esse civitatibus falsam istam et simulatam emptionem, quam si qui clam surripiat aut eripiat palam atque auferat. Nam turpitudinem summam esse arbitrantur referri in tabulas publicas, pretio adductam civitatem, et pretio parvo, ea, quae accepisset a maioribus, vendidisse atque abalienasse. Etenim mirandum in modum Graeci rebus istis, quas contemnimus, delectantur. Itaque

---

2. *astulit Syracusanis* Lg29; *Syracusis abstulit* dett. O. — *ii* R: *hi* O. — 3. *ducere solent* O contra codd. — *unum quid* Lagg. — 5. *antea* Lg29. — *item* R3, Lg29: *ita* dett. O. — *numquid* R. — 7. *quit tum* R pr. m. — *eos dolore* Lg29. — *adfectos* R. — 8. *omni* Lagg. et dett. — *religione* om. R3. — 11. *nimiopere* R, *o* sup. lin. addita. — 12. *eorum* Lg29. — *intellegere possimus* R,. λ. — *acerbissuma* R; *acerrima* Lagg. — 15. *soci* R pr. m. — 16. *fuerunt ac tulerunt* R; *fleverunt ac tul.* G3, 2 codd. Lamb.; *ferunt nec tulerunt* Lg29; *tulerunt nec ferunt* dett. O. — 17. *opidorum* R. — 18. *se* om. R3, Lg29. — *hoc mihi* R λ G2 Ld. Lg29: *mihi hoc* G1, rell. Lagg.; *mihi* alii. — 19. *tabulam* R3: *ullam tabulam* de Gulielmii coni. O, probabiliter; *tabulas pictas* dett. [Si *ullam* addendum est, potius post *pictam* locum habere debet. Halm.] — 20. *existimetis* R3. — 21. *desierunt* R3, λ: *desierint* dett. O. — 22. *venditare -- venditabant* R3 λ (sed R *vendita recepisse*): *vendere -- vendebant* dett. — *modo non* om. Lagg. — 23. *aut* om. Lagg. — 24. *Q. Scaevola* R; *C. Scaevolae* Lagg. — 26. *iis* R: *his* L; *iis -- fuisse* om. G2 Ld. — *dissolutionem* R G1: *dissolutiones* dett. O. — 28. *si qui* Lg29: *qui* om. R, G2; *sibi* G1; *si quis* dett. O. [*si qui* nos ex 29 restituimus; nam Iordanus has lectiones varias afferre omisit.] — *subripiat* R. — 29. *referre* Lg29. — 30. *in tabulas* R3, λ: *in litteras* Lagg. O. — *publicas* om. G3, λ (non R). — *adductam -- et pretio* om. Lagg.; R post *civitatem* sic pergit: *et praecio adductam civitatem et praecio parvo*, sed 4 priora verba lineam subductam habent. — 31. *accepissent* Lagg. — *adque* R pr. m. — *alienasse* dett. — 32. *quas* R3: *quas nos* Lagg. et dett.

maiores nostri facile patiebantur haec esse apud illos quam plurima: apud socios, ut imperio nostro quam ornatissimi florentissimique essent; apud eos autem, quos vectigales aut stipendiarios fecerant, tamen haec relinquebant, ut illi, quibus haec iucunda sunt, quae nobis levia videntur, haberent haec oblectamenta et solacia servitutis. 135. Quid arbitramini Rheginos, qui iam cives Romani sunt, merere velle, ut ab iis marmorea Venus illa auferatur? quid Tarentinos, ut Europam in tauro amittant? ut Satyrum, qui apud illos in aede Vestae est? ut cetera? quid Thespienses, ut Cupidinis signum, propter quod unum visuntur Thespiae? quid Cnidios, ut Venerem marmoream? quid, ut pictam, Coos? quid Ephesios, ut Alexandrum? quid Cyzicenos, ut Aiacem aut Medeam? quid Rhodios, ut Ialysum? quid Athenienses, ut ex marmore Iacchum aut Paralum pictum aut ex aere Myronis buculam? Longum est et non necessarium commemorare, quae apud quosque visenda sunt tota Asia et Graecia: verum illud est, quam ob rem haec commemorem, quod existimare vos hoc volo, mirum quendam dolorem accipere eos, ex quorum urbibus haec auferantur. LXI. 136. Atque, ut ceteros omittamus, de ipsis Syracusanis cognoscite: ad quos ego cum venissem, sic primum existimabam, ut Romae ex istius amicis acceperam, civitatem Syracusanam propter Heraclii hereditatem non minus esse isti amicam, quam Mamertinam propter praedarum ac furtorum omnium societatem: simul et verebar, ne mulierum nobilium et formosarum gratia, quarum iste arbitrio praeturam per triennium gesserat, virorumque, quibuscum illae nuptae erant, nimia in istum non modo lenitudine, sed etiam liberalitate oppugnarer, si quid ex litteris Syracusanorum conquirerem. 137. Itaque Syracusis cum civibus Romanis eram: eorum tabulas exquirebam, iniurias cognoscebam. Cum diutius in negotio curaque fueram, ut requiescerem curamque animi remitterem, ad Carpinatii praeclaras tabulas revertebar, ubi cum equitibus Romanis, hominibus ex illo conventu honestissimis, illius Verrucios, de quibus ante dixi, explicabam: a Syracusanis prorsus nihil adiumenti neque publice neque privatim ex-

---

1. *paciebantur* R. — *apud illos* R3: om. codd. rell. et O, virgula post *socios* posita. Cf. Madv. epist. p. 184. Op. I. 362 sq. (*aput* R et sic deinceps.) — 2. *ornatissumi* R. — 3. *vectigalis* R. — 4. *haec* R3, Lg29: *ea* dett. O. — *essent* Lg29. — *videbantur* dett. — 5. *solacia* R: *solatia* O. — 6. *Reginos* R et Lagg. praeter 42 et 45. — *quit* (corr. *quid*) *iam* R. — *mereri* dett. At cf. Garat. ad or. Phil. I. p. 106. ed. Wernsd. — *iis* L: *his* codd.; *eis* O. — 7. *auferatur* R3, λ: *ne auferatur* dett. (*ut feratur* R pr. m.) — *ut ne Eur.* dett. — *in tauro* R3 λ (Madv. p. 34. coll. in Pis. §. 60.): *in tauro sedentem* dett. O. — 8. *mittant* R. — *satirum qui aput* R. — 9. *tespienses* R. — 10. *cnidos* R. — *quit ut pictam choos quit* R. — 11. *quit cylianos ut agacem* R. — 12. *ut alysum* R. — 13. *iachum* R et 6 Lgg. — *Parhalum* Lg29. — *mironis bucculam* R. — 14. *sint* R. — 15. *quamobrem*] *quemadmodum* G3. — *hoc* R G2 Ld. cf. ad §. 127. — *commemorarem* Lg29; *commemorarim* dett. In G1 om. *haec -- quendam*. — 16. *vos* om. R G2 Ld. — *quendam*] *quēn* sic R (i. e. *quen* corr. in *quem*). — *accipere eos* R3, codd. Lambini, 3 Parr. Lall.: *accidere iis* dett. O. — *mirum -- auferantur* om. G2 Ld. — 17. *auferuntur* λ G1. — 19. *primum* R3 λ: *primo* dett. O. — 20. *eracli aereditatem* R. — 23. *per tr. praet.* λ G3. — 24. *illae* et deinde *modo* om. Lagg. praeter 29. — *lentitudine* de coni. amici Lamb. prob. Burm. Anthol. Lat. II. p. 595. coll. Non. p. 132. 134. — 26. *exquirebam* R3, λ (Madv. p. 83 sq.): *scribebam* dett.; *exscribebam* de Manutii coni. O. — 27. *in eo negotio* Lagg. — 28. *Carpinati* Lg29; *Carpinatium* R3. [fortasse ex: *Carpinati iam*. Halm.] — 29. *hominibus* om. dett. — *illos* dett. O. — 30. *Verrucios* R3: *Verrutios* O. — *antea* Lg29.

spectabam neque erat in animo postulare. Cum haec agerem, repente ad me venit Heraclius is, qui tum magistratum Syracusis habebat, homo nobilis, qui sacerdos Iovis fuisset, qui honos est apud Syracusanos amplissimus: agit mecum et cum fratre meo, ut, si nobis videretur, adiremus ad eorum senatum: frequentes esse in curia: se iussu senatus a nobis petere, ut veniremus. LXII. 138. Primo nobis fuit dubium, quid ageremus: deinde cito venit in mentem non esse vitandum illum nobis conventum et locum; itaque in curiam venimus. Honorifice sane consurgitur: nos rogatu magistratus assedimus. Incipit is loqui, qui et auctoritate et aetate et, ut mihi visum est, usu rerum antecedebat, Diodorus Timarchidi, cuius omnis oratio hanc habuit primo sententiam: senatum et populum Syracusanum moleste graviterque ferre, quod ego, cum in ceteris Siciliae civitatibus senatum populumque docuissem, quid iis utilitatis, quid salutis afferrem, et cum ab omnibus mandata, legatos, litteras testimoniaque sumpsissem, in illa civitate nihil eius modi facerem. Respondi neque Romae in conventu Siculorum, cum a me auxilium communi omnium legationum consilio petebatur causaque totius provinciae ad me deferebatur, legatos Syracusanorum adfuisse, neque me postulare, ut quidquam contra C. Verrem decerneretur in ea curia, in qua inauratam C. Verris statuam viderem. 139. Quod posteaquam dixi, tantus est gemitus factus adspectu statuae et commemoratione, ut illud in curia positum monumentum scelerum, non beneficiorum videretur. Tum pro se quisque, quantum dicendo assequi poterat, docere me coepit ea, quae paulo ante commemoravi: spoliatam urbem, fana direpta: de Heraclii hereditate, quam palaestritis concessisset, multo maximam partem ipsum abstulisse: neque postulandum fuisse, ut ille palaestritas diligeret, qui etiam inventorem olei deum sustulisset, neque illam statuam esse ex pecunia publica neque publice datam, sed eos, qui hereditatis diripiendae participes fuissent, faciendam statuendamque curasse: eosdem Romae fuisse legatos, illius adiutores improbitatis, socios furtorum, conscios flagitiorum: eo minus mirari me oportere, si illi communi legatorum voluntati et saluti Siciliae defuissent. LXIII. 140. Ubi eorum dolorem ex istius iniuriis non modo non minorem, sed prope maiorem quam Siculorum ceterorum esse cognovi, tum meum animum in illos, tum mei consilii negotiique totius suscepti causam rationemque proposui, tum eos hortatus sum, ut causae communi salutique ne deessent, ut illam laudationem, quam se vi ac metu coactos paucis illis diebus decresse dicebant, tollerent. Itaque, iudices, Syracusani haec faciunt, istius clientes atque amici. Primum mihi litteras publicas, quas in aerario sanctiore

---

2. *habebat*] *gerebat* Lg29. — 3. *fuit* dett. — *apud Syr. est* dett. O. — 4. *fratre* Lagg.: *Q. fratre* R3; *L. fratre* coni. Lall. Kl. At cf. §. 145. — 5. *curiam* R G1 2. — 7. *nobis illum* Lagg. dett. — 9. *adsedimus* et infra *adferrem*, *adfuisse*, *adsequi* R. — *qui auctor.* Lg29. — 11. *Timarchides* dett. — 12. *populumque* Lagg. dett. O. — 13. *senatum P. R. Q.* R. — 14. *iis* R: *eis* O. — 17. *provinciae ad me* R3 λ: *ad me prov.* Lg29; *ad me Siciliae* dett. O. — 22. *pro se*] *prope* Lagg. praeter 29. — 24. *de H.* R3, λ: *ex H.* dett. O. (*heracli* R.) — 25. *quam pala. ē. retis* (sic) R. — *multo -- diligeret* om. Lagg. praeter 29. — 28. *neque publice* om. Lagg. — 29. *fuisse* R m. pr. — 33. *ex istius* Lg29: *ex illius* R3, alii, O; *ex istius iniuriis* om. rell. Lagg. — 34. *ceter. Sic.* dett. O. — *cognovimus* dett. — *tum ego meum* O contra codd. — *tum ego mei* Lagg. (sed 29: *egomet.*) — 36. *hortatus tum ut* R. — *ut ei illam* Lagg.

conditas habebant, proferunt: in quibus ostendunt omnia, quae dixi ablata esse, perscripta et plura etiam, quam ego potui dicere: perscripta autem hoc modo, QVOD EX AEDE MINERVAE HOC ET ILLVD ABESSET, QVOD EX AEDE IOVIS, QVOD EX AEDE LIBERI. Ut quisque iis rebus tuendis [conservandisque] praefuerat, ita perscriptum erat, cum rationem e lege redderent et quae acceperant tradere deberent, petisse ut sibi, quod eae res abessent, ignosceretur: itaque omnes liberatos discessisse et esse ignotum omnibus: quas ego litteras obsignandas publico signo deportandasque curavi. 141. De laudatione autem ratio sic mihi reddita est: primum cum a C. Verre litterae aliquanto ante adventum meum de laudatione venissent, nihil esse decretum: deinde, cum quidam ex illius amicis commonerent oportere decerni, maximo clamore esse et convicio repudiatos: posteaquam meus adventus appropinquaret, imperasse eum, qui summam potestatem haberet, ut decernerent: decretum ita esse, ut multo plus illi laudatio mali quam boni posset afferre. Id adeo, iudices, ut mihi ab illis demonstratum est, sic vos ex me cognoscite.

LXIV. 142. Mos est Syracusis, ut, si qua de re ad senatum referatur, dicat sententiam, qui velit. Nominatim nemo rogatur; et tamen, ut quisque aetate et honore antecedit, ita primus solet sua sponte dicere, itaque a ceteris ei conceditur; sin aliquando tacent omnes, tum sortito coguntur dicere. Cum hic mos esset, refertur ad senatum de laudatione Verris. In quo primum, ut aliquid esset morae, multi interpellant: de Sex. Peducaeo, qui de illa civitate totaque provincia optime meritus esset, sese antea, cum audissent ei negotium facessitum cumque eum publice pro plurimis eius et maximis meritis laudare cuperent, a C. Verre prohibitos esse: iniquum esse, tametsi Peducaeus eorum laudatione iam non uteretur, tamen non id prius decernere, quod aliquando voluissent, quam quod tum cogerentur. 143. Conclamant omnes et approbant ita fieri oportere. Refertur de Peducaeo. Ut quisque aetate et honore antecedebat, ita sententiam dixit ex ordine. Id adeo ex ipso senatus consulto cognoscite: nam principum sententiae perscribi solent. Recita. QVOD

---

4. *iis* R: *eis* O. — *tuendis* G3, λ: *tuendisque* R; *tuendis conservandisque* codd. rell., O. Habet haec lectio aliquam defensionem ex *que*, quod in R remansit priorique verbo errore librarii adiectum videri potest. Iunguntur haec verba alibi quoque, ut de imp. Cn. Pomp. §. 12. *Tuendi* autem verbum in hac re proprium est. Cf. I. §. 130. de Legg. III. §. 7. [Cf. ad IV. §. 23.] — 5. *e lege* R G1: *lege* G2, Ld.; *ex lege* rell. O. — *redderet* dett. O. — 6. *acceperant* G3: *acceperat* R, dett. O. — *deberet tradere* dett. O. — *eae res* coni. Orelli (2) prob. Klotz. et Halmio: *ce* (ex *ee*) *res* Lg29; *hae res* rell. O. — 7. *omnis* R pr. m. — 9. *mihi* om. dett. O. — 10. *G.* R; *C.* om. dett. — 11. *ex illis* Lagg. praeter 42. — 12. *esse clamore* dett. O; *conventu esse* Lg29. — 13. *posteaquam* R3: *et posteaquam* dett. Fort. est scribendum, ut Halmius in adnot. ed. Lips. proposuit: *postea cum*, ut et asyndeton vitetur et coniunctivus imperfecti recte se habeat. — *appropinquarit* dett. Lagg., O (*adpr.* R). — 15. *illi* R3, λ: *illa* dett. — *laud. aliquid mali* Lagg. — *possit* 6 Lagg. dett. — *adferre* R. — 17. *referetur* R pr. m. teste Bursiano; *referunt* 2 codd. Lamb., G1 2. [Leve vitium, quod est in R pr. m. *referetur*, sec. m. perperam in *referatur* correctum videtur, potiusque scribendum erat *refertur*, ut est in Lag. 42. HALM.] — 19. *honore et aetate* Lagg. dett. O. — *prius* dett. — 20. *itaque* R3 (Madv. p. 84.): *idque* dett. O. — *si quando taceant* dett. O. — *tum* R: *tunc* rell. O. — 23. *ex illa* Lagg. — 24. *sese -- eum* om. R3; in R spatium trium versuum vacuum relictum est. — 26. *esset tametsi Paeducaeus* R. — 27. *non prius ei decernere* Lgg. — 28. *tum* R Ld. Lagg.: *tunc* λ G1 2. — *adprobant* R.— 31. *principum* R, 2 codd. Lambini, Ld.: *principium* G1 2, Lagg.— *sententia* Lg29. — *solent* G3, 2 codd. Lambini: *solet* R Lagg.— *quod*]

VERBA FACTA SVNT DE SEX. PEDVCAEO. Dicit, qui primi suaserint. Decernitur. Refertur deinde de Verre. Dic, quaeso, quo modo? QVOD VERBA FACTA SVNT DE C. VERRE. Quid postea scriptum est? CVM SVRGERET NEMO NEQVE SENTENTIAM DICERET. Quid est hoc? — SORS DVCITVR. Quam ob rem? Nemo erat voluntarius laudator praeturae tuae, defensor periculorum, praesertim cum inire a praetore gratiam posset? Nemo. Illi ipsi tui convivae, consiliarii, conscii, socii verbum facere non audent. In qua curia statua tua stabat et nuda filii, in ea nemo fuit, ne quem nudus quidem filius nudata provincia commoveret? 144. Atque etiam hoc me docent, eius modi senatus consultum fecisse laudationis, ut omnes intelligere possent non laudationem, sed potius irrisionem esse illam, quae commonefaceret istius turpem calamitosamque praeturam. Etenim scriptum esse ita, QVOD IS VIRGIS NEMINEM CECIDISSET, a quo cognostis nobilissimos homines atque innocentissimos securi esse percussos; QVOD VIGILANTER PROVINCIAM ADMINISTRASSET, cuius omnes vigilias in stupris constat esse consumptas: hoc vero scriptum esse, quod proferre non auderet reus, accusator recitare non desineret, QVOD PRAEDONES PROCVL AB INSVLA SICILIA PROHIBVISSET VERRES, quos etiam intra Syracusanam insulam recepisset. LXV. 145. Haec posteaquam ex illis cognovi, discessi cum fratre e curia, ut nobis absentibus, si quid vellent, decernerent.

---

quae Lg29. — 1. *de sexto* R. — *Peducaeo -- decernitur* om. R3. — 2. *deinde*] *dein* R; *deinde* Ld., sed om. *de* seq. — 4. *est hoc* R G1 Lg29 al.: *hoc est* G2 Ld. Lg42 45. — 5. *periculorum tuorum* dett. O. — 6. *a P. R.* R. — *illi ipsi* R3 λ: *ipsi illi* dett. O. — 7. *et conscii* dett. O. — *socii* om. O. At cf. Madv. p. 39. — *audent* R3 λ: *audebant* dett. O. — 8. *tua* om. Lg29. — *nuda in ea filii* dett. O. (*fili* R m. pr.) — *ne quem* R3 Lagg.: *quem ne* Victor. O. At cf. Madv. epist. p. 56. Op. I. p. 325. — 9. *filius quidem* Lg29. — *nudata provincia* R: *et nudata pr.* G1; *ullum data pr.* G2 Ld.; *nuda prov.* dett.; *in nudata prov.* O. «Id ante omnia cum Manutio teneamus necesse est, significatum subobscoenum latere in verbis *nudus* et *commovere*; non enim loquitur orator de hominibus honestis, sed de Verris convivis atque consciis. Siculi autem e Graecorum more, Romanis severioribus minus probato, nudam filii Verris statuam constituerant, ita, credo, ut ad latus equestris statuae patris is adstaret. Hoc igitur lascive ludibundus dicit: «in tam nudata (duplici hoc quoque sensu) provincia, nemone inter perditos illos fuit, quem ne pulchellus quidem ille adolescens nudus commoveret, excitaret (duplici sensu et obscoeno et proprio) ad patrem laudandum?» OR. coll. II. §. 154. — 10. *senatus cons.*] *S. C.* R G2 Ld.: *Sconsultum* G1; *Siciliam* (s. *in Sicilia*) dett. — *fecisse* R3: *sese fecisse* dett. O. — *laudationes* G2; *laudationem* Lagg. [sic saltem ed. Garat., nulla discrepantia ex Lagg. a Nieb. adscripta.] Locus hic varie coniecturis tentatus est: *eiusmodi senatusconsulti fuisse laudationem* Graevius; *eiusm. Sconsultum fuisse laudationis* Zumptius; *eiusmodi se consultum fecisse laudationis* Halm; *eiusm. S. C. fecisse se laudationis* Klotz l. l. p. 142. Si *fecisse*, quod omnes codd. tuentur, retineatur, pronomine *se* aegre careas. — *uti* Lg29. — 11. *inrisionem* R. — 12. *commefaceret* R. — *praeturam*] Post h. v. *fuisse* vel plura etiam excidisse suspicatur Madv. p. 86. coll. Op. I. p. 364. «*quae recognoscere omnes faceret istius*» coni. Rau II. p. 68. Vulgatum tuetur Garat. II. loco Vitruvii II. 1, 5.: *In Capitolio commonefacere potest et significare mores vetustatis Romuli casa in arce sacrorum stramentis tecta*: quamquam addito v. *significare* huius loci ratio paulo diversa est. — *ea enim* Lagg. praeter 29. — 13. *scriptum est* R; *scripta est* Lagg. — *ita* om. Lagg. dett. — *is* R: *hiis* G3; *iste* dett. O. — *cognostis* R G1 Ld.: *cognoscis* G2; *cognoscitis* dett. O. — 14. *quod vigil. admin.* Arus. M. p. 217. — 16. *constat* R3 λ: *constat adulteriisque* dett. O. — *hoc*] *cuiusmodi constat hoc* R3. At illa vv. sine dubio h. l. sunt ineptissima. cf. Madv. l. l. — *vero* R3, Lg29: *ut* dett.; [*autem*] O. — *esse* R, 6 Lagg.: *est* G3; *etiam* Lg27 45; *hoc vero -- desineret* uncis inclusit Halm, qui haec vv. ab interprete addita esse suspicatur. — 19. *recepisset* codd.: *recepit* coni. Halm admodum probabiliter. — *haec* R λ G2 Ld.: *hoc* G1; *quae* dett. O. — 20. *e* om. Lagg. praeter 48.

Decernunt statim primum, VT CVM LVCIO FRATRE HOSPITIVM PVBLICE FIERET, quod is eandem voluntatem erga Syracusanos suscepisset, quam ego semper habuissem. Id non modo tum scripserunt, verum etiam in aere incisum nobis tradiderunt. Valde hercule te Syracusani tui, quos crebro commemorare soles, diligunt, qui cum accusatore tuo satis iustam causam coniungendae necessitudinis putant, quod te accusaturus sit et quod inquisitum in te venerit. Postea decernitur, ac non varie, sed prope cunctis sententiis, VT LAVDATIO, QVAE C. VERRI DECRETA ESSET, TOLLERETVR. 146. In eo, cum iam non solum discessio facta esset, sed etiam perscriptum atque in tabulas relatum, praetor appellatur. At quis appellat? Magistratus aliqui? Nemo. Senator? Ne id quidem. Syracusanorum aliqui? Minime. Quis igitur praetorem appellat? Qui quaestor istius fuerat, P. Caesetius. O rem ridiculam! o desertum hominem, desperatum, relictum! A magistratu Siculo, ne senatus consultum Siculi homines facere possent, ne suum ius suis moribus, suis legibus obtinere possent, non amicus istius, non hospes, non denique aliquis Siculus, sed quaestor praetorem appellat. Quis hoc vidit? quis audivit? Praetor aequus et sapiens dimitti iubet senatum. Concurrit ad me maxima multitudo: primum senatores clamare sibi eripi ius, eripi libertatem: populus senatum laudare, gratias agere: cives Romani a me nusquam discedere. Quo quidem die nihil aegrius factum est multo labore meo, quam ut manus ab illo appellatore abstinerentur. 147. Cum ad praetorem in ius adissemus, excogitat sane acute, quid decernat: nam ante, quam verbum facerem, de sella surrexit atque abiit. Itaque tum de foro, cum iam advesperasceret, discessimus. LXVI. Postridie mane ab eo postulo, ut Syracusanis liceret senatus consultum, quod pridie fecissent, mihi reddere. Ille enim vero negat, et ait indignum facinus esse, quod ego in senatu Graeco verba fecissem: quod quidem apud Graecos Graece locutus essem, id ferri nullo modo posse. Respondi homini, ut potui, ut debui, ut volui. Cum multa, tum etiam hoc me memini dicere, facile esse perspicuum, quantum inter hunc et illum Numidicum, verum ac germanum Metellum, interesset: illum noluisse sua laudatione iuvare L. Lucullum, sororis virum, quicum

1. *cum L. fratre* R: *cum fratre L.* λ C G3; *L. fratri* dett. — *hospicium* R. — 3. *in aere incisum*] Ad rem confert Garat. II. Sctum de Pallante ap. Plin. Ep. VIII. 6, 13. Paneg. c. 77. et in albo Curiae Canusinae ap. Fabrett. p. 598.: *NOMINA. DECVRIONVM. IN. AERE. INCIDENDA. CVRAVERVNT.* — 4. *hercule* R3 Lg29: *hercle* dett. O. — 7. *inquisitum* R3, Lg29: *ad inquirendum* dett. — *at non variae* R. — 8. *coniunctis sent.* dett. — 9. *in eo* R3 λ Lg29: *an eo* dett.; *at vero* O. — 11. *atque appellabit* R (pro *appellavit*). — *aliqui* R G2 Ld. 7 Lagg.: *aliquis* G1 Lg42. — 12. *aliqui* R3: *aliquis* dett. O. — 13. *P. Caesetius*] *G. Caesecius* R G2; *S. Cesetius* Ld.; *Senatus consul* G1; *Cesellius* Lagg.; praenomen om. O. cf. V. §. 63. — 14. *desperatum, relictum* R λ G2 Ld.: *o desp. ac rel.* dett. O; *o desp. hom. relictum* G1. Tum maiorem distinctionem posuimus cum Madvigio Op. I. p. 364. Antea sic erat scriptum: *relictum a mag. Siculo! Ne* cet. — 15. *nec suum* R3 λ. — 17. *quaestor .P. R. praetorem* R. — *vidit aut quis* Lagg. praeter 29, qui habet: *v. aut hoc aud.* — 19. *eripi sibi* dett. — 22. *labore meo multo* λ, G3. — 23. *acute* R3, λ: *diligenter et caute* dett. O. — 26. *senatū consultum* R. — 30. *ut debui, ut volui* R3, λ: *ut volui, ut debui* dett. O. cf. Agroet. p. 2268. — *cum* R, Ld., Lg29: *tum* rell. O. — 31. *etiam* om. Lg29. — *me* om. codd., etiam R. — 32. *et germ.* dett. (*ac* habent etiam Lagg. omnes.) — 33. *sua oratione* Lg29. — *iuvariae* R; *iuvari a e* λ, G3. Hinc coni. Lamb. *iuvari a se*; Garat. II. suspicatur his litteris significari alios habere *iuvare*. — *quicum*

optime convenisset; hunc homini alienissimo a civitatibus laudationes per vim et metum comparare. 148. Quod ubi intellexi multum apud illum recentes nuntios, multum tabellas non commendaticias, sed tributarias valuisse, admonitu ipsorum Syracusanorum impetum in eas tabulas facio, in quibus senatus consultum perscripserant. Ecce autem nova turba atque rixa, ne tamen istum omnino Syracusis sine amicis, sine hospitibus, plane nudum esse ac desertum putetis: retinere incipit tabulas Theomnastus quidam, homo ridicule insanus, quem Syracusani Theoractum vocant; qui illic eius modi est, ut eum pueri sectentur, ut omnes, cum loqui coepit, irrideant. Huius tamen insania, quae ridicula est aliis, mihi tum molesta sane fuit. Nam cum spumas ageret in ore, oculis arderet, voce maxima vim me sibi afferre clamaret, copulati in ius pervenimus. 149. Hic ego postulare coepi, ut mihi tabulas obsignare ac deportare liceret. Ille contra dicere: negare esse illud senatus consultum, in quo praetor appellatus esset; negare id mihi tradi oportere. Ego legem recitare, omnium mihi tabularum et litterarum fieri potestatem. Ille furiosus urgere, nihil ad se nostras leges pertinere. Praetor intelligens negare sibi placere, quod senatus consultum ratum esse non deberet, id me Romam deportare. Quid multa? nisi vehementius homini minatus essem, nisi legis sanctionem poenamque recitassem, tabularum mihi potestas facta non esset. Ille autem insanus, qui pro isto vehementissime contra me declamasset, postquam non impetravit, credo, ut in gratiam mecum rediret, libellum mihi dat, in quo istius furta Syracusana perscripta erant, quae ego antea iam ab aliis cognoram et acceperam. LXVII. 150. Laudent te iam sane Mamertini, quoniam ex tota provincia soli sunt, qui te salvum velint, ita tamen laudent, ut Heius, qui princeps legationis est, adsit; ita laudent, ut ad ea, quae rogati

---

ei optime L, et post eum Halm: *q. optime ei.* — 1. *huic homini* R3. — 2. *apud illos* R G1 2. — 3. *recentis* R. — *tabulas* G1 dett. O. — 4. *Syrac. ipsorum* λ Ld.; *Syrac.* om. Lg29. — 5. *S. C. perscripserant* R λ G1 (Madv. p. 96. Op. I. p. 364.): *S. C. perscripserunt* G2 Ld.; *sigilla perscripta erant* Lagg.; *senatusconsulta perscripta erant* O. — 6. *rixa. Ne tamen* sqq. O. At cf. §. 52. «*ne quem putetis*» sqq. — *sine amicis* om. Lagg. praeter 29. — 7. *sane nudum* Lg29. — *incipit* R3, λ: *coepit* dett. O. — 10. *coepit* R3: *coeperit* dett. O. — *inrideant* R. — *est* om. Lagg. dett. — 11. *scumas* R. — *oculis arderet* λ G3 (cf. Tacit. Ann. XVI. 29.): *oc. arderent* (sic) R; *arderent oculi* dett. O. — 12. *adferre* R. — 14. *ille contra -- potestatem* R3 λ Ċ, 4 Parr. Lall.: *ille contra recitare omnium mihi tabularum et litterarum fieri potestatem oportere* Lagg.dett. In G1 om.: *illud senat. -- negare*; addit *oportere* post *potestatem* O [recte; v. lect. Lg29]; *iubere* ante *omnium* inserendum censet Halm. At est h. l. breviloquentia quaedam in oratione tam concitata non inepta. Nam ut infra *urgeo* c. inf. est «vehementer contendo», sic h. l. *legem recito* idem quod «lege recitando s. ex lege dico, postulo». [Lag. 29, de quo Z. tacet, locum in rell. Lagg. lacunosum sic scriptum habet: *ille contra dicere negare esset illud S. C. in quo praetor appellatus esset id negare mihi tradi oportere. ego tum leges recitare omnium mihi t. et l. fieri potestatem oportere.*] — 17. *contra ille fur.* St. — 20. *legis* R3 λ: *leges* Lg29; *legum* dett. O. — 22. *contra me vehem.* Lagg. dett. O. — *inpetravisset* R3. Sed h. l. nulla prorsus ratio est, qua coni. plusquamperfecti defendi recte possit. Cf. Halm. ad Pompeian. §. 10. Librarium in errorem induxit praecedens *declamasset*; talia vel in optimis codd. interdum inveniuntur. — 24. *antea iam ab aliis* R: *iam antea ab aliis* G3; *antea iam ab illis* dett. O. [Receptam lectionem nos restituimus, quoniam a Bursiano primum ex R prolata est.] — 25. *sane iam* Lagg. praeter 29, O. — *quoniam* R3, cod. Turnebi Adv. VIII. 12.: *qui* dett. O. — *tota*] *tanta* dett. O. — 27. *princeps* R3: *eius princeps* dett. O; *princeps eius* L. — *ad* om. dett. — *eam* R.

erunt, mihi parati sint respondere. Ac ne subito a me opprimantur, haec sum rogaturus: Navem populo Romano debeantne? Fatebuntur. Praebuerintne praetore C. Verre? Negabunt. Aedificarintne navem onerariam maximam publice, quam Verri dederunt? Negare non poterunt. Frumentum ab iis sumpseritne C. Verres, quod populo Romano mitteret, sicuti superiores? Negabunt. Quid militum aut nautarum per triennium dederint? Nullum datum dicent. Fuisse Messanam omnium istius furtorum ac praedarum receptricem negare non poterunt: permulta multis navibus illinc exportata, hanc navem denique maximam a Mamertinis datam, onustam cum isto profectam fatebuntur. 151. Quam ob rem tibi habe sane istam laudationem Mamertinorum: Syracusanam quidem civitatem, ut abs te affecta est, ita in te esse animatam videmus, apud quos etiam Verria illa flagitiosa sublata sunt. Etenim minime conveniebat ei deorum honores haberi, qui simulacra deorum abstulisset. Etiam hercule illud in Syracusanis merito reprehenderetur, si, cum diem festum ludorum de fastis suis sustulissent celeberrimum et sanctissimum, quod eo ipso die Syracusae a Marcello captae esse dicuntur, iidem diem festum Verris nomine agerent, cum iste a Syracusanis, quae ille calamitosus dies reliquerat, ademisset. Ac videte hominis impudentiam atque arrogantiam, iudices, qui non solum Verria haec turpia ac ridicula ex Heraclii pecunia constituerit, verum etiam Marcellia tolli imperarit, ut ei sacra facerent quotannis, cuius opera omnium annorum sacra deosque patrios amiserant; eius autem familiae dies festos tollerent, per quam ceteros quoque festos dies recuperarant.

---

1. *ac* om. dett. — *obprim.* R. — 2. *pop. Rom.*] $\overline{P. R.}$ R; *praetori* λ G3. (nam in cod. Reg. *P. R.* significat: *praetor*, $\mathring{P}.\ \mathring{R}.$ = *populus Rom.* raroque in hoc codice, ut h. l. factum est, hae notae commutantur.) Codd. dett. om. h. voc. [Si in R super *P. R.* littera *o* vel *i* superscripta est, plerumque casus terminatio significatur, eaque significatio, ut Bursianus testatur, fere manu secunda addita est. HALM.] — *fatebantur* sic R; *fateantur* G1; *conficiantur* Ld.; *confiteantur* G2. — 3. *aedificaverintne* dett. O. (sed non Lagg.) — 4. *dederint* de Ern. coni. O. — 5. *frumentumne* dett. O. — *iis* R: *his* dett. — *sumpseratne* R3; *sumpserit* dett. O. — *C.* om. dett. O; in R est *G.* — 7. *dederunt* Ld. Lagg. dett. — 9. *exporta* R. — *denique navem* dett. O. — 10. *cum isto praetore* dett. O. — *tibi* om. Lg29. — 11. *Mamertinam* dett. O. — 12. *adfecta* R. — *sit* Lagg. dett. — 13. *Verria* R3, Lagg.: *Verrea* O, et sic infra. — *etenim*] *etiam* Lg29. — 14. *sustulisset* dett. O. — *mehercule* (s. *mehercle*) dett. O. — 17. *idem* R, Lg29. — 18. *a Syrac.* R, G1: *a* om. rell. O. — *calamitoso dies* R, in quibus verbis in cod. folium desinit, ut reliqua verba libri desiderentur. Nec tamen videtur folium in cod. excidisse. — 19. *reliquerat* λ, G3, Lg29: *reliquerit* dett. O. — *ac* G3: *at* dett. O. — 20. *ac*] *hac* Lg29; *haec* rell. Lagg. — 21. *Marcellia* λ, G3 Lg29: *Marcellea* O. Ceterum cf. Rau II. p. 27.

ACCUSATIONIS

IN

C. VERREM

LIBER QUINTUS.

DE SUPPLICIIS.

Liber quintus Verrinarum iisdem codicibus continetur, quos ad librum quartum commemoravimus. Palimpsesti Vaticani haec extant fragmenta. 1) cap. XXVIII. 71. *propter hanc causam* — §. 72. *crudelissimoque.* 2) cap. XXXI. 80. [praesi]*dio verum etiam praeda* — XXXII. 85. *Vide, quid inter tu..* 3) cap. XXXVI. 94. *sagum sumit* — XXXVIII. 99. *Siculosne milites, aratorum.* 4) cap. XL. 104. [disso]*lutus, qui solus* — XLII. 109. *domi reliquisses.* 5) cap. XLIV. 114. *isto praetore in Sic.* — XLV. 119. *Atque ipsi etiam adulescentes.* 6) cap. XLV. 120. *loquebantur? non omnes* — LII. 136. *Tu in prov. P. R. cum tibi.*

I. 1. Nemini video dubium esse, iudices, quin apertissime C. Verres in Sicilia sacra profanaque omnia et privatim et publice spoliarit versatusque sit sine ulla non modo religione, verum etiam dissimulatione in omni genere furandi atque praedandi. Sed quaedam mihi magnifica et praeclara eius defensio ostenditur, cui quem ad modum resistam, multo mihi ante est, iudices, providendum. Ita enim causa constituitur, provinciam Siciliam virtute istius et vigilantia singulari dubiis formidolosisque temporibus a fugitivis atque a belli periculis tutam esse servatam. 2. Quid agam, iudices? quo accusationis meae rationem conferam? quo me vertam? ad omnes enim meos impetus quasi murus quidam boni nomen imperatoris opponitur. Novi locum: video, ubi se iactaturus sit Hortensius. Belli pericula, tempora rei publicae, imperatorum penuriam commemorabit: tum deprecabitur a vobis, tum etiam pro suo iure contendet, ne patiamini talem imperatorem populo Romano Siculorum testimoniis eripi, ne obteri laudem imperatoriam criminibus avaritiae velitis. 3. Non possum dissimulare, iudices: timeo, ne C. Verres propter hanc eximiam virtutem in re militari omnia, quae fecit, impune fecerit. Venit enim mihi in mentem, in iudicio M'. Aquilii quantum auctoritatis, quantum momenti oratio M. Antonii habuisse existimata sit: qui, ut erat in dicendo non solum sapiens, sed etiam fortis, causa prope perorata ipse arripuit M'. Aquilium constituitque in conspectu omnium tunicamque

---

Inscriptio orationis. *Liber VII.* Lg1; *Lib. VII. et ultimus* Lg5 27; in rell. Lagg. deest inscriptio.

2. *spoliaret* R. — 3. *etiam* om. Lagg. dett. — 5. *defensio eius* λ G3. — 6. *mihi ante est iud.* R dett. (Madv. Op. I. p. 365.): *ante est mihi* (om. *iud.*) G3; *mihi ante, iud., est* O. — 7. *istius* R3: *eius* dett. O. — 10. *omnis* R. — 14. *populi R.* R. — 15. *ne* R3: *neve* dett. O. — 17. *virt. eximiam* dett. O. Cf. Madv. p. 57. — 18. *in mentem iudicium* Lg29. — *M'.*] *M.* codd. et sic deinceps. — *Aquilii* R et Lagg. (et sic alias): *Aquillii* O. Cf. p. Quinct. §. 1. — 20. *sed et* G3.

eius a pectore abscidit, (ut cicatrices populus Romanus iudicesque adspicerent) adverso corpore exceptas: simul et de illo vulnere, quod ille in capite ab hostium duce acceperat, multa dixit eoque adduxit eos, qui erant iudicaturi, vehementer ut vererentur, ne, quem virum fortuna ex hostium telis eripuisset, cum sibi ipse non pepercisset, hic non ad populi Romani laudem, sed ad iudicum crudelitatem videretur esse servatus. 4. (Eadem nunc ab illis defensionis ratio viaque tentatur:) idem quaeritur. Sit fur, sit sacrilegus, sit flagitiorum omnium vitiorumque princeps: at est bonus imperator, at felix et ad dubia rei publicae tempora reservandus. II. Non agam summo iure tecum: non dicam id, quod debeam forsitan obtinere, cum iudicium certa lege sit, non quid in re militari fortiter feceris, sed quem ad modum manus ab alienis pecuniis abstinueris, abs te doceri oportere: non, inquam, sic agam, sed ita quaeram, quem ad modum te velle intelligo, quae tua opera et quanta fuerit in bello.

5. Quid dicis? an bello fugitivorum Siciliam virtute tua liberatam? Magna laus et honesta oratio: sed tamen quo bello? Nos enim post illud bellum, quod M'. Aquilius confecit, sic accepimus, nullum in Sicilia fugitivorum bellum fuisse. — At in Italia fuit. — Fateor, et magnum quidem ac vehemens. Num igitur ex eo bello partem aliquam laudis appetere conaris? num tibi illius victoriae gloriam cum M. Crasso aut Cn. Pompeio communicatam putas? Non arbitror hoc etiam tuae deesse impudentiae, ut quidquam eiusmodi dicere audeas. Obstitisti videlicet, ne ex Italia transire in Siciliam fugitivorum copiae possent. Ubi? quando? qua ex parte? cum aut ratibus aut navibus conarentur accedere? Nos enim nihil umquam prorsus audivimus: et illud audivimus, M. Crassi, fortissimi viri, virtute consilioque factum, ne ratibus coniunctis freto fugitivi ad Messanam transire possent; a quo illi conatu non tanto opere prohibendi fuissent, si ulla in Sicilia praesidia ad illorum adventum opposita putarentur. — 6. At cum esset in Italia bellum tam prope a Sicilia, tamen in Sicilia non fuit. — Quid mirum? ne cum in Sicilia quidem fuit, eodem intervallo pars eius belli in Italiam ulla pervasit. III. Etenim propinquitas locorum ad utram partem hoc loco profertur? utrum aditum facilem hostibus an contagionem imitandi belli periculosam fuisse? Aditus omnis hominibus sine ulla facultate navium non modo

---

1. *aspicerent* R, ut alias. — 2. *acceptas* Lg29. — 3. *in caput* Augustin. Putschii p. 2016. At cf. Arus. Mess. p. 216. Lind. — 5. *cum -- pepercisset* om. Lg29. — 7. *haec eadem* Lagg. praeter 29, O. — *temptatur* R. — 9. *ad est* R. — *at felix* R Ld: *ac felix* G1 2; *et felix* dett. O. [item Auctor incertus in Anecd. Paris. ed. Eckstein p. 7., ubi vitiose scriptum est: *ut est bonus*.] Cf. Madv. p. 97. coll. §. 13. — 10. *tecum summo iure: non dicam, quod forsitan obtinerem* Quintil. IX. 2, 47. — 11. *sit* R3 λ C (Madv. p. 35.): *sit constitutum* dett. O. — *in remilari* R. — 15. *in bello*] additum in R *K.* (i. e. *Kaput*); unde G1 2 et λ: *in bello R.* (vel *Romano.*) — 16. *dices* dett. O. — *an*] *in* Lg29. — 17. *et* om. cod. Hotom. (solus ex notis), O. — 18. *illud* R3: *id* dett. O. — 20. *et vehemens* λ G2. — 21. *adpetere* R. — 22. *communicatam* R3 (Madv. p. 97.): *communicandam* dett. O. (R m. sec.: *communicat? an putas.*) — *deesse tuae* dett. O. — 23. *inpud.* R. — 24. *quando*] *quō* G2; *quomodo* G1 Ld. — 25. *navibus aut ratibus* Lagg. praeter 29, O. — 26. *at illud* coni. Ern.; probabilius *sed illud* Halm. — 28. *tanto opere* R, Lg29 45: *tantopere* rell. — 29. *praesidia in Sicilia* λ G3. — 30. *cum esset* R3 Lg29: *esset* om. dett. — 31. *nec cum* Lagg. — 32. *ulla parva sit* R. — 33. *locorum* R3 λ Lg29: om. dett. O. — 34. *belli* R3: *eius belli* dett. O. — 35. *ulla* om. Lagg. dett.

disiunctus, sed etiam clausus est, ut illis, quibus Siciliam propinquam fuisse dicis, facilius fuerit ad oceanum pervenire quam ad Peloridem accedere. 7. Contagio autem ista servilis belli cur abs te potius quam ab iis omnibus, qui ceteras provincias obtinuerunt, praedicatur? an quod in Sicilia iam antea bella fugitivorum fuerunt? At ea ipsa causa est, cur ista provincia minimo in periculo sit et fuerit. Nam posteaquam illinc M'. Aquilius decessit, omnium instituta atque edicta praetorum fuerunt eius modi, ut ne quis cum telo servus esset. Vetus est quod dicam et propter severitatem exempli nemini fortasse vestrum inauditum: L. Domitium praetorem in Sicilia, cum aper ingens ad eum allatus esset, admiratum requisisse, quis eum percussisset. Cum audisset pastorem cuiusdam fuisse, eum vocari ad se iussisse: illum cupide ad praetorem quasi ad laudem atque ad praemium accucurrisse: quaesisse Domitium, qui tantam bestiam percussisset: illum respondisse venabulo: statim deinde iussu praetoris in crucem esse sublatum. Durum hoc fortasse videatur neque ego ullam in partem disputo: tantum intelligo, maluisse Domitium crudelem in animadvertendo quam in praetermittendo dissolutum videri. IV. 8. Ergo his institutis provinciae iam tum, cum bello sociorum tota Italia arderet, homo non acerrimus nec fortissimus, C. Norbanus, in summo otio fuit. Perfacile enim sese Sicilia iam tuebatur, ut ne quod ex ipsa bellum posset exsistere. Etenim cum nihil tam coniunctum sit quam negotiatores nostri cum Siculis usu, re, ratione, concordia, et cum ipsi Siculi res suas ita constitutas habeant, uti iis pacem expediat esse, imperium autem populi Romani sic diligant, ut id imminui aut commutari minime velint; cumque haec a servorum bello pericula et praetorum institutis et dominorum disciplina provisa sint: nullum est malum domesticum, quod ex ipsa provincia nasci possit. 9. Quid igitur? nulline motus in Sicilia servorum Verre praetore, nullaene consensiones factae esse dicuntur? Nihil sane, quod ad senatum populumque Romanum pervenerit: nihil, quod iste publice Romam scripserit: et tamen coeptum esse in Sicilia moveri aliquot locis servitium suspicor. Id adeo non tam ex re, quam ex istius factis decretisque cognosco. Ac videte, quam non inimico animo sim acturus. Ego ipse haec, quae ille quaerit, quae adhuc numquam audistis, commemorabo et proferam. 10. In Triocalino, quem locum fugitivi iam ante tenuerunt, Leonidae cuiusdam Siculi familia in suspicionem est vocata coniurationis. Res delata ad istum. Statim, ut par fuit, iussu eius homines, qui fuerant

---

1. *est* R3: *fuit* dett. O. — 4. *iis*] *istis* R3. — 5. *ante* dett. O. — 6. *ista*] *ipsa* Ld. dett. O. — 8. *eiusmodi* om. Lg29. — 10. *allatus esset ad eum* λ G3. — 12. *ad se vocari* G3 dett. O. — *iussit* Lagg. praeter 42. — *cupide*] *oppido* G2 Ld. — 13. *atque ad* R λ G2 Ld. codd. plerique: *et ad* Lg29; *ad* om. G1. — *accucurrisse* R: *accurrisse* G3 dett. O. — 18. *prouintiae* R. — 19. *sociorum* R3 λ (Madv. p. 98. Bak. p. 35.): *fugitivorum* dett. O. — *C.*] *Cn.* Lagg. praeter 45. — 20. *Sicilia tuebatur ne* dett. — 21. *ex ipsa* R3, 2 codd. Lamb.: *in ipsa* dett. O. — *existere* R. — 23. *ipsis Siculis* R3, sed R pr. m. *siculi.* — *uti is* R; *ut is* Lg42; *uti hiis* G3; *ut his* dett.; *ut iis* O. [Sic recte O; nam est *uti is* = *ut iis.*] — 25. *ab servorum* dett. O. — 28. *praetore Verre* λ G3 Lg29. — 30. *publ. R. scripserit* R3 λ Lg29: *Romam publice conscripserit* dett. O. — 31. *aliquod* R. — 33. *ad videte* R; *at videte* G1 Ld. — *sum* Lg29. — 34. *ipsa haec* idem. — *ille*] *ipse* G3; *iste* L. probabiliter. — 35. *Triochalino* R, Lg29 et 6 alii. — *tenuerant* de Ern. coni. O. — 36. *suspitionem* R. — *est vocata* R S: *vocata est* G3, dett. O. — 37. *fuerant nom.* R3 λ (sed G2

nominati, comprehensi sunt adductique Lilybaeum. Domino denuntiatum est: causa dicta: damnati. V. Quid deinde? quid censetis? Furtum fortasse aut praedam exspectatis aliquam. Nolite usque quaque idem quaerere. In metu belli furandi locus qui potest esse? Etiam si qua fuit in hac re occasio, praetermissa est. Tum potuit a Leonida nummorum aliquid auferre, cum denuntiavit, ut adesset. Fuit nundinatio aliqua et isti non nova, ne causam dicerent: etiam alter locus, ut absolverentur. Damnatis quidem servis quae praedandi potest esse ratio? Produci ad supplicium necesse est. Testes enim sunt qui in consilio fuerunt, testes publicae tabulae, testis splendidissima civitas Lilybaetana, testis honestissimus maximusque conventus civium Romanorum. Fieri nihil potest: producendi sunt. Itaque producuntur et ad palum alligantur. 11. Etiam nunc mihi exspectare videmini, iudices, quid deinde factum sit, quod iste nihil umquam fecit sine aliquo quaestu atque praeda. Quid in eius modi re fieri potuit? Quod commodum est exspectate facinus quam vultis improbum: vincam tamen exspectationem omnium. Homines sceleris coniurationisque damnati, ad supplicium traditi, ad palum alligati, repente multis milibus hominum inspectantibus soluti sunt et Triocalino illi domino redditi. Quid hoc loco potes dicere, homo amentissime, nisi id, quod ego non quaero, quod denique in re tam nefaria, tametsi dubitari non potest, tamen, ne si dubitetur quidem, quaeri oporteat: quid aut quantum aut quo modo acceperis? Remitto tibi hoc totum atque ista te cura libero; neque enim metuo, ne hoc cuiquam persuadeatur, ut, ad quod facinus nemo praeter te ulla pecunia adduci potuerit, id tu gratis suscipere conatus sis. Verum de ista furandi praedandique ratione nihil dico: de hac imperatoria iam tua laude disputo. VI. 12. Quid ais, bone custos defensorque provinciae? Tu, quos servos arma capere et bellum facere in Sicilia voluisse cognoras et de consilii sententia iudicaras, hos ad supplicium iam more maiorum traditos ex media morte eripere ac liberare ausus es, ut, quam damnatis crucem servis fixeras, hanc indemnatis videlicet civibus Romanis reservares? Perditae civitates desperatis iam omnibus rebus hos solent exitus exitiales habere, ut damnati in integrum restituantur, vincti solvantur, exsules reducantur, res iudicatae rescindantur. Quae cum accidunt, nemo est, quin intelligat ruere illam rem publicam: haec ubi eveniunt, nemo est, qui ullam spem salutis reli-

---

Ld: *fuerunt)*: *erant nom.* 7 Lagg.; *nom. erant* Lg42 O. — 1. *den. est* R3, 2 codd. Lamb. (Madv. p. 56.): *den. est, ut adesset* dett. O. *(denunciatum* R.) — 2. *damnati sunt* dett. O. — 3. *exspectatis*] *spectatis* R3; om. Quint. IX. 2, 22. Cf. ad IV. §. 101. — *idem* R3 λ C: *quidem* dett. — 4. *qui locus* dett. O. — 7. *diceret* dett. O. — 8. *posset* R3. At praesens *necesse est,* quod sequitur, necessario requirit h. l. *potest*, quod dett. codd. servant. In his terminationibus vel optimi codd. non raro peccant. — 10. *lylibitana* R. — 11. *fieri* om. Lagg. praeter 29. — 12. *alligabantur* Arus. M. p. 217. — *etiamnum* 7 Lagg. — 15. *potuit? Quod - - improbum*] sic distinxit Madv. p. 89. (improb. Bak. p. 36.): *potuit? quod comm. est. Exspectate* O. — *expectate* R. (item v. 16. et alias.) — *uoltis* Lg29. — 16. *homines* R3 λ Lg29: *nomine* dett. — 17. *ad palum allig. ad suppl. traditi* Lg29. — 18. *Triocalino* λ G1: *Triochalino* R et sic fere G2 Ld; *Leonidae* dett. O. Utrumque damnat Rau II. p. 140. — *domino* om. λ. (?) — 21. *oportet* Lg29. — 24. *tu*] *tũ* R; *tum* G1 2. — 27. *et bellum* R λ G2 Ld: *ac bellum* G1 dett. O. — 29. *traditos* R3, 2 codd. Lamb.: *traditos et ad palum alligatos* dett. O. — 30. *servis crucem* Lagg. praeter 29, O. — 31. *videlicet* om. iidem, O. — *disperatis* R. — 32. *iam* R3 λ. Arus. M. p. 225: om. dett. O. — *exitialis* R. — 35. *eveniunt* St. L: *eveniant* R3; *veniunt* dett.

quam esse arbitretur. 13. Atque haec sicubi facta sunt, facta sunt, ut homines populares ac nobiles supplicio aut exsilio levarentur: at non ab iis ipsis, qui iudicassent, at non statim, at non eorum facinorum damnati, quae ad vitam et ad fortunas omnium pertinerent. Hoc vero novum et eius modi est, ut magis propter reum quam propter rem ipsam credibile videatur, ut homines servos, ut ipse qui iudicarat, ut statim e medio supplicio dimiserit, ut eius facinoris damnatos servos, quod ad omnium liberorum caput et sanguinem pertineret. 14. O praeclarum imperatorem nec iam cum M'. Aquilio, fortissimo viro, sed vero cum Paullis, Scipionibus, Mariis conferendum! Tantumne vidisse in metu periculoque provinciae! Cum servitiorum animos in Sicilia suspensos propter bellum Italiae fugitivorum videret: ne quis se commovere auderet, quantum terroris iniecit! Comprehendi iussit: quis non pertimescat? causam dicere dominos: quid servo tam formidolosum? FECISSE VIDERI pronuntiat: exortam videtur flammam paucorum dolore ac morte restinxisse. Quid deinde sequitur? Verbera atque ignes et illa extrema ad supplicium damnatorum, metum ceterorum, et cruciatus et crux. Hisce omnibus suppliciis sunt liberati. Quis dubitet, quin servorum animos summa formidine oppresserit, cum viderent ea facilitate praetorem, ut ab eo servorum sceleris coniurationisque damnatorum vita vel ipso carnifice internuntio redimeretur?

VII. 15. Quid? hoc in Apolloniensi Aristodamo, quid? in Leonte Imacharensi non idem fecisti? Quid? iste motus servitiorum bellique subita suspicio utrum tibi tandem diligentiam custodiendae provinciae an novam rationem improbissimi quaestus attulit? Halicyensis Eumenidae, nobilis hominis et honesti, magnae pecuniae vilicus cum impulsu tuo

1. *sicubi ita* Lg29. — *facta sunt*] In omnibus codd. haec verba semel leguntur; bis primum apparent in edit. Cratrand. — 2. *ac* R3: *aut* dett. O; non raro *ac* depravatum est: cf. infra §. 64; *aut* retinens Halmius ita explicat, ut *nobiles* eosdem esse dicat, qui alibi *optimates* appellantur. At non debebat *optimates* (p. Sest. §. 97 sqq. de Rep. II. §. 41.) confundere cum *nobilibus*; nec licet [??] disiungere *populares aut nobiles*, quia utrumque in eodem homine esse potest. Neque h. l. ulla est disiunctionis ratio; opponuntur enim *homines populares ac nobiles* (i. e. qui iidem sunt nobiles) *hominibus servis* i. e. homines nobili loco nati et apud populum gratiosi hominibus infimae condicionis. Nam nisi homines nobiles simul populares sunt, non facile fit, ut supplicio aut exsilio leventur, quia eius rei potestas apud populum est. — 2. *at non*] *ut non* (ter) R. (item duobus prioribus locis Lagg.) — 3. *ab iis*] *ab is* R pr. m.; *ab his* R corr. et rell. (vel *hiis.)* — 4. *et ad*] *ad* om. G1 Lagg. — *omnium fortunas* G3. — 6. *credibile esse vid.* Lagg. — 10. *Paulis* R. — 11. *servorum* Lg29. — 13. *comprendi* R. — 14. *servis* dett. O. — 15. *pronunciat* R; *pronuntiavit* dett. O. — *ortam* Lagg. — 17. *et cruciatus* R3: *et* om. dett. O.— 18. *qui in* R. — 20. *servorum* om. dett. O. — *ipsa* R. — 22. *Apolloniense* Lagg. — *Leonte* Prisc. I. p. 238. Lagg.: *Leonida* R3. — 23. *Imacharensi* Prisc. l. l. cod. Urs.: *Macharensi* Lg29; *acarensi* R. (sed pr. m. *leonidā acarensi*, i. e. *Leonida Macarensi)* G3; *Acharensi* codd. Lamb.; *Magarensi* 4 Lagg.; *Megarensi* al. O. cf. ad III. §. 47. — *metus* Lg42. — *servitiorum* R3 λ: *servorum* dett. O. — 24. *suspitio* R. — 25. *novissimam* Lg29. — *inprobissumi* R. — *Halicienses* R. — 26. *magnae pecuniae vilicus*] sic iunge verba coll. IV. §. 88. *signum magnae pecuniae.* p. Rosc. Am. §. 108. *praedia tantae pecuniae.* Sall. Iug. c. 85. *non pluris pretii coquum quam vilicum habere.* Or. et Halm distinguunt: *magnae pecuniae, vilicus.* At tum Cicero sine dubio dixisset *pecuniosi,* ut §. 16. 23., quod simul concinnitas orationis postularet. Collocationem autem verborum nostrae explicationi non refragari, id quod Halmius censet, cum Sallustii exemplum, tum ratio ipsa docet; consulto enim, ut intenderet vim notionis, genitivos primo loco collocavit. (Scripturam *vilicus* habent R et aliquot Lagg.) — *inpulsu* R.

insimulatus esset, HS $\overline{LX}$ a domino accepisti, quod nuper ipse iuratus docuit, quem ad modum gestum esset. Ab equite Romano C. Matrinio absente, cum is esset Romae, quod eius vilicos pastoresque tibi in suspicionem venisse dixeras, HS $\overline{DC}$ abstulisti. Dixit hoc L. Flavius, qui tibi eam pecuniam numeravit, procurator C. Matrinii: dixit ipse Matrinius: dicit vir clarissimus, Cn. Lentulus censor, qui Matrinii honoris causa recenti negotio ad te litteras misit mittendasque curavit. 16. Quid? de Apollonio, Dioclis filio, Panormitano, cui Gemino cognomen est, praeteriri potest? Ecquid hoc tota Sicilia clarius, ecquid indignius, ecquid manifestius proferri potest? Quem, ut Panormum venit, ad se vocari et de tribunali citari iussit concursu magno frequentiaque conventus. Homines statim loqui: «mirabar, quod Apollonius, homo pecuniosus, tam diu ab isto maneret integer: excogitavit nescio quid, attulit: profecto homo dives repente a Verre non sine causa citatur.» Exspectatio summa hominum, quidnam id esset: cum exanimatus subito ipse accurrit cum adolescente filio; nam pater grandis natu iam diu lecto tenebatur. 17. Nominat iste servum, quem magistrum pecoris esse diceret: eum dicit coniurasse et familias concitasse. Is omnino servus in familia non erat. Eum statim exhiberi iubet. Apollonius affirmare se omnino nomine illo servum habere neminem. Iste hominem abripi a tribunali et in carcerem coniici iubet. Clamare ille, cum raperetur, nihil se miserum fecisse, nihil commisisse, pecuniam sibi esse in nominibus, numeratam in praesentia non habere. Haec cum maxime summa hominum frequentia testificaretur, ut quivis intelligere posset eum, quod pecuniam non dedisset, idcirco illa tam acerba iniuria affici; cum maxime, ut dico, hoc de pecunia clamaret, in vincla coniectus est. VIII. 18. Videte constantiam praetoris, et eius praetoris, qui in iis rebus non ita defendatur, ut mediocris praetor, sed ita laudetur, ut optimus imperator. Cum servorum bellum metueretur, quo supplicio dominos indemnatos afficiebat, hoc servos damnatos liberabat: Apollonium, hominem locupletissimum, qui, si fugitivi bellum in Sicilia facerent, amplissimas fortunas amitteret, belli fugitivorum nomine indicta causa in vincla coniecit: servos, quos ipse cum consilio belli faciendi causa consensisse iudicavit,

---

1. $\overline{LX}$ Lg29: *LX* rell. O. — 4. $\overline{DC}$ R3, sed sine lineola: *conties* 7 Lagg.; *centum* alii, O. 5. *Matrini* R. (item v. 6.) — *ipse M.* R3 λ Lg29: *ipse C. M.* dett. O. — 6. *dicet* om. R3 λ; *dicit* Lg29. — *qui - - causa* delenda censet Ern. At cf. Madv. p. 400. Bak. p. 37. — 8. *Dioclis* R3: *Diocli* dett. O. — *Panhormitano* R et sic ubique. [Sic item V et Lg29 semper habent.] — 10. *manifestus* R; *confestius* C. — *quem ut* R3: *quem is uti* dett. — 11. *convectus* R. — 12. *mirabar* R3 (Madv. p. 99.): *mirari* dett. O. — 13. *excogitavit: nescio quid attulit* distinxit O; *attulit profecto excogitavit nescio quid* Lg29. — 15. *hominum* R3 λ: *omnium* dett. O. — 17. *nominat hominem, quem m. p. e. dicebat* Serv. ad Aen. VII. 485. — 18. *et alias familias* dett. O. — *citasse* G3. — 19. *adfirmare* R; *affirmat* Lagg. praeter 42 18. (*se affirmat servum o.* Lg29.) — 20. *servum se omn. illo nomine* dett. O. — *arripi* Lagg. — 21. *coici* R pr. m. et Lg29; *conici* R corr. — *ille clamare* dett. O; om. Ld. — 23. *maxima summaque* Lg42. — 26. *vincula* G3 Lg29 18. — 27. *et eius praetoris* om. R3. — *in iis rebus* R: *in his (hiis) rebus* G3 Lg29; *in rebus* Lgg. rell.; *nunc reus* alii (?) O. — *defenditur* Lg42, St. L. Halm. — 28. *laudetur* dett.: *laudatur* R3. L. St. Halm. Idem modus utroque loco necessario requiritur; utro utaris, non multum refert. Coniunctivus tamen a codicibus plus auctoritatis habet. — 29. *idemnatos adfic.* R. — 30. *apollinium* R. — *locupl. hom.* dett. O. — 32. *vincula* G1 Ld. — 33. *de consilio* R3 λ; *de consilii sententia* ex coni. Lamb. Halm.

eos sine consilii sententia sua sponte omni supplicio liberavit. 19. Quid? si aliquid ab Apollonio commissum est, quam ob rem in eum iure animadverteretur: tamenne hanc rem sic agemus, ut crimini aut invidiae reo putemus esse oportere, si quo de homine severius iudicaverit? Non agam tam acerbe: non utar ista accusatoria consuetudine, si quid est factum clementer, ut dissolute factum criminer; si quid vindicatum est severe, ut ex eo crudelitatis invidiam colligam. Non agam ista ratione: tua sequar iudicia, tuam defendam auctoritatem, quoad tu voles; simul ac tute coeperis tua iudicia rescindere, mihi suscensere desinito. Meo iure enim contendam eum, qui suo iudicio damnatus sit, iuratorum iudicum sententiis damnari oportere. 20. Non defendam Apollonii causam, amici atque hospitis mei, ne tuum iudicium videar rescindere: nihil de hominis frugalitate, virtute, diligentia dicam: praetermittam illud etiam, de quo ante dixi, fortunas eius ita constitutas fuisse familia, pecore, villis, pecuniis creditis, ut nemini minus expediret ullum in Sicilia tumultum aut bellum commoveri: non dicam ne illud quidem, si maxime in culpa fuerit Apollonius, tamen in hominem honestissimae civitatis honestissimum tam graviter animadverti causa indicta non oportuisse. 21. Nullam in te invidiam ne ex illis quidem rebus concitabo, cum esset talis vir in carcere, in tenebris, in squalore, in sordibus, tyrannicis interdictis tuis patri exacta aetate et adolescenti filio adeundi ad illum miserum potestatem numquam esse factam. Etiam illud praeteribo, quotiescumque Panormum veneris illo anno et sex mensibus, (nam tam diu fuit Apollonius in carcere,) toties te senatum Panormitanum adisse supplicem cum magistratibus sacerdotibusque publicis, orantem atque obsecrantem, ut aliquando ille miser atque innocens calamitate illa liberaretur. Relinquo haec omnia: quae si velim persequi, facile ostendam tua crudelitate in alios omnes tibi aditus misericordiae iudicum iam pridem esse praeclusos. IX. 22. Omnia tibi ista concedam et remittam. Provideo enim, quid sit defensurus Hortensius. Fatebitur apud istum neque senectutem patris neque adolescentiam filii neque lacrimas utriusque plus valuisse quam utilitatem salutemque provinciae: dicet rem publicam administrari sine metu ac severitate non posse: quaeret, quam ob rem fasces praetoribus praeferantur, cur secures datae, cur carcer aedificatus, cur tot supplicia sint in improbos more maiorum constituta? Quae cum omnia graviter severeque dixerit, quaeram, cur hunc eundem Apollonium Verres idem repente, nulla re nova allata, nulla defensione, sine causa de carcere emitti iusserit? tantumque in

---

2. *ab Ap. aliquid* dett. O. — *comm. esset* Lagg. — *iure in eum* G3 dett. O. — 4. *iudicaret* Lg29; *iudicavit* dett. O. — 5. *si quod* Lagg. praeter 42. — 7. *severe est* dett. O. — 9. *suscensere* R: *succensere* O. — 10. *iure enim* R S Lagg. omnes: *enim iure* ctt. O. — *condemnatus* dett. O. — 11. *iudicium* R. — *Apolloni* R. — 13. *frugalitatis* R. — 14. *ante* R3: *antea* dett. O. — 17. *fuerit in culpa* Lg29. — *hon. civ. honest.*] *honessimae maximae civit. honessimum* R; *honestissime maxime civ. honest.* G3; *honestissimum civit. honestissimae* dett. O. — 18. *oportuisset* R. — 19. *invidiam in te* dett. O. — 23. *quotienscumque* R. — *et sex*] *ex sex* R G1; *ex* G2 Ld. — 24. *in carcere Ap.* dett. O. — *te* R3: *ad te* dett. O. — 25. *publicis* om. Lg29. — 27. *relinquam* dett. O. — 28. *aditur* R. — 29. *tibi* R3 λ Lg29: *igitur* dett. O. — 30. *provideo* R3 λ, alii (ut p. Mur. §. 4. *providere, quid futurum sit*): *praevideo* Lg18 O. — 33. *dicit* R G2 Ld. — 37. *idem Verres* Lg29. — *nova re* dett. O.

hoc crimine suspicionis esse affirmabo, ut iam ipsis iudicibus sine mea argumentatione coniecturam facere permittam, quod hoc genus praedandi, quam improbum, quam indignum quamque ad magnitudinem quaestus immensum infinitumque esse videatur. 23. Nam quae iste in Apollonio fecit, ea primum breviter cognoscite quot et quanta sint; deinde haec expendite atque aestimate pecunia: reperietis idcirco haec in uno homine pecunioso tot constituta, ut ceteris formidines similium incommodorum atque exempla periculorum proponeret. Primum insimulatio est repentina capitalis atque invidiosi criminis: — statuite, quanti hoc putetis et quam multos redemisse: — deinde crimen sine accusatore, sententia sine consilio, damnatio sine defensione: — aestimate harum omnium rerum pretia et cogitate in his iniquitatibus unum haesisse Apollonium, ceteros profecto multos ex his incommodis pecunia se liberasse: — postremo tenebrae, vincla, carcer, inclusum supplicium atque a conspectu parentum ac liberum, denique a libero spiritu atque a communi luce seclusum: haec vero, quae vel vita redimi recte possunt, aestimare pecunia non queo. 24. Haec omnia sero redemit Apollonius, iam maerore ac miseriis perditus; sed tamen ceteros docuit ante istius avaritiae scelerique occurrere: nisi vero existimatis hominem pecuniosissimum sine causa quaestus electum ad tam incredibile crimen aut sine eadem causa repente e carcere emissum aut hoc praedandi genus ab isto in illo uno adhibitum ac tentatum et non per illum omnibus pecuniosissimis Siculis metum propositum et iniectum.

X. 25. Cupio mihi ab illo, iudices, subiici, quoniam de militari eius gloria dico, si quid forte praetereo. Nam mihi videor iam de omnibus rebus eius gestis dixisse, quae quidem ad belli fugitivorum suspicionem pertinerent: certe nihil sciens praetermisi. Habetis hominis consilia, diligentiam, vigilantiam, custodiam defensionemque provinciae. Summa illuc pertinet, ut sciatis, quoniam plura genera sunt imperatorum, ex quo genere iste sit, ne qui diutius in tanta penuria virorum fortium talem imperatorem ignorare possit. Non ad Q. Maximi sapientiam neque ad illius superioris Africani in re gerunda celeritatem neque ad huius, qui postea fuit, singulare consilium, neque ad Paulli rationem ac disciplinam neque ad C. Marii vim atque virtutem, sed aliud genus

---

1. *adfirmabo* R. — *ipsius* Lg29. — 3. *inprobum* et 4. *inmensum* R. — 5. *quod et q.* R. — 8. *proponerentur* dett. O. — 10. *quam multo* G1, Lagg. praeter 29. — 11. *rerum omnium* dett. O. — 14. *vincla* R St. L. Lagg.: *vincula* O. — *atque consp.* R; *a consp.* G3; *aque consp.* coni. Or. 2; *a complexu atque conspectu* coni. Klotz. — 15. *parentium* [non *parentum*] R. — *liberorum* G1. — *atque a comm.* R λ G1: *ac comm.* G2 Ld; *et comm.* dett. O. — 16. *haec vero -- queo* Arus. M. p. 210. — *possint* G1 2; *possent* Ld. — 17. *haec omnia* deesse in Ld. falso tradit Or. 2. — 19. *ac sceleri* dett. O. — 20. *sine aliqua causa* dett. O. Cf. Madv. p. 101. — *electum* R3 λ: *eiectum* C; *iniectum* dett. — 22. *ac temptatum* R; *et tent.* G3. — *pecuniosissimis* R3: *pecuniosis* dett. O. — 23. *metum* om. R3. — 24. *iudices, ab illo* Lagg. praeter 29, O; *ab ipso* susp. Halm, coll. V. §. 146. — 25. *de omnibus iam* dett. O. — 27. *pert. susp.* Lgg. praeter 29, O. (*suspitionem* R.) — 28. *custodiam* om. Lagg. praeter 42. — 29. *illuc summa* Lg29. — 30. *iste* om. Lagg. praeter 29. — *ne qui* R3 (sed G1 *ne quis*): *ne* dett. O. Distinctionem mutavit Zumpt.; nam antea sic erat distinctum: *iste sit. Ne -- possitis: non* ctt. — *paenuria* R. (sic etiam alias.) — 31. *possit* R: *posset* G3; *possitis* dett. O. — 32. *gerenda* Ld. Lg29. — 33. *consilium*] *certamen* Lg29. — 34. *ad gai mari* R. — *atque*] *ac* Lg29. — *sed aliud* R3: *sed ad aliud* dett. O.

imperatoris sane diligenter retinendum et conservandum, quaeso, cognoscite. 26. Itinerum primum laborem, qui vel maximus est in re militari, iudices, et in Sicilia maxime necessarius, accipite quam facilem sibi iste et iucundum ratione consilioque reddiderit. Primum temporibus hibernis ad magnitudinem frigorum et tempestatum vim ac fluminum praeclarum hoc sibi remedium compararat: urbem Syracusas elegerat, cuius hic situs atque haec natura esse loci caelique dicitur ut nullus umquam dies tam magna ac turbulenta tempestate fuerit, quin aliquo tempore eius diei solem homines viderint. Hic ita vivebat iste bonus imperator hibernis mensibus, ut eum non facile non modo extra tectum, sed ne extra lectum quidem quisquam videret. Ita diei brevitas conviviis, noctis longitudo stupris et flagitiis continebatur. 27. Cum autem ver esse coeperat, cuius initium iste non a Favonio neque ab aliquo astro notabat, sed cum rosam viderat, tum incipere ver arbitrabatur, dabat se labori atque itineribus, in quibus eo usque se praebebat patientem atque impigrum, ut eum nemo umquam in equo sedentem viderit. XI. Nam, ut mos fuit Bithyniae regibus, lectica octophoro ferebatur, in qua pulvinus erat perlucidus Melitensis, rosa fartus: ipse autem coronam habebat unam in capite, alteram in collo reticulumque ad nares sibi admovebat, tenuissimo lino, minutis maculis, plenum rosae. Sic confecto itinere cum ad aliquod oppidum venerat, eadem lectica usque in cubiculum deferebatur. Eo veniebant Siculorum magistratus, veniebant equites Romani, id quod ex multis iuratis audistis: controversiae secreto deferebantur, paulo post palam decreta auferebantur. Deinde ubi paulisper in cubiculo pretio, non aequitate iura descripserat, Veneri iam et Libero reliquum tempus deberi arbitrabatur. 28. Quo loco non mihi praetermittenda videtur praeclari imperatoris egregia ac singularis diligentia. Nam scitote oppidum esse in Sicilia nullum ex iis oppidis, in quibus consistere praetores et conventum agere soleant, quo in oppido non isti ex aliqua familia non ignobili delecta ad libidinem mulier esset. Itaque nonnullae ex eo numero in convivium adhibebantur palam:

---

1. *imperatorum* aliquot edd. vett. et O. — *retinendum*] *intelligendum* Lg29. — 5. *et temp*. R3 λ: *et ad temp*. dett. O. — 6. *sibi hoc* dett. O. — *compararat* cod. Franc.: *comparat* R3 dett. — 8. *turbulentaque* dett. O. — 9. *solem eius diei* Lagg. praeter 29. — *viderint* R3 λ (Madv. p. 102.): *viderent* dett. O. — 12. *long. noctis* λ G3. (non R.) — *conterebatur* dett. O. — 13. *aliquo astro*] sic iam in marg. Asc. 1511: *aliquo austro* codd. noti; *alio astro* Ern. errore typogr. et sic O. — 14. Post *notabat* addit cod. Ursini: *Nec enim egrediebatur tecto, ut vel ventos sentire vel cernere sidera posset.* — *videret* Lg29. — *tum* R3: *tunc* dett. O. — 15. *usque eo* dett. O. — 16. *viderit* R3 Lg29 (Madv. p. 102.): *videret* dett. O. — 17. *Nam una haud mos est Bithyniae regibus vehi lectica, id est, octophoro* [*vehebatur*] Schol. Juven. p. 39. ed. Cramer., unde Schefferus (ibidem p. 622.) coni.: *Nam unus, ut mos est Bith. reg.* sqq. — *octaphoro* R. — 18. *rosaeartus (E ex F)* R; *rosae arctus* G1 2; *rosearcus* Ld. — 20. *admovebat* R3, Nonius p. 350. 441. 221. 411. (in quo est *ad naris)*: *apponebat* Lagg. [*sibi ad nares admovebat* Auctor incertus in Anecdotis Paris. p. 5. ed. Eckst., ubi deinde est: *minutissimis maculis.*] — *minimis* Lg29. — 22. *in cubic*. R3. (Madv. p. 103.): *ad cubic*. dett. O. — *veniebant* posterius om. R3 λ. — 23. *audietis* dett. — 26. *relicum* R pr. m. — *arbitr. deberi* Lg29. — *non mihi praeterm.*] *non praetura mihi praeterm.* R; *non pretā (precatur* G2, *praecatur* Ld.) *mihi praeterm*. G3; *non praeterm. mihi* marg. Lamb. 1584; *mihi non praeterm.* O. — 28. *esse oppidum* dett. O. — *ex his* R Lg29. (*hiis* ut semper G3.) — 29. *praet. consistere* Lagg. dett., O. — *soleant* R3 (Madv. p. 55.): *solent* dett. O. — 30. *ignorabili* λ. — *dilecta* R λ G1.

si quae castiores erant, ad tempus veniebant, lucem conventumque vitabant. Erant autem convivia non illo silentio populi Romani praetorum atque imperatorum, neque eo pudore, qui in magistratuum conviviis versari soleat, sed cum maximo clamore atque convicio: non numquam etiam res ad pugnam atque ad manus vocabatur. Iste enim praetor severus ac diligens, qui populi Romani legibus numquam paruisset, illis legibus, quae in poculis ponebantur, diligenter obtemperabat. Itaque erant exitus eius modi, ut alius inter manus e convivio tamquam e proelio auferretur, alius tamquam occisus relinqueretur, plerique ut fusi sine mente ac sine ullo sensu iacerent, ut quivis, cum adspexisset, non se praetoris convivium sed ut Cannensem pugnam nequitiae videre arbitraretur. XII. 29. Cum vero aestas summa esse coeperat, quod tempus omnes Siciliae semper praetores in itineribus consumere consuerunt, propterea quod tunc putant obeundam esse maxime provinciam, cum in areis frumenta sunt, quod et familiae congregantur et magnitudo servitii perspicitur et labor operis maxime offendit, frumenti copia commonet, tempus anni non impedit: tum, inquam, cum concursant ceteri praetores, iste novo quodam genere imperator pulcherrimo Syracusarum loco stativa sibi castra faciebat. 30. Nam in ipso aditu atque ore portus, ubi primum ex alto sinus ab litore ad urbem inflectitur, tabernacula carbaseis intenta velis collocabat. Huc ex illa domo praetoria, quae regis Hieronis fuit, sic emigrabat, ut eum per illos dies nemo extra illum locum videre posset. In eum autem ipsum locum aditus erat nemini, nisi qui aut socius aut minister libidinis esse posset. Huc omnes mulieres, quibuscum iste consuerat, conveniebant, quarum incredibile est quanta multitudo fuerit Syracusis: huc homines digni istius amicitia, digni vita illa conviviisque veniebant. Inter eius modi viros et mulieres adulta aetate filius versabatur, ut eum, etiam si natura a parentis similitudine abriperet, consuetudo tamen ac disciplina patris similem esse cogeret. 31. Huc Tertia illa perducta per dolum atque insidias ab Rhodio tibicine maximas in istius castris effecisse dicitur turbas, cum indigne pateretur uxor Cleomenis Syracusani, nobilis mulier, itemque uxor Aeschrionis, honesto loco nata, in conventum suum mimi Isidori filiam venisse. Iste autem Hannibal, qui in suis castris virtute putaret oportere, non genere certari,

---

2. *P. R. praetorum* R: *praet. pop. R.* O; *pop. R.* om. dett. — 3. *neque eorum* Lg29. — 4. *solet* dett. O. — 5. *ad manus atque ad pugnam* dett. O. — *vocabatur* R3 λ Lg29: *veniebat* dett. O. — 6. *qui* om. R3. — *populi R.*] *praetor* G1 2. — 7. *diligenter obt.* R3: in dett. *diligenter* ante *legibus* collocatur, et sic O. — 9. *ut fusi* R3: *fusi* dett. O. — 10. *quivis ut* dett. O. — *aspexisset* R; *aspexissent* Lg29. — *non se*] *non ut se* R3. — 11. *sed ut*] *ut* om. L. — 12. *esse* R3: *esse iam* dett. O. — 13. *semper Siciliae* Lagg. praeter 42. — *consuerunt* R Ld. Lg29: *consueverunt* G1 2 dett. O. — 14. *tunc* R3: *tum* dett. O. — 16. *offendit* R3, codd. Lamb. (Madv. epist. p. 103. Op. I. p. 365.): *offenditur* dett. O. — *frumenti* R3 λ: *et frum.* dett. O. — 17. *inpedit* R. — 18. *quodam ex genere* dett. O. — *luco* aliquot dett. (sed nullus Lagg., nec alii codd., ut videtur. Nec infra v. 23 et 24. ullus codex *lucum* habet.) — 19. *ubi*] *ut* R3, codd. Lamb. Cf. Madv. p. 105. — 20. *ad urbem ab litore* dett. O. *(a litore* Lg29.) — 21. *conlocabat* R; *conlocavit* cod. Bamberg. Nonii p. 541. — 22. *ut eum per illos d. n.* R3: *ut per eos dies nemo istum* dett. O. — *extra*] *ex* R. — 24. *quibus* dett. — 25. *consuerat* R et plerique: *consueverat* Ld. Lg14 42. O. — 26. *huc omnes* Lg29. — *amic. et digni* idem. — 27. *et mul.* R3: *ac mul.* dett. O. — 31. *turbas dicitur* dett. O. — 32. *itemque uxor* R3 Lg29: *uxor* om. dett. O. — 34. *in castris suis* Lg29.

sic hanc Tertiam dilexit, ut eam secum ex provincia deportaret. XIII. At per hos dies, cum iste cum pallio purpureo talarique tunica versaretur in conviviis muliebribus, non offendebantur homines, neque moleste ferebant abesse a foro magistratum, non ius dici, non iudicia fieri: locum illum litoris percrepare totum mulierum vocibus cantuque symphoniae, in foro silentium esse summum causarum atque iuris, non ferebant homines moleste: non enim ius abesse videbatur a foro neque iudicia, sed vis et crudelitas et bonorum acerba et indigna direptio. 32. Hunc tu igitur imperatorem esse defendis, Hortensi? huius furta, rapinas, cupiditatem, crudelitatem, superbiam, scelus, audaciam rerum gestarum magnitudine atque imperatoriis laudibus tegere conaris? Hic scilicet est metuendum, ne ad exitum defensionis tuae vetus illa Antoniana dicendi ratio atque auctoritas proferatur, ne excitetur Verres, ne denudetur a pectore, ne cicatrices populus Romanus adspiciat ex mulierum morsu vestigia libidinis atque nequitiae. 33. Di faciant, ut rei militaris, ut belli mentionem facere audeas! Cognoscentur enim omnia istius aera illa vetera, ut non solum in imperio, verum etiam in stipendiis qualis fuerit, intelligatis: renovabitur prima illa militia, cum iste e foro abduci, non, ut ipse praedicat, perduci solebat: aleatoris Placentini castra commemorabuntur, in quibus cum frequens fuisset, tamen aere dirutus est: multa eius in stipendiis damna proferentur, quae ab isto aetatis fructu dissoluta et compensata sunt. 34. Iam vero cum in eius modi patientia turpitudinis aliena, non sua satietate obduruisset: qui vir fuerit, quot praesidia, quam munita pudoris et pudicitiae vi et audacia ceperit, quid me attinet dicere ac coniungere cum istius flagitio cuiusquam praeterea dedecus? Non faciam, iudices: omnia vetera praetermittam: duo sola recentia sine cuiusquam infamia ponam, ex quibus coniecturam facere de omnibus possitis: unum illud, quod ita fuit illustre notumque omnibus, ut nemo tam rusticanus homo L. Lucullo et M. Cotta consulibus Romam ex ullo municipio vadimonii causa venerit, quin sciret iura omnia praetoris urbani nutu atque arbitrio Chelidonis meretriculae gubernari: alterum, quod, cum paludatus exisset votaque pro imperio suo communique re publica nuncupasset, noctu stupri causa lectica in urbem introferri solitus est ad mulierem, nuptam uni, propositam

---

1. *exportaret* dett. — 2. *hos* R3: *eos* dett. O. — *talarique* Hotomanus coll. §. 86.: *parique* codd. et Non. p. 358. — 3. *homines* R3 λ: *homines in eo* dett. Non. O. — 4. *a* om. Lg29; in R *a* sup. lin. est, sed a pr. m. — *lucum* Lagg. praeter 29. Vulgatam tuetur Nonius p. 255. — 5. *muliebribus voc.* Non. l. l. — 7. *a* om. Lagg. praeter 29. — 8. *et indigna* R3: *atque ind.* dett. O. — *igitur tu* Lagg. praeter 42. — 10. *audatiam* R. (item infra v. 24.) — 11. *imperatoriis* Lg29 42 (cf. §. 2. Acad. IV. §. 2. in Vatin. §. 24.): *imperatoris* R3, 6 Lagg. Sic *patriis* in *patris* depravatum est I. §. 93. 135., vel potius antiquitus sic scribebatur. — 16. *istius* om. Lg29. — 18. *e foro* G1 Ld. — 20. *commemorantur* R. — *aere direptus* G3. In R *dirutus* legitur, sed syllaba *ru* in loco raso ab altera manu scripta est. — 24. *quod praesidia* R. — 25. *ac* R3 λ: *aut* codd. rell. O [recte; cf. Zumpt. ad h. l.]; *et* L. — 27. *infamia*] *iniuria* Lg29. — 28. *inlustre* R. — 29. *et* R3: om. O. [Videtur *et* a Lagg. omnibus abesse; saltem Niebuhrius *et* non exscripsit nisi ex ed. Lamb. 1566. et aliquot aliis edd., sed nullo ex cod., quod propter Zumptii notam monendum erat.] — 30. *ex illo* Lagg. — 31. *praetoris urbani* R3, codd. Lambini: *populi R.* dett. [habet R: *P. R. urbani.*] — 33. *re publica* R, 2 codd. Lambini, G2 Ld.: *populi Rom.* G1 et Lagg. vel *populo R.*

omnibus, contra fas, contra auspicia, contra omnes divinas atque humanas religiones.

XIV. 35. O di immortales! Quid interest inter mentes hominum et cogitationes! Ita mihi meam voluntatem spemque reliquae vitae vestra populique Romani existimatio comprobet, ut ego, quos adhuc mihi magistratus populus Romanus mandavit, sic eos accepi, ut me omnium officiorum obstringi religione arbitrarer. Ita quaestor sum factus, ut mihi illum honorem tum non solum datum, sed etiam creditum et commissum putarem: sic obtinui quaesturam in Sicilia provincia, ut omnium oculos in me unum coniectos esse arbitrarer, ut me quaesturamque meam quasi in aliquo terrarum orbis theatro versari existimarem, ut semper omnia, quae iucunda videntur esse, ea non modo his extraordinariis cupiditatibus, sed etiam ipsi naturae ac necessitati denegarem. 36. Nunc sum designatus aedilis: habeo rationem, quid a populo Romano acceperim: mihi ludos sanctissimos maxima cum cura et caerimonia Cereri, Libero Liberaeque faciundos, mihi Floram matrem populo plebique Romanae ludorum celebritate placandam, mihi ludos antiquissimos, qui primi Romani appellati sunt, cum dignitate maxima et religione Iovi, Iunoni Minervaeque esse faciundos, mihi sacrarum aedium procurationem, mihi totam urbem tuendam esse commissam; ob earum rerum laborem et sollicitudinem fructus illos datos, antiquiorem in senatu sententiae dicendae locum, togam praetextam, sellam curulem, ius imaginis ad memoriam posteritatemque prodendae. 37. Ex his ego omnibus rebus, iudices, ita mihi omnes deos propitios velim, etiamsi mihi iucundissimus est honos populi, tamen nequaquam capio tantum voluptatis, quantum et sollicitudinis et laboris, ut haec ipsa aedilitas, non quia necesse fuerit, alicui candidato data, sed quia sic oportuerit, recte collocata et iudicio populi in loco esse posita videatur. XV. 38. Tu cum esses praetor renuntiatus, quoquo modo — mitto enim et praetereo, quid tum sit actum —, sed cum esses renuntiatus, ut dixi, non ipsa praeconis voce excitatus es, qui te toties seniorum iuniorumque centuriis illo honore affici pronuntiavit, ut hoc putares, aliquam rei publicae partem tibi creditam, annum tibi illum unum domo carendum esse meretricis? Cum tibi sorte obtigisset, uti ius diceres, quantum negotii, quid oneris ha-

---

1. *omnis* R. — 3. *di* R: *dii* O. — 5. *populi* Lg29. — 7. *religioni* R. — *arbitrer* R G1 2. — 8. *honorem illum* dett. O. — *tum*] *tuum* R. — *ac comm.* dett. O. — 9. *provincia Sic.* dett. O. — 10. *unum* om. G3 λ. (non R.) — *esse* om. λ Ld. Lagg. praeter 29, O. — 11. *terrarum orbis* R3 λ: *orbis terrae* dett. Lactant. Div. Instt. VI. 24, 20.; *orbis terrarum* O. — *omnia semper* dett. O. (*omni* R.) — 12. *iucunda*] *uincula* Lg29. — *esse videntur* G3. — *ea* R3: om. dett. O. — 13. *sed et* G1 2. — *ac* om. L. — 15. *cum*] *tum* R. — *cura et* om. dett. O. — 16. et 19. *faciendos* G1. — 18. *appellati sunt* R3: *sunt nominati* dett. O. — *max. cum dign. ac rel.* dett. O. — 22. *curulem ius*] *curulentus* R; *ius* om. G3. — *imaginis* R pr. m., dett., Non. p. 363. 541.: *imagines* R m. sec., G3. — 23. *prodendae* J. Fr. Gronovius (Observv. I. 12.): *prodendam* codd. Cic. et Nonii. — *rebus omnibus* dett. O. — 24. *deos omnes* dett. O. (*omnis* R.) — *prop. esse velim* dett. O. At cf. Divinat. §. 41. — *etiamsi* R3: *ut tametsi* dett. O. — 25. *tantum capio* dett. O. — 26. *et soll.* R3 λ: *et* om. dett. O. — 27. *candidatos* R. — *recte* om. Lg29. — *conlocata* R. — 28. *digno in loco* Victor. contra codd. — *posita esse* dett. O. — 31. *totiens* R. — 32. *adfici pronunciauit* R. — *putaret* R3. — *tibi* om. Lagg. — 34. *uti* R λ G1: *ut* dett. O; om. G2 Ld.

beres, numquam cogitasti? neque illud rationis habuisti, si forte te expergefacere posses, eam provinciam, quam tueri singulari sapientia atque integritate difficile esset, ad summam stultitiam nequitiamque venisse? Itaque non modo a domo tua Chelidonem in praetura excludere noluisti, sed in Chelidonis domum praeturam totam detulisti. 39. Secuta provincia est, in qua numquam tibi venit in mentem, non tibi idcirco fasces ac secures et tantam imperii vim tantamque ornamentorum omnium dignitatem datam, ut earum rerum vi et auctoritate omnia repagula pudoris officiique perfringeres, ut omnium bona praedam tuam duceres, ut nullius res tuta, nullius domus clausa, nullius vita saepta, nullius pudicitia munita contra tuam cupiditatem et audaciam posset esse; in qua tu te ita gessisti, ut, omnibus cum teneare rebus, ad bellum fugitivorum confugias. Ex quo iam intelligis non modo nullam tibi defensionem, sed maximam vim criminum exortam; nisi forte Italici fugitivorum belli reliquias atque illud Tempsanum incommodum proferes, ad quod recens cum te peropportune fortuna attulisset, si quid in te virtutis aut industriae habuisses, idem, qui semper fueras, inventus es. XVI. 40. Cum ad te Valentini venissent et pro his homo disertus ac nobilis, M. Marius, loqueretur, ut negotium susciperes, ut, cum penes te praetorium nomen esset, ad illam parvam manum exstinguendam ducem te principemque praeberes: non modo id refugisti, sed eo ipso tempore, cum esses in litore, Tertia illa tua, quam tu tecum deportaras, erat in omnium conspectu; ipsis autem Valentinis ex tam illustri nobilique municipio tantis de rebus responsum dedisti, cum esses cum tunica pulla et pallio. Quid hunc proficiscentem, quid in ipsa provincia fecisse existimatis, qui cum iam ex provincia non ad triumphum, sed ad iudicium decederet, ne illam quidem infamiam fugerit, quam sine ulla voluptate capiebat? 41. O divina senatus frequentis in aede Bellonae admurmuratio! Memoria tenetis, iudices, cum advesperasceret et paulo ante esset de hoc Tempsano incommodo nuntiatum, cum inveniretur nemo, qui in illa loca cum imperio mitteretur, dixisse quendam Verrem esse non longe a Tempsa. Quam valde universi admurmuraverunt, quam palam principes dixerunt contra! Et his tot criminibus testimoniisque convictus in eo-

---

1. *cogitavisti* Lagg. — *te* om. R3; *expergefacere te* dett. codd. et edd. (*experge te facere* Lagg. omnes.) — 4. *a* R3: om. dett. O. — *excludere* R3, codd. Lamb., Lg14 29: *extrudere* dett. O. — 5. *totam* R G1 Lg29: *tuam totam* dett. O; *tuam* G2 Ld. — 6. *tibi numquam* dett. O. — 7. *ac* R3: *et* dett. — 8. *pudoris* R3, codd. Lambini: *iuris pudoris* dett. O. — 9. *officiique* R3 (Madv. p. 38.): *et officii* dett. O. — *non ut omnium* Lagg. praeter 29. — *ut nullius* R3 λ Lg29: *ut* om. dett. — 10. *res tuta*] *restituta* R. — 12. *cum omnibus* dett. O. — 13. *intellegis* R3 λ: *intelliges* dett. O. — *tibi nullam* dett. O. (*nullam tibi non modo* Lg29.) — 14. *criminis* R. — *belli fugitivorum* dett. O. In G2 Ld. est: *belli fugit. belli*. — 15. *Tempsanum* Lagg.: *Temanum* R G1; alii aliter peccant; *Temsanum* O. — *ad*] *id* G3 λ. — 16. *te* om. G3 λ. — *attulisset* R3 λ: *obtulisset* dett. O. — *aut* R G1 2: *ac* Ld.; *atque* dett. O. — 17. *habuisses* R3: *fuisset* dett. O. — 18. *ac* R G1 2: *et* Ld. dett. O. — Malim *iis*. Bait. — 19. *loqueretur*] *queretur* R; *quaereretur* G3. — *susceperis* R G1. — *nomen* R3 λ: *imperium ac nomen* dett. O. — 20. *exstingendam* R pr. m. — 22. *tu tecum* R λ G1 2: *tu totum* Ld.; *tecum* dett. — *deportaras* R3 λ: *deportabas* dett. O. — 23. *inlustri* R. — 24. *responsum* G2 Ld. (Madv. epist. p. 41. Op. I. p. 324. Wesenb. l. l. p. 28.): *sponsum* R G1; *responsum nullum* dett. O. — 26. *sed etiam ad* Lagg. — 30. *Tempsano* sic h. l. R et infra *Tempsa*. — 31. *dixisseque quidam* coni. Ern. — 32. *admurmuraverunt* G3: *admurmuraverint* R λ; *admurmurarint* dett. O. — 33. *dixerunt contra* G2 Ld.: *dixerint contra*

rum tabella spem sibi aliquam proponit, quorum omnium palam causa incognita voce damnatus est?

XVII. 42. Esto: nihil ex fugitivorum bello aut suspicione belli laudis adeptus est, quod (neque bellum eius modi neque belli periculum fuit in Sicilia) neque ab isto provisum est, ne quod esset. At vero contra bellum praedonum classem habuit ornatam diligentiamque in eo singularem; itaque ab isto praeclare defensa provincia est. Sic de bello praedonum, sic de classe Siciliensi, iudices, dicam, ut hoc iam ante confirmem, in hoc uno genere omnes inesse culpas istius maximas, avaritiae, maiestatis, dementiae, libidinis, crudelitatis. Haec dum breviter expono, quaeso, ut fecistis adhuc, diligenter attendite.

43. Rem navalem primum ita dico esse administratam, non uti provincia defenderetur, sed uti classis nomine pecunia quaereretur. Superiorum (praetorum consuetudo cum haec fuisset) (ut naves civitatibus certusque numerus nautarum militumque imperaretur,) maximae et locupletissimae civitati Mamertinae nihil horum imperavisti. Ob hanc rem quid tibi Mamertini clam pecuniae dederint, post, si videbitur, ex ipsorum litteris testibusque quaeremus. 44. Navem vero [cybaeam] maximam, triremis instar, pulcherrimam atque ornatissimam cybaeam, palam aedificatam sumptu publico, tuo nomine, publice, sciente tota Sicilia, per magistratumque Mamertinum tibi datam donatamque esse dico. Haec navis onusta praeda Siciliensi, cum ipsa quoque esset ex praeda, simul cum ipse decederet, appulsa Veliam est cum plurimis rebus et iis, quas iste Romam mittere cum ceteris furtis noluit, quod erant carissimae maximeque eum delectabant. (Eam navem nuper egomet vidi Veliae multique alii viderunt) pulcherrimam atque ornatissimam, iudices; quae quidem omnibus, qui eam adspexerant, prospectare iam exsilium atque explorare fugam domini videbatur. XVIII. 45. Quid mihi hoc loco re-

---

R λ; *contradixerint* G4 dett. O. Secutus sum Zumptium et Klotzium, qui puncto post *Tempsa* posito indicativos induxerunt. Quodsi quis in asyndeto, quod sequitur, offendat, multo praestat coniunctivis ex R λ receptis anacoluthon statuere quam cum Ernestio gratam hanc Tullii negligentiam, quam appellat Orellius, corrigere. — *et his* S: *sed iis* R; *sed is* G2 Ld.; *sed his* G4; *his* Lg29; *et is* Lagg. rell. — *conuinctus* (sic) R. — 4. *tabella* R3 λ: *tabellis* dett. O. — *proponit* R3 (Madv. p. 405.): *ponit* dett. O. (Bak. p. 37.) — 3. *suspitione* R. — 6. *praedonum* om. R3. — *diligentiamque adhibuit in eo* cod. Lamb. (?) — 7. *ab isto* R3: *ab isto praetore* λ (?); *isto praetore* dett. O. — 9. *omnis* R. — 11. *adtendite* R. — 13. *sed uti* R3 Lg29: *sed ut* dett. O. — 16. *hanc* R3 λ Lg29: *quam* dett. O. — 17. *clam pec. dederint* R: *clam ded. pec.* G3 Lg42, O; *pec. clam dederint* Lagg. rell. — *si* R3 Lg29 (Madv. p. 405. coll. Bak. p. 37.): om. dett. O. — *ex eorum* Lg29. — 18. *testibusque* R3 Lg29: *et testibus* dett. O. — *cybaeam* R: *cybeam* ctt. O. — 19. *ornatissimam cybaeam* R G4; *maximam -- ornat.* om. G2 Ld. cf. Arus. M. p. 238. Repetitionem voc. *cybaeam*, quae Graevio non sine vi ac venustate esse visa est, molestissimam esse arbitramur neque debebat eam in textum recipere Halmius. Altero utro loco haec vox delenda est; itaque Klotzius priore loco uncis inclusit, quae ratio ab testimonio Arusiani commendationem habet, qui ibi hanc vocem omittit. [Nihil affert Arusianus nisi haec: *navem maximam triremis instar.*] — 20. *tuo nomine publice* R3, cod. Urs.: om. codd. rell. O. [Sic nos adnotationem refinximus; Iordanus enim vv. *sumptu publico*, quae ante *tuo nomine* leguntur, deleverat ut glossema voc. *publice*, nescio quo errore ratus ea in optimo R deesse.] — *tota* om. Lagg. — *per magistratumque* R3: *per magistratum senatumque* dett.; *per magistratus senatumque* Franc. O. — 21. *haec navis* sqq. Quint. IX. 3, 34. — 23. *ipse* R3: *iste* dett. O. — *adpulsa* R. — *et is* R. — 24. *iste* R3: *ante* dett. O. — *mittere Romam* Lg29. — *clarissimae* R3.

spondebis? nisi forte id, quod, tametsi probari nullo modo potest, tamen dici quidem in iudicio de pecuniis repetundis necesse est, de tua pecunia aedificatam esse navem. Aude hoc saltem dicere, quod necesse est. Noli metuere, Hortensi, ne quaeram, qui licuerit aedificare navem senatori. Antiquae sunt istae leges et mortuae, quem ad modum tu soles dicere, quae vetant. Fuit ista res publica quondam, fuit ista severitas in iudiciis, ut istam rem accusator in magnis criminibus obiiciendam putaret. Quid enim tibi navi? qui si quo publice proficisceris, praesidii et vecturae causa sumptu publico navigia praebentur; privatim autem nec proficisci quoquam potes nec arcessere res transmarinas ex iis locis, in quibus te habere nihil licet. 46. Deinde cur quidquam contra leges parasti? Valeret hoc crimen in illa vetere severitate ac dignitate rei publicae. Nunc non modo te hoc crimine non arguo, sed ne illa quidem communi vituperatione reprehendo: tu tibi hoc numquam turpe, numquam criminosum, numquam invidiosum fore putasti, celeberrimo loco palam tibi aedificari onerariam navem in provincia, quam tu cum imperio obtinebas? Quid eos loqui, qui videbant, quid existimare eos, qui audiebant, arbitrabare? inanem te navem esse illam in Italiam adducturum? navicularium, cum Romam venisses, esse facturum? Ne illud quidem quisquam poterat suspicari, te in Italia maritimum habere fundum et ad fructus deportandos onerariam navem comparare. Eius modi voluisti de te sermonem esse omnium, palam ut loquerentur te illam navem parare, quae praedam ex Sicilia deportaret et ad ea furta, quae reliquisses, commearet. 47. Verum haec omnia, si doces navem de tua pecunia aedificatam, remitto atque concedo. Sed hoc, homo amentissime, non intelligis priore actione ab ipsis istis Mamertinis, tuis laudatoribus, esse sublatum? Nam dixit Heius, princeps istius legationis, quae ad tuam laudationem missa est, navem tibi operis publicis Mamertinorum esse factam eique faciendae senatorem Mamertinum publice praefuisse. Reliqua est materies. Hanc Rheginis, ut ipsi dicunt (tametsi tu negare

---

2. *pec. constare aedificatam* Lagg. — 3. *navem* R3: *eam navem* dett.; *eam navim* O (item Lagg., ut videtur). — 4. *qui*] *cui* R G2 Ld.; *an* G1. — 6. *res publica* R3 C: *resp. rentio* 2 codd. Lambini; *responsio* dett.; *reprehensio* Lg14 m. 2. — 7. *criminibus*] *iudiciis* Lagg. praeter 29. — 8. *navi* R G1 (cf. Varro ap. Non. p. 100.: «*Quid mihi somno, si dormitio tollitur?* ad Att. XV. Ia, 1. «*Quid mihi iam medico? aut si opus est, tanta inopia est?*): *nave* Lg29; *navim* C; *narram* G2 Ld.; *nave opus fuit?* dett. O; *quo enim tibi navi opus fuit?* Prisc. I. p. 337. (ubi in cod. Barber. est: *quid enim* sqq., eadem tamen manu *quo* emendante) prob. Garat. II. coll. II. §. 183.; *quo enim tibi navim?* coni. Graevius. — *qui si* codd. omnes, etiam Ld. teste Bakio: *cui si* L O. At cf. Madv. p. 106. Bake p. 38. Stuerenb. ad Arch. p. 139. ed. I. — *proficisceris* G2 Lg27 29: *proficiscereris* ctt. O. — *et praesidii* dett. O. — 9. *praebentur* Lg29: *praeberentur* ctt. O. — 10. *arcessere* Lg29: *accersere* R Ld. rell. Lagg. — *ex his* R. — 11. *te habere* R3 codd. Lamb. (Madv. p. 108.): *tibi habere, mercari* dett. O. — 12. *veteri* Lagg. praeter 29, O. — 14. *tu*] *postremo tu* Lg29, alii, O; *postremo ut* Lagg. rell. — *turpe* om. Lagg., item sequens *numquam* omnes praeter 14 et 29. — 16. *aedificare* R3. — *in provincia* R G1: *in provinciam* G2 Ld.; *in ea provincia* dett. O. — 18. *audebant* R. — *esse illam* R3, 2 codd. Lamb.: *illam esse* O; *illam* om. dett. — *adducturum* R3: *deducturum* dett. O. — 19. *navic. te cum* dett. O. — 20. *habere in Italia marit.* dett. O. — 22. *de te voluisti* dett. O. — 23. *portaret* Lg29. — *et quae ad ea* dett. O. — *fura* R. — 24. *commemoret* R. — 26. *istis ipsis tuis Mam. laudat.* dett. O (sed hic *ipsis istis*). — 27. *Heius* R3: *Heius princeps civitatis* dett. O. — 28. *laudationem*] *legationem* R G2 Ld. — 29. *factam* R3 λ: *aedificatam* dett. O. Cf. ad IV. §. 23. — 30. *Reginis* R (ut semper).

non potes), publice, quod Mamertini materiem non habent, imperavisti. XIX. Si (et ex quo fit navis et qui faciunt) imperio tibi tuo, non pretio, praesto fuerunt, ubi tandem istud latet, quod tu de tua pecunia dicis impensum? — 48. At Mamertini in tabulis nihil habent. Primum video potuisse fieri, ut ex aerario nihil darent — etenim vel Capitolium, sicut apud maiores nostros factum est, publice coactis fabris operisque imperatis gratis exaedificari atque effici potuit: — deinde, id quod perspicio et quod ostendam, cum ipsos produxero, ipsorum ex litteris, multas pecunias isti erogatas in operum locationes falsas atque inanes esse perscriptas. Iam illud minime mirum est, Mamertinos, a quo summum beneficium acceperant, quem sibi amiciorem quam populo Romano esse cognoverant, eius capiti litteris suis pepercisse. Sed si argumento est Mamertinos tibi pecuniam non dedisse, quia scriptum non habent: sit argumento tibi gratis stare navem, quia, quid emeris aut quid locaris, scriptum proferre non potes.

49. At enim idcirco navem Mamertinis non imperasti, quod sunt foederati. — Di approbent! Habemus hominem in fetialium manibus educatum, unum praeter ceteros in publicis religionibus foederum sanctum ac diligentem. Omnes, qui ante te fuerunt praetores, dedantur Mamertinis, quod iis navem contra pactionem foederis imperarint! Sed tamen tu, sancte homo ac religiose, cur Tauromenitanis item foederatis navem imperasti? an hoc probabis, in aequa causa populorum sine pretio varium ius et disparem condicionem fuisse? 50. Quid? si eius modi esse haec duo foedera duorum populorum, iudices, doceo, ut Tauromenitanis nominatim cautum et exceptum sit foedere, NE NAVEM DARE DEBEANT, Mamertinis in ipso foedere sanctum atque praescriptum sit, VT NAVEM DARE NECESSE SIT; istum autem contra foedus et Tauromenitanis imperasse et Mamertinis remisisse: numquid dubium poterit esse, (quin Verre praetore plus Mamertinis cybaea, quam Tauromenitanis foedus opitulatum sit)? Recitentur foedera. XX. Isto igitur tuo, quem ad modum ipse praedicas, beneficio, ut res indicat, pretio atque mercede, minuisti maiestatem rei publicae, minuisti auxilia populi Romani, minuisti copias maiorum virtute ac sapientia comparatas, sustulisti ius imperii, condicionem sociorum, memoriam foederis. Qui ex foedere ipso

1. *materiem* R G1 Ld. (om. G2): *materiam* Lg29; *materies* dett. — 2. *ex* om. Lg29. — *tibi non tuo pr.* G3 λ. — 3. *istud* R G1: *illud* G2 Ld.; *istuc* dett. O. — 4. *inpensum* R. — 6. *publice gratis coactis* dett. O. — 7. *gratis exaed.* R3 (G1 *edificari*): *gratis* om. dett. O. — *id quod p. et quod* R G2 L., plerique (Madv. ep. p. 109. Op. I. p. 366. coll. Bak. p. 39.): *id quod* om. G1; *id quoque perspicio, quod et* λ (?) O. — 8. *ipsos* R3 λ: *istos* dett. O. — 10. *iam* R3 Lg29: *nam* dett. O. — 11. *amic. esse quam p. R.* G3. (non R.) — 12. *capite* R. — *sed* om. Lagg. dett. — *si* om. Lg29. — 13. *tibi pecuniam* R G1 2: *tibi pecunias* Ld.; *pecuniam tibi* λ (?); *pecunias tibi* dett. O. — 14. *gratis stare* R: *stare gratis* G3; *gratis constare* dett. O. — *locaveris* dett. O. — 17. *adprobent* R. — *ftialium* R. — 19. *ac* R3 λ Lg29: *et* dett. O. — *praet. fuerunt* dett. O. — 20. *iis* G1: *is* R; *vis* G2. — 24. *Tauremenitanis* R. — 26. *praescriptum* R, Lgg. plerique: *perscriptum* G3 Lg14, O. — *ut* R3 λ: *uti* dett. O. — 27. *navim* Lagg., ut videtur. — 28. *remisse* R. — *numquid* R3: *num cui* dett. O. — 29. *cybaea quam Taur.* om. Lagg. — 30. *foedera. MAMERTINORVM ET TAVROMENITANORVM CVM POP. R. FOEDERA* L O; abest titulus a codd. — 31. *ipse* om. Lagg. praeter 29. — 32. *maiestatem populi R.* (sic etiam Lg29), *min. auxilia rei publicae* L.

navem vel usque ad Oceanum, si imperassemus, sumptu periculoque suo armatam atque ornatam mittere debuerunt: ei ne in freto ante sua tecta et domos navigarent, ne sua moenia portusque defenderent, pretio abs te ius foederis et imperii condicionem redemerunt. 51. Quid censetis in hoc foedere faciendo voluisse Mamertinos impendere laboris, operae, pecuniae, ne haec biremis adscriberetur, si id ullo modo possent a nostris maioribus impetrare? Nam, cum hoc munus imponebatur tam grave civitati, inerat nescio quo modo in illo foedere societatis quasi quaedam nota servitutis. Quod tum recentibus suis officiis, integra re, nullis populi Romani difficultatibus a maioribus nostris foedere assequi non potuerunt, id nunc, nullo officio suo, tot annis post, iure imperii nostri quotannis usurpatum ac semper retentum, summa in difficultate navium a C. Verre pretio assecuti sunt, ac non hoc solum assecuti, ne navem darent: ecquem nautam, ecquem militem, qui aut in classe aut in praesidio esset, te praetore per triennium Mamertini dederunt?

XXI. 52. Denique cum ex senatus consulto itemque ex lege Terentia et Cassia frumentum aequabiliter emi ab omnibus Siciliae civitatibus oporteret, id quoque munus leve atque commune Mamertinis remisisti. — Dices frumentum Mamertinos non debere. — Quo modo non debere? an, ut ne venderent? non enim erat hoc genus frumenti ex eo genere, quod exigeretur, sed ex eo, quod emeretur. Te igitur auctore et interprete ne foro quidem et commeatu Mamertini iuvare populum Romanum debuerunt. 53. Quae tandem civitas fuit, quae deberet? Qui publicos agros arant, certum est, quid e lege censoria debeant: cur his quidquam praeterea ex alio genere imperavisti? Quid decumani? num quid praeter singulas decumas ex lege Hieronica debent? cur his quoque statuisti, quantum ex hoc genere frumenti empti darent? Quid immunes? hi certe nihil debent. At eis non modo imperasti, verum etiam, quo plus darent, quam poterant, haec sexagena milia modium, quae Mamertinis remiseras, addidisti. Neque hoc dico, ceteris non recte imperatum: sed Mamertinis, qui erant in eadem causa et quibus superiores omnes, item ut ceteris, imperarant pecuniamque ex senatus consulto et ex lege dissolverant, his dico non recte remissum. Et ut hoc beneficium, quem ad modum dicitur, trabali clavo figeret, cum consilio cau-

2. *ornatam atque armatam* Lg29. — *ei*] *et* R3; *hi* O. — *ante* om. R3. — 4. *foederis imperii cond. emerunt* Lagg. praeter 29. — 5. *faciendo* R3: *faciundo* dett. O. — *inpendere* R. — 7. *inponebatur* R3 λ: *imperabatur* dett. — 8. *inerant* R m. sec. — *societates* R. — 11. *adsequi* R, et sic deinceps. — *nullo novo officio* dett. O. — *tot -- nostri* om. R3. — 12. *quodannis* R. — *usurpato ac semper retento* dett. — 13. *ac non* R G1 2: *at non* Ld.; *at* Lagg.; *At sunt* O. Distinctionem verborum correxit Madvigius p. 110. — 17. *cum*] *tum* R. — 21. *an ut ne*] *an ut* R G2; *aut ut* G1; *an non* Ld. — 22. *sed eo* Lagg. praeter 42. — *auctorem et interpretem* R3. — 23. *commeatum* R. — *iuvare pop. R.* R3 λ Lg29: *pop. R. iuvare* dett. O. — 25. *e lege* R λ: *a lege* G2; *lege* G1; *ex lege* dett. O. — *dare debeant* Lagg. praeter 29; *dare* inclusum habet O. — *his* R: *iis* O. — 26. *imperasti* G1 Lg29. — 27. *his* R Lagg. (praeter 45): *iis* O. — 28. *quid* R3 λ: *qui sunt* dett. O. — *immune* R. — 29. *hi* R: *ii* λ O. — *eis* R3 λ: *iis* Lg48, O; *his* rell. Lagg. — 32. *sed Mam.* R3 λ: *esse: Mam.* dett. O. — 33. *omnes* R3 Lg29: *omnes praetores* dett. O. — *imperarent pecuniam qui ex* R3. — 34. *is* Lg29, unde restituendum *iis*. Halm. — 35. *cum*] *quomodi* R pr. m.; *commodi* R 2. m. G1 2.

sam Mamertinorum cognoscit et de consilii sententia Mamertinis se frumentum non imperare pronuntiat. 54. Audite decretum mercenarii praetoris ex ipsius commentario et cognoscite, quanta in scribendo gravitas, quanta in constituendo iure sit auctoritas. Recita commentarium. *D. C. S. libenter* ait se *facere*, itaque perscribit. Quid? si hoc verbo non esses usus *libenter*, nos videlicet invitum te quaestum facere putaremus? Ac *de consilii sententia*. Praeclarum recitari consilium, iudices, audistis. Utrum vobis consilium tandem praetoris recitari videbatur, cum audiebatis nomina, an praedonis improbissimi societas atque comitatus? 55. En foederum interpretes, societatis pactores, religionis auctores! Numquam in Sicilia frumentum publice est emptum, quin Mamertinis pro portione imperaretur, antequam hoc delectum praeclarumque consilium iste dedit, ut ab his nummos acciperet ac sui similis esset. Itaque tantum valuit istius decreti auctoritas, quantum debuit eius hominis, qui, a quibus frumentum emere debuisset, iis decretum vendidisset. Nam statim L. Metellus ut isti successit, ex C. Sacerdotis et ex Sex. Peducaei instituto ac litteris frumentum Mamertinis imperavit. XXII. 56. Tum illi intellexerunt se id, quod a malo auctore emissent, diutius obtinere non posse. Age porro tu, qui tam religiosum existimari te voluisti interpretem foederum, cur Tauromenitanis frumentum, cur Netinis imperasti? quarum civitatum utraque foederata est. Ac Netini quidem sibi non defuerunt, ac simul pronuntiasti libenter te Mamertinis remittere, te adierunt et eandem suam causam foederis esse docuerunt. Tu aliter decernere eadem in causa non potuisti: pronuntias Netinos frumentum dare non debere et ab his tamen exigis. Cedo mihi eiusdem praetoris litteras et rerum decretarum et frumenti imperati. Litterae rervm decretarvm. Quid potius in hac tanta et tam turpi inconstantia suspicari possumus, iudices, quam id, quod necesse est, aut isti a Netinis pecuniam, cum posceret, non datam aut id esse actum, ut intelligerent Mamertini bene se apud istum tam multa pretia ac munera collocasse, cum idem alii iuris ex eadem causa non obtinerent?

57. Hic mihi etiam audebit mentionem facere Mamertinae laudationis, in qua quam multa sint vulnera, quis est vestrum, iudices, quin

---

2. *mercennari* R. — 3. *quanta -- gravitas* om. dett. — *in scribenda* R. — 4. *Recita*] *R.* R. — *D. C. S.* (i. e. *de consilii sententia*) de Zumptii coni., qui tamen titulum esse voluit; rectius Halmius, id quod sequentia docent, commentarii verba esse statuit: *C. S.* R3; *R. C.* dett.; *R. D.* Hervag. i. e. *rerum decretarum*; *R. D.* [*DECRETVM EX COMMENTARIO*] O. — 7. *consili* R. — 8. *tandem praet. recitari* R3 λ et 7 Lagg. (Madv. p. 57.): *recit. tandem praet.* O. [De codd. Lagg. erravit Zumptius.] — 10. *pactiones* R3. — 12. *antequam*] *quam te* R. — 15. *deberet* Lg29. — *iis*] *is* R. — 16. *Sacerdote* R. — *et ex* R3: *ex* om. dett. O. — *sexti peducae* (sic) R. — 18. *emit* Arus. M. p. 227. — *optinere* R. — 19. *exist. te* R3 λ: *te* ante *tam* habent dett. O. — 21. *at Netini* G1 Zumpt. At cf. Madv. Op. I. p. 366. — 22. *nam simul ac* dett. O. — *Mamertinis quidem* dett.; *M.* [*quidem*] O. — *te* om. R3. [Fort. *rem., adierunt te et* cet. Halm.] — 23. *in eadem* dett. O (R m. pr. *eandem in*). — 24. *debere* R3 λ: *oportere* dett. O. — 25. Malim *iis*. Halm. — *exigisses* R; *egisses* Ld.; *exegisti* L; fort. *exigis. Sed cedo.* — 26. *Litterae rerum decretarum* Zumptius: *eum decretarum* R; *eum decretaturum* G1 2; *eum decertaturum* Ld.; *et rerum decretarum tritici empti* dett.; [*et tritici empti.*] [*LITERAE PRAETORIS RERVM DECRETARVM FRVMENTI IMPERATI ET FRVMENTI EMPTI.*] O. — 27. *ac tam* Lagg. (praeter 29 48), O. — 28. *istam* Lagg. dett. — 29. *se bene* Lagg. — 30. *conlocasse* R. — 33. *uolnera* Lg29. — *iudex* R.

intelligat? Primum [ut] in iudiciis qui decem laudatores dare non potest, honestius est ei nullum dare, quam illum quasi legitimum numerum consuetudinis non explere: tot in Sicilia civitates sunt, quibus tu per triennium praefuisti; arguunt ceterae; paucae et parvae et metu repressae silent; una laudat: — hoc quid est nisi intelligere, quid habeat utilitatis vera laudatio, sed tamen ita provinciae praefuisse, ut hac utilitate necessario sit carendum? 58. Deinde, quod alio loco antea dixi, quae est ista tandem laudatio cuius laudationis legati et principes et publice tibi navem aedificatam et privatim se ipsos abs te spoliatos expilatosque esse dixerunt? Postremo quid aliud isti faciunt, cum te soli ex Sicilia laudant, nisi testimonio nobis sunt omnia te sibi esse largitum, quae tu de re publica nostra detraxeris? Quae colonia est in Italia tam bono iure, quod tam immune municipium, quod per hosce annos tam commoda vacatione omnium rerum sit usum, quam Mamertina civitas per triennium? Soli ex foedere quod debuerunt non dederunt: soli isto praetore omnium rerum immunes fuerunt: soli in istius imperio ea condicione vixerunt, ut populo Romano nihil darent, Verri nihil negarent.

XXIII. 59. Verum ut ad classem, quo ex loco sum digressus, revertar, accepisti a Mamertinis navem contra leges, remisisti contra foedera: ita in una civitate bis improbus fuisti, cum et remisisti quod non oportebat, et accepisti quod non licebat. Exigere te oportuit navem, quae contra praedones, non quae cum praeda navigaret; quae defenderet, ne provincia spoliaretur, non quae provinciae spolia portaret. Mamertini tibi et urbem, quo furta undique deportares, et navem, in qua exportares, praebuerunt: illud tibi oppidum receptaculum praedae fuit: illi homines testes custodesque furtorum: illi tibi et locum furtis et furtorum vehiculum comparaverunt. Itaque ne tum quidem, cum classem avaritia ac nequitia tua perdidisti, Mamertinis navem imperare ausus es, quo tempore in tanta inopia navium tantaque calamitate provinciae, etiam si precario essent rogandi, tamen ab iis impetraretur. Reprimebat enim tibi et imperandi vim et rogandi conatum praeclara illa, non populo Romano reddita biremis, sed praetori donata cybaea. Ea fuit merces imperii auxilii, iuris, consuetudinis, foederis.

60. Habetis unius civitatis firmum auxilium amissum ac venditum

---

1. *ut* om. S; *ut iudiciis* Prisc. II. p. 234.; *ut in indiciis* susp. Madv. Op. I. p. 368. Nos cum Manutio aliisque *ut* uncis inclusimus, quia eiusmodi comparatio, id quod Madv. docuit, h. l. ineptissima est. Cf. Rau II. p. 152., qui vv. *ut in iudiciis* -- *explere* ab homine otioso adscripta esse suspicatur. — *iudicis* R. — 2. *est* om. Prisc. — 4. *et metu*] *et* om. dett. O. — 6. *ita Verres prov. praefuisti* Lagg. — 7. *quod* R3: *quid* Lg29; *quidem* Lg42; *id quod* dett. O. — *ante* dett. O. — 8. *est* om. Lagg. — *cuius*] *quoius* R; *quaevis* λ G1; *eius* G2 Ld. — *et princ*. R3 Lg29: *et* om. dett. O. — 9. *expilatosque*] *exspoliatosque* R3. — 11. *omnia te* R3 λ: *te omnia* O; *te* om. dett. — 12. *de re publ*. dett. Arus. M. p. 224.: *re publ*. R G2 Ld.; *rei publ*. G1. — 13. *per hos* Lagg. — 14. *sit usum omn. rerum* Lagg. praeter 29, O. — 17. *vixerunt* R3 C Lg29: *vitae fuerunt* dett. (*vitae* etiam Lg29 videtur habere.) — *denegarent* dett. O. — 18. *degressus* L O. — 19. *leges* R3 λ: *legem* Lagg. et dett. — 20. *inprobus* R. — 23. *quae nova prov*. dett. O. — *spolia prov*. G1 2 (non R). — 24. *portares* Lagg. — *in qua* R3: *qua* dett. O. — 25. *praebuere* R. — 26. *furtorum fuerunt* L. — 28. *navem Mamert*. dett. O. — 30. *ab iis* Zumpt: *ab his* R O. — 32. *cybaea. Ea fuit*] *cybaeam fuit* R cum linea sub *m*; *cybaea fuit* G3; *cybaea* (vel *cymbea*) *ea tui* Lagg. — 33. *auxilium* Lagg. praeter 29. — 34. *ac perditum* Lg29.

pretio: cognoscite nunc novam praedandi rationem ab hoc primum excogitatam. XXIV. Sumptum omnem in classem frumento, stipendio ceterisque rebus suo quaeque navarcho civitas semper dare solebat. Is neque, ut accusaretur a nautis, committere audebat, et civibus suis rationes ferre debebat et in illo omni negotio non modo labore, sed etiam periculo suo versabatur. Erat hoc, ut dico, factitatum semper nec solum in Sicilia, sed in omnibus provinciis, etiam in sociorum et Latinorum stipendio ac sumptu tum, cum illorum auxiliis uti solebamus. Verres post imperium constitutum primus imperavit, ut ea pecunia omnis a civitatibus sibi annumeraretur, ut is eam pecuniam tractaret, quem ipse praefecisset. 61. Cui potest esse dubium, quam ob rem et omnium consuetudinem veterem primus immutaris et tantam utilitatem per alios tractandae pecuniae neglexeris et tantam difficultatem cum crimine, molestiam cum suspicione susceperis? Deinde alii quaestus instituuntur ex uno genere navali videte quam multi: accipere a civitatibus pecuniam, ne nautas darent, pretio certo missos facere nautas, missorum omne stipendium lucrari, reliquis, quod deberet, non dare. Haec omnia ex civitatum testimoniis cognoscite. Recita testimonia civitatum. XXV. 62. Huncine hominem! hancine impudentiam, iudices! hanc audaciam! civitatibus pro numero militum pecuniarum summas describere! certum pretium, sexcenos nummos, nautarum missionis constituere! quos qui dederat, commeatum totius aestatis abstulerat, iste, quod eius nautae nomine pro stipendio frumentoque acceperat, lucrabatur: ita quaestus duplex unius missionis fiebat. Atque haec homo amentissimus in tanto praedonum impetu tantoque periculo provinciae sic palam faciebat, ut et ipsi praedones scirent et tota provincia testis esset.

63. Cum propter istius hanc avaritiam nomine classis esset in Sicilia, re quidem vera naves inanes, quae praedam praetori, non quae praedonibus metum afferrent: tamen, cum P. Caesetius et P. Tadius decem navibus suis semiplenis navigarent, navem quandam piratarum, praeda refertam, non ceperunt, sed abduxerunt, onere suo plane captam atque depressam. Erat ea navis plena iuventutis formosissimae, plena argenti facti atque signati, multa cum stragula veste. Haec una navis

---

3. *suo quaeque nav.* R3 λ: *nav. suo quaeque* dett. O. — 4. *rationem referre* dett. O. — 5. *et in* R: *et* om. G3 Lagg. O. — 6. *nec non solum* R3. — 7. *sociorum Latinorum* de Ern. coni. O. At cf. Madv. p. 111. — 10. *adnum.* R. — 13. *et cum tantam difficult. crimine* R3. — *molestiae* dett. — 14. *suspitione* R. — 15. *pecunias* dett. O. — 18. *testimonia civit.*] *testimonium* R3 (om. *civit.*); *test. civit.* om. Lagg. [de quibus Z. tacet] praeter 27 et 48. Habet deinde O: [*TESTIMONIA. CIVITATVM*], quem titulum L. adiecerat. — 19. *huncine h. hancine*] sic R G2 alii: *hunccine h. hanccine* O. — *inpud.* R. — *hanc* R3 λ: *hanccine* dett. O. — *audatiam* R. — 20. *certo pretio* dett. — *discribere* R pr. m. — 21. *sexcentos* Lg14 29: *sescenos* R; *sexcentenos* G1, alii Lagg. — *missionis* R pr. m.: *missiones* R corr. et G3; *missione* dett.; *missioni* de coni. Hotom. O. Si Grutero fides habenda, in C *missioni* legitur. — 22. *commeatum* Lg29: *commeatu* rell. Lagg.; *cum comeatum* R; *cum commeatu* G3. — *potius aetatis* Lagg. — *eius nautae* R3, 2 codd. Lamb., Lg29: *et nautae* dett.; *eius* om. C (?). — 23. *ita* R3 λ: *itaque* dett. [*ita* etiam Lagg., ut videtur.] — 24. *missionis* R3: *missione* dett. O. (*missiones* R 1. m. corr. eadem.) — 25. *tantoque* G2 Ld. Lagg.: *tanto* G1; *tanto in* λ; *tanto a* R [ex *tantoq.*]; *in tanto* coni. Klotz. — 27. *hanc* codd. noti: *hanc tantam* vulgo, O. — 28. *inanes* om. Lg29. — 29. *adferrent* R. — 30. *suis* R3: *his* dett. O. — 31. *adduxerunt* R3 Lg27 29. Cf. ad IV. §. 12. Non. p. 253. — 32. *illa navis* G2 Ld. — *plena* ante *argenti* om. dett.

a classe nostra non capta est, sed inventa ad Megaridem, qui locus est non longe a Syracusis. Quod ubi isti nuntiatum est, tametsi in acta cum mulierculis iacebat ebrius, erexit se tamen et statim quaestori legatoque suo custodes misit complures, ut omnia sibi integra quam primum exhiberentur. 64. Appellitur navis Syracusas: exspectatur ab omnibus supplicium. Iste quasi praeda sibi advecta, non praedonibus captis, si qui senes ac deformes erant, eos in hostium numero ducit: qui aliquid formae, aetatis artificiique habebant, abducit omnes, nonnullos scribis, filio cohortique distribuit: symphoniacos homines sex cuidam amico suo Romam muneri misit. Nox illa tota in exinaniunda nave consumitur. Archipiratam ipsum videt nemo, de quo supplicium sumi oportuit. Hodie omnes sic habent — quid eius sit, vos coniectura assequi debetis, — istum clam a piratis ob hunc archipiratam pecuniam accepisse. — XXVI. 65. Coniectura est. — Iudex esse bonus nemo potest, qui suspicione certa non movetur. Hominem nostis; consuetudinem omnium tenetis, qui ducem praedonum aut hostium ceperit, quam libenter eum palam ante oculos omnium esse patiatur. Hominem in tanto conventu Syracusis vidi neminem, iudices, qui archipiratam captum sese vidisse diceret, cum omnes, ut mos est, ut solet fieri, concurrerent, quaererent, videre cuperent. Quid accidit, cur tanto opere iste homo occultaretur, ut eum ne casu quidem quisquam adspicere posset? Homines maritimi Syracusis, qui saepe istius ducis nomen audissent, saepe timuissent, cum eius cruciatu atque supplicio pascere oculos animumque exsaturare vellent, potestas adspiciendi nemini facta est. 66. Unus plures praedonum duces vivos cepit P. Servilius, quam omnes antea. Ecquando igitur isto fructu quisquam caruit, ut videre piratam captum non liceret? At contra, quacumque iter fecit, hoc iucundissimum spectaculum omnibus vinctorum captorumque hostium praebebat. Itaque ei concursus fiebat undique, ut non modo ex iis oppidis, qua ducebantur, sed etiam ex finitimis visendi causa convenirent. Ipse autem triumphus quam ob rem omnium triumphorum gratissimus populo Romano fuit et iucundissimus? Quia nihil est victoria dulcius, nullum est autem testimonium victoriae certius, quam, quos saepe metueris, eos te vinctos ad supplicium duci

---

1. *a*] *ex* Lagg. — 2. *in acta*] *noctu* Lagg. praeter 29. — 4. *custodis m. compluris* R pr. m. — 5. *adpell.* R. — 6. *supplicium* R3: *supplicium sumi de captivis putatur* dett. — *adducta* Lg29. — 7. *ac* R G1: *aut* G2 Ld. dett. O. — *dicit* R3. — 8. *omnis* R. — 9. *scribis* R3: *scribis suis* dett. O. — *synphoniacos* R. — *homines* om. G3. Cf. Madv. Op. I. p. 368. not. — *quoidam* R pr. m. — 10. *in exinaniunda nave* R3: *exinanienda* (*- unda* O) *navi* dett. O. Cf. Madv. p. 112. — 12. *hodie* R3: *hodieque* dett. O. — *sic omnes* Lg29. — *habent* R3, codd. Lamb., Parr. Lall.: *habent persuasum* dett. O. — *coniectura* R3 λ: *coniectura quoque* dett. O. — *adsequi* R. — 14. *est* R3 Lg29: *bona est* dett. O. — *iudex est bonus, nemo est qui* Lg29. — *suspitione* R. — 15. *consuetudinemque* dett. O. — 17. *patitur* R3. — 18. *iudex* R G2 Ld. — *sese vidisse* Zumptius: *esse vidisse* R3 λ, cf. ad §. 141.; *sese* om. Lg29; *vidisse se* dett. O. — 19. *ut solet fieri* suspecta Burmanno et Beckio. — 20. *tanto opere* habent R, Lg29 45. — 21. *maritumi* R; *Mamertini* Lagg. — 22. *saepe* R3: *cum eum saepe* dett. — 24. *pluris* R. — 25. *quam ceteri* Agroet. p. 2267. — 28. *victorum* λ Ld. — *fiebat undique* R3 λ: *undique fiebant* dett. O., quod haud scio an praeferendum sit. Sed cum singularis exemplis (cf. Nizol. et Klotz. s. v.) et ratione aliquo modo defendi possit, codicum optt. fidem deserere noluimus. — 29. *ex iis* Orellius: *ex his* codd. — 31. *atque iucund.* dett. O. — 32. *victoria dulcius - - testimonium* om. R3. — 33. *eosdem vinctos* 5 Lagg. dett. — *adduci* 6 Lagg. dett. et 29 m. sec.

videre. 67. Hoc tu quam ob rem non fecisti? quam ob rem ita pirata iste occultatus est, quasi eum adspici nefas esset? quam ob rem supplicium non sumpsisti? quam ob causam hominem reservasti? ecquem scis in Sicilia antea captum archipiratam, qui non securi percussus sit? Unum cedo auctorem tui facti; unius profer exemplum. Vivum tu archipiratam servabas: quo? Per triumphum, credo, quem ante currum tuum duceres: neque enim quidquam erat reliquum, nisi uti classe populi Romani pulcherrima amissa provinciaque lacerata triumphus tibi navalis decerneretur. — XXVII. 68. Age porro: custodiri ducem praedonum novo more, quam securi feriri omnium exemplo magis placuit. — (Quae sunt istae custodiae) apud quos homines? quem ad modum est asservatus? Lautumias Syracusanas omnes audistis, plerique nostis. Opus est ingens, magnificum, regum ac tyrannorum: totum est e saxo in mirandam altitudinem depresso et multorum operis penitus exciso: nihil tam clausum ad exitum, nihil tam saeptum undique, nihil tam tutum ad custodiam nec fieri nec cogitari potest. In has lautumias, si qui publice custodiendi sunt, etiam ex ceteris oppidis Siciliae deduci imperantur. 69. Eo quod multos captivos cives Romanos coniecerat, quod eodem ceteros piratas condi imperarat, intellexit, si hunc subditivum archipiratam in eandem custodiam dedisset, fore ut a multis in lautumiis verus ille dux quaereretur. Itaque hominem huic optimae tutissimaeque custodiae non audet committere: denique Syracusas totas timet: amandat hominem. Quo? Lilybaeum fortasse. Video: tamen homines maritimos non plane reformidat. Minime, iudices. Panormum igitur? Audio: quamquam Syracusis, quoniam in Syracusano captus erat, maxime, si minus supplicio affici, at custodiri oportebat. Ne Panormum quidem. 70. Quo igitur? quo putatis? Ad homines a piratarum metu et suspicione alienissimos, a navigando rebusque maritimis remotissimos, ad Centuripinos, homines maxime mediterraneos, summos aratores, qui nomen numquam timuissent maritimi praedonis, unum te praetore horruissent Apronium, terrestrem archipiratam. Et ut quivis facile perspiceret id ab isto actum esse, ut ille suppositus facile et libenter se illum, qui non erat, esse simularet, imperat Centuripinis, ut is victu ceterisque rebus quam libe-

---

1. *ita iste pirata* dett. O. — 2. *occultatus est* R G1 2: *celatus est* dett. O. Cf. Madv. p. 443. (Ld. om. *quamobrem -- nefas esset.*) — *aspici* R3; *adspicere* dett. O. — 3. *haecquem* R pr. m.; *et quem* G1 Ld. — *scis* R3 λ Lg29: *audisti* dett. O. — 4. *antea* om. Lg29; *ante* Lg14 48. — *sit* om. G1. — 6. *quo* R (Madv. Op. I. p. 368.): *quamobrem* G1; *quem* cett. O, hac distinctione: *servabas, quem per triumphum»* cet. — 7. *erat* R G2 Ld.: *erat iam* dett. O; *tibi erat* G1. — *nisi*] *tibi* G2 Ld. — *ut* dett. O. — 8. *navalis tibi* dett. O. — 10. *ferire* R3. — 11. *adservatus* R. — 12. *lautomias* λ. — 13. *e saxo* λ: *a saxo* R3; *ex saxo* dett. O. — 14. *depressum -- excisum* dett. — 15. *exitum* R3 λ: *exitus* dett. O. — *custodiam* R3 λ Lg29: *custodias* dett. O. — 16. *neque cogitari* Lg29. — 18. *ciuis* R pr. m. — *quo eodem* G1; *et quod eodem* dett. O. — 19. *condi* R G1 λ Lg29: *concedi* G2 Ld.; *contrudi* (vel *contradi*) dett. O. — *imperat* Lg29. — *subditivum* R G1 2 Lg29 42: *subditicium* Ld. O; *subditum* vel *subdituum* dett. — 20. *in lautumiis* R3 et Lg29 (sed hic om. *in*): *ille in laut.* Lagg. dett.; *illis in lautumiis* O. — 22. *amendat* R Lg29; *commendat* Lgg. rell. — 23. *maritumos* R et sic infra bis. — 24. *Panhormum* R Lagg. — 25. *quoniam*] *qui in* λ. — *maxumae* R. — 26. *adfici adcustodiri* R. — *quo* R3 λ Lg29 (cf. Madv. p. 445.): *quid* dett. O. — 27. *putastis* R3. — *suspitione* R. — 28. *remotissimos rebusque maritimis* Lg29. — 30. post *terrestrem* addit Lg29 *hominem*. — 33. *ut ei victus* R3. — *liberalissume* R.

ralissime commodissimeque adhiberetur. XXVIII. 71. Interea Syracusani, homines periti et humani, qui non modo ea, quae perspicua essent, videre, verum etiam occulta suspicari possent, habebant rationem omnes quotidie piratarum, qui securi ferirentur: quam multos esse oporteret, ex ipso navigio, quod erat captum, et ex remorum numero coniiciebant. Iste quod omnes, qui artificii aliquid habuerant aut formae, abduxerat, reliquos si, ut consuetudo est, universos ad palum alligasset, clamorem populi fore suspicabatur, cum tanto plures abducti essent, quam relicti. Propter hanc causam, cum instituisset alios alio tempore producere, tamen in tanto conventu nemo erat, quin rationem numerumque haberet et reliquos non desideraret solum, sed etiam posceret et flagitaret. 72. Cum magnus numerus deesset, tum iste homo nefarius in eorum locum, quos domum suam de piratis abduxerat, substituere et supponere coepit cives Romanos, quos in carcerem antea coniecerat: quorum alios Sertorianos milites fuisse insimulabat et ex Hispania fugientes ad Siciliam appulsos esse dicebat; alios, qui a praedonibus erant capti, cum mercaturas facerent aut aliquam ob causam navigarent, sua voluntate cum piratis fuisse arguebat. Itaque alii cives Romani, ne cognoscerentur, capitibus obvolutis e carcere ad palum atque ad necem rapiebantur; alii, cum a multis civibus Romanis cognoscerentur, ab omnibus defenderentur, securi feriebantur. Quorum ego de acerbissima morte crudelissimoque cruciatu dicam, cum eum locum tractare coepero, et ita dicam, ut, si me in ea querimonia, quam sum habiturus de istius crudelitate et de civium Romanorum indignissima morte, non modo vires, verum etiam vita deficiat, id mihi praeclarum et iucundum putem. 73. (Haec igitur est gesta res, haec victoria praeclara) myoparone piratico capto dux liberatus, symphoniaci Romam missi: formosi homines et adolescentes et artifices domum abducti: in eorum locum et ad eorum numerum cives Romani hostilem in modum cruciati et necati: (omnis vestis ablata, omne aurum et argentum ablatum et aversum.) XXIX. At quem ad modum ipse se induit priore actione! Qui tot dies tacuisset, repente

---

1. *adhiberetur* R3 λ: *habeatur* (vel *adhibeatur)* dett. O; *haberetur* Lg29. — 4. *cotidie* R. — 5. *captum et ex* R λ: *factum sex* dett. (sed Lg29 *et sex)*; in G3 est: *captum et extremorum.* — *coiciebant* R pr. m. (*conic.* corr.) — 6. *omnis qui artifici* R. — *abduxerat* R3: *removerat atque abduxerat* dett. O. — 7. *si, ut*] *sicut* R3 Lg29. [fort. ex: *si sicut.* Halm.] — 8. *altero tanto* cod. Urs. (?) — *abducti* G1, alii: *adducti* R G2 Ld. Lg29. Cf. ad IV. §. 12. — 9. *propter -- crudelissimo* v. 21. habet V. — 10. *quin* R V: *qui non* G1 2. Falso in R *qui non* esse tradit Or. 2. — 11. *et flagitaret* om. V. — 12. *magnus* R3 λ V: *maximus* dett. O. Frequentissima est haec positivi et superlativi confusio in codd. cf. IV. §. 12. 37. 82. 111. alibi. — *adesset* Lg29 42. [ex *abesset.*] — *eorum*] *forum* R3, et sic §. 73. v. 28. — 13. *quos iste domum* Lg29. — *adduxerat* idem. — *subp.* V. — 14. *quos*] *quos ceruos* V; *quos certos* coni. Mai. — *coiecerat* R. — *alteros* V. — 15. *insimulat* V. — *fugientis* R V. — 16. *adpulsos* R V. — *a praetoribus* R. — *capti erant* V. — 17. *aut aliquam ob* R G2 Ld.: *ut aliquam ob* Lagg.; *aut ob aliquam* G1; *alios quam ob* V; *aut aliquam aliam ob* cod. Hotom. (?) Jann. — *volumtateme cum* V. (Br.) — 18. *itaque cum aliis* V. [fort. ex: *itaque tum alii.*] — *c. r.* (sic) *involutis e carcere capitibus* V. (est *capitibus* sup. lin. a. m. 1. teste Br.) — 19. *repiebantur* V. — 20. *Romanis*] *ameonis* V. — *cognoscerentur* R.V λ Lg29: om. G2; *recognoscerentur* G1, dett. O. — *defenderetur* V. — 21. *ego* om. Lg29. — 24. *indignissuma* R; *acerbissima* Lg29. — 26. *praecl. victoria* Lg29. — 29. *et necati* om. R3, 2 codd. Lamb. — 30. *arg. et ablatum* Lagg. praeter 29. — 31. *se* R3 λ: *sese* dett. O.

in M. Annii, hominis splendidissimi, testimonio, cum is civem Romanum dixisset, archipiratam negasset securi esse percussum, exsiluit, conscientia sceleris et furore ex maleficiis concepto excitatus dixit se, quod sciret sibi crimini datum iri pecuniam accepisse neque de vero archipirata sumpsisse supplicium, ideo se securi non percussisse: domi esse apud sese archipiratas dixit duos. 74. O clementiam populi Romani seu potius patientiam miram ac singularem! Civem Romanum securi esse percussum M. Annius, eques Romanus, dicit; taces: archipiratam negat; fateris. (Fit gemitus omnium et clamor,) cum tamen a praesenti supplicio tuo continuit populus Romanus se et repressit et salutis suae rationem iudicum severitati reservavit. Quid? sciebas tibi crimini datum iri? quam ob rem sciebas? quam ob rem etiam suspicabare? Inimicum habebas neminem: si haberes, tamen non ita vixeras, ut metum iudicii propositum habere deberes. An te, id quod fieri solet, conscientia timidum suspiciosumque faciebat? Qui igitur, cum esses cum imperio, iam tum crimen et iudicium horrueris: cum tot testibus coarguare, potes de damnatione dubitare? 75. Verum si crimen hoc metuebas, ne quis suppositum abs te esse diceret, qui pro archipirata securi feriretur: utrum tandem tibi ad defensionem firmius fore putasti in iudicio coactu atque efflagitatu meo producere ad ignotos tanto post eum, quem archipiratam esse diceres, an recenti re, Syracusis, apud notos, inspectante Sicilia paene tota securi ferire? Vide, quid intersit, utrum faciendum fuerit. In illo reprehensio nulla esse potuit: hic defensio nulla est. Itaque illud semper omnes fecerunt: hoc quis ante te, quis praeter te fecerit, quaero. — Piratam vivum tenuisti. — Quem ad finem? — Dum cum imperio fuisti. — Quam ob causam? quo exemplo? cur tam diu? cur, inquam, civibus Romanis, quos piratae ceperant, securi statim percussis ipsis piratis lucis usuram tam diuturnam dedisti? 76. Verum esto: sit tibi illud liberum omne tempus, quoad cum imperio fuisti. Etiamne privatus, etiamne reus, etiamne paene damnatus hostium duces privata in domo retinuisti? Unum, alterum mensem, prope annum denique domi tuae piratae, a quo tempore capti sunt, quoad per me licitum est, fuerunt, hoc est, quoad per M'. Glabrionem licitum est, qui postulante

---

1. *Anni* R. — *civem R.* R3 Lg29: *C. R.* dett.; inde *cives Rom.* Naug. — 2. *dixisset et* Lg29. — *exilivit* Lagg. — 3. *maleficis* R. — 4. *datum ire* R. — 5. *ideo se* G3: *ideo es* R; *ideo* dett. O. — 8. *M. Annius* R3: *M.* om. dett. O. — 9. *fit in eo* dett. O. — *gemitis* R. — 10. *continuit se pop. R.* Lg29; *se cont. pop. R.* rell. Lagg. O. — *suae* R3 (Madv. p. 144.): *tuae* dett. O. Bak. p. 41. — 11. *severitate* R. — *quid* R3: *qui* dett. O. — 12. *si habebas* Lg29. — 13. *iudici* R. — 15. *quid* 6 Lagg. dett. — *cum imp.* R3; *in imp.* dett. — 16. *crimen et iudicium* R: *iud. et crimen* dett. O. — *horrueris* G1 2 (Madv. p. 145.): *habueris* Ld.; *horreris* R; *horreres* λ (Madv. Op. I. p. 368. not.); *horrebas* dett. O. — *cum* R3 λ: *hic cum* H. ψ 7 Lagg; *reus cum* S O. [*his cum* Lg29, unde corrig. videtur: *is cum*; nam *is* post *horrueris* facile in bona familia excidere potuit. Halm.] — *coarguare* R S alii: *arguare* G3. — 18. *abs te supp.* dett. O. — 19 *tibi* om. Lg29. — 20. *produceretur* R. — 21. *recenti*] *recenta* R. — 23. *nulla esse potuit: hic defensio* om. R3. — *esse potuit*] *esset* Lg29. [Deest lectio apud Zumpt., quae iam revocanda erit, cum h. l. testimonio melioris familiae careamus.] — 24. *semper homines* R λ; *homines semper* G3. — *quis* ante *praeter* om. R. — 25. *uiuom* R pr. m. — 26. *fuisti. Quamobrem? quam ob causam?* dett. O. — 29. *siti illud* R (*bi* ante *illud* sup. lin. m. sec. additum est); *si tibi illud* G3. [Fort. legendum est: *sit illud.* Halm.] — *quoad* R3 λ Lg29 (Madv. p. 145.): *quod* dett. O. — 32. *per* om. R3. — 33. *quod per* R. — *Glabrionem* R3: *Acilium Glabrionem* dett. O.

me produci atque in carcerem condi imperavit. XXX. Quod est huiusce rei ius? quae consuetudo? quod exemplum? Hostem acerrimum atque infestissimum populi Romani seu potius communem hostem gentium nationumque omnium quisquam omnium mortalium privatus intra moenia domi suae retinere poterit? 77. Quid? si pridie, quam a me tu coactus es confiteri civibus Romanis securi percussis praedonum ducem vivere, habitare apud te, si, inquam, pridie domo tua profugisset, si aliquam manum contra rem publicam facere potuisset: quid diceres? — Apud me habitavit: mecum fuit: ego illum ad iudicium meum, quo facilius crimen inimicorum diluere possem, vivum atque incolumem reservavi. — Itane vero? tu tua pericula communi periculo defendes? tu supplicia, quae debentur hostibus victis, ad tuum, non ad rei publicae tempus conferes? populi Romani hostis privati hominis custodiis asservabitur? At etiam qui triumphant eoque diutius vivos hostium duces reservant, ut his per triumphum ductis pulcherrimum spectaculum fructumque victoriae populus Romanus percipere possit, tamen cum de foro in Capitolium currus flectere incipiunt, illos duci in carcerem iubent idemque dies et victoribus imperii et victis vitae finem facit. 78. Et nunc cuiquam credo esse dubium, quin tu id commissurus non fueris, praesertim cum statuisses, ut ais, tibi causam esse dicendam, ut ille archipirata non potius securi feriretur, quam, quod erat ante oculos positum, tuo periculo viveret. Si enim esset mortuus, tu, qui crimen ais te metuisse, quaero, cui probares? cum constaret, istum Syracusis a nullo visum esse archipiratam, ab omnibus desideratum; cum dubitaret nemo, quin abs te pecunia liberatus esset; cum vulgo loquerentur suppositum in eius locum, quem pro illo probare velles; cum tu te fassus esses id crimen tanto ante metuisse: si eum diceres esse mortuum, quis te audiret? 79. Nunc, cum vivum nescio quem istum producis, tamen te derideri vides: quid? si aufugisset, si vincula rupisset ita, ut Nico ille, nobilissimus pirata, fecit, quem P. Servilius qua felicitate ceperat, eadem recuperavit, quid diceres? Verum hoc erat: si ille semel verus pirata securi percussus esset, pecuniam illam non haberes: si hic falsus esset mortuus aut profugisset, non esset difficile alium in suppositi locum supponere. Plura dixi, quam volui, de illo archipirata, et tamen ea, quae certissima sunt huius criminis argumenta, praetermisi. Volo

---

4. *quisquam omnium* om. R3. — 5. *qui si* Lagg. — *postridie* R3. (sed R: *posttridie.*) — 7. *apud te habitare* Lagg. praeter 29, O. — 8. *rem p.* R3 λ: *populum Rom.* dett. O. — 9. *ad*] *in* Lg29. — *meum*] *mecum* R. — 12. *rei p.* R3 λ Lg29: *populi Rom.* dett. O. — 13. *privati hominis* R3 codd. Lamb., Lg29: *privatis* dett. O. — *custodis adserv.* R. — 14. *eoque* R3 Lagg. omnes: *eo quod* 2 codd. Lamb.; *eo quoque* aliquot edd. vett. — *servant* dett. O. — 17. *currus* R3 λ: *currum* dett. O. — 18. *finem vitae* Lg27 29. — *et nunc cuiquam credo esse dubium* R3 λ: *et non cuiquam dubium* Lg29; *et non credo esse dubium* dett. — 20. *ais*] *aliis* R3. — 21. *quam*] *quom* R pr. m. — 23. *a nullo* R3: *ab nullo* dett. O. — 25. *uolgo* R pr. m. — 27. *id* R3 λ: *te id* dett. O, in quibus est *tute* pro *tu te.* — 28. *quom* R. — *istum nescio quem* dett. O. — *produces* Lagg. praeter 29. — *tamen*] *tantum* G1; *tamenne id credi voles?* coni. Hotom. At cf. Madv. Op. I. p. 368. — 29. *quid? si* G1 Lagg.: *quod si* R G2 Ld. — *autfugisset* R3. — *si* R: *aut si* G3. — *vincula* R G2 Ld.: *vincla* G1 dett. O. — *Nico* ed. Crat.: *in eo* codd. — 30. *pirata* R3 Lg29: *archipirata* dett. O. — 32. *securi* om. Lg29. — 33. *esse difficile* R.

enim esse totum mihi crimen hoc integrum: est certus locus, certa lex, certum tribunal, quo hoc reservetur.

XXXI. 80. Hac tanta praeda auctus, mancipiis, argento, veste locupletatus, nihilo diligentior ad classem ornandam, milites revocandos alendosque esse coepit, cum ea res non solum provinciae saluti, verum etiam ipsi praedae posset esse. Nam aestate summa, quo tempore ceteri praetores obire provinciam et concursare consuerunt aut etiam in tanto praedonum metu et periculo ipsi navigare, eo tempore ad luxuriam libidinesque suas domo sua regia, quae regis Hieronis fuit, qua praetores uti solent, contentus non fuit: tabernacula, quem ad modum consuerat temporibus aestivis, quod antea demonstravi, carbaseis intenta velis collocari iussit in litore, quod est litus in Insula Syracusis post Arethusae fontem propter ipsum introitum atque ostium portus, amoeno sane et ab arbitris remoto loco. 81. Hic dies aestivos praetor populi Romani, custos defensorque provinciae, sic vixit, ut muliebria quotidie convivia essent, vir accumberet nemo praeter ipsum et praetextatum filium: — etsi recte sine exceptione dixeram, virum, cum isti essent, neminem fuisse: — nonnumquam etiam libertus Timarchides adhibebatur; mulieres autem nuptae nobiles praeter unam mimi Isidori filiam, quam iste propter amorem ab Rhodio tibicine abduxerat, † Pipa quaedam, uxor Aeschrionis Syracusani, de qua muliere plurimi versus, qui in istius cupiditatem facti sunt, tota Sicilia percelebrantur. 82. Erat Nice, facie eximia, ut praedicatur, uxor Cleomeni Syracusani. Hanc Cleomenes vir amabat; verum tamen huius libidini adversari nec poterat nec audebat, et simul ab isto donis beneficiisque multis devinciebatur. Illo autem tempore iste, tametsi ea est hominis impudentia, quam nostis, ipse

---

1. *enim esse totum mihi crimen* λ G3: in R: *esse enim t. m. cr.* sed *esse* (sic), quibus punctis peccatum esse in hoc verbo significatur; *esse enim mihi totum cr.* Lg29 [unde confirmatur scriptura cod. R.]; *enim mihi totum esse cr.* dett. O. — 2. *quo*] *quod* R3. — 5. *saluti*] . . . . *dio* sic rursus incipit V; unde Maius coni. *praesidio.* (desinit V §. 85. v. 1. in litteris *inter tu* . .) — 6. *ipsi* om. V. (Br.) — *praedae posset esse* λ, Lg29, item V (sed hic *praeda)*: *praedae possit esse* R G1 2 (hic om. *esse*): *pr. esse possit* Ld.; *praedae esse posset* dett. O. — *aestate*] *state* R. — 7. *circumcursare* marg. Lamb. 1584. — *consuerunt* R G2 Ld. V Lg29: *consueverunt* G1 dett. O. — *aut*] *ut* V. — *tanto*] *tot* V. — 8. *ipse* R. — *luxuriam* G3 V, Lagg. omnes: *luxuriem* R. Cf. Madv. p. 184. coll. p. 47. — 9. *domos sua* V. (Br.) — *quae reg. - - solent*] Haec vv. Ern. et Zumpt. ex IV. §. 118. huc esse translata rati pro spuriis habent. — 10. *contemptus* R. — *consuerat* R3, V, Lg29: *consueverat* dett. O. — 11. *antea* R3, λ, V: *antea iam* dett. O. — *carbasis* R. — 12. *conlocari* R V; *collocare* Lg29. — *in* ante *Insula* om. R3. (non V.) — 13. *araetusae* R. — *hostium* R Lg29. — 14. *aestivos* R3 λ: *aestivos iam continuos* V, quod recepit Halm; *aestivos sexaginta* dett. O. Utrumque ex glossa. cf. Zumpt. §. 94. 137. — *pop. R.* om. R3; in V est *PROPR.*, unde mendi origo apparet. Hinc Kl. et Halm: *populi Rom. praetor,* quod sane ad notam codicis V. propius accedit. Cf. ad IV. §. 150. — 15. *cotidie* R V. — 16. *accubaret* V. — 17. *etsi* R3 λ: *tametsi* V (Br.), dett. O. — *exceptione* om. V. — *virum*] *utrum* R; sic infra v. 24. *utrumtamen* pro *verumtamen.* — 18. *Thimarcides* V. (Br.) — 19. *nobilissimorum* V pr. m. (ut videtur.) — 20. *ab Rhodio*] *archodio* R3. — *abduxerat et Pipa* V (etiam teste Br.); *abduxerat. Erat Pipa* coni. Schütz ingeniose, cuius coniecturam Halmius recepit. In codicum lectione nimis contorta est orationis conformatio. *Pippa* unus Lag., O. — 21. *Aescrionis* R V. — 22. *cupiditatem* Lg42: *cupiditate* R3, V, rell. Lagg. — *Nice* R3, V, alii: *et Nice* L O. — 23. *Cleomeni Syr.* R G2 Ld.: *Cleomenis* G1 V (Br.), dett. O. — *hanc vir Cleomenes* V. [Erravit Maius, qui *vir* omisit. Lectio cod. V iam restituenda est.] — 24. *nec adversari poterat* Iul. Sever. — 25. *multis* R3 V λ Lg29: *plurimis* dett. O. — 26. *ea est*] *east* R pr. m. — *inpud.* V R.

tamen cum vir esset Syracusis, uxorem eius parum poterat animo soluto ac libero tot in acta dies secum habere. Itaque excogitat rem singularem. Naves, quibus legatus praefuerat, Cleomeni tradit: classi populi Romani Cleomenem Syracusanum praeesse iubet atque imperare. Hoc eo facit, ut ille non solum abesset a domo, dum navigaret, sed etiam libenter cum magno honore beneficioque abesset, ipse autem remoto atque ablegato viro non liberius, quam antea, (quis enim umquam istius libidini obstitit?) sed paulo solutiore tamen animo secum illam haberet, si non tamquam virum, sed tamquam aemulum removisset. 83. Accipit naves sociorum atque amicorum Cleomenes Syracusanus. XXXII. Quid primum aut accusem aut querar? Siculone homini legati, quaestoris, praetoris denique potestatem, honorem, auctoritatem dari? Si te impediebat ista conviviorum mulierumque occupatio, ubi quaestores? ubi legati? ubi ternis denariis aestimatum frumentum? ubi muli? ubi tabernacula? ubi tot tantaque ornamenta magistratibus et legatis a senatu populoque Romano permissa et data? denique ubi praefecti, ubi tribuni tui? Si civis Romanus dignus isto negotio nemo fuit, quid civitates, quae in amicitia fideque populi Romani perpetuo manserant? ubi Segestana, ubi Centuripina civitas? quae cum officiis, fide, vetustate, tum etiam cognatione populum Romanum attingunt. 84. O di immortales! Quid? si harum ipsarum civitatum militibus, navibus, navarchis Syracusanus Cleomenes iussus est imperare, non omnis honos ab isto dignitatis, aequitatis officiique sublatus est? Ecquod in Sicilia bellum gessimus, quin Centuripinis sociis, Syracusanis hostibus uteremur? atque haec ego ad memoriam vetustatis, non ad contumeliam civitatis referri volo. Itaque ille vir clarissimus summusque imperator, M. Marcellus, cuius virtute captae, misericordia conservatae sunt Syracusae, habitare in ea parte urbis, quae in insula est, Syracusanorum neminem voluit. Hodie, inquam, Syracusanum in ea parte habitare non licet. Est enim locus, quem vel pauci possent defendere. Committere igitur eum non fidelissimis hominibus noluit, simul quod ab illa parte urbis navibus aditus ex alto est. Quam ob rem qui nostros exercitus saepe excluserant,

---

2. *tot inactos dies* V. — *itaque*] *ita ut* V. — 3. *tradidit* Lagg. — 4. *imperat* dett. — 5. *dum* V: *tum dum* R3; *tum cum* dett. O. — *sed et* G3. — 7. *ablegato* V (Br.) dett.: *abalienato* R3. — *antea* R3 et V (Br.): *ante* dett. O. — 8. *opstitisset paulo* V. — *solutiori* e Lagg. — *animo tamen* V. (Br.) — 9. *sed tamq.* R3 (Madv. p. 115.): *at tamq.* V (Br.) dett. (*set* R.) — *aemulum*] *mulum* R. — *accepit* V. (Br.) — 10. *naves* R3 V (sed V *navis*): *navem* dett. — *quid primum autem aut* V, quod recepit Klotz. prob. Seyff. ad Lael. p. 161. — 11. *querar* R3, V: *querar iudices* dett. O. — 12. *dare* V. — *inpediebat* V. — 13. *ubi legati* om. V. — 14. *denaris aestumatum* V. — 16. *populique R.* V. (Br.) — *ubi trib.* R3 λ V: *et trib.* dett. O. — 17. *ciues* V. — 19. *cum* R V G2 Lg29: *tum* G1 Ld. al. O. — 20. *pop. Rom.* R3 (*P. R.* habet R; cf. Madv. ep. p. 115. Op. I. p. 369.): *P. R.* (sic) *nomen* V; *populi R. nomen* dett. O. — 21. *si*] *in* V. — *navarchus* Lagg. — 22. *non*] *nonne* G1. — *ab ista* (non *iste*, ut ait Zumpt. p. 1078.) Lagg. — 23. *aequitatis* om. Lg29. — *hecquod* R. — 24. *quoin* V. — *haec ego* R3 λ: *ego haec* V; *haec omnia ego* 7 Lagg. — 25. *referre* dett. — 26. *vir clar.*] *V. C.* V. [hinc *n. civis* Lg27.] — *imp.* sic V. (Br.) — 28. *in insula* V: *in* om. R3 (ut supra §. 80.) dett. O. — *Syracusanorum* R3 λ: *Syracusanum* V dett. O. [Recte.] — 29. *in ea p. Syr. hab.* G3; *Syr. hab. in ea parte* Lg29. — 30. *possent* R3 V (cf. ad §. 139.): *possunt* Lagg. omnes; *possint* de coni. Ern. O. — *defenderet* R pr. m. (*defendere possunt* Lg29.) — *non ante fid.* V pr. m. — 31. *quod* om. V.

iis claustra loci committenda non existimavit. 85. Vide, quid intersit inter tuam libidinem maiorumque auctoritatem, inter amorem furoremque tuum et illorum consilium atque prudentiam. Illi aditum litoris Syracusanis ademerunt; tu imperium maritimum concessisti: illi habitare in eo loco Syracusanum, qua naves accedere possent, noluerunt; tu classi et navibus Syracusanum praeesse voluisti. Quibus illi urbis suae partem ademerunt, iis tu nostri imperii partem dedisti, et quorum sociorum opera Syracusani nobis dicto audientes sunt, eos Syracusano dicto audientes esse iussisti.

XXXIII. 86. Egreditur in Centuripina quadriremi Cleomenes e portu: sequitur Segestana navis, Tyndaritana, Herbitensis, Heracliensis, Apolloniensis, Haluntina: praeclara classis specie, sed inops et infirma propter dimissionem propugnatorum atque remigum. Tam diu in imperio suo classem iste praetor diligens vidit, quam diu convivium eius flagitiosissimum praetervecta est: ipse autem, qui visus multis diebus non esset, tum se tamen in conspectum nautis paulisper dedit. Stetit soleatus praetor populi Romani cum pallio purpureo tunicaque talari muliercula nixus in litore. Iam hoc istum vestitu Siculi civesque Romani permulti saepe viderunt. 87. Posteaquam paulum provecta classis est et Pachynum quinto die denique appulsa, nautae, coacti fame, radices palmarum agrestium, quarum erat in illis locis, sicuti in magna parte Siciliae, multitudo, colligebant, et iis miseri perditique alebantur: Cleomenes autem, qui alterum se Verrem cum luxuria ac nequitia, tum etiam imperio putaret, similiter totos dies in litore tabernaculo posito perpotabat. XXXIV. Ecce autem repente ebrio Cleomene, esurientibus ceteris nuntiatur piratarum esse naves in portu Odysseae: nam ita is locus nominatur: nostra autem classis erat in portu Pachyni. Cleomenes autem, quod erat terrestre praesidium non re, sed nomine, speravit, iis militibus, quos ex eo loco deduxisset, explere se numerum nautarum et remigum posse. Reperta est eadem istius hominis avarissimi ratio in praesidiis, quae in classibus; nam erant perpauci reliqui, ceteri dimissi.

---

1. vv. *iis claustra,* quae V habet in fine versus, iam evanida sunt nec satis amplum spatium ad haec duo verba recipienda. Brunnio *claustra* deesse videtur. — *vide, quid inter tu*] sic finit folium in V apud Maium, sed *tu* teste Brunnio incertum est, cum nihil praeter *INTER* clare legi possit. — 4. *marit. imper.* Lagg. praeter 29, O. (*maritumum* R.) — 5. *qua* R3: *quo* dett. O. — 7. *his tu* R. — 8. *Syracusano* R λ G2 Ld.: om. G1; *Syracusanis* dett. O. — 10. *in Cent.* R3 C 4 Parr. (Madv. p. 146.): *in* om. dett. O. — 12. *specie* Ld. [non item R.]: *in specie* R G1 2, Lagg.; *in speciem* al. O. — 13. *in* om. Lg29 42. — 17. *pop. Rom.* om. Lg29. — *pallio* codd. et Quint. VIII. 3, 64. (coll. XI. 3, 90.): *palliolo* Jul. Vict. Maii p. 105. (*palleo* R.) — 18. *mul. nixus in lit.* Quint. IX. 4, 104. — *iam*] *nam* coni. Ern. prob. Goer. Acad. I. 5. — *hoc* R3 4 Parr. ap. Zumpt.: *hoc ipso* dett. O. — 19. *viderant* coni. Benedict. prob. Halmio coll. V. §. 103. — 20. *denique* om. Lg29. — *appulsa* R3 4 Parr.: *appulsa est* dett. O. (*adpulsa* R.) — *coacti fame* R3 λ 4 Parr.: *fame coacti* Lg29, O; *fame* om. 7 Lagg. dett. — 21. *sicuti* R3 4 Parr.: *sicut* dett. O. — 22. *iis* R: *his* O. — 23. *cum*] *tum* Lagg. praeter 29. — *luxuriae* R, sed *e* punctata. Hinc Madv. p. 184. *luxurie* restitui vult; nam in R saepe *ae* pro *e* scribitur, ut supra exemplis demonstravimus. Cf. tamen §. 137. — *ac* R3 Lg29: *atque* dett. O. — 25. *ecce* sqq. Donat. ad Ter. Adelph. IV. 7, 8. — 26. *pir. esse naves* R: *naves esse p.* 3 Parr. G3; *pir. naves esse* dett. O. (R et alii *navis.*) — *Odyssae* R; *Odisseae* Lg29; *Edissae, Edisseae* etc. alii codd. — 28. *speravit* R3, 4 Parr.: *sperabat* dett. O. — *iis*] *is* R; *his* 4 Parr. — 31. *ceteri* R3, 3 Parr.: *ceterique* dett. O. (*caeteri* R.)

88. Princeps Cleomenes in quadriremi Centuripina malum erigi, vela fieri, praecidi ancoras imperavit et simul, ut se ceteri sequerentur, signum dari iussit. Haec Centuripina navis erat incredibili celeritate velis: nam scire isto praetore nemo poterat, quid quaeque navis remis facere posset, etsi in hac quadriremi propter honorem et gratiam Cleomenis minime multi remiges et milites deerant. Evolarat iam e conspectu fere fugiens quadriremis, cum etiam tum ceterae naves uno in loco moliebantur. 89. Erat animus in reliquis. Quamquam erant pauci, quoquo modo res se habebat, pugnare tamen se velle clamabant et quod reliquum vitae viriumque fames fecerat, id ferro potissimum reddere volebant. Quod si Cleomenes non tanto ante fugisset, aliqua tamen ad resistendum ratio fuisset. Erat enim sola illa navis constrata et ita magna, ut propugnaculo ceteris posset esse; quae si in praedonum pugna versaretur, urbis instar habere inter illos piraticos myoparones videretur: sed tum inopes relicti ab duce praefectoque classis eundem necessario cursum tenere coeperunt. 90. Helorum versus ut ipse Cleomenes, ita ceteri navigabant, neque ii tam praedonum impetum fugiebant, quam imperatorem sequebantur. Tum ut quisque in fuga postremus, ita in periculo princeps erat; postremam enim quamque navem piratae primam adoriebantur. Ita prima Haluntinorum navis capitur, cui praeerat Haluntinus, homo nobilis, Phylarchus, quem ab illis praedonibus Locrenses postea publice redemerunt; ex quo vos priore actione iurato rem omnem causamque cognostis. Deinde Apolloniensis navis capitur et eius praefectus Anthropinus occiditur. XXXV. 91. Haec dum aguntur, interea Cleomenes iam ad Helori litus pervenerat, iam sese in terram e navi eiecerat quadriremem que fluctuantem in salo reliquerat. Reliqui praefecti navium, cum in terram imperator exisset, cum ipsi neque repugnare neque mari effugere ullo modo possent, appulsis ad Helorum navibus Cleomenem persecuti sunt. Tum praedonum dux Heracleo, repente praeter spem non sua virtute, sed istius avaritia nequitiaque victor, classem pulcherrimam populi Romani in litus expulsam et eiectam, cum primum invesperasceret, inflammari incendique iussit. 92. O tempus miserum atque acerbum provinciae Siciliae! o casum illum

---

1. *principsque* Lg29. — 2. *anchoras* R. — 5. *quadrureimi* R. (item v. 25.) — *propter amorem* Lg29. — 6. *deerant*] *dederant* R. — 7. *cum*] *qui* R, 3 Parr. G2 Ld.; *quin* 1 Par. G1. — *etiam tum* R3 4 Parr.: *etiam tunc* Par. B. O; *etiam nunc* Lagg. — *uno* R λ 4 Parr. G2 Ld. (*in uno* G1): *suo* dett. O. — 8. *erant* om. Lg29. — 9. *res se* R3 λ 3 Parr.: *res sese* 1 Par. Lg29; *sese res* dett. O. — 11. *quodsi Cl. non tanto* Lagg.: *quod Cl. non tanto* R3 2 Parr.; *quod Cl. nisi tanto* 2 Parr. (C. D.); *quod nisi Cl. tanto* λ. — *aliqua -- fuisset* om. Lagg. — 14. *haberi* λ 3 Parr. (7775. C. D.) G1; *habuerunt illos* G2 Ld. — *myaparonas* Lg29. — 15. *tum* R3 4 Parr. Lg29: *tunc* dett. O. — *ab* R3 λ 4 Parr.: *a* dett. O. — 16. *Helorum* Anton. Augustinus: *Pelorum* codd. — 17. *navigabunt* R; *navigant* L. — *hii* R3; *ita* Lagg.; *hi* O. — *tam* R3 4 Parr. Lg29: *tamen* dett.; *tamen tam* al. O. — *imp. fugiebant* R3 4 Parr. Lg29: *fug. imp.* dett. O. — 19. *in* R3: om. dett. O. — 20. *Halintinorum* R. — 21. *cui*] *qui* R G1; *cui enim* G2. — *nobilissimus* Lg29. — *Phylargus* Lg29; *Philarchus* R et codd. plèrique. At cf. IV. §. 29. — 23. *cognoscitis* Lagg. dett. — 24. *antropinus* R. — *dum haec* dett. — 25. *iam Cleom.* λ G3. — *Pelori* codd.; item infra. — *sese interea* Lg29; *sese in terra* 6 alii Lagg. — 26. *in salo fluct.* dett. O. — 27. *relicti* R λ G1. — 28. *adpulsis* R. — 29. *secuti* Lg29. — *tum* R3 λ Lg29: *tunc* dett. O. — 32. *et* om. λ G3. — *invesperasceret* R λ G2 Ld. Lg29, Iul. Severian. p. 341. Capp.: *advesperasceret* G1 dett. O.

multis innocentibus calamitosum atque funestum! o istius nequitiam ac turpitudinem singularem! Una atque eadem nox erat, qua praetor amoris turpissimi flamma, classis populi Romani praedonum incendio conflagrabat. Affertur nocte intempesta gravis huiusce mali nuntius Syracusas: curritur ad praetorium, quo istum ex illo praeclaro convivio reduxerant paulo ante mulieres cum cantu atque symphonia. Cleomenes, quamquam nox erat, tamen in publico esse non audet: includit se domi neque aderat uxor, quae consolari hominem in malis posset. 93. Huius autem praeclari imperatoris ita erat severa domi disciplina, ut in re tanta et tam gravi nuntio nemo admitteretur, nemo esset, qui auderet aut dormientem excitare aut interpellare vigilantem. Iam vero re ab omnibus cognita concursabat urbe tota maxima multitudo; non enim, sicut erat nuper consuetudo, praedonum adventum significabat ignis e specula sublatus aut tumulo, sed flamma ex ipso incendio navium et calamitatem acceptam et periculum reliquum nuntiabat. XXXVI. Cum praetor quaereretur et constaret neminem ei nuntiasse, fit ad domum eius cum clamore concursus atque impetus. 94. Tum iste excitatus audit rem omnem ex Timarchide: sagum sumit. Lucebat iam fere: procedit in medium, vini, somni, stupri plenus. Excipitur ab omnibus eius modi clamore, ut ei Lampsaceni periculi similitudo versaretur ante oculos. Hoc etiam maius videbatur, quod in odio simili multitudo hominum haec erat maxima. Tum istius acta commemorabatur, tum flagitiosa illa convivia: tum appellabantur a multitudine mulieres nominatim: tum quaerebant ex isto palam, tot dies continuos, per quos numquam visus esset, ubi fuisset, quid egisset? tum imperator ab isto praepositus Cleomenes flagitabatur neque quidquam propius est factum, quam ut illud Uticense exemplum de Hadriano transferretur Syracusas, ut duo sepulchra duorum praetorum improborum duabus in provinciis constituerentur. Verum habita est a multitudine ratio temporis, habita tumultus, habita etiam dignitatis existimationisque communis, quod is est conventus Syracusis civium Romanorum, ut non modo illa provincia, verum etiam hac re publica dignis-

3. *turpissumi* R. — *classis* R3: *ac classsis* dett. O. — *flagrabat* dett. — 4. *alfertur* R. — *gravis huiusce mali*] *huiusce cladis* (om. *gravis*) Iul. Sever. (cod. Mon.) — 5. *e convivio illo pr.* Lagg. praeter 29, O. — 6. *simphonia* R. — 8. *possit* Lg29. — 9. *et tam* R3: *in tam* dett. O. — 10. *nuntius* G2 Ld. Lagg. praeter 42. — 12. *erat nuper cons.* R corr. 2 m. G3 λ: *erat anper* [ex *semper*?] *cons.* R pr. m.; *antea cons. erat* dett. O. — 13. *et* [i. e. *ex*] *specula* R pr. m.; *e spelunca* Lg29. — 14. *tumolo* R pr. m. — 16. *ei neminem* dett. O. — 17. *cum iste* R. — *excitatus* R3 λ: *excitatus exit* dett. O. — 18. *sagum sumit -- aratorum* §. 99. v. 13. habet V. — 19. *excipit* V, dett. — *clamorem* R pr. m. V, dett. — 20. *ei*] *et* R. — *Lapsaceni* Lg27 29; *Lamsaceni* V. — 21. *maius* R3: *maius hoc* V (Br.), dett. O. — *odio suisimilitudo* V. — *maxuma* R. — 22. *commemorabatur* coni. Hotomanus (vel Memmius): *commemorabantur* codd., etiam V. (Br.) — *illa* V sup. lin. (Br.) — 23. *nominati* V. — *quaerebant* R3, λ et V (Br.): *quaerebatur* dett. O. — 24. *isto* R3 Lg29 V (Br.): *ipso* λ dett. O. — *ubi fuisset* om. Lagg. praeter 29. — 25. *imperator*] *im publico* V [ex *imp.*, ut scriptum est III. c. 80. V. §. 84. cet.] — *propositus* R. — *flatigabatur* V. — 26. *esse factum* V. [Est in V: *ESr* ‖ *SEFACTVM*.] — *quam Uticense* om. *ut illud* V. (Br.) — 27. *Adriano* R3, V, Lg48. Excitant hunc locum Serv. ad Aen. VIII. 78. Schol. ad Stat. Theb. II. 496. sed paullo immutatum. [Cf. ad lib. I. §. 70.] — *sepulchra* R V: *sepulcra* O. — 28. *inprob.* R. — 29. *moratio* V. — *habita* V: *habita etiam* R3 λ; *habita est* dett. O. — *etiam* ante *dign.* om. R3 λ. — 30. *is esset* R3. — 31. *etiam in hac* V, sed *in* expunctum, ut Maio visum est; *hac etiam* R G1.

simus existimetur) 95. Confirmant ipsi se, cum hic etiam tum semisomnus stuperet: arma capiunt: totum forum atque Insulam, quae est urbis magna pars, complent. Unam illam noctem solam praedones ad Helorum commorati, cum fumantes etiam nostras naves reliquissent, accedere incipiunt Syracusas. Qui videlicet saepe audissent nihil esse pulchrius quam Syracusarum moenia ac portus, statuerant se, si ea Verre praetore non vidissent, numquam esse visuros. XXXVII. 96. Ac primo ad illa aestiva praetoris accedunt, ipsam illam ad partem litoris, ubi iste per eos dies tabernaculis positis castra luxuriae collocarat. Quem posteaquam inanem locum offenderunt et praetorem commosse ex eo loco castra senserunt, statim sine ullo metu in ipsum portum penetrare coeperunt. Cum in portum dico, iudices, (explanandum est enim diligentius eorum causa, qui locum ignorant,) in urbem dico atque in urbis intimam partem venisse piratas. Non enim portu illud oppidum clauditur, sed urbe portus ipse cingitur et continetur, ut non alluantur mari moenia extrema, sed ipse influat in urbis sinum portus. 97. Hic te praetore Heracleo pirata cum quattuor myoparonibus parvis ad arbitrium suum navigavit. Pro di immortales! piraticus myoparo, (cum imperii populi Romani nomen ac fasces essent Syracusis) usque ad forum Syracusanorum et ad omnes crepidines urbis accessit, quo neque Karthaginiensium gloriosissimae classes, cum mari plurimum poterant, multis bellis saepe conatae, umquam adspirare potuerunt, neque populi Romani invicta ante te praetorem gloria illa navalis umquam tot Punicis Siciliensibusque bellis penetrare potuit: qui locus eius modi est, ut ante Syracusani in moenibus suis, in urbe, in foro hostem armatum ac victorem, quam in portu ullam hostium navem viderint. 98. Hic te praetore praedonum naviculae pervagatae sunt, quo Atheniensium classis

---

1. *hic* R3 λ V: *is* dett.; *iste* de Lamb. coni. O. — *semisomnus* R V Lg27 29: *semisomnis* G3 dett. — 2. *stupri plenus stuperet* V. (Br.) — 3. *ur.am*] *nam* V. — *solam noctem* dett. O. — 4. *Pelorum* codd. — *fumantis* V. — *naves nostras* Lg29. — 5. *Syracusas* R3 λ (cf. IV. §. 109. Phil. IX. 12, 23.): *ad Syracusas* V (Br.), dett. O. Cf. infra §. 129. Phil. II. §. 106. Ad sententiam quid intersit, patet. — *qui* om. Lg29; *cum* Lagg. rell. — *pulcrius* V. — 6. *se* R3 V: *sese* dett. O. — 8. *ad illa*] *illa* V. — 9. *per os dies* V. — *conlocarat* R V; *collocarit* Lg29; *collocavit* Lg12. — 10. *commosse* R3: *commovisse* V (Br.), dett. O. — 11. *portum ipsum* dett. O. — 12. *dico*] *inquam* Lg29. — *enim* om. Lg14 29. — 13. *dico* om. Maius (non V teste Br.). — 14. *intumam* V R. — 15. *continetur* R3 V: *concluditur* dett. O. — *non ut* O contra codd. — *abluantur* R3 λ (ex *adluantur*, ut est in V). — *mari* R λ V G1 Ld. (p. Flacc. §. 63.): om. G2; *a mari* dett. O. — *ipse* R3 V: om. dett. O. — 17. *pirata* R3 V: *archipirata* dett. O. — *quattuor* habet etiam V. — *parvis myop.* V. — 18. *myoparon* R3. — *imperii pop. Rom.* R λ Lg29 (cf. Madv. p. 39.): *imperii praetoris* G3; *imperium pop. R.* dett. O; *imp. P. R.* (sic) V, unde Klotz. coni. *imperatoris populi R.* prob. Halm. [Cf. supra de eodem compendio ad §. 94. v. 25. In R est *imperi* (m. pr.) *.P. R.*] At cum *imperator* proprie is nominetur, qui cum victore exercitu provinciam obtinet, tum vero appellatio sit honorifica, vix hoc vocabulum de Verre adhibuisse Tullium crediderim. *Praetorem populi Romani* eum alibi appellat et *cum imperio* fuisse dicit; sed *imperatorem POPVLI ROMANI* hominem nequissimum et inertissimum a Tullio appellatum esse non arbitror. [?] — 19. *atque fasces* Lg29. — *Syracusanorum* R3 λ: *Syracusanum* V. (Br.) [optime] cf. ad §. 84.; *Syrac.* om. dett. O. — 20. *omnis* R V. — *crep. urbis* R3 V: *urbis crep.* dett. O. (*crepitudines* Lg29.) — *Carthaginiensium* R V; *Atheniensium* Iul. Sever. — 22. *aspirare* V. — *potuerant* Lg29. — 23. *praet. te* Lagg.; in V est *te* sup. lin. (Br.) — 24. *ante* om. Lg29. — 26. *navim* λ; *navium* G3. — *viderint* R3 λ (Madv. p. 117.): *viderent* V (Br.) dett.

sola post hominum memoriam ccc navibus vi ac multitudine invasit, quae in eo ipso portu loci ipsius portusque natura victa atque superata est. Hic primum opes illius civitatis comminutae depressaeque sunt: in hoc portu Atheniensium nobilitatis, imperii, gloriae naufragium factum existimatur. XXXVIII. Eone pirata penetravit, quo simul atque adisset, non modo a latere, sed etiam a tergo magnam partem urbis relinqueret? Insulam totam praetervectus est, quae est urbs Syracusis suo nomine ac moenibus: quo in loco maiores, ut ante dixi, Syracusanum habitare vetuerunt, quod, qui illam partem urbis tenerent, in eorum potestatem portum futurum intellegebant. 99. At quem ad modum est pervagatus? Radices palmarum agrestium, quas in nostris navibus invenerant, iactabant, ut omnes istius improbitatem et calamitatem Siciliae possent cognoscere. Siculosne milites, aratorumne liberos, quorum patres tantum labore suo frumenti exarabant, ut populo Romano totique Italiae suppeditare possent, eosne in insula Cereris natos, ubi primum fruges inventae esse dicuntur, eo cibo esse usos, a quo maiores eorum ceteros quoque frugibus inventis removerunt? Te praetore Siculi milites palmarum stirpibus, piratae Siculo frumento alebantur. 100. O spectaculum miserum atque acerbum! ludibrio esse urbis gloriam, populi Romani nomen, hominum conventum atque multitudinem piratico myoparoni! in portu Syracusano de classe populi Romani triumphum agere piratam, cum praetoris inertissimi nequissimique oculos praedonum remi respergerent!

Posteaquam e portu piratae non metu aliquo affecti, sed satietate exierunt, tum coeperunt quaerere homines causam illius tantae calamitatis. Dicere omnes et palam disputare minime esse mirandum, (si) remigibus militibusque dimissis, reliquis egestate et fame perditis, praetore tot dies cum mulierculis perpotante (tanta ignominia et calamitas esset accepta.) 101. (Haec autem istius vituperatio atque infamia confirmabatur eorum sermone) qui a suis civitatibus illis navibus praepositi

1. *CCC navibus*] *recentis* V (non *secentis*, ut legit Maius). — 2. *portusque* om. V; ab R abesse falso tradidit Graevius. [Ego *portusque* ut manifestum glossema in ed. Lips. abieci, idque a V abesse nunc Brunnius confirmavit. HALM.] — *ac superata* Lg27 29 48. — 3. *ipsius* Lagg. — *comminutae* R3 λ V: *victae communitae* dett. O. — 5. *eone*] *eo* Iul. Sever.; *ne* sine *eo* V. — *quo*] *quod* V. — 6. *adesset* Lagg. — *etiam*] *et* Iul. Sever. (om. cod. Monac.) — 7. *relinquebat* Sever. — *quaest urbs* V. — *urbs* R3 (sed Ld. *urbis*), V·λ, 3 Parr. Lall. (cf. Madv. p. 416.): *urbis magna pars* dett. O. — 8. *quo*] *suo* V. — *ut*] *aut* (litt. *a* expuncta) V [non *et*, ut ait Maius.] — *Syrac. quemquam* dett. O. At cf. de Orat. II. §. 400. — 9. *quod qui*] *quodq.* (sic) R: *quodque* Ld.; *quo qui* V. — *tenaerint* vel *tenuerunt* (sic Lg27) Lagg. — 9. *eorum*] *forum* R G2, ut supra quoque semel; hinc: *al. eorum forum* G4. — 10. *potestate* Lagg. praeter 29 42. [*potestatem* habet V.] — *at quem im modum* [*Q. AMMODVM* Br.] *vagatus* V. — 11. *est* om. Lagg. — *invenerant iactabant* R3: *invenerat iaciebat* V (*invenerant* errore Maius), Lagg. omnes, St. O. — 12. *inprob.* R V. — *et* om. Lg29. — 13. *cogn. possent* Lg29. — 14. *exararant* Severian. p. 342. — 15. *supped. posset*] *sufficeret* Severian. — 18. *piratae* R3 Sever. p. 343.: *praedones* dett. O. — 19. *gloriam et populi* O contra codd. — *pop. Rom. - - de classe* om. G2 Ld. — 20. *conventum - - myoparoni* R : *conventum - - myoparone* 2 codd. Lamb., G4 Lg29; *conventu atque multitudine p. myoparone* dett. O. Cf. Madv. ep. 148. Op. I. 369. et v. Rau II. 84. qui, ut solet, inanem coniecturam proponit. — 22. *inert. neq.* R λ G2 Ld.: *neq. inert.* G4 dett. O. — 24. *e* om. Lagg. praeter 42. — 25. *exierunt* R3 Lg29 Severian. p. 342.: *exierant* dett. O. — 26. *milit. remigibusque* dett. O. — 27. *dimisi* R pr. m.

fuerant. Qui ex illo numero reliqui Syracusas classe amissa refugerant, dicebant, quot ex sua quisque nave missos sciret esse. Res erat clara neque solum argumentis, sed etiam certis testibus istius audacia tenebatur. XXXIX. Homo certior fit agi nihil in foro et conventu toto die nisi hoc quaeri ex navarchis, quem ad modum classis sit amissa; illos respondere et docere unum quemque, missione remigum, fame reliquorum, Cleomenis timore et fuga. Quod posteaquam iste cognovit, hanc rationem habere coepit. Causam sibi dicendam esse statuerat iam ante, quam hoc usu venit, ita ut ipsum priore actione dicere audistis. Videbat illis navarchis testibus tantum hoc crimen sustinere se nullo modo posse. Consilium capit primo stultum, verum tamen clemens. 102. Navarchos ad se vocari iubet. Veniunt. Accusat eos, quod eius modi de se sermones habuerint: rogat, ut in sua quisque dicat navi se tantum habuisse nautarum, quantum oportuerit, neque quemquam esse dimissum. Illi enim vero se ostendunt, quod vellet, esse facturos. Iste non procrastinat: advocat amicos statim: quaerit ex iis singillatim, quot quisque nautas habuerit. Respondet unus quisque, ut erat praeceptum. Iste in tabulas refert: obsignat signis amicorum providens homo, ut contra hoc crimen, si quando opus esset, hac videlicet testificatione uteretur. 103. Derisum esse credo hominem amentem a suis consiliariis et admonitum hasce ei tabulas nihil profuturas; etiam plus ex nimia praetoris diligentia suspicionis in eo crimine futurum. Iam iste erat hac stultitia multis in rebus usus, ut publice quoque, quae vellet, in litteras civitatum [et tolli et] referri iuberet: quae omnia nunc intelligit sibi nihil prodesse, posteaquam certis litteris, testibus auctoritatibusque convincitur. XL. Ubi hoc videt, illorum confessionem, testificationem suam, tabellas sibi nullo adiumento futuras, init consilium non improbi praetoris, (nam id quidem esset ferendum,) sed importuni atque amentis tyranni. Statuit, si hoc crimen extenuari vellet, (nam omnino tolli posse non arbitrabatur,) navarchos omnes, testes sui sceleris, vita esse privandos. 104. Occurrebat illa ratio: quid Cleomene fiet? poterone animadvertere in eos, quos dicto audientes esse iussi, missum facere eum,

1. *fuerant*; *qui -- refugerant. Dicebant* sqq. Sic distinxit O. At cf. Madv. p. 89. — 2. *quot* L (cf. §. 102.): *quod* R3, *quos* dett. — *nave* R3: *navi* dett. O. — *misos* R; ut supra *dimisi* pr. m. — *esse sciret* Lg29. — 3. *audatia* R; *avaritia* O, ut Graevius in R esse falso tradiderat. — 4. *tota die* G1 2, Lg29 O. [In R est *toto*, ut nunc certo Bursiani testimonio confirmatum est.] — 5. *ex* R3 λ: *a* dett. O. — *sit* R3: *esset* dett. O. — 9. *venit* R3 λ (Madv. p. 118.): *veniret* Lg42 O; *venerit* dett. pleriq. — *dicere uidistis* R3. — 10. *illis*] *ille is* R; *ille hiis* G1 2. — 11. *Cleomenem et nauarchos* dett. — 12. *huiusmodi* dett. O. — 13. *sermones de se* G3 λ. — *ut in sua* R3: *ut id facere desistant et in sua* dett. O. — *navi dicat* dett. O. — 16. *ex iis*] *ex his* R S, quod tolerari non potest, cum sic ad *amicos* referendum sit; *ex illis* ς (i. e. cod. Reg. apud Steph.) habere dicitur, quod quidem est aptissimum huic loco. — *quod* R. — 17. *respondet* G3: *respondis* R pr. m. corr. in *respondit* manu eadem. — 20. *credo esse* dett. O. — 21. *amonitum* R. — *ex nimia*] *eximia* R. — 23. *in litteras civitatum* R3: *in litteris civ.* Lg29; *in civ. litteris* dett. O. — 24. *et tolli* dett.; *tolli* R3 (sed R *toli*). Haec non immerito Zumptio suspecta sunt; del. Halm. — 25. *auctoribusque* R. — 27. *tabulas* O contra codd. — *inid* R pr. m. — *inprobi* R et deinde *inport.* — 29. *extenuari* R3, Lg29: *extenuare* dett. O. — *vellet*] *vallet* R pr. m., ut IV. §. 10.; *valeret* R corr. m. 2. et G3. — 30. *omnis* R. — *testis* R Lg29. — 31. *Cleomene* R λ (Madv. Op. I. p. 369.): *de Cleomene* G3, *Cleomeni* dett. — 32. *animum advertere* R G1; *animum adducere* G2 Ld. (*in eos animadv.* Lg29.)

cui potestatem imperiumque permisi? poterone eos afficere supplicio, qui Cleomenem secuti sunt, ignoscere Cleomeni, qui secum fugere et se consequi iussit? poterone esse in eos vehemens, qui naves non modo inanes habuerunt, sed etiam apertas, in eum dissolutus, qui solus habuerit constratam navem et minus exinanitam? Pereat Cleomenes una! — Ubi fides? ubi exsecrationes? ubi dexterae complexusque? ubi illud contubernium muliebris militiae in illo delicatissimo litore? — Fieri nullo modo poterat, quin Cleomeni parceretur. 105. Vocat Cleomenem: dicit ei se statuisse animadvertere in omnes navarchos: ita sui periculi rationes ferre ac postulare. — «Tibi uni parcam et potius istius culpae crimen vituperationemque inconstantiae suscipiam, quam aut in te sim crudelis, aut tot tam graves testes vivos incolumesque esse patiar.» — Agit gratias Cleomenes: approbat consilium: dicit ita fieri oportere. Admonet tamen illud, quod istum fugerat, in Phalacrum, Centuripinum navarchum, non posse animadverti, propterea quod secum una fuisset in Centuripina quadriremi. — Quid ergo? iste homo ex eius modi civitate, adolescens nobilissimus, testis relinquetur? — In praesentia, inquit Cleomenes, quoniam ita necesse est: sed post aliquid videbimus, ne iste nobis obstare possit. — XLI. 106. Haec posteaquam acta et constituta sunt, procedit iste repente e praetorio, inflammatus scelere, furore, crudelitate: in forum venit: navarchos ad se vocari iubet. Qui nihil metuerent, nihil suspicarentur, statim accurrunt. Iste hominibus miseris innocentibus iniici catenas imperat. Implorare illi fidem praetoris et, quare id faceret, rogare. Tum iste hoc causae dicit, quod classem praedonibus prodidissent. (Fit clamor et admiratio populi) tantam esse in homine impudentiam atque audaciam, ut aut aliis causam calamitatis attribueret, quae omnis propter avaritiam ipsius accidisset,

1. *cui*] *qui* R. — *imp. potestatemque* Lagg. praeter 29, O. — 2. *Cleomenen* R et sic fere semper. — 3. *in eos esse* dett. O. — *qui naves*] *qui auis* R. — *non modo inanes* R3 Lg29: *inanes non m.* dett. O. — 4. *apertas poterone in eum* Lg29. — ... *lutus qui solus* -- *domi reli* ... §. 109. v. 3. habet V. — *dissolutusque solus* R. — 5. *perea* V. (Br.) — 6. *execrationes* R V. — *dexterae* R et V (Br.): *dextrae* rell. O. — *conplexusque* V; *conflexusque* R; *confluxusque* Ld. — *illut* V. — 7. *littore* R. — 8. *vocat Cleom.* R3 V Lg29: *Cleom. vocat* dett. O. (*Cleomenen* R, non V.) — 9. *ei*] *et* R. — *animadvertere* V et Lagg.: *animum adverti* R; *animadverti* G3. — *omnis* R V. — 10. *ferri* R G1; *fieri* Ld. — *et potius* -- *suscipiam* R3 V: *et totius* -- *potius suscipiam* dett. O. — 11. *quam aut* V et plerique: *quam ut* R; *quam* G3 λ. — *in te* om. Maius (non V teste Br.). — 12. *aut totam* R V. — *gravis testis vivos incolomesque* R. — 13. *adprobat* R V. — 14. *illud*] *it* V. — *Phalacrum* R G2: *Falacrum* V, *Phalatrum* Lg29, *Phalargum* O. — 15. *una fuisset* R3 V Lg29: *fuisset una* dett. O. — 16. *Quid? ergo iste* Lamb. — *istius modi* Lg29. — 17. *adul.* R V. — 19. *iste nobilis* R3. — *optare* cum *s* sup. lin. V. (Br.) — 20. *e* om. R3 (non V). — 21. *forum*] *chorum* R. — *ad se vocari* V: *ad se* om. codd. rell. et edd. [Recepimus novam lectionem; nam Maius falso in verborum contextu *ad se venire* habet. Cf. supra §. 102.] — 22. *iste*] *statim* Lg29. — 23. *innocentibus* R3 V: *innocentibusque* dett. O. — *inici* R V. — *praetoris*] *P. R.* V; *populi R.* dett. — 24. *tum* R3 V (Br.) Lg14 29: *tunc* dett. O. — 25. *et* om. R3. — *admiratio*] *admurmuratio* V et nescio quis de coni. ap. Lamb. prob. Halm. At male [?] subiungitur *admurmuratio clamori*. Qua in re fiat *admurmuratio* hominum indigne aliquid ferentium, vide ex §. 41.; hoc autem loco populum «*stupor admiratione tam atrocis rei defigit*,» ut Liv. ait III. 47. cf. *homines obstupefacti admiratione* p. Deiot. §. 34. In bonam partem *clamores et admirationes* iunguntur de Orat. I. §. 152. Ut h. l. supra IV. §. 27. haec vv. confusa sunt a librariis. — 26. *in hominem* V. — *inpud.* V R. — *ut aliis* dett. — 27. *adtrib.* R. — *ipsius* habet V (non *istius*, ut ait Maius); *eius* Lg29.

aut, cum ipse praedonum socius arbitraretur, aliis proditionis crimen inferret: deinde hoc quinto decimo die crimen esse natum, postquam classis esset amissa. 107. Cum haec ita fierent, quaerebatur, ubi esset Cleomenes; non quo illum ipsum, cuicuimodi est, quisquam supplicio propter illud incommodum dignum putaret: nam quid Cleomenes facere potuit? (non enim possum quemquam insimulare falso;) quid, inquam, magno opere potuit Cleomenes facere istius avaritia navibus exinanitis? Atque eum vident sedere ad latus praetoris et ad aurem familiariter, ut solitus erat, insusurrare. Tum vero omnibus indignissimum visum est homines honestissimos, electos e suis civitatibus, in ferrum atque in vincla coniectos, Cleomenem propter flagitiorum ac turpitudinum societatem familiarissimum esse praetori. 108. Apponitur iis tamen accusator Naevius Turpio quidam, qui C. Sacerdote praetore iniuriarum damnatus est, homo bene appositus ad istius audaciam, quem iste in decumis, in rebus capitalibus, in omni calumnia praecursorem habere solebat et emissarium. XLII. Veniunt Syracusas parentes propinquique miserorum adolescentium hoc repentino calamitatis suae nuntio commoti: vinctos adspiciunt catenis liberos suos, cum istius avaritiae poenam collo et cervicibus suis sustinerent. Adsunt, defendunt, proclamant: fidem tuam, quae nusquam erat neque umquam fuerat, implorant. Pater aderat Dexo Tyndaritanus, homo nobilissimus, hospes tuus, cuius tu domi fueras, quem hospitem appellaras. Eum cum illa auctoritate miseria videres praeditum, (non te eius lacrimae, non senectus, non hospitii ius atque nomen a scelere) aliquam ad partem humanitatis (revocare potuit?) 109. Sed quid ego hospitii iura in hac immani belua commemoro? Qui Sthenium Thermitanum, hospitem suum, cuius domum per hospitium exhausit et exinanivit, absentem in reos rettulerit, causa indicta capite damnarit, ab eo nunc hospitiorum iura atque officia quaeramus? cum

---

1. *arbitraretur* R3, codd. Lamb., C H: *putaretur* V (Br.), Lagg. omnes, O. [Cum iam certo sciamus *putaretur* in V exstare, nemo posthac alteram lectionem probabit.] — 2. *quinto decumo* R. — 3. *ita* R3, λ: om. V (Br.), dett. O. — 4. *quo*] *qui* V. — *cuicuimodi* Cledonius p. 1098. Pompeius p. 252. Lind.: *cuimodi* R; *quicuiusmodi* V; *cuiusmodi* s. *eiusmodi* ott. — *est* R3: *esset* dett. O. [In V vox obscurata est, nec tamen ex spatio verisimile est in eo *esset* fuisse. Br.] — *suplicio* V. (Br.) — 5. *illut* V; *illum* R. — 6. *POSSETVIT* sic V. (Br.) — 7. *magno op. pot. Cl. fac.* R3 V dett. (sed om. Lg29 *Cleom.*): *Cl. m. op. fac. potuit* 3 codd. Lamb., Quint. IX. 3, 43., ubi tamen cod. Turic. *magno opere* om. (*magno opere* habent R V (Br.) et Lg29.) — 8. *viderit* V. (Br.) — *et ad*] *et* om. V in fine versus. — 10. *eiectos* R3. — *e suis* R3: *ex suis* V (Br.), dett. O. — *atque in vincla* R V (Br.) et codd. plerique: *atque vincula* λ G2 Ld.; *et vincula* G1; *atque in vincula* Lg29 (solus ex Lagg.) et O. — 11. *turpitudinum* R3 V: *turpitudinis* dett. O. — 12. *praetori* R3, Lg29: *praetoris* dett. O; *PR.* V, Lagg. — *iis* R: *eis* V; *his* O. — *tamen*] *tum* G3 soli. — 13. *Nevius* R V.! — 14. *adpositus* R. — 17. *adolescentium* om. Lg29. (*adul.* R V.) — *nuntio commoti* R3 λ: *commoti nuntio* V (Br.), dett. O. (*nuncio* R.) — 18. *cat. aspiciunt* V. — 20. *neque* R G2 Ld.: *nec* dett. O. In G1 hoc colon excidit (V, ut Br. videtur: *NEQ. NVMQVAM*). — *fuerat* R3 V: *fuit* dett. O. — *inplorant* V. — *Dexo* R3 λ V, Prisc. I. p. 238.: *Dexio* dett. O. — 21. *tus* R pr. m. — *cuius tu -- appellaras, eum, cum -- potuit* distingui vult Rau II. p. 179. — 22. *cum*] *quoniam* R G2 (ex *quom*); *qui* G1 Ld. — *auctoritate miseria* R3 V, codd. Lamb.: *auct. et miseria* dett. O; *auctoritate* del. Madv. Op. I. p. 345. coll. Rau II. p. 179. Verum vidit Or. 2. — 23. *lacrumae* R. — *nec sen. nec hosp.* λ G3. — *hospiti* V (sed v. 25. *hospitii* Br.) — *ac nomen* Lg29. — 24. *ab scelere* V. — 25. *hac tam* dett. O. — *inmani* V R. — *belua* R V Lg29: *bellua* O. — *Stenium* V. — 27. *inanivit* V. — *in eos* V. — *retulerit indicta causa* V (V: *RE* ‖ *TVLERIT*).

homine enim crudeli nobis res est an cum fera atque immani belua? Te patris lacrimae de innocentis filii periculo non movebant: cum patrem domi reliquisses, filium tecum haberes, te neque praesens filius de liberum caritate neque absens pater de indulgentia patria commonebat. 110. Catenas habebat hospes tuus Aristeus, Dexonis filius. Quid ita? — Prodiderat classem. — Quod ob praemium? — Deseruerat [exercitum]. Quid Cleomenes? — Ignavus fuerat. — At eum tu ob virtutem corona ante donaras. — Dimiserat nautas. — Ab omnibus tu mercedem missionis acceperas. Alter parens ex altera parte erat Herbitensis Eubulida, homo domi suae clarus et nobilis, qui, quia Cleomenem in defendendo filio laeserat, nudus paene est destitutus. Quid erat autem, quod quisquam diceret aut defenderet? — Cleomenem nominare non licet. — At causa cogit. — Moriere, si appellaris; numquam enim iste cuiquam est mediocriter minatus. — At remiges non erant. — Praetorem tu accusas? frange cervices. — Si neque praetorem neque praetoris aemulum appellare licebit, cum in his duobus tota causa sit, quid futurum est? XLIII. 111. Dicit etiam causam Heraclius Segestanus, homo domi suae nobilissimo loco natus. Audite, ut vestra humanitas postulat, iudices: audietis enim de magnis incommodis iniuriisque sociorum. Hunc scitote fuisse Heraclium in ea causa, qui propter gravem morbum oculorum tum non navigarit et iussu eius, qui potestatem habuit, in commeatu Syracusis remanserit. Is certe neque classem prodidit neque metu perterritus fugit neque exercitum deseruit. Etenim tunc esset hoc animadvertendum, cum classis Syracusis proficiscebatur. Is tamen in eadem causa fuit, quasi esset in aliquo manifesto scelere deprehensus, in quem ne falsi quidem causa conferri criminis potuit. 112. Fuit in illis navarchis Heracliensis quidam Furius, (nam habent illi nonnulla huiusce modi Latina nomina,) homo, quam diu vixit, non domi suae solum, post mortem

---

1. *inmani* V R. — 2. *lacrimae patr.* λ G3. (*lacrumae* V.) — *fili* R V. — *moveant* Lagg. — 4. *liberum* R3: *liberorum* dett. — *commovebat* R, Lagg. praeter 42 48. — 5. *Aristheus* R; *Aristenus* G1; *Aristeris* G2 Ld. — 6. *deseruerat* R3 C (intellige *classem* ex praecedd.): *deseruerat exercitum* dett. O; quod quamquam aequabilitate quadam membrorum commendatur, tamen ex §. 111. a librario adiectum videtur. — 7. *ignauos* R pr. m.; *ignarus* R 2. m. G3. — 8. *ante* R3: *antea* pleriq. dett.; *aurea* Lg5 14 27, O. — *ab omn.* R3: *at ab omn.* Lg29 O. (*ut ab omnibus -- acciperes* Lagg. dett.) — 9. *alter pater erat* mediis om. Lagg. omnes. — 13. *appellares* R3. — *numquid* G1 Ld. — *cuiquam est* λ: *quiquam est* R pr. m. [ut saepius R *qui* pro *cui* habet]; *quicquam est* R corr. et G3: *est cuiquam* dett. O. — 14. *ad remiges nouerant* R. — *tu accusas*] *se accuses* R3; *tu accuses* Isidor. Orig. XI. 1, 61; sed teste Garat. II. duo codd. Barberini ap. Isidor. *tu accusas* exhibent, unus nr. 1675. *cervicem*. — 15. *frange*] *flage* R. — *cervices* R3 λ Lg29, Isidor., Serv. ad Aen. II. 707: *cervicem* dett. O. — *si neque -- neque*] *sine qua -- sine qua* R3; at in R bis pr. m. *si nequae* scriptum est. — *appellari* R. [Recte.] — 17. *dixit* Lg29. — *Heracleus* R (et sic infra), alii plerique. (Lg5 27 29 42.) — *nobilissimo* R3 (sed R *nobilissumo*): *summo* dett. O. (*homo d. s. nobilis, summo loco natus* ς, quod per se non spernendum est.) — 18. *audistis enim* R3. — 20. *Heracleum fuisse* Lg29. (*f. eracleum* R.) — *qui propter*] *quod propter* coni. Benedict. — *oculorum tuorum tum* R3 (sed G1 *suorum*); *oculorum cum navigaret* Lagg. praeter 29. — 22. *is* R3: *iste* dett. — *classem prodidit* R3 (in R *prodit*): *prod. classem* dett. O. — 23. *tum* Lagg. — *esset hoc aniadvertendum* sic R; *esse hoc anim.* G3; *esset hoc animadversum* rell. O. — 24. *cum* om. R3. — *is tam* Lg29; *iste* (om. *tamen*) Lagg. rell. — 25. *falsi* R3 λ (Madv. p. 120.): *falso* dett. O. — 26. *crim. conferri* λ G3. — 27. *eraclesis* R; *heraclensis* Lg29. — 28. *domi suae non* dett. O. — *solum*] *tantum* Lg29.

tota Sicilia clarus et nobilis. In quo homine tantum animi fuit, non solum ut istum libere laederet (nam id quidem, quoniam moriundum videbat, sine periculo se facere intelligebat), verum morte proposita, cum lacrimans in carcere mater noctes diesque assideret, defensionem causae suae scripsit: quam nunc nemo est in Sicilia, quin habeat, quin legat, quin tui sceleris et crudelitatis ex illa oratione commonefiat. In qua docet, quot a civitate sua nautas acceperit, quot et quanti quemque dimiserit, quot secum habuerit; item de ceteris navibus dicit: quae cum apud te diceret, virgis oculi verberabantur. Ille morte proposita facile dolorem corporis patiebatur: clamabat, id quod scriptum reliquit, *facinus esse indignum, plus impudicissimae mulieris apud te de Cleomenis salute, quam de sua vita lacrimas matris valere.* 113. Deinde etiam illud video esse dictum, quod, si recte vos populus Romanus cognovit, non falso ille de vobis iam in morte ipsa praedicavit: *Non posse Verrem testes interficiendo nos exstinguere: graviorem apud sapientes iudices se fore ab inferis testem, quam si vivus in iudicium produceretur: tum avaritiae solum, si viveret, nunc, cum ita esset necatus, sceleris, audaciae, crudelitatis testem fore.* Iam illa praeclara: *Non testium modo catervas, cum tua res ageretur, sed ab dis manibus innocentium Poenas scelerumque Furias in tuum iudicium esse venturas: sese ideo leviorem suum casum fingere, quod iam ante aciem securium tuarum Sextiique, tui carnificis, vultum et manum vidisset, cum in conventu civium Romanorum iussu tuo securi cives Romani ferirentur.* 114. Ne multa, iudices, libertate, quam vos sociis dedistis, hac ille in acerbissimo supplicio miserrimae servitutis abusus est. XLIV. Condemnat omnes de consilii sententia: tamen neque iste in tanta re tot hominum T. Vettium ad se arcessit, quaestorem suum, cuius consilio uteretur, neque P. Cervium, talem virum, legatum, qui, quia legatus isto praetore in Sicilia fuit, primus ab isto iudex reiectus est: sed de latronum, hoc est, de comitum suorum sententia condemnat omnes. 115. Hic cuncti Siculi, fidelissimi atque antiquissimi socii, plurimis affecti beneficiis a maioribus nostris, graviter commoventur et de suis periculis fortunisque omnibus

---

1. *tota* om. R3, codd. Lamb. — *Siciliam* R3 codd. Lamb.; *post mortem in Sicilia* coni. Zumpt. — 2. *moriundum* R Ld. Lg29: *moriendum* rell. O. — 3. *se* om. R3 Lg29. [Erat fort. in archetypo *se* ante *sine.*] — *cum mater in carcere* (om. *lacr.)* Lg29. — 4. *adsideret* R. — 10. *quod scriptum est relinquit* R3. — 11. *inpud.* R. — *aput* R. — 12. *illud etiam* G2 L. — 13. *non*] *nam* R. — 14. *iam in ipsa morte de vobis* dett. O. (Ut R3, habet etiam Lg29, sed addito *sua* post *ipsa.*) — *testis* R. — 15. *nos* R G2 Ld.: *vos* G1 et sic de coni. Madv. in epist. p. 43.; *criminum vocem* coni. Bak. p. 46., *noxas* Orelli 2; *voces* coni. Madv. Op. I. p. 370.; *eos* Halm; delet *nos* Wesenberg. l. l. p. 10.; *crimina sua* dett. O. — *extinguere* R. — *sapientis* R. — *se foro* R. — 16. *uiuos* R. pr. m. — 17. *testem* om. Lagg. praeter 15. — 19. *sed*] *sed tum* 6 Lagg; *sed cum* Lg29. — *ab* R3 λ Lg29: *a* dett. O. — *dis* R: *diis* O. — *scelerumque* Lambinus: *sceleroquamquae* R G2 Ld. (sed hi duo *que* pro *quae)*; *scelere quamque vel que* G1; *sceleratorum* Lg29; *sceleratorumque* dett. O. *scelerum atque* nescio cuius coni. ap. Lambinum prob. Madv. p. 120. Cf. etiam Bak. p. 47.; Rau II. p. 125. *scelerumque Furias* delet. — 20. *casum suum* dett. O. — 21. *Sextique* R3 et Lagg. omnes. — *uoltum* R. — 23. *libertatem* R (sed *m* punctata), λ C, Lagg. — *hanc* R3, codd. Lambini. Cf. Garat. ad Phil. X. p. 354. Wernsd. — 25. *omnis* R. — *tot hominum .t. ueccium* R pr. m.; *tot. hom. totue ciuium* R corr. m. 2; *tot. hom. totve (totne* Ld., G2) *civium P. Vettium* G3; *tot hominum causa P. Vectium* Lagg. (sed 29 om. *P.*); *tot hom. totve civium causa P. Vettium* O. Cf. Madv. Op. I. p. 371. — 26. *accersit* Lagg. praeter 29. — 27. *legatum* om. Lg29. — *isto praetore -- adulescentes* §. 149. v. 14. habet V. — 28. *relectus* V. — 29. *omnis* R. — 30. *adfecti* R V. — 31. *nostris* om. Lg29.

pertimescunt. Indigne ferunt illam clementiam mansuetudinemque nostri imperii tantam in crudelitatem inhumanitatemque esse conversam, condemnari tot homines uno tempore nullo crimine, defensionem suorum furtorum praetorem improbum ex indignissima morte innocentium quaerere. Nihil addi iam videtur, iudices, ad hanc improbitatem, amentiam crudelitatemque posse: et recte nihil videtur. Nam si cum aliorum improbitate certet, longe omnes multumque superavit. 116. Secum ipse certat: id agit, ut semper superius suum facinus novo scelere vincat. Phalacrum Centuripinum dixeram exceptum esse a Cleomene, quod in eius quadriremi Cleomenes vectus esset: tamen quia pertimuerat adolescens, quod eandem suam causam videbat esse, quam illorum, qui innocentes peribant, accedit ad hominem Timarchides: a securi negat esse ei periculum: virgis ne caederetur, monet ut caveat. Ne multa, ipsum dicere adolescentem audistis se ob hunc metum pecuniam Timarchidi numerasse. 117. Levia haec sunt in hoc reo. Metum virgarum navarchus nobilissimae civitatis pretio redemit; humanum est: alius, ne condemnaretur, pecuniam dedit; usitatum. Non vult populus Romanus obsoletis criminibus accusari Verrem: nova postulat, inaudita desiderat: non de praetore Siciliae, sed de nefario tyranno fieri iudicium arbitratur. XLV. Includuntur in carcerem condemnati: supplicium constituitur in illos: sumitur de miseris parentibus navarchorum: prohibentur adire ad filios: prohibentur liberis suis cibum vestitumque ferre. 118. Patres hi, quos videtis, iacebant in limine matresque miserae pernoctabant ad ostium carceris, ab extremo conspectu liberum exclusae, quae nihil aliud

---

1. *indigne ferunt* V: *indigni ferunt* R3 (sed Ld. *fecerunt*); om. colon dett. O. — *nostri* om. V. — 2. *tantam in* R G1 Ld.: *in tantam* V (Br.) dett. O; *in* om. G2. — *humanitatemque* R3. (*inhumanitatem crudelitatemque* Lg29.) — *condemna* R3. — 3. *suarum furturum* R pr. m. (add. *na* sup. lin. m. 2.); *suarum fortunarum* G3. — 4. *inprobum* V. — *innocentum* R3. Cf. §. 132. — 5. et 7. *inpr.* R V. — 6. *et recte n. vid.* Ern. uncis inclusit; at v. Madv. p. 121. — *nam* om. V. — *si cum*] *sicut* V. (Br.) — *aliorum* habet V, non *illorum*, ut est apud Maium, qui est error typogr. ed. Grut. et Graev. — 7. *omnesque multum* V. — *superavit* R3: *superabit* V (Br.), dett. O. — *secum* V: *sed cum* R3; *sed secum* dett. O; *sed cum secum ipse certet* cod. Urs. (?) — 9. *Phalacrum* R Lg29: *Falacrum* V; *Phalargum* O et dett. — *ad* (sic) *cleomene ne quod* R. — 10. *Cleomenes* cum V om. Halm. — *victus esset* R3. — 11. *eam suam* V. — 12. *accedit ad hom.* R3 V Lg29: *ad hom. acc.* dett. O. — 13. *esse ei*] sic V (de quo Maius erravit) et Quintil. IX. 3, 11.: *esse a* R; *esse at* G3; *ei esse* dett. O. — *caveret* dett. — 14. *se* om. V. (Br.) — *metum* R3 V: *virgarum metum* dett. O. — 15. *haec sunt* R λ G1 2: *sunt haec* V (Br.), dett. Quint. VIII. 4, 19. O. In Ld. om. *pecuniam -- condemnaretur.* — *reo* R3 V: *reo crimina* dett. O. — *metu* R. — 16. *nobilissimae* Quint. l. l. et IX. 2, 51. V, dett.: *homo nobilissumae* R; *homo nobiliss. summae* codd. Lamb.; *h. nobilis summe* G1 2. Hinc de Memmii coni. Lambinus: *homo nobilissimus suae civitatis*, coll. II. §. 106., quod etiam in λ esse traditur in marg. 1584. — *humanum est* R G1 2 λ V. Quint. VIII. 4, 19.: *est* om. dett., Quint. IX. 2, 51. — *ne*] *ut* R3. — 17. *usitatum* R λ (*is ita tum* G1 2): *usitatum est* V (Br.), dett. Quint. VIII. 4, 19. — *volet* R3, natum ex *volt*; *vult* est in V (Br.), dett., Quint. IX. 4, 70. — 18. *obsolestis* R. — 19. *nefario* R3 λ V: *crudelissimo* dett. O. — 20. *in carcerem*] Tuetur hanc scripturam etiam Serv. ad Georg. II. 76. In V. incertum, *in carcere* an *in carcerem* legatur. Mire totum h. l. coniecturis tentavit Bake p. 48 sq. — 21. *illos*] »Obscuratum est hoc voc. in cod. V, nec satis video, utrum sit *illos* an *eos*.« Mai. [Brunnio potius *eos* videtur, quod ad v. *illos* vix spatium suppetat.] — *prohibentur* om. dett. — 22. *ad filios* R3 λ V: *ad filios suos* dett. — *suis liberis* Non. p. 303. — *intro ferre* V, dett. At vide Non. — 23. *in limine ipso* V. — *misere* R V. (Br.) — *ad*] *ante* V. — 24. *hostium* R. — *conspectu* R3 V (sed V *conspectum*): *complexu* dett. O. — *liberum* R3 Lg29: *liberorum* V, dett. Cf. Klotz. Suppl. ad Tusc. p. 141. — *aliut* V.

orabant, nisi ut filiorum suorum postremum spiritum ore excipere liceret. Aderat ianitor carceris, carnifex praetoris, mors terrorque sociorum et civium Romanorum, lictor Sextius, cui ex omni gemitu doloreque certa merces comparabatur. — «Ut adeas, tantum dabis: ut cibum vestitumque intro ferre liceat, tantum.» — Nemo recusabat. — «Quid? ut uno ictu securis afferam mortem filio tuo, quid dabis? ne diu crucietur? ne saepius feriatur? ne cum sensu doloris aliquo spiritus auferatur?» — Etiam ob hanc causam pecunia dabatur. 119. O magnum atque intolerandum dolorem! o gravem acerbamque fortunam! Non vitam liberum, sed mortis celeritatem pretio redimere cogebantur parentes. Atque ipsi etiam adolescentes cum Sextio suo de plaga et de uno illo ictu loquebantur idque postremum parentes suos liberi orabant, ut levandi cruciatus sui causa lictori pecunia daretur. Multi et graves dolores inventi parentibus et propinquis, multi: verum tamen mors sit extrema. Non erit. Estne aliquid ultra, quo crudelitas progredi possit? Reperietur. Nam illorum, cum erunt securi percussi ac necati, corpora feris obiicientur. Hoc si luctuosum est parentibus, redimant pretio sepeliendi potestatem. 120. Onasum Segestanum, hominem nobilem, dicere audistis se ob sepulturam Heraclii navarchi pecuniam Timarchidi numerasse, ne hoc posses dicere: patres enim veniunt amissis filiis irati: vir primarius, homo nobilissimus, dicit, neque de filio dicit. Iam hoc, quis tum fuit Syracusis, quin audierit, quin sciat has Timarchidi pactiones sepulturae cum vivis etiam illis esse factas? Non palam cum Timarchide

---

1. *uti* Lg29. — *suorum* R3 λ V Lg29. Non. p. 293.: om. dett. O. — *postremum* V, Non. l. l. (cf. Poet. ap. Cic. Orat. III. §. 162. *postremum lumen rape*): *postremo* R3; *supremum* Lg29; *extremum* λ dett. O. Serv. ad Aen. IV. 685. Cf. de Invent. I. §. 108. «Vetus inscript. ap. Murat. MMLXXXVIII. 3. *QVOI. NON. LICVIT. IN. SVIS. MANIBVS. VLTIMVM. ILIVS. SPIRITVM. VT. EXCIPERET.* Manilius Astron. V. 619 sqq.» GARAT. II. — *ore* om. G2 Ld. et Lagg. — *sumere* Lg29. — *liceret* R3 V Lg29. Non. et Serv. l. l. Quint. IX. 4, 108.: *sibi liceret* dett. O. — 2. *et carnifex* Quint. IX. 4, 124. (non VIII. 4, 27.) Vulgatam tuetur etiam Jul. Sever. p. 343. 344. Capp. — 3. *Romanorum* V, Quint. VIII. 4, 27. Jul. Sev.: om. cett. O. — *Sextius* V: *Sextus* R3; *Sestius* alii. — *omni* G2 Ld. dtt.: *omnium* R G1 λ; om. *omni* V. (Br.) — 4. *conpar.* V. — *ut adeas* sqq. Quint. XI. 1, 40. IV. 2, 106. — *cib. vestitumque* Quint. IX. 4, 71.: *tibi cib. vest.* V (Br.); *cibum tibi* ctt. O. — 5. *ictu securis* V (Br.) et vulgo: *securis ictu* G1 λ: *ictu* om. R G2 Ld. — 6. *mortem filio tuo adferam* V. — 7. *aliquo* R3 V (sed V: *aliqu*ͦ*o*): *aliquo aut cruciatu* dett. O. — *ei auferatur* V. (Br.) — 8. *dabatur* R3: *lictori dabatur* dett. O; *lictori datur* V. [*lictori* in V esse testatur Brunnius, nec sola auctoritate cod. R omitti debebat.] — *intolerabilem* V. — 9. *non vitam* sqq. cf. Jul. Sev. l. l. Rufinian. de fig. c. 29. *ubi non vitam* V [sed est, ut Br. testatur, *ubi* m. 2. superscriptum.]; *non ut tam* R Ld.; *non ut tantum* G2; *non ut mortem tm̄* G1. — *liberorum* V. (Br.) — 11. *sexcio* R. — *suo* R3 C: om. dett. O. Non. p. 369. In voc. *adulescentes* desinit fragm. Vat. et denuo incipit §. 120. in voc. *loquebantur*. Et tamen Orellio nescio quomodo accidit, ut in editione huius libri minore scripturas codicis V. etiam intra hoc spatium commemoraret. — *de plaga* R3. Non. l. l.: *de eadem plaga* dett. O. — 12. *parentis* R. — 13. *sui* Lg29. — *causa* R3 λ Lg14: *gratia* dett. O. — *pecunia lictori* Lagg. plerique. — 14. *et propinquis multi*] sic distinxit Quint. IX. 3, 34. — *morxit extremo* R; inde *mori extremo non erat* G1 2. — 15. *aliquit* R. — *crudel. progredi* R3 Lgg. plerique: *progr. crud.* dett. O. — *reperitur* Lg29. — 16. *illorum* R3 (Madv. p. 44.): *illorum liberi* dett. O. — 17. *parentibus* R3: *parenti* dett. O. — *rediman*t G1 2: *redimat* ctt. O. — 19. *Heracli* R. — *denumerasse* Lagg. praeter 5 et 42, qui *num.* habent; *dinumerasse* edd. vett. Cf. Osann. ad Rep. p. 185. — *ne hoc posses* R λ G1: *et hoc posses* G2 Ld.; *hoc, ne possis* dett. O; nescio an concinnius. — 22. *quin* R3 λ: *qui non* dett. — *Timarchidi* R λ G2 Ld.: *Timarchidis* G1; *per Timarchidem* dett. O.

loquebantur? non omnes omnium propinqui adhibebantur? non palam vivorum funera locabantur? Quibus omnibus rebus actis atque decisis producuntur e carcere, deligantur. XLVI. 121. Quis tam fuit illo tempore ferreus, quis tam inhumanus praeter unum te, qui non illorum aetate, nobilitate, miseria commoveretur? ecquis fuit, quin lacrimaret? quin ita calamitatem illam putaret illorum, ut fortunam tamen non alienam, periculum autem commune arbitraretur? Feriuntur securi. Laetaris tu in omnium gemitu et triumphas: testes avaritiae tuae gaudes esse sublatos. Errabas, Verres, et vehementer errabas, cum te maculas furtorum et flagitiorum tuorum sociorum innocentium sanguine eluere arbitrabare: praeceps amentia ferebare, qui te existimares avaritiae vulnera crudelitatis remediis posse sanare. Etenim quamquam illi sunt mortui sceleris tui testes, tamen eorum propinqui neque tibi neque illis desunt, tamen ex ipso illo numero navarchorum aliqui vivunt et adsunt, quos, ut mihi videtur, ad illorum innocentium poenas fortuna et ad hanc causam reservavit. 122. Adest Phylarchus Haluntinus, qui quia cum Cleomene non fugit, oppressus a praedonibus et captus est: cui calamitas saluti fuit: qui, nisi captus a piratis esset, in hunc praedonem sociorum incidisset. Dicit is pro testimonio de missione nautarum, de fame, de Cleomenis fuga. Adest Centuripinus Phalacrus, in amplissima civitate amplissimo loco natus: eadem dicit: nulla in re discrepat.

123. Per deos immortales! quo tandem animo sedetis, iudices? aut haec quem ad modum audistis? Utrum ego desipio et plus quam satis est doleo tanta calamitate miseriaque sociorum? (an vos quoque hic acerbissimus innocentium cruciatus et maeror pari sensu doloris afficit?) Ego enim (cum Herbitensem, cum Heracliensem securi percussum esse

1. . . . *bantur -- cum tibi* §. 136. v. 22. habet V. — *omnium* R3, V: *hominum* dett. — 2. *uiborum* V. — *rebus omnibus* dett. O. — *decusis* R (*decussis* 2. m. corr.), *decursis* G3. — 3. *in e carcere* V (Br.), sed *in* punctatum, ut videtur. — *deligantur* R3 V (cf. Madv. p. 45.): *et deligantur ad palum* dett. O. (sed Lg29 sine *et.*) — 4. *ferreus* R3 λ (Madv. p. 45.): *durus* V (Br.); *durus et ferreus* dett. O. — *qui non* codd.: *quin* O. — 5. *et quis* V, *haecquis* R. — *lacrimaret* Lg29: *lacrumarumet* V (Br.); *lacrumarum* R, *lacrimaretur* rell. O. Cf. Madv. Op. I. p. 372. — 6. *illam* R3: om. dett. O; *calamitate illa* V. (Br.) — *ut fortunam putaret tamen* V. — 7. *commune* R3 V (Madv. p. 46.): *commune agi* rell. O. — 8. *gemitum et triumphum* R3. (*triphū* R.) — 10. *luere* 6 Lagg. — 11. *praec. amentia fereb.* om. Lagg. praeter 29. — *uolnera* R V. — 13. *eorum* om. Lagg. praeter 29. — *neque illis neque tibi* V; *neque* Lg29, *neque tibi* Lagg. rell., ceteris omissis. — 14. *ipro illo* R; *hiis pro illo* G3; *illo ipso* dett. O. (*ILLO IP* ‖ V in fine paginae; sequitur in proxima *numero.*) — *navarcorum* V, et sic saepius. — *uiuont* R pr. m.; *veniunt* Lagg. — *et* om. V. — *ut mi* V. (Br.) — 15. *ad -- poenas fort. et ad* R3 V Lg29: *ab -- poena fortuna ad* rell. O. Cf. Madv. p. 122. — *innocentiam* R Lg29; *innocentum* G1. (*illorum amicum innocentium* V, ut Br. legit.) — 16. *Philarchus* R3 V O; *Phyliarchus* Lg29; *Philiarchus* Lagg. rell. — *Halyntinus* R, *Alintinus* V, *Aluntinus* Lg29. — 17. *fugit*] *navigavit* dett. — *opressus* R; *oppressis* V. — 19. *dicet* dett. O. [*dicet* ex Lagg. non est allatum.] — *de ussione* V; *de misione* R. — 20. *Cleomenii* Lg29. — *Falarcus* V (Br.), *palacrum* R. — 22. *immortalis* V (Br.), ut videtur. — *sedetis iudices* R3 V. Codd. dett. et O *iudices* ante *quo* habent; pro *sedetis* autem est in Lagg. praeter 29 *feretis*. — 23. *quemammodum* V. — *audistis* R3: *auditis* dett. O; *audietis* vel *audietis* V. — *desipiā* R3. (sed lineola in ā videtur a m. sec. in cod. R.) — *satis est* R3 λ Lg29: *satis* V; *satis opus est* dett. — 24. *in tanta* dett. O. — *vos hic quoque* R3. — 25. *acerbissumus* R. — *innocentum* Lg29. — *meror p. s. d. adficit* R V. — 26. *cum Heracl.* om. G3; *cum* om. R. (*Heraclensem* Lg29.) — *esse percussum* dett. O.

dico) versatur mihi ante oculos indignitas calamitatis. XLVII. Eorumne populorum cives, eorum agrorum alumnos, ex quibus maxima vis frumenti quotannis plebi Romanae illorum operis ac laboribus quaeritur, qui a parentibus spe nostri imperii nostraeque aequitatis suscepti educatique sunt, ad C. Verris nefariam immanitatem et ad eius funestam securem esse servatos? 124. Cum mihi Tyndaritani illius venit in mentem, cum Segestani, tum iura simul civitatum atque officia considero. Quas urbes P. Africanus etiam ornandas esse spoliis hostium arbitratus est, eas C. Verres non solum illis ornamentis, sed etiam viris nobilissimis nefario scelere privavit. En quod Tyndaritani libenter praedicent: «*Nos in septemdecim populis Siciliae numeramur: nos semper omnibus Punicis Siciliensibusque bellis amicitiam fidemque populi Romani secuti sumus: a nobis populo Romano semper et belli adiumenta et pacis ornamenta ministrata sunt.*» Multum vero haec iis iura profuerunt in istius imperio ac potestate! — 125. Vestros quondam nautas contra Karthaginem Scipio duxit: at nunc navem contra praedones paene inanem Cleomenes ducit. Vobiscum Africanus hostium spolia et praemia laudis communicavit: at nunc per hunc spoliati nave a praedonibus abducta ipsi in hostium loco numeroque ducimini. — Quid vero? illa Segestanorum non solum litteris tradita neque commemorata verbis, sed multis officiis illorum usurpata et comprobata cognatio quos tandem fructus huiusce necessitudinis in istius imperio tulit? Nempe hoc iure fuit, iudices, ut ex sinu patriae nobilissimus adolescens istius carnifici Sextio dederetur. Cui civitati maiores nostri maximos agros atque optimos concesserunt, quam immunem esse voluerunt: haec apud te cognationis, fidelitatis, vetustatis, auctoritatis ne hoc quidem iuris obtinuit, ut unius honestissimi atque innocentissimi civis mortem ac sanguinem deprecaretur. XLVIII. 126. Quo confugient socii? quem implorabunt? qua spe denique, ut vivere velint, tenebuntur, si vos eos deseretis? Ad senatum venient? Quid? ut de Verre

---

2. *ciuis* R. — *eorum* R3 V Lg29: *eorumne* dett. O. — *alumnos* R G3 C V Lg1 14 29: *colonos* dett. — 3. *quodannis* R. — *laboris* V; *liberis* Lg29. — 4. *spes* V. — *nostraeque aetatis* V. — 5. *inman.* R. — *funestam securem* V et R3 (sed G2 Ld. *securim*): *securem fun.* dett. O. — 6. *quom* R. — *mihi* codd. Prisc. II. p. 249.: om. St. — 11. *numeramur* R3 Lg42: *numeramus* Lg29; *miramur* V; *non eramus* aut *noveramus* etc. dett. Cf. Madv. epist. p. 122. coll. Op. I. p. 354. Bak. p. 50. — *omnibus* R3 V Lg29: *in omnibus* dett. O. — 13. *nobis* R3: *nobis omnia* V (Br.), dett. O. — 14. *ministrata* R G1 3 Parr. Lall: *ministranda* G2 Ld.; *administrata* V, dett. — *vero* om. G3. — *iis* R V: *is* Lg29; *his* O; *vobis* coni. Bake. — 15. *Carthaginem* V; *Cartaginem* R; *Carthaginienses* Lg42. — 16. *adduxit ad nunc* V. — *navem - - inanem* R λ G1 Lg29: *naves - - inanes* dett. O; *naves* om. G2 Ld. [V habet distincte *nauem*; num *inanem* an *inanes*, incertum est.] — *ducit*] *duxit et* R3. — 17. *laudes* R. — 18. *per hunc* V: *per me* rell. O. — *spoliata navi a praedonibus* (om. *abducta*) V. — *in loco numeroque* R3 V: *numero locoque* dett. O. — 19. *ducimini* R3: *ducemini* V (Br.), dett.; *ducamini* Lg29. — 20. *neque*] *nec* G2; *non* Ld. — 21. *conprobata* R; *commemorata* V. — *huiusque* R3; *huius* Lg42. — 22. *iure fuit* R3 V Lg29: *fuit iure* dett. O. — *patriae* R λ G1: *patre* G2 Ld.; *patrio* V (Br.); *patris* dett. O. — 23. *adulescens* R3: *adolescens et e complexu matris ereptus innocens filius* dett. et V, sed hic *ex conplexu* et sine *filius*. (Br.) — *istius* om. Lagg. praeter 29. — *carnifici Sextio* V: *carnificis exitio* R3, Lagg. omnes. — 24. *concenserunt* R. — 25. *haec* R3 V Lg29: *haec autem* Lagg. dett.; *haec tanta* de coni. Manutii O. — *aput* V. — 26. *auctoritate* de Manutii coni. O. — *ius* G1; om. O. — *optinuit* V. — *atque innocentissimi* om. Maius, non V. (Br.) — 27. *ac* R V G1 2 Lg29: *ad* Ld.; *et* dett. O. — 28. *inplorabunt* V R. — 29. *deseretis* R G1 V: *deseritis* G2 Ld. dett. O. — *ad senatumne* V. Non male! — *venient* R3: *veniant* V (Br.);

supplicium sumat? Non est usitatum, non senatorium. Ad populum Romanum confugient? Facilis est populi causa; legem enim se sociorum causa iussisse et ei vos legi custodes ac vindices praeposuisse dicet. Hic locus igitur est unus, quo perfugiant, hic portus, haec arx, haec ara sociorum quo quidem nunc non ita confugiunt, ut antea in suis repetundis rebus solebant. Non aurum, non argentum, non vestem, non mancipia repetunt, non ornamenta, quae ex urbibus fanisque erepta sunt: metuunt homines imperiti, ne iam haec populus Romanus concedat et ita fieri velit. Patimur enim multos iam annos et silemus, cum videamus ad paucos homines omnes omnium nationum pecunias pervenire. Quod eo magis ferre animo aequo et concedere videmur, quia nemo istorum dissimulat, nemo laborat, ut obscura sua cupiditas esse videatur. 127. In urbe nostra pulcherrima atque ornatissima quod signum, quae tabula picta est, quae non ab hostibus victis capta atque deportata sit? At istorum villae sociorum fidelissimorum plurimis et pulcherrimis spoliis ornatae refertaeque sunt. Ubi pecunias exterarum nationum esse arbitramini, quae nunc omnes egent, cum Athenas, Pergamum, Cyzicum, Miletum, Chium, Samum totamque Asiam, Achaiam, Graeciam, Siciliam tam in paucis villis inclusas esse videatis? Sed haec, ut dico, omnia iam socii vestri relinquunt et negligunt, iudices. Ne publice a populo Romano spoliarentur, officiis ac fide providerunt: paucorum cupiditati

---

devenient dett. O. — *quid ut de* R3 V (Madv. p. 124.): *quid de* dett. O; *quit ut de Verre suplicium* V. (Br.) (*Verres supplicium* R pr. m.) — 1. *sumat* dett.: *sumant* V, R3. [Lagg. habent *summant* praeter 27, in quo est *summat*.] Non licet h. l. cum Zumptio intelligere *senatores* ex eo, quod praecedit *ad senatum*; nam non senatores, sed totum quasi corpus senatorum supplicium decernit ac sumit. Si *sumant* defendere velis, *socii* sunt intelligendi, qui *per senatum* supplicium sumentes de Verre ipsi sumere dicuntur, sicut accusator *reum condemnare* dicitur, qui *per iudices* damnat. — *non senatorum* R3; *non est senatorium* V. (Br.) — 2. *populi causa* R3 λ: *causa .P. R.* V; *causa populi* dett. O. — *se* om. dett. — 3. *ei vos legi*] *eius legis* R3 dett.; *eius* (sine *legis*) V; *vos eius legis* λ (?); *vos eius leges* Lg27 29; *eis legi* Lagg. plerique; *vos ei legi* Victor. O. — *ac vindices* om. Lagg. praeter 29. — *praeposuisse* V (Br.), dett.: *proposuisse* R3. — *dicit* Lagg. praeter 42 45. — 4. *hi locus* V. — *igitur est* R G1 V: *ergo est* G2 Ld.; *est igitur* dett. O. — *perfugient* V. (Br.) — *haec arx* om. R3; *haec ars* V. — 6. *repetundis* V G1: *repetendis* cett. O. — *non aurum, non arg.* V Lg29: *non arg., non aur.* rell. O. — 8. *metunt* V. — *hoc* G3. (non R.) — *P. R.* (sic) habet V, om. Maius. — 9. *ita*] *iam* edd. vett. — *velit fieri* V. — *multos iam* V R3 Lg29: *iam multos* dett. O. — *annos* om. Lagg. omnes. — 10. *homines* om. Lg29 St. — *omnes* om. R3. (habet V etiam teste Br.) — *pervenire* R3: *pervenisse* rell. In R additur *se*, in G3 *sed*; in V est: *PERVENISSE QVOMAGIS* (supra: *KP D*). [Apparet ex vitio in R *perventrese*, in eius quoque archetypo *pervenisse* fuisse.] — 11. *aequo animo* dett. O. — *et* R3 V Lg27: *atque* rell. O. — 12. *eistorum dissimulatio nemo elaborat* V. (Br.) — *videatur* V (ut Brunnio videtur, non *videamur*). — 13. *pulcerrima* V, sed mox *pulcherrimis*. — 14. *deportata* R3: *adportata* V, dett. O; *asportata* Lg14. — 15. *fidel. sociorum* Lg29. — *plurimis* R3 V: *et plurimis* dett. O. (*plurumis et pulcherrumis* R.) — 16. *refertquae* V. (Br.) — 17. *quae* R V G1 2: *qua* λ; *que* Ld.; *quibus* dett. O. (R habet *q̄*., i. e. *que* corr. in *quae*.) — 18. *Chion Samon* Lagg. praeter 42. (non R3.) — *totamque* R3 (sed G2 *totam*): *totam denique* V, dett. O. — *Asiam* om. V. [Sunt post *totam* in V duae litterae *IĀ*, ut Brunnio videtur, ut scribendum esse videatur: *totam Asiam denique* cet. Halm.] — 19. *tam* R3 V (Br.): *iam* dett. O. — *inclusa* V (Br.), recte ut videtur. — *videatur* R pr. m.; *videtis* Lagg. dett. — 20. *solici* (sic) *uestri* V. — *relicunt* V (Br.); *relinquont* R pr. m. — *et* om. Lg29. — *neglegunt* R V. — *ne enim publice* V. — *a praetore* V. — 21. *officio* V. — *cupiditate* V.

tum, cum obsistere non poterant, tamen sufficere aliquo modo poterant; nunc vero iam adempta est non modo resistendi, verum etiam suppeditandi facultas. Itaque res suas negligunt: pecunias, quo nomine iudicium hoc appellatur, non repetunt, relinquunt: hoc iam ornatu ad vos confugiunt. XLIX. 128. Adspicite, adspicite, iudices, squalorem sordesque sociorum. Sthenius hic Thermitanus cum hoc capillo atque veste domo sua tota expilata mentionem tuorum furtorum non facit: sese ipsum abs te repetit, nihil amplius; totum enim tua libidine et scelere ex sua patria, in qua multis virtutibus ac beneficiis princeps fuit, sustulisti. Dexo hic, quem videtis, non quae publice Tyndaride, non quae privatim sibi eripuisti, sed unicum miser abs te filium optimum atque innocentissimum flagitat: non ex litibus aestimatis tuis pecuniam domum, sed ex tua calamitate cineri atque ossibus filii sui solatium vult aliquod reportare. Hic tam grandis natu Eubulida hoc tantum exacta aetate laboris itinerisque suscepit, non ut aliquid de suis bonis recuperaret, sed ut, quibus oculis cruentas cervices filii sui viderat, iis te condemnatum videret. 129. Si per L. Metellum licitum esset, iudices, matres illorum miserorum sororesque veniebant: quarum una, cum ego ad Heracliam noctu accederem, cum omnibus matronis eius civitatis et cum multis facibus mihi obviam venit, et ita, me suam salutem appellans, te suum carnificem nominans, filii nomen implorans, mihi ad pedes misera iacuit, quasi ego eius excitare ab inferis filium possem. Faciebant hoc idem ceteris in civitatibus grandes natu matres et item parvi liberi miserorum, quorum utrorumque aetas laborem et industriam meam, fidem et misericordiam vestram requirebat. 130. Itaque ad me, iudices, hanc querimoniam praeter ceteras Sicilia detulit: lacrimis ego huc, non gloria inductus accessi, (ne falsa damnatio, ne carcer, ne catenae, ne

---

2. *hi nunc* V, unde Maius *his nunc*. — *adempta* cum *p* habet V. [alias scribitur in eo *sumtus* et similia.] — *sit* R3. — 4. *petunt* Lagg. — *relinquunt* R3 λ (sed R pr. m. *relinquont*): *relincunt* V; *relinquunt et negligunt* dett. O. — *ornati* V. — 5. *aspicite* in V et Lagg. omnibus semel legitur. — 6. *Sthenius*] *est Sthenius* Lagg. — *domu* R. — 7. *toto* V. — 8. *a te* V. — *tua* (non *a tua*) etiam V. — *et* om. V. — 9. *ac*] *et* Lagg. dett., O. — *beneficis* R pr. m. — *princeps fuit* R3 λ V (Br.) Lg29: *floruit princeps* dett. O. Cf. Madv. p. 46. — 10. *Dexio* O. — *publicae* R. — *Tyndaride* R3 V (Br.): *Tyndari* dett. O. — 11. *abs te miser* G3 λ. — 13. et 16. *fili* R V. — 13. *uolt* R. — *aliquod* om. Lagg. — 14. *tam* R3 V: *iam* dett. — *Eubolida hic t.* V. — 15. *de* R3 V: *ex* dett. O. — *suis*] *huius* dett. Lagg. — *exuperaret* Lagg. — 16. *iis te* Zumpt.: *iste* R G2 Ld.; *istum* G1; *iisdem* (*isdem* V) *te* rell. O. [Apertum est *de* in R a syllaba *te* absorptum esse.] — 17. *viderent* V. — *si per*] *sibi .P. R.* R. — 18. *miserorum* R3 V: om. dett. O. — *uxores sororesque* dett.; *sororesque uxoresque* V. Habes glossae originem! — 19. *Heracleam* V et Lagg. — *accedere* V. (non *accedere*.) — 21. *fili n. inplorans* R V. — 22. *eius exc. ab inf. filium* R G1: *eius* om. V (est *ego* in fine versus); *eius exc. filium ab inf.* G2 Ld.; *exc. f. eius ab inf.* dett. O. — 23. *idem* V (Br.), dett.: *itidem* R3 λ, quod non prorsus spreverim. Nam praecedit *ita*, sequitur *item*, ita ut recte dici possit «quod una illa mater fecerat, *hoc* plane eodem modo in ceteris civitatibus matres fecisse, eodem modo parvos liberos; modum autem illum significant verba: *ita, me suam salutem* sqq.» — *ceteris in* R3 V, Lagg. omnes: *in ceteris* O. — *natu grandes* Lg29. — *parvi* R3 V: *parvuli* dett. O. — 24. *utrumque* R3 V. [est in V: *Q. RVMVTRV̄* ‖ *Q.* Notent grammatici formam optimis codd. confirmatam, quae ut numerosior se ipsa commendat. Halm.] — 25. *requirebat* V: *requirebant* R3 Lagg. — 26. *praeter cet. hanc querim.* Lagg. dett. O. — *lacrumis* R; *lacrumis detulit: ego* Maius ex V. — *huc* R V C: *ad hoc* dett. O. (*non gloria huc* G3.) — 27. *accessit* V. — *ne falsa* R3 C Lg29: *sed ne falsa* V, dett.

verbera, ne secures, ne cruciatus sociorum, ne sanguis innocentium, ne denique etiam exsanguia corpora mortuorum, ne maeror parentum ac propinquorum magistratibus nostris quaestui posset esse. Hunc ego si metum Siciliae damnatione istius per vestram fidem et severitatem deiecero, iudices, satis officio meo, satis illorum voluntati, qui a me hoc petiverunt, factum esse arbitrabor.

L. 131. Quapropter si quem forte inveneris, qui hoc navale crimen conetur defendere, is ita defendat: illa communia, quae ad causam nihil pertinent, praetermittat, me culpae fortunam assignare, calamitatem crimini dare, me amissionem classis obiicere, cum multi viri fortes in communi incertoque periculo belli et terra et mari saepe offenderint. Nullam tibi obiicio fortunam: nihil est, quod ceterorum res minus commode gestas proferas: nihil est, quod multorum naufragia fortunae colligas. Ego naves inanes fuisse dico, remiges nautasque dimissos, reliquos stirpibus vixisse palmarum, praefuisse classi populi Romani Siculum, perpetuo sociis atque amicis Syracusanum: te illo tempore ipso superio-

---

2. *exangula* V; *exsanguium* rell. O. — *meror* V, corr. ex *memor* (Br.). — 3. *quaestui*] *quetui* R. — 4. *et veritatem* V; *et virtutem* dett. cf. ad IV. §. 113. coll. infra §. 172. [Frustra igitur Maius in Praef. p. XV. conquestus erat, ut aliis locis sic hoc quoque ab incautis criticis verae lectioni *veritatem* vocabulum *severitatem* obtrusum esse, cuius falsitas h. l. ipsa lectione codicum dett. redarguitur. Cf. V. §. 188. Halm.] — 6. *factum*] *satisfactum* V. — 7. *si quem*] *siq*. V. — *forte* om. Lg29. — 8. *is ita* R3, V, cod. Mureti: *ista* dett. *Ita* h. l. refertur ad ea, quae infra sequuntur inde a § 135.; quae in medio posita sunt, ad «communia illa, quae ad causam nihil pertinent» refellenda quasi praeteriens subiicit Tullius. Quod qui non intelligerent, aut *παρέλκειν ita* putarunt aut *ut illa* (de Hot. coni. Schütz.) scripserunt. — 9. *pertinet praetermittam* V. — *culpae fortunam* V (Br.), ut Ernesti coniecit: *culpam fortunae* cett. O; in λ *tibi culpam fortunae* esse traditur. — *adsignare* R V. — 10. *daree*, i. e. *dare me* etiam V, non *daret*, ut Maius legit. — *obicere* R V, et sic deinceps. — *multa* R3 C. — 11. *defenderint* V. — 12. *tibi* om. Lg29. — *incommode* R3; *commodo* Lg29. — 13. *fortunae* Ern. deleri voluit. At cf. Madv. p. 124. Bak. p. 51. — 14. *navis* R. — *inanis* R V. — *esse dico* Lg29. — *reliquo* V. (Br.) — 16. *perpetuo* codd. praeter V, in quo *perpetum sociumque amicis* legitur; *populi R.* coni. Ern.; *praepositum* coni. Or. 2.; *praefectum* cod. (vel coni.?) Urs. «Huius lectionem codicis probare non possum; quid enim repetatur *praefectum* cum praecesserit *praefuisse*?, quo verbo haec omnia longe elegantius regerentur. Sed neque Manutium audio, qui vulgatam ita explicat, ut adverbium *perpetuo* rei, quae non exprimitur neque facile subauditur, oppositum putet, Cleomenem nempe classi P. R. *per aliquot dies* praefuisse. Omnino agitur de una tantum expeditione eique oppositioni nullus est locus. Dicas licet adverbium pro adiectivo poni, quod probe latinum est (vide Cort. ad Sall. Iug. XIV. 11. et ibid. Exc. III. et Schwarz. ad Plin. Paneg. L. 6.), sive potius, ut a Graecis *ἀεί*, ita hic usurpari *perpetuo*: quae res explicari potest per notissimum latinorum *ὑφέν*, de quo Pareus in Lex. Plaut. et Passerat. ac Vulp. ad Prop. I. 22, 2. et Cort. ad Sall. Hist. 1. in orat. Lepid. n. 6. Sic pluries *ante facta* Cicero dixit, ut ostendimus ad c. 13. pro Deiotaro. Certe Tullius hoc dicit: hominem *Syracusanum* h. e. ex ea civitate, quae maxime inimica populo R. fuit ac bello demum subacta, *perpetuo sociis atque amicis* populi R. praefuisse, h. e. *perpetuis*, quam vocem vulgatae substituit edidítque Lambinus, vel qui perpetuo socii et amici P. R. fuerant. cf. p. Sest. c. 27. *Ille Cyprius miser, qui semper socius, semper amicus fuit*. [sed h. l. *fuit* adiicitur!] Hanc explicationem non confirmant modo, verum etiam requirunt ea, quae toto cap. 32. supra dicuntur: unde hos esse illos cognoscimus, *qui in amicitia fideque P. R. perpetuo manserant* (§. 83.). Idem hic significatur, quod eo loco eximiis artis coloribus pingitur, in quo est ad extremum: *quorum sociorum opera Syracusani nobis dicto audientes sunt*, *eos Syracusano dicto audientes esse iussisti* (§. 85.).» Garat. II., cuius explicationi suffragantur Zumpt. et Halmius. At figura *ὑφ' ἕν* apud Ciceronem rarissima est et in substantivis verbalibus fere obvia. (Cf. Reisigii Scholl. p. 392 sqq. ibid. Haas.)

ribusque diebus omnibus in litore cum mulierculis perpotasse dico: harum rerum omnium auctores testesque produco. 132. Num tibi insultare in calamitate, num intercludere perfugia fortunae, num casus bellicos exprobrare aut obiicere videor? tametsi solent ii fortunam sibi obiici nolle, qui se fortunae commiserunt, qui in eius periculis sunt ac varietate versati. Istius quidem calamitatis tuae fortuna particeps non fuit. Homines enim in proeliis, non in conviviis, belli fortunam periclitari solent: in illa autem calamitate non Martem fuisse communem, sed Venerem possumus dicere. Quod si fortunam tibi obiici non oportet, cur tu fortunae illorum innocentium veniam ac locum non dedisti? 133. Etiam illud praecidas licet, te quod supplicium more maiorum sumpseris securique percusseris, idcirco a me in crimen et in invidiam vocari. Non in supplicio crimen meum vertitur: non ego securi nego quemquam feriri oportere: non ego metum ex re militari, non severitatem imperii, non poenam flagitii tolli dico oportere: fateor non modo in socios, sed etiam in cives militesque nostros persaepe esse severe ac vehementer vindicatum. LI. Quare haec quoque praetermittas licet. Ego culpam non in navarchis, sed in te fuisse demonstro: te pretio remiges militesque dimisisse arguo. Hoc navarchi reliqui dicunt: hoc Netinorum foederata civitas publice dicit: hoc Amestratini, hoc Herbitenses, hoc Hennenses, Agyrinenses, Tyndaritani publice dicunt: (tuus denique testis, tuus imperator, tuus aemulus, tuus hospes Cleomenes hoc dicit,) sese in terram esse egressum, ut Pachyno, e terrestri praesidio, milites colligeret, quos in navibus collocaret; quod certe non fecisset, si suum numerum naves haberent. (Ea est enim ratio instructarum ornatarumque navium, ut) non modo plures, sed ne singuli quidem possint accedere.

Nisi igitur cum Lambino *perpetuis sociis* (cf. *perpetui tutores* p. Red. in Senat. §. 4.) praetuleris, vulgatae defensionem repetere licebit ex II. §. 156. *publice testis*, coll. p. Sest. §. 93. *duo reipublicae paene fata.* — *illo temp. ipso* R3: (in V *te illo temp.* -- *obiicere videor* om.) *ipso illo temp.* dett. O. Fallitur h. l. Zumpt. — *superioribus* Lg29. — 1. *dico* om. idem. — 2. *num*] *nunc* R pr. m. — 3. *perfugia* R3 λ Lg29: *perfugium* dett. O. — 4. *ii* V St.: *hii* R3; *hi* O. — *obici nulle qui se fortunas commisserunt* R. — 6. *versatus istius calamitates quidem* V. (Br.) — *tuae* V: *tua* dett. — 7. *praeliis* V; *preliis* R. — *convivis* R. — *periclitari* R3 λ V: *periclitare* Lg29; *tentare periclitari* dett. «Altera locutio cum rarior esset et obscurior videretur (vid. Caes. B. C. III. 10.), interpres usitatiorem (cf. Cort. ad Sall. Cat. 57, 5.) adiecit.» Garat. II. — 8. *in illam* V. — *calamitatem* R pr. m. V. (antea autem V *solent* recte habet.) — *mortem* R3. — 9. *possimus* V. — *tibi obici* R: *tibi* om. V (Br.); *tibi obiicere* dett.; *obiici tibi* G3 O. — 11. *praecidas* R3 λ C: *praedices* V; *praedicas* dett. — *te* λ Lg29 V: *hii* R; *hiis* G3; *de his quod* Zumpt.; *te* om. dett. — 12. *et in invidiam* V (Br.): *in* om. codd. rell. [Novam lectionem nos recepimus.] — 13. *vertetur* R G1 2; *verteretur* Ld. — *non ego quemquam ex re militari* R3 mance. — *nego securi* V. [Hoc saltem loco, ubi R3 manci sunt, codicis V auctoritati reliqui cedere debuerunt. Halm.] — 14. *oportere* V: *debere* rell. O. — *ex*] *in* V. Ita saepe peccatur in codd. cf. §. 140. III. §. 212. IV. §. 108. cet. — *non securitatem* ed. Lamb. 1584. — *imperi* R. — 15. *dico*] *da* R3. — 16. *ciuis* R. — *esse vere* Lagg. dett. — 18. *te* ante *pretio* om. Lagg. — *milites remigesque* Lagg. dett. O. — 19. *ducunt* R. — 20. *hoc Herb. hoc Am.* V (Br.) dett. O. — *Hennenses* Lagg. plerique: *Ennenses* V; *Ethnenses* alii; *Aetnenses* coni. Halm.; *hoc Hennenses* om. R. — 21. *Agyrinenses* R G1: *Agranenses* G2 Ld.; *Agrinenses* V; *hoc Agyr.* dett. O. — *Tyndaritani* R3 V (Madv. p. 47.): *Tyndaritani Locrenses* dett. O. — 22. *tuus imp.* (sic) V. — *tuus aemulus* R3 λ V (*tuemulus* R pr. m.): om. dett. O. — *dicit esse in terra esse* V. — 23. *egressum*] *proiectum* Lagg. — *uti* Naug. O. — *Pachino* V; *Phachyno* R. — *e*] *de* V, ut videtur. (Br.) — 25. *navium ornatarumque* Lagg. dett.; *ornatarumque* om. V. — 26. *possent* R3 Lg29.

134. Dico praeterea illos ipsos reliquos nautas fame atque inopia rerum omnium confectos fuisse ac perditos: dico aut omnes extra culpam fuisse, aut, si uni attribuenda culpa sit, in eo maximam fuisse, qui optimam navem, plurimos nautas haberet, summum imperium obtineret, aut, si omnes in culpa fuerint, non oportuisse Cleomenem constitui spectatorem illorum mortis atque cruciatus: dico etiam in ipso supplicio mercedem lacrimarum, mercedem vulneris atque plagae, mercedem funeris ac sepulturae constitui nefas fuisse. 135. Quapropter si mihi respondere voles, haec dicito: classem instructam atque ornatam fuisse, nullum propugnatorem afuisse, nullum vacuum tractum esse remum, rem frumentariam esse suppeditatam, mentiri navarchos, mentiri tot tam graves civitates, mentiri etiam Siciliam totam; proditum esse te a Cleomene, qui se dixerit exisse in terram, ut Pachyno deduceret milites; animum illis, non copias defuisse; Cleomenem acerrime pugnantem ab iis relictum esse atque desertum; nummum ob sepulturam datum nemini. Quae si dices, tenebere; sin alia dices, ea, quae a me dicta sunt, non refutabis.

LII. 136. Hic tu etiam dicere audebis: «Est in iudicibus ille familiaris meus, est paternus amicus ille.» Non, ut quisque maxime est, quicum tibi aliquid sit, ita te in huiusce modi crimine maxime eius pudet? — Paternus amicus est. — Ipse pater si iudicaret, per deos immortales! quid facere posset? Cum tibi haec diceret: «Tu in provincia populi Romani, cum tibi maritimum bellum esset administrandum, Mamertinis ex foedere quam deberent navem per triennium remisisti: tibi apud eosdem privata navis oneraria maxima publice est aedificata: tu a civitatibus pecunias classis nomine coëgisti: tu pretio remiges dimisisti: tu, navis cum esset ab quaestore et ab legato capta praedonum, archipiratam ab oculis omnium removisti: tu, qui cives Romani esse dicerentur, qui a multis cognoscerentur, securi ferire potuisti: tu tuam domum piratas abducere, tu in iudicium archipiratam domo producere

---

2. *perdictos* V. — *omnis* R. — 3. *adtribuenda* R V; *attributa* G1 2. — 4. *optineret* V, ut Br. videtur. — 5. *fuerunt* V (Br.); *fuissent* Lagg. — *Cleomenen* R V. — 6. *illius mortis* V G2 Ld. — *dico estiam* V. — *ipso* R3 λ: *illo* dett. O. (In V vocab. evanuit.) — 7. *uolneris* R. — 8. *constituit* V. — 9. *hoc* Lg29. — 10. *afuisse* R λ codd. Lamb.: *fuisse* V (Br.); *abfuisse* G3 O; *adfuisse* Lg14 29; *affuisse* dett. — *tractum esse remum* R3 Lagg. (Madv. p. 125.): *remum* om. V; *transtrum fuisse*, *remigi* St. O. — 11. *esse subito suppeditatam* V. — *tot tam* R3 λ: *totam* V; *tot et tam* Lg29 45 O; *et tam* (om. *tot*) rell. Lagg. — 12. *totam* om. V. — *esse te* V et plerique: *esse* R3; *te esse* O. — 13. *Pachino* V; *Phachyno* R. — 14. *acerrrume* R V. — *ab iis* V (Br.): *ab is* R pr. m.; *ab hisce* Lg29; *ab his* R corr., alii, O. — 16. *ea* om. dett. O. — *dicta sint* V. (Br.) — *non* om. V. (Br.) — 18. *quisquam* V et Lg29. — 19. *quocum tibi aliquit* V (*aliquit* etiam R). — *te in h. crimine max. eius* R3 V C (sed *eiusmodi* G3, nam habet R pr. m. *uiuscemodi*): *in* om. dett.; *tui h. criminis maxime eum* Victor. O. Cf. Madv. p. 127. — 20. *ipse pater*] cf. Quint. VI. 1, 3. — *immortalis* R V. — 21. *posset* codd. praeter V, in quo est *POSSETS* (Br.); *posses* de Hotom. coni. O. [Recte; cf. p. 126. v. 20.] At cf. Madv. p. 127., qui recte locum distinxit. — *haec tibi diceret* Lg29; *diceret tibi haec* G3. Cf. Madv. Op. I. p. 357. — *tu in*] *tuin* R. — 22. *pop. Rom.*] *P. R.* V; *PR.* R. In G3 est *praetor*, in codd. Lamb. et dett. *populi Rom. praetor*, et sic O. — *maritumarum* R. — 24. *privatim* dett. O. — 25. *classes* R m. sec. — 26. *cum navis* O contra codd. — *ab quaest. et ab leg.* R: *ab leg. et quaest.* G3; *a quaest. et a leg.* Lg29; *a quaest. et ab leg.* dett. O. — 27. *piratam* G2 Ld. (sed in hoc est vacuum spatium ante h. v.) — *ab omnium oculis* dett. O. — 29. *adducere* G3. — *tu in* Lg29: *tu* om. codd. rell. et edd.; *tu in iudicium -- ausus es* om. R3. [*tu* nos restituimus, cum desit lectio apud Zumpt.] — *domo* om. Lg29.

ausus es: 137. tu in provincia tam splendida, tu apud socios fidelissimos, cives Romanos honestissimos, in metu periculoque provinciae dies continuos complures in litore conviviisque iacuisti: te per eos dies nemo tuae domi convenire, nemo in foro videre potuit: tu sociorum atque amicorum ad ea convivia matres familias adhibuisti: tu inter eius modi mulieres praetextatum tuum filium, nepotem meum, collocavisti, ut aetati maxime lubricae atque incertae exempla nequitiae parentis vita praeberet: tu praetor in provincia cum tunica pallioque purpureo visus es: tu propter amorem libidinemque tuam imperium navium legato populi Romani ademisti, Syracusano tradidisti: tui milites in provincia Sicilia frugibus frumentoque caruerunt: tua luxuria atque avaritia classis populi Romani a praedonibus capta et incensa est: 138. post Syracusas conditas quem in portum numquam hostis accesserat, in eo te praetore primum piratae navigaverunt: neque haec tot et tanta dedecora dissimulatione tua neque oblivione hominum ac taciturnitate tegere voluisti, sed etiam navium praefectos sine ulla causa de complexu parentum suorum, hospitum tuorum, ad mortem cruciatumque rapuisti neque te in parentum luctu atque lacrimis mei nominis commemoratio mitigavit: tibi hominum innocentium sanguis non modo voluptati, sed etiam quaestui fuit:» — haec si tibi tuus parens diceret, posses ab eo veniam petere? posses, ut tibi ignosceret, postulare?

LIII. 139. Satis est factum Siculis, satis officio ac necessitudini, satis promisso nostro ac recepto. Reliqua est ea causa, iudices, quae iam non recepta, sed innata, neque delata ad me, sed in animo sensuque meo penitus affixa atque insita est; quae non ad sociorum salutem, sed ad civium Romanorum, hoc est, ad unius cuiusque nostrum vitam et sanguinem pertinet. In qua nolite a me, quasi dubium sit aliquid, argumenta, iudices, exspectare. Omnia, quae dicam sic erunt illustria, ut ad ea probanda totam Siciliam testem adhibere possem. Furor enim quidam, sceleris et audaciae comes, istius effrenatum animum importunamque naturam tanta oppressit amentia, ut numquam dubitaret in conventu palam supplicia, quae in convictos maleficii servos constituta sunt, ea in cives Romanos expromere. 140. Virgis quam multos ceciderit,

---

1. *tu apud* R3: *tu* om. dett. O. — 3. *conplures* R; *plures* Lg29. — *littore* R. — 4. *domi tuae* dett. O. — 8. *tunica talari* Lambinus. — *purpureo* om. Lg29. — 10. *Siciliae* Lagg. praeter 29. — 11. *caruerunt*] *carunt* R m. pr.; *caruere* Ern. contra codd. — *luxuriae* R et Lg29 (sed in R *e* puncto notata). Madv. praefert p. 47. *luxurie*, falso scribens in R esse *luxuriae*. — 12. *a praedonibus* om. Lagg. praeter 29. — 14. *et tanta* R3, Lg42: *tanta* rell.; *tantaque* O. — 16. *conplexu* R. — *parentium* Priscian. T. II. p. 345. — *suorum* om. Lg42. — 17. *hospitium* R; *hospitumque* dett. — *tuorum* om. Prisc. — *neque te* R3 Lg29: *neque* dett. et O, qui *te* ante *mei* habent. — 20. *haec sibi* R pr. m. — 22. *necessitudinis* R. — *satis* R3: *iudices, satis* dett. O. — 23. *pr. nostro ac recepto* R3 λ, Lagg. omnes: *pr. nostro ac muneri recepto* O incerta auctoritate; *pr. muneri ac recepto* Manutius. At v. Madv. ep. p. 128. Op. I. p. 372. — *reliquae si ea* R3. — *iam non* R3 λ: *non iam* dett. O. — 24. *innata*] *inta* R; *ita* G3. — *anima* Lagg. praeter 29. — 25. *adfixa* R; *defixa* L. Cf. Arus. Mess. p. 213. — 27. *aliquit* R pr. m.; *aliquod* R 2 m. — 28. *quae dicam* R3 λ: *quae dicam de supplicio civium Rom.* dett. O. «Cicero non *de supplicio*, sed *de suppliciis civ. Rom.* dixisset ut paulo infra et c. 38.» Garat. II. — *illustria* R3 λ (Madv. p. 149.): *clara et illustria* dett. O. (*inlustria* R.) — 29. *possem* R3: *possim* dett. O. cf. §. 84. — 30. *inport.* R. — 31. *dubitares* R. — 33. *civis* R.

quid ego commemorem? Tantum brevissime iudices, dico: nullum fuit omnino civitatis isto praètore in hoc genere discrimen. Itaque iam consuetudine ad corpora civium Romanorum etiam sine istius nutu ferebatur manus ipsa lictoris. LIV. Num potes hoc negare, Verres, in foro Lilybaei maximo conventu C. Servilium, civem Romanum e conventu Panormitano, veterem negotiatorem, ad tribunal ante pedes tuos ad terram virgis et verberibus abiectum? Aude hoc primum negare, si potes. Nemo Lilybaei fuit, quin viderit: nemo in Sicilia, quin audierit. Plagis confectum dico a lictoribus tuis civem Romanum ante oculos tuos concidisse. 141. At quam ob causam? di immortales! tametsi iniuriam facio communi causae et iuri civitatis: quasi enim ulla possit esse causa, cur hoc cuiquam civi Romano iure accidat, ita (quaero, quae in Servilio causa fuerit.) Ignoscite in hoc uno, iudices: in ceteris enim non magno opere causas requiram. Locutus erat liberius de istius improbitate atque nequitia. Quod isti simulac renuntiatum est, hominem iubet Lilybaeum vadimonium Venerio servo promittere. Promittit: Lilybaeum venitur. Cogere eum coepit, cum ageret nemo, nemo postularet, sponsionem † milium nummum facere cum lictore suo, NI FVRTIS QVAESTVM FACERET. Recuperatores sese de cohorte sua dicebat daturum. Servilius et recusare et deprecari, ne iniquis iudicibus, nullo adversario, iudicium capitis in se constitueretur. 142. Haec cum maxime loqueretur, sex lictores circumsistunt valentissimi et ad pulsandos verberandosque homines exercitatissimi: caedunt acerrime virgis: denique proximus lictor, de quo iam saepe dixi, Sextius, converso baculo oculos misero tundere vehementissime coepit. Itaque ille, cum sanguis os oculosque complesset, concidit, cum illi nihilo minus iacenti latera tunderent, ut aliquando spondere se diceret. Sic ille affectus, illinc tum pro mortuo sublatus, perbrevi postea est mortuus. Iste autem homo Venerius, affluens omni lepore ac venustate, de bonis illius in aede Veneris argenteum Cupidi-

---

1. *iudices, dico* R3 λ: *dico, iudices* dett. O. (*dicam* Lg29.) — 2. *civitatis* R3: *civitatibus* Lg29; om. dett. O. — 3. *in ad corpora* R. — 4. *negare*] *genere* R3. — 5. *e conv.* R3 λ: *in conv.* dett. O. — 6. *Panhormitanorum* R3; *Panhormitarum* L. Cf. §. 155. *e conventu Syracusano*, et v. Zumpt. ad IV. §. 55. — *tuos atterra* R. — 8. *in siciliam* R. — *qui audieris* R pr. m. — 9. *occidisse* Non. p. 268., sed p. 368. *concidisse*. — 10. *at quam ob causam* R3 (*ad* R): *ob quam causam* dett. O. Cf. Madv. p. 128. — *inmort.* R. — 11. *iure* R. — *possit ulla esse* Lg29; *p. esse ulla* dett. O. — 13. *magno opere* Lg29: *magnopere* R3, codd. rell. — 14. *ac neq.* Lg29. — 17. *nemo* semel habent codd.; addidit alterum Naug. (Ex Lagg. hic defectus non notatus est.) — *spons. militum nummum* R3; hinc Zumpt. coni.: *spons. II. milium nummum*; *HS. duobus milibus sponsionem* inde a Naug. O, sed qua fide codicum haec scriptura nitatur, prorsus incertum est. [Nulla, ut videtur; codd. quidem Lagg. nihil habent nisi: *HS sponsionem* omisso numero.] — 18. *ni*] *ne* Lagg. dett. — 19. *recuperatores sese*] *recuperor ee* (i. e. *esse*) R3; om. *sese* dett. O. (*sed ego reciperatores* Lg29.) Cf. §. 65., ubi *sese* recte restituit Zumptius, ut item h. l. *sese*, non *se*, quod Z. habet, scribendum est. [At hic quidem apertum est *recuperoresse* ex *recuperatores se* exortum esse.] — *dicebat* R3: *dicit* dett. O. — 20. *ne*] *de* R3. — 22. *eum circums.* de Lambini coni. Ern. — 23. *acerrume* R. — 23. *proximus lictor*] «Commemoratur *PHAEDIMVS*, *DIVI TRAIANI LICTOR PROXIMVS* in Inscript. ap. Grut. DLXXVIII. 1.» Garat. II. — 24. *iam saepe* R3 λ (R *tam*): *saepe* om. Lg29; *saepe iam* dett. O. — *Sextus* R3. — *baculo* R3: *bacillo* dett. O. Non. s. v. — 25. *ille* R3: *illi* dett. O. — 26. *latere* R pr. m. — *tunderentur* G3 (non R) et Lg42. — 27. *illum tum* R; *illi tum* Lg29. — 28. *perbrevi* R3 Lg29: *brevi* dett. O. — *mortuos* R pr. m. — *adfluens* R3: *et affluens* dett. O. — 29. *ac* R3 Lg29: *et* dett. O.

nem posuit. Sic etiam fortunis hominum abutebatur ad nocturna vota cupiditatum suarum. LV. 143. Nam quid ego de ceteris civium Romanorum suppliciis singillatim potius quam generatim atque universe loquar? Carcer ille, qui est a crudelissimo tyranno Dionysio factus Syracusis, quae lautumiae vocantur, in istius imperio domicilium civium Romanorum fuit. Ut quisque istius animum aut oculos offenderat, in lautumias statim coniiciebatur. Indignum hoc video videri omnibus, iudices, et id iam priore actione, cum haec testes dicerent, intellexi. Retineri enim putatis oportere iura libertatis non modo hic, ubi tribuni plebis sunt, ubi ceteri magistratus, ubi forum plenum iudiciorum, ubi senatus auctoritas, ubi existimatio populi Romani et frequentia, sed ubicumque terrarum et gentium violatum ius civium Romanorum sit, statuitis id pertinere ad communem causam libertatis et dignitatis. 144. In externorum hominum maleficorum sceleratorumque, in praedonum hostiumque custodias tu tantum numerum civium Romanorum includere ausus es? Numquamne tibi iudicii, numquam contionis, numquam huius tantae frequentiae, quae nunc te animo iniquissimo infestissimoque intuetur, venit in mentem? numquam tibi populi Romani absentis dignitas, numquam species ipsa huiusce multitudinis in oculis animoque versata est? numquam te in horum conspectum rediturum, numquam in forum populi Romani venturum, numquam sub legum et iudiciorum potestatem casurum esse duxisti?

LVI. 145. At quae erat ista libido crudelitatis exercendae? quae tot scelerum suscipiendorum causa? Nulla, iudices, praeter praedandi novam singularemque rationem. Nam ut illi, quos a poëtis accepimus, qui sinus quosdam obsedisse maritimos aut aliqua promontoria aut praerupta saxa tenuisse dicuntur, ut eos, qui essent appulsi navigiis, interficere possent: sic iste in omnia maria infestus ex omnibus Siciliae partibus imminebat. Quaecumque navis ex Asia, quae ex Syria, quae Tyro, quae Alexandria venerat, statim certis indicibus et custodibus tenebatur: vectores omnes in lautumias coniiciebantur: onera atque merces in praetoriam domum deferebantur: versabatur in Sicilia longo intervallo alter, non Dionysius ille nec Phaláris, (tulit enim illa quondam insula multos et crudeles tyrannos,) sed quoddam novum monstrum ex vetere illa immanitate, quae in isdem locis versata esse dicitur. 146. Non enim Cha-

1. *ac noct.* R; *nocturna* om. Lagg. dett. — 2. *nam quod* R. — *civium* om. dett.; *civitatium* R. — 3. *supplicis* R. — 5. *laudemias* R. — 7. *coiciebatur* Lg29; *coicebatur* R. — *indignum enim hoc* R3. — 8. *priori* Lg29. — 9. *retinere* Lg29. — *putasti* R; *putastis* G3. — 10. *sunt* om. Lg29. — *plenum forum* dett. O. — 12. *sit* codd.: *est* Halm, quae probabilis, sed non necessaria coniectura est. — 13. *statuitis*] *statis* R pr. m.; *scitis* R corr. 2. m., non *sciatis*, ut est in G3, *statuistis* dett.; vulgata est a Naug. — *et dignitatis* om. 6 Lagg. dett. — 14. *maleficiorum* R3; *et maleficorum* dett. O. — 16. *num quidne tibi iud.* *numquid* G3 λ. — *contentionis* R. — 17. *te animo* R3: *animo te* dett. O. — *tuetur* Lg29. — 19. *ipsa* om. Lg29. — *huiusce* R3 Lg29: *huiuscemodi* dett. O. — 22. *duxisti* R3 λ: *putasti* dett. O. — 23. *crudelitas* R. — 25. *qui* om. edd. vett. (habent omnes Lagg.) — 26. *sensus - - maritumos* R. — *promunturia* R Lg29. — 27. *eos* om. Lagg. praeter 29. — *adpulsi navigis* R. — *intercipere* Lamb. — 29. *inminebat* R. — *quae* ante *ex Syria* om. R3, codd. Lamb. — *quae ex Tyro* Lg27 St. L. — *quae ex Alex.* R. — 30. *venerant* R. — 31. *coicebantur* R. — 32. *alter* om. Lg29; *autem* Quint. VIII. 7, 62. ibiq. Spalding. — 34. *crudelis* R. — *sed quondam* R. — *veteri* G3; *vetera* R. — 35. *isdem* Lg29: *hisdem* R al.; *iisdem* G1 O. — *versata locis* (om. *esse*) Quint. l. l. — *Charybdin* Quintil., Lg27 29.

rybdim tam infestam neque Scyllam nautis, quam istum in eodem freto fuisse arbitror: hoc etiam iste infestior, quod multo se pluribus et immanioribus canibus succinxerat. Cyclops alter multo importunior; hic enim totam insulam obsidebat, ille Aetnam solam et eam Siciliae partem tenuisse dicitur. At quae causa tum subiiciebatur ab ipso, iudices, huius tam nefariae crudelitatis? Eadem, quae nunc in defensione commemorabitur. Quicumque accesserant ad Siciliam paulo pleniores, eos Sertorianos milites esse atque a Dianio fugere dicebat. Illi ad deprecandum periculum proferebant alii purpuram Tyriam, tus alii atque odores vestemque linteam, gemmas alii et margaritas, vina nonnulli Graeca venalesque Asiaticos, ut intelligeretur ex mercibus, quibus ex locis navigarent. Non providerant eas ipsas sibi causas esse periculi, quibus argumentis se ad salutem uti arbitrabantur. Iste enim haec eos ex piratarum societate adeptos esse dicebat: ipsos in lautumias abduci imperabat: naves eorum atque onera diligenter asservanda curabat. LVII. 147. His institutis cum completus iam mercatorum carcer esset, tum illa fiebant, quae L. Suetium, equitem Romanum, lectissimum virum, dicere audistis, et quae ceteros audietis. Cervices in carcere frangebantur indignissime civium Romanorum, ut iam illa vox et imploratio, CIVIS ROMANVS SVM, quae saepe multis in ultimis terris opem inter barbaros et salutem tulit, ea mortem illis acerbiorem et supplicium maturius ferret. Quid est, Verres? quid ad haec cogitas respondere? num mentiri me? num fingere aliquid? num augere crimen? num quid horum dicere istis defensoribus tuis audes? Cedo mihi, quaeso, ex ipsius sinu litteras Syracusanorum, quas iste ad arbitrium suum confectas esse arbitratur: cedo rationem carceris, quae diligentissime conficitur, quo quisque die datus in custodiam, quo mortuus, quo necatus sit. 148. LITTERAE SYRACVSANORVM. Videtis cives Romanos gregatim coniectos in lautumias: videtis indignissimo in loco coacervatam multitudinem vestrorum civium. Quaerite nunc vestigia, quibus exitus eorum ex illo loco compareant. Nulla sunt. Omnesne mortui? Si ita posset defendere, tamen fides huic defensioni non haberetur. Sed scriptum exstat in isdem litteris, quod iste homo barbarus ac dissolutus neque attendere umquam neque intelligere potuit: *ΕΔΙΚΑΙΩΘΗΣΑΝ*, inquit, hoc est, ut Siculi loquuntur,

---

1. *scillam* R. — *navibus* Quint. — *in* om. R3. — *immanioribus* de Memmii coni. L.: *inmaioribus* R, codd. Lamb.; *maioribus* G3 dett. O. — 3. *cyclos* R pr. m. — *inport.* R. — 4. *obsidebat* R3, codd. Lamb.: *obtinebat* dett. O. — *ille etiam Aetnam* Lg29. — *solam eam* R G2 Ld.; *solamque eam* G1. — 8. *atque adlanio* R. — 9. *tus* Lg29 42: *thus* R3, plerique alii. Cf. Zumpt. — *vestemque in lintea* R. — 10. *venalisque* R. — 11. *intellegenretur* R. — *ex* om. Lagg. — *mercedibus* R3. — 12. *providerant* R3 λ: *intelligebant* dett. O. [Affert hanc varietatem Nieb., sed codd. numeris non adscriptis.] — *argumentis* R3 et Lagg.: *adiumentis* O. — 14. *adduci* R Lg29. — 15. *navis* R Lg29. — *honera dil. adservanda* R. — 17. *Suettium* R. — 18. *et quae* R3 Lg29: *quae* dett. O. — 19. *ut etiam* Lagg. — *et imploratio* R3 λ Lg42 (*inpl.* R): *illa impl.* Lagg.; *et illa impl.* O. — 20. *sum* om. G3. — 21. *attulit* Lg42. — *illius* R G2 Ld. — 22. *num agere* Lagg. praeter 42. — 23. *nunc quid* R pr. m. — *istis tuis defens.* G3 (non R). — 24. *sinulliterras* R. — 25. *quas iste*] *quasise* R; *quas ipse* G3. — *ad* om. R. — 29. *congregatam* Lg29. — 30. *vestigia prius quibus* Lagg. — *eorum* R3 λ: *illorum* dett. O. — *conpar.* R. — 32. *exstat*] *erat* Lagg. praeter 29. — *isdem* R: *iisdem* O. — 34. *ἐδιχαιώϑησαν* R, 2 codd. Lambini, alii: *ἐδιχώϑησαν* al. O; in G1 om., sed spatium vacuum relictum est; in G2 non extrico miras litterarum formas. — *ut Sic. loq., hoc est* Ern. contra codd. (*locuntur* R.)

supplicio affecti ac necati sunt. LVIIII. 149. Si qui rex, si qua civitas exterarum gentium, si qua natio fecisset aliquid in cives Romanos eius modi, nonne publice vindicaremus? nonne bello persequeremur? possemus hanc iniuriam ignominiamque nominis Romani inultam impunitamque dimittere? Quot bella maiores nostros et quanta suscepisse arbitramini, quod cives Romani iniuria affecti, quod navicularii retenti, quod mercatores spoliati dicerentur? At ego iam retentos non queror: spoliatos ferendum puto: navibus, mancipiis, mercibus ademptis in vincula mercatores esse coniectos et in vinculis cives Romanos necatos esse arguo. 150. Si haec apud Scythas dicerem, non hic in tanta multitudine civium Romanorum, non apud senatores lectissimos civitatis, non in foro populi Romani de tot et tam acerbis suppliciis civium Romanorum, tamen animos etiam barbarorum hominum permoverem. Tanta enim huius imperii amplitudo, tanta nominis Romani dignitas est apud omnes nationes, ut ista in nostros homines crudelitas nemini concessa esse videatur. Nunc tibi ego ullam salutem, ullum perfugium putem, cum te implicatum severitate iudicum, circumretitum frequentia populi Romani esse videam? 151. Si mehercule, id quod fieri non posse intelligo, ex his te laqueis exueris ac te aliqua via ac ratione explicaris, in illas tibi maiores plagas incidendum est, in quibus te ab eodem me superiore ex loco confici et concidi necesse est. Cui si etiam id, quod defendit, velim concedere, tamen ipsa illa falsa defensio non minus esse ei perniciosa quam mea vera accusatio debeat.

Quid enim defendit? Ex Hispania fugientes se excepisse et supplicio affecisse dicit. Quis tibi id permisit? quo iure fecisti? quis idem fecit? qui tibi facere licuit? 152. Forum plenum et basilicas istorum hominum videmus et animo aequo videmus. Civilis enim dissensionis et seu amentiae seu fati seu calamitatis non est iste molestus exitus, in quo reliquos saltem cives incolumes licet conservare. Verres, ille vetus proditor consulis, translator quaesturae, aversor pecuniae publicae, tantum sibi auctoritatis in re publica suscepit, ut, quibus hominibus per senatum, per populum Romanum, per omnes magistratus in foro, in suffragiis, in hac

---

1. *adfecti* R; om. Lg29. — *si qui* R G2 Ld. Lg29: *si quis* dett. O. — 2. *aliquit* R. — *cives Rom.* R3 λ Lg29 (*civis* R): *civem R.* dett. O. — 3. *nonne bello* R3 Lg29: *non bello* dett. O. — 4. *inultam*] *inuitam* R; *invictam* G3. — *inpun.* R. — 5. *arbitramini* G3 λ habent ante *maiores*. Cf. Madv. Op. I. p. 357. — 6. *adfecti* R. — *naviculari* R. — 7. *iam* om. dett. — 8. *ferundum* Lagg. omnes. — *mancipiis*] *magnis* R3. — *adeptis* R. — *vincla* G1; *vinculis* Lg29. — 9. *coni. esse merc.* Lagg. praeter 29, O. — *vinclis* R. cf. ad §. 17. — 12. *supplicis* R. — 13. *permoverem* R corr. ex *permoveret*. — *imperi* R. — 14. *nominis*] *populi* Lg29. — 15. *esse* om. Lagg. praeter 42, O. — *nunc tibi ego* R3 (Madv. p. 129.): *num tibi ego* λ; *num ego tibi* dett. O. — 16. *inpl.* R. — 18. *mehercules* dett. — *intelligo non posse* Lagg. — *his laq. te* dett. O. — 19. *exuueris* Lg29; *exsueris* R. — *via* R λ G1: om. G2 Ld.; *vi* dett. — 21. *et condici* R. — 22. *ipsa illa falsa* R3 λ: *illa ipsa* (om. *falsa*) dett. O. Cf. Madv. p. 130. — *ei*] *et* R. — 24. *Spania* R pr. m. — *supplicium adf.* R. — 25. *quo iure* R3 λ: *quo id iure* dett. O. — 26. *tibi* Lagg. omnes: *tibi id* G3 O; in R *id* sup. lin. est, sed m. pr., ut testatur Bursianus. — 27. *et animo aequo videmus* om. R3. — *civilis*] *civitatis* R G1 Ld.; *civitas* G2. — *defensionis* G3. — *et seu*] *etsi* R3; *et sive* dett. O. — 28. *seu fati* R3 λ Lg14 29: *sive f.* dett. O. — *saltem reliquos* Lg29; *reliquosalutem* R G2; inde *relinquo salutem* G1. — 29. *civis incolumis* R Lg29. — *conservare licet* Lg29. — 32. *suffragis* R.

urbe, in re publica versari liceret, iis omnibus mortem acerbam crudelemque proponeret, si fortuna eos ad aliquam partem Siciliae detulisset. 153. Ad Cn. Pompeium, clarissimum virum et fortissimum, permulti occiso Perperna ex illo Sertoriano numero militum confugerunt. Quem non ille summo cum studio salvum incolumemque servavit? cui civi supplici non illa dextera invicta fidem porrexit et spem salutis ostendit? Itane vero? quibus fuit portus apud eum, quem contra arma tulerant, iis apud te, cuius nullum in re publica momentum umquam fuit, mors et cruciatus erat constitutus? Vide, quam commodam defensionem excogitaris. LIX. Malo mehercule id, quod tu defendis, his iudicibus populoque Romano, quam id, quod ego insimulo, probari: malo, inquam, te isti generi hominum, quam mercatoribus et naviculariis inimicum atque infestum putari. Meum enim crimen avaritiae te nimiae coarguit: tua defensio furoris cuiusdam et immanitatis et inauditae crudelitatis et paene novae proscriptionis. 154. Sed non licet me isto tanto bono, iudices, uti, non licet. Adsunt enim Puteoli toti: frequentissimi venerunt ad hoc iudicium mercatores, homines locupletes atque honesti, qui partim socios suos, partim libertos, partim conlibertos spoliatos, in vincla coniectos, partim in vinculis necatos, partim securi percussos esse dicunt. Hic vide, quam me sis usurus aequo. Cum ego P. Granium testem produxero, qui suos libertos abs te securi percussos esse dicat, qui abs te navem suam mercesque repetat: refellito, si poteris; meum testem deseram, tibi favebo, te, inquam, adiuvabo: ostendito illos cum Sertorio fuisse, ab Dianio fugientes ad Siciliam esse delatos. Nihil est, quod te mallem probare; nullum enim facinus, quod maiore supplicio dignum sit, reperiri neque proferri potest. 155. Reducam iterum equitem Romanum, L. Flavium, si voles, quoniam priore actione, ut patroni tui dictitant, nova quadam sapientia, ut omnes intelligunt, conscientia tua atque auctoritate meorum testium testem nullum interrogasti. Interrogetur Flavius, si voles, quinam fuerit L. Herennius, is, quem ille argentariam Lepti fecisse dicit; qui cum amplius centum cives Romanos

---

1. *iis* Lg42 45: *his* R Lg29 al., quod non prorsus spernendum (cf. ad II. §. 155.); nam quod *eos* sequitur, nihil obstat. (*hiis* G3.) — *hominibus* R et Lg29. — 3. *occ. Perp. perm.* λ G3. (*Perpenna* Lagg.) — 4. *ex is illo* R cum *h* super *is*, quam addidit sec. m. — *numerum* R. — 5. *saluom incolumenquae* R. — *civi supplici* dett.: *civis suplici* R pr. m. (*suplicii* sec. m.); *civi suplicanti* λ G2; *cui supplicanti* Ld. prob. Bak. p. 53.; *cui tum supplicanti* G1. — 6. *inv. et fidem* dett. O. — 7. *contra quem* dett. O. — *tulerunt* dett. — 8. *his* R. — *momentum* Lg45, ut Lamb. coniecit: *monumentum* rell. (*umquam monum.* dett. O.) — 10. *malo* codd. noti: *malo, malo* Victorius, O. — *mehercules* Lagg. praeter 1 et 42. — *defendes* R. — 13. *putarem* R. — *avaritiaetnĩte coarguit* sic R; *avaritia et enim te coarg.* G3. cf. Madv. epist. p. 131. Op. I. p. 372., qui ex scriptura cod. R suspicatur: *avaritiae tantum te coarguit*; Bak. p. 53. coni. *avaritiae te nimie*; *nimiae* om. Lg48. [Nihil deest in R nisi *e* in voc. *te*; nam *nimte* = *nimie*.] — 15. *poene* R. — 16. *atsunt* R. — 18. *partim conlibertos spoliatos* R3: *ab isto spoliatos* dett. O. — 19. *vincla* R: *vincula* rell. O. — *partim in vinculis necatos* om. R3, cod. Lamb. (*in vinclis* Lagg. praeter 29, qui habet *in iudiciis*.) — 20. *quam mesurus* R. — *P.* om. Lagg. — 21. *abs te* bis R3 (altero loco λ): *a te* dett. O. (*quid abs te* R.) — 24. *a Dianio* dett. O. — *fugientis* R. — 25. *malim* dett. O. Cf. ad §. 84. 139. — 26. *redducam* R. — 30. *quisnam* Lg29; *quian* R. — *L.*] sic R pr. m. et Ld.: *C.* G2; *T.* R 2 m. G1 et Lagg. omnes. (Et sic iidem infra §. 156.) — *Herenius his* R; *is* om. Lg29. — 31. *arg. Lepti*] *argentarimalefici* R pr. m.; *argumentari maleficii* R corr. sec. m. et G3. — *centum* om. Lg29 (excidit *C* ante *cives*). — *ciuis* R.

haberet ex conventu Syracusano, qui eum non solum cognoscerent, sed etiam lacrimantes ac te implorantes defenderent, tamen inspectantibus omnibus Syracusanis securi percussus est. Hunc quoque testem meum refelli et illum Herennium Sertorianum fuisse abs te demonstrari et probari volo. LX. 156. Quid de illa multitudine dicemus eorum, qui capitibus involutis in piratarum captivorum numero producebantur, ut securi ferirentur? Quae ista nova diligentia quam ob causam abs te excogitata? an te L. Flavii ceterorumque de L. Herennio vociferatio commovebat? an M. Annii, gravissimi atque honestissimi viri, summa auctoritas paulo diligentiorem timidioremque fecerat? qui nuper pro testimonio non advenam nescio quem nec alienum, sed eum civem Romanum, qui omnibus in illo conventu notus, qui Syracusis natus esset, abs te securi percussum esse dixit. 157. Post hanc illorum vociferationem, post hanc communem famam atque querimoniam non mitior in supplicio, sed diligentior esse coepit: capitibus involutis cives Romanos ad necem producere instituit, quos tamen idcirco necabat palam, quod homines in conventu, id quod antea dixi, nimium diligenter praedonum numerum requirebant. Haecine plebi Romanae te praetore est constituta condicio? haec negotii gerendi spes? hoc capitis vitaeque discrimen? Parumne multa mercatoribus sunt necessario pericula subeunda fortunae, nisi etiam hae formidines ab nostris magistratibus atque in nostris provinciis impendebunt? Ad eamne rem fuit haec suburbana ac fidelis Sicilia, plena optimorum sociorum honestissimorumque civium, quae cives Romanos omnes suis ipsa sedibus libentissime semper accepit, ut, qui usque ex ultima Syria atque Aegypto navigarent, qui apud barbaros propter togae nomen in honore aliquo fuissent, qui ex praedonum insidiis, qui ex tempestatum periculis profugissent, in Sicilia securi ferirentur, cum se iam domum venisse arbitrarentur?

LXI. 158. Nam quid ego de P. Gavio, Consano municipe, dicam, iudices? aut qua vi vocis, qua gravitate verborum, quo dolore animi dicam? tametsi dolor me non deficit: ut cetera mihi in dicendo digna re, digna dolore meo suppetant, magis laborandum est. Quod crimen eius modi est, ut, cum primum ad me delatum est, usurum me illo non putarem: tametsi enim verissimum esse intelligebam, tamen credibile fore non arbitrabar. Coactus lacrimis omnium civium Romanorum, qui in Sicilia negotiantur, adductus Valentinorum, hominum honestis-

---

1. *Syracusano* R3 λ: *Syracusarum* dett. O. — 2. *inpl.* R. — *tamen te* Lagg.; *tamen a te* O. — 3. *Syracusis* R3 λ. — 4. *a te* Lg29. — 6. *captivorum* R G1: *captivorumque* rell. O. — 7. *a te* Lg29. — 8. *cogitata* Lagg. praeter 29. — *te* om G3. — *Flavi* R. — 9. *Anni* R, Lg29. — 10. *paulo* R3: *paulo ante* dett.; *paulo te* vulgo et O. — 12. *qui omnibus in illo*] *quibus illo* R; *qui illo* G3 λ. — *syracusas* R. — 13. *a te* dett. O. — *secura* R m. pr. — 15. *ciuis* R. — 16. *ducere* Lg29. — 17. *diximus* dett. O. — 18. *haecine* R: *haecin* Lagg.; *haeccine* O. — *plebe* Lagg. [ex *plebei*, ut videtur.] — 19. *spes* om. Lg29. — 20. *subeunda peric.* Lg29. — 23. *Sicilia* R3 Lg29, cod. Hotom.: *provincia Sicilia* dett. O. — *civium* R3 λ (Madv. p. 20.): *civium Rom.* dett. O. — 24. *ciuis romanus omnisuis* R. — 25. *usque* om. Lagg. — *ultuma syrta* R. — 29. *Gravio* Lg29. — *Consano* R3 et 6 Lagg.: *Cosano* Lg29 O; *Cossano* alii. — 30. *animi -- dolore* om. Ld. — 31. *dolore non* R; *dolor non* G1 2. — 32. *laborandum* R3 Lg29: *elaborandum* dett. O. — 33. *est* ante *ut* om. G2 Ld.; *sit* R G1. — 35. *lacrumis* R.

simorum, omniumque Rheginorum testimoniis multorumque equitum Romanorum, qui casu tum Messanae fuerunt, dedi tantum priore actione testium, res ut nemini dubia esse posset. 159. Quid nunc agam? cum iam tot horas de uno genere ac de istius nefaria crudelitate dicam, cum prope omnem vim verborum eius modi, quae scelere istius digna sint, aliis in rebus consumpserim neque hoc providerim, ut varietate criminum vos attentos tenerem: quem ad modum de tanta re dicam? Opinor, unus modus atque una ratio est: rem in medio ponam, quae tantum habet ipsa gravitatis, ut neque mea, quae nulla est, neque cuiusquam ad inflammandos vestros animos eloquentia requiratur. 160. Gavius hic, quem dico, Consanus, cum in illo numero civium Romanorum ab isto in vincla coniectus esset et nescio qua ratione clam e lautumiis profugisset Messanamque venisset, qui tam prope iam Italiam et moenia Rheginorum videret et ex illo metu mortis ac tenebris, quasi luce libertatis et odore aliquo legum recreatus, revixisset, loqui Messanae et queri coepit se civem Romanum in vincla coniectum, sibi recta iter esse Romam, Verri se praesto advenienti futurum. LXII. Non intelligebat miser nihil interesse, utrum haec Messanae an apud istum in praetorio loqueretur. Nam, ut antea vos docui, hanc sibi iste urbem delegerat, quam haberet adiutricem scelerum, furtorum receptricem, flagitiorum omnium consciam. Itaque ad magistratum Mamertinum statim deducitur Gavius eoque ipso die casu Messanam Verres venit. Res ad eum defertur: esse civem Romanum, qui se Syracusis in lautumiis fuisse quereretur; quem, iam ingredientem in navem et Verri nimis atrociter minitantem, a se retractum esse et asservatum, ut ipse in eum statueret quod videretur. 161. Agit hominibus gratias et eorum benevolentiam erga se diligentiamque collaudat: ipse inflammatus scelere et furore in forum venit. Ardebant oculi: toto ex ore crudelitas eminebat. Exspectabant omnes, quo tandem progressurus aut quidnam acturus esset, cum repente hominem proripi atque in foro medio nudari ac deligari et virgas expediri iubet. Clamabat ille miser se civem esse Romanum, municipem Consanum: meruisse cum L. Precio, splendidissimo equite Romano, qui

1. *omniumque R. testimoniis* R3 Lg29 : *testimoniis omniumque R.* dett. O. Cf. Madv. p. 58. *(reginorum testimonis* R.) — 2. *mesanae f. dedita tantum* R. — 3. *testium* R3 λ: *testimonium* dett. — *esse possit* R G1 Lg5 29; om. G2 Ld. — 5. *sint* R3 λ Lg29: *sunt* dett. — 6. *rebus cum sumpserim* R. — *hoc* om. Lg29. — 7. *adtentos* R. — 8. *cantum* R pr. m.; *quantum* R 2. m. et G3. — 11. *dico Consanus*] *dico sanus* R; *dico Cosanus* G2; *dico Cossanus* G1. *(Cosanus* Lg29, *Cossanus* rell.) — *in illo* R λ G1: *illo in* Lg45; *in* om. rell. — *Romanorum* om. dett. — 12. *vincla* R λ G1, 6 Lagg.: *vincula* G2 Lg29 42 O. — *e* om. Lg29. — *fugisset* idem. — 13. *tam* om. dett. O. — *iam* om. G2 Ld. — 14. *Reginorum* Lagg. praeter 42; *regnorum civium romanorum* (nam in R semper *Regini* scribitur); *reginorum (tegnorum* G2) *civium Rom.* G3. — *et ex*] *et* om. R3. — 15. *refixisset* R; *refrixisset* G3. — *coepit et queri* dett. O. — 16. *civem Ro.* om. Lagg. praeter 42. — *in vincla* R, alii: *in vincula* Lg29 O. — *coniectum* R3 S 7 Lagg. *(coiectum* R): *esse coni.* Lg29 O. — 18. *istum* R3 Lg29: *ipsum* dett. O. — 19. *ante* dett. O. — 20. *futurorum* R. — 21. *consciam* R3 λ: *sociam* dett. O. — *itaque*] *atque* Lg29. — 22. *Gavius*] *gravius* R. — *venit Verres* Lg42 et Serv. ad Aen. I. 2. — *refertur* Lagg. — 23. *se Syrac. in lautumisse fuisse* R3. (*lautumiis se* G3.) — 24. *in navem* R3: *in navim* λ; *navem* dett. O. — 25. *ad se retr.* R3. Hinc *ab se retr.* coni. Halm. — *adserv.* R. — 26. *et forum* R. — *erga se ben.* dett. O. — 27. *conlaudat* R. — *ac furore* Lg29. — 28. *eminebat* codd., Quint. IX. 2, 40. Gell. X. 3. ex optt. codd.: *emicabat* L. — 29. *homines* G3. — *quo*] *qui* Lg29. — 30. *denudari* idem. — 32. *meruisse se* Lagg. praeter 29, O. — *Precio* Lg29: *recio* R G1 2; *rectio* G2; *Pretio* dett. O.

Panormi negotiaretur, ex quo haec Verres scire posset. Tum iste: se comperisse eum speculandi causa in Siciliam a ducibus fugitivorum esse missum; cuius rei neque index neque vestigium aliquod neque suspicio cuiquam esset ulla. Deinde iubet undique hominem vehementissime verberari. 162. Caedebatur virgis in medio foro Messanae civis Romanus, iudices, cum interea nullus gemitus, nulla vox alia illius miseri inter dolorem crepitumque plagarum audiebatur, nisi haec: *civis Romanus sum*. Hac se commemoratione civitatis omnia verbera depulsurum cruciatumque a corpore deiecturum arbitrabatur. Is non modo hoc non perfecit, ut virgarum vim deprecaretur, sed cum imploraret saepius usurparetque nomen civitatis, crux, crux, inquam, infelici et aerumnoso, qui numquam istam pestem viderat, comparabatur. LXIII. 163. O nomen dulce libertatis! o ius eximium nostrae civitatis! o lex Porcia legesque Semproniae! o graviter desiderata et aliquando reddita plebi Romanae tribunicia potestas! Hucine tandem omnia reciderunt, ut civis Romanus in provincia populi Romani, in oppido foederatorum, ab eo, qui beneficio populi Romani fasces et secures haberet, deligatus in foro virgis caederetur? Quid? cum ignes candentesque laminae ceterique cruciatus admovebantur, si te illius acerba imploratio et vox miserabilis non inhibebat, ne civium quidem Romanorum, qui tum aderant, fletu et gemitu maximo commovebare? In crucem tu agere ausus es quemquam, qui se civem Romanum esse diceret? Nolui tam vehementer agere hoc prima actione, iudices, nolui; vidistis enim, ut animi multitudinis in istum dolore et odio et communis periculi metu concitarentur: statui egomet mihi tum modum et orationi meae et C. Numitorio, equiti Romano, primo homini, testi meo, et Glabrionem, id quod sapientissime fecit, facere laetatus sum, ut repente consilium in medio testimonio dimitteret. Etenim verebatur, ne populus Romanus ab isto eas poenas vi repetisse videretur, quas veritus esset, ne iste legibus ac vestro iudicio non esset persoluturus. 164. Nunc, quoniam exploratum est omnibus, quo loco causa

2. *comperisse* R3 Lg29: *comperisse ait* dett. O. — *a duc.* R3: *ab duc.* dett. O. — 3. *quoius* R pr. m. — *aliquod* om. Lg29. — 4. *hom. proripi vehementissimeque verb.* dett. — 5. *caedeb.* — *Messanae* Quint. XI. 3, 90. — 6. *illius* R3 λ, Gell. X. 3.: *istius* dett. O. — 7. *strepitumque* codd. nonnulli Gellii coll. Mart. Cap. p. 426. quod haud scio an rectius sit. — *civ. Rom. sum*] cf. Quint. IV. 2, 13. IX. 4, 103. XI. 1, 40. — 8. *hac*] In cod. R h. l. verba sine ulla lacunae significatione sic continuantur: *hac non ad eos qui P. R.* Haec eadem lacuna, quae usque ad §. 171. (p. 137, 13.) pertinet, est in G3 λ. — 9. *is*] *his* Lg29. — 10. *usurparet* Lagg. omnes. — 11. *crux* semel habent Lagg. — 12. *pestem* Lg29: *potestatem* rell. O. cf. Bak. ad Legg. p. 625. — 13. *o leges Porciae* Quint. IX. 2, 38. (*Portia* Lg29.) — 15. *hucne* Lg29. — *haec omnia* Gell. l. l. — *recciderunt* Gellii cod. C. ex apparatu Hertzii. — 18. *candentesque* Lg29 (cf. Hor. Ep. I. 15, 36. ad Herenn. IV. c. 46. Prop. IV. 7, 43. Torrent. ad Val. Max. VI. 8, 1.): *ardentesque* dett. Gell. [Nolui lectionem ab Iordano receptam immutare, quamquam nescio quo errore factum est ut Zumptius *candentesque* in Lg29 exstare diceret; nam Nieb. quidem ex nullo cod. Lagom. ad lectionem *ardentesque* ullam varietatem exscripsit, sed tantum ex aliquot edd. vett. HALM.] — 19. *acerba illius* S, Gellii edd. contra codd. Hertzii. — *non leniebat* Gell. — 21. *tu*] *tuam* Lg29. — 25. *et orat.* Lg29: *et* om. rell. O. prob. Wesenberg. l. l. p. 51. not. 1. — *primo* codd.: *primario* Hervag. Ern. Cf. ad I. §. 67. — 27. *consilium in medio testimonio* Hotomanus: *consilio in medio testem* codd. O. — 28. *eas* om. Lg27 29. — 29. *ac* Lg29: *et* rell. O. — 30. *quoniam* Lg29 Vindob. nr. 64.: *quoniam iam* dett. O.

tua sit et quid de te futurum sit, sic tecum agam. Gavium istum, quem repentinum speculatorem fuisse dicis, ostendam in lautumias Syracusis a te esse coniectum neque id solum ex litteris ostendam Syracusanorum, ne possis dicere me, quia sit aliquis in litteris Gavius, hoc fingere et eligere nomen, ut hunc illum esse possim dicere, sed ad arbitrium tuum testes dabo, qui istum ipsum Syracusis abs te in lautumias coniectum esse dicant. Producam etiam Consanos, municipes illius ac necessarios, qui te nunc sero doceant, iudices non sero, illum P. Gavium, quem tu in crucem egisti, civem Romanum et municipem Consanum, non speculatorem fugitivorum fuisse. LXIV. 165. Cum haec omnia, quae polliceor, cumulate † tuis proximis plana fecero, tum istuc ipsum tenebo, quod abs te mihi datur: eo contentum me esse dicam. Quid enim nuper tu ipse, cum populi Romani clamore atque impetu perturbatus exsiluisti, quid, inquam, locutus es? Illum, quod moram supplicio quaereret, ideo clamitasse se esse civem Romanum, sed speculatorem fuisse. Iam mei testes veri sunt. Quid enim dicit aliud C. Numitorius? quid M. et P. Cottii nobilissimi homines, ex agro Tauromenitano? quid Q. Lucceius, qui argentariam Rhegii maximam fecit? quid ceteri? Adhuc enim testes ex eo genere a me sunt dati, non qui novisse Gavium, sed se vidisse dicerent, cum is, qui se civem Romanum esse clamaret, in crucem ageretur. Hoc tu, Verres, idem dicis: hoc tu confiteris illum clamitasse, se civem Romanum esse: apud te nomen civitatis ne tantum quidem valuisse, ut dubitationem aliquam crucis, ut crudelissimi taeterrimique supplicii aliquam parvam moram saltem posset afferre. 166. Hoc teneo, hic haereo, iudices, hoc sum contentus uno: omitto ac negligo cetera: sua confessione induatur ac iuguletur necesse est. — Qui esset, ignorabas: speculatorem esse suspicabare. — Non quaero, qua suspicione: tua te accuso oratione. Civem Romanum se esse dicebat. Si tu apud Persas aut in extrema India deprehensus, Verres, ad supplicium ducerere, quid aliud clamitares, nisi te civem esse Romanum? et si tibi ignoto apud ignotos, apud barbaros, apud homines in extremis atque ultimis gentibus positos, nobile et illustre apud omnes nomen civitatis tuae profuisset, ille, quisquis erat, quem tu in crucem rapiebas, qui tibi esset ignotus, cum civem se Romanum esse diceret, apud te praetorem, si non effugium, ne moram quidem mortis mentione atque usurpatione civitatis assequi

---

4. *aliqui* Lg29. — 5. *ut hoc ipsum possim dicere* Lg29. — *ad* Lg29: *secundum* dett. O. — 6. *testis* Lg29. — 7. *Cosanos* Lg29 12 15 et O; *Cossanos* Lagg. rell. — *atque* 6 Lagg. dett. — 8. *tu* om. Lg29. — 9. *et* om. idem. (Cf. p. 433. v. 31. BAIT.) — 11. *tuis proximis* codd.: *testibus* s. *testibus productis* coni. Lamb.; *diebus proximis* coni. Lips. — 12. *esse me* Lg29. — 14. *elocutus* Lg29. — 16. *et* om. 6 Lagg. dett. — 17. *Cottii* Lg12: *Cocti* Lg29; *Cotii* ctt. — *Lucceius* Lg1 29: *Luceius* dett. — 18. *Regi* Lg29 et 14 pr. m. — *fecit* codd.: *facit* coni. Ernesti. — 19. *sed se* Lg29: *sed qui se* Lg15 O; *sed qui* Lg1; *sed* (om. *se*) Lagg. rell. (*qui se novisse G., sed vidisse* L.) — 20. *Rom. esse* Lg29: *esse Rom.* rell. O. — 23. *dubitationem aliquam crucis ut crud.* Lg29 Naug.: *dubitationem aliq. crudelissimi* (om. *crucis ut*) rell. Lagg. (sed 14 m. sec. *dilationem*); *dilationem aliq. crucis, ut crud.* Victorius; *dubitationem aliquam, ut crud.* O. — 24. *possit* Lg29. — *hoc tento* idem. — 28. *se* om. idem. — 29. *deprensus* Lg29. — *ad suppl. duceret, quid aliud clamares* Severian. — 30. *apud homines* om. Sev. p. 344. probante Garat. II. «nam Tullium *homines in ultimis gentibus positos* pro *in ultimis terris* vel *regionibus* vix dicturum fuisse puto.» — 32. *civ. tuae* Lg29: *tuae civ.* rell. O.

potuit? LXV. 167. Homines tenues, obscuro loco nati, navigant: adeunt ad ea loca, quae numquam antea viderunt, ubi neque noti esse iis, quo venerunt, neque semper cum cognitoribus esse possunt. Hac una tamen fiducia civitatis non modo apud nostros magistratus, qui et legum et existimationis periculo continentur, neque apud cives solum Romanos, qui et sermonis et iuris et multarum rerum societate iuncti sunt, fore se tutos arbitrantur: sed, quocumque venerint, hanc sibi rem praesidio sperant futuram. 168. Tolle hanc spem, tolle hoc praesidium civibus Romanis: constitue nihil esse opis in hac voce, CIVIS ROMANVS SVM: posse impune praetorem aut alium quemlibet supplicium, quod velit, in eum constituere, qui se civem Romanum esse dicat, quod eum quis ignoret: iam omnes provincias, iam omnia regna, iam omnes liberas civitates, iam omnem orbem terrarum, qui semper nostris hominibus maxime patuit, civibus Romanis ista defensione praecluseris. Quid? si L. Precium, equitem Romanum, qui tum in Sicilia erat, nominabat, etiamne id magnum fuit, Panormum litteras mittere? Asservasses hominem, custodiis Mamertinorum tuorum vinctum clausum habuisses, dum Panormo Precius veniret. Cognosceret hominem, aliquid de summo supplicio remitteres: si ignoraret, tum, si ita tibi videretur, hoc iuris in omnes constitueres, ut, qui neque tibi notus esset neque cognitorem locupletem daret, quamvis civis Romanus esset, in crucem tolleretur.

LXVI. 169. Sed quid ego plura de Gavio? quasi tu Gavio tum fueris infestus ac non nomini, generi, iuri civium hostis: non illi, inquam, homini, sed causae communi libertatis inimicus fuisti. Quid enim attinuit, cum Mamertini more atque instituto suo crucem fixissent post urbem in via Pompeia, te iubere in ea parte figere, quae ad fretum spectaret, et hoc addere, quod negare nullo modo potes, quod omnibus audientibus dixisti palam, te idcirco illum locum deligere, ut ille, quoniam se civem Romanum esse diceret, ex cruce Italiam cernere ac domum suam prospicere posset? Itaque illa crux sola, iudices, post conditam Messanam illo in loco fixa est: Italiae conspectus ad eam rem ab isto delectus est, ut ille in dolore cruciatuque moriens perangusto fretu divisa servitutis ac libertatis iura cognosceret, Italia autem alumnum suum servitutis extremo summoque supplicio affixum videret. 170. Facinus est vincire civem Romanum, scelus verberare, prope parri-

---

1. *adeuntque* edd. vett. Gellii I. 7. et duo codd. Barberini ap. Garat. II. — 2. *ante* Lg29. — *viderunt*] *adierant* (om. *ubi*) Gell. — 3. *semper* om. Lg29. — *tamen*] *tantum* edd. vett. Gellii. — 7. *se* om. Lg29. — 8. *spectant* Lg29. — *esse futuram* Lg29 et 4 alii, H ψ S; *futurum* Lg27 45 48 et Gellius (in Lg48, item in Lg44 locus Gellii citatur); *esse futurum* Lg42. cf. Zumpt. et Or. 2. — 10. *alium quempiam* Lg29. — 11. *eum quis* Lg29: *quis* dett. O. — 14. *ista*] *hac* Lg29. — *Pretium* Lg29; *Recium* vel *Retium* rell. Lagg. — 15. *erat* Lg29: *morabatur* Vindob. nr. 139.; *negotiabatur* Victor. O; om. dett. — *nominabat* Lg29 Vindob. nr. 139. S: *nominabatur* dett. — 16. *asservasses -- habuisses* codd., sed Lg29 *asservasse* (v. Madv. p. 133.): *asservasse -- habuisse* O. — 17. *clausumque* L. — *Precius* om. Lg29. — 19. *si* delevit Manutius, inclusit O. cf. Beier. ad Off. T. II. p. 324. — 20. *notus sit* Lg29. — 25. *more* Naug.: *nomine* codd. — 29. *quoniam* Lg29 48 H ψ: *qui* ctt. O. — 31. *in loco*] *in* om. Lg44. — 33. *fretu* Lg42 Gell. XIII. 19. (coll. Charis. p. 74. Lind. Prisc. I. p. 274.): *freto* ctt. — 34. *defixum* Lg29; *ac fixum* Vindob. nr. 64.; *ea fixum* rell.; *fixum* Non. p. 242.; *affectum* Hervag. — 35. *vincire -- verberare -- necare* Lg29. Quintil. VIII. 4, 4.: *vinciri -- verberari -- necari* ctt. O.

cidium necare: quid dicam in crucem tollere? Verbo satis digno tam nefaria res appellari nullo modo potest. Non fuit his omnibus iste contentus. Spectet, inquit, patriam: in conspectu legum libertatisque moriatur. Non tu hoc loco Gavium, non unum hominem nescio quem, [civem Romanum,] sed communem libertatis et civitatis causam in illum cruciatum et crucem egisti. Iam vero videte hominis audaciam! Nonne eum graviter tulisse arbitramini, quod illam civibus Romanis crucem non posset in foro, non in comitio, non in rostris defigere? Quod enim his locis in provincia sua celebritate simillimum, regione proximum potuit, elegit: monumentum sceleris audaciaeque suae voluit esse in conspectu Italiae, vestibulo Siciliae, praetervectione omnium, qui ultro citroque navigarent. LXVII. 171. Si haec non ad cives Romanos, non ad aliquos amicos nostrae civitatis, non ad eos, qui populi Romani nomen audissent, denique si non ad homines, verum ad bestias aut etiam, ut longius progrediar, si in aliqua desertissima solitudine ad saxa et ad scopulos haec conqueri ac deplorare vellem: tamen omnia muta atque inanimata tanta et tam indigna rerum acerbitate commoverentur. Nunc vero cum loquar apud senatores populi Romani, legum et iudiciorum et iuris auctores, timere non debeo, ne non unus iste civis Romanus illa cruce dignus, ceteri omnes simili periculo indignissimi iudicentur. 172. Paulo ante, iudices, lacrimas in morte misera atque indigna navarchorum non tenebamus et recte ac merito sociorum innocentium miseria commovebamur: quid nunc in nostro sanguine tandem facere debemus? Nam civium Romanorum omnium sanguis coniunctus existimandus est, (quoniam et salutis omnium ratio et veritas postulat.) Omnes hoc loco cives Romani, et qui adsunt et qui ubique sunt, vestram severitatem desiderant, vestram fidem implorant, vestrum auxilium requirunt: omnia sua iura, commoda, auxilia, totam denique libertatem in vestris sententiis versari arbitrantur. 173. A me tametsi satis habent, tamen, si res aliter acciderit, plus habebunt fortasse, quam postulant. Nam si qua vis istum de vestra severitate eripuerit, id quod neque metuo, iudices, neque ullo modo fieri posse video; sed si in hoc me ratio fefellerit, Siculi causam suam perisse querentur et mecum

---

1. *tollere* codd.: *tolli* O. — *tam* om. Lg29. — 4. *non tu hoc loco* sqq. Severian. p. 344. — 5. *civem Rom.* om. Sever. l. l. et glossatoris inepti manum haec vv. perspicue produnt, qui illud *nescio quem* interpretari sibi videbatur; igitur cum Halmio ea uncinis circumclusimus. — 7. *arbitrabimini* O errore typogr., ut videtur. — 10. *eligit* Lg29. — 13. *non ad eos*] hic rursus pergunt R3 λ. — 16. *et ad*] *ad* om. G2 Ld. Severian. — *ac* R Lg29 Sever.: *et* G3 dett. O. — 17. *inanimata* R3 Sever. [?]: *animalia*, *inanimalia*, *animata* dett. (*inanimalia tanta, tam indigna* cod. Mon. Sever.); *inanima* Naug. O prob. Madv. ad Fin. p. 541. [Cf. Halmii *Anal. Tulliana* I. not. 5. p. 53 sq. Simile est vitium in R p. 433, 2, ubi habet *dedita tantum* pro *dedi tantum*.] — *acerbitate* R3, codd. Lamb., Sever.: *atrocitate* dett. O. — 19. *et iudiciorum* R λ Lg29: *et* om. G3, dett.; *iudiciorumque* O. — *et* ante *iuris* om. Lg29. — *ne non* delet de Wolffii coni. Madv. p. 434. At recte Bake p. 54.: «Unus iste civis Romanus est Verres ipse. Servandum est *ne non iste* coll. IV. §. 82. V. §. 78.» Cf. etiam Halm. ad h. l. in ed. Lips. — 21. *lacrumas* R. — 22. *indigna* R3 λ Lg29: *indignissima* dett. O. — 24. *omnium* om. dett. O. — 25. *existumandus* R. — *quoniam id et* dett. O. — *veritas omnium* dett. — 26. *ubicumque* Lg29 45. — 27. *vest. sever. desiderant* om. R3, uncis incl. Halm. — *inplorant* R. — 29. *versari* om. Lg29. — 30. *haberent* Lg29. — *tamen*] *tam* R; addidit m. 2. *et*. — *ceciderit* coni. Guilielmius. — 31. *nam etsi qua* Lagg. praeter 29, O. Cf. Madv. p. 435. — *eripuit* R. — 32. *posse fieri* G3 λ.

pariter moleste ferent; populus quidem Romanus brevi, quoniam mihi potestatem apud se agendi dedit, ius suum me agente suis suffragiis ante Kal. Februarias recuperabit. Ac si de mea gloria atque amplitudine quaeritis, iudices, non est alienum meis rationibus istum, mihi ex hoc iudicio ereptum, ad illud populi Romani iudicium reservari. Splendida est illa causa, probabilis mihi et facilis, populo grata atque iucunda. Denique si videor hic, id quod ego non quaesivi, de uno isto voluisse crescere, isto absoluto, quod sine multorum scelere fieri non potest, de multis mihi crescere licebit.

LXVIII. Sed mehercule vestra reique publicae causa, iudices, nolo in hoc delecto consilio tantum flagitii esse commissum: nolo eos iudices, quos ego probarim atque delegerim, sic in hac urbe notatos isto absoluto ambulare, ut non cera, sed caeno obliti esse videantur. 174. Quam ob rem te quoque, Hortensi, si qui monendi locus ex hoc loco est, moneo: videas etiam atque etiam et consideres, quid agas, quo progrediare, quem hominem et qua ratione defendas. Neque de illo tibi quidquam praefinio, quo minus ingenio mecum atque omni dicendi facultate contendas. Cetera si qua putas te occultius extra iudicium, quae ad iudicium pertineant, facere posse; si quid artificio, consilio, potentia, gratia, copiis istius moliri cogitas: magno opere censeo desistas et illa, quae tentata iam et coepta sunt ab isto, a me autem pervestigata et cognita, moneo ut exstinguas et longius progredi ne sinas. Magno tuo periculo peccabitur in hoc iudicio, maiore, quam putas. 175. Quod enim te liberatum iam existimationis metu, defunctum honoribus, designatum consulem cogites: mihi crede, ornamenta ista et beneficia populi Romani non minore negotio retinentur, quam comparantur. Tulit haec civitas, quoad potuit, quoad necesse fuit, regiam istam vestram dominationem in iudiciis et in omni re publica, tulit; sed quo die populo Romano tribuni plebi restituti sunt, omnia ista vobis, si forte nondum intelligitis, adempta atque erepta sunt: omnium nunc oculi coniecti sunt hoc ipso tempore in unum quemque nostrum, qua fide ego accusem, qua religione hi iudicent, qua tu ratione defendas: de omnibus nobis, si qui tantulum de recta regione deflexerit, non illa tacita existimatio, quam antea contemnere solebatis, sed vehemens ac liberum populi Romani iudicium consequetur. 176. Nulla tibi, Quinte, cum isto cognatio, nulla necessitudo: quibus excusationibus antea nimium in aliquo iudicio

2. *suffragis* R. — 3. *atque* R3: *ac* Lg29; *et* dett. O. — 7. *id* om. G3, Lagg. praeter 29. — *de isto uno* Lg29. — 10. *mehercules* Lagg. (praeter 29 42), O. — *iudices*] *iudices, quos ego probarim* R3, ut paulo infra. — 11. *deiecto* R. — *flagitii* R3 Lg29: *flagitium* dett. O. (*flagiti* R.) — 12. *atque delerim* R. — 13. *caeno* R: *coeno* O. — 14. *ortensi* R. — *si qui* R 2 codd. Lamb., G2 Ld: *si quis* G1; *quia* dett. — *locus est, ex hoc loco moneo* Lagg. praeter 29, O. Cf. Madv. p. 58. — 15. *qui agas* R. — *pro quo progr*. R3. — 17. *quidquam tibi* dett. O. — 18. *si qua* R (non *si quae*) cett. — *te occ. putas* Lg29. — *iudicium* (prius) om. G3. — 19. *quae ad iudicium* om. R. — *pertinent* dett. — 20. *magno opere* habent R Lg29. — *deistas et illa* R; *desistas ista sed et illa* G3 C. — 21. *quem temptata* R. — *sunt ab isto* R3 λ 7 Lagg.: *ab isto sunt* Lg42, O. — 22. *ne sinas* codd. plerique: *non sinas* Lg1, Zumpt. et Or. 2. — 25. *cogitas* L O. — *ista ornamenta* Lg29. — 28. *et omni* G3. — 29. *plebi* R G2 Ld.: *plebis* G1 dett. O. — *nondum*] *non* Lg29. — 31. *vestrum* Lagg. dett. — 33. *si qui* R: *si quis* ctt. O. (*si quid quantulum d. r. r. conflexeris* Lg29.) — *derepta reg*. R. — 35. *consequitur* R. — *cognatio* R3: *cognatio est* dett. O. — 36. *antea nimium*] *ante animum* R3.

studium tuum defendere solebas, earum habere in hoc homine nullam potes. Quae iste in provincia palam dictitabat, cum ea, quae faciebat, tua se fiducia facere dicebat, ea ne vera putentur, tibi maxime est providendum. LXIX. 177. Ego mei rationem iam officii confido esse omnibus iniquissimis meis persolutam; nam istum paucis horis primae actionis omnium mortalium sententiis condemnavi: reliquum iudicium iam non de mea fide, quae perspecta est, nec de istius vita, quae damnata est, sed de iudicibus et, vere ut dicam, de te futurum est. At quo tempore futurum est? (nam id maxime providendum est; etenim cum omnibus in rebus, tum in re publica permagni momenti est ratio atque inclinatio temporum;) nempe eo, cum populus Romanus aliud genus hominum atque alium ordinem ad res iudicandas requirit: nempe lege de iudiciis iudicibusque novis promulgata, quam non is promulgavit, quo nomine proscriptam videtis, sed hic reus, hic, inquam, sua spe atque opinione, quam de vobis habet, legem illam scribendam promulgandamque curavit. 178. Itaque cum primo agere coepimus, lex non erat promulgata: cum iste vestra severitate permotus multa signa dederat, quam ob rem responsurus non videretur, mentio de lege nulla fiebat. Posteaquam iste recreari et confirmari visus est, lex statim promulgata est. Cui legi cum vestra dignitas vehementer adversetur, istius spes falsa et insignis impudentia maxime suffragatur. Hic si quid erit commissum a quoquam vestrum, quod reprehendatur, aut populus Romanus iudicabit de eo homine, quem iam ante iudiciis indignum putavit, aut ii, qui propter offensionem iudiciorum de veteribus iudicibus lege nova novi iudices erunt constituti. LXX. 179. Mihi porro, ut ego non dicam, quis omnium mortalium non intelligit, quam longe progredi sit necesse? Potero silere, Hortensi? potero dissimulare, cum tantum res publica vulnus acceperit, ut expilata provincia, vexati socii, di immortales spoliati, cives Romani cruciati et necati impune me actore esse videantur? potero ego hoc onus tantum aut in hoc iudicio deponere aut tacitus sustinere? Non agitanda res erit? non in medium proferenda? non populi Romani fides imploranda? non omnes, qui tanto se scelere obstrinxerunt, ut aut fidem suam corrumpi paterentur aut iudicium corrumperent, in discrimen aut iudicium vocandi? 180. Quaeret aliquis fortasse: tantumne igitur laborem, tantas inimicitias tot hominum suscepturus es? Non studio quidem hercule ullo neque voluntate: sed non idem licet mihi, quod

2. *potest* R. — 4. *iam rationem* dett. O. — 5. *prima faccionis* R. — 6. *non iam* dett. O. — 7. *perfecta* Lg29. — *nec de* R3: *neque* Lagg.; *neque de* O. — 8. *sed iudicibus* Lg29. — 9. *cum*] *tum* Lagg. praeter 29. — 12. *nempe ea lege* dett. O. — 13. *novis* om. Lg29. *(nobis* rell. Lagg.) — *quo* R3 (Madv. p. 135.): *cuius* dett. O. — *nomini* Lg29. — 14. *proscripta* R. — 17. *quamobrem* R3, Lg29, alii: *quamobrem quibus* rell. Lagg. [De Lg29 apud Zumpt. p. 993. erratum est.] — 20. *adversaretur* dett. — *inpud.* R. — 22. *reprendatur* R. — *de eo homine* R codd. Lamb., dett.: *de eodem homine* codd. Lamb., G4 2; *de eodem nomine* Ld. — 23. *antea* O; *antea de* Lagg. — *putaret* R; hinc coni. Or. 2. *putarat*, Halm: *putarit*. — *aut ii*] *aut et hi* R3. — 24. *iudiciis* Lagg. dett. — 27. *uolnus* R. — 28. *expilata prov.* R3 λ: *expilatae provinciae* dett. O. (sed est deinde in R *evexati*.) — *di* R: *dii* O. — *immortalis* R pr. m. — 29. *inpune* R. — *me auctore* Lagg. praeter 29. — 30. *ego hoc* R3 Lg29: *hoc ego* dett. O. — *onus*] *unus* R. (sic supra idem p. 438, 13. *absolutu*.) — *aut diutius tacitus* Lagg. O. *(tatitus* R.) — 32. *inplor.* R. — *obstrinxerunt* R3 (sed R *obtr.*): *obstrinxerint* dett. O. — 33. *discrimen ac* dett. O. — 34. *igitur*] *tibi* G3 λ. — 35. *es* om. Lg29. — 36. *quidem* om. G3. — *erculo* R. — *item* 6 Lagg.; *ita* Lg29. — *mihi licet* dett. O.

iis, qui nobili genere nati sunt, quibus omnia populi Romani beneficia dormientibus deferuntur: longe alia mihi lege in hac civitate et condicione vivendum est. Venit mihi in mentem M. Catonis, hominis sapientissimi et vigilantissimi: qui cum se virtute, non genere, populo Romano commendari putaret, cum ipse sui generis initium ac nominis ab se gigni et propagari vellet, hominum potentissimorum suscepit inimicitias et maximis laboribus usque ad summam senectutem summa cum gloria vixit. 181. Postea Q. Pompeius, humili atque obscuro loco natus, nonne plurimis inimicitiis maximisque suis periculis ac laboribus amplissimos honores est adeptus? Modo C. Fimbriam, C. Marium, C. Caelium vidimus non mediocribus inimicitiis ac laboribus contendere, ut ad istos honores pervenirent, ad quos vos per ludum et per negligentiam pervenistis. Haec eadem est nostrae rationis regio et via; horum nos hominum sectam atque instituta persequimur. LXXI. Videmus, quanta sit in invidia quantoque in odio apud quosdam nobiles homines novorum hominum virtus et industria; si tantulum oculos deiecerimus, praesto esse insidias: si ullum locum aperuerimus suspicioni aut crimini, accipiendum statim vulnus esse: semper nobis vigilandum, semper laborandum videmus. 182. Inimicitiae sunt? subeantur: labor? suscipiatur. Etenim tacitae magis et occultae inimicitiae timendae sunt, quam indictae atque apertae. Hominum nobilium non fere quisquam nostrae industriae favet: nullis nostris officiis benevolentiam illorum allicere possumus: quasi natura et genere diiuncti sint, ita dissident a nobis animo ac voluntate. Quare quid habent eorum inimicitiae periculi, quorum animos iam ante habueris inimicos et invidos, quam ullas inimicitias susceperis? 183. Quam ob rem mihi, iudices, optatum illud est, in hoc reo finem accusandi facere, cum et populo Romano satis factum et receptum officium Siculis, necessariis meis, erit persolutum; deliberatum autem est, si res opinionem meam, quam de vobis habeo, fefellerit, non modo eos persequi, ad quos maxime culpa corrupti iudicii, sed etiam illos, ad quos conscientiae contagio pertinebit. Proinde si qui sunt, qui in hoc reo aut potentes aut audaces aut artifices ad corrumpendum iudicium velint esse, ita sint parati, ut disceptante populo Romano mecum sibi rem videant futuram: et, si me in hoc reo, quem mihi inimicum Siculi dederunt, satis vehementem, satis perseverantem, satis vigi-

---

1. *his* R. — 2. *deferentur* R3. — 3. *venit enim mihi* dett. O. — 4. *et vigilantissimi* om. Lagg. — 6. *succepit* R. — 7. *in laboribus* dett. O; *cum lab.* G1. — *laboribus suisque ad* R. — *senectutem summa* om. R3. — 8. *Q.*] *que* Lagg. praeter 29. — 9. *maximis* λ G3. — *laboribus* R3 λ Lg29: *doloribus* dett. — 10. *ademptus* R. — *C.* ante *Marium* om. R3. — *C. Caelium*] *C. Caecilium* R G2 Ld.; *C. atulum* G1. — 12. *et per* R3: *et* Lg29; *ac* Lagg. rell. — 13. *est* om. Lg29. — *nationis* Lg29 H. — 14. *spectam* (pr. m.) *atque institutam* R. — *videamus* R3. — 15. *in* ante *inv.* om. R3 Lg29. — *homines nob.* Lg42 et O. (*nobilis* R.) — 16. *tantum* R3. — *oculum* R. — 18. *statim vuln. esse* R3 (*volnos* R): *esse statim vulnus* dett. O. — *esse nobis semper* dett. O. — 19. *labor? suscipiatur* R3 λ (*suscipiam* Ld.): *labores? suscipiantur* dett. O. [Non est tamen in R signum falsum interrogationis; nam ita sunt verba distinguenda: *inimicitiae sunt, subeantur; labor, suscipiatur.*] — 20. *inductae* R. — 21. *atque* R3 Lg29: *et* dett. O. — 22. *favet*] *fuit* R3. — *alicere* R. — 23. *quasi*] *quis in* R pr. m.; *qui si in* R 2 m. et G3. — *diiuncti* R Lg29: *disiuncti* rell. O. — *sunt* Lagg. praeter 42. — 24. *et vol.* G3 λ. — 26. *optatum est illud* G1 C; *optandum* (?) *illud est* λ; *optandum est illud* dett.; *optandum mihi illud est* (om. *iudices*) Lg29. — 30. *maxima* Lagg. — *corrupti iudicii* R3 λ Lg29 (sed R *iudiciis*): *corrumpendi iud.* dett. Cf. Madv. p. 136. — 33. *disceptandi* R3.

lantem esse cognorunt, existiment in iis hominibus, quorum ego inimicitias populi Romani salutis causa suscepero, multo graviorem atque acriorem futurum.

LXXII. 184. Nunc te, Iuppiter Optime Maxime, cuius iste donum regale, dignum tuo pulcherrimo templo, dignum Capitolio atque ista arce omnium nationum, dignum regio munere, tibi factum ab regibus, tibi dicatum atque promissum, per nefarium scelus de manibus regiis extorsit cuiusque sanctissimum et pulcherrimum simulacrum Syracusis sustulit: teque, Iuno regina, cuius duo fana duabus in insulis posita sociorum, Melitae et Sami, sanctissima et antiquissima, simili scelere idem iste omnibus donis ornamentisque nudavit: teque, Minerva, quam item iste duobus in clarissimis et religiosissimis templis expilavit Athenis, cum auri grande pondus, Syracusis, cum omnia praeter tectum et parietes abstulit: 185. teque, Latona et Apollo et Diana, quorum iste Deli non fanum sed, ut hominum opinio et religio fert, sedem antiquam divinumque domicilium nocturno latrocinio atque impetu compilavit: etiam te, Apollo, quem iste Chio sustulit: teque etiam atque etiam, Diana, quam Pergae spoliavit, cuius simulacrum sanctissimum Segestae, bis apud Segestanos consecratum, semel ipsorum religione, iterum P. Africani victoria, tollendum asportandumque curavit: teque, Mercuri, quem Verres in domo et in privata aliqua palaestra posuit, P. Africanus in urbe sociorum et in gymnasio Tyndaritanorum iuventutis illorum custodem ac praesidem voluit esse: 186. teque, Hercules, quem iste Agrigenti nocte intempesta servorum instructa et comparata manu convellere ex suis sedibus atque auferre conatus est: teque, sanctissima mater Idaea, quam apud Enguinos augustissimo et religiosissimo in templo sic spoliatam reliquit, ut nunc nomen modo Africani et vestigia violatae religionis maneant, monumenta victoriae fanique ornamenta non exstent: vosque, omnium rerum forensium, consiliorum maximorum, legum iudiciorumque arbitri et testes, celeberrimo in loco populi Romani locati, Castor et Pollux, quorum e templo quaestum iste sibi et praedam improbissimam comparavit: omnesque di, qui vehiculis tensarum sollemnes coetus ludorum initis, quorum iter iste ad suum quaestum, non ad religionum dignitatem, faciundum exigendumque curavit: 187. teque, Ceres et Libera, quarum sacra, sicut opiniones hominum ac religiones ferunt, longe maximis atque occultissimis caerimoniis continentur, a quibus initia vitae atque victus, morum, legum, mansuetudinis, humanitatis hominibus et civitatibus data ac dispertita esse dicuntur; quarum sacra populus Romanus a Graecis adscita et accepta tanta religione

---

1. *iis* L: *his* R. — 4. *Iuppiter* R: *Iupiter* O. — *quoius* R. — 7. *dė manibus regiis* λ et Lg29 (sed hic *regis)*: *de manis regibus* R; *de magnis regibus* G2 Ld.; *de magnis rebus* G1; *de regiis manibus* dett. O. — *extorxit* R pr. m. — 11. *item iste* G3 et Lg42: *item* R [recte]; *iste* dett. — 13. *sustulit* Lagg. dett. — 14. *latrona* R. — 16. *conpilavit* R. — *quem stechio sustulit* R. — 19. *iterum*] *item* Lagg. praeter 42. — *P.*] *PR*. R. — 20. *aliqua*] *aitqua* R. — 21. *posuit* om. R. — 24. *ex* om. R3; *e* coni. Zumpt. — 25. *egynos* R. — 26. *in* om. R3. — 27. *Africani* om. Lg29. — *victoriaeque ornamenta* Lg29. — 29. *legum*] *reliquum* R3. — 30. *pop. Rom.*] *praetorii* dett. — 31. *sibi iste* dett. O. — *improbissimam* G3 (Madv. p. 137.): *inprouisissimam* R; *maximam improbissime* dett. O. — *conpar*. R. — 32. *thensarum solemnis* R. — *initis*] *inutilis* R. — *ista* R. — 33. *non* om. R. — *faciundum* R G2: *faciendum* ctt. O. — *exiundumque* G1; *exeundumque* G2. — 36. *legum, morum* dett. O. — 37. *humanitatis exempla homin*. dett. O. — *dispersa* Lagg.

et publice et privatim tuetur, non ut ab illis huc allata, sed ut ceteris hinc tradita esse videantur; quae ab isto uno sic polluta ac violata sunt, ut simulacrum Cereris unum, quod a viro non modo tangi, sed ne adspici quidem fas fuit, e sacrario Catina convellendum auferendumque curaverit; alterum autem Henna ex sua sede ac domo sustulerit, quod erat tale, ut homines, cum viderent, aut ipsam videre se Cererem, aut effigiem Cereris non humana manu factam, sed de caelo lapsam arbitrarentur: 188. vos etiam atque etiam imploro et appello, sanctissimae deae, quae illos Hennenses lacus lucosque incolitis cunctaeque Siciliae, quae mihi defendenda tradita est, praesidetis; a quibus inventis frugibus et in orbem terrarum distributis omnes gentes ac nationes vestri religione numinis continentur: ceteros item deos deasque omnes imploro et obtestor, quorum templis et religionibus iste nefario quodam furore et audacia instinctus bellum sacrilegum semper impiumque habuit indictum, ut, si in hoc reo atque in hac causa omnia mea consilia ad salutem sociorum, dignitatem populi Romani, fidem meam spectaverunt, si nullam ad rem nisi ad officium et virtutem omnes meae curae, vigiliae cogitationesque elaborarunt, quae mea mens in suscipienda causa fuit, fides in agenda, eadem vestra sit in iudicanda; 189. deinde uti C. Verrem, si eius omnia sunt inaudita et singularia facinora sceleris, audaciae, perfidiae, libidinis, avaritiae, crudelitatis, dignus exitus eius modi vita atque factis vestro iudicio consequatur utique res publica meaque fides una hac accusatione mea contenta sit mihique posthac bonos potius defendere liceat, quam improbos accusare necesse sit.

---

1. *ab illis* R3 λ: *ab aliis* dett. O. — 2. *uno isto* λ G3. — *ac* R3: *et* dett. O. — 3. *aspici* R, ut semper. — 4. *Catinae* dett. O. — *avellendum* Lg29. — *auferendumque* R3 (Madv. p. 138.): *avertendumque* dett. O. — 5. *curavit* R3. [fort. ex *curarit*.] — *Enna* (sic h. l.) R3 λ: *Ennae* dett. O. — 7. *factam esse* dett. — *de caelo lapsam* R3 λ: *caelo delapsam* dett. O. — 8. *inploro* R. — 9. *hennensis* R. — *locusque* R. — *incolitis* R3 λ: *colitis* dett. O. — 10. *credita* Lagg. dett. — *fructibus* R3. — 11. *si omnes* R. — 12. *nominis* R. — *ceterosque* Lagg. praeter 12. — *inploro* R. — *et* R3: *atque* rell. O. — 15. *in hoc reo atque* om. Lagg. praeter 29. — 16. *pop. R.*] *reip.* R3 Lg29. — *mea* R. — 17. *virtutem* R3 λ: *veritatem* dett. O. — 18. *elaborarunt*] *elaborabunt* R G1; *elaboraverunt* G2; *laborabunt* Lagg.; *laborarunt* malit Halm. — 19. *vestra sit in iudicanda* codd. omnes: *v. in iud. sit* edd. vett.; *vestra, iudices, in iud. sit* de coni. Ern. O. — *deinde* R3 Lg29: *denique* dett. O. — 22. *utique*] *ut hi qui* R; *ut hii quibus* G3; *utque* Lagg. O. cf. Madv. p. 10. — *meaquae fides* R; *placet servanda eorumque fides* G3. (in G2 *fides* om.) Cf. Madv. p. 138. — 23. *mihi quae potest hac* R. — *def. lic.*] *dereliceat* R; *laudare liceat* λ G2 Ld.; *defendere* om. G1. — 24. *inprobos* R.

SUPPLEMENTUM APPARATUS CRITICI

AD

QUATTUOR LIBROS PRIORES ORATIONUM VERRINARUM.

CONGESSIT

CAROLUS HALMIUS.

DIVIN. IN CAECIL.

pag. 103. In 29 *) est haec inscriptio: *In C. Verrem Liber primus.*

pag. 104. v. 2. *sim ita* 29. — 4. *descenderim* 5. 27. 29. (Orta videtur haec lectio ex sequente *is*, ut habet Lag. 1. *descenderis.*) — 5. *in hanc causam* 29. — 6. *mihi esse praeponendum actorem* 6 dett. — 10. *tum*] *tamen* Lagg. praeter 29. — 23. *adduci* habent etiam 29. 42. — 27. *quaestor in eadem provincia post me quaestorem fuisset* Lagg.

pag. 105. v. 1. *posse molestiam* etiam 29. — *dimoveri* 5. 29. 42. — 8. *me res consolatur iudices* 29. — 11. *si mihi unus* Lagg. — 12. *sullevandisque* 29. — 17. *praeditus scelere* 29. — 20. *factum aut consilium* Lagg. — 22. *aut* ante *populo* om. Lagg. praeter 29. — 25. *funditusque* 29 corr. et 42. — 27. *Qui - - desiderant* affert Auctor incertus in Anecd. Paris. ed. Eckstein p. 11. — 32. *tribunitia* 29 et 7 dett. — 33. *iudicium culpa* 6. 29.

pag. 106. v. 8. *minime* habent Lagg. — 19. *esse* om. 29 p. — 25. *perorebruit* 6. 48. — *Siculos homines* 29 p. — 34. *nomine* 29 et 7 dett.

pag. 107. v. 4. *cum* om. 29. — 10. *haec* om. 6 et 29 p. — 24. *veruntamen* 29 et sic saepius. — 24. *quis igitur est* Lagg. — 25. *legem agi* 29. 42., 3 alii. — *si viva voce* 42. — 27. *delubris fuit quod* omnes, ut videtur. — 28. *mille* 29 p. — 32. *eiusmodi* omnes Lagg. — 37. *probari* 29 p. — 39. *taceant* etiam 29.

pag. 108. v. 4. *arbitramur* 29. 42. et 4 dett. — 6. *in iudicii* etiam 29. 42. — 10. *nam* 6. 29. 42.; *num* rell. — 17. *Q.* om. 29 p. et 6. — 21. *eius* om. 29. — *tibi Hortensius suffragatur* Lagg. praeter 29. — 22. *ab iudicibus* Lagg. praeter 42; recte. — 23. *non enim inquit illud* habent omnes. — 25. *sed potius ab hoc* 29. — 28. *is* habent Lagg.

pag. 109. v. 1. *diutius* habent soli 29. 42. — 3. *et ita causam mutandam* 5. 27. 42 et 29 v. (i. e. lectio varia in cod. 29, ut notam Niebuhrii interpretor.) — 4. *vult imitetur* 5. 27. 48.: *vult ut im.* rell. — 10. *ut mihi non unus* Lagg. — 11. *omnis* post *omnino* abest ab omnibus Lagg. et recte quidem. — 12. *in quo ego quid* Lagg. — 21. *tempus discendi* Lagg. — 22. *oporteant* 29. — *unum aliquod* Lagg. — 23. *ipse* om. Lagg. praeter 29. — 27. *animum advertere* Lagg. praeter 42. — 28. *ab Siculis* 29 (recte cf. ad §. 63.); *a Sic.* rell. — 33. *sed quod* 5. 27. 29.: *quod* om. 4 dett.; *sed cum* 42. 45. — 33. *literis* et 34 *hasportare* 29.

pag. 110. v. 3. *discesseris* 29. — 5. *in provincia a Verre* 29. — *M. Celium* 29 et 5 dett. — 8. *sunt et haec* etiam 29. — 10. *dico si te maxime* Lagg. praeter 29. — 24. *tua ista* omnes praeter 42. — 27. *praetor*] *populus Rom.* 29.

pag. 111. v. 3. *meam tuamque* 27; *meam atque tuam* reliqui, ut videtur. — 10. *scrupulose* 29. — 25. *destinguere* 29. — 26. *putasne te posse* solus 6. — 28. *esse videantur* 29. — 29. *qui senserint* 42.

pag. 112. v. 10. *defenderent* 29. — 12. *propitiorque* 29. — 13. *illius diei mihi* 27. — 17. *C. Verris infamia* Lagg. praeter 29. — 19. *factura sit* 42 et 4 dett.: *sit* om. 6. 14. 27. 29. — 24. *poteris* 29 p. — 27. *quidem - - futurum* om. 29. — 38. *quotiens* 29 et 6 alii et sic fere semper.

*) Id est Lag. 29, ut ubique brevitatis causa scripsimus. Littera autem p (velut 42 p) numero codicis Lagomarsiniani adscripta significat primam manum.

pag. 113. v. 4. *digitis tuis* 29. — 19. *praelusione* 1. 14. 45. 48. — *fueris nihil* 29 p. — 30. *continebit* 29. — 33. *in* om. 29 p.

pag. 114. v. 7. *aliquid se futurum* 29 fort. recte. — 8. *sibi*] *tibi* Lagg. — 9. *oratorum* item omnes. — 31. *quaeque iniuriae* 29.

pag. 115. v. 1. *in quo alterutrum* 29 (non *alterum utrum*). — 4. *hos iudices* omnes, ut videtur. — 5. *esse* om. 42 et L. — 6. *concedes* solus 29. — *et esse gravius* habent Lagg., sed omittunt posterius *et* ante *ab* omnes praeter 29. (Falsa tradidit Zumptius p. 38.) — 11. *possit* 29 p. — 18. *mos est Sicilia* (om. *in*) 29 p. — 19. *Veneris nomine* etiam 29. — 22. *si parent* 5 p. 6. 29.; *si apparent* 14 p.; *si appareat* 1. 14. corr., 45. 48.; *si pateat* 5 corr. (habent igitur *si pareret* 27. 42.) — 23. *enim*] *tantum* 29. — 31. *Mucius* 29: *Mutius* rell. — 34. *esse* om. 5. 27. 42. — 35. *aliquo Circaeo poculo* omnes Lagg., ut videtur.

pag. 116. v. 4. *vindicem* solus 42. — 9. *quod si* 29 ex corr. — 11. *quod te dicturum* 29 recte. — 25. *Ac vide* habent omnes praeter 5 et 42. — 27. *si superior ceteris rebus* Lagg. — 31. *reperiri posse* 29. — 32. *publici* habet etiam 42. — 33. *posses eum* 27: *eum possis* (non *posses*) rell. Lagg.

pag. 117. v. 2. *eum cui* solus habet 5 p.; *qui* rell. sine *eum*, quod in adn. crit. praetermitti non debuit. — 6. *Philoni*] *Pythoni* 29 p.; *pyloni* corr. — 8. *Albutium* 29 et 4 alii. — 12. *a Siculis* et deinde *a Sardis* 42 et 4 alii. — 14. *fuit* om. Lagg. praeter 29. — 19. *honestior est causa* 29. (non *causa est*, ut ait Z.) — 27. *patrona sit* 42 corr. et 29: *patrata sit* 42 p. et 7 dett. (non *causa patrata sit*; fallitur enim Iordanus, cum ait *causa* in dett. inveniri.) — 32. *cui*] *qui cui* 6. cf. supra v. 2.

pag. 118. v. 16. *M. Aquillium* Lagg. praeter 42, qui alias quoque praenomen *M.*' solus servavit; v. Act. I. §. 4. — 22. *ferunt* Lagg. praeter 42. — 28. *et incontaminatis* 29 p. — 30. *hon. integerrimosque* 29. — 43. *requirit* omnes praeter 42.

pag. 119. v. 3. *praepositam* 29. — 7. *singillatim* etiam 29. — 12. *popule Romane* 29. — 13. *nostro* 29 et 5 alii. — In 29 est haec subscriptio: *M. Tullii Ciceronis de accusatore liber primus explicit.*

AD ACTIONEM I.

Inscriptio: *Incipit secundus* 29; *Inc. secunda* 1; *Accusationum in C. Verrem liber II.* 5. 6. 27. 45; *Accusationis in C. Verrem actio I.* 42; 14 et 48 inscriptione carent. — 19. Dicit Nieb. in margine verba quae exemplum Garat. habet «*Romae sed et apud*» deesse in 29. 42. 48. (etiamne *apud*?), et pergit deinde: «deest in 6 reliquis», sed quid in his desit (fort. solum *Romae*, cui linea apud Nieb. subducta est), non indicatum est. Habemus igitur hoc loco errorem, qui nisi inspecto apparatu Lagom. certe corrigi non potest. — 20. *percrebruit* est in 1. 29. 42. 48.

pag. 120. v. 4. *ac factis* 42. — 5. *spe et praed.* etiam 29. — 11. *iuris urbani* Lagg. omnes, quae verissima lectio ab Iordano relinqui non debebat. — 15. in adnot. ante *iudiciis* numerus 15 addendus est, cum pertineat lectio discrepans ad voc. *iudicibus*. — 17. *devitarem* 29 p. 6. — 23. *M'.* 42 solus: *M.* rell. — 24. *conabatur* Lagg. praeter 29. — 25. *eripuisse* etiam 29. — 27. *quam est audax* 29 p.; num *est* etiam ante *ad* habeat, ignoratur. — 32. *conatusque* om. 29 p. (non habet Zumptius.) — *patefecit* Lagg. praeter 6. 48. — 34. *veteri* 29.

pag. 121. v. 2. ad lectionem *in Siciliam inquirendi* et deinde *in Achaiam* nihil ex Lagg. notatum est nisi ex 29: *inq. in Sic.*; videntur igitur omnes accusativos habere. — 4. *is* om. Lagg. praeter 29. — 6. *Sic. per totam* 29 p. — 8. *posset* etiam Lagg. — 11. *ut* om. 29. — 15. *tam* om. Lagg. praeter 29. — 16. *cum*] *in* 29 p. — 17. *bonis*] *rebus* 29 p. — 20. *sese* om. 29 p. — 23. *si non*] *sine* 29 p. — 26. *diligeretur* 29. — 30. *proficere* 29 solus, rell. *perficere*. — *hoc* (om. *praetore*) 29 p. (ut est in ς); *hoc Glabrione* 42; *hoc Glabr. praet.* rell. — 31. *pop. Rom.* Lagg. — 36. *aut copia* etiam 29, recte. — 36. *conuictam* 42, *coniuctam* 29; *coniunctam* rell.

pag. 122. v. 1. *possit* Lagg. — 6. *et* om. 29. — 7. *plurimas sedes urbes* 29. — 8. *tum cum* Lagg. praeter 5. 27. — *suum scelus illud* omnes praeter 42. — 9. *cui et legatus*,

ut solus 29 habet, veram esse lectionem, ex ipsis mendis rell. codd. melioris familiae apparet. — 13. *dicendo* Lagg. praeter 6. 42. — 15. *monimenta* 29. 42, 4 alii, et sic saepissime. — 23. *cuiusquam tam patria* 29, recte, ut videtur. — 27. *pecunias* etiam 29 p. 42. 48.

pag. 123. v. 1. *publicis* om. 7 dett. — 2. *depeculatus est* recte habent omnes Lagg. — 5. *simul e* (ex *et*?) *illorum* 29 p. — 8. *ab hominibus* 29 p. (Deest lectio apud Z., quam veram iudico.) — *arbitror esse neminem* 29. (Deest item apud Z.) — 22. *vobis* om. Lagg. praeter 29. — 23. *constituta sit ab eo* 29. — 28. *tota conductio* Lagg. — 36. *primo* om. 29. — 38. *intuma* 29.

pag. 124. v. 1. *ut* om. 29. — 4. *etenim*] *et* 1 et 29 p. — 5. *palam* 5 p. et 29. — 6. *ut amicitiae* 7 dett. — 8. *maxima victoriam gratulatur* Lagg. praeter 6. — 16. *aspiciebant* 29 p. — 19. *et perspicue* omnes. — 25. *non* om. 29; *num* 42 et 3 alii. — 30. *hos* 29 p. — 31. *congratulatio* 5. 27. 42. — 35. *gratulationem isti* 6 dett.

pag. 125. v. 1. *ne haec quidem mihi res* 29. (Deest apud Zumptium, qui pravae lectionis *ne haec mihi quidem res* auctor fuit, haec vera lectio, quae iam recipienda erit.) — 2. Falsum videtur quod affirmat Iordanus vulgatam *neque tamen quid tanto opere* in codd. deterioribus exstare; immo est *tamen* emendatio Manutii, cuius probabilitas iam etiam maior videtur, postquam cognitum est libros non *neque quid tantopere*, sed *neque tantopere quid* habere, ut facillime *tamen* ante *tanto* oblitterari potuerit. — 6. *esse relictos* 29 (*esse* om. Arusianus). — 7. *debere* sine *facere* habet 5 corr. — 10. *etiam* om. 42. — *proxumis* 29. — 11. *continuo* om. Lagg. praeter 29. 42. — 12. *hoc* Lagg. praeter 29. — 18. *praemonebant* 29 et 4 alii. — 21. *negocium* 29. — 23. *minari quoque* 29 p. — 25. *ipso* om. 29 p.

pag. 126. v. 4. Ad locum corruptum (nam eum corruptum esse ipsa Iordani interpretatione comprobatur) ex codd. Lagg. nulla varietas exscripta est. — 6. *iam*] *eam* 14. 27. 29. 42. 45. — 8. *et me in* omnes Lagg. (In adnot. pro 7 corrigas: 8.) — 9. *arcessit* etiam 29. 42. — 13. *nocerei* 29. — 15. *testis* 29 p. — 17. *homine innocente* Lagg. — 23. *inquirendum* 29 p. — 30. *habemus* Lagg. praeter 42. — 30. *Mallium* 27. 29; *Manilium* 42. — 31. *tum*] *cum* 29 et 3 alii. — 33. *Creperius* 29.

pag. 127. v. 5. *consilio toto* 29. — 9. *quindecim*] $\overline{XXI}$ 29. (non $\overline{\overline{XXI}}$, ut est in adnot.) — 12. *accusando* Lagg. praeter 45. — 15. *praetorem* om. Lagg. praet. 29. — 28. *publicis* 29 p. — 38. *esse* om. 29 p.

pag. 128. v. 1. *id quod mihi* 29 p. — 13. *periculosissimum* 29. — 19. *secum habere* Lagg. praet. 27. — 22. *aut accipere aut recipere* habet etiam 29. Hanc optimam lectionem, quam Iord. immerito sprevit, etiam Pseudo-Asconium in suo exemplo habuisse ex eius interpretatione facile apparet. — 28. *huiusmodi haec res* 29 recte. — 32. *inter decem dies annos* 29 p. — 35. *nullo iudice nequiter iudicante* suspicatur J. Geel ad Dion. Chrysost. or. Olymp. p. 297.

pag. 129. v. 4. *tricies*] $\overline{\overline{XXX}}$ 29; *XXX* vel *XXX. M.* rell. Lagg., ut Z. recte indicavit. (In adnot. erratum est.) — 9. *Attilio* Lagg. praeter 29. — 13. *reciperet* Lagg. praet. 42. — 15. *ego* habent Lagg. omnes. — 18. *pollicear* 29 p. — 20. *ac* 29. — 21. *aud. se praedixisse* 29. — 28. *M'.* solus 42. — 29. *commemoraverim* 29. — 30. *ut nat.* 42. — 35. *praetori* etiam 29. — 37. *non posse* om. 29.

pag. 130. v. 6. *arbitraretur* Lagg. praeter 42. — *esse* om. 7 dett. — 10. *iam* om. iidem. — 13. *nullam* 29 p. — 16. *clarissimo et fortissimo* 29. (om. Z.) — 18. *conscripti* 29. — 26. *ac* 7 dett.: *et* 29. 42, ut videtur. — 28. *significabat* 29 p. — 29. *se* 7 dett. — *nostrum* Lagg. praeter 27. 42.

pag. 131. v. 1. *turp. sit* 29 p. — 2. *aliquo* Lagg. — 11. *omnis* 29. — 17. *nemo* om. 29. — 34. *prudentias* 29 p. — 35. *ac horum* idem. — 37. *dimovere* 42.

pag. 132. v. 2. *ad id tempus* 29 p. — 4. *arcesserunt* 29. — 6. *omnis* idem. — 8. *quadraginta* 29. 42. et plerique. — 10. *diuturnitate* 42, ut videtur. — 12. *undique* ante *consendique* habet 29. — 15. *quoquam* 29. — 18. *totum crimen* idem. — 19. *atque ratione* 6. 42. — 21. *quod*] *cum* 29. — 24. *desiderat* Lagg. praeter 29. 42. — 28. *atque in socios* 42, ut videtur, solus. — 29. *CCCC* vel $\overline{CCCC}$ *HS* Lagg. praeter 1 et 5, qui *HS* om. — In 29 est subscriptio: *M. Tullii Ciceronis in C. Verrem actio prima explicit.*

AD LIBRUM I. ACCUSATIONIS.

pag. 433. *Actionis secundae in C. Verrem Liber primus de praetura urbana. Oratio sexta* 42; *Incipit actio secunda feliciter* 29 (sed idem in fine habet: *in C. Verrem liber tertius explicit*); septem reliqui habent: *Accusationum liber* III. — v. 7. *convictus* etiam 42. — 8. *est enim idem* 29 p. 42. 5. 27. — 10. *fecit* 7 dett. — 15. *opus mihi esset cognosceret* 29 p. — 18. *eo* om. 29 p.

pag. 434. v. 3. *potentissumorum* 29. — 6. *omnia* om. Lagg. praeter 29. 42. — 7. *si esset iste* 29. — 30. *eum*] *enim* 27. 48. — 32. *eum* om. 29 p. — 33. *e*] *ei* 29 p. Firmat mendum probabilem Garatonii coniecturam: *qui et e complexu* cet.

pag. 435. v. 17. *tamen eum ex manibus* Lagg. omnes. (om. Z.) — 26. *viros*] *iudices* 29. — 27. *tam victus*] emendandum est *tam convictus*, ut locum affert rhetor incertus in Anecdotis Parisinis rhetor. p. 3., quae nuper Ecksteinius publicavit. — 28. *C.* om. 29 p. — 35. *persuademus* 6. 29. — 36. *astulisse* 29 et sic saepius. — 37. praefero cum Wesenbergio: *qui in eo quoque.*

pag. 436. v. 6. *de illis* om. 29 p. — 22. *antea* Lagg. — 24. *in cruce* 29. — 28. *cum eum*] Cum *eum* absit a libris bonis, Bakius in *Schol. Hypomnematis* IV. p. 487., qui liber nunc demum in manus nostras pervenit, *quem* scribendum esse coniicit. — 30. *fidem auctoritatem* 29. — 37. *in* om. 29. — 38. *iam*] *enim* 29 p. — *iudices quisquam* omnes praeter 6. 42.

pag. 437. v. 3. *fuerunt* etiam 29. — *probaverunt* 7 dett.: *comprobaverunt* 29; *probarunt* 42. (non accurate Z., qui omnino tacet de 29.) — 14. *istorum odio* 29 p. — 16. *huiusmodi* 7 dett.; *eiusmodi* 29; *huiuscemodi* 42. — 18. *quod et ex* solus 29; *quod ex* rell. — 19. *noverant* 29 p. — 20. *eo usque* 42. — 23. *ipsa in acc.* 29. 42 soli. — 25. *statum P. R.* 29. — 26. *sibi ait* 29 solus.

pag. 438. v. 1. *dign. mihi* 29 solus. — 5. *ac*] *et* 29 et 7 dett. — 14. *honestior* 29: *iustior* 42; *illustrior* rell. — *industri* (ex *inlustri*) 29. — 16. *quid tam rei p. honestius* 29, ut *ç*. — 20. *unum in l.* etiam 29. — 24. *possetis* 29. — 25. *sperare potest* 29. — 27. *requirat iudiciorum* 29 p. — 30. *reiiceretis* 29. — 33. *nostri - - de nobis* etiam 29. — 34. *verum et vobis* 29. — 35. *nostri* 29 et 5 dett. — 38. *haec me* (sine *res*) 42, ut videtur, ex quo solo *res* non prolatum est. — *plur. verbis iud.* hoc ordine solus 29.

pag. 439. v. 5. *innocentum* Lagg. praeter 29. — 9. *me* 29: om. rell. — 14. *mea* om. 29 p. — 22. *quid habet lex nisi molestissimum* coni. Bakius l. c. p. 488.: «Apparet enim hoc demonstrare velle Ciceronem, id, quod adversarius postularet, ut comperendinatio servaretur in hoc iudicio, actori potius quam reo commodum esse, itaque adempto comperendinatu, minime in deteriore conditione esse Verrem.» — 25. *commune utriusque* 29. — 26. *dixerit* idem, recte, ut videtur. (hae duae varietates desunt apud Z.) — 30. *Attiliam* 42. — 32. *accusati sunt* 29 p. — 38. *nos*] *non* 29.

pag. 440. v. 1. *a* et v. 6. *tum* om. Lagg. praeter 29. — 3. *quadrigenties* 29. — 9. *Erycinai* 29 p. — 10. *totam rem iudicare* 29. — 12. *greges equorum* 42. Debebat saltem Zumptius et qui eum secuti sunt, cum hanc lectionem negligerent, vulgatam *equarum* argumentis tueri. Cf. Add. ad p. 483.v. 7. — 21. *eo numos* 29 (rell. *eos*). — 26. *requirat* Lagg. praeter 29. — 32. *causa cognovit* 29. — 35. *solum* 29. — 38. *tu* Lagg. — 40. *et magna*, om. *a*, 29 (falso tradit Z. p. 1014. in cod. *et* deesse).

pag. 441. v. 1. *hoc* 29 et 4 dett. (rell. *haec*.) — 3. *id laborari* restituendum est ex Lag. 42; cf. ad Att. XIII. 9, *laboro idem quod tu*; Parad. II. §. 17. Atque omnino vereor ut recte dicatur: *in eo* (vel *id*) *elaboro ut* (vel *ne*) *quid fiat.* [At vide p. 282. v. 7. Bait.] — 7. *cum iudicibus* 29: *tum iudicibus* rell. (hinc corrigenda est adn. crit.) — 18. *dictu turpia* 29. 42. — 24. *perlectorum* 29. — 25. *qua re* 29 p. — 29. *a scelere* 29 et 7 dett. (*celere* 29.) — 35. *qui sentire* 29 p. — 36. *statuere te non debuisse* susp. Bakius l. c. p. 489. — 39. *officiisque* habet etiam 29.

pag. 442. v. 2. *expectatus in G.* et *sortem* v. 5. solus habet 29. — 7. *voluntatis defensionisque* 29. (Deest apud Z. lectio memorabilis, quae haud scio an vera sit.) — 16. *iudicabit* Lagg. — 18. *triginta* om. Lagg. — *quadrigentos* 29. — *XVII*] *decem sex* 29; *XVI* 7 dett. — 20. *milies* 29 (an ex *decies*?). — *sexcenta*] *quingenta* Lagg. — *triginta*] om. 1.; *quadraginta* rell. Lagg. — *XVII*] *decem sex* vel *XVI* omnes. — 21. ante *milia*

est in margine: «adde: *sexaginta*. N.» (Niebuhrius, ut videtur.) — 24. *huiusmodi* sine varietate. — 28. *tum* om. Lagg. praeter 29. — 29. *dirutumque* 42. — 31. *L.*] *S.* 29. 42; om. rell. — 32. *res rationum*] *restautationum* (sic) 29.

pag. 443. v. 1. *quando tibi* 29. — 4. *L. Pisoni* Lagg. praeter 29. — *qui* ante *quaestor* excidisse suspicatur Bakius l. c. p. 189. — 8. *redderemus* 29 p. — 10. *mores institutaque* 29 p. (om. Z.) — 12. *istius adventus* 7 dett. — 15. *ei praemia postea* 7 dett. — 22. In adnot. post: «Aug. Civ. D. 19.» addendum est: cap. 5. — 26. *tu cum* Lagg. — *missus sis*] «Delendum est *sis*; non enim *quaestorem* eum *missum* esse aegre fert, sed quod, cum *omnium rerum particeps fuisset*, consulem reliquisset.» Bake l. c. p. 189.

pag. 444. v. 4. *in istum* Lagg. praeter 29. — 7. *cum improbo* ex G1 2 recipiendum erat. — *tum multo etiam ex* solus 45. — 11. *ambo* 29 solus. — 16. *perspecto* 42: *perfecto* 29; *profecto* vel *prospecto* rell. — 21. *eius* om. Lagg. praet. 29. — 22. *constituta est Cilicia* 29. — 24. *quod* om. 42. — 25. *eiusmodi est fuit* 29. — 30. *numos* 29. — 37. *eius* om. 7 dett. (*istius* 29. 42, ut videtur.)

pag. 445. v. 2. *allatum* 29. — 15. *illa* om. 29 p. — 18. *venerit* 29 p. — 20. *Apollinem tunc* 48. — 23. *ac* 29: *et* rell. — 38. *commemorarem* 29 p.

pag. 446. v. 3. *Tenem* 42: *Temnem* 29, *Tennem* vel *Tenuem* rell. et sic infra. — 8. *apud omnes* 29. 42: *apud deos* rell. — 11. *ad delegatos* 29 p. — 15. *intercolumnis* 27. 29. — 17. *subsortitus es* 29 et 6 dett.; *subs. eras* 27. 42. — 21. *testimoniis* 29. — 26. *Cophium* 29 p. — 29. *apud Coos* 29 p. — 37. *illud Aspendum* 29.

pag. 447. v. 1. *intus* om. 29 p. — 4. *ac* 29: *et* rell. — 7. *nomine quin eas* etiam 42. — 22. *eiusmodi* 27. 42: *huiusmodi* rell. — 25. *Olimphum* 29; *Olynthum* rell., ut v. 28. omnes habent. — *virtute consilio* 29 (om. Z. lectionem notabilem). — 29. *illis* habent omnes. — 33. *vi* om. Lagg. — 34. *in tabula publica* 29 p. — 35. *literis* 29. — 36. *Servili* 29.

pag. 448. v. 3. *perscripta* etiam 29. — 5. *populi R.* 29. — 7. *uidi collucere*] *iudicio lucere* 29 p. (ex scriptura: *uidi colucere.*) — 12. *abiecerunt* etiam 29. — 20. *ab* om. 29 p. — 23. *Asiam* om. 29. — 28. *numquam tabulas* 29. — 32. *uobis* 42.

pag. 449. v. 5. *optimas* om. Lagg. praeter 29. — *te denegare* 27. 42. — 14. *familias* solus 29. — 15. *hecquo* 29; *et quo* dett. — 16. *quam* deest etiam in 27. 29. 42. Fort. *adventu suo* omisso *quam*. — 22. *autem* et 24. *Graecorum* om. 29 p. — *Lampsaceni* pro glossemate habet Bakius l. c. p. 190. — 26. *Nicomeden regemque Sudolam* 29. — 28. *deposcisset* 29. — *ut in illo* 42. — 30. *apud certos* 42. — 31. *monebant* 29. (deest lectio bona apud Z.) — 39. *habitaret et* 29.

pag. 450. v. 5. *offenderetur* 29: *offenderet* 42; *offenderit* 7 dett. — 9. *laute* om. 29 p. — 10. *erat non ignarus* 5. 6. 14. 27. 29. 42. — 11. *iam tum mali* Lagg., ut est apud Nonium. — 13. *ipsos tantum* 42. — *adseculas* 29 p. 42 corr., ut vox semper in optimis codd. scripta invenitur. — 20. *domum* 29: *in domum* rell. Lagg. Affirmat Zumptius ad h. l. se in or. p. Arch. §. 5. in cod. Erf. ipsum invenisse: *eum in domum suam receperunt*; sed idem postea codice iterum inspecto se errasse cognovit; abest enim *in* ab codice. — 21. *apparat* 42 et 29 p. (Veram lectionem Z. p. 1047. ex solo 42 attulit.) — 23. *adulescentem* 29. — 30. *obstipuit* 29. — 31. *tum ille ut* omnes Lagg., recte, ut videtur.

pag. 451. v. 1. *et homo honestissimus* omnes praeter 42 (recte). — 11. *conveniunt* etiam 29. — 12. *in quoquo* Lagg. praeter 29. 42. — 21. *deversabatur* etiam 29. (om. Z.) — 29. *ac nequior* 29. — 30. *potuerunt* Lagg. praeter 42. — 31. *idque ita illi* Lagg.

pag. 452. v. 11. *ordine suo* 29. — 12. *Pectius* 29 p., *Petreius* corr., *Petilius* 48; *Potirius* vel *Petinius* rell. — *diceret* 29. — 16. *Cectii* 29, *M. Terti* 42, *Cettii* rell. — 18. *si quod* 29 p. — *possit* 29. — 19. *ut quam quidem eum tacuit* 29. — *tacuit in ceteris* non habet 42, ut est in adnot., sed, si silentio fides est: *quamdiu in ceteris rebus tacuerit*; nam ex hoc solo cod. nulla varietas exscripta est. — *habuisset* 29. — 21. *multa* Lagg. recte, ut opinor. — 26. *tamen* om. 29 p. — 35. *iniquissimi* 42. — 37. *ut primus* 5. 27. 42. — 38. *praef. tribunos et militares* 29.

pag. 453. v. 1. *aequissumus* 29. — 3. *ad agendas* Lagg. praeter 29. — 4. *reperire neminem* Lagg. — 12. *parassent* 29 p. — 16. *concursiones* Lagg. praeter 29. — 18. *nimis* 6 solus. — 20. *quicquid* 29 et alii. — 24. *quod quam* Lagg. praeter 42. — 26. *Laodiciae* Lagg. praeter 6. 42. — 29. *defenderet* 29. — 35. *me* solus habet 29. — *liberorum* Lagg. praeter 42.

pag. 154. v. 4. *in loco* Lagg. praeter (?) 42. — 8. *cum se* ed. Garat. sine varietate. — 10. *inferre* 42. — 16. *a liberis* 6 dett.; *ab liberis* 42. 48. et 29 sup. lin., ut videtur; *ab liberis* om. 29 p. (de quo erratum est apud Z.) — 19. *deversabere* 29 p. — 21. *testimonium tuum* Lagg. recte, opinor. — 24. *Lampsacena* solus 42, reliquis varie vitiatis. — *conabantur* et *volebant* 29 et aliquot dett.

pag. 155. v. 1. *confirmat perpetua* 29 p. — 3. *ad ulciscendum expectare* 29 p. — 12. *metu legationis* Lagg. — 16. *digni* 29 p.; *digna* 42. — 21. *te* om. Lagg. praeter 29. — 24. *flagitiis* Lagg. — 25. *atque flammas* 29 p. — 29. *facio te teste* 29. — 30. *teste ipso* 14. — 32. *insimulabas* 42 (non 29, ut est apud Z.); *insimularas* rell. — 35. *scribit* Lagg. praeter 29. — 36. *conburere* 29. — 38. *mihi* om. 42. — 41. *quid* ante *Philod.* om. 29 p.

pag. 156. v. 1. *tute* om. 29 p. — 5. *atque* 42. — 6. *nonne te* Lagg. praeter 29. — 7. *de* om. 29. — 11. *confugeratisset* (sic) 29 p. — 13. *arguebatur* etiam 29 p. — *te* om. idem p. — 15. *et principes* ed. Garat. sine varietate. — 27. *et iniuriis* om. 29. (non habet Z.) — 28. *cum* etiam 29. — 29. *taceri* om. 29 p. — 30. *dici pro dignitate potest* etiam 29. 42. — 32. *Magio* 29. 42: *Maio* rell. — *L. Fabio* 29. — 35. *ab Diano* Lagg. — *Sinopen* 27 solus, ut videtur.

pag. 157. v. 1. *de classi* 29 p. — 3. *excogitabas* Lagg. praeter 29. — 6. *ei* habet 29. — 27. *domest. legum* etiam 42. — 28. *quid de illo* 5. 27 soli. — 29. *aedificata sit* habent 29. 42. — 40. *facile* 29, ut habet Servius.

pag. 158. v. 2. *HS* $\overline{XXD}$ 29; *HS XXD* 4 alii. — 4. *autem*] *ante* 29. — 8. *dixit* om. 29. — *extremam ceram* Lagg. praeter 42. — 9. *in* om. 42. — 10. *reddidit* 29 p. — 11. *DC*] *in* 29 p. — 12. *facta sint* etiam 6. 27. 29. 42. (In adnot. numerus 12 pro 11 ponendus est.) — 14. *milia sexcenta* 29. — 15. *milia* om. 29. — 16. *alii* priore loco om. 29 p. — 19. *praebuisset* etiam 29 p. — 21. *optimis* Lagg. praeter 42. 45. — 32. *electissimasque* 7 dett.

pag. 159. v. 2. *vexaret* 29 p. — 3. *tunc* 29; om. rell. (non habet Z.) — 5. Verba *his nominibus, quae res per hunc gestae sunt* pro spuriis habet Bakius l. c. p. 191. — 10. *enim* habet 29. — 11. *PR.*] *P. R.* Lagg. praeter 42, qui *PR. P. R.* videtur habere. — *quod*] *quomodo* 29 p. — 15. *pestem tempestatemque* 29. — 19. *istum -- putavit* om. 7 dett. — 21. *fuissent* 29. — 26. *ita est* 29: om. rell. — 29. *prorogaretur* solus 42, ut videtur. — 30. *perinde* solus 48, ut item infra v. 36., ubi Iordanus eum secutus est. Quidni priore quoque loco? — 33. *possit* 29 p. — 36. *posset* solus, ut videtur, 42. — 38. *imperasse* 29. 7 dett. — *omen magistratibus* omnes.

pag. 160. v. 1. *illarum rationem* 29 p. 6. 48; *illarum legationum* 27. 42 p. — *ea* om. Lagg. praeter 29. — 3. *Dolabellae PR. propaetore* 29. (praeter hanc nulla ex reliquis varietas ad verba ed. Gar. *PR. P. R.* exscripta est.) — 6. et 7. *et* ante *quod* bis om. cod. Hotom. — 7. *tricenta* 29. — *quod plus frumenti te fecit accepisse, quam tu, homo castissimus, in tabulis habebas, HS decies et octingenta milia* Lamb. partim ex Hotom. coni. (Lectionem Lambini minus accurate attulit Z.) — 9. *pecunias quas* 29. — 11. *cum* om. Lagg. — *Q. et Cn.*] *et Cn.* om. 42; *Q. Q.* 29, et sic vel *quoque Q.* reliqui. — *Postumus* 29, *Postumius* 42. — *Curtiis*] *cur multis* 42. — 16. *ante praeturam* 29 p. — 19. *in* om. 29. — 22. *cui sit data* om. Lagg. praeter 29. — 25. *extraordinaria pecunia* Lagg. praeter 29. 42. — 26. *arbitrare* 29 p. — 27. *nomen ullum* 29. — 36. *quae mihi aut amico* 7 dett. (In adnot. sic corrigendum est: *quae* om. Ld., dett.)

pag. 161. v. 5. *dicendi* 29 et 7 dett.: *dicundi* 42. — 6. *sint* in 29 esse, de qua re Zumptius tacet, nos addidimus; nam inde a folio undecimo exemplum Niebuhrianum editionis Garatonianae iam nobis in plagulis corrigendis ad manus erat. — 10. *C. Annius* Lagg. omnes habent. — 11. *quod cum natura* solus 29. — 13. *omnia faciebant* 29. — 26. *quemmodum* (sic) *in rationem ducerent* V teste Brunnio. — 27. *suo* om. 29. — 30. *aequum*] *et cum* 29 (corruptum ex *aecum*). — vv. *cum intelligam legem Voc.* Vat. sic omittit, ut post *cognoscite* parvum intervallum relictum sit.

pag. 162. v. 9. Lectio, quam affert Maius ex V, est illa quidem in codice, sed recta verborum collocatio, quam Maius ex sua coniectura dedit, iam a librario ipso signis transpositionis additis indicata est. Hoc iam propterea monendum fuit, quod Klotzius in ed. II. vocem *reprehendi* uncinis inclusit, de cuius veritate non iam erit

dubitandum. — 14. *illum Voconium* sine praenomine habet V. (Sic iam Maius, sed omisit lectionem discrepantem editionis Garat. in adnot. afferre.) — 20. *in iis ipsis* habet 29, non *in ipsis*, ut est apud Zumptium. — 22. *numaria* 29.

pag. 163. v. 4. *quid si* 29 solus ex Lagg. — 6. cf. Gaium II. §. 226. — 8. *atq. hoc* (sic) habet V, non *atqui*. (Ex Lagg. ad lectionem *atqui* nihil exscriptum est.) — 9. *edixisses*] *dixisse* V. — 12. *Anni* 29, ut V. — 13. *mercenarioq*. (sic) habet etiam V. — 14. *inventus est* V (est nova lectio). — 16: *causis*] *CAVSAM* | *SIS* V. — 17. *ANNEA* V (non *ANAEA*). — 18. *iam* habet V; *Ita iam* 29. — 21. *cui satis non fuerit* V (est nova lectio). — 22. *testamenta virorum* 29. — 23. *ex Siciliensi* habet etiam V, quamquam Maius contrarium dicit. — 24. «*tibi tu* Lagg. praeter 42.» Sic nos in adnot.; nam apud Z. erratum est. — 25. *in ea* etiam V: *in eam* 29 (de quo Z. tacet).

pag. 164. v. 7. *iis*] *is* 29. — 10. *Lamsacenos* V. — 11. *decedentem* V correctum ex *defendentem*. — 17. *bonam* V. — 20. *constitutum est*] *constituit* V m. pr. — 28. *Minutius* 29 et 5 alii Lagg. — 32. *non extaret non lege* 29 p. — 33. *pro predelias fideiussores* (sic) *fructuum vindiciarum* 29.

pag. 165. v. 4. Praefero cum Prisciano: *quid ad praetorem*; cf. infra §. 124. (p. 167, 10.) p. Rosc. Am. §. 92. p. Rosc. Com. §. 34. — 5. *nonne*] *nomine* Lagg. praeter 29. — 9. *ambigetur* recte 29 et 42; nam diversus est locus superior v. 3. — 13. *non* om. 29 p. — 16. Verba sic distinguenda censeo: *Quid nunc dicam neminem umquam h. p. a. edixisse?* Non enim orator se dubitare ait quid nunc dicat, sed sibi non opus videri dicere hoc neminem postea edixisse. Idem intellexit Bake l. l. p. 192. In versu autem proximo cum Prisc. *valde hoc est mirum* praefero. *(valde scilicet mirum* suspicatur Bake, et v. 19. *illo capite pro illo edicto.)*— 30. *hered.*] *civita heredita* 29 p.— 31. *edici* recte in 29 videtur deesse. — 32. *dixeras* 29. — 34. *totum eorum* om. 29 (non tantum *totum*).

pag. 166. v. 8. *ac referta* habet etiam V, item Lagg. omnes praeter 42. — 12. *proxumis* 29. — 15. *frigiores* V, et deinde *stomacabantur* m. pr. — 16. *execrebantur*, ut est in V, etiam Lagg. omnes praeter 42. — 17. *perfacile* Lagg. omnes praeter 42. — 19. *tum* om. V glossamque redolet. — 25. *contione* V et sic ubique, quamquam Maius et hic et in aliis locis falsam scripturam *concio* habet. — 32. *cuiusque*] *quisque* 29 et 42; *quibus* rell. Lagg. praeter 6. — 34. *docerent* V (num syllaba *re* punctata sit, dignosci non potest).

pag. 167. v. 2. *VETA* // *T* V (erat in cod. littera post *A*, quae non iam legi potest, ut emendatio Ernestii *vetaret*, quae omnes veritatis numeros habet, egregie confirmari videatur). — *ego,* quod deest apud Maium, habet V. — 4. *QVI* | *QVAM* V. — *nisi testamento patrono* 29 p. — 9. *lex poena est* V (est nova lectio). — 11. *qui in miseriis*, ut Maius edidit, legitur in V. — 12. *a* om. 29 et 5 alii Lagg. — 13. *oblimus* Maius ex V, sed Brunnius dubitat de littera *b*. — 21. *adivit* 29 p. — 23. *Sulpici* V: *Sulpitii* 7 Lagg. dett. — 31. *Ligus* V, ut videtur. — 34. *ingenioso* habent 27. 29 et 42 corr. — 34. *in causam aequissima* (sic) V.

pag. 168. v. 2. *gratiam contemneret* V (est nova lectio veraque, ut videtur). — 5. *abiebat* V. — 6. *habere* V. — 9. *L.* ante *Liguri* habet V. — 10. abest *Verres* a V. — 12. *urbanus* V, sed cum *m* super *s*. — 14. *QVO* | *RE* V. — 16. *liberos putavit* ex Lagg. solus 29 habet. — 17. *dicundum* 6. 42 (reliqui: *dicendum*). — *loco ordine nomine* 6 et 42: *loco nomine* 29; *loco nomine ordine* rell. Lagg. — 18. *dubitavit* etiam in 29 p. esse Zumptius aut nesciit aut commemorare oblitus est. — 21. *proferentur* 42 et 5 alii: *proferantur* 4; *proferuntur* 27. 29. — 23. *nolite faenio* V. — 24. *Q. Titini* om. 42. — 29. verba *quae Tadii* in V punctata esse (v. adnot.) Brunnius se vidisse negat. — *ne Tadii quidem* habet V, non *Tadi*, ut ait Maius. — 31. *hominum honestorum* V (est nova lectio, quae magis convenit vv. sequentibus *virorum bonorum*).

pag. 169. v. 7. est in V: *TVENDADEL. SYLLA*, et conspicitur ductus quidam super *D* post litteram *A* (signum, opinor, terminationis *am*). Confirmatur igitur palimpsesto emendatio ex Lag. 29 petita. — 7. *Sulla* hic habet 29. — 16. *indicium uiclatrocinorum* 29. — 24. *Rabonio* ex Lagg. solus 48 videtur habere; in reliquis est *Kabonio, Carbonio, Calbonio*. Veram formam, quam hic solus 29 servavit, habet V etiam §. 150. — 32. *considerat* om. Lagg. praeter 29. — 33. *vidit* 29. — 34. *ex ipsis* 29. — 35. *quos*] *quod* 29 p. — 37. *omnium*] *enim* 42.

pag. 170. v. 4. *debere* 29. — 17. *adlegationes* 29. — 19. *prae pretio* 42 corr. — 25. *patrus* V, ut habet saepius *sus*, *tus* loco *suus*, *tuus*. — 26. *venit* om. 29. — *homo summo honore pudore et summo officio* 42 et 5 alii Lagg., sed quattuor sine *et* (lectio codd. 29 et 48, de quibus apud Z. erratum est, iam in superiore adnot. rectius indicata est). — 27. *Tectius* 29; *Tertius* 6; *Petitius* 42; *Tetius* 6 rell. Lagg. (nullus igitur *Potitius*). — 27. *o multis indomiae acerbam* (sic) 29. — 29. *talis viros* V. — *venisse* in V est sup. lin. — 30. *qui numquam nulla* V (firmatur igitur scriptura cod. 29: *qui numquam ulla*). — 33. *mihi adimat* 29 p. — 38. *ait se facturam* V, ut locum Donatus affert.

pag. 171. v. 4. *priori* 42 et 45. (non 45 solus, ut ait Z.) — 6. *Tettius* 29; *Pontius* 42, *Potitius* 6, ut videtur; *Petitius* 6 rell. Lagg. — 8. *L. Domitius* habet V. — 9. *iudicium* 29 et 4 alii: *in iudicium* 5. 6. 27; *id iudicium* 42. — 13. *adulescenti* 29. — 16. *adlegatos* 29. — 17. *coactus*] *actus* Lagg. omnes. — 25. *locuturum* 7 dett. — 29. *renuntiatur bonius* 29. — 39. *bonis praediis praedibusque* V. At vid. p. 172, 6 et 18. In editione comma post *bonis* delendum est.

pag. 172. v. 3. *excludit eum solum* habet V, quamquam Maius *solum* deesse dicit. — 4. *aspirat* 29 et 6 alii. — 7. *putas cautum scilicet tu*] Scribit de hoc loco Brunnius: «*PVTAS C // // (vielleicht CAV) steht am Ende einer Zeile; die nächste beginnt mit AS wohl sicher; darauf 4 oder 5 Buchstaben, vielleicht LICET, aber das I steht schräg; dann TV.*» Scribendum est, opinor: *et si non putas* (scil. cautum esse), *caveas licet. Tu praetor* ... *inmittes?* — 9. *legem ipsam* V (est nova lectio). — 10. *DE HEREDITATE R. LEX OPERI FA ....N PVP IVNII* V (est igitur *Recita* post *hereditate* addendum). — 12. *.PR. VRBANVS* V, non *urbis*, ut habet Maius in adn. — *quid eni multis* V. (fort. ex: *quid est in multis* etc.) — 13. V habet post *Metellus* non tantum *addiderunt*, sed: *censores addiderunt*, quo demum adiecto emendatio loci perfecta est. — 15. *Perpenna* 29. 42 et 5 alii. — *censoribus redemerit eum* Lagg. praeter 27 (?) omittunt. Videtur Cicero scripsisse: *Qui de L. Marcio M. Perperna censoribus* ... *socium ne admittito*, non ut post *censoribus* aliquid in libris desit, sed ut orator ipse verba legis interiecta brevitatis causa omiserit. — 16. *admitto* Maius errore operarum. — *neve redimito*] *ne uere dimitto* 29. — 21. *suberant* ex 29 nos in adn. adiecimus, in quo *subierant* exstare falso Z. tradidit. — 23. *tu* om. 29 p.; *neque tu* 29 sec. manu. — 25. *ad id opus* 5. 27. 42. — 29. *HS* om. 14. 29. — De numero sequenti haec scribit Brunnius: «*Nach der sehr undeutlichen Zahl* cIↃLXIIII *ist noch Raum vorhanden, etwa zur Wiederholung von* ccIↃↃ, *was aber nicht wirklich zu sehen ist.*»

pag. 173. v. 1. *a tuorum* V (non *ex tuorum*). — 2. *delitum* non est in V, sed *DE / ECTVM*, littera post *DE* incerta. — 4. *petivissem* V, ut alibi in his libris optimi. — 9. et 10. *cuius de bonis* pro *quibus de b.* bis flagitat Bakius l. c. p. 193. — 10. *milibus* om. 29. — 13. *tuitorum* V. In adn. scribas: *t. una ademisti.* — 14. *aliqui* V et 29. (falsum est quod Z. habet in Add. p. 1023. in 29 exstare *quique* pro *cuique* v. 13.) — 16. *operis et in ista* Lagg. praeter 27. — 17. *mercedes* Lagg. omnes. — 20. *ostendiam* 29. — 25. *rescripserit* 29 p.; *ascripserit* 29 corr. et 6 alii. — 34. *quam* 29. 42. 5. 6. 27: *priusquam* rell. Lagg.

pag. 174. v. 11. *arbitrarentur* Lagg. praeter 29. — 12. *iudicium* omnes Lagg. — 13. *IↃLX*] *ccLↃↃↃ* 29. 42 et 5 alii; *XL* 6 et 45. — 15. *milibus* om. 42. — 18. *istius*] *huius* V (est nova lectio notabilis). — 19. *Haboni* V, non *Raboni*. — 20. *pupillum*] *pup.* V (sic, ut saepius in h. v. Cf. supra p. 172, 10.) — 25. *inperite* V. — 26. *commoverem* V ut est in 29 (non *concitarem*). — 30. *eum* om. 29 p.

pag. 175. v. 3. *neque te tamen monebat* V. — 4. *praetexta*] hic deficit in hac orat. 42. — *sine* $\overset{re}{\textit{bula}}$ 29. — 9. *Q.*] *quam* 29. — *exstinguenda* 29. — 14. *quis enim est* 5 et 29. (deest apud Z.) — *quatuor* 29. — 26. *illi* 29 p. — *exspectamus*, ut iam Herelius voluit, Bakius quoque p. 194. l. c. proponit. — 27. *ex Cilicia* 29 p.

pag. 176. v. 1. *mulcta* Lagg. — 2. *est* om. Lagg. dett. — 6. *ut levissime* om. Lagg. praeter 29. — 21. *iudicium* 29. — 34. *ego nisi* habet V.

pag. 177. v. 2. *quam largissime* habet V, non ut ait Maius *quam largissimam*. — *oportebat quos* om. verbis *erepta esset facultas eorum* habet V.

AD LIBRUM II. ACCUSATIONIS.

pag. 178. *Incipit liber quartus feliciter* 29; *liber Verrinarum* 42; *M. Tullii Ciceronis Accusationum liber IIII. incipit* 5. 6. 27; in reliquis deest inscriptio. — v. 1. *iudices* om. 42 p. — 5. *suscepi enim causam rei publ.* (om. verbis *suscepi causam t. ordinis*) 42. Deest lectio memorabilis apud Z. — 7. *posses* V. — 8. *ac firmus* 29 p. (In V tota pagina fere exstincta est, ut non omnia perspicue legi possint.) — *venerit* 42 p. — 9. *atq.* habet V. — 10. *integerrumis* V. — 11. *adeo*, quod est manifestum glossema, nos inclusimus et in adnot. auctoritatem cod. Lag. 42, quae deest apud Z., addidimus. Emendationem egregiam a Vat. suppeditatam etiam Klotzius neglexit. Est autem *atque* nostrum *und zwar*. — *dico* eV (sed v. supra ad v. 8.) et codd. dett. Recte recepit Zumptius *dicam*, sed male pro coniunctivo praesentis habuit. — 20. *nostram*] *profecto* 42 p.; *vestram* 42 sec. m. — 23. *Karthaginis* sic 1 et 14; item p. 179. 1.

pag. 179. v. 18. *Itaque illam M. Cato*, deleto in fine voc. *Siciliam* scribendum esse censet Bakius l. c. p. 195 sq. idemque delet *Italico* v. 20. — 19. *nostrae matrem nutricem* 42 p. — *est suburbanitas* 29 m. pr., non sec., ut ait Zumpt. p. 1025.

pag. 180. v. 21. *toliens* Lagg. — 23. *criminaque viderentur* 42 p. — 27. *pluris partis* 29. — 34. *saluti potius* 42 p. sine *enim* (om. Z.) Habet utique aliquid molesti particula *enim* brevi intervallo repetita.— *ecquem* solus 27.— 36. *tantis* et *tanta*, item v. 37. *mihi* om. 42 p.

pag. 181. v. 2. *una* om. etiam 29. — 6. Ait Zumptius: «Nostri codd. omnes *decerneret* praeter Lag. 6., *decrevissent* pauci Lag. 14. 42. 45.» Talis varietas nulla apud Nieb. exstat, quare supra lectiones rectius indicavimus. Quod ait Z. de Lag. 6., habet ille v. 7. *dicerent* pro *diceret*; nihil praeterea ex eo exscriptum est. — 6. *legationes* 27 solus. — 7. *dicerent* 6 solus. — 9. *denuntiamus eos in (eos vinculis* corr.) *studiisque* 42 p. — 24. *decreti* om. 29. (deest lectio apud Z.) — 26. *quod ego idem in paucis* 42 p. (deest lectio apud Z.: videtur autem *ego idem* ex *ego quidem* vel *equidem* corruptum esse.) 29. *ecquid* habent, si silentio fides est, 29 et 45.

pag. 182. v. 1. *qui negotiantur in Sic.* 42 p. — 10. *sum persecutus* 42 p.: *sim persec.* codd. rell. et edd. Illam lectionem a Z. non allatam nos restituimus. — 15. *sive* ante *pecuar.* om. 42. — 19. *et* post *Romae* om. 42 p. — 23. *a volgo* (non *volgo*, ut ait Z.) habet 29. — 25. *perridicule* habet etiam 42 p. — 26. *possit* omnes Lagg. praeter 42 p. — 31. *existumare* 29.

pag. 183. v. 2. lectionem cod. 42 Zumptius non accurate rettulit. — 3. *C. Metelli* 42 p. — 6. *possit* 42 p. — 7. *nobilissimorum equorum* 42 p.: *nobilissimarum equarum* codd. rell. et edd. Illud, quod Z. non habet, nos recepimus. Idem vitium supra Lib. I. §. 28. p. 140, 12. ex eodem cod. corrigendum erat. — 8. *ita enim S Q. Dionem* sic 42. — 11. Ad lectionem *Anniae P. Annii senatoris* haec in marg. adnotata sunt: «*Anniae* om. 29 et VII praeter 27 (i. e. codd. 1. 5. 6. 14. 45. 48.); *C.* pro *P.* habent iidem praeter codicem 6; *senatoris Annii* 29.» Cum igitur reliquorum codd. omnium lectiones commemoratae sint, vix credibile est codicis optimi (42) lectionem diversam incuria omissam esse. — 11. *filio* 42 p. — 12. Reliquimus adnotationem Iordani, quamquam defectum in cod. 42, quem recte Zumptius p. 1026. indicaverat, non accurate retulit. Habet autem 42 (itemque 1. 5. 6. 45.): *M. Liguri senatori C. Sacerdote praetore, quid (quod 42) tum ad Verrem quis detulit?* mediis omissis. Cum igitur a superiore *Sacerdote* ad posterius librarii illi aberraverint, et iidem *quid tum*, non simplex *quid* habeant, verisimile est etiam posteriore loco *Quid? tum ad Verrem quis detulit?* in archetypo scriptum fuisse. — 14. *existumatis* 29 et sic saepe. — 17. *tamen putabat* 42 p.: *putabat tamen* codd. rell. O. Illud, quod Z. in add. habet, nos restituimus. — 22. *C. Sac.*] *a Sacerdote* 42 p. — 25. *Per hunc* (Naevium) *hominem* (Dionem) *Veneri absolvit, sibi condemnat* scribit Bakius l. c. p. 197. — 26. *a Dionio* 42 p. — 28. *Pompei* 29.

pag. 184. v. 2. *Manilii* vel *Manili* omnes Lagg. praeter 42, qui habet *Manlii*, ut V. — 3. *paecunia* V, ut saepius. — 9. *socr.* sic V. — 10. *hospitia* sic V. — 13. *Satisne* -- *prof. esset* om. 42 p. — 30. Falsum est quod ait Z. praepositionem *in*, quae primum ex cod. Nanniano accessit, in omnibus codd. inveniri; immo abest a 7 Lagg. dett. — 30. *HS CCCC milia* om. 42 p.

pag. 185. v. 1. *ecquis* habet 14. — 4. Si recte Lagom. lectionem exscripsit, soletque in his rebus admodum diligens esse, codex 42 non habet *ob tua decreta ob edicta*, sed *ob tua decreta edicta*, in qua forma *edicta* glossae speciem habet, id quod etiam a Martiano Capella confirmatur, qui non habet nisi haec tria: *cum ob tua decreta, ob iudicia, ob imperia dabantur*. Quare nos *ob edicta* inclusimus. — 7. *accensi*] *arreiis* sic 42. — 10. *dedit Siciliae* 42 p.: *Siciliae dedit* codd. rell. et edd. Illud nos dedimus, nam lectio cod. optimi a Z. non affertur. — 11. *fugitivorum manus fuissent tua sine* 42 p. — 12. *ab horum copia factum est* 42 p. (*copia* habet etiam A, sed non Lag. 29, ut ait Z. p. 1026.) — *datum*] *darum* vel *clarum* 42 p. — 13. *iudicari*] *sit* 42 p. — 14. *accipit* 5. 6. 27. 29. Par. A B. — 15. *umquam* om. 42. — 17. *Q.* om. 7 Lagg. dett. et 42 p. — 20. *iudices*] *quodlibet* 42 p. Habet deinde *nobis* pro *uobis* item pr. m. — 22. *astinentes* 29; *abstinentes* om. 42 p., quae optima lectio cum apud Z. non exstet, nos vocabulum ut glossema manifestum inclusimus. Cf. ep. ad Q. Fr. I. 1. §. 10. *circumspiciendum diligenter ut in hac custodia provinciae non te unum, sed omnes ministros imperii tui sociis et civibus et rei publicae praestare videare*. — 29. *vetus*] *verus* 42.

pag. 186. v. 2. *hoc a me* habent etiam 6. 48. — 3. *esse* pro *fore* est in 42 sec. m. — 5. *si saluti et honeste* 42 p. — 12. Cum Lamb. *constituerat*, ut est in Lag. 42, reciperet, supra v. 11. scripsit: *instituisset*. — 13. Cum a 42 pr. m. *invenerat* absit, vide ne corrigendum sit: *tum illud infinitum genus erat ad pecuniam corripiendam*; nam est profecto quod plusquamperfecto *invenerat* in lectione vulg. offendare. — 15. *essent* pro *sint* 42 corr., non pr. m.; idem item sec. m. *calumniatorum* pro *eorum*. (aliter Z. p. 1027.) — 18. *iudicem* om. 42 p. — 19. *levis et quod* 42 p. (om. Z.), corruptum ex *levis id quod*, ut videtur. Cf. var. lect. ad III. §. 71. — 20. *accidit* omnes Lagg. praeter 42 p. — 22. *si parret* 29; habent *si paret* 42 et 5 alii. — 23. *Servili* 29. — 24. *fundum Q. Catulo restitueretur* 42 p. — 28. *accipis* 29. (*Si non accepit*, i. e. si negat se accepisse, suspicatur Theod. Mommsenius.)

pag. 187. v. 3. *si* om. 42 p. — 7. *praetor*] *Pop. R.* 42 p. — 8. *sententiis* 42 p. — 9. *populus*] *privatus* 42 p. — 11. *datur* om. 42. — 12. *civis Rom.* om. 29. — 13. *decimanos* 42. — 16. *civeis* 29 p. — *cum ciui* habet V teste Brunnio. — 20. *in suam potestatem redegerat* 29. — 23. *iudicaturus* V, sed num etiam *alius* habeat, iam non potest discerni. — 24. *exspectaret* (non *spectaret*) 42. — 26. *hac copia* 42 p. — 28. *si* om. 6. 27. — 30. *quod*] *si quod* (vel *quid*) 42.

pag. 188. v. 8. *ad sestium facile triciens* 42 p., i. e. ut Zumptius vidit *ad sestertium facile triciens*: *facile ad HS tricies* codd. rell. O. (Illud nos scripsimus, cum Iordanus lectionem cod. optimi praetermiserit.) — 9. *plena celatia optimi argenti* 42 p. — 11. *pecuniam Heraclio* nos ex 42 (de quo Z. tacet): *Heraclio pecuniam* codd. rell. O. — 14. *leniore artificio*, i. e. minus violento, praeter 42 etiam 6 recte habet. (*officio* pro *artificio* 29, de qua confusione v. nostra Anal. Tull. I. p. 4. not. 3.) — 21. *eum* nos ex 42 p: *et eum* codd. rell. et O. Sunt quattuor membra, non tria: rem esse praeclaram, ipsum maiorem natu, patronum habere nullum, esse in testamento cet. Si tria membra orator posuisset, *eum* post *et* omisisset. — 21. *iure suo* in 42 esse equidem dubitare nolim. — 29. *accedatoriantur* sic 29 p. — 33. *sortientium* 42 p.

pag. 189. v. 1. *ut in hanc* 42. (om. Z.) At cf. §. 37. 42. 44. — *postquam* 42 p. recte. — 5. *rem* om. 42 p. — 6. *ex lege* scripsimus ex A et ex Lagg. 14. 29. 48, de quorum lectione Z. tacet; *ex* om. 42 (post *iudices*); *e lege* rell. Sic etiam §. 42. p. 190, 8. *ex lege* cum V restituendum erat. — 7. *ab institutis superiorum* om. 42; sed ex eo *ne-- recedatur* pro *ut -- ne recedatur* recipiendum est. — 8. *dicundo* habent A C φ 42 p. et 6: *dicendo* B et rell. Lagg. (minus accurate Zumpt p. 278. et 1027.) — 9. *quis vestrum* om. 42, qui deinde *non in urbana* habet, quod verum videtur. — 11. *ut* om. 42 p. — 12. *certum* om. 42 p. — 13. *P. Rup. consul*] sic 42: rell. Lagg. habent *Pr.* (vel *P. R.*) *Rupilius cos.*; *cos.* om. 14 solus, idque sec. m. «Addunt 8 edd. vett. *ex senatus consulto*, quae verba omnes codd. Msti pariter ignorant.» Nieb. — 16. *iudices*] *uidelicet* 42 p. — 17. Addidimus testimonium codicis 42; nam apud Nieb. sic est: *hoc homine*] *huic homini* VIII (i. e. 7 codd. dett. et 29) et 42 sec. m. — 18. *deterrime et* om. 42, non, ut ait Z., totam appellationem. — 25. *nullis* (*nullius* corr.) *exist. pudor* 42. — 25. *nullius iu-*

dicii 42 p. et 29. — 27. *verum ut*] *venerunt* 42. — 29. *imperatum est* 42 p. — 30. *omnium* 42 p. — 32. *illa nocte Syracusis* non habet, ut ex Z. adnotatione conicias, Lag. 42, sed solus 29, quare nos ordinem vulgarem restituimus.

pag. 190. v. 2. *incipit* habent Lagg. omnes. — 4. *de absente*] *absentem* 42 p.; fort. *in absentem*. — 7. *multos* et *quod si* 42 p. — 8. *accedere* V. (Br.) Apud Maium in adn. erratum est. — 9. *iniquiorem* etiam V (non *iniquiore*). — 10. *recorrigere vult apertius* 42 p. — 13. *iudices ex lege*] *uidelicet C. lege* 42 p. Adhaesit, ut videtur, *C.* ex syllaba *ces*, postquam *iudi* in *uidelicet* transiit, ut consultissimum videatur *iudices lege* ex V scribere. — *pridie quam multis lacrimis oraret* om. *atque obsecraret* 42 p. — 16. V habet *EX VRNA* |||| *IIS*, certae sunt litterae *urna*..*is*, inter quas duae tresve aliae exstabant; videtur in cod. fuisse: *ex urna tris is* vel ex *urna triis*, syllaba *is* a sequente voc. *iis* absorpta. — 23. *praetori imperetur* 42 p. — 25. *emitti* idem. — 26. *negari non pot* (sic) 42 p., i. e. *non potest*, quod verum iudico. — 26. *iudices*] *videlicet* 42 p.; *iudicium* sec. m. — 31. *sortitos esse eos* 42 p.

pag. 191. v. 2. *velit* 42 p. — 4. *hereditate* om. 42 p. — 5. *quidem*, quod deest in 42, nos inclusimus; enumerantur res complures, neque una aliqua praeter aliam effertur. — 6. *sua fama* 42 p. Cf. lect. var. ad or. Catil. I. §. 13. — 7. *et dum* 42 p. (om. Z.), i. e. *et tum*; recte. — 9. *postea* 42 p. — 15. *huic*] *abhinc* 42 p. Arusianus p. 265. locum sic habet: *fecerat, aliquanto antequam est mortuus huic Heraclio* etc. — 18. *hereditatem propinquis da* om. 42 p. — 26. *Cor. vasorum, quidquid stragulae vestis* Lamb. — 33. *multa*] erravit de 42 Zumptius p. 286. — 34. *quantumcunque* 42 p. — 35. *uno nomine CCC iussu praetoris clara esse* habet 42 p., ut ego Nieb. notas intelligo.

pag. 192. v. 4. *clamor est factus* 29. — 7. *tam sui* 42 p. — 8. *tamen cum* 42. — *et manifesto forte* 42 p., i. e. *et man. furto*, quod restituendum est. (om. Z.) — 14. *verba ne apud senatum fecit* 42. (fort. ex: *verbaque apud* cet. Quod enim sequitur *docuit* praepositum, idem est quod *docuit enim.*) — 18. *comitum* loco vocis *suorum*, non *suorum comitum* habent Lagg. praeter 42, ut in adnot. correximus. Aliter Z. p. 288. — 20. *sodalis* 42. — 22. *tamen summa*] *tamen* om. *summa* 42 p.; *cum summa* 42 sec. m. — 23. *suae famae* om. 42 p. — 24. *quod* om. 42 p. — 26. *HS CCC* 42 p. — 30. *Syracusanos* om. 42 p. — 31. Lagomarsinium lectionem *et illa scelera quae* in suis libris invenisse, hinc conici potest, quod Niebuhrius tantum ex 73 (= edit Lamb. 1566.) lectionem *etiam illa scelera sunt quae* in marg. habet.

pag. 193. v. 1. *Dyonisidorum* 42 p. et 29. — *munitissima* 42 p. — 3. *signa ista* 42 p. — 8. *ex aere* om. 42 p. (de quo Z. tacet); contra *est* post *facta* habent Lagg. omnes. In Metelliano desunt verba *ex aere facta* (non item *est*, ut ex Iordani adnot. conicias), ut aut cum hoc scribendum sit *statua est,* aut ex Fabriciano: *statua est, ex aere facta.* — 9. *posuerunt* Lagg. praeter 42. — 15. *Mithridatis* 29. — 16. *Mulia* 42 p. et 5 alii. — 19. *per quos illa* 42 p. — 21. *Verria aut* (sic etiam 29) *agerent aut eum diem qua sacris* 42 p. — 24. *velint* 42 p. — 26. *qui se istius* 42 p. recte. — 27. *Verri iam praeclara* 42 p. — 28. *qui tu domum qui urbem* 42 p. — 29. *quod non extet eversum reliqueris* 42 p. Fortasse: *quod non extersum et eversum rel.* — 29. *qua appellantur* 42 p.

pag. 194. v. 1. *et*] *ut* 42 p. — 4. «*huic*] *ei* (ut vid. 42.).» Sic Niebuhrius, qui lectionem a Lagom. ita exscriptam invenisse videtur, ut numerus codicis non additus esset. Lectionem veram esse et per se ipsam commendari facile apparet, recteque Klotzius recepit. — 8. *nisi* -- *hereditas* om. 42 p., item *cogitare* v. 9. — 10. *quo*] *quam* V, addito sup. lin. *quemadmodum*. Qui factum sit ut lectionem *quam*, quae insignis est emendatio, etiam Klotzius aspernaretur, equidem non assequor. — 12. *ut item palestrina ebidini peterent* (di) 42 p. (V, de quo Maius erravit, habet *bini peterent). —* 14. *petiuissent* V, recte. — *numquid* 42 p. — 15. Cum adnotatio iusto brevior sit, ut omnis error tollatur, moneo in V esse: *qui statim quod statim praesensisset*, in Lag. autem 29 et 42: *qui statim quod praesens esset.* — 18. *negligere coepit et contemnere* 42 p. (om. Z.) Ego mallem *coepit* abesset. — Scripturam *Regium* etiam Lagg. complures ubique habent. — 23. *abfuerat* esse in Lagg. Zumptius tacet, qui in adnot. critica ad h. l. graves scribendi errores commisit (profert enim ex ed. Naug. lectionem *affuerunt* pro *affuerat,*

nec minus falsam aliam *abfuerunt* et *adfuerunt)*, quos ego ex nostra editione sustuli. — 24. *aditum in ius* unus Lagom., sed incertum quis; nam numerus adscriptus 17 (an 27?) falsus est. Cum Vaticanus habeat: *antequam aditum postulatum in ius esset*, vide ne *antequam aditum, antequam post. in ius esset*, scribendum sit; potest tamen in lectione palimpsesti *postulatum* supinum esse. — 27. *se n.* $\overline{CCC}$ *dedisse* sic 42 p. — 28. *abisset*] *abesset* Brunnio potius in V quam *abisset* videtur exstare. — 28. *ab sese* V corr.: *adesse* V pr. m.; *abesse* 42 p. — 29. *hereditate* om. 42 p.

pag. 195. v. 1. *actorem* 42 p. — 3. *nummum*] *non* 42 p. — *percrebruit* habet etiam V. — 5. *Syracusanam* V distincte; verba quae antecedunt in cod. plane evanuerunt. — 12. *ab ipso* 42 p. — 14. *qua in re ipsius* om. 42. — 16. ante *animadvertisset* in 42 p. *nō* repetitum est. — 19. *ob tuum decretum* om. 42 p. Recte; v. Zumpt. — 23. *quam conventum* 42 p. — 24. *sed quis liber debet aspicere recte postea* 42 p. — 25. *esse tanta* 42 p. — 26. *tecum collusisset* nos reduximus, pro *tecum tum coll.*, quod dedit Zumptius. Quod enim ait *tecum tum* in plerisque libris esse, in ea re se errasse ipse videtur sensisse p. 1029. — 29. *An*] *ad* 42; fort. *at*, ut Zumptius vidit. — 30. *imprudenter* 42 p.

pag. 196. v. 1. *compertit* 42 p. — 3. *his*] *is* V, i. e. *iis*, quod restituendum est. — 4. *venerat*] *«Im Vat. steht anders; ob aus Versehen* vevenerat? *Aber auch am Ende scheint das fast erloschene Wort länger.»* Brunnius. — 5. *adpellatus* V. — 9. *iubeat* habet V, non *iuberet*, ut affirmavit Maius. — *dicere* om. 42 p. — 10. *exitus nullus repperiebatur* etiam V. (Maius erravit.) — 12. *iudicio se passuros* V. Cum locutio *iudicio pati* etiam III. c. 28. codice Vaticano et Lag. 42 confirmetur, nec aliter optimi codd. in or. Quinctiana §. 87. habeant, hoc fontium consensu commotus Theod. Mommsenium de re consului, qui haec rescripsit: *«Im Sprachgebrauch der Pandecten ist* iudicium pati *völlig gesichert; allein ich meine mit Ihnen, dass es unzulässig sei, eine Reihe übereinstimmender Stellen zu korrigiren. Erklären lässt sich der Sprachgebrauch ganz wohl; ja ich muss sagen, dass der Ausdruck* iudicium pati *mir immer sonderbar vorgekommen ist; denn man sagt doch nicht* crimen pati, *nicht einmal* accusationem pati; poenam, supplicium pati *ist wesentlich verschieden. Ich denke, wie* agere *klagen, heisst* pati *beklagt werden, und konnte entweder absolut stehen, wie* p. Quinct. c. 20. *(nach den Handschr.), oder, wie* iudicio agere, *so konnte auch* iudicio pati *gesagt werden.* Iudicium pati *wäre dann daraus durch Missverständniss entstellt, wie dergleichen in der technischen Sprache hundertmal vorkommt, wie z. B.* condictio causa data *u. s. w.»* — 13. *consilia* habet V. — 15. *a qua*] *atque* 42 p. — 16. *ne qua*] Scribendum est in verborum contextu *neve* (ut etiam V teste Brunnio habet), cum nunc demum videam adnotationem criticam ob levem negligentiam, quam Nieb. in margine commisit (cuius rei Classenius testis erit), a me non recte mutatam esse. Ea sic refingenda est: *«ne quod iudicium* V et 42 pr. m.: *ne quod novum iudicium* codd. rell. et O. — *neve* V et Lagg.: *neque* aliquot edd. vett.; *ne qua* O contra codd.» — 19. *aliquid id quod* 42 p. — 22. *simulatione* V cum *m* sup. *ne.* — *revertisse si multo etiam pluris* 42 p. — 23. *destiterant* 42 p. — 25. *illa. n. s. Q. milia* sic 42 p. (Numerus, quem habet Maius *IↃL.* non est in cod. Vat., sed qualis alius, non potest extricari.) — 25. *ANNI | QVA* V, ut videtur; deinde ante ∞ vestigium alicuius ductus apparet; neque nota numeri *IↃ* Brunnio tam perspicua videtur, quam Maio visa est. — 27. *Verres haec quae dixi ut gratis facta videantur esse* 42 p. (in V *facta* sup. lin. est.) — 29. *miserias* V. — 32. *quoad L. Metellus*] falsa tradit de cod. 42. Zumptius p. 1030.; habet ille pr. m. *cum L. Metellus*, sec. m. *cumque L. Met.* (praenomen *L.* habet V.) — *tum*] *tamen* 42 p.

pag. 197. v. 1. *in utrisque* V et Lg42 p., fort. recte. — 2. *nisi quod* habet V, et deinde *poteret* corr. in *poterat*. — *inritas faceret Heraclium restitui* habet V, ut est apud Maium. — 7. *quidam* 42 p. — 8. *census*] *censusque* cod. quidam, cuius numerum Lagom. adscribere omisit. — 10. *lege | dixerat* V. — 13. *LAE | TIVS* V. — 15. *coplures* V. — *unam domito immutarat totum hominem* 42 p.; rell. Lagg., etiam 29, habent *una* (in V est *unam at domum quae* cet.). — 17. *mirantur omnes hoc et tamen denique* 42 p. — 19. *qui poterant Letillum* 42 p. — 21. *laudationes* habet V. — 23. *pugnassent* 42. — 27. *mecum decedere* habet V, recte. — 29. *quodidēmihi* V. — 31. *veniundi* V. — 32. *iis* habent 14. 27. 29. 42.

pag. 198. v. 1. *Heracli* V, *Heraclei* 29. 42. — *optumi nob. adulescentis* 29. — 2. *testimonium* (non *testumonium*) V. — 4. *quodque*] *QVOQ.* V. — 5. *duos* habent omnes Lagg. praeter 42. — *ciuis* 42 p. — *iudicasset* habet V recte (*iudicavisset* Lagg. praeter 42). — 6. *iudicem* habet V, ut videtur, non *iudicium.* — *falsum* nos restituimus; neque enim 42 *falso* habet, sed tantum tres edd. vett. ex apparatu Lagom. Neque est quod cum Zumptio de lectionis veritate dubites; cf. de Offic. III. §. 108. *falsum iurare*, ad Att. VII. 14. *falsum scribere.* — 9. *actione* V. — 11. *in provinciam* (sic) *verbo* V, ut videtur. — *neque*] *nec* 29, *ne* 42 p. (pro *neq.* ante *quisquam.*) — 12. *auctoritate sua* 29. — 14. falsum est quod Z. ait in 42 deesse *mansit*; abest ab hoc cod. *illa* ante *gravis*, notaeque apographi Nieb. iterum ab eo confusae sunt, qui Zumptio lectiones descripsit. — 15. *putastis* V. — *LOCVPLE* // *S* V. — 27. *facilius* V. — 31. *eques Rom.*] *pr.* 42 p. — 33. *videtur* 42 p.

pag. 199. v. 14. *iudicium dimittitur* 29. — 18. *Timarchiden* 29. — 24. *habebat* 6. 42. — 25. *idem* 6. 29; et sic v. 27. Lag. 6 et 45. — 29. *eodem*] *idem* 29. — 31. *M.*] *N.* 42 p.

pag. 200. v. 2. *dicebant adesse alterutri* 29 (*alteriuri* 42). — 7. *Siculo et Graeculo* Lamb. — 8. *adfuerunt* 29. — *cognoscant* 42 p. — 9. *Minuntius* 42, ut supra v. 4. — 11. *verbis* om. 42 p. — *persequitur* 5. 27. 42. — 12. *gratius etiam* 29. — *in se iā tum* 42 p. — 14. *se ita* Lamb. — 16. *respondet* 29. — 17. *atque ablato* 42 p. — 19. *atque audacia* 29. — 24. *cum iste pr.* 42 p. — 27. *non solum mente* om. 42 p. — 29. *suprema expectatio* 42 p. — 31. *Timarchidis* 6. 29. — 32. Lag. 29, de quo Z. fallitur (et fort. etiam de A B), sic habet: *Sopatrus deorum atque hominum fidem obsecrare.* — 33. *iste repente* 29. — *nihil interrogatus pro quo dixisset* 42 p.

pag. 201. v. 2. *haruspicisque* 29 et 42 corr.; *aruspicisque* 42 p. et rell. Lagg. — 6. *sententiam dicat* Lamb. — *Tametsi* - - *futura sit* om. Lagg. praeter 29 et 42. (*eamque si minus id quod nobis* 42 p.) — 12. *Ptolomaeum* omnes Lagg. — 13. *minus ad vitae nostrae discrimen* om. 42 p. — *nostrarum* om. 42. — 16. *si ex iudicio* om. *hoc* habet 42. — *sese eripuerit* 42 p. (om. Z.) — 17. *sic in eius* 5. 42. — 20. *ex isto*] *isto* non habet 42, sed pro eo *es*, corruptum ex *eo*, ut habet F, quod hic utique dici potuit. — 22. Falsum est quod ait Z., a cod. N reliquos codd. non dissidere; immo habent Lagg. (excepto 42) *istum*, non *istum etiam*, ut p. 201. in adnot. indicavimus. — 24. *trium iudicium* 29. 42. — 27. *ob rem iucundam* 29, ut peccatum est in codd. or. p. Mur. §. 61. — 30. *in* om. 42 p. — 31. *maius* Lg29: *magis* codd. rell. noti et edd. Lectionem codicis Lg29 a Zumptio non allatam nos restituimus, nec movemur, quod locus in Anecd. rhetor. Paris. ed. Eckstein p. 7, 12. sic affertur: *Scelus est accipere a reo pecuniam: quanto magis ab accusatore.* — 32. *preposuisses* 1. 42. — 36. *postea tandem* 42 p. — *adversario* etiam 29, ut videtur.

pag. 202. v. 1. *et trades cui voles* om. 42 p. — 2. *reddis* Lagg. praeter 29 et 42. — 3. *audimus* 29; *aut audimus* 42. — 5. *norunt* 6. 27 et 42 p. — 7. *habemus* 42 p. — 8. *iudex obtinebit*] *videlicet* 42 p. — 9. *si* abest a 42 p. — 11. *neget* om. 29; *negat aliqueriq.* (sic) *qui Sopatrum* 42 p. — 12. *defendet* 29. — 13. *iuratus* - - *datam* om. 42 p. — 14. *pecuniam ab accusatoribus* 42 p. recte. (om. Z.) — 15. *Habilicenses* 42 p. — 18. *illud negare potes* susp. Bakius l. c. p. 198. — 20. *teque eum*] *tecum* 42 p. — 22. *condemnasset cum h. conf. eris quem* 42 p. — 25. *occulte geris aut quid dubitet* 42 p. — 30. *accipite non allupeius facinus* 42 p. — 31. *ut nemo omnia* - - *videntur* 42 p.

pag. 203. v. 1. *Huius hospitio Verres cum usus esset et apud eum, cum Thermis saepe numero fuisset, etiam habitasset* acute suspicatur Bakius l. c. p. 198. — 2. *non solum* pro *non modo* nos restituimus, quia distincte a Lagom. traditum est in omnibus suis *solum* pro *modo* inveniri. — *sed* - - *domo eius* om. 42 p. — 3. *omnia domo* om. *eius* 29. — 6. *delicia* 42 p.; *deliaciam* rell. Lagg. — *et corinthia et tabulas* 42 p. — 6. *bene*] *fabre* margo ed. Crat.; *affabre* Lamb. — 23. *Karthaginienses* et v. 26. *Karthago* habet 42. — 26. *recuperare* om. 42 p. — 27. *ii sese Thermis*] *his ocherminis* 42 p., ex quo mendo hoc quidem apparet in eius archetypo non *sese*, sed *se* quod V habet, scriptum fuisse. — 29. *hi*] *et* 42 p. (om. Z.), corruptum ex *ei* (*ii* habet V). — 31. *ipse* 42 p. et 29.

pag. 204. v. 1. *formatam* V. — 2. *cum libro* om. 29. — 3. *qui fuit Himeraeus* bene susp. Bakius l. c. p. 199. — 4. *hac iste arduissimam concupiverat* 42 p. — 5. *ut iam nos* 42 p. — 6. *harum rerum rudes* 29. — *possumus* habent 6. 29. 48. (om. Z.): *possimus*

rell. Lagg. — 10. *non quod*] auctoritatem codicis 42, de quo Z. tacet, nos adiecimus. — 11. *illius* 29. 42: om. 5. 6. 27; *ipsius* rell. (*eius* nullus Lag. habet.) — 13. *cum iste postea posceret agereturque iste res* 42 p. — 15. *relinqui* 42. — 17. *iudicia* 42. — 18. *qui non modo diceret sanius esse* 42 p. (Videtur igitur archetypus *qui non mori* habuisse.) — 22. *hasce*] *a se* 42 p. — 23. *incensus* sine copula habent 7 Lagg. dett., non *infensus*. — *ei* ante *renuntiat* nos restituimus; abest *ei* a solo 29, non item a 42, ut ait Z. — 24. *emigrarat*, ut ego et Iordanus scribendum esse vidimus, habet 42, non *emigrat*, ut est apud Z. p. 1032. — 26. *enuntiando* 42 p. Cf. var. lect. ad or. p. Sulla §. 44. — 28. *callidam* 42. — *audierit* 42. — 28. *eius* inducit Bake. — 29. *voluit* 29. — 33. *liniamenta* omnes Lagg. — *hospitis delectabunt* 42 p. — 34. *aliquid ex Sthenio* 42.

pag. 205. v. 2. *aperto* 42 p. — 4. *edicunt* 42 p. — 6. *eius se legibus* 42 p. — 9. *ita leges postea* 29. — 10. *inter sese* 29: *sese* om. 6 Lagg. dett.; *inter se* 6 et 42, si silentio fides est, quam equidem habeo, quoniam ex 7 codd. varietas exscripta est. — 13. *hora*] *n. s.* (sic) 42 p. — 15. *potuerat* 42 p., ut Ernesti coniecerat: *poterat* codd. rell. noti et O. (Illud nos restituimus, lectione codicis optimi ab Iordano praetermissa.) — 16. *agere istum* 29. — 22. *horam*] *bonó* (sic) 42 p. — 24. *dolore ardore atque irac.* Lagg. praeter 42. — 29. *apud* om. 42. — *apud iniquum iudicem reperire posset quod diceret* bene suspic. Bakius l. c. p. 199. — 34. *quingenta Veneri Erycinae*] *que vene cuscine* 42 p.

pag. 206. v. 1. *posteaquam pecunia numerata* 29. (*numeratum* 42 p.) — 10. *licere*] *legere* 29. — *refertur* 42 p. — 13. *omniaque habuisset equora placabiliora* 42 p. — 15. *itaque*] *atque* 29. (om. Z.) — 19. *senatum* om. 7 dett. — *aderat*] *erat* 29. — 20. *parcerent* 1. 5. 6. 27 soli. — 22. *reus absens factus* 29. — 25. *pater istius* et v. seq. *senex Verres* delet Bake. — *consumpserat* 42 p. — 28. *ne laborant confirmatus curatum* 42 p. (*confirmatus* = *confirmat iis*. Apud Zumptium falso est p. 1033. *confirmatur*.) — 28. *suum* om. 29. — 29. *in Siciliam in terra et mari* 42 p. Est *in* repetitio litterae *m*, iamque ex optimo cod. *in Siciliam terra et mari* scribendum est deleto priore *et*, quod codd. reliqui contra morem sermonis habent. — 32. *nuntiisque filius*] *inimicusque fidelis* 42 p. Habent deinde omnes Lagg. *ab incepto furore* pro *ab illo furore* (est in Nieb. margine: «*incepto* IX.», i. e. omnes. — 33. *in senatu post ea causa non agitur* scribit Bakius p. 200. l. c. — 34. *offerunt* 42 p. — 35. *de* om. 42 p. — 36. *quamplures* 42.

pag. 207. v. 4. *benignitatem aut ambitionem* 42; *aut* om. 29. (deest apud Z.) — 8. *ne tam quidem* 42 p. — 9. *non respondit* omnes Lagg. (ut est infra v. 12.): *non respondet* edd. Verae lectionis, quam nos restituimus, nulla est mentio apud Zumptium. — 12. *M.*] *N.* 42 p. — 15. *oportet* 42 p. — 16. *parvo* 29. — 21. *ita fecit*, quod habet 42, verum videtur; cf. Naegelsbach *latein. Stilistik* p. 550 sq. ed. II. — 25. *contione* habent omnes Lagg. — 31. *de* habet V.

pag. 208. v. 2. *defensio*] *ratio* 29. — 6. *nullo se videri* (ex *iudices*?) *umquam* 29. — *ipse se in* V. — 8. *id fecisse quod* 29. — *dictasse* 29; *diu citasse* 42 p. — 9. *et* om. 29; idem solus *Chlorus* habent, quod nomen in rell. Lagg. varie corruptum est. — 10. *commemoravit C. R. Pompeius* 42 p. — *Pompei* 5. 6. 14. — 12. *Possidens* 42 p. — *ornatissimus* post *virtute* praeter V etiam 42 habet, quod a Z. omissum nos indicavimus. (Post *nobilitate* sunt in V duo ductus, fort. *et*.) — 15. *runt* terminatio ex 29 et 42 a Nieb. exscripta pro *rint* tantum pertinet ad verbum *interfue-rint*, de qua re Zumptius p. 339. dubitavit, non item ad v. *audierint*, quae lectio in illis codd. iam exstare debet, ut in correcta adnotatione indicavimus. — 16. Ad vv. *res esset acta in senatu* ex 42 haec varietas exscripta est: *acta res in S.*, ut *esset* ab eo abesse videatur. Cum codex V, qui in his verbis desinit, habeat *cum haec ac*..., sic scribendum videtur: *cum haec acta res esset in senatu*. — 16. *omnes*] *eius* 42 p. — 20. *consule dedit* 42 p. — 22. *Siculus* -- *doceret* 42 p. — 27. *tam detestata* 42 p. — *a te* 29; *ex te* 42 p. (om. Z.)

pag. 209. v. 1. *videtisne*] *ut detine* 42 p. — 2. *delectum* idem. — *quod mendacium* idem. — 7. *tu* om. 29. — 8. *his mihi* 42 p. — *publicas cupisse* idem. — 12. *quem* om. 42 p. — 19. *credo cui* 29. — 21. *fuerint* 29. — 26. *Palatina*] *P.* 42. — 31. *Sthenio nemo*] *rum stennio* 42 p., corruptum ex *nemo Sthenio*, quae verborum collocatio utique praeferenda est. (deest var. apud Z.) — *inimicior* solus habet 29. — 32. *tum*] *tamen* 42 p.,

ut saepissime; sic item p. 211, 1. 8. 228, 19. 234, 3. 268, 24. cet. — 35. *credimus* 42 p. — *dubitaret* idem.

pag. 210. v. 2. *movet* 42 p. — *C.* om. Lagg. praeter 48.— *sequester*] *frequenter* 42 p. — 7. *hanc* M et Lg42: om. codd. rell. noti et O. — *improbam falsi cognitoris* N O. — 11. *illorum iudicum* 29. — 12. *Opunti* 42. — 13. *atque*] sic Lag. 29 et 42: *et* codd. rell. noti et edd. (*atque* nos restituimus; nam deest lectio apud Z.) — *legato* 42 p. — 15. *nos* idem. — 16. *dubitatis* 42. 48. — 18. *quem hominem absentem* 29. — 24. *invitavit at si quod quicquid Marii* 42. — 25. *Pompei* 29. — 27. *hominum clarissimorum* 29. — 28. *de* et deinde *et* om. 42 p. — 30. *ignorat* om. idem. — 32. *possunt* idem. — 33. *eius modi* solus 29 habet.

pag. 211. v. 5. *communibus*] *casibus* 42 p. — 7. *de cuius beneficii* 29 (om. Z.); fortasse *cuius* ex *eius* corruptum est, quod idem pronomen etiam v. 9. ex 42 restituendum videtur. — 14. *hunc*] *nunc* 42 p. — 17. *tota Stennii absolutione* 42. — 19. *apud cives suos* 29. — *proficeret* 42. — 21. *ex optimis nullum* 42 p. — *nihil ex sacro* om. idem. — 22. *et essent* habet etiam V. — 23. *videte* 42 p. (om. Z.) — 25. *Romae* ‖ *estant* sic V. — 26. *scribtum* V, ut est in Lg42 p. — 27. *ab te* 42 p. — 30. *Marcellina civitas* idem. — *flagitiosorum* V. — *legati laedant* om. 42 p. — 33. *se* om. Lagg. praeter 42. — 34. *Eryco* habet V. — 35. *tuorum furtorum flagitiorum* V egregie. — 37. *cum lapide qui tandem* 42 p. (*qui* [d] *tandem* sic V.) — 38. *utrum hic* 42. — *tropeum* 42; *tropheum* rell. Lagg. — 40. *homines hoc* 29; *hoc* om. 7 dett. Lagg.; in V est *hoc* sup. lin.

pag. 212. v. 1. *volumtas* [p] V. — 3. *hospite* V. — 4. *sciri tum*] *scribtum* V. — 5. *quam* om. 27. 29. — 7. *te* est in V, sed bis habet *gratum*. — *in deos posse hoc donum* (*domum* 29) *veni non de stenii id dedisse* sic 42 p. — 9. *venisset redditus* 42 p. — 11. *provincia propetisset* idem. — 17. *cognossem* solus 29. — 20. *Domitius*] *d.* sic 42 p. — 21. *M.*] *N.* 42. — 27. *privatimque uno tempore defendantur* 7 Lagg. dett. — 29. *de rebus* om. 42 p. — 31. *nos modo* idem. — 34. *nummum*] *non* 42 p. — 36. *comprobari*] *et probari* 42 p. — *equites R.*] *E. Q.* idem.

pag. 213. v. 3. *edictum totum* 29. — 4. *qui in his ab* 42 p. — 6. *enim* om. 6. 29. — 8. *equa* 29, *hecque* 42, *et quae* 7 rell. (Scrib. *ecquae.*) — 15. *nisi* om. 42 p. et 6. — 19. *voluerat* habet etiam V. — 21. *IDONE//SSET VINCERET* V; littera post *idone* obscurata est, sed videtur *u*. Lectio egregia codicis 42, quae in adn. crit. a me adiecta est «*si quis pretio apud istum idoneus inveniretur*», satis distincte in marg. a Niebuhrio adscripta est. In archetypo Vaticani fuisse videtur: *idoneus esset ut vinceret*. Cf. tamen Madv. Op. I. p. 352. — 22. *re* om. 29. — 29. *honorifice* 42 p. — 30. *pulcer* 1. 14. 29. 48. — 32. *finxit* 42 p. — 33. *ne quis* 27. 29. 48. — 34. *quis* 29. — *f. neglegeretur* 29, *f. negligeretur* 42 p. — 36. *quid voluit* 42. — 37. *septenumque ac denum* 42 p.

pag. 214. v. 1. *et fid.*] *otii fid.* 42 p. — 4. *Scip. leges cooptando* 42 p. — 12. Ad lectionem *civium novorum veterumque delectum ordinemque turbavit* adscripsit Niebuhrius: *delectum ordinemque turbavit* om. omnes Lagg. et aliquot edd. vett. — 17. *novus*] *nouos* 42 p. — 18. *legatos ad istum* 29. — 19. *consuetudinumque* V. — 21. *oport. esse* 29. — 22. *na eo* V. — 25. *accipit* 42 p. — 28. *dedisset* om. 27. 29. — 31. *de* om. V. — *quae* om. 42 p. — 32. *Iovis*] *si quis* idem. — *oratio* pro *sortito* V. — *uubeat* (non *iubebat*) V. — 33. *sufragiis* V. — *tres*] *tr. pl.* 42 p. — 35. *familiarissimus in t.* idem. (*familiaris sus* [u] V. — 36. *potuerat* V, ut est in 4.

pag. 215. v. 1. *per religionem* Lag. 6., ut voluerunt Manutius et Lamb. — 3. *iste* habet etiam V. — *quod essent* 29 et 42 p. — 4. *cuium* om. 29 et 6 dett. — 7. *nunc quidem igitur* 42 p. — 8. *coici* (bis) 1. 29. — 9. *inscriptum esset* 29. (fallitur Z.) — 10. *videtur* 29. — *ita Iovis*] *tanta vis* 42 p. — 13. *Arthenis* 42 (rell. *Artemo*). — *Dimachias* 29. — 14. *locuplex* 42 et 6 dett. — 15. *ei* et v. 16. *ne* om. 42 p. — 20. *com. hab.*] *contraheretur* 42 p. — 21. *Climachias velabat dixi* mediis om. 42 p. — 22. *est* om. 42. — 23. *habentur* idem. — 24. *possit* idem. — 27. *exereasimos* 42 p. (om. Z.), i. e. *exaeresimos*, ut Iordanus scribere debuit. — 32. *eo die*] *in eo die* 42 et F, unde probabiliter coniecit Wesenberg in Emendatt. Cic. epist. p. 107.: *in eum diem*. — 33. *is* om. 42 p. — 37. *abhinc*] *ab me* 29 (ex *ante*?).

pag. 216. v. 6. *propter hanc causam, quod, cum omnes Siculi ex censu quotannis tributa conferant, in censu* cet. probabiliter susp. Bakius l. c. p. 201. — 8. *aestumationis* 29. — 9. *cui*] *qui* 29. 42. — 15. *solent esse*] «postulatur *solerent esse*, quippe illo praetextu utebatur Verres; alienissimo loco suam sententiam posuisset orator.» Bake p. 201. Paulo post (v. 24.) idem *Timarchides* post *hic* inducendum putat, quod *hic* sit adverbium, non pronomen, itemque idem nomen p. 216, 32. et p. 217, 19. pro spurio habet. — 25. *tamen in priore actione* 42 p., fort. recte. — 35. *mira quidem* 29 p. — 36. *hianti atque imminenti* 29.

pag. 217. v. 1. *ut* om. 7 dett. — 3. *accuratissime* 42. — 4. *indagari* idem. — 10. *et* om. idem. — 14. *istius iste* 42 p. — 16. *regnasse* om. 42 p. — 18. *is* om. 42. — 20. *ne*] *sic* 42 p. — 22. *denarii* om. 42 p. (videtur nota *X*, qua denarius significatur, excidisse.) — *tricenti* 29 (fort. *treceni*). — 24. *XXXIX milia* om. 42 p. — 29. *naviculari* 42. — 30. *fatebare* idem. — 31. *dicere* om. idem. — *non p. r. causa pervenisse* 42 p. — 32. *dubitabat* 42 p.

pag. 218. v. 6. *censum* V, non *census*. — 8. *si omnes tacerent* est in V. — 9. *re ipsa fac.* dett. — 11. *L.* om. Lagg. — *Letilii* 6. 45; *Letili* rell. Lagg. — 15. *QVIB.* ‖ *LQVID* V. — *si quis* 29. — 18. *tuam quicum id quod* V. — 19. *sane eos* (num *m* superscripta sit, dignosci non potest) *testis* V. — 20. *tantam* V. — 22. *erat enim censa* 42 p. (om. Z.) — 23. *de novo* 29. — *post. anno*] *postremo* 42 p. — 24. *creare -- observare* 42 p. — 25. *tuus*] *tus* V. — 26. *equo animo* V. — 28. *retinere -- in provincia* om. 42 p.; *in provinciam* V. — 29. *etiam*] *enim* 27. 29. — 31. *irrita iussit*] *iratus sit* 42 p. — 33. *Heracleo* 29 et 6 alii.

pag. 219. v. 10. *fac ita*] *facio* 42 p. — 14. *ista* om. 29. — 17. *reus est maximus plurimis criminibus* 42 p. — 23. *consumtu* V. — 25. *ceperit ne ceteris* (pro *ceteri si*) *hoc a uobis erit cōprobatum* V. — *hoc a vobis*] addidi in adnot. auctoritatem codicis 29. — 26 sq. *capiendis -- capiendarum* Lagg. praeter 42. — 27. *absterrere* habet V, et recte quidem. — *conprobarimus* V. — 29. *HS. ccIↃↃ* ‖ *V populum uerbi gratiam* V (num *V* initio novi versus, ut Maius dicit, deletum sit, Brunnio incertum videtur).

pag. 220. v. 1. *coegit atque* om. 29. — *num*] *unum* 42 p. — 3. *morem accipiundi set* 42. — 16. *nullum haberi* 29. — 17. *necesse est enim sic considerare* 42 p. — 18. *honos*] *onus* 42 p. — 19. *simulatio quaestuosa* 29. — 20. *verum et q.* 42 p. — *quotiens* omnes Lagg. — *et quod* 29. 42. — 21. *auferres* 6. 27. 42; *auferas* 29. — *ut*] *aut* 42 p. — *abstulisti*] *statuisti* idem. — 22. *ponentur* idem. — 25. *fecerunt* idem. — 26. *nos* 42 p. — 27. *civitas nulla* 29. — 28. *malo*] *modo* Lagg. praeter 42 p. Sic etiam in or. p. Sulla codd. vulgares *uno modo* habent, pro qua lectione *uno malo* primus ex Erfurt. et Tegerns. restitui. — 29. *nunc cui* 42 p. — 30. *ad*] *has* 42 p. — 31. *primum* habet 42, quod Z. omisit. (Ait Niebuhrius: *primam* VIII, i. e. omnes Lagg. praeter 42.) — 33. *demonstraretur* 42 p. — 36. *totiens* plerique et sic paulo post.

pag. 221. v. 1. *novi* om. Lagg. praeter 29. 42. — 2. *ac* 29. — 4. *tuis iniuriis* 29. — *non novo modo*] *novo* om. 42 (non *modo*, ut ait Zumptius). — 6. *decimas* 42. — 7. *imperatum* 42 p. — *aestument* 29. — 8. *denarios* om. 42. Cf. supra ad p. 217, 22. — 11. *postulare* 42 p. — *in unum te reum*] «*in reum te* Lagg. praeter 14.» Sic Niebuhrius ad lectionem in lemmate propositam. Carent igitur vocabulo *unum*; equidem malim: *in unum te* sine *reum*. — 12. *omnia* om. Lagg. praeter 29. 42. — 14. *ei* om. 42 p. (tacet Z.), ut est apud Prisc. II. p. 147.— *perficiant* 42 p. — 16. *est hoc*] *enim* 42 p. — 17. *pete* 29: *petere* 42 p.; *de te* 7 rell. — *te inimicum* 42 p. — 18. *nihil ego rogo* habet 42, ut in adn. crit. indicavimus, non *nihil rogo*, ut Z. affirmat. — 19. *ne* habent omnes Lagg. praeter 6, qui omittit. — 23. *non necesse esse sit* 42. — *id*] *in* 42 p., ut etiam v. 34. idem pro *id* habet. — *qua* om. idem. — 26. *eos ita*] sic 29. 42: *ita eos* rell. Lagg. et O. (*eos ita* Zumptius recte ille quidem scripsit, sed codicum testimonia non attulit.) — 34. *cum is*] *cuius* 42 p. — 37. *datur id accipio* om. 42 p. — 38. *decimas* idem.

pag. 222. v. 1. *populi R.*] *praetoria* 42 p. — 2. *aedem uolcaniam inscr.* idem. — 3. *ex his statuis* idem. — 4. *enim* om. idem p. — 6. *confitere* 42 p. — 11. cum M et Lg42 *honestis* habeant pro *iratos*, vide ne *infestos* scribendum sit. — 20. *voles* om. 42 p. — *testium* 29: *testibus* 42 p., *testimoniorum* rell. — *e* pro *ex* habet V in fine versus. —

21. *velis* post *togatum* Lag. 29 et 45 habere videntur. — *rogato et eum* om. 42 p. — *rogato*, *etiam qui tibi* susp. Bake l. c. p. 202. (quidni potius: *etiam eum qui*?) — 25. *inimicum* 42 p. — *quin aps te* V. — 27. *et huius*] *HIVS*, quod in *et huius* correctum videtur, V. — *impudentissime* 42 p. — 30. *quoniam*] *ut iam* 42 p. — 31. *ab imitissimis* 42 p. (non *inimicissimis*, ut ait Z.) — 33. *VOLV̄* *TATIS* V.

pag. 223. v. 2. *ita magnum est* habet V. — *Latine* Lagg. praeter 42, qui *Latino* habere videtur.— 4. *Verrea* Lagg. praeter 42.— *non* om. 29.— 8. *videantur* V (Br.) et Lagg. praeter 6; recte. — 19. *fecerant* V, ut Lag. 42, recte.— 21. *qui ibi pr. fuerunt* glossa videtur Bakio. (*fuerint* 42.) — 24. *hi*] *ii* V, ut ex mendo cod. Lg42 scribendum esse indicavimus, quo novo exemplo disputatio Iordani ad pag. 223, 21. refutatur. — 26. *tibi necessario* etiam V habet. — 27. *QVIDEM* *INTE* V. — 28. *COS.* V. — 29. lectionem cod. 29 a Zumptio non allatam nos adiecimus, sed vitiose operae dederunt *observabit* pro *obsecrabit*. Item p. 224. 1 et 2 testimonia codd. Lagg. accuratius rettulimus. (Utrum V *obsecrarunt* an *obsecrarint* habeat, incertum est; ex spatio potius colligas in eo esse *obsecrarint*.)

pag. 224. v. 1. *prae* habet V, non *pro*. — 4. *hominem* V. — 8. In 42 *Nethini* pro *Netinenses* esse, apud Z. non commemoratum est. — 9. *scitis* habet 29. — 12. *et* om. 42 p. — 13. *arbitrarentur* idem. — 19. *videor verum utrum* 29. — 24. *ecquo* habet 29. — 26. *iacentis reuolsasque* 42. — 28. *arbitrantur itaque Rhodi* 42 p. — 31. *ei regi* Nieb. ex solo 42 p., non item ex 29 attulit. — 34. *hominem* Bakius l. c. p. 190. inducendum putat.

pag. 225. v. 1. *eos* om. 42 p. — 3. *huius* idem. — 4. *eius*] *non* 1. 14. 29. 45. 48. — 6. *praetoris pop. R.*] *p. R.* 42., ut fortasse *praetoris* sine *populi R.* scribendum sit. — 10. *ablecta* habet 29, non *abluta*, ut est apud Z. — 12. *si ullam* 29. — 14. *eadem causa* 29 et 6; *ea de causa* rell. praeter 42. — *equm* (sic) 29. — *inanem*] *munere* 42 p. — 26. *quam*] *quoniam* 42. — 31. *ea molitio* 42 p. — *XXX minus non* est in Lagg. dett., de quibus non accurate dicit Z. — 33. *eius* om. 29.

pag. 226. v. 8. *igitur*] *qui* 42 p. — 10. *hoc* 6. — 12. *et* om. 42. — 14. *nomen ipsorum Romanorum* 29. — 15. *delexerit* 42 p. — 16. *sua* om. Lagg. praeter 29. 42. — 17. *illam*] *illa decreta* 42 p. — 18. *decem milia*] *X* 42. (pro $\overline{X}$.) — 26. *hoc* habet etiam Lag. 6. — 27. *ut his uisis quidem* 42 p. — 31. *ofuit* 29, *offugit* 42 p. — pro *purgationem* 42 non habet *vocationem*, ut est apud Z., sed *vacationem*. Ac videtur lectio ferri posse; cf. quem locum attulit Klotzius in ed. I. p. XII. Ciceronis apud Nonium p. 436, 19: *quo* (scr. *quom*) *mihi et Philippo vacationem das, bis gaudeo; nam et praeteritis ignoscis et concedis futura.* — 38. *quo simul* 42 p. — *est quantum* om. idem.

pag. 227. v. 1. *at hi*] lectio *a l i* in V facit ut hic quoque *at ii* restituendum esse videatur. — 2. *que* om. 27. 42. — 4. *decimas* 42. — *inmunes* V. — 5. *arant*] *erant* V. — 7. *possis*] *possum* 29. 42, ut Zumptius recte rettulit; nec ulla est ad lectionem *non possim* v. 8. varietas notata. Cum eadem lectio etiam in V sit (qui et v. 7. et v. 8. *possum* habet), ut nunc tandem a Brunnio confirmatum est, iam nemo dubitabit egregiam emendationem accipere. — 10. *eum his quoque* (i. e. iudicibus) Bakius p. 204. (*eum quoque uobis* V.) — 11. *existimant* V m. pr. — 13. *enim* om. V. — 15. *inscribi* V; num *que* superscriptum fuerit, dignosci non potest. — 16. *inimicorum* habet V, item *positas* v. 18. — 17. *quis* om. 29. — 18. *ab* om. 42 p. — *Siciliae* 5. 6. 42: *Sicilia* rell. Lagg. — 20. *singulis et eius* idem. — 21. *potest* V. — *tibi nihil* 29. — 22. *Siculorum omnium* V, quae vera lectio videtur. — 24. *speraris* habet V, et deinde *posse extinguere*. — 27. *aput* V. — 33. *circa* 29 p.

pag. 228. v. 5. *quibus* 42 p.— 7. *grandis* 42. — 8. *Carpinatius* delet Bake. — 10. *Caluuenius* 42 p. — *portis* idem. — 13. *ita factum*] *id ait* 42 p. — 14. *accedit* idem. — 16. *re* om. 29; *re ac* om. dett. (minus accurate Z.) — 19. *si* om. 42 p. — *ea quae antea scrips. ea plane* sic 42, si recte a Lagom. relatum est. — 25. *iste egerit* 42 p. — 30. *possit* 29. — 32. *hae* Lagg. praeter 42.

pag. 229. v. 1. *at*] *ad* 42. — 6. *quasi* om. 29. — 7. *ex his* 42. — 12. *communis* 42. — 18. *quid sociorum* om. 42 p. — *prontius* idem. — 20. *arbitraretur* 42 p. — 23. *velint* 27. 29. — 24. *auri et argenti* 7 dett. — 28. *L.*] *te* 42 p. — 29. *videretur* 42 p. — 30. *Canulei* Lagg. omnes: *Canuleii* O. — 31. *dicit* 29. — 35. *ista mihi* Lagg. praeter 6 et 42. — *discedo* 42 p. — 3. *publicanorum iudicio* inducit Bake p. 205.

pag. 230. v. 1. *cum* om. 42 p. — 3. *si planum sit* 42 p. — 15. *honesta* 42 p. — *mihimet si* ex 29 Zumptius non attulit. — 19. *esse* om. 29. — 23. *decrerunt* idem. — 24. *iudices si essent* bene susp. Bakius l. c. p. 206. In eadem §. v. 26. verborum distinctio sic corrigenda est: *scirent esse: — quem igitur* cet.; nam in oratione anacoluthon esse iam Zumptius bene perspexit. — 29. *potuit* 42, quam lectionem Z. non habet (ex *poterit*?). — 30. *de medio remota* 29. — 31. *omnia ita incognita -- videbantur* 42 p.

pag. 231. v. 3. *causis*] *conl* 42 p., cum linea curvata per *l*. — 8. *deinde*] *domi* 42. — 14. *quaerundus* 42. — *homini*] *bonum* 42. — 16. *a L.* 42. — 26. *triclinorum* 42 p. — 27. *tibi id opus fuerit quaero* 29.

pag. 232. v. 3. *ex*] *et* 42 p. — *vicensima* 29. — *portoriis* 42 p. — 4. *uti pusilli* 42 p. — 6. *Sicilia* om. Lagg. praeter 29. 42. — *hoc est ins.* 27. 29; *hoc insula* 42; *haec est insula* rell. Lagg. (hinc corrigenda est adnot. critica.) — 7. *marinos* 29. — *putatis* 42 p. — 8. *Panhormo* 29. — 9. *Messane* 42 p. — 11. *delegarat* idem. — 12. *servari* idem. — 14. *ut omnes* om. 42 p. — 16. *acceptas et expensas* 42 p. — 18. *confictas* 29. — 19. *usuram* dett. — 31. *cum manifesta res flagitiosa l.* 42. (desideratur optima lectio apud Z.) — 32. *incipimus* Lagg. praeter 42. — *de* om. 42 p. — 37. *defert* 42 p.

pag. 233. v. 6. *discessionem* 29. 48. — 8. *iste*] *is* 29. — 9. *pecuniarius* Lagg. praeter 27 et 29. — *omnes* om. 29. — *conuentum* V. — 11. *quis*] *que* 42. — *seruos* 42. — 14. *non qua illum cogi putabam* 42. — 17. *atque*] *at* V; num *Q.* superscriptum sit, incertum est. — *vix vivum*] *maximum* 42 p. — 19. *in scribendo* V egregie, ut locum Arus. Mess. p. 210. affert. Quod in eodem Lindemannus scripsit *primarii viri*, secutus est ille codicem Gud.; verum verborum ordinem Maius ex suo cod. in ed. Rom. dedit. — 20. *assimilatae* 42. — *assimulatae et expressae* V, recte. — 22. *ab omnibus* Lagg. praeter 29. — *obligata* 42 p. — 23. *quem es nunt tum paene* V. — 31. *codam* 1. 5. 27. 45: *quodam* 6. 42; *quondam* 48; *condam* 14; *cogam* 29. — 32. *esse* ante *in litura* habet V, quamquam Maius contra esse affirmavit. — 34. *exibeas* V. — 35. *laudentur* V.

pag. 234. v. 1. *diluerent* V. — 3. *praestiterit* 42 p. — 4. *ut nullius vitae* idem. — 5. *in* om. 29. — 8. *at*] *ad* 42. — 11. *iners* 42 p. — 13. *ad haec* Lagg. — 16. *neque*] *ne* 29 solus ex Lagg.

AD LIBRUM III. ACCUSATIONIS.

pag. 236. v. 21. *Quo minus*] Bakius l. c. p. 207. acute suspicatur scribendum esse: *quamquam minus*. «Manifestum est hoc velle oratorem, ut eius modi curam, qua Crassus continebatur, elevet maioremque fore ostendat in eo, qui idem institutum matura aetate sequatur.» Quod si recte disputatum est, pro sequenti *etiam*, quod quo modo corrigeret haerebat Bakius, *iam* scribendum videtur.

pag. 237. v. 21. *ergo in isto reo* Bakius p. 208. «i. e. hinc consequitur me, cum istum reum faciam, hanc mihi legem statuere.»

pag. 257. v. 21. Ex lectione codicis Lag. 42 corrigendum videtur: *iudicia in socios fidelis, in provinciam suburbanam?*

pag. 259. v. 15. *Quo modo?* post *etiam* ineptum est; equidem scribo: *Etiamne si plus edidisset quam quantum natum esset? Etiam, quoniam magistratus ex istius edicto exigere debebant.* Erunt fortasse qui in lectione Vaticani *quando*, ut idem significante, acquiescant.

pag. 268. v. 21. *videbant* susp. Bakius p. 212.

pag. 300. v. 24. *quae pro frumento debita esset* Bakius p. 212.

pag. 305. v. 5. *sed ita multi* idem p. 212.

pag. 314. v. 28. *si hoc probabitis et si . . . iudicabitis* susp. idem p. 213.

AD LIBRUM IV. ACCUSATIONIS.

pag. 327. v. 26. *haec videlicet* (ex *iud.), quod putabant* susp. Bakius p. 215.

pag. 333. v. 9. *tu, quod ego privatim negotii geram, interpretabere* cet. idem p. 216.

pag. 337. v. 6. *quid existimas hos facere posse?* idem p. 216., abiecto *iudices*.

pag. 340. v. 2. «Male Klotzius et Iordanus deseruisse videntur Lambini et Orellii (1)

verborum distinctionem, cuius concinnitas sponte apparet: *quid erat quod Calidius Romae quereretur --, si emeras? quid erat quod confirmabat --, si id tibi sua voluntate vendiderat?*» Bait.

pag. 342. v. 28. *Illud vero optimum. Cum Haluntium venisset* Bake p. 218.

pag. 346. v. 7. *nomine: ea per triennium* idem p. 218.

pag. 350. v. 13. «Excidisse puto *candelabrum* ante *illud.*» Bake p. 220.

pag. 353. v. 24. *abs te officium, tuo debitum generi ac nomini, requiro* cet. idem p. 221.

pag. 357. v. 8. «Abiiciatur emblema *de Mercurio Tyndaritano*, quod ne Latinum quidem est, cum postularetur *crimen Mercurii Tyndaritani* (?)». idem p. 222.

pag. 360. v. 32. *posteris nobis*, quam emendationem iam ego in ed. Lips. proposueram, etiam Bakius p. 222. requirit.

pag. 361. v. 12. *permotus scilicet atrocitate negotii* idem p. 223.

pag. 363. v. 7. *criminibus enim arguitur* idem p. 223.

pag. 367. v. 3. *servatum esset* idem p. 224. Cf. antitheton: *qui . . . clausus fuisset.*

pag. 371. v. 25. *Syracusani* post *incolae* Bakio p. 225. interpolatio videtur.

pag. 377. v. 23. *excogitat sane acute quod decernat* idem p. 228.

AD LIBRUM V. ACCUSATIONIS.

pag. 392.. v. 13. «Revocandum erat *intelliges*, quamquam ex deterioribus libris. Stulte sane Verres eo confugeret, si iam intelligeret ex eo nullam sibi defensionem ortam, sed intellecturus erat.» Bake p. 230. Inducit idem v. 14. *Italici.*

pag. 397. v. 25. *et* post *litteras* inducit idem p. 233.

pag. 401. v. 23. In edit. Lips. distinxi *Lilybaeum fortasse?* ut haec interrogatio respondeat sequenti *Panormum igitur?*

pag. 412. v. 16. *advocat amicos statim: quaerit ex his* cet.] «Haec sic coniunguntur, tamquam si ex amicis quaesivisset; credo unam syllabam per similitudinem praecedentis absorptam legendumque: *tum quaerit ex iis.*» Bake p. 236.

pag. 424. v. 17. *vindicandum* Bakius p. 241. «Non quaerebat nunc quid aliquando factum esset, sed quid fieri oporteret ac saepe necesse esset.»

pag. 436. v. 18. *remitteres: ignoraret* (sine *si*) cum Manutio commendat Bakius p. 242.

pag. 437. v. 5. Verba *civem Romanam* delenda esse etiam Bakius p. 242. intellexit. Cf. adnot. meam in edit. Lips.

pag. 439. v. 12. *nempe* inducendum esse putat Kayserus in *Heidelb. Jahrbb.* 1853. p. 393. (Idem proponit II. §. 22. p. 183, 25. *tunc* pro *hunc*; obelo notat II. §. 131. p. 216, 7. verba *quod omnes Siculi -- conferunt*; item IV. §. 137. p. 374, 2. vv. *is qui tum magistratum S. habebat*; IV. §. 143. p. 376, 8. totum illud *in qua curia -- commoveret* idem pro emblemate habet; denique V. §. 81., quem locum iam Bakius p. 234. impugnaverat, scribit: *mulieres autem nobiles, in quibus erat Nice*, mediis deletis, ut ex III. §. 77. huc illatis.)

De verbis *res publica meaque fides* p. 442. v. 22. vide Bakium p. 243 sq.

M. TULLII CICERONIS

ORATIONIS PRO M. FONTEIO

QUAE SUPERSUNT.

RECOGNOVIT

CAROLUS HALMIUS.

NOTARUM EXPLICATIO.

P = Palimpsestus Vaticanus, olim Palatinus XXIV., ex quo Niebuhrius tria fragmenta orationis (§§. 1—6.) Romae a. 1820. primus edidit.

V = codex vetustissimus, qui in tabulario basilicae Vaticanae asservatur. Hunc codicem post Faërnum iterum contulerunt Garatonius et Niebuhrius. Atque Garatonii quidem collationem ex eius schedis ineditis quae Ravennae exstant Tychò Mommsenius in usum nostrum descripsit. Collatione autem Niebuhriana illa usi sumus, quae exstat in exemplo editionis Garatonianae, quod vir summus possederat, ipsius manu ex codice descripta, et nobiscum a v. cl. Classenio perhumaniter communicata est. Non possumus enim probare quod Niebuhrius «monstrosas scripturas, quibus nihil omnino boni subesse potest», ut ait in *Oratt. p. M. Fonteio* cet. *fragmentis* p. 112., codicis primarii omittendas putavit; nam insunt in lectionibus omissis quaedam, ex quibus cautus criticus utique fructum capere possit; v. ad §§. 31. 36. 40. 44.

S = codex Salisburgensis aulicus n. 34., nunc cod. Lat. Monacensis 15734., ab I. G. Krabingero diligentissime collatus. Sufficere visum est ex reliquis codicibus, qui partem a V servatam continent, hunc unum adhibuisse, ut ex uno collationis diligenter factae exemplo appareat, quo modo homines Itali in codice archetypo Vaticano, ex quo reliquos omnes defluxisse manifestum est, aut emendando aut vitiando versati sint.

L = editio Lambiniana a. 1566.

O = editio Orelliana a. 1826.

I. Fragmenta a Niebuhrio ex codice palimpsesto Vaticano edita.

I. 1. *** *o*portuisse an ita dissolvit, ut omnes alii dissolverunt? Nam ita ego defendo M. Fonteium, iudices, itaque contendo, post legem Valeriam latam .... te .. quaestore usque ad Titum Crispinum quae-

---

1. *** *o*portuisse] Litteras oblique in §§. 1—6. impressas supplevit Niebuhrius, cui quae proxime praecedebant huiusmodi fuisse videntur: *Utrum iam vobis videbitur in solvendo aliam a Fonteio rationem teneri oportuisse* cet., allato scilicet, ut ex sequentibus patet, Hirtulei exemplo. — *dissolverunt* Niebuhrius: *DISSOLVERINT* P et O. — 3. Lacunam post *latam* sic supplevit Niebuhrius: *a M. Fonteio*; at desideratur, ut recte

storem aliter neminem solvisse: hunc omnium superiorum, huius autem omnes, qui postea fuerint, auctoritatem dico secutos. Quid accusas, quid reprehendis? 2. Nam quod in tabulis dodrantariis et quadrantariis, quas ait ab Hirtuleio institutas, Fontei officium desiderat, non possum existimare, utrum ipse erret an vos in errorem ducere velit. Quaero enim abs te, M. Plaetori, possitne tibi ipsi probata esse nostra causa, si, qua in re abs te M. Fonteius accusatur, auctorem habet eum, quem tu maxime laudas, Hirtuleium: qua in re autem laudas Hirtuleium, Fonteius idem fecisse reperitur. Reprehendis solutionis genus: eodem modo Hirtuleium dissolvisse publicae tabulae coarguunt. Laudas illum, quod dodrantarias tabulas instituerit: easdem Fonteius instituit et eodem genere pecuniae. Nam ne forte sis nescius et istas tabulas existimes *ad diversam veteris aeris* alieni rationem pertinere, ob unam causam et in uno genere sunt institutae. Nam cum publicanis, (qui Africam, qui Aquiliense por*torium conducta habebant*) * * * *

II. 3. * * cite * * * Nemo, nemo, inquam, iudices, reperietur, qui unum se in quaestura M. Fonteio nummum dedisse aut illum ex ea pecunia, quae pro aerario solveretur, detraxisse dicat: nullius in tabulis ulla huius furti significatio, nullum in iis nominibus intertrimenti aut deminutionis vestigium reperietur. Atqui homines, si qui *tenentur* hoc genere quaestionis, accusatos et reprehensos videmus primum testibus: difficile est enim eum, qui magistratui pecuniam dederit, non aut induci odio ut dicat, aut cogi rel*ig*ione: deinde si qua gratia testes deterrentur, tabulae quidem certe incorruptae atque integrae manent. Fac omnes amicissimos Fonteio fuisse: tantum hominum numerum ignotissimorum atque alienissimorum pepercisse huius capiti, consuluisse famae: (res ipsa tamen ac ratio li*tt*erarum confectioque tabularum habet hanc vim) ut ex acceptis et datis quidquid fingatur aut surripiatur aut non constet appa-

---

Theod. Mommsenius monuit, nomen quaestoris, qui primus secundum legem Valeriam dissolvit. — *usquae* P. — *Titum* P: *T.* O. — *quaestorem* Niebuhrius: *QVE* P. — 2. *omnis* P. — *quid accussas quid repraendis* P. — 3. *dodrantaris* P, sed statim *quadrantariis*. — 4. *Fonteii* O. — *exeistumare* P. — 6. *tibi*] *TIVI* P. — *caussa sei qua* P. — 7. *maxume* P. — 9. *repraehendis* P. — 10. *DISSO | LVISSE* P, de qua syllabarum per duos versus distributione v. Nieb. notam p. 58. — 12. *exeistumes* P. — 13. *aliaeni* P. — *caussam* P. — 14. *publicaneis* P. — *Aquileiense* suspicatur Mommsenius. — 16. *CITE*] «Aut *recitet* aut *recitent* aut *recitentur* scriptum fuisse minime dubium est, ubi oculi nihil praeter quattuor litteras assequuntur: nam syllaba *re* cum alia pagina periit. Huius autem paginae latus universum quod pag. 49. repraesentavi, ita erasum est, ut inter ea quae, modo assiduam operam impenderis, legi tamen possunt, nihil difficilius occurrere credo [credam?].» Niebuhr. — 18. *dicat* P: *deicat* Nieb. — 19. *furtei* P. — *iis*] *ieis* P, sed posterior *i* sup. lin. — 20. *Atqui -- testibus*] Sic scripsi admonitu Mommsenii *tenentur* addens: *Atqui omnes ii, quos in hoc genere -- videmus, premuntur testibus* cum Niebuhrio O. In P est: *ATQVI HOMI | NESSEIQHOCGENE | REQVAESTIONIS | ACCVSATOSETRE | PRAEHENSOSVI | DEMVSPREIMVM | TESTIBVS* (*IN* written above) cet. De littera *Q* post *SEI* hoc adnotavit Niebuhrius: «In litteris quadratis contra morem est singularis littera *Q*, cuius ductus rectus lineola transversa decussatur: quae siglae vice fungitur, et *quos* exprimere omnino debet.» — 21. *difficilest* P. — 23. *ut deicat aut cogei* P. Quod deinde Niebuhrius supplevit *religione*, id etiam *relegione* scriptum esse poterat. — *si*] *SE** P, i. e. *sei*. — *DETERENTVR* P; correxit Nieb. — 24. *OMNIS AMICISSVM | MAS* P. — 25. *ignotissumorum atquae alienissumorum* P. — 26. *fame* P. — 27. *literarum* O; at desunt in P tres litterae, itemque alias in eo semper *littera* scriptum est. — 28. *surrupiatur* P. Cf. Ritschelii *Prolegg. ad Plautum* p. XCV. et Fleckeisenum in *Annall. philol. et paedag. novis* Vol. LX. p. 251 sqq.

reat. Acceptas populo Romano pecunias omnes isti rettulerunt: si protinus aliis aeque magnas aut solverunt aut dederunt, ut quod acceptum populo Romano est, id expensum cuipiam sit, certe nihil potest esse detractum. Sin aliquid domum tulerunt, ex eorum arca e ra *** —

III. 4. Deorum hominumque fidem! testis non invenitur in ducenties et triciens sestertio. Quam multorum hominum? Sescentorum amplius. Quibus in terris gestum negotium est? Illo, illo, inquam, loco, quem videtis. Extra ordinemne pecunia est data? Immo vero nummus nullus sine litteris multis commotus est. Quae est igitur ista accusatio, quae facilius possit Alpes quam paucos aerarii gradus ascendere: diligentius Rutenorum quam populi Romani defendat aerarium: lubentius ignotis quam notis utatur, alienigenis quam domesticis testibus: planius se confirmare crimen lubidine barbarorum quam nostrorum hominum litteris arbitretur? 5. Duorum magistratuum, quorum uterque in pecunia maxima tractanda procurandaque versatus est, triumviratus et quaesturae, ratio sic redditur, iudices, ut in iis rebus quae ante oculos gestae sunt, ad multos pertinuerunt, confectae publicis privatisque tabulis sunt, nulla significatio furti, nulla alicuius delicti suspicio referatur. 6. Hispaniensis legatio consecuta est, turbulentissimo rei publicae tempore, cum adventu L. Sullae in Italiam maximi exercitus civium dissiderent *de* iudiciis ac legibus: atque hoc rei publicae statu desperato qualis ***

II. Fragmenta ab aliis scriptoribus servata.

IV. 7. Si nulla pecunia numerata est, cuius pecuniae quinquagesima est?

---

1. *P. ROMANO* P, item v. 3. — *istei* P. — *rettulerunt* P: *retulerunt* O. — *sei* P. — 3. *ID | DEXPENSVM* P. — *quoipiam* P. — 4. *aliquid domum* Mommsenius: *aliqui domum* P O. — *ARCAERA* P. «Haec ita [*arca e ra*] divisi, quia arca ad rem pecuniariam proprie pertinet, neque intelligere possum quid h. l. sibi velit *arcera*, quamquam hanc vocem apud Ciceronem lectam fuisse Nonius significat 1, 270. [p. 55. ed. Merc.], et librarius diphthongo *ae* perperam ponenda aliquoties erravit: deinde vero, quia praeter verba *eradere* et *eradicare* quaeque ab iis derivantur nulla sunt, de quibus cogitari possit, atque profecto ne de his quidem. Syllaba *ra* prima alicuius nominis fuerit; *rationibus* verbi gratia.» Niebuhr. Mommsenius supplet: *e rationibus accepti et expensi constabit.* — 5. *inueneitur* P. — *ducenties* Mommsenius: *ducentis* P O. — 6. *triciens* P: *tricies* O. — *sescentorum* P: *sexcentorum* Nieb. et O. — 9. *que est* P. — 10. *A*PIS* P. — *aerari* P. — *adscendere* O. — 11. *Rutaenorum* P. — *pop. Ro.*] *PR.* P. — 12. *noteis* et *domesticeis* P, sed idem *ignotis*. — 13. *lubeidine* P.— 14. *maxuma* P. — 15. *PRO | CVRANDAQVER | SATVS* P. — *quaesture* P. — 16. *seic* P. — *ieis rebusque* P. — *geste* P. — 17. *MV | TOS* P. — *confecte* P. — *priuatisquae* P. — *SINT* P; correxit Nieb., nisi malis antea *gestae sint* et *pertinuerint* emendare. — 18. *furtei* P. — *aliquoius* P. — *suspeicio* P. — 19. *consecutast turbulentissumo reip.* P. — *AD | VENTV L. SVLLAE | MAXVMIEXERCI | TVS IN ITALIAM | CIVIVMDISSIDE | RENTIVDICIIS* P; correxit Niebuhrius, etiam hanc alteram emendandi rationem proponens: *cum adv. L. S. maximi exercitus civium in Italia* [quidni *in Italia civium*?] *dissid. de* cet. Recepi Niebuhrii emendationem, quamvis sit dubia. Mommsenius, cui locus lacunosus videtur, haec proposuit: *adventu L. Sullae maxumi exercitus* (genit.) *in Italiam cives dissiderent vi et armis, non iudiciis ac legibus.*

22. (§. 7.) C. Iulius Victor VI. §. 2. pag. 219. Or. «*In re autem coniectura argumenta ducuntur a toto, a parte, a genere, a specie* cet. — — *Et ut M. Tullius in defensione fecit pro Fonteio*: si nulla pecunia numerata est, *quod est totum*: cuius pecuniae quinquagesima est? *quod est pars.*» — Idem VI. §. 4. p. 222.: «*Et quemadmodum supra quaerebamus, quid esset simile, ita et e contrario consideremus, quid in se dissimile habeat ea res quae in quaestionem venit, ut pro Fonteio M. Tullius exsequitur; quod eius causa*

8. Frumenti maximus numerus e Gallia, peditatus amplissimae copiae e Gallia, equites numero plurimi e Gallia.

9. Gallos post haec dilutius esse poturos.

10. Plaetorii matrem, dum vixisset, ludum, postquam mortua esset, magistros habuisse.

III. Pars orationis in codicibus vulgaribus servata.

V. 11. [I. 1.] . . hoc praetore oppressam esse aere alieno Galliam. A quibus versuras tantarum pecuniarum factas esse dicunt? A Gallis? Nihil minus. A quibus igitur? A civibus Romanis, qui negotiantur in Gallia. Cur eorum verba non audimus? cur eorum tabulae nullae proferuntur? Insector ultro atque insto accusatori, iudices: insector, inquam, et flagito testes. Plus ego in hac causa laboris et operae consumo in poscendis testibus quam ceteri defensores in refutandis. Audaciter hoc dico, iudices; non temere confirmo. Referta Gallia negotiatorum est, plena civium Romanorum. Nemo Gallorum sine cive Romano quicquam negotii gerit: nummus in Gallia nullus sine civium Romanorum tabulis commovetur. 12. [2.] Videte quo descendam, iudices, quam longe videar ab consuetudine mea et cautione ac diligentia discedere. Unae tabulae proferantur, in quibus vestigium sit aliquod, quod significet pecuniam M. Fonteio datam; unum ex tanto negotiatorum, colonorum, publicanorum, aratorum, pecuariorum numero testem producant: vere accusatum esse concedam. Pro di immortales! quae haec est causa? quae defensio? Provinciae Galliae M. Fonteius praefuit, quae constat ex iis generibus hominum et civitatum, qui, ut vetera mittam, partim nostra memoria

---

non sit eadem quae Verris.» Extrema verba post Orellium Klotzius in fragmenta orationis recepit; ego non item, quod non Ciceronis ipsius videntur. — 1. (§. 8.) Aqvila Romanvs de fig. sent. et eloc. §. 35.: «*ANTISTROPHE, conversio --, cuiusmodi est haec pro Fonteio*: Frumenti -- plurimi e Gallia.» Repetiit ex Aquila locum Martianus Capella V. §. 534. p. 457. ed. Kopp. — 3. (§. 9.) Ammianvs Marcellinvs XV. 12, 4.: «*Vini avidum genus* [Gallorum], *adfectans ad vini similitudinem multiplices potus: et inter eos humiles quidam obtusis ebrietate continua sensibus, quam furoris voluntariam speciem esse Catoniana sententia definivit, raptantur discursibus vagis: ut verum illud videatur, quod ait defendens Fonteium Tullius,* Gallos post haec dilutius esse poturos, *quod illi venenum esse arbitrabantur.*» — 4. (§. 10.) Qvintilianvs Inst. orat. VI. 3, 51.: «*Pervenit res usque ad aenigma, quale est Ciceronis in Plaetorium Fontei accusatorem*, cuius matrem *dixit* -- habuisse.» — Praeter haec fragmenta alia nova quadraginta fere versus complectentia latere dicuntur in codice aliquo, quem Theodorus Oehlerus Francofurtensis in coenobio quodam tractus Rhenani inferioris invenit, qua de re exposui in Schneidewini Philologo IV. p. 373 sqq. Schedas defuncti frater eius, qui olim rebus scholasticis in pago Aroviano *(Kanton Aarau)* praepositus erat, nunc Francofurti ad Moenum mercaturas facit, possidet thesaurumque draconis instar custodit exspectans, opinor, dum aliquis veniat, qui singulos versus nummis aureis redimere velit. Unum tamen fragmentum innotuit, quod Theod. Oehlerus cum Baitero per litteras communicaverat. Hoc, donec reliqua fragmenta vulgata erunt, praestare visum est hic in notis repetere: *Exurgite quaeso viri optimi atque fortissimi, legati amplissimae atque honestissimae civitatis, resistite per deos immortales eorum periuriis iniuriisque], quorum saepe numero telis restitistis.*

8. *alieniso calliam* V. — 9. *tactas* V. — 11. *non* om. V. Nolim putare quod coniicere possis, *nulla* intercidisse. — 12. *utro* V. — 13. *et*] *ac* edd. vett. — *flagitio* V. — *testis* VS. — 14. *audacter* S. — 15. *refercta* S. — 16. *quicquam* VS: *quidquam* O et sic semper. — 17. *numus* S. — 19. *una* V. — 21. *M.* om. VS; addidit Baiterus. — *unam* V. — *ex tanto* scripsi: *ex toto* VS; *ex tot* Gulielmius. Cf. §. 3. 15. 16. — 22. *producantur* V. — 23. *proh* S. — *di* V: *dii* SO.

bella cum populo Romano acerba ac diuturna gesserunt, partim modo ab nostris imperatoribus subacti, modo bello domiti, modo triumphis ac monumentis notati, modo ab senatu agris urbibusque multati sunt; partim qui cum ipso M. Fonteio ferrum ac manus contulerunt multoque eius sudore ac labore sub populi Romani imperium ditionemque ceciderunt. 13. [3.] Est in eadem provincia Narbo Martius, colonia nostrorum civium, specula populi Romani ac propugnaculum istis ipsis nationibus oppositum et obiectum: est item urbs Massilia, de qua ante dixi, fortissimorum fidelissimorumque sociorum, qui Gallicorum bellorum pericula populo Romano † copiisque remis compensarunt: est praeterea numerus civium Romanorum atque hominum honestissimorum. VI. [II.] Huic provinciae, quae ex hac generum varietate constaret, M. Fonteius, ut dixi, praefuit: qui erant hostes, subegit: qui proxime fuerant, eos ex iis agris, quibus erant multati, decedere coëgit: ceteris, qui idcirco magnis saepe erant bellis superati, ut semper populo Romano parerent, magnos equitatus ad ea bella, quae tum in toto orbe terrarum a populo Romano gerebantur, magnas pecunias ad eorum stipendium, maximum frumenti numerum ad Hispaniense bellum tolerandum imperavit. 14. [4.] Is, qui gessit, in iudicium vocatur: vos, qui in re non interfuistis, causam una cum populo Romano cognoscitis. Dicunt contra quibus invitissimis imperatum est: dicunt qui ex agris ex Cn. Pompei decreto decedere sunt coacti: dicunt qui ex belli caede et fuga nunc primum audent contra M. Fonteium inermem consistere. Quid coloni Narbonenses? quid volunt? quid existimant? Hunc per vos volunt, se per hunc incolumes existimant esse. Quid Massiliensium civitas? Hunc praesentem iis affecit honoribus, quos habuit amplissimos: vos autem absens orat atque obsecrat, ut sua religio, laudatio, auctoritas aliquid apud vestros animos momenti habuisse videatur. 15. [5.] Quid? civium Romanorum quae voluntas est? Nemo est ex tanto numero, quin hunc optime de provincia, de imperio, de sociis et civibus meritum esse arbitretur. VII. [III.] Quoniam igitur videtis qui oppugnatum M. Fonteium, cognostis qui defensum velint, statuite nunc, quid vestra aequitas, quid populi Romani dignitas postulet: utrum colonis vestris, negotiatoribus vestris, amicissimis atque antiquissimis sociis, et credere et consulere malitis, an iis, quibus neque propter

---

2. *a nostris* S. — 3. *mulctati* S, item infra. — 5. *dicionemque* V. — 6. *Martius* VS: *Marcius* LO. — 10. *populo Ro.*] *.P. R.* VS. — *copiisque remis* VS: alii emendare conati sunt *copiis remisque*, alii *copiis armisque*, quod falso Faërnus Vaticano tribuit; Orellius: *copiis remigibusque* vel *remigioque*; Lambinus: *a populo R. copiis armisque propulsarunt*, fretus ille lectione interpolata aliquot codd. *propulsarunt*; Mommsenius: *p. R. copiis quaerendis compensarunt.* — *maximus numerus* L ex Hotomani coni., qui praeterea *atque* retentum a Lamb. delendum censuit. — 12. *generum* VS: *gentium* O. — 13. *proxime* ex Hotomani coni. O: *proximi* VS. — *acris* V. — 15. *parerent*] *paterent* Lamb. — 18. *is qui* S: *his qui* V; *is haec qui* O cum ed. Iuntina. — 20. *cum populo .R.* S, *cum P. R.* V. «Hinc Faërnus fecit: *cum praetore*, prob. Nieb. perperam. Nimis enim languet ista sententia, cum iudices omnibus in causis *una cum praetore* causam ut cognoscerent necesse fuerit.» Orelli. — 21. *ex* ante *agris* Schuetzio, *ex* ante *decreto* Ernestio suspectum erat. — *Pompei* V (et sic ubique in genitivis *Pompei* et *Fontei*): *Pompeii* SO. (*ex M. Fonteii* ex Hotom. coni. L; at v. Garat. ad h. l.) — 22. *ex belli caede* Madvigius (ad *Cic. de Fin.* p. 571.): *ex bello caede* VSO. — 24. *se per* edd.: *semper* VS. — *incolomem* V; *incolumem* S. — 25. *adfecit* V. — 27. *aput* V. — 29. *quin* S: *quia* V. — 31. *oppugnant* S. — *velint* S: *velit* V. — *statuit* V. — 34. *malitis an is* V; *an adversariis* (om. *malitis*) S.

iracundiam fidem neque propter infidelitatem honorem habere debetis. 16. [6.] Quid? si maiorem etiam hominum honestissimorum copiam afferam, quae huius virtuti atque innocentiae testimonio possit esse, tamenne plus Gallorum consensio valebit quam summae auctoritatis hominum? Cum Galliae Fonteius praeesset, scitis, iudices, maximos populi Romani exercitus in duabus Hispaniis clarissimosque imperatores fuisse. Quam multi equites Romani, quam multi tribuni militum, quales et quot et quotiens legati ad eos! Exercitus praeterea Cn. Pompei maximus atque ornatissimus hiemavit in Gallia M. Fonteio imperante. Satisne vobis multos, satis idoneos testes et conscios videtur ipsa fortuna esse voluisse earum rerum, quae M. Fonteio praetore gererentur in Gallia? Quem ex tanto hominum numero testem in hac causa producere potestis? quis est ex eo numero, qui vobis auctor placeat? eo nos iam laudatore et teste utemur. 17. [7.] Dubitabitis etiam diutius, iudices, quin illud, quod initio vobis proposui, verissimum sit, aliud per hoc iudicium nihil agi, nisi ut M. Fonteio oppresso testimoniis eorum, quibus multa rei publicae causa invitissimis imperata sunt, segniores posthac ad imperandum ceteri sint, cum videatis eos oppugnare, quibus ... populi Romani imperium incolume esse non possit?

VIII. [IV.] Obiectum est etiam, quaestum M. Fonteium ex viarum munitione fecisse, ut aut ne cogeret munire, aut id quod munitum esset ne improbaret. Si et coacti sunt munire omnes et multorum opera improbata sunt, certe utrumque falsum est, et ob vacationem pretium datum, cum immunis nemo fuerit, et ob probationem, cum multa improbata sint. 18. [8.] Quid? si hoc crimen optimis nominibus delegare possumus, et ita, non ut culpam in alios transferamus, sed uti doceamus eos isti munitioni praefuisse, qui facile officium suum et praestare et probare possunt: tamenne vos omnia in M. Fonteium iratis testibus freti conferetis? Cum maioribus rei publicae negotiis M. Fonteius impediretur, et cum ad rem publicam pertineret viam Domitiam muniri, legatis suis, primariis viris, C. Annio Bellieno et C. Fonteio negotium

2. *afferam* scripsi: *adferta* V, *affert* S, *affero* edd. — 3. *qui -- possint* S. — 4. *summae auctoritatis* V: *summa auctoritas* S L. — *hominum* Faërnus: *omnium* V S L. — 6. *hispanis* V. — 7. *multi TR. Mil.* V. — *qualis* V. — 8. *quotiens* V S: *quoties* O. — *ad eos exercitus. Preterea Cn. Pompeius* S. — 10. *conscissos* V. — 11. *ecquem* et deinde *ecquis* L. (*quem -- potestis* perperam pro spuriis habuit Schützius.) — 17. *seniores* V. — 18. *videatis* V: *videant* S O. — *oppugnare* V Garat. teste: *oppugnari* S O. — *quibus* V: *quibus oppressis* S O. «Tenendum est *videatis*, mox pro *oppugnari* scribendum *oppugnare*; deinde autem pro *oppressis*, ubi sane vocabulum excidit, aliud reponendum, sed plane contrarii sensus: *victoribus* arbitror, ut tota periodus sic procedat: *Dubitabitis - aliud - nihil agi, nisi ut - segniores ad imperandum ceteri sint, cum videatis eos oppugnare, quibus victoribus P. R. imperium incolume esse non possit.*» NIEBUHR. Contra Orellius: «Nimium quantum *κατὰ τὸν λογικὸν τόπον* peccat N. coniectura, nec defendi debet ex initio huius capitis. Fortibus ducibus, qualis fuerat Fonteius, per quem c. 2. coloni etiam Narbonenses se *incolumes* existimabant esse, talibus, inquam, oppressis imperium ipsum P. R. incolume esse non poterat. Victoribus Gallis illud incolume non fore, quid, quaeso, attinebat dicere?» Lacunam statui cum Mommsenio, cui haec fere videntur deesse: *cum videatis eos oppugnare, quibus imperata sint ea, sine quibus populi R. imperium incolume esse non possit.* — 19. *incolumes* V. — 21. *municione* V. — 23. *est et*] *esset* V, *esset et* S. — *praetium* V. — 24. *et opprobationem* V. — 25. *sunt* S. — *denegare* S. — 27. *facite* V. — 28. *irati* V. — 30. *viam domitiat* V. — *muniri* Hotomanus et Faërnus: *munire* V S. — 31. *Belli.eno* V.

dedit. Itaque praefuerunt: imperaverunt pro dignitate sua quod visum est et probaverunt. Quod vos, si nulla alia ex re, ex litteris quidem nostris, quas exscripsistis, et missis et allatis, certe scire potuistis. Quas si antea non legistis, nunc ex nobis, quid de iis rebus Fonteius ad legatos suos scripserit, quid ad eum illi rescripserint, cognoscite. L. M. AD C. ANNIVM LEG. AD C. FONTEIVM LEG. L. A. A C. ANNIO LEG. A C. FONTEIO LEG.

19. [9.] Satis opinor esse perspicuum, iudices, hanc rationem munitionis neque ad M. Fonteium pertinere et ab iis esse tractatam, quos nemo possit reprehendere. IX. [V.] Cognoscite nunc de crimine vinario, quod illi invidiosissimum et maximum esse voluerunt. Crimen a Plaetorio, iudices, ita constitutum est: M. Fonteio non in Gallia primum venisse in mentem, ut portorium vini institueret, sed, in Italia iam hac proposita ratione, Roma profectum. Itaque Titurium Tolosae quaternos denarios in singulas vini amphoras portorii nomine exegisse, Segoduni Porcium et Munium ternos, Volcalone Servaeum binos et victoriatum, atque in his locis Segoduni et Volcalone ab iis portorium esse exactum, si qui Ebromago, qui vicus inter Tolosam et Narbonem est, deverterentur neque Tolosam ire vellent: Tolosae Oduluscantum senos denarios ab iis, qui ad hostem portarent, exegisse. 20. [10.] Video, iudices, esse crimen et genere ipso magnum; vectigal enim esse impositum fructibus nostris dicitur, et pecuniam permagnam ratione ista cogi potuisse confiteor: et invidia; vel maxime enim inimici hanc rem sermonibus divulgare voluerunt. Sed ego ita existimo, quo maius crimen sit id, quod ostendatur esse falsum, hoc maiorem ab eo iniuriam fieri, qui id confingat. Vult enim magnitudine rei sic occupare animos eorum, qui audiunt, ut difficilis aditus veritati relinquatur.

---

1. Malim *ii itaque praefuerunt.* — 2. *litteris* V S (ut semper): *literis* O. — 3. *nostris quas exscripsistis* (i. e. quas conscribendas curastis; nam Plaetorius earum editionem postulaverat) Faërnus et L: *nostris ex quas scripsistis* V S. — 4. *de his* S. — 6. *AD CANNIVM* V; *ad C. CANNIVM* S. — *L. A. A C. ANNIO* Orelli: *L. A. G. CANNINIO* V S. (sed S *C.* pro *G.*) Explicat Orellius: *Litterae missae ad C. A. leg. ad C. F. leg. Litterae acceptae a C. A. leg. a C. F. leg.* Sed si recte alterum *A* post *L* insertum est, potius explicandum videtur *allatae* scil. ad M. Fonteium, sive rescriptae, ut est supra: *litteris et missis et allatis*; add. Verr. III. §. 167. — 9. *ab his* S. — *tractatum* V. — 11. *ille* V. — *voluert* V. — 12. *M. Fonteio* scripsi: *a fonteio* V S; *M.* om. edd. Ortum est *A* ex siglo *M.* — 13. *in Italia iam* scripsi: *in Italiam* V S; *in Italia* edd. (Verba *in Italiam* Mommsenio delenda videntur.) — *hac* S: *ac* V. — 14. *Romam* V S. — 15. *amporas* V. Cf. Ritschelium *de titulo Mummiano* 1852. pag. V. — *exegisse, Segoduni Porcium -- exegisse*] Secuti sumus in loco, qui conclamatus videbatur, emendationes Mommsenii, quas proposuit et vindicavit in excursu, quem huic orationi subiunximus: codices V S: *exegisse Croduni (Crodum* S*) Portium et Munium ternos victoriatos M. Vulchalone (uulcalone* S, qui deinde *Servaeum -- in his locis* omittit. Aberravit enim librarius ab altero *Vulchalone* ad alterum.) *Servaeum binos et* (*et* in cod. esse, de qua re Orellius dubitavit, testatur collatio Garatoniana) *victoriatos M.* (*M.* om. S) *atque in his locis se crodunt Vulchalone ab iis* (*his* S O) *portorium esse exactum si quis* (*qui* S) *Cobiamacho* (*cobiomacho* S), *qui vicus inter Tolosam et Narbonem est, deverterentur* (*diverterentur* S) *neque Tolosam ire vellent Elesioduluscantum* (*Elosioduluscantum* Garatonio teste V, *elesiodolustantum* S) *senos denarios ab iis, qui ad hostem portarent, exegissent* (*exegisset* S). — 21. *inpositum* V. — 23. *invidia* Ernesti: *invidiam* V S. (Lambinus: *esse et crimen genere ipso magnum -- et invidiam.)* — 27. *ut* S: *et* V.

DE CRIMINE VINARIO. DE BELLO VOCONTIORVM. DE DISPOSITIONE HIBERNORVM.

X. 21. [VI. 11.] At hoc Galli negant. — At ratio rerum et vis argumentorum coarguit. — Potest igitur testibus iudex non credere? — Cupidis et iratis et coniuratis et ab religione remotis non solum potest, sed etiam debet. Etenim si, quia Galli dicunt, idcirco M. Fonteius nocens existimandus est, quid mihi opus est sapiente iudice? quid aequo quaesitore? quid oratore non stulto? dicunt enim Galli: negare non possumus. Hic si ingeniosi et periti et aequi iudicis has partes esse existimatis, ut, quoniam quidem testes dicunt, sine ulla dubitatione credendum sit, Salus ipsa virorum fortium innocentiam tueri non potest: sin autem in rebus iudicandis non minimam partem ad unam quamque rem existimandam momentoque suo ponderandam sapientiam iudicis, videte ne multo vestrae maiores gravioresque partes sint ad cogitandum quam ad dicendum meae. 22. [12.] Mihi enim semper una quaque de re testis non solum semel, verum etiam breviter interrogandus est, saepe etiam non interrogandus, ne aut irato facultas ad dicendum data aut cupido auctoritas attributa esse videatur. Vos et saepius eandem rem animis agitare et diutius uno de teste cogitare potestis et, si quem nos interrogare noluimus, quae causa nobis tacendi fuerit, existimare debetis. Quam ob rem, si hoc iudici praescriptum lege aut officio putatis, testibus credere, nihil est cur alius alio iudice melior aut sapientior existimetur: unum est enim et simplex aurium iudicium, et promisce et communiter stultis ac sapientibus ab natura datum. 23. [13.] Quid est igitur, ubi elucere possit prudentia? ubi discerni stultus auditor et credulus ab religioso et sapienti iudice? Nimirum illud, in quo ea quae dicuntur a testibus coniecturae et cogitationi traduntur, quanta auctoritate, quanta animi aequitate, quanto pudore, quanta fide, quanta religione, quanto studio existimationis bonae, quanta cura, quanto timore dicantur. XI. [VII.] An vero vos id in testimoniis hominum barbarorum dubitabitis, quod persaepe et nostra et patrum memoria sapientissimi iudices de

---

1. *DE CRIMINE* cet.] «Hoc quomodo accipiendum sit, docet Nieb. p. 41. e Plinii *Epist.* I. 20, 7. Unum tamen dubium mihi movet fragmentum illud ab Ammiano Marcellino servatum, quod e loco hic deperdito de crimine vinario desumptum esse iam Wagnerus censuit.» ORELLI. At poterat breve illud fragmentum etiam in alia orationis parte locum habere. — *DE BELLO CONTIORVM* V. *(DE BELLO .VO. CONTIORVM* S.) — 3. *ad hoc* V. — *at ratio*] *atrio* V teste Garat. — 4. *coargui potest. Igitur testibus iudices* S, qui deinde habet: *non solum potestis sed etiam debetis.* — 6. *qüia* S: *qua* V. — 7. *quesitore* S, *quaestitore* V. — 9. *iudices* V. — *ut q. quidem*] *ut quidam* S. — 10. *Salus* Hotomanus: *salus* edd. priores. — 12. *unamquanque* S. — *existimandam* V: *aestimandam* S. Locum non tetigit Rud. Dietschius, qui in *Observv. critt. in Sal. Iug.* (Grimmae 1845. p. 28 sqq.) de differentia verborum *aestimandi* et *existimandi* luculenter disputavit. — 13. *sapientiam iudicis videte ne*] *sapientiam iudicis ne* V; *sapientia iudicis tenet ne* S O (sed hic *nae)*; *sapientia iudicis tenet: videte ne* coni. Faërnus. At sufficit supplementum *videte*; ad verba *sin - - non minimam partem ad unam quamque rem - - ponderandam sapientiam iudicis* ex superioribus *esse existimatis* repetendum est. — *sint* V: *sunt* S O. Ex hac lectione Faërnus perspexerat *videte* in codd. intercidisse. — 16. *est saepe* Klotz: *et saepe* V S O. *(est interr. et saepe* L ex Hotom. coni.) — 18. *adtributa* V. — 19. *uno* V S: *unoquoque* ed. Hervag. — 21. *iudices* S. — 22. *sapienter* V S, quod idem vitium est in Rabiriana §. 32. — 23. *unum*] *his unum* V. Vide ne *existimetur esse: unum* scribendum sit. — *promisce* V S: *promiscue* O. — 26. *iudice*] *iud.* (sic) V. — 27. *coniecturae* V: *coniectura* S. — *cogitatione* V S; correxit Hotomanus. — 30. *dubitabitis* in V errore bis scriptum est.

clarissimis nostrae civitatis viris dubitandum non putaverunt? qui Cn. et Q. Caepionibus, L. et Q. Metellis testibus in Q. Pompeium, hominem novum, non crediderunt: quorum virtuti, generi, rebus gestis fidem et auctoritatem in testimonio cupiditatis atque inimicitiarum suspicio derogavit. 24. [14.] Ecquem hominem vidimus, ecquem vere commemorare possumus parem consilio, gravitate, constantia, ceteris virtutibus honoris, ingenii, rerum gestarum ornamentis M. Aemilio Scauro fuisse? Tamen huius, cuius iniurati nutu prope terrarum orbis regebatur, iurati testimonio neque in C. Fimbriam neque in C. Memmium creditum est. Noluerunt ii qui iudicabant hanc patere inimicitiis viam, quem quisque odisset, ut eum testimonio posset tollere. Quantus in L. Crasso pudor fuerit, quod ingenium, quanta auctoritas, quis ignorat? Tamen is, cuius etiam sermo testimonii auctoritatem habebat, testimonio ipso, quae in M. Marcellum inimico animo dixit, probare non potuit. 25. [15.] Fuit, fuit illis iudicibus divinum ac singulare, iudices, consilium, qui se non solum de reo, sed etiam de accusatore, de teste iudicare arbitrabantur, quid fictum, quid fortuna ac tempore allatum, quid pretio corruptum, quid spe aut metu depravatum, quid a cupiditate aliqua aut inimicitiis profectum videretur. Quae si iudex non amplectetur omnia consilio, non animo ac mente circumspiciet; si, ut quidque ex illo loco dicetur, ex oraculo aliquo dici arbitrabitur: profecto satis erit, id quod dixi antea, non surdum iudicem huic muneri atque officio praeesse; nihil erit, quam ob rem ille nescio quis sapiens homo ac multarum rerum peritus ad res iudicandas requiratur. XII. 26. [VIII. 16.] An vero illi equites Romani, quos nos vidimus, qui nuper in re publica iudiciisque maximis floruerunt, habuerunt tantum animi, tantum roboris, ut M. Scauro testi non crederent: vos Volcarum atque Allobrogum testimoniis non credere timetis? Si inimico testi credi non oportuit, (inimicior Marcello Crassus aut Fimbriae Scaurus) ex civilibus studiis atque obtrectatione domestica, (quam huic Galli) quorum qui optima in causa sunt equites, frumentum, pecuniam semel atque iterum ac saepius invitissimi dare coacti sunt, ceteri partim ex veteribus bellis agro multati, partim ab hoc ipso bello superati et oppressi. 27. [17.] Si, qui ob aliquod emolumentum suum cupidius aliquid dicere videntur, iis credi non convenit, credo maius emolumentum Caepionibus et Metellis propositum fuisse ex Q. Pompei damnatione, cum studiorum suorum obtrectatorem sustulissent, quam cunctae Galliae ex M. Fontei calamitate, in qua illa provincia prope suam immunitatem ac libertatem positam esse arbitratur.

An si homines ipsos spectare convenit, id quod in teste profecto

---

1. pro *et Q.* V bis *et quae* habet. — 5. *haecquem* V, *hecquem* S (et sic iterum paulo post). — *vere* V S: *vero* susp. Gulielmius. — 7. *ingeni* V. — 8. *huius*] *eius* Schützius; *huius* ante *iurati* posuit Ernesti. — *regebantur* S. — 10. *ii*] *.u.* V, *hi* S. — *viam*] *quam* V. — 11. *possit* V S. — 12. *is*] *his* V. — 15. *iudices* edd.: *iudicium* V, *iudicum* S. (Mommsenio *iudicium* glossa vocis *consilium* videtur.) — 16. *de reo* ed. Crat.: *de reo iudicium* V S. — *de accusatore et de teste* Graevius. — 17. *quid fortuna* V S: *quid a fortuna* L O. — 20. *ut quidque* V: *ut quicquam* S. — fort. *ex isto loco*. — 26. *M.* S: *L.* V. — 27. *Volcarum* Graevius: *Vulgarum* V; *belgarum* S. — *timebitis* susp. Orelli. — 30. *optumo* V, *optimi* S. — 31. *saepius*] *semper* bene suspicatur Mommsenius. — 32. *acro* V, ut p. 466. v. 13. — *ab*] *ad* V. — 35. *Q.*] *que* V. — 37. *ille* V S.

valere plurimum debet, non modo cum summis civitatis nostrae viris, sed cum infimo cive Romano quisquam amplissimus Galliae comparandus est? Scit Indutiomarus, quid sit testimonium dicere? movetur eo timore, quo nostrum unus quisque, cum in eum locum productus est? XIII. 28. [IX. 18.] Recordamini, iudices, quanto opere laborare soleatis, non modo quid dicatis pro testimonio, sed etiam quibus verbis utamini, ne quod minus moderate positum, ne quod ab aliqua cupiditate prolapsum verbum esse videatur: vultu denique laboratis ne qua significari possit suspicio cupiditatis, ut, et cum proditis, existimatio sit quaedam tacita de vobis pudoris ac religionis, et cum disceditis, ea diligenter conservata ac retenta videatur. 29. [19.] Credo haec eadem Indutiomarum in testimonio timuisse aut cogitavisse: qui primum illud verbum consideratissimum nostrae consuetudinis ARBITROR, quo nos etiam tunc utimur, cum ea dicimus iurati, quae comperta habemus, quae ipsi vidimus, ex toto testimonio suo sustulit atque omnia se scire dixit. Verebatur enim videlicet, ne quid apud vos populumque Romanum de existimatione sua deperderet, ne qua fama consequeretur eius modi, Indutiomarum, talem virum, tam cupide, tam temere dixisse. Non intellegebat se in testimonio nihil praeter vocem et os et audaciam neque civibus suis neque accusatoribus nostris praestare debere. 30. [20.] An vero istas nationes religione iuris iurandi ac metu deorum immortalium in testimoniis dicendis commoveri arbitramini, quae tantum a ceterarum gentium more ac natura dissentiunt? Quod ceterae pro religionibus suis bella suscipiunt, istae contra omnium religiones: illae in bellis gerendis ab dis immortalibus pacem ac veniam petunt, istae cum ipsis dis immortalibus bella gesserunt. XIV. [X.] Hae sunt nationes, quae quondam tam longe ab suis sedibus Delphos usque ad Apollinem Pythium atque ad oraculum orbis terrae vexandum ac spoliandum profectae sunt. Ab isdem gentibus sanctis et in testimonio religiosis obsessum Capitolium est atque ille Iuppiter, cuius nomine maiores nostri vinctam testimoniorum fidem esse voluerunt. 31. [21.] Postremo his quicquam sanctum ac religiosum videri potest, qui, etiam si quando aliquo metu adducti deos placandos esse arbitrantur, humanis hostiis eorum aras ac templa funestant? ut ne religionem quidem colere possint, nisi eam ipsam prius scelere violarint. Quis enim ignorat eos usque ad hanc diem retinere illam immanem ac barbaram consuetudinem hominum immolandorum? Quam ob rem quali fide, quali pietate existimatis esse eos, qui etiam deos immortales arbitrentur hominum scelere et sanguine facillime posse placari? Cum his vos testibus vestram

4

2. *infirmo* V. — 3. *Indutiomarus* V: *Induciomarus* S O (et sic semper); cf. Nipperdeium ad *Caes. B. Gall.* V. 3. — 4. *unum quisque* V. — 5. *non*] *ne* V, corr. in *no*. — 7. *positum* V, syllabae *os* altera *s* superscripta. — *prolapsus* V. — 8. *videtur* S. — 9. *ut et*] *ut at* V. — *exhistimatio est* V. — 10. *et cum* S: *at cum* V. — 12. *cogitavisse* V S: *cogitasse* O. — 18. *intellegebat* V. — 19. *vocem; os et audaciam* coni. Ravius II. p. 71. At v. Manutium ad h. l. — 23. *quod*] ne quis *quom* malit, cf. interpp. ad or. in Vatin. §. 22. p. 75. ed. meae Lips. — 24. *in* om. S. — *ab dis* V: *ab diis* O, *a diis* S. — 26. *a suis* S. — 28. *isdem* V: *hisdem* S, *iisdem* O. — 29. *Iuppiter* V: *Iupiter* S O. — 30. *vinctam* V: *sanctam* S. — 31. *postremum* S. — *quicquam* S m. pr.: *quisquam* S m. 2; *quidquam* O. — 32. *arbitrantur* S: *arbitrabantur* V. — 33. *hostis* V. — 37. *esse nos qui* V. — *immortalis* V.

religionem coniungetis? ab his quicquam sancte aut moderate dictum putabitis? 32. [22.] Hoc vestrae mentes tam castae, tam integrae sibi suscipient, ut, cum omnes legati nostri, qui illo triennio in Galliam venerunt, omnes equites Romani, qui in illa provincia fuerunt, omnes negotiatores eius provinciae, denique omnes in Gallia qui sunt socii populi Romani atque amici M. Fonteium incolumem esse cupiant, iurati privatim et publice laudent, vos tamen cum Gallis iurare malitis? Quid ut secuti esse videamini? Voluntatemne hominum? gravior igitur vobis erit hostium voluntas, quam civium? An dignitatem testium? potestis igitur ignotos notis, iniquos aequis, alienigenas domesticis, cupidos moderatis, mercennarios gratuitis, impios religiosis, inimicissimos huic imperio ac nomini bonis ac fidelibus et sociis et civibus anteferre?

XV. 33. [XI. 23.] An vero dubitatis, iudices, quin insitas inimicitias istae gentes omnes et habeant et gerant cum populi Romani nomine? Sic existimatis eos hic sagatos bracatosque versari animo demisso atque humili, ut solent ii, qui affecti iniuriis ad opem iudicum supplices inferioresque confugiunt? Nihil vero minus. Ii contra vagantur laeti atque erecti passim toto foro, cum quibusdam minis et barbaro atque immani terrore verborum: quod ego profecto non crederem, nisi aliquotiens ex ipsis accusatoribus vobiscum simul, iudices, audissem cum praeciperent ut caveretis, ne hoc absoluto novum aliquod bellum Gallicum concitaretur. 34. [24.] Si M. Fonteium, iudices, in causa deficerent omnia: si turpi adolescentia, vita infami, magistratibus, quos ante oculos vestros gessit, convictis virorum bonorum testimoniis, legationibus flagitiose obitis, invisus suis omnibus in iudicium vocaretur; si in eo iudicio colonorum populi Romani Narbonensium, fidelissimorum sociorum Massiliensium, civium Romanorum omnium testimoniis tabulisque premeretur: tamen esset vobis magno opere providendum ne, quos ita afflictos a vestris patribus maioribusque accepissetis, ut contemnendi essent, eos pertimuisse et eorum minis et terrore commoti esse videremini. 35. [25.] Nunc vero, cum laedat nemo bonus, laudent omnes vestri cives atque socii; oppugnent ii, qui saepissime hanc urbem et hoc imperium oppugnarunt; cumque inimici M. Fontei vobis ac populo Romano minentur, amici ac propinqui supplicent vobis: dubitabitis non modo vestris civibus, qui

---

1. *ab his*] *ab* V, *aut* S (om. *his*). — *sancte aut moderate* S: *sanctasaui moderata* V, quod aeque recte ita corrigere possis: *sancti aut moderati*. — 4. *omnes inequites* V. — 7. *tamen cum G. iurare* V: *tamen Gallis credere* S. «Optime V; iurati enim iudices cum testibus iuratis recte (simul) iurare dicuntur.» Or. — 8. *uideamin* V. — 9. *dignitate* V. — 11. *mercennarios* V S: *mercenarios* O. Illam scripturam non tantum codd. optimi semper, sed etiam deteriores plerumque habent. — 12. *ac nomini* om. cod. Oehleri; v. supra p. 465. ad §. 10. (*ad* pro *ac* V.) — 14. *gentis* S. — 15. *eos hic*] *eosic* V. — *bracatosque* S:
o
bragatosque V, *braccatosque* O. — *uersari* V, et sic etiam §. 27. — *animos* V. — 16. *ii* S: *hii* V. — *adfecti iniuris* V. — 17. *ii* nos: *hii* V; *hi* S O. — *atque erecti* S: *atque recti* V. — 19. *aliquotiens* V S: *aliquoties* O. — 23. *adulescentia* V. — 24. *convictis* V: *coniunctus* S, *convictus* L O cum ed. Veneta 1483., quo recepto Hotomanus incisum *convictus v. b. testimoniis* post *obitis* transponendum censuit, ut *obitis* etiam ad *magistratibus* referatur; contra Lambino post *gessit* aliquid intercidisse, ut *male* (vel *pessime*) *gestis*, videbatur. — *invisus* Manutius: *invitus* V, *invitis* S. — 27. *praemeretur* V S. — 28. *magnopere* V S. — *adflictos* V. — 29. *contempnendi* V. — 31. *soci* V. — 32. *ii* S: *id* V.

maxime gloria ac laude ducuntur, verum etiam exteris nationibus et gentibus ostendere vos in sententiis ferendis civi parcere quam hosti cedere maluisse? XVI. 36. [XII. 26.] Magna me hercules causa, iudices, absolutionis cum ceteris causis haec est, ne quae insignis huic imperio macula atque ignominia suscipiatur, si hoc ita perlatum erit in Galliam, senatores equitesque populi Romani non testimoniis Gallorum, sed minis commotos rem ad illorum lubidinem iudicasse. Ita vero, si illi bellum facere conabuntur, excitandus nobis erit ab inferis C. Marius, qui Indutiomaro isti, minaci atque arroganti, par in bello gerendo esse possit: excitandus Cn. Domitius et Q. Maximus, qui nationem Allobrogum et reliquas suis iterum armis conficiat atque opprimat: aut, quoniam id quidem non potest, orandus erit nobis amicus meus, M. Plaetorius, ut suos novos clientes a bello faciendo deterreat, ut eorum iratos animos atque horribiles impetus deprecetur: aut, si non poterit, M. Fabium subscriptorem eius rogabimus, ut Allobrogum animos mitiget, quoniam apud illos Fabiorum nomen est amplissimum. Volunt isti aut quiescere, id quod victi ac subacti solent, aut, cum minantur, intelligere se populo Romano non metum belli, sed spem triumphi ostendere.

37. [27.] Quod si in turpi reo patiendum non esset, ut quicquam isti se minis profecisse arbitrarentur, quid faciendum vobis in M. Fonteio arbitramini? de quo homine, iudices, — iam enim mihi videor hoc prope causa duabus actionibus perorata debere dicere —, de quo vos homine ne ab inimicis quidem ullum fictum probrosum non modo crimen, sed ne maledictum quidem audistis. Ecquis umquam reus, praesertim in hac vitae ratione versatus, in honoribus petendis, in potestatibus, in imperiis gerendis, sic accusatus est, ut nullum probrum, nullum facinus, nulla turpitudo, quae a lubidine aut a petulantia aut ab audacia nata esset, ab accusatore obiiceretur, si non vera, at commode ficta cum aliqua ratione ac suspicione? XVII. 38. [XIII. 28.] M. Aemilium Scaurum, summum nostrae civitatis virum, scimus accusatum a M. Bruto. Exstant orationes, ex quibus intelligi potest multa in illum ipsum Scaurum esse dicta; falso: quis negat? verum tamen ab inimico dicta et obiecta. Quam multa M'. Aquilius audivit in suo iudicio! quam multa L. Cotta! denique P. Rutilius, qui etsi damnatus est, mihi videtur tamen inter viros optimos atque innocentissimos esse numerandus. Ille igitur ipse homo sanctissimus ac temperantissimus multa audivit in sua causa, quae ad suspicionem stu-

---

1. *nat. et gentibus* scripsi: *et* om. V S; *nationibus ac gentibus* edd. Cf. de Deor. Nat. III. §. 93. *ne nationes quidem et gentes.* — 2. *sententis* V. — 3. *me hercules* V L: *mehercule* S O. — 4. *ne quae* scripsi: *ne que* V; *ne qua* S O. — 5. *prolatum* S. — 6. *senatores* Faërnus et L: *senates* V, ut rettulit Niebuhrius in exemplo suo editionis Gar.; *senatus* S, *senatum* O. — 7. *lubidinem* (et sic semper) V: *libidinem* S O. — 9. *adroganti* V. — *bello gerendo* Faërnus: *belligerendo* V; *belligerando* S O. — 10. *Q. Maximus*] *Omaximus* V; *Q.* om. S. — 11. *reliquas* Lambinus: *reliquias* V S. — 12. *quidem* edd.: *quod* V S. — *potest*] «*potest fieri* dubia L. susp. Nihil opus; cf. Spalding. ad *Quintil.* I. p. 65.» OR. — 13. *clientis* V. — 14. *horribilis* V S. — 16. *est* om. V S. — *volunt* V S: *ut velint* O cum Iuntina. — 17. *intellegere* V. — 20. *in M. Fonteio* S: *M. Fontei* V. — 21. *hac* S. — 22. *de quo vos homine iudices* edd. vett. — 24. *ecquis* S: *haecquis* V. — 25. *in potestatibus*] Videtur, ut Mommsenius monet, verbum gerundivum *obtinendis* vel simile intercidisse. — 28. *obiceretur* V S. — *si non vera at commode ficta* scripsi: *si uera non at deficta* V; *si non vera at tamen ficta* S O. — 30. *extant* V S. — 32. *M'.* Garatoni: *M.* V S. — 33. *Aquilius* V S; *Aquillius* O. — *Cocta* S. — 34. *dampnatus* V.

prorum ac lubidinum pertinerent. 39. [29.] Exstat oratio hominis, ut opinio mea fert, nostrorum hominum longe ingeniosissimi atque eloquentissimi, C. Gracchi: qua in oratione permulta in L. Pisonem turpia ac flagitiosa dicuntur. At in quem virum! qui tanta virtute atque integritate fuit, ut etiam illis optimis temporibus, cum hominem invenire nequam neminem posses, solus tamen Frugi nominaretur. Quem cum in contionem Gracchus vocari iuberet et viator quaereret, quem Pisonem? quod erant plures: «cogis me, inquit, dicere inimicum meum Frugi.» Is igitur vir, quem ne inimicus quidem satis in appellando significare poterat, nisi ante laudasset; qui uno cognomine declarabatur, non modo quis esset, sed etiam qualis esset: tamen in falsam atque iniquam proborum insimulationem vocabatur. 40. [30.] M. Fonteius ita duabus actionibus accusatus est, ut obiectum nihil sit, quo significari vestigium lubidinis, petulantiae, crudelitatis, audaciae possit. Non modo nullum facinus huius protulerunt, sed ne dictum quidem aliquod reprehenderunt. XVIII. [XIV.] Quod si aut quantam voluntatem habent ad hunc opprimendum aut quantam ad maledicendum licentiam, tantum haberent aut ad ementiendum animi aut ad fingendum ingenii, non meliore fortuna ad probra non audienda M. Fonteius, quam illi, de quibus antea commemoravi, fuisset. Frugi igitur hominem, iudices, frugi, inquam, et in omnibus vitae partibus moderatum ac temperantem, plenum pudoris, plenum officii, plenum religionis, videtis positum in vestra fide ac potestate atque ita, ut commissus sit fidei, permissus potestati.

41. [31.] Videte igitur, utrum sit aequius hominem honestissimum, virum fortissimum, civem optimum dedi inimicissimis atque immanissimis nationibus an reddi amicis, praesertim cum tot res sint, quae vestris animis pro huius innocentis salute supplicent: primum generis antiquitas, quam Tusculo, ex clarissimo municipio profectam, in monumentis rerum gestarum incisam ac notatam videmus: tum autem continuae praeturae, quae et ceteris ornamentis et existimatione innocentiae maxime floruerunt: deinde recens memoria parentis, cuius sanguine non solum Asculanorum manus, a qua interfectus est, sed totum illud sociale bellum macula sceleris imbutum est: postremo ipse cum in omnibus vitae partibus honestus atque integer, tum in re militari cum summi consilii et maximi animi, tum vero usu quoque bellorum gerendorum in primis eorum hominum, qui nunc sunt, exercitatus. XIX. 42. [XV. 32.] Quare si etiam monendi estis a me, iudices, quod non estis, videor hoc leviter pro mea auctoritate vobis praecipere posse, ut ex eo genere homines, (quorum cognita virtus, industria, felicitas in re militari sit) diligenter vobis retinendos existimetis. Fuit enim maior talium virorum in hac re publica copia: quae cum esset, tamen eorum non modo saluti, sed etiam honori consulebatur. Quid nunc vobis faciendum est, studiis militaribus

---

1. *ac libidinum* Faërnus: *ad lubidinem* V S (sed S *lib.*). — *extat* V S. — 5. *optumis* V. — 7. *contionem* V S: *concionem* O. — *et uator* V. — 13. *ut ei obiectum* Lamb. susp. — 17. *aut ad ementiendum* S: *aut emenciendum* V. — *non*] *nunc* S. — 19. *audienda M.* scripsi: *audiendam* V, *audienda* S O. — 20. *fuissent* S. — 21. *pl. puoris* V. — 24. *videte*] *uite* V. — 27. *supplicent* S: *supplicem* V. — 30. *maximae* V. — 35. *imprimis* S. — 37. *a me iudices* om. S et habet deinde *iudices* pro *videor*. — *leniter* Klotz. — 38. *mea* S: *me* V. — 40. *enim*] *olim* suspicatur Mommsenius. — 41. *salutis* V.

apud iuventutem obsoletis, † hominibus autem ac summis ducibus partim aetate, partim civitatis discordiis ac rei publicae calamitate consumptis? cum tot bella aut a nobis necessario suscipiantur aut subito atque improvisa nascantur? nonne et hominem ipsum ad dubia rei publicae tempora reservandum et ceteros studio laudis ac virtutis inflammandos putatis? 43. [33.] Recordamini quos legatos nuper in bello L. Iulius, quos P. Rutilius, quos L. Cato, quos Cn. Pompeius habuerit: scietis fuisse tum M. Cornutum, L. Cinnam, L. Sullam, praetorios homines, belli gerendi peritissimos: praeterea C. Marium, P. Didium, Q. Catulum, P. Crassum, non litteris homines ad rei militaris scientiam, sed rebus gestis ac victoriis eruditos. Age vero nunc, inserite oculos in curiam, introspicite penitus in omnes rei publicae partes: utrum videtis nihil posse accidere, ut tales viri desiderandi sint? an, si acciderit, eorum hominum copia populum Romanum abundare? Quae si diligenter attendetis, profecto, iudices, virum ad labores belli impigrum, ad pericula fortem, ad usum ac disciplinam peritum, ad consilia prudentem, ad casum fortunamque felicem, domi vobis ac liberis vestris retinere quam inimicissimis populo Romano nationibus et crudelissimis tradere et condonare malitis.

XX. 44. [XVI. 34.] At infestis prope signis inferuntur Galli in M. Fonteium et instant atque urgent summo cum studio, summa cum audacia. Video, iudices; sed multis et firmis praesidiis vobis adiutoribus isti immani atque intolerandae barbariae resistemus. Primum obiicitur contra istorum impetus Macedonia, fidelis et amica populo Romano provincia: quae cum se ac suas urbes non solum consilio, sed etiam manu M. Fontei conservatam esse dicat, ut illa per hunc a Thraecum adventu ac depopulatione defensa est, sic ab huius nunc capite Gallorum impetus terroresque depellit. 45. [35.] Constituitur ex altera parte ulterior Hispania, quae profecto non modo religione sua resistere istorum cupiditati potest, sed etiam sceleratorum hominum periuria testimoniis ac laudationibus suis refutare. Atque ex ipsa etiam Gallia fidelissima et gravis-

---

1. *apud iuuentutem opsoletis* V. — *hominibus autem* V: *aut hominibus* S. «*claris autem hominibus* Graevius. Est arbitrarium supplementum; excidit potius *fortissimis* post v. *hominibus*.» OR. At cum Cicero *viros fortissimos*, non *homines f.* dicere soleat, mihi potius, si est lacuna in loco, ita videtur explenda esse: *hominibus autem militaribus*, qui rectius *summis ducibus* ex adverso ponuntur. (*omnibus autem summis ducibus* Mommsenius.) — 4. *improviso* probabiliter Lambinus. — 5. *conservandum* S. — 6. *in bello sociali* susp. Hotomanus. — 7. *P. Rutilius* S: *PR. ut* V. — 9. *T. Didium* P. Manutius coll. Fastis Capitolinis. — 11. *inserite* V: *inferte* S. — 12. *omnis* S. — *utrum*] *iterum* S. — 15. *inpigrum* V. — 16. *ac disc.*] *ad disc.* S. — 18. *populo Romano* Klotz (v. Praef. ed. II. p. VII sq.): *rei publicae* V S; *populi Romani* O. — *condonare* Faërnus: *condemnare* V S O. — 19. *malitis* V S: *maletis* edd. Lectionem ex V protulit Garatoni, cuius testimonium verum esse lectionis in S consensu convincitur. — 20. *At*] *An* S. — *prope*] *quoque* S. — *inseruntur* V. — *Galli in M.* scripsi: *gallim* V, *Galli in* om. *M.* S et edd. — 22. *video*, *iudices; sed multis* scripsi (cf. in Verr. V. §. 69.): *uideo iud. c. et. multis* (sic) V; *nos non et multis -- resistemus*? S; *Video, iudices: nos vero et multis* susp. Garatoni; *Video. Nos vero*, *iud.*, *et multis* O, et item Klotzius, nisi quod hic *video* delevit. — 23. *obicitur* V S. — 24. *Macedona* V. — 25. *manu M.* scripsi: *manu* cum linea, i. e. *manum* V; *manu* om. *M.* S O. — 26. *a Thraecum* Fleckeisenus in Philologo IV. p. 344. not. (post Niebuhrium, qui *Threcum* commendaverat): *at grecum* V, *a trachum* S, *a Thracum* L O. — 27. *populatione* S. — *defensa est* Faërnus: *est* om. V S. — 29. *non* om. V teste Garat.

sima auxilia sumuntur. Venit huic subsidio, misero atque innocenti, Massiliensium cuncta civitas, quae non solum ob eam causam laborat, ut huic, a quo ipsa servata est, parem gratiam referre videatur, sed etiam, quod ea condicione atque eo fato se in iis terris collocatam esse arbitratur, ne quid nostris hominibus istae gentes nocere possint. 46. [36.] Propugnat pariter pro salute M. Fontei Narbonensis colonia, quae per hunc ipsa nuper obsidione hostium liberata, nunc eiusdem miseriis ac periculis commovetur. Denique, ut oportet bello Gallico, ut maiorum iura moresque praescribunt, nemo est civis Romanus, qui sibi ulla excusatione utendum putet. Omnes illius provinciae publicani, agricolae, pecuarii, ceteri negotiatores uno animo M. Fonteium atque una voce defendunt. XXI. [XVII.] Quod si tantas auxiliorum nostrorum copias Indutiomarus ipse despexerit, dux Allobrogum ceterorumque Gallorum, num etiam de matris hunc complexu, lectissimae miserrimaeque feminae, vobis inspectantibus avellet atque abstrahet? praesertim cum virgo Vestalis ex altera parte germanum fratrem complexa teneat vestramque, iudices, ac populi Romani fidem imploret: quae pro vobis liberisque vestris tot annos in dis immortalibus placandis occupata est, ut ea nunc pro salute sua fratrisque sui animos vestros placare possit. 47. [37.] Cui miserae quod praesidium, quod solacium reliquum est hoc amisso? Nam ceterae feminae gignere ipsae sibi praesidia et habere domi fortunarum omnium socium participemque possunt: huic vero virgini quid est praeter fratrem, quod aut iucundum aut carum esse possit? Nolite pati, iudices, aras deorum immortalium Vestaeque matris quotidianis virginis lamentationibus de vestro iudicio commoneri. Prospicite ne ille ignis aeternus, nocturnis Fonteiae laboribus vigiliisque servatus, sacerdotis vestrae lacrimis exstinctus esse dicatur. 48. [38.] Tendit ad vos virgo Vestalis manus supplices, easdem quas pro vobis dis immortalibus tendere consuevit. Cavete ne periculosum superbumque sit eius vos obsecrationem repudiare, cuius preces si di aspernarentur, haec salva esse non possent. Videtisne subito, iudices, virum fortissimum, M. Fonteium, parentis et sororis commemoratione lacrimas profudisse? Qui numquam in acie pertimuerit, qui se armatus saepe in hostium manum multitudinemque immiserit, cum in eius modi periculis eadem se solacia suis relinquere arbitraretur, quae suus pater sibi reliquisset: idem nunc conturbato animo pertimescit, ne non modo ornamento et adiumento non sit suis, sed etiam cum acerbissimo luctu dedecus aeternum miseris atque ignominiam relinquat. 49. [39.] O fortunam longe disparem, M. Fontei! si deligere potuisses, ut potius telis tibi Gallorum quam periuriis intereundum esset. Tum enim vitae socia virtus, mortis comes gloria fuisset; nunc vero qui est dolor, victoriae te atque imperii poenas ad eorum arbitrium sufferre, qui aut

---

3. *referri* VS. — 4. *in iis* L: *in his* VS. — 7. *misertiis* V. — 10. *acricolae pecuari* V. — 12. *quod si* edd.: *quos si* VS. — 17. *ac populi R.* edd.: *a p. R.* VS. — *inploret* V. — *quae* om. S. — 18. *dis* V: *diis* SO. — 20. *salacium* V; *solatium* SO. (sic item v. 34.) — *relicuum* V; om. S. — 23. *iocundum* S. — 24. *cotidianis* V. — 26. *uigilisque* V. — 27. *extinctus* VS. — *tendit* L: *tendet* VS. — 28. *dis* V: *diis* SO. — 30. *preces si* S: *praecesse* V. — *di* V: *dii* SO. — *possent* S: *possunt* V. — 34. *solacia* V: *solatia* SO. — 38. *Fonteii* S. — 39. *periuris* V. — *tum* S: *tuam* V; *tunc* Graevius. *(cuius vitae socia virtus morti comes gloria* cod. Oehl.) — 41. *victoria te eo atque* S. — *imperi* V.

victi armis sunt aut invitissimi paruerunt? A quo periculo defendite, iudices, civem fortem atque innocentem: curate ut nostris testibus plus quam alienigenis credidisse videamini, plus saluti civium quam hostium lubidini consuluisse, graviorem duxisse eius obsecrationem, quae vestris sacris praesit, quam eorum audaciam, qui cum omnium sacris delubrisque bella gesserunt. Postremo prospicite, iudices, id quod ad dignitatem populi Romani maxime pertinet, ut plus apud vos preces virginis Vestalis quam minae Gallorum valuisse videantur.

---

6. *gesserint* Klotzius in ed II. — 7. *ut plus apud* S: *uitius aput* V.

THEOD. MOMMSENII

EXCURSUS AD CAP. IX. §. 19.

Agitur hoc loco de portorio ab iis solvendo qui ex Italia in Galliam vinum navibus portarent; nam praeter Massiliense Italico vino maxime usos esse Gallos docet Posidonius apud Athen. IV. p. 151 E innuitque Cicero hic cum ait *nostros fructus*. Naves igitur intelleguntur quae appellebant Narbone, qui ea aetate unicus Romanorum portus maritimus fuit in Gallia transalpina; neque tamen Narbone neque in agro Narbonensi portorium exactum est, ne coloni Narbonenses cives Romani eo gravarentur, sed ad vias quae a Narbone ad provinciam Romanam et ad populos ea aetate adhuc liberos ferebant. Primaria statio collocata est Tolosae, quo a Narbone inter montes Pyrenaeos et Gebennicos natura ipsa viam patefecit quodque oppidum in provincia Narbonensi primum inter provincialium civitates locum tum obtinuisse nemo dubitat. A Tolosa cum proxime abesset qui eo tempore fuit terminus provinciae Romanae et viae inde exirent et in Hispaniam et in Aquitaniam et Burdigalam et ad Cadurcos, nullo alio loco commode institui potuit statio quo vini ad hostem portandi portorium solveretur nisi Tolosae; quare ubi codex habet *vellentelosi* vel *vellentelesi* in archetypo fuisse videtur *vellent tolose*. Qui de Elusa cogitaverunt, quae est in media Aquitania, iis antea docendum fuit quomodo statio portorii vini ad peregrinos vehendi in ipso hostico solo collocari potuerit. Neque de Elusione, qui vicus est inter Tolosam et Narbonem, recte cogitatur; qui enim scire potuerunt eo loco stationarii vinum utrum ferretur ad provinciales an ad peregrinos? Neque tamen sufficiebat Tolosana statio, cum via Tolosa Narbonem diverticulum haberet ad vicum aliquem Cobiamachum, quo qui diverteret, non Tolosam perveniret sed Secrodunum et Vulchalonem. Sic omnino tria haec nomina in codice scripta sunt; quod enim priore loco *croduni* legitur, factum est quod primam syllabam absorbuit praecedens *exegisse*. Neque opus est docere quantopere sententiam perverterit Wesenbergius (*Observv. in or. p. Sestio* p. 26.) scribens *Cobiamachum* pro *Cobiamacho*; sane non divertebant Cobiamachum, sed Cobiamacho Secrodunum et Vulchalonem. — Tres hi loci ubi fuerint, quaeritur. Cobiamachum Walckenaer (géogr. anc. des Gaules I. 194.) putat esse vicum qui hodie dicitur Cambiac «au midi de Caraman et d'Auriac et dans la direction de Toulouse à Narbonne»; quod non probo, neque enim nominis similitudine haec quaestio diiudicanda est neque viam Tolosa Narbonem, in qua ipsa Cobiamachus fuerit necesse est, Cambiaci transisse credo. Omnino diiudicabunt hanc quaestionem qui in viae huius diverticula aliquando accuratius inquirent, quam adhuc factum esse videtur. Quod si mihi huiusmodi rerum notitia plane destituto coniecturam proponere licet, pro Cobiamacho vel potius Cobiamago restituerim aut Sostomagum (si quidem emendate sic scribitur in itin. Hierosol. p. 551., quod unum huius vici memoriam servavit) aut Hebromagum sive Eburomagum, qui vici eunti Narbone Tolosam hic lapide LXII, ille lapide LXXII. occurrunt. Inde non incom-

modo divertitur Segodunum Rutenorum, quod hodie est Rodez; sic enim scribendum videtur pro Secrodunum. Quod oppidum solet quidem hodie Rutenis provincialibus abiudicari, sed fit hoc ex coniectura d'Anvillii (notice de la Gaule p. 562.) parum certa, neque quidquam obstare videtur ne eo extendatur provincia Narbonensis. Vulchalo vel potius Volcalo forma nominis plane Gallica ubi fuerit, non constat, nisi quod in agro Volcarum sive Tectoragum sive Arecomicorum fuisse non facile quis negabit; quo optime pervenire potuit qui Ebromago diverterat. — Ad lectionem quod attinet, praeter ea, quae supra notavi, delevi *victoriatos m* post *ternos*, ne nimis inaequalia vectigalia efficiantur. Deinde pro *binos et victoriatos m* (quo loco qui deleverunt *et*, non cogitaverunt male dici pro denario binos victoriatos) scripsi *binos et victoriatum*. Oduluscanti nomen num corruptum sit et, si est, quomodo emendandum, in medio relinquendum est; Gallica nomina in *atus* desinentia non rara sunt, ut Adnamatus, Gutruatus. *Exegisse* pro *exegissent* emendavit Pantagathus.

Caec

M. TULLII CICERONIS

ORATIO PRO A. CAECINA.

RECOGNOVIT

IO. GEORGIUS BAITERUS.

NOTARUM EXPLICATIO.

P = Palimpsestus Taurinensis apud Peyronum *(M. Tullii Ciceronis orationum p. Scauro, pro Tullio et in Clodium fragmenta inedita* cet.) p. 199 sqq. continens verba §§. 6—9.: *mestico diiudicatur alterum - - - potestis atrocitatem nostram.* §§. 13—16.: *hereditaria constituta aebutius - - - argentario promittit aebuti* . . . §§. 38—41.: . . . . *um est ad incertum revocari - - - licet tamen hoc interdicto.* §§. 47 — 50.: . . . . *hac possessionis causa velit - - - compositum qui se prae* . . . . §§. 62—65.: . . . *ses quod homines in tuo negotio - - - iurisconsultorum auctoritati optempera* . . . .

E = Cod. Erfurtensis, nunc Berolinensis. *(Variae lectiones librorum aliquot M. T. Ciceronis ex codice Erfurtensi enotatae ab Ed. Wundero.* Lips. 1827. praef. p. LXXIV sqq. et p. 87 sqq. Cf. Guil. Freundium ad orat. p. Milone ex codice Erfurtensi descriptam p. 43.)

T = Cod. Tegernseensis. *(Commentatio de codice Tegernseensi orationis Tullianae pro Caecina. Scr. C. A. Iordan.* Lips. 1848.) Contigit nobis, ut lectiones ab Iordano prolatas cum ex Theod. Mommsenii schedis, qui collationem codicis Tegernseensis cum Garatonio ab Harlessio communicatam ab Halmio rogatus Ravennae accurate exscripserat, tum nuperrime ex ipsa Harlessii collatione, cuius usum Halmio summa benignitate concessit Harlessii nepos, iuvenis doctissimus, Woldemar Harless, non paucis locis corrigere et augere possemus. Quam verum sit de hoc codice Garatonii iudicium «*In oratione pro Caecina praeclari nihil*», ex nostra editione facile apparebit. Cf. in primis §. 54. 71. 84. 87.

V = Cod. Palatinus 1525. idem, quem Gruterus in hac oratione *secundum* vocavit, de qua re dubitare non debebat Iordanus; vid. Halmium *Ueber die Handschriften des Cicero in der ehemaligen Heidelberger, jetzt Vaticanischen Bibliothek* in *Archiv f. Philol. u. Pädag.* XV. p. 167. Gruterus quidem paucas tantum lectiones ex eo enotavit; sed Tycho Mommsenius §§. 100—104. in Halmii usum dudum excusserat, atque his ipsis diebus Otto Ribbeck accuratam collationem capitum 27 — 30 instituit et lectiones a se enotatas perhumaniter Roma ad me misit.

M = Cod. Laurentianus Plut. 48. num. 26. Contulit iuvenis humanissimus, discipulus quondam noster, Iac. Schæppi §§. 57—104.

G = Cod. Genevensis n. 101. Contulit I. E. Bétant.

a b = Codices Monacenses Kelleri. (Semestr. p. 434 sq.)

e k m = Codices Parisienses Kelleri. (Semestr. p. 200 sqq. 432 sq.)

p q = Codices Ambrosiani Kelleri. (Semestr. p. 433.)

t = Codex Taurinensis Kelleri. (Semestr. p. 433.)

K = Codices Kelleri omnes.

α β γ = Codices Vindobonenses Iordani *(M. Tullii Ciceronis or. p. A. Caecina. Recensuit C. A. Iordan.* Lips. 1847. p. 7 sq.), quorum tertius non ultra caput quintum excussus est.

𝔄 = Codices omnes.
R = Reliqui codices praeter eos, quos quovis loco enumeravimus.
A = Editio Ascensiana prima a. 1511.
L = Editio Lambiniana a. 1566.
𝔏 = Repetitio Lambiniana a. 1584.
O = Editio Orelliana prior a. 1826.
Gar. 2. = Curae secundae Gasp. Garatonii ineditae.

Integram varietatem exhibui codicum P E T, editionum A L 𝔏 O. A codicum Oxoniensium mentione, quippe qui minus diligenter excussi sunt, consulto abstinui.

I. 1. Si, quantum in agro locisque desertis audacia potest, tantum in foro atque in iudiciis impudentia valeret, non minus nunc in causa cederet A. Caecina Sex. Aebutii impudentiae, quam tum in vi faciunda cessit audaciae. Verum et illud considerati hominis esse putavit, qua de re iure disceptari oporteret, armis non contendere, et hoc constantis, quicum vi et armis certare noluisset, eum iure iudicioque superare. 2. Ac mihi quidem cum audax praecipue fuisse videtur Aebutius in convocandis hominibus et armandis, tum impudens in iudicio, non solum quod in iudicium venire ausus est — nam id quidem, tametsi improbe fit in aperta re, tamen malitia est iam usitatum —, sed quod non dubitavit id ipsum, quod arguitur, confiteri; nisi forte hoc rationis habuit: quoniam, si facta vis esset moribus, superior in possessione retinenda non fuisset, quia contra ius moremque facta sit, A. Caecinam cum amicis metu perterritum profugisse: nunc quoque in iudicio, si causa more institutoque omnium defendatur, nos inferiores in agendo non futuros; sin a consuetudine recedatur, se, quo impudentius egerit, hoc superiorem discessurum. Quasi vero aut idem possit in iudicio improbitas, quod in vi confidentia, aut nos non eo libentius tum audaciae cesserimus, quo nunc impudentiae facilius obsisteremus. 3. Itaque longe alia ratione, recuperatores, ad agendam causam hac actione venio atque initio veneram. Tum enim nostrae causae spes erat posita in defensione mea, nunc in confessione adversarii; tum in nostris, nunc vero in illorum testibus: de quibus ego antea laborabam, ne, si improbi essent, falsi

---

1. *Si quantum - - cessit audaciae* Quintilianus IX. 3, 80., Aquila Romanus §. 18., Martianus Capella V. §. 527. — *in agris γ*, Martianus. — 2. *atque in iudicis* E (Freundio teste); *atque iudiciis* a γ, Quintilianus; *iudiciisque* Martianus. — *inpudentia* T (et sic plerumque). — *nunc* E T, Quintilianus, Aquila, Martianus, L O: om. R A 𝔏. — *in causa* om. Aquila et Martianus. Iidem verba sic transponunt: *Aulus Caecina cederet.* — 3. *cecina* E α β plerumque; V et A ubique. — *aebuti* E T (cf. §. 4. 22. 24. 25.); *ebuti α*; *Ebuci* Martianus; *Ebutii* Aquila et A ubique. — *inpudentiae* E T. — *quam tum*] *quantum* E T G a e (pr. m.) α β et A. — *faciunda* E, Aquila, Martianus: *facienda* R (de T tamen silet Harlessius) A L 𝔏 O. — 5. *disceptari* Graevius: *deceptari* E (testibus Graevio et Freundio) T; *decertari* R A L 𝔏 O. Cf. Verr. Accus. II. 15, 38. p. Planc. 36, 87. de Offic. I. 11, 34. — 7. *cum*] *quō* E; *quom* b; *quum* (sic semper) T; *quomō α*; *quomodo* G. Cf. v. 12. §. 6. 15. 35. 80. 82. 88. — 10. *malitiae* Th. Mommsen. — *quo non* T. — 12. *quoniam*] *quom* e p q t; *cum* a γ et A; *quum* T; *quomodo* G k. — *vis non esset* cum Iuntina 𝔏. — 13. *A.* om. T. — 15. *omnium*] «*maiorum* ut de Lege agr. 2, 1. [de domo §. 56. p. Murena §. 1. Divinat. in Caecil. §. 5.] nescio cuius coni. Sed cf. in Verr. Act. I. §. 12. [Accus. III. §. 142.]» Or. — *defendantur nos inferioris* T. — 16. *sin e consuetudine* E V b p q β et A 𝔏; *sine consuetudine* T G; *sine a consuetudine α*. (*sin a consuetudine* a e k m t.) — 17. *discessessurum* (Freundio teste) E. — *idem possit in iudicio* E T: *in iudicio possit idem* R A L 𝔏 O. — *probitas* T. — 18. *aut nos non* E T O: *aut non* (om. *nos*) R L 𝔏. — 19. *inpudentius* T. — 22. *vestris* b (pr. m.) p γ et A.

aliquid dicerent, si probi existimarentur, quod dixissent probarent, nunc sum animo aequissimo. Si enim sunt viri boni, me adiuvant, cum id iurati dicunt, quod ego iniuratus insimulo: sin autem minus idonei, me non laedunt, cum, iis sive creditur, creditur hoc ipsum, quod nos arguimus, sive fides non habetur, de adversarii testium fide derogatur.

II. 4. Verum tamen cum illorum actionem causae considero, non video, quid impudentius dici possit, cum autem vestram in iudicando dubitationem, vereor ne id, quod videntur impudenter fecisse, astute et callide fecerint. Nam, si negassent vim hominibus armatis esse factam, facile honestissimis testibus in re perspicua tenerentur: sin confessi essent et id, quod nullo tempore iure fieri potest, tamen ab se iure factum esse defenderent, sperarunt, id quod assecuti sunt, se iniecturos vobis causam deliberandi et iudicandi iustam moram ac religionem; simul illud, quod indignissimum est, futurum arbitrati sunt, ut in hac causa non de improbitate Sex. Aebutii, sed de iure civili iudicium fieri videretur. 5. Qua in re, si mihi esset unius A. Caecinae causa agenda, profiterer satis idoneum esse me defensorem, propterea quod fidem meam diligentiamque praestarem: quae cum sunt in actore causae, nihil est, in re praesertim aperta ac simplici, quod excellens ingenium requiratur. Sed cum de eo mihi iure dicendum sit, quod pertineat ad omnes, quod constitutum sit a maioribus, conservatum usque ad hoc tempus, quo sublato non solum pars aliqua iuris deminuta, sed etiam vis ea, quae iuri maxime est adversaria, iudicio confirmata esse videatur, video summi ingenii causam esse, non ut id demonstretur, quod ante oculos est, sed ne, si quis vobis error in tanta re sit obiectus, omnes potius me arbitrentur causae, quam vos religioni vestrae defuisse. 6. Quamquam ego mihi sic persuadeo, recuperatores, non vos tam propter iuris obscuram dubiamque rationem bis iam de eadem causa dubitasse, quam quod videtur ad summam illius existimationem hoc iudicium pertinere, moram ad condemnandum anquisisse, simul et illi spatium ad sese colligendum dedisse. Quod quoniam iam in consuetudinem venit et id viri boni, vestri similes, in iudicando faciunt, reprehendendum fortasse minus, querendum vero magis etiam videtur, ideo quod omnia iudicia aut distra-

---

1. *sin probi* Pantagathus. — 4. *ledunt* T. — *cum iis sive creditur, creditur hoc ipsum* cum P. Fabro O: *cum iis sive creditur hoc ipsum* 𝔄 (nisi quod *his* pro *iis* habent a α, *hiis* γ, *iis* deest in β, *crederim* a) A; *cum sive his creditur hoc ipsum* L; *cum sive creditur his hoc ipsum* 𝔏. De duplicato verbo *creditur* cf. var. lect. §. 14. 36. de opt. gen. orat. §. 19. Verr. Accus. V. §. 13. Moser ad Parad. p. 195 sq. — 6. *actionem causae* E T: *causae actionem* R A L 𝔏 O. — 10. *honestimis* (superscr. litteris *ssi*) E. — 11. *quod ullo* T. — *tamen* E G k: *tum* R A L 𝔏 O. — 13. *deliberandi causam* L. — 15. *aebuti* E. Cf. §. 1. — 16. *A.*] *Auli* E. — 18. *sint* k α et A. — *actore* e (sec. m.), Iuntina, L 𝔏 O: *actione* k; *auctore* R (de T tamen Harlessius silet) A. — 20. *mihi iure* E T: *iure* (om. *mihi*) γ; *iure mihi* R A L 𝔏 O. — *quodque constitutum* T. — 22. *diminuta* a e m p q t α γ et A. Cf. §. 38. — 24. *ut id demonstretur* T: *uti demonstretur* R A L 𝔏 O. — *demonstraretur* G a e m p t et A; *demonstraret* β. — 25. *omnis* E T a e p γ. — *arbitrarentur* T a b e m p t α β et A; *arbitraretur* γ. — 26. *defuisset* T. — 27. *reciperatores* E (Freundio teste) T. Cf. §. 8. 10. 14. 24. 42. — 28. *quod* om. A. — 30. *contempnendum* (ex *condempnandum*) T. Cf. §. 29. 103. Osann ad Cic. de Rep. p. 75. — *anquisisse* Gulielmius: *aquisisse* E; *quaesisse* T; *aquisiuisse* a; *acquisisse* R A L 𝔏. — *ad se colligendum* 𝔏. — 31. *quoniam*] *quum* T. Cf. §. 2. — *in* inter verba *iam* et *consuetudinem* supra versum inseruit E. — 32. *similis* T. — 33. *quaerendum* T. — *magis iam* Weiskius. Sed cf. de Offic. I. 21, 72. ad Famil. XV. 4, 13. — *quod, cum omnia* - -

hendarum controversiarum aut puniendorum maleficiorum causa reperta sunt, quorum alterum levius est, propterea quod et minus laedit et persaepe disceptatore domestico diiudicatur, alterum est vehementissimum, quod et ad graviores res pertinet et non honorariam operam amici, sed severitatem iudicis ac vim requirit. 7. Quod est gravius et cuius rei causa maxime iudicia constituta sunt, id iam mala consuetudine dissolutum est. Nam ut quaeque res est turpissima, sic maxime et maturissime vindicanda est: at eadem, quia existimationis periculum est, tardissime iudicatur. III. Qui igitur convenit, quae causa fuerit ad constituendum iudicium, eandem moram esse ad iudicandum? Si quis, quod spopondit, qua in re verbo se obligavit uno, si id non facit, maturo iudicio sine ulla religione iudicis condemnatur: qui per tutelam aut societatem aut rem mandatam aut fiduciae rationem fraudavit quempiam, in eo quo delictum maius est, eo poena est tardior. 8. «Est enim turpe iudicium.» Ex facto quidem turpi. Videte igitur quam inique accidat, quia res indigna sit, ideo turpem existimationem sequi: quia turpis existimatio sequatur, ideo rem indignam non vindicari. Ac si qui mihi hoc iudex recuperatorve dicat: «Potuisti enim leniore actione confligere; potuisti ad tuum ius faciliore et commodiore iudicio pervenire: quare aut muta actionem aut noli mihi instare, ut iudicem:» tamen is aut timidior videatur, quam fortem, aut cupidior, quam sapientem iudicem esse aequum est, si aut mihi praescribat, quem ad modum meum ius persequar, aut ipse id, quod ad se delatum sit, non audeat iudicare. Etenim si praetor is, qui iudicia dat, numquam petitori praestituit, qua actione illum uti velit, videte, quam iniquum sit, constituta iam re iudicem, quid agi potuerit aut quid possit, non quid actum sit, quaerere. 9. Verum tamen nimiae vestrae benignitati pareremus, si alia ratione ius nostrum recuperare possemus. Nunc vero quis est, qui aut vim ho-

---

reperta sint L. — 2. *propterea* om. a e m p β et A. — *laedit* om. E, sed a manu non multo recentiore superscriptum *ledit*. — 3. . . . *mestico diiudicatur alterum* - - *potestis atrocitatem nostram* (§. 9.) habet P. — 4. *et grauioris* (om. *ad*) T. — 6. *iam*] *nam* T. — *consuetudinem* P. — 8. *vindicanda* P E T O: *iudicanda* R A L 𝔏. Cf. §. 8. — *at eadem, quia* Klotzius (*Emendatt. Tull.* p. 10 sq.): *ADDĖEADEMḢȦĊQVIA* (i. e. *ad eadem quia*) P; *at eadem qui* T; *at eadem quae* E m γ; *ad eadem que* G; *ac eadem quae* a b e p q t β; *ac eadem qua* α; *ac ea de qua* k et A; *at ea, in qua* L 𝔏 O. — *aestimationis* k m p q et A; *extimationis* b t. — 10. *eandem horam* E T. — 11. *verbo se obligavit uno* P: *uerbo uno se obligauit* T et m (pr. m.); *se uno uerbo obligauit* k; *uerbo se uno obligauit* R A L 𝔏 [illegible]. — *si id* P: *id* (om. *si*) R A L 𝔏 O. De repetita particula *si* cf. §. 58. — 12. *iudicis*] *iudiciis* E T G b e (pr. m.) m p β et A. — *aut per societatem* β et A. — 14. *eo* om. A. — *quod delictum* T. Cf. var. lect. ad §. 15. 18. 55. — *pena* T. — Post v. *tardior* interrogandi signum posuit Iordanus coll. Cic. p. Rosc. Am. §. 113. — 15. *Ex facto quidem turpi* P O: *et facto quidem turpi* Iordanus in editione; *et ex facto quidem turpi* idem in *Specim. I. Quaestt. Tullian.* p. 10. et Ravius *Varr. Lectt.* I. p. 65.; *et facto quidem turpe* R A 𝔏; *et factum quidem turpe* cum P. Manutio L. — 17. *uendicari* a γ; *iudicari* e k m t et L 𝔏. Cf. §. 7. — *ac* P E T e (sec. m.) et O: *at* R A L 𝔏. — *qui* P: *quis* R A L 𝔏 O. — 18. *reciperatorue* E (Freundio teste); *ricuperatorue* P (ita semper *ri*). Cf. §. 6. — *leniore* cum «aliis» apud Passeratium Iordanus: *leuiori* G k a γ; *leviore* R A L 𝔏 O. Cf. §. 9. — *potuisti enim ad* T G e (pr. m.) k a γ. — 20. *aut* ante v. *timidior* om. A. — 22. *esse. Accum est* T. Mendum ortum est ex scriptura *aecum*. Cf. p. Tullio §. 6. — *perscribat* T. — 23. *ipsi id* P. — *non* om. T. — 26. *non quid*] *num quid* T. — 27. *uestri* T. — 28. *aut qui* E T G a b m p q t α β γ et A. (*qui aut* R, etiam P.) — *hominibus armatis* P E T k: *armatis hominibus* R A L 𝔏 O. Cf. §. 4. 23. 62. 91.

minibus armatis factam relinqui putet oportere aut eius rei leniorem actionem nobis aliquam demonstrare possit? Ex quo genere peccati, ut illi clamitant, vel iniuriarum vel capitis iudicia constituta sunt, in eo potestis atrocitatem nostram reprehendere, cum videatis nihil aliud actum, nisi possessionem per interdictum esse repetitam? IV. Verum sive vos existimationis illius periculum sive iuris dubitatio tardiores fecit adhuc ad iudicandum, alterius rei causam vosmet ipsi iam vobis saepius prolato iudicio sustulistis, alterius ego vobis hodierno die causam profecto auferam, ne diutius de controversia nostra ac de communi iure dubitetis. 10. Et si forte videbor altius initium rei demonstrandae petisse, quam me ratio iuris eius, de quo iudicium est, et natura causae coëgerit, quaeso ut ignoscatis. Non enim minus laborat A. Caecina, ne summo iure egisse, quam ne certum ius non obtinuisse videatur.

M. Fulcinius fuit, recuperatores, e municipio Tarquiniensi, qui et domi suae cum primis honestus existimatus est et Romae argentariam non ignobilem fecit. Is habuit in matrimonio Caesenniam, eodem e municipio, summo loco natam et probatissimam feminam, sicut et vivus ipse multis rebus ostendit et in morte sua testamento declaravit. 11. Huic Caesenniae fundum in agro Tarquiniensi vendidit temporibus illis difficillimis solutionis. Cum uteretur uxoris dote numerata, quo mulieri res esset cautior, curavit ut in eo fundo dos collocaretur. Aliquanto post, iam argentaria dissoluta, Fulcinius huic fundo uxoris continentia quaedam praedia atque adiuncta mercatur. Moritur Fulcinius (multa enim, quae sunt in re, quia remota sunt a causa, praetermittam): testamento facit heredem quem habebat e Caesennia filium; usum et fructum omnium bonorum suorum Caesenniae legat, ut frueretur una cum filio. 12. Magnus honos viri iucundus mulieri fuisset, si diuturnum esse licuisset; frueretur enim bonis cum eo, quem suis bonis heredem esse cupiebat et ex quo maximum fructum ipsa capiebat. Sed hunc fructum mature fortuna ademit. Nam brevi tempore M. Fulcinius adolescens mortuus est: heredem P. Caesennium fecit: uxori grande pondus argenti matrique partem maiorem bonorum legavit. Itaque in partem mulieres vocatae sunt.

V. 13. Cum esset haec auctio hereditaria constituta, Aebutius iste, qui iam diu Caesenniae viduitate ac solitudine aleretur ac se in eius familiaritatem insinuasset hac ratione, ut cum aliquo suo compendio ne-

---

1. *leniorem* E T V a b e m p q t, *laeniorem* P: *leuiorem* G k α β γ et A L 𝔏 O. — 4. *aliud*] *aliud aliud* E. — 6. *tardioris* T. — 7. *vobis*] *uos* T. — 9. *auferam* E T L 𝔏 O: *afferam* R A. — 10. *altius*] *alterius* T. — 11. *iuris eius de quo* cum P. Fabro O: *iuris et is de quo* corr. b e; *iuris et de quo γ*; *iuris et vis de qua* corr. q et L; *iuris et ius de quo* R A L 𝔏. — 13. *egis* T. — *certe* T. — *optinuisse* E T. Cf. §. 52. 65. 75. p. Tullio §. 45. Osann ad Cic. de Rep. p. 240 sq. — 14. *reciperatores* E T. Cf. §. 6. — 16. *cesenniam* T et A L 𝔏 ubique. — *eodem municipio* G k. — 18. *ipse multis* E T: *multis ipse* R A L 𝔏 O. — *sua* om. a. Sed cf. p. Quinctio §. 14. — 19. *vendidit et temporibus -- solutionis*, *cum uteretur* Th. Mommsen. Cf. Ravius *Varr. Lectt.* II. p. 180. — *difficillimae* (ut suspicatus est Lambinus) a. — 20. *uxoris dote* E T: *dote uxoris* R A L 𝔏 O. — *res esset* T k: *esset res* R A L 𝔏 O. — 21. *dos* om. T. — 23. *Moritur -- praetermittam* Quintilianus IV. 2, 49. — 25. *usum et fructum* T et pr. E: *usum fructum* R (etiam corr. E) A L 𝔏 O. Cf. §. 19. ad Famil. VII. 30, 2. — 26. *ut*] *ut ut* T. Cf. §. 52. — 27. *vir* A. — *iocundus* E a b. — *fuit* (corr. in *fuisset*) E. — 32. *maiorem bonorum* E T a: *bonorum maiorem* R A L 𝔏 O. — 33. *hereditaria constituta aebutius -- argentario promittit aebuli* . . (§. 16.) habet P. — 34. *se eius in familiaritatem* cum ed. Cratandrina 𝔏.

gotia mulieris, si qua acciderent, controversiasque susciperet, versabatur eo quoque tempore in his rationibus auctionis et partitionis atque etiam se ipse inferebat et intro dabat et in eam opinionem Caesenniam adducebat, ut mulier imperita nihil putaret agi callide posse, ubi non adesset Aebutius. 14. Quam personam iam ex quotidiana vita cognostis, recuperatores, mulierum assentatoris, cognitoris viduarum, defensoris nimium litigiosi, contriti ad Regiam, inepti ac stulti inter viros, inter mulieres periti iuris et callidi, hanc personam imponite Aebutio. Is enim Caesenniae fuit Aebutius. Ne forte quaeratis, num propinquus? Nihil alienius. Amicus a patre aut a viro traditus? Nihil minus. Quis igitur? Ille, quem supra deformavi: voluntarius amicus mulieris, non necessitudine aliqua, sed ficto officio simulataque sedulitate coniunctus, magis opportuna opera nonnumquam, quam aliquando fideli. 15. Cum esset, ut dicere institueram, constituta auctio Romae, suadebant amici cognatique Caesenniae, id quod ipsi quoque mulieri veniebat in mentem, quoniam potestas esset emendi fundum illum Fulcinianum, qui fundo eius antiquo continens esset, nullam esse rationem, amittere eius modi occasionem, cum ei praesertim pecunia ex partitione deberetur; nusquam posse eam melius collocari. Itaque hoc mulier facere constituit: mandat ut fundum sibi emat — Cui tandem? — Cui putatis? An non in mentem vobis venit omnibus, illius hoc munus esse ad omnia mulieris negotia parati, sine quo nihil satis caute, nihil satis callide posset agi? Recte attenditis. VI. 16. Aebutio negotium datur. Adest

---

2. *eo quoque* P E T O: *quoque eo* R A L ꝏ. — *partionis* T. Cf. §. 15. — 3. *intro dabat* P Ė T V G b α γ: *intrudebat* R A L ꝏ O. — 5. *ex*] *e* casu quodam O. Errat enim Iordanus hanc lectionem Palimpsesto tribuens. In E *ex* supra scriptum est. — *cotidiana* P T; *cottidiana* γ. — *vita cogn.* P E T O: *cogn. vita* R A L ꝏ. — *cognostis* Weiskius: *cognoscitis* 𝔄 A L ꝏ O. — 6. *ricuperatores* P; *reciperatores* E a t; *reciperatoris* b p q. «Alias omisi, quae ad meram scripturae formam pertinerent.» Kell. Cf. §. 6. — *ansentatores* P (nisi est mendum typographicum), *assentatores* γ. — *cognitores* P; *cognotoris* T p q t. — *defensores* P γ. — 7. *contriti ad regiam* P E T (in P litterae *TI* superscriptae sunt): *conciti ad regiam* R A; *conciti ad rixam* cum Iuntina L ꝏ O. «Litigiosum hominem et in controversiis ac litibus versantem describi oportere ex toto sententiarum tenore intelligitur; atque cum Cicero (de Orat. I. 58, 249.) eos conteri dicat, qui causis agendis, controversiis suscipiendis, negotiis gerendis implicati sint, *contriti ad Regiam* ii fortasse appellabantur, qui controversiis ac litibus operam dabant atque ob hanc rem ad Regiam nescio quam [*Regiam Numae* vel *aedem Vestae ad Ianum medium (Bullett. archeol.* 1850. p. 114 sq.), ubi negotiatores versabantur] convenire solebant.» Iordan. — 8. *et* om. T. — *hanc*] *hinc* T. — *impunite* P; *eponite* T. — 9. *queratis* T. — *prolinquos* (corr. in *propinquos*) P. — 10. *alienus* T a t β, *aliaenus* e. — *a patre* P T: *aut a patre* R (etiam E) A L ꝏ O. — 11. *Ille ille quem* P. — *deformauii* P. — 13. *oportuna* E. — 14. *dicerim studueram* T. — 15. *Cesenniae id, quod* ꝏ. — *veniebat in mentem* P E T: *in mentem veniebat* R A L ꝏ O. — 16. *quoniam*] *quum* T. Cf. §. 2. — 18. *cum ei praesertim* E: *cum mei praesertim* T (cf. var. lect. §. 7.); *cum praesertim* R A L ꝏ O. Cf. §. 16. — *et* corr. in *ex* E. — *partione* T. Cf. §. 13. — 19. *posse eam* P E T: *posse* (om. *eam*) G k α γ; *eam posse* R A L ꝏ O. — *itaque hoc mulier* P: *itaque mulier* (om. *hoc*) R A L ꝏ O. — 20. *emat — Cui tandem? — Cui* cet.] Sic distinximus ex Rauii (*Var. lectt.* II. p. 176.) et Klotzii (coll. Accus. IV. 3, 5.) ratione: ceteri *emat. Cui tandem? Cui* cet. — *qui tandem qui putatis* P. Cf. §. 48. 64. — *putetis* a b e p q t β et A. — 21. *mentem vobis venit* P: *mentem venit* (om. *vobis*) R A L ꝏ O. — *omnibus illius*] *omnibus illisus* (nisi est mendum typographicum in Corrigendis praetermissum) P; *omnibus illis* a; *hominis illius* Iuntina; *omnibus hominis illius* cum Hervagiana ꝏ; *omnibus hominibus illius* L. — *hoc*] *ad hoc* cum Iuntina L ꝏ. — *esse* P E T k et O: *et* R A L ꝏ. — 23. *posset agi* P: *posse agi* E T; *agi posset* k et L ꝏ O; *agi posse* R A. — *attendidis* T.

ad tabulam, licetur Aebutius; deterrentur emptores multi, partim gratia Caesenniae, partim etiam pretio. Fundus addicitur Aebutio; pecuniam argentario promittit Aebutius: quo testimonio nunc vir optimus utitur sibi emptum esse, quasi vero aut nos ei negemus addictum, aut tum quisquam fuerit, qui dubitaret, quin emeretur Caesenniae; cum id plerique scirent, omnes fere audissent, *qui non audisset*, is coniectura assequi posset, cum pecunia Caesenniae ex illa hereditate deberetur, eam porro in praediis collocari maxime expediret, essent autem praedia, quae mulieri maxime convenirent, ea venirent, liceretur is, quem Caesenniae dare operam nemo miraretur, sibi emere nemo posset suspicari. 17. Hac emptione facta pecunia solvitur a Caesennia: cuius rei putat iste rationem reddi non posse, quod ipse tabulas averterit: se autem habere argentarii tabulas, in quibus sibi expensa pecunia lata sit acceptaque relata: quasi id aliter fieri oportuerit. Cum omnia ita facta essent, quem ad modum nos defendimus, Caesennia fundum possedit locavitque, neque ita multo post A. Caecinae nupsit. Ut in pauca conferam, testamento facto mulier moritur: facit heredem ex deunce et semuncia Caecinam, ex duabus sextulis M. Fulcinium libertum superioris viri; Aebutio sextulam adspergit. Hanc sextulam illa mercedem isti esse voluit assiduitatis et molestiae, si quam ceperat. Iste autem hac sextula se ansam retinere omnium controversiarum putat.

VII. 18. Iam principio ausus est dicere, non posse heredem esse Caesenniae Caecinam, quod is deteriore iure esset quam ceteri cives propter incommodum Volaterranorum calamitatemque civilem. Itaque homo timidus imperitusque, qui neque animi neque consilii satis haberet, non putavit esse tanti hereditatem, ut de civitate in dubium veniret: concessit, credo, Aebutio, quantum vellet de Caesenniae bonis ut haberet. Immo, ut viro forti ac sapienti dignum fuit, ita calumniam stultitiamque eius obtrivit ac contudit. 19. In possessione bonorum cum esset et cum iste sextulam suam nimium exaggeraret, nomine heredis arbitrum familiae herciscundae postulavit. Atque illis paucis diebus, posteaquam videt, nihil se ab A. Caecina posse litium terrore abradere, homini Romae in foro denuntiat, fundum illum, de quo ante dixi, cu-

---

1. *gratia* om. T. — 2. *etiam* cum Iuntina om. L. — 5. *dubitaret* E T: *dubitarit* R A L 𝔏 O. — 6. *audissent, qui non audisset, is c. a. posset* nos: *audissent, hi (is* T, *his* E k γ, *iis* e m, *hiis* p q t, *ii* β) *coniectura assequi possent* R A L 𝔏 O. *(audissent; si qui forte non audissent, hi c. a. possent* Th. Mommsen; *audissent et si quis non audisset, is coniectura assequi posset* Spengel; *audissent, hic* (Caecina) *c. a. posset* Wesenberg; *audissent vel coniectura adsequi possent* Klotzius in ed. alt.; *audissent, si minus, coniectura adsequi possent* idem in Prooemio.) — 10. *possit* a e (pr. m.) q t; *posse* E T. — 14. *fieri* om. L. — 16. *ita* om. T. — 17. *semuntia* T. — 18. *liberum* T. — 19. *aspergit* E. — *isti esse*] *iste* T. — 20. *ceperat* T, *caeperat* E: *susceperat* R A L 𝔏 O. Cf. p. Sulla §. 1. Lael. §. 90. — *ansas* T; cf. Lael. §. 59. p. Sestio §. 22. — 22. *esse*] *esset* T. — 23. *quod is*] *quod dis* T. Cf. var. lect. §. 7. — 28. *stultitiamque eius* E T: *stultitiamque* (om. *eius*) R A L 𝔏 O. — *kalumpniam* v. c. in mg. 𝔏. — 29. *obstriuit* T et pr. E. — *ac contudit*] De particula *ac* ante syllabam *con* posita cf. §. 51.: *ac convelli*. Verr. Act. I. §. 45.: *ac consulere*. p. Caelio §. 39.: *ac continentiae*. — *possessiones* E T V G a b e p q t β. — 30. *et cum*] *e cum* T. — *iste* cum Schützio O: *ipse* 𝔄 A L 𝔏. (*istam* Pantagathus.) — *nimiam* A. — 31. *arbitrium* T k m. — *herciscundae* E G A: *herciscindi* T; *erciscundae* L 𝔏 O. — *postulavit. Itaque* Kayser *Heidelb. Jahrbb.* 1851. p. 686. — *illis*] *iste* Schützius. 32. *ab A. Caecina*] *ab auro* (ex *aulo*) *ab A. Caecina* per dittographiam T. — *abtradere* T.

ius istum emptorem demonstravi fuisse mandatu Caeseniae, suum esse seseque sibi emisse. Quid ais? Istius ille fundus est, quem sine ulla controversia quadriennium, hoc est, ex quo tempore fundus veniit, quoad vixit, possedit Caesennia? (Usus enim) inquit, eius fundi (et fructus testamento viri fuerat) Caesenniae. 20. Cum hoc novae litis genus tam malitiose intenderet, placuit Caecinae de amicorum sententia constituere, quo die in rem praesentem veniretur et de fundo Caecina moribus deduceretur. Colloquuntur: dies ex utriusque commodo sumitur. Caecina cum amicis ad diem venit in castellum Axiam, a quo loco fundus is, de quo agitur, non longe abest. Ibi certior fit a pluribus, homines permultos, liberos atque servos, coëgisse et armasse Aebutium. Cum id partim mirarentur, partim non crederent, ecce ipse Aebutius in castellum venit: denuntiat Caecinae, se armatos habere; abiturum eum non esse, si accessisset. Caecinae placuit et amicis, quoad videretur salvo capite fieri posse, experiri tamen. 21. De castello descendunt: in fundum proficiscuntur. Videtur temere commissum; verum, ut opinor, hoc fuit causae: tam temere istum re commissurum, quam verbis minitabatur, nemo putavit. VIII. Atque iste ad omnes introitus, qua adiri poterat non modo in eum fundum, de quo erat controversia, sed etiam in illum proximum, de quo nihil ambigebatur, armatos homines opponit. Itaque primo cum in antiquum fundum ingredi vellet, quod ea proxime accedi poterat, frequentes armati obstiterunt. 22. Quo loco depulsus Caecina tamen, qua potuit, ad eum fundum profectus est, in quo ex conventu vim fieri oportebat: eius autem fundi extremam partem oleae directo ordine definiunt. Ad eas cum accederetur, iste cum omnibus copiis praesto fuit servumque suum nomine Antiochum ad se vocavit et clara voce imperavit, ut eum, qui illum olearum ordinem intrasset, occideret. Homo mea sententia prudentissimus Caecina tamen in hac re plus mihi animi quam consilii videtur habuisse. Nam cum et armatorum multitudinem videret et eam vocem Aebutii, quam commemoravi, audisset, tamen accessit propius et iam ingrediens intra finem eius loci, quem oleae terminabant,

---

1. *mandatum* G α; *mandato* k β et A 𝔏. — 2. *seseque* E T: *seque* R A L 𝔏 O. — *quid agis* 𝔄 (praeter E T). Cf. §. 31. p. Quinctio §. 79. p. Roscio Am. §. 43. 101. de deor. nat. III. 17, 44. — *istius*] *tuus* cum Hotomano (et var. lect. Nauger.) L. — 3. *hoc est* om. T. — *uenit* T a b e m p q t α β et L. (*ueniit* E k.) — 4. *inquid* E T. Cf. Osann ad Cic. de Rep. p. 37. — *eius fundi et fructus* 𝔄 (praeter k) A: *eius et fructus fundi* k et L 𝔏 O. (Utrum T verba *et fructus* habeat necne, ex Harlessii collatione parum liquet.) — 6. *maleficiose* b e m p q t β et A. — *intenderit* 𝔄 (praeter E T k) A. — *sententia diem constituere* L. — 7. *et*] *ut* L. — 8. *collocuntur* E, *conlocuntur* T. — 9. *a quo* L 𝔏: *ex quo* 𝔄 A O. — *is* om. T. — 10. *agitur*] *loquitur* a m q t α et A. — *non* om. a m q t β et A. — 12. *credent* T. — *denuntiat*] *et nuntiat* T. — 13. *armaturos* T. — 14. *experiri tamen. De castello* Klotzius: *experiri. tamen de castello* E; *expediri* (*expediti* e). *Tamen de castello* T G a b e m p q t β; *expediri. tum de castello* α; *experiri. tum de castello* k et A L 𝔏 O. De particula *tamen* in fine enuntiationis posita Iordanus contulit Tusc. I. 12, 27. V. 33, 95. — 17. *minitabatur* E T V O: *nunciabat* q; *denuntiabatur* ex uno codice L; *denuntiabat* alii in mg. 𝔏; *nunciabatur* R A 𝔏. — 19. *erat controversia* E T: *controversia fuerat* R A L 𝔏. — *sed*] *secum* A. — 23. *profectus est* cum Hotomano L 𝔏 O: *profectus* (om. *est*) 𝔄 A. — *in quo* E T V: *ex quo* R A 𝔏 O; *e quo* L. — 24. *directo*] *decreto* T. — 26. *et clam uoce* e α; *et uoce clara* (contra usum Tullianum) E T; *et ei clara voce* L. Malim *et clara voce ei imperavit.* — 30. *aebuti* (et sic semper) T. Cf. §. 1. — *audisset* E T β et L 𝔏 O: *audiuisset* R A. — 31. *proprius* T.

impetum armati Antiochi ceterorumque tela atque incursum refugit. Eodem tempore se in fugam conferunt una amici advocatique eius metu perterriti, quem ad modum illorum testem dicere audistis. 23. His rebus ita gestis P. Dolabella praetor interdixit, ut est consuetudo, DE VI HOMINIBVS ARMATIS sine ulla exceptione, tantum ut, unde deiecisset, restitueret. Restituisse se dixit: sponsio facta est. Hac de sponsione vobis iudicandum est.

IX. Maxime fuit optandum Caecinae, recuperatores, ut controversiae nihil haberet; secundo loco, ut ne cum tam improbo homine; tertio, ut cum tam stulto haberet. Etenim non minus nos stultitia illius sublevat quam laedit improbitas. Improbus fuit, quod homines coëgit, armavit, coactis armatisque vim fecit. Laesit in eo Caecinam: sublevat ibidem. Nam in eas ipsas res, quas improbissime fecit, testimonia sumpsit et eis in causa testimoniis utitur. 24. Itaque mihi certum est, recuperatores, antequam ad meam defensionem meosque testes venio, illius uti confessione et testimoniis. Quid confitetur atque ita libenter confitetur, ut non solum fateri, sed etiam profiteri videatur, recuperatores? «Convocavi homines, coëgi, armavi; terrore mortis ac periculo capitis, ne accederes, obstiti; ferro, inquit, ferro (et hoc dicit in iudicio) te reieci atque proterrui.» Quid? testes quid aiunt? P. Vetilius, propinquus Aebutii, se Aebutio cum armatis servis venisse advocatum. Quid praeterea? Fuisse complures armatos. Quid aliud? Minatum esse Aebutium Caecinae. Quid ego de hoc teste dicam nisi hoc, recuperatores, ut ne idcirco minus ei credatis, quod homo minus idoneus habetur, sed ideo credatis, quod ex illa parte id dicit, quod illi causae maxime est alienum? 25. A. Terentius, alter testis, non modo Aebutium, sed etiam se pessimi facinoris arguit. In Aebutium hoc dicit, armatos homines fuisse: de se autem hoc praedicat, Antiocho, Aebutii servo, imperasse, ut in Caecinam advenientem cum ferro invaderet. Quid loquar amplius de hoc homine? In quem ego hoc dicere, cum rogarer a Caecina, numquam volui, ne arguere illum rei capitalis viderer, de eo dubito nunc, quo modo aut loquar aut taceam, cum ipse hoc de se iuratus praedicet. 26. Deinde L. Caelius non solum Aebutium cum armatis dixit fuisse

---

1. *incursum* E (Freundio teste) T: *incursus* R A L 𝔏 O. Cf. §. 44. 45. — 2. *amici*] *meieci* E p, quod mendum M. Hauptio *Obss. critt.* p. 42. ortum videtur ex scriptura *ameicei*. — 3. *audiistis* A. — *His rebus -- iudicandum est* Quintilianus Instt. IV. 2, 132. Cf. Iulius Victor p. 247. v. 38 sq. edit. nostrae. — 4. *praetor*] *.P. R.* E. Cf. §. 45. 82. 89. p. Tullio §. 33. — 5. *restitueret. Deinde restituisse* Quintilianus. — *restituere* T. — 6. *sponsio facta est. Hac de* om. 𝔄 A; primum haec verba comparent in Aldina a. 1519., suppleta ex Quintiliano. — 9. *tercio* T. — 10. *minus uitiis nos* media voce expuncta T. — *illius*] *istius* k; om. A. — 11. Malim *laesit*. — 12. *subleuat* E T G b k α: *sublevavit* R A L 𝔏 O. — 16. *Quid*] *qui it* T. — 19. *Ferro, ferro -- atque proterrui* Aquila Rom. de fig. sent. §. 18. — 20. *proterrui*, ut coniecit Lambinus, Aquila Romanus: *perterrui* 𝔄 A L 𝔏 O. Cf. §. 31. 37. 47. — 21. *aebuti* T. Cf. §. 1. — *se* supra versum habet E. — 22. *compluris* Priscianus Vol. I. p. 342. ed. Krehl. — 23. *reciperatores* E. Cf. §. 6. — *ut ne idcirco minus* E T k et L O: *ut iccirco non minus* R A 𝔏. — 24. *haberetur* T. — *sed ideo -- est alienum* om. T. — 27. *se pessimi facinoris arguit* Garatonius: *sepissimi (saepissimi* E) *facinoris arguit* E T; *saepissime* vel *sepissime* (om. *facinoris*) *arguit* R A; *se ipsum arguit* mg. b et L 𝔏 O. — 28. *aebuti* E. Cf. §. 1. — *seruos impetrasse* T. Omisit hanc lectionem Iordanus. — 30. *de hoc* E T β: *hoc de* R A L 𝔏 O. — *ego hoc dicere* E T: *ego dicere* (om. *hoc*) R A L 𝔏 O. — 33. *L.*] *lucius* E. — *Coelius* α et L; *celeus* k; *Celius* A.

compluribus, verum etiam cum advocatis perpaucis eo venisse Caecinam. De hoc ego teste detraham, cui aeque ac meo testi ut credatis postulo? X. P. Memmius secutus est, qui suum non parvum beneficium commemoravit in amicos Caecinae, quibus sese viam per fratris sui fundum dedisse dixit, qua effugere possent, cum essent omnes metu perterriti. Huic ego testi gratias agam, quod et in re misericordem se praebuerit et in testimonio religiosum. 27. (A. Atilius et eius filius L. Atilius) et armatos ibi fuisse et se suos servos adduxisse dixerunt;) etiam hoc amplius: cum Aebutius Caecinae malum minaretur, hoc est mortem minaretur, ibi tum Caecinam postulasse, ut moribus deductio fieret. Hoc idem P. Rutilius dixit, et eo libentius dixit, ut aliquo in iudicio eius testimonio creditum putaretur. Duo praeterea testes nihil de vi, sed de re ipsa atque emptione fundi dixerunt: P. Caesennius, auctor fundi, non tam auctoritate gravi quam corpore, et argentarius Sex. Clodius, cui cognomen est Phormio, nec minus niger nec minus confidens, quam ille Terentianus est Phormio, nihil de vi dixerunt, nihil praeterea, quod ad vestrum iudicium pertineret. 28. Decimo vero loco testis exspectatus et ad extremum reservatus dixit, senator populi Romani, splendor ordinis, decus atque ornamentum iudiciorum, exemplar antiquae religionis, Fidiculanius Falcula: qui cum ita vehemens acerque venisset, ut non modo Caecinam periurio suo laederet, sed etiam mihi videretur irasci, ita eum placidum mollemque reddidi, ut non auderet, sicut meministis, iterum dicere, quot milia fundus suus abesset ab urbe. Nam cum dixisset, minus Iↄↄↄ, populus cum risu acclamavit, ipsa esse. Meminerant enim omnes, quantum in Albiano iudicio accepisset. 29. In eum quid dicam nisi id, quod negare non possit, venisse in consilium publicae quaestionis, cum eius consilii iudex non esset, et in eo consilio, cum causam non audisset et potestas esset ampliandi, dixisse sibi liquere? cum de incognita re iudicare voluisset, maluisse condemnare, quam absolvere? cum, si uno minus damnarent, condemnari reus non posset, non ad cognoscendam causam, sed ad explendam damnationem praesto fuisse? Utrum gravius aliquid in quempiam dici potest, quam ad hominem con-

---

2. *ac* E T b k p α: *atque* R A L 𝔏 O. — 4. *sui* om. T. — 5. *essent* om. T. — *omnes metu* E T: *metu omnes* R A L 𝔏 O. — 6. *praebuerit* E T: *praebuit* R A L 𝔏 O. — 7. *A. Atilius*] *ut illius* (non *ilius*) T; *aulus acilius* k; *A. Attilius* α et A. — *L. Acilius* k; *L. Attilius* α et A. — 8. *suos servos* T: *suos armatos* R A L 𝔏 O. — *deduxisse* β et A. — 9. *hoc est mortem minaretur* E T (non *minarentur*) G b k α, mg. t: om. R A L 𝔏 O. — 11. *et eo libentius dixit* om. T. — *aliquo*] *aliquando* T. — 12. *de re ipsa atque emptione* E T k et O: *de se ipsa atque emptione* α; *de ipsa atque emptione* V G a b (pr. m.) e m p q (pr. m.) t β; *de ipsa emptione* b q (sec. m.) A L 𝔏. (In m post v. *ipsa* est spatium trium fere litterarum.) — 14. *grauis* k. — 15. *cognomen* T: *nomen* (quod ipso nomine praecedente de cognomine vix recte dicitur) R A L 𝔏 O. — *formio* T. — *nec minus niger, nec minus confidens, quam est ille Terentianus Phormio* Quintil. VI. 3, 56. — 16. *de vi nihil* L. — 19. *atque*] *aeque* E a e k (pr. m.) p et A; *eque* G; *equestris* corr. k. — *fideculanius* E T k β et A; *fideculanus* a t; *fidiculanus* e; *fideculamus* G. Cf. p. Cluent. §. 103. 112. 113. — 23. *quot*] *quod* T. — *ab orbe* T. — *minus Iↄↄↄ* Kellerus (coll. var. lect. ad or. p. Roscio Com. §. 4. 11. 12. 22. 23. 28. 29 cet.): *minus habere LIII (liii)* E T V α *(ninus)* m p (pr. m.) q t α; *minus abesse LIII (liii)* b e k β et A 𝔏; *minus abesse XLCIↃ* L; *minus* [*abesse*] *LIII* O. — 25. *abbiano* E T V a b p t β et A. — *iudicio cepisset* L. — 27. *et in*] *ut in* T. — *causa* T. — 28. *dixisset* T. — *cum de incognita* T: *cum dein cognita* E; *dum incognita* R A 𝔏: *cum incognita* L O. — 29. *voluisset* T (si fides est Harlessii silentio) k et L 𝔏 O: *noluisset* R A. — 31. *dampnationem* T. Cf. §. 6. — 32. *potest*] *posset* a e m p q t β et A.

demnandum, quem numquam vidisset neque audisset, adductum esse pretio? An certius quidquam obiici potest quam quod is, cui obiicitur, ne nutu quidem infirmare conatur? 30. Verum tamen is testis (ut facile intelligeretis, eum non adfuisse animo, cum causa ab illis ageretur testesque dicerent, sed tantisper de aliquo reo cogitasse), cum omnes ante eum dixissent testes, armatos cum Aebutio fuisse complures, solus dixit non fuisse. Visus est mihi primo veterator intelligere praeclare, quid causae obstaret, et tantum modo errare, quod omnes testes infirmaret, qui ante eum dixissent: cum subito, ecce idem qui solet, suos solos servos armatos fuisse dixit. Quid huic tu homini facias? nonne concedas interdum, ut excusatione summae stultitiae summae improbitatis odium deprecetur.

XI. 31. Utrum, recuperatores, his testibus non credidistis, cum, quod liqueret, non habuistis? At controversia non erat, quin verum dicerent. An in coacta multitudine, in armis, in telis, in praesenti metu mortis perspicuoque periculo caedis dubium vobis fuit, inesse vis aliqua videretur necne? Quibus igitur in rebus vis intelligi potest, si in his non intelligetur? An vero illa defensio vobis praeclara visa est: «Non deieci, sed obstiti; non enim te sum passus in fundum ingredi, sed armatos homines opposui, ut intelligeres, si in fundo pedem posuisses, statim tibi esse pereundum.» Quid ais? Is, qui armis proterritus, fugatus, pulsus est, non videtur esse deiectus? 32. Posterius de verbo videbimus: nunc rem ipsam ponamus, quam illi non negant, et eius rei ius actionemque quaeramus.

Est haec res posita, quae ab adversario non negatur: Caecinam, cum ad constitutam diem tempusque venisset, (ut vis ac deductio moribus fieret) pulsum prohibitumque esse vi coactis hominibus et armatis. Cum hoc constet, ego homo imperitus iuris, ignarus negotiorum ac litium, hanc puto me habere actionem, ut per interdictum meum ius teneam atque iniuriam tuam persequar. Fac in hoc errare me nec ullo modo posse per hoc interdictum id assequi, quod velim: te uti in hac re magistro volo. 33. Quaero, sitne aliqua huius rei actio an nulla. Convocari homines propter possessionis controversiam non oportet; armari

---

1. *esse pretio* E T: *pretio esse* R A L 𝔏 O. — 2. *quicquam* E. — *obici* T. — 4. *affuisse* E; *abfuisse* k. — *causa ab illis* E T: *ab illis* (*illius* b pr. m., *aliis* k) *causa* R A L 𝔏 O. — 5. *sed*] *se* 𝔄 (praeter m) A. Correxit Naugerius in Aldina. — 6. *cumplures* T. — 8. *causae obstaret* Halmius (coll. Cic. Orat. §. 49. et or. Verr. V. §. 105., ubi item cod. Vatic. pro *obstare* habet *OPTARE* superscr. littera *S*): *causae optaret* E T G a b e p t α β; *causa optaret* R A L 𝔏 O; *causae opitularetur* Orellius (*Oratt. sell. XV*. p. 463.); *causa postularet* Kayserus *Heidelb. Jahrbb.* 1851. p. 687. coll. §. 67. p. Quinctio §. 14. p. Tullio §. 5. p. Sulla §. 31. — *et* delendum censuit Ernestius. — 9. *suos servos solos* L. Fort. *duos solos servos*. — *idem*] *eum* a q t β et A. — 10. *Quid huic -- odium deprecetur?* Gellius N. A. VI. 16, 12. — *huic* om. A. — *tu* om. Gellius. (*Quid hoc tu homine facias?* mg. 𝔏.) — 14. *quod liqueret* Schützius: *quid liqueret* 𝔄 A L 𝔏 O. Cf. §. 33. 36. Acad. pr. II. 29, 94. de deor. nat. I. 12, 29. II. 1, 3. — 16. *perspicuoque* E T k q et O: *perspicuo* R A L 𝔏. — *inesse* E T b p et corr. t: *mihi esse* α; *an et* G; *an esse* R A O; *esse* L; *utrum esse* 𝔏. — 17. *intellegi* T. — 19. *te* om. T. — *armatus* T. — 21. *esse perfundum* T. — *armis proterritus* Orellio (*Oratt. sell. XV.*) auctore nos: *armis perterritus* 𝔄 A L 𝔏 O. Cf. §. 24. — 22. *deictus* T. — 23. *ponamus*] *poterimus* T. (non, ut refert Jordanus, *potuimus*.) — 24. *ius*] *vim* vetus codex in mg. 𝔏. — *quaeramus* T. — 25. *haec*] *hac* E T. — 26. *constitutum* L. — *vis*] *ius* e β et A 𝔏. — 27. *ui actis* T. — 29. *inter* supra versum habet E.

multitudinem iuris retinendi causa non convenit; nec iuri quidquam tam inimicum quam vis, nec aequitati quidquam tam infestum est quam convocati homines et armati. XII. Quod cum ita sit resque eius modi sit, ut in primis a magistratibus animadvertenda videatur, iterum quaero, sitne eius rei aliqua actio an nulla. Nullam esse dices? Audire cupio. Qui in pace et otio, cum manum fecerit, copias pararit, multitudinem hominum coëgerit, armarit, instruxerit, homines inermos, qui ad constitutum experiundi iuris gratia venissent, armis, viris, terrore periculoque mortis reppulerit, fugarit, averterit, hoc dicat: «Feci equidem, quae dicis, omnia, et ea sunt et turbulenta et temeraria et periculosa: quid ergo est? impune feci; nam, quod agas mecum ex iure civili ac praetorio, non habes.» 34. Itane vero, recuperatores? hoc vos audietis et apud vos dici patiemini saepius? Cum maiores nostri tanta diligentia prudentiaque fuerint, ut omnia omnium non modo tantarum rerum, sed etiam tenuissimarum iura statuerint persecutique sint, hoc genus unum vel maximum praetermitterent, ut, si qui me exire domo mea coëgisset armis, haberem actionem, si qui introire prohibuisset, non haberem? Nondum de Caecinae causa disputo, nondum de iure possessionis nostrae loquor: tantum de tua defensione, C. Piso, quaero. 35. Quoniam ita dicis et ita constituis: «si Caecina, cum in fundo esset, inde deiectus esset, tum per hoc interdictum eum restitui oportuisse: nunc vero deiectum nullo modo esse inde, ubi non fuerit: hoc interdicto nihil nos assecutos esse:» quaero, si te hodie domum tuam redeuntem coacti homines et armati non modo limine tectoque aedium tuarum, sed primo aditu vestibuloque prohibuerint, quid acturus sis. Monet amicus meus te, L. Calpurnius, ut idem dicas, quod ipse antea dixit, «iniuriarum.» Quid id ad causam possessionis? quid ad restituendum eum, quem oportet restitui? quid denique ad ius civile? [aut ad actoris notionem

---

2. *aequitatim quicquam* T. — *est*] *es* T. — 3. *reque* T. — 4. *in primis is a* T. — *videatur* E T: *esse videatur* R A L 𝔏 O. Cf. §. 38. 78. — 5. *Nullam esse dices? Audire cupio*] *audire nullam esse dices cupio* T. — 6. *ocio* T. — *fecerit*] *fece* T. — 7. *coegerint* T. — *inermos, qui* mg. 𝔏 et Orellius (*Oratt. sell. XV.*): *inermosq;* T; *inermes qui* k α et L 𝔏 O; *inermesque cum* corr. q et A; *inermesque* R (etiam E). Cf. pro altera forma §. 60. 62. 93.; pro altera §. 63. p. Tullio §. 49. p. Fonteio §. 14. — 9. *reppulerit* E (de T Harlessius silet): *repulerit* R A L 𝔏 O. — *fugarit*] *fugam* T. — 11. *quod agas* Ernestius: *quid agas* 𝔄 A L 𝔏 O. Cf. §. 31. 36. Wesenberg ad or. p. Sestio p. 12. — 12. *vero* om. T. Cf. var. lect. §. 45. — 13. *maioris* T. — 14. *fruerint* T. — 15. *sint: hoc* L 𝔏: *sint, ut hoc* 𝔄 A; *sint,* [*ut*] *hoc* O. (*sint, ii hoc* Halmius.) — 16. *ut si qui me - - non haberem?* Quintilianus V. 11, 33., ubi bis editur *si quis,* cum optimi codices habeant *si qui*. Vid. Zumptii Supplem. editionis Spaldingianae p. 281. — *coegisset* E T G a b k m t α et Quintilianus: *coegissent* R A L 𝔏 O. — 17. *prohibuisset* E T a b k p q α et Quintilianus: *prohibuissent* R A L 𝔏 O. Fefellit librarios forma nominativi sing. *qui*. Cf. var. lect. ad or. p. Quinctio §. 71. — *non haberem* om. T. — 19. *quaero* E T: *loquor* t; *queror* R (etiam mg. t) A L 𝔏 O. Sed proxima verba quaestionem, non querelas continent; verba autem §. 41. *queramur, inquit, licet* cet. non huc pertinent, sed ad §. 40. — *Quoniam*] *quō* E; *quom* a e (sec. m.) p q; *quum* T; *cum* b m; *quomodo* G e (pr. m.) t β et A; *quando* k α et L 𝔏 O. Cf. §. 2. — 22. *deiectum nullo*] *nullum deiectum* T. — 24. *tectoque*] *totoque* T. — 25. *prohibuerunt* T a e q (pr. m.) t; *prohiberent* q (sec. m.). — 26. *Calphurnius* e β et A, *calfurnius* a. — 27. *Quid id ad* Ernestius: *quid ad* 𝔄 A L 𝔏; *quid* [*id*] *ad* O. Cf. pro Quinctio §. 79. p. Balbo §. 35. Verr. Accus. I. 45, 116. (124.) — 28. *quid denique - - iniuriarum? Plus*] *quid denique ad ius civile aut ad actoris notionem adque animadversionem aies iniuriarum plus* E; *quid denique ad ius civile aut actoris notionem atque animadversionem ages iniuriarum plus* T; *quid denique ad ius ciuile aut ad actoris notionem*

atque animadversionem?] Ages iniuriarum? Plus tibi ego largiar. Non solum egeris, verum etiam condemnaris licet: numquid magis possidebis? Actio enim iniuriarum non ius possessionis assequitur, sed dolorem imminutae libertatis iudicio poenaque mitigat. XIII. 36. Praetor interea, Piso, tanta de re tacebit? quem ad modum te restituat in aedes tuas, non habebit? Qui dies totos aut vim fieri vetat aut restitui factam iubet, qui de fossis, de cloacis, de minimis aquarum itinerumque controversiis interdicit, is repente obmutescet? in atrocissima re quid faciat, non habebit? et C. Pisoni domo tectisque suis prohibito, prohibito, inquam, per homines coactos et armatos, praetor quem ad modum more et exemplo opitulari possit, non habebit? Quid enim dicet? aut quid tu tam insigni accepta iniuria postulabis? «Unde vi prohibitus»? Sic nemo umquam interdixit; novum est, non dico inusitatum, verum omnino inauditum. «Unde deiectus»? Quid proficies, cum illi hoc respondebunt tibi, quod tu nunc mihi: armatos se tibi obstitisse, ne in aedes accederes; deiici porro nullo modo potuisse, qui non accesserit? 37. Deiicior ego, inquis, si quis meorum deiicitur omnino. Iam bene agis; a verbis enim recedis et aequitate uteris. Nam verba quidem ipsa si sequi volumus, quo modo tu deiiceris, cum servus tuus deiicitur? Verum ita est, uti dicis. Te deiectum debeo intelligere, etiam si tactus non fueris. Nonne? Age nunc, si ne tuorum quidem quisquam loco motus erit atque omnes in aedibus asservati ac retenti, tu solus prohibitus et a tuis aedibus vi atque armis proterritus: utrum hanc actio-

---

et ad animaduersionem aies iniuriarum plus a b e p q t β; *quid denique ad ius ciuile aut ad actoris actionem et ad animaduersionem: Aies iniuriarum. plus* G; *quid denique ad ius ciuile aut ad actoris notionem et animaduersionem ages iniuriarum plus* k; *quid denique ad ius ciuile aut ad actoris notionem et animaduersionem aies iniuriarum plus* m α; *quid denique ad ius ciuile: aut ad actoris notionem et ad animaduersionem aies. Iniuriarum? plus* A; *quid denique? ad ius ciuile, ages iniuriarum? plus* (mediis omissis) L; *quid denique? ad ius ciuile, aut ad actoris notionem, et ad animaduersionem, ages iniuriarum? Plus* 𝔏; *quid denique ad ius ciuile aut ad praetoris notionem et ad animaduersionem? ages iniuriarum. Plus* P. Faber; *quid denique ad ius civile? At ad actoris notionem et* [*ad*] *animadversionem ages iniuriarum. Plus* O; *quid denique ad ius civile? At ad auctoris notionem atque animadversionem ages iniuriarum. Plus (at* ex sua, *auctoris* ex Heisii coniectura) Orellius *(Oratt. sell. XV.)*; *quid denique? ad ius civile, an ad notionem atque animadversionem ages iniuriarum? Plus* Gar. 2.; *quid denique ad ius civile, cum ad facinoris notionem atque animadversionem ages iniuriarum? Plus* Theod. Mommsenius. Verba a nobis seclusa aliunde profecta esse bene declaravit Lambinus, quem mutata verborum distinctione secuti sumus. — 3. *adsequitur* T. — 5. *tacebis* a m q (pr. m.) t β et A. — *aedis* T. — 8. *interdictis repente* ET; *interdicit repente* a e k m p q t. Cf. var. lect. p. 503. v. 2. — *quid*] *quod* Ernestius. Subtile omnino est discrimen: *non habebit quid faciat* est «inter duo triave sibi proposita nesciet prorsus quid faciendum statuat»; *non habebit quod faciat* «nihil omnino facere volet vel poterit.» Or. Cf. §. 31. 33. — 9. *Pisoni* L: *Pisone* 𝔄 A 𝔏 O. — *que* om T. — *prohibito* semel exhibent 𝔄 (praeter k, de quo non liquet) et A; iteratum est inde ab Aldina. Cf. §. 3. — 10. *armatos et coactos* a m q t β et A. — 12. *iniuria accepta* L. — *prohibitus? sic* α et Garatonius: *prohibitus sis* R A L 𝔏 O. — 13. *nemo* om. T. — 14. *illi*] *ille* T. — 15. *se* om. k et O. — 16. *accesseris* L. — *deieci* T (quam lectionem omisit Iordanus); *dici* a m q (pr. m.) t. — *deicior* T. — 17. *deicitur* T e; *dicitur* a p. — *deiicitur, omnino. Iam* L; *deiicitur: omnino iam* A; *deiicitur. Omnino iam* 𝔏. — 18. *equitate* T. — *verba quidem ipsa* E T: *verba ipsa* R A L 𝔏 O. — 20. *ita* om. a m p q t β et A. — 21. *non fueris* om. T. — *quidem tuorum* G a b m p q t α β et A; *quidem* om. e. — 22. *asservati*] *ac seruati* E G b e p t; *ac reseruati* T; *seruati* a k. — 23. *proterritus* E (ut voluerat Lambinus): *perterritus* R (de T tamen silet Harlessius) A L 𝔏 O. Cf. §. 24.

nem habebis, qua nos usi sumus, an aliam quampiam an omnino nullam? Nullam esse actionem dicere in re tam insigni tamque atroci neque prudentiae neque auctoritatis tuae est: alia si quae forte est, quae nos fugerit, dic, quae sit; cupio discere. 38. Haec si est, qua nos usi sumus, te iudice vincamus necesse est. Non enim vereor ne hoc dicas, in eadem causa eodem interdicto te oportere restitui, Caecinam non oportere. Etenim cui non perspicuum est, ad incertum revocari bona, fortunas, possessiones omnium, si ulla ex parte sententia huius interdicti deminuta aut infirmata sit? si auctoritate virorum talium vis armatorum hominum iudicio approbata videatur, in quo iudicio non de armis dubitatum, sed de verbis quaesitum esse dicatur? Isne apud vos obtinebit causam suam, qui se ita defenderit: «Reieci ego te armatis hominibus, non deieci,» ut tantum facinus non in aequitate defensionis, sed in una littera latuisse videatur? 39. Huiusce rei vos statuetis nullam esse actionem, nullum experiundi ius constitutum, qui obstiterit armatis hominibus, qui multitudine coacta non introitu, sed omnino aditu quempiam prohibuerit? XIV. Quid ergo? hoc quam habet vim? Ut distare aliquid aut ex aliqua parte differre videatur, utrum, pedem cum intulero atque in possessione vestigium fecero, tum expellar ac deiiciar, an eadem vi et isdem armis mihi ante occurratur, ne non modo intrare, verum adspicere aut adspirare possim: quid hoc ab illo differt, ut ille cogatur restituere, qui ingressum expulerit, ille, qui ingredientem reppulerit, non cogatur? 40. Videte, per deos immortales! quod ius nobis, quam condicionem vobismet ipsis, quam denique civitati legem constituere velitis. Huiusce generis una est actio per hoc interdictum, quo

---

2. *in re dicere* T. — 3. *alia*] *aliqua* T. — *si quae* E T α β et A: *si que* G a b e; *si quo* m; *si qua* R L 𝔏 O. — *fortae* E. — 4. *dic, quae sit*] Cf. Quintil. V. 10, 68. — 7. . . . . *um est ad incertum revocari -- licet tamen hoc interdicto* (§. 44.) habet P. — *non perspicuum* P E T: *perspicuum non* R A L 𝔏 O. — *est* P: *sit* R A L 𝔏 O. — *bonas fortunas* E. Cf. §. 76. — 8. *possessionis* E T a e p t β. — 9. *deminuta* T (si fides est Harlessii silentio) L O: *diminuta* R (etiam P, de quo errat Iordanus) A 𝔏. Cf. §. 5. — *si auctoritate* P L 𝔏 O: *sim auctoritate* E; *se in auctoritate* T; *sic in auctoritate* α; *si in auctoritate* R A. — *talium virorum* L. — *vis -- adprobata* P L (de Hotomani coniectura) O: *ius -- approbatum (adprobatum* T) R A 𝔏. — 10. *videatur -- dubitatum* om. T. — 12. *defenderet* T. — *Reieci* Kellerus (p. 393 — 400.): *eieci* 𝔄 (etiam P et Rufinianus de fig. sent. §. 6.) A L 𝔏 O. Cf. §. 24. 39. 48. 66. 84. — *te ego* T. — 13. *defensionis*] *iuris* Rufinianus. — 15. *nullum* E T V O: *nullius* G; *nulli* R (etiam P, si fides est Peyroni silentio; in edit. Patavina enim a. 1753. legitur *nulli experiendi)* A L 𝔏. — *qui obstiterit* P E T k et O: *quod obstiterit* R A L 𝔏. Cf. Garatonium ad Vatin. §. 12. p. 59. ed. Halm. — 16. *quod multitudine* L. — *introitus sed* P. — 17. *hoc* om. P. — *hoc, *eieci ego te, non deieci,* quam* 𝔏. In L vacuum est spatium post vv. *habet vim.* — *ut distare aliquid aut ex aliqua parte* Peyronus: *V.DIS.AREALIQVIDTAUTEX ALIQVAPARTE* P; *ut ista re aliquid aut aliqua ex parte* E T; *ut ista res cum aliqua ex parte* k; *ut ista re aliquid cum aliqua ex parte* R A; *ut illa res aliquid aliqua ex parte* cum Iuntina 𝔏 O; *ut illae res aliquid aliqua ex parte* (et deinceps *videantur)* L. — 19. *possessione* P: *possessiones* T; *possessionem* R A L 𝔏 O. — *ac* P E T: *atque* R A L 𝔏 O. — *deiciar* P E T. — *an eadem* P E T O: *an in eadem* R A L; *an quum eadem* 𝔏. — 20. *et isdem* P E T: *et hisdem* β; *et iisdem* R A O; *atque iisdem* cum Aldina 𝔏; *et in eisdem* Iuntina; *atque in eisdem* L. — *ante*] *an* a m q (pr. m.) t β et A. — Syllabam *oc* supra versum habet E. — 21. *verum* 𝔄 A: *verum etiam* cum Aldina L 𝔏 O. — *aspicere* P E. — *aspirare* E. — *quid*, ut volebat Lambinus, P O: *qui* R A L 𝔏. — *ille cogatur*] *intelligatur ille cogatur* E, sed infra verbum *intelligatur* lineola posita, qua delendum esse indicatur. — 22. *reppulerit* E (de T silet Harlessius): *repulerit* R A L 𝔏 O. — 25. *huius generis* P; sed *ce* videtur superscriptum.

nos usi sumus, constituta: ea si nihil valet aut si ad hanc rem non pertinet, quid negligentius aut quid stultius maioribus nostris dici potest, qui aut tantae rei praetermiserint actionem aut eam constituerint, quae nequaquam satis verbis causam et rationem iuris amplecteretur? Hoc est periculosum, dissolvi hoc interdictum, est captiosum omnibus rem ullam constitui eius modi, quae, cum armis gesta sit, rescindi iure non possit: verum tamen illud est turpissimum, tantae stultitiae prudentissimos homines condemnari, ut vos iudicetis huius rei ius atque actionem in mentem maioribus nostris non venisse.

41. Queramur, inquit, licet, tamen hoc interdicto Aebutius non tenetur. Quid ita? Quod vis Caecinae facta non est. Dici in hac causa potest, ubi arma fuerint, ubi coacta hominum multitudo, ubi instructi et certis locis cum ferro homines collocati, ubi minae, pericula terroresque mortis, ibi vim non fuisse? Nemo, inquit, occisus est neque saucius. Quid ais? cum de possessionis controversia et de privatorum hominum contentione iuris loquamur, tu vim negabis factam, si caedes et occisio facta non erit? Ego exercitus maximos saepe pulsos et fugatos esse dico terrore ipso impetuque hostium, sine cuiusquam non modo morte, verum etiam vulnere. XV. **42.** Etenim, recuperatores, non ea sola vis est, quae ad corpus nostrum vitamque pervenit, sed etiam multo maior ea, quae periculo mortis iniecto formidine animum perterritum loco saepe et certo de statu demovet. Itaque saucii saepe homines, cum corpore debilitantur, animo tamen non cedunt neque eum relinquunt locum, quem statuerunt defendere; at alii pelluntur integri: ut non dubium sit, quin maior adhibita vis ei sit, cuius animus sit perterritus, quam illi, cuius corpus vulneratum sit. **43.** Quod si vi pulsos dicimus exercitus esse eos, qui metu ac tenui saepe suspicione periculi fugerunt, et si non solum impulsu scutorum neque conflictu corporum neque ictu comminus neque coniectione telorum, sed saepe clamore ipso militum aut instructione adspectuque signorum magnas copias pulsas esse et vidimus et audivimus: quae vis in bello appellatur, ea in otio non ap-

---

1. *aut si ad*] *et si et* T. — 2. *dici*] *deici* P. — 4. *amplectaretur* T. — *hoc est periculosum* P: *periculosum (periculum* G) *est* R A L 𝔏 O. — 5. *est captiosum* 𝔄 (praeter G β) A: *captiosum* (om. *est) β*; [*est*] *captiosum* O; *captiosum est* G, Aldina, L 𝔏. — 7. *illud est turpissimum* E T: *est turpissimum illud* R (etiam P, si fides est Peyroni silentio) A L 𝔏 O. — 8. «al. *condemnare*» mg. 𝔏. — *rei ius atque actionem* E T: *rei atque actionem* G a m p q t α; *rei uim atque actionem* k; *rei interdictum atque actionem* P (si fides est Peyroni silentio) e b β et A L 𝔏; *huius rei atque actionis* cum ed. Veneta a. 1472. O. Cf. §. 32. — 10. *quaeramur* T. — 11. *Quod vis*] *Quia vis* L 𝔏. — 12. Malim *fuerunt*. Cf. var. lect. v. 24. — 14. *ibi*] *ubi* a t β et A. — *sauciatus* Ernestius. «Nihil opus. Sic *multis civibus ex utraque parte sauciis*, *multis occisis* Varro ap. Nonium p. 398. Merc.» Or. — 16. *factam* E T G a e k m p q t α β et A: *esse factam* b et L 𝔏 O. Cf. §. 44. 49. — 17. *et occisio et exercitus maximus facta non erit? Saepe pulsos* E; *et occisio exercitus maximos facta non erit spe uos pulsos* T; *et occ. facta non erit et (ego* corr. t) *exercitus maximus* (*maximos* a k m α et corr. q t) *saepe pulsos* G a e k m p q t α. — *et effugatos* E. — 19. *Etenim -- demovet* Quintil. VII. 3, 17. — *reciperatores* E et Quintiliani codices optimi; vid. Zumptii Supplem. ed. Spald. p. 366. Cf. §. 6. — *sola ea* T. — 21. *injecto*] «Fort. *illato*» mg. 𝔏. — 22. *de* om. Quintilianus. Cf. §. 49. — *stratu* T. — *demovet* Quintilianus, E T, L 𝔏 O: *dimouet* R A. — *sepe* T. — 23. *relinquent* E T G a e p q t. — 24. *statuerunt* E (de T Harlessius silet): *statuerint* R A L 𝔏 O. — 27. *esse* om. T. — 28. *si* om. T. — 29. *comminus* E L 𝔏: *cominus* R (de T Harlessius silet) A O. — *coniectatione* T. — 30. *aspectuque* E. — 31. *quae vis -- non appellabitur* Quintil. VII. 3, 29. — *ocio* T.

pellabitur? et, quod vehemens in re militari putatur, id leve in iure civili iudicabitur? et, quod exercitus armatos movet, id advocationem togatorum non videbitur movisse? et vulnus corporis magis istam vim, quam terror animi declarabit? et sauciatio quaeretur, cum fugam factam esse constabit? 44. Tuus enim testis hoc dixit, metu perterritis nostris advocatis locum se, qua effugerent, demonstrasse. Qui non modo ut fugerent, sed etiam ipsius fugae tutam viam quaesiverunt, his vis adhibita non videbitur? Quid igitur fugiebant? Propter metum. Quid metuebant? Vim videlicet. Potestis igitur principia negare, cum extrema conceditis? Fugisse perterritos confitemini: causam fugae dicitis eandem, quam omnes intelligimus, arma, multitudinem hominum, incursionem atque impetum armatorum: haec ubi conceduntur esse facta, ibi vis facta negabitur?

XVI. 45. At vero hoc quidem iam vetus est et maiorum exemplo multis in rebus usitatum, cum ad vim faciundam veniretur, si quos armatos quamvis procul conspexissent, ut statim testificati discederent, optime sponsionem facere possent, NI ADVERSVS EDICTVM PRAETORIS VIS FACTA ESSET. Itane vero? scire esse armatos satis est, ut vim factam probes: in manus eorum incidere non est satis? adspectus armatorum ad vim probandam valebit? incursus et impetus non valebit? qui abierit facilius sibi vim factam probabit quam qui effugerit? 46. At ego hoc dico: si, ut primo in castello Caecinae dixit Aebutius se homines coegisse et armasse neque eum, si illo accessisset, abiturum, statim Caecina discessisset, dubitare vos non debuisse, quin Caecinae facta vis esset; si vero, simul ac procul conspexit armatos, recessisset, eo minus dubitaretis. Omnis enim vis est, quae periculo aut decedere nos alicunde cogit aut prohibet accedere. Quod si aliter statuetis, videte ne hoc vos statuatis, qui vivus discesserit, ei vim non esse factam; ne hoc omnibus in possessionum controversiis praescribatis, ut confligendum sibi et armis decertandum putent; ne, quem ad modum in bello poena ignavis ab imperatoribus constituitur, sic in iudiciis deterior causa sit eorum, qui fugerint, quam qui ad extremum usque contenderint. 47. Cum de iure et legitimis hominum controversiis loquimur et in his rebus vim

---

2. *quod exercitus -- videbitur movisse* Quintil. V. 10, 92. — 3. *togatorum* om. Quintilianus. — 4. *declarauit* E T. — 5. *metu*] «fort. *se metu*» mg. 𝔏. — *perterritus* T β. — 6. *locum se qua* E T O: *locum qua* (om. *se*) R A L 𝔏. — *quae* (non *qua*) *fugerent* T. — 7. *quaesiverunt* T, *quesiuerunt* E: *quaesierunt* R A L 𝔏 O. — 8. *Quid igitur -- extrema concedatis* Quintil. VII. 3, 29. — «L. *Quur igitur*» mg. 𝔏. — 9. *uim uidelicet potestatis. igitur principia negare potestis. cum* 𝔄 (nisi quod verbum *potestis* omissum est in E T p, expunctum in q, superscr. a manu rec. in E, ut insereretur) A. Emendavit (e Quintiliano) Naugerius in Aldina. — 10. *concedatis* cum Quintiliano k. — *fuisse* A. — 12. *armatorum* E T V L O: *armorum* R A 𝔏. — 13. *negabatur* T. — 15. *faciendam* a e k et 𝔏. — 16. Fort. *discedere et optime* cet. — 17. *ni* E T β et L 𝔏 O: *ne* R A. — *praetoris*] *.p. R.* E. Cf. §. 23. — 18. *Itane -- non est satis* Quintilianus V. 10, 93. Cf. Iul. Victor p. 223. v. 35 sqq. — *vero* om. Quintilianus. Cf. var. lect. §. 34. — 19. *sat est* Quintilianus. — *aspectus* T. — 21. *dico hoc* G a b e m p q t α β et A. — 22. *ut primum* L. — 23. *eum si illo* E T a b e q t α β et A: *eum si ullo* G; *cum si illo* m; *illum si illo* k p; *illum si eo* cum Aldina L 𝔏 O. — 24. *quin*] *qui in* T. — 26. *quae periculo*] *quericulo* T; *quae ridiculo* E a e m p q t α. — *aut aliquo prohibet* L («et ita v. c.» mg. 𝔏). — *aliunde* 𝔄 (de T tamen silet Harlessius) A. Emendavit Naugerius in Aldina. Cf. §. 82. Osann ad Cic. de Rep. p. 410. — 27. *accederet* T. — 28. *uiuos* T, antiqua scriptura. Cf. Osann l. l. p. 438 sqq.

nominamus, pertenuis vis intelligi debet. Vidi armatos, quamvis paucos: magna vis est; decessi unius hominis telo proterritus: deiectus detrususque sum. Hoc si ita statuetis, non modo non erit, cur depugnare quisquam posthac possessionis causa velit, sed ne illud quidem, cur repugnare; sin autem vim sine caede, sine vulneratione, sine sanguine nullam intelligetis, statuetis homines possessionis cupidiores quam vitae esse oportere.

XVII. 48. Age vero, de vi te ipsum habebo iudicem, Aebuti. Responde, si tibi videtur. In fundum Caecina utrum tandem noluit an non potuit accedere? Cum te obstitisse et reppulisse dicis, certe hunc voluisse concedis. Potes igitur dicere non ei vim fuisse impedimento, cui, cum cuperet eoque consilio venisset, per homines coactos licitum non sit accedere? Si enim id, quod maxime voluit, nullo modo potuit, vis profecto quaedam obstiterit necesse est, aut tu dic, quam ob rem, cum vellet accedere, non accesserit. 49. Iam vim factam negare non potes: deiectus quem ad modum sit, qui non accesserit, id quaeritur. Demoveri enim et depelli de loco necesse est eum, qui deiiciatur; id autem accidere ei qui potest, qui omnino in eo loco, unde se deiectum esse dicit, numquam fuit? Quid? si fuisset et ex eo loco metu permotus fugisset, cum armatos vidisset, diceresne esse deiectum? Opinor. An tu, qui tam diligenter et tam callide verbis controversias, non aequitate diiudicas, et iura non utilitate communi, sed litteris exprimis, poterisne dicere deiectum esse eum, qui tactus non erit? Quid? detrusum dicesne? nam eo verbo antea praetores in hoc interdicto uti solebant. Quid ais? potestne detrudi quisquam, qui non attingitur? nonne, si verbum sequi volumus, hoc intelligamus necesse est, eum detrudi, cui manus afferantur? Necesse est, inquam, si ad verbum rem volumus adiungere, neminem statui detrusum, qui non adhibita vi manu demotus et actus praeceps intelligatur. 50. Deiectus vero qui potest esse quisquam, nisi in inferiorem locum de superiore motus? Potest pulsus, fugatus, eiectus denique: illud vero nullo modo potest, deiectus esse quisquam, non modo qui tactus non sit, sed ne in aequo quidem et plano loco. Quid ergo?

---

1. *pertenuis vis*] *pertenuis* T; *pertenui uis* E a e m p t. — 2. *proterritus* nos: *perterritus* ceteri. Cf. §. 24. — *detrussusque* T. — 3. *non modo* in E margini adscriptum est a manu recentiore. — 4. .... *hac possessionis causa velit* -- *compositum qui se prae* .... (§. 50.) habet P. — *repugnare*] *depugnare* T. — 5. *sine* ante v. *vulneratione* om. T. — 6. *intellegitis statuitis* P. — 7. *habeo* T. — 8. *tandem noluit* P E T: *noluit tandem* R A L 𝔏 O. — 9. *reppulisse* P E T, *repulisse* V O: *repudiasse* G a b e m p q (pr. m.) t (sec. m.) α β et A L 𝔏; *repugnasse* k q (sec. m.) t (pr. m.). — 10. *CONCEDISSİPOTES* P. — *potes*] *post* T; *potest* a m p q t β. — *cui cum*] *quicum* P. Cf. §. 45. — 11. *licitum non sit* P E T O: *non sit licitum* R A L 𝔏. — 12. *potuit*] *DOLUIT* superscr. *POT* P. — 14. *negari non potest* A. — 15. *queritur* T. — *dimoueri* k β et A. — 16. *DEPELLIDĖLOCO* P. Cf. §. 42. — *est* om. T. — *deiciatur* T (et sic semper). — *accedere* T m. — 18. *quid si* P E T L O: *quod si* R A 𝔏. — *et* om. T. — *permotos* T. — 20. *calide uerbis controuersiam* P. — 22. *delectum* P. Cf. §. 76. 79. 87. pro Quinctio §. 8. 62. Verr. Accus. III. §. 127. — *TAṄCTVS* P. — *Quid?*] *quod* T. — *dicesne* P: *dices* R A L 𝔏 O. — 23. *in hoc* P E T L 𝔏 O: *hoc* (om. *in*) R A. — 25. *necessest* P. — *cui iam manus* (particula *iam* superscripta) P. — *adferantur* T; *adferantur* (superscr. v) E, «et ita quidem, ut *d* ex *u* antea scripto correctum esse appareat.» FREUND. — 26. *necessest* P; *nec est* E T G b p; *ne est* a e m q t et A. — *adiungere* P O: *attinere* k; *attingere* R A L 𝔏. Cf. de Invent. II. 47, 53. p. Roscio Am. §. 86. — 27. *statui* P T L O: *statu* R (etiam E) A 𝔏. — 28. *vero*] *uerbo* P. — *nisi qui in* β et A. — 31. *ne in aequo* P: om. *in* R A L 𝔏 O.

hoc interdictum putamus eorum esse causa compositum, qui se praecipitatos ex locis superioribus dicerent — eos enim vere possumus dicere esse deiectos —, an, cum voluntas et consilium et sententia interdicti intelligatur, impudentiam summam aut stultitiam singularem putabimus, in verborum errore versari, rem et causam et utilitatem communem non relinquere solum, sed etiam prodere?

XVIII. 51. An hoc dubium est, quin neque verborum tanta copia sit non modo in nostra lingua, quae dicitur esse inops, sed ne in alia quidem ulla, res ut omnes suis certis ac propriis vocabulis nominentur, neque vero quidquam opus sit verbis, cum ea res, cuius causa verba quaesita sint, intelligatur? Quae lex, quod senatus consultum, quod magistratus edictum, quod foedus aut pactio, quod ut ad privatas res redeam, testamentum, quae iudicia aut stipulationes aut pacti et conventi formula non infirmari ac convelli potest, si ad verba rem deflectere velimus, consilium autem eorum, qui scripserunt, et rationem et auctoritatem relinquamus? 52. Sermo hercule et familiaris et quotidianus non cohaerebit, si verba inter nos aucupabimur. Denique imperium domesticum nullum erit, si servulis hoc nostris concesserimus, ut ad verba nobis obediant, non ad id, quod ex verbis intelligi possit, obtemperent. Exemplis nunc uti videlicet mihi necesse est harum rerum omnium! Non occurrit uni cuique vestrum aliud alii in omni genere exemplum, quod testimonio sit, non ex verbis aptum pendere ius, sed verba servire hominum consiliis et auctoritatibus? 53. Ornate et copiose L. Crassus, homo longe eloquentissimus, paulo ante quam nos in forum venimus, iudicio centumvirali hanc sententiam defendit et facile, cum contra eum prudentissimus homo, Q. Mucius, diceret, probavit omnibus, M'. Curium, qui heres institutus esset ita, mortuo postumo filio, cum filius non modo non mortuus, sed ne natus quidem esset, heredem esse oportere. Quid? verbis hoc satis erat cautum? Minime. Quae res igitur valuit? Voluntas, quae si tacitis nobis intelligi posset, verbis omnino non uteremur: quia non potest, verba reperta sunt, non quae impedirent, sed quae indicarent voluntatem. XIX. 54. Lex usum et auctoritatem fundi iubet esse biennium: at utimur eodem iure in aedibus, quae in lege non appellantur. Si via sit immunita, iubet, qua velit, agere iumentum: potest hoc ex ipsis verbis intelligi, licere, si via sit in Brittiis immunita, agere, si velit, iumentum per M. Scauri Tusculanum.

---

3. *an cum* 𝔄 A: *an non cum* cum Iuntina L 𝔏 O, in quibus haec verba puncto a superioribus seiuncta sunt. Cf. Klotzium ed. pr. praef. p. XXIV. — 4. *intellegantur* (non *intelligantur*) T. — 5. *uersari. Item* T. — 10. *cuius* om. T. — 13. *et* delevit L, seclusit O. Cf. ad Att. VI. 3, 1. — 14. *ac*] *aut* β et A L 𝔏. Cf. §. 18. — 15. *eorum* om. T. — 16. *hercule*] *mehercule* b β et L 𝔏 O. — *et* ante v. *familiaris* om. T. — *cotidianus* T. — 18. *nostris* om. T. (Deerat haec varietas in Th. Mommsenii schedis.) — 19. *optemperent* T. Cf. §. 10. — 22. *quodquod* T. — *aptum* E T V b p et O: *actum* a e m q t α β et A; *totum* k et L 𝔏. — 25. *centumuirale* T. — 26. *Q.*] *quintus* E. — 27. *M.'*] *.M.* E e k m p t et A. De T Harlessius silet. — 28. *esset*] *esse* T. Falso ad v. 27. hanc lectionem rettulit Iordanus. — 29. *esse* om. T. — *hoc satis erat cautum* E T: *hoc cautum satis erat* k; *satis hoc cautum erat* R A L 𝔏 O. — 30. *posset*] *possit* T. — 32. *usum auctoritatem* (om. *et*) Hotomanus coll. Topic. c. 4. — 33. *At*] *et* a m p q t β et A; *ac* e α; *ut* G. — 34. *appellatur* E (Freundio teste) T. — 35. *ex ipsis* (non *ipsiis*) *verbis* T: om. *ipsis* R A L 𝔏 O. — 36. *Brittiis* (non *britiis*) T: *brytiiis* E; *brictiis* a p t (pr. m.); *brutis* α; *Bruttiis* R A L 𝔏 O. Cf. Inscr. R. Neap. p. 458. Iul. Flor. ed. Iahn p. 25. v. 43.

Actio est in auctorem praesentem his verbis: QVANDOQVE TE IN IVRE CONSPICIO. Hac actione Appius ille Caecus uti non posset, si tam vere homines verba consectarentur, ut rem, cuius causa verba sunt, non considerarent. Testamento si recitatus heres esset pupillus Cornelius isque iam annos xx haberet, vobis interpretibus amitteret hereditatem. 55. Veniunt in mentem mihi permulta, vobis plura, certo scio. Verum, ne nimium multa complectamur atque ab eo, quod propositum est, longius aberret oratio, hoc ipsum interdictum, quo de agitur, consideremus: intelligetis enim in eo ipso, si in verbis ius constituamus, omnem utilitatem nos huius interdicti, dum versuti et callidi velimus esse, amissuros. VNDE TV AVT FAMILIA AVT PROCVRATOR TVVS. Si me vilicus tuus solus deiecisset, non familia deiecisset, ut opinor, sed aliquis de familia. Recte igitur diceres te restituisse? Quippe: quid enim facilius est quam probari iis, qui modo Latine sciant, in uno servulo familiae nomen non valere? Si vero ne habeas quidem servum praeter eum, qui me deiecerit, clames videlicet: «Si habeo familiam, a familia mea fateor te esse deiectum.» Neque enim dubium est quin, si ad rem iudicandam verbo ducimur, non re, familiam intelligamus, quae constet ex servis pluribus; quin unus homo familia non sit. Verbum certe hoc non modo postulat, sed etiam cogit. 56. (At vero ratio iuris interdictique vis et praetorum voluntas et hominum prudentium consilium et auctoritas respuat hanc defensionem) et pro nihilo putet. XX. Quid ergo? isti homines Latine non loquuntur? Immo vero tantum loquuntur, quantum est satis ad intelligendam voluntatem, cum sibi hoc proposuerint, ut sive me tu deieceris, sive tuorum quispiam, sive servorum, sive amicorum, ut servos non numero distinguant, sed appellent uno familiae nomine, de liberis autem quisquis est, procuratoris nomine appelletur: non

---

1. *actorem* cum Iuntina 𝔏. — *quandoque* 𝔄 (de T tamen Harlessius silet) A: *quando* Iuntina; *quandoquidem* cum Aldina L 𝔏; *quando* [*quidem*] O, coll. Cic. pro Murena §. 26. Cf. Verr. Accus. III. §. 187. Liv. VIII. 7. IX. 10. Th. Mommsen *de auctoritate* p. 15. — 2. *vere*] «al. *severe*» mg. 𝔏. Cf. §. 50. 60. — 3. *ut* E T O: *quam* R A L 𝔏. — *causa* in E superscr. est. — *sint* corr. in *sunt* E; om. T. — 8. *aberret*] *erret* T. — *quo de agitur* E: *quod ea agitur* T (cf. §. 7.); *de quo agitur* R A L 𝔏 O. — *intelligitis* E T G a b e m p t α β et A. — 9. *ius*] *ipsius* T. Omisit hanc lectionem Iordanus. — *utilitatem omnem* T. — 10. *velimus* E T: *volumus* R A L 𝔏 O. — 11. *unde tu -- solus deiecisset* Quintil. V. 10, 98. Iulius Victor p. 225. v. 27 sq. — *vilicus* T et Iulius Victor: *villicus* A L 𝔏 O. Conf. §. 63. p. Tullio §. 47. Lachmann comm. ad Lucret. p. 33. — 12. *ut*] *non* T; om. t. — 13. *restitisse* E (de T silet Harlessius) G a b e k m q (sec. m.) α β et A; *restisse* p q (pr. m.) t. Emendavit Naugerius in Aldina. Cf. §. 60. — *probari iis*] *probaris* E T. Malim *probare iis*. Cf. p. Tullio §. 45. — 14. *qui modo latine* T: *qui latine* R A L 𝔏 O. Cf. Hand Turs. III. p. 634. — 15. *Si vero -- me deiecerit* Quintil. V. 10, 98. Iulius Victor p. 225. v. 28 sq. — *deierit* T. (Deerat haec lectio in Th. Mommsenii schedis.) Cf. §. 83. — 17. *neque enim dubium* E T: *neque dubium* (om. *enim*) R A L 𝔏 O. — 18. *servis*] *uerbis* T. — 19. *unius* err. typogr. L. — *Verbum*] *uerbo num* E T b m p q t β et A; *uerbo nunc* G; *uerbo unum* e α; *uerbo numerum* k. Correctum est iam in Iuntina. — *non modo*] *modo non* T. (Deerat haec lectio in Mommsenii schedis.) — 20. *postulabat* T. — *cogit.*] *cogit?* E. — *uero oratio* T. — *vis*] *ius* A. — 22. *ergo*] *igitur* q et O. — 23. *locuntur* utroque loco E, altero loco etiam T. — 24. *ut sive me tu deieceris* E T V e k α et 𝔏: *ut siue metu deieceris* q; *ut siue meta deieceris* a m p t; *ut sine metu deieceris* G; *ut siue tumet deieceris* b β, mg. t et A; *ut me restituas, siue tu deieceris* «ope veteris codicis» L; *ut me restituas, sive tumet eieceris* O. Formam *tumet* diserte damnat Priscianus XII. 5, 23. — 26. *non in numero* T. — *distinguant numero* L. — 27. *quispiam est procuratores* T.

quo omnes sint aut appellentur procuratores, qui negotii nostri aliquid gerant, sed in hac re cognita sententia interdicti verba subtiliter exquiri omnia noluerunt. 57. Non enim alia causa est aequitatis in uno servo et in pluribus, non alia ratio iuris in hoc genere dumtaxat, utrum me tuus procurator deiecerit is, qui legitime procurator dicitur, omnium rerum eius, qui in Italia non sit absitve rei publicae causa, quasi quidam paene dominus, hoc est, alieni iuris vicarius, an tuus colonus aut vicinus aut cliens aut libertus aut quivis, qui illam vim deiectionemque tuo rogatu aut tuo nomine fecerit. 58. Quare si ad eum restituendum, qui vi deiectus est, eandem vim habet aequitatis ratio, ea intellecta certe nihil ad rem pertinet, quae verborum vis sit ac nominum. Tam restitues, si tuus me libertus deiecerit nulli tuo praepositus negotio, quam si procurator deiecerit: non quo omnes sint procuratores, qui aliquid nostri negotii gerunt, sed quod in hac re quaeri nihil attinet. Tam restitues, si unus servulus, quam si familia fecerit universa: non quo idem sit servulus unus, quod familia, verum quia non, quibus verbis quidque dicatur, quaeritur, sed quae res agatur. Etiam si, ut longius a verbo recedamus, ab aequitate ne tantulum quidem, si tuus servus nullus fuerit et omnes alieni ac mercennarii, tamen et ipsi tuae familiae genere et nomine continebuntur.

XXI. 59. Perge porro hoc idem interdictum sequi. Hominibvs coactis. Neminem coëgeris: ipsi convenerint sua sponte. Certe cogit is, qui congregat homines et convocat: coacti sunt ii, qui ab aliquo sunt unum in locum congregati. Si non modo convocati non sunt, sed ne convenerunt quidem, sed ii modo fuerunt, qui etiam antea, non vis ut fieret, verum colendi aut pascendi causa esse in agro consuerant, defendes homines coactos non fuisse, et verbo quidem superabis me ipso iudice, re autem ne consistes quidem ullo iudice. Vim enim multitudinis restitui voluerunt, non solum convocatae multitudinis, sed, quia plerumque, ubi multitudine opus est, homines cogi solent, ideo de coactis compositum interdictum est: quod etiam si verbo differre videbitur, re tamen erit unum et omnibus in causis idem valebit, in quibus perspicitur una atque eadem causa aequitatis. 60. Armatisve. Quid

---

1. *quod omnes* L. — *sint ut appellentur* E (de T Harlessius silet) G M b e m p q t et A. Fort. *sint, ut appellantur, procuratores*. — 2. Malim *gerunt*. Cf. v. 14. — *sed quia in* L. — *verba subtiliter exquiri* E T V O: *verba exquiri* (om. *subtiliter*) R A L 𝔏. — 7. *an*] *aut* E G M a b e m q t α β. De T Harlessius silet. — 13. *non quod omnes* L. — 14. *gerant* malebat Ernestius. Cf. v. 2. — *quaeri*] *id quaeri* Schützius. «Facilius tamen *id* post *quod* intercidere potuit.» Iord. — *attineat* L. — 15. *fecerit* 𝔄 A: *deiecerit* cum Aldina L 𝔏 O. — *non quod idem* L. — 16. *servulus unus quod* E T O: *servulus quod* (om. *unus*) R A L 𝔏. — 17. *Etiam si ut* 𝔄 (praeter β et corr. q) A: *et si ut* β; *et ut* L; *etiam ut* q et cum Aldina 𝔏 O. — *longius*] *iam longius* k et 𝔏 O; *etiam longius* L. — 18. *ne*] *non* 𝔄 (praeter E T). — 19. *et omnes* 𝔄 (praeter p) A 𝔏: *sed omnes* p et L O. — *mercennarii* E A et v. c. in mg. 𝔏 (de T Harlessius silet): *mercenarii* L 𝔏 O. Illam scripturam exhibet etiam cod. Regius Verr. V. §. 54. Cf. §. 63. Halm ad or. pro Fonteio XIV. 32. — *ipsi*] *ipsi servi* 𝔄 A. Emendavit Naugerius in Aldina. — 20. *genere* E T O: *et genere* R A L 𝔏 O. — 22. *cogit*] *cogerit* M b p t; *coegerit* G e m α β et A; *cohegerit* a. — 24. *convocati sunt* (om. *non*) A. — 25. *ii*] *hi* T (deest haec lectio apud Iordanum); om. a m p q t. — 26. *consuerant* E T a b e m q t β: *consueverant* R A L 𝔏 O. — 32. *et in omnibus causis* A; *et in causis omnibus* k. — 33. *armatisque* cum Hotomano L 𝔏. Sed cf. Heinrichium ad or. p. Tullio §. 9. *(De armatis vero quid dicemus? A.)*

dicemus? Armatos, si Latine loqui volumus, quos appellare vere possumus? Opinor eos, qui scutis telisque parati ornatique sunt. Quid igitur? si glebis aut saxis aut fustibus aliquem de fundo praecipitem egeris iussusque sis, quem hominibus armatis deieceris, restituere, restituisse te dices? Verba si valent, si causae non ratione, sed vocibus ponderantur, me auctore dicito: vinces profecto non fuisse armatos eos, qui saxa iacerent, quae de terra ipsi tollerent; non esse arma cespites neque glebas; non fuisse armatos eos, qui praetereuntes ramum defringerent arboris: arma esse suis nominibus alia ad tegendum, alia ad nocendum, quae qui non habuerint, eos inermos fuisse vinces. 61. Verum si quod erit armorum iudicium, tum ista dicito: iuris iudicium cum erit et aequitatis, cave in ista tam frigida, tam ieiuna calumnia delitiscas. Non enim reperies quemquam iudicem aut recuperatorem, qui, tamquam si arma militis inspiciunda sint, ita probet armatum: sed perinde valebit, quasi armatissimi fuerint, si reperientur ita parati fuisse, ut vim vitae aut corpori potuerint afferre.

XXII. 62. Atque, ut magis intelligas, quam verba nihil valeant: si tu solus aut quivis unus cum scuto et gladio impetum in me fecisset atque ego ita deiectus essem, auderesne dicere interdictum esse de hominibus armatis, hic autem hominem armatum unum fuisse? Non, opinor, tam impudens esses. Atqui vide, ne multo nunc sis impudentior. Nam tum quidem omnes mortales implorare posses, quod homines in tuo negotio Latine obliviscerentur, quod inermi armati iudicarentur, quod, cum interdictum esset de pluribus, commissa res esset ab uno, unus homo plures esse homines iudicaretur. 63. Verum in his causis non verba veniunt in iudicium, sed ea res, cuius causa verba haec in interdictum coniecta sunt. Vim, quae ad caput ac vitam pertineret, restitui sine ulla exceptione voluerunt. Ea fit plerumque per homines coactos armatosque: si alio consilio, eodem periculo facta sit, eodem iure esse voluerunt. Non enim maior est iniuria, si tua familia quam si

---

3. *glaebis* 𝔏; sic etiam infra. — 5. *te dices* cum Aldina L 𝔏 O: *dices te* k; *te dicis* E T; *dicis te* R A. — 6. *me*] *ne* T. — *vincesque profecto* T. Fort. *vinces quidem profecto*. Cf. Hand Turs. IV. p. 597. — 7. *quae*] *qui* G b e k p t et A. — *cespites* E T A: *caespites* L 𝔏 O. — 8. *praetereuntem* a e m p q (pr. m) t β et A. — 10. *inermos* E T: *inermes* R A L 𝔏 O. Cf. §. 33. — 11. *si quod* G et Freundio teste E (de T silet Harlessius): *si quidem* R A L 𝔏 O. Eaedem voces infra quoque §. 72. inter se permutatae sunt. — 12. *ferigida* littera *e* expuncta E. — «*kalumnia* v. c.» mg. 𝔏. — 13. *delitiscas* E: *delitescas* R (de T Harlessius silet) A L 𝔏 O. Cf. §. 66. p. Tullio §. 33. L. Attius *(Trag. Lat. Reliq. rec. Ribbeck)* v. 317.: *Nec perdoliscit fligi socios, morte campos contegi?* — *repperies* T. Cf. §. 64. 100. Osann ad Cic. de Rep. p. 478 sqq. — 14. *inspicienda* G k et L. — 15. *proinde* T L. — *armatissimi* E T k α et L 𝔏 O: *paratissimi* a e m q t β et A; *paria* b et mg. t; *amantissimi* p. — 16. *adferre* T. — 18. *cum scuto et gladio* E T: *cum scuto cum gladio* R A L 𝔏 O. — *fecisses* 𝔏. — 20. *hominibus armatis* T: *armatis hominibus* R A L 𝔏 O. — 21. *tam*] *iam* E a t (sec. m.), *nam* q (sec. m.) β. — 22. . . . *ses quod homines in tuo negotio* - - *iuris consultorum auctoritati optempera* . . . . (§. 65.) habet P. — 23. *latine obliviscerentur* 𝔄 A O: *latine loqui obliviscerentur* cum Aldina L 𝔏. — *inermi* P E T V G M a e q t $\alpha\beta$, corr. p, mg. A, O: *inermis* pr. p; *inermes* b k m et A 𝔏; *armatus* L. Cf. §. 33. — 25. *iudicaretur* editiones Venetae antiquissimae tres: *iudicarentur* 𝔄 A L 𝔏 O. — 26. *haec interdictum* (om. *in*) T α et superscripta praepositione *in* E; *haec ad interdictum* pravo perditae in archetypo syllabae supplemento P. Cf. p. 500. v. 6. §. 66. — 27. *uimque ad* T. — *ac* P E T: *et ad* R A L 𝔏 O. — *pertineret* P: *pertinet* R A L 𝔏 O. — 29. *armatosque, quae si* cum Ascensiana tertia L 𝔏.

tuus vilicus, non si tui servi quam si alieni ac mercennarii, non si tuus procurator quam si vicinus aut libertus tuus, non si coactis hominibus quam si voluntariis aut etiam assiduis ac domesticis, non si armatis quam si inermibus, qui vim armatorum haberent ad nocendum, non si pluribus quam si uno armato. Quibus enim rebus plerumque vis fit eius modi, eae res appellantur in interdicto. Si per alias res eadem facta vis est, ea tametsi verbis interdicti non concluditur, sententia tamen iuris atque auctoritate retinetur.

XXIII. 64. Venio nunc ad illud tuum: «Non deieci, non enim sivi accedere.» Puto te ipsum, Piso, perspicere, quanto ista sit angustior iniquiorque defensio quam si illa uterere: «Non fuerunt armati, cum fustibus et cum saxis fuerunt.» Si mehercule mihi, non copioso homini ad dicendum, optio detur, utrum malim defendere, non esse deiectum eum, cui vi et armis ingredienti sit occursum, an armatos non fuisse eos, qui sine scutis sineque ferro fuerint, omnino ad probandum utramque rem videam infirmam nugatoriamque esse, ad dicendum autem in altera videar mihi aliquid reperire posse, non fuisse armatos eos, qui neque ferri quidquam neque scutum ullum habuerint: hic vero haeream, si mihi defendendum sit, eum, qui pulsus fugatusque sit, non esse deiectum. 65. Atque illud in tota defensione tua mihi maxime mirum videbatur, te dicere iuris consultorum auctoritati obtemperari non oportere. Quod ego tametsi non nunc primum neque in hac causa solum audio, tamen admodum mirabar, abs te quam ob rem diceretur. Nam ceteri tum ad istam orationem decurrunt, cum se in causa putant habere aequum et bonum quod defendant. Si contra verbis et litteris et, ut dici solet, summo iure contenditur, solent eius modi iniquitati aequi et boni nomen dignitatemque opponere. Tum illud, quod dicitur, SIVE, NIVE,

---

1. *vilicus* P: *villicus* A L 𝔏 O. Cf. §. 55. — *mercennarii* E A et mg. 𝔏: *mercenarii* L 𝔏 O. De T Harlessius silet. Cf. §. 58. — 4. *quam inerm.* (om. *si*) a e k m g t et A. (In t suppletum est *si* a sec. m.) — *inermis* a e q t. Cf. §. 33. — *armatorum haberent* P: *haberent armatorum* R A L 𝔏 O. — 5. *uno* om. P. — 6. *eae* P a k m t et O: *has* E T M b e p q α β et A L 𝔏. Comma autem Wesenbergio auctore (ad or. p. Sestio p. 27.) cum Iordano ante hanc vocem posui, quod priores editores post v. *fit* posuerant. — *appellantur in interdicto* P E T et O: *appellantur interdicto* (om. *in*) R A L 𝔏. Cf. p. 499. v. 26. — *easdem* erasa littera *s* E. — 7. *sententia tamen* P: *tamen sententia* R A L 𝔏 O. — 8. *continetur* L. — 9. *non enim sivi* P E T: *si enim sivi* M; *si enim sui* G p α (mg. t); *si non sivi* a b e k m q t (mg. M p) et L 𝔏 O; *si non sivi eum* A; *sed non siui eum* β; *si enim sui* G p α (mg. t). — 11. *si* om. A. — *armato* T. — *cum fustibus et cum saxis* E T O: *quom fustibus et quom saxis* littera *o* bis expuncta P (cf. pro Quinctio §. 68.); *cum fustibus et saxis* R A L 𝔏. — 12. *Si*] *Sed* A. — 14. *cui*] *qui* P. Cf. §. 45. — 15. *sineque* P: *ac sine* R A L 𝔏 O. — *probandam* T. — 17. *alteram* P. — *repperire* E. Cf. §. 61. — 18. *quicquam* P. — 21. *optempera . .* P; *optemperari* T (deerat haec lectio in Mommsenii schedis; cf. §. 40.); *obtemperare* a et mg. 𝔏. — 22. *Quod ego*] *quod* E, sed *ego* superscr. ut inserendum. — 23. *ammodum* T. — 24. *orationem* T k et mg. 𝔏: *hortationem* R A L 𝔏 O. «Lambini *orationem* confirmat codex Bavaricus egregie; neque enim locum hic habet hortatio, sed disputatio.» GAR. 2. Cf. pro Tullio §. 55. — 26. *iuri* E T. — *aequi et boni* E T L: *et boni et aequi* R A 𝔏; *boni et aequi* cum mg. 𝔏 et Grutero O. — 27. *quod*] *quo* E M p (sec. m.). — *dicitur*, *SIVE*, *NIVE*, *irrident* cum Gulielmio O: *dicitur siue nibe irrident* V; *dicitur siue nibene* (non *nibenes*) *inrident* T; *dicitur si ueni bene irrident* Francianus Graevii; *dicitur si ueni be irrident* R; *dicitur: sic uenire. irrident* A; *dicitur*, *summo iure*, *irrident* Manutius; *dicitur * irrident* cum lacuna L; *dicitur, uti lingua nuncupassit, irrident* cum Hotomano 𝔏. De litteris *b* et *v* inter se permutatis cf. p. Tullio §. 21. 32. 42.

irrident; tum aucupia verborum et litterarum tendiculas in invidiam vocant; tum vociferantur ex aequo et bono, non ex callido versutoque iure rem iudicari oportere, scriptum sequi calumniatoris esse, boni iudicis voluntatem scriptoris auctoritatemque defendere. 66. In ista vero causa, cum tu sis is, qui te verbo litteraque defendas, cum tuae sint hae partes: «Unde deiectus es? an inde, quo prohibitus es accedere? reiectus es, non deiectus!» cum tua sit haec oratio: «Fateor me homines coëgisse, fateor armasse, fateor tibi mortem esse minitatum, fateor haec interdictum praetoris vindicavisse, (si voluntas et aequitas valeat) sed ego invenio in interdicto verbum unum, ubi delitiscam: Non deieci te ex eo loco, quem in locum prohibui ne venires:» — in ista defensione accusas eos, qui consuluntur, quod aequitatis censeant rationem, non verbi haberi oportere. XXIV. 67. Et hoc loco Scaevolam dixisti causam apud centumviros non tenuisse, quem ego antea commemoravi, quod idem faceret, quod tu nunc, tametsi ille in aliqua causa faciebat, tu in nulla facis, tamen probasse nemini quod defendebat, quia verbis oppugnare aequitatem videbatur. Cum id miror, te hoc in hac re alieno tempore et contra quam ista causa postulasset defendisse, tum illud vulgo in iudiciis et nonnumquam ab ingeniosis hominibus defendi mihi mirum videri solet, nec iuris consultis concedi nec ius civile in causis semper valere oportere. 68. Nam qui hoc disputant, si id dicunt, non recte aliquid statuere eos, qui consulantur, non hoc debent dicere, iuris consultis, sed hominibus stultis obtemperari non oportere: sin illos recte respondere concedunt et aliter iudicari dicunt oportere, male iudicari oportere dicunt; neque enim fieri potest, ut aliud iudicari de iure, aliud responderi oporteat, nec ut quisquam iuris numeretur peritus, qui id statuat esse ius, quod non oporteat iudicari. 69. «At est aliquando contra iudicatum.» Primum utrum recte an perperam? Si recte, id fuit ius, quod iudicatum est: sin aliter, non dubium est, utrum iudices an iuris consulti vituperandi sint. Deinde si de iure vario quidpiam iudicatum est, non potius contra iuris consultos statuunt, si aliter pronuntiatum

---

3. «v. c. *kalumniatoris*» mg. 𝔏. — *boni* α β et L 𝔏 O: *bonique* R A. Fort. *aequi bonique* s. *boni aequique*. — 6. *hae*] *eae* E a m p q t et A. — *quo prohibitus* e β et L 𝔏 O: *cohibitus* (om. *quo*) T; *quo cohibitus* R A. — *accederet* T. — 7. *reiectus* ed. Camerarii: *eiectus* 𝔄 A L 𝔏 O. Cf. §. 38. — *homine* T. — 9. *haec* E et (si fides est Harlessii silentio) T: *hoc* R A L 𝔏 O. — *interdictum* 𝔄 A: *interdicto* cum Ascensiana tertia L 𝔏 O. — *vindicavisse* Th. Mommsenius: *uindicaui* E T M a b m p q t α β et A; *uiolaui* k; *violari* var. lect. Nauger.; *indicari* G; *vindicari* e et A L 𝔏 O. — *minitatam* E a b e (sec. m.) k m p q t β et A; *minatam* G M e (pr. m.) α; *inmutatum* (non *immutatum*) T. Emendatum est in Iuntina. — 10. *in* om. T G a e. Cf. §. 63. — *delitiscam* T: *delitescam* R A L 𝔏 O. Cf. §. 61. — 13. *habere* T G a b (pr. m.) m q t β et A. — *Scaevulam* L 𝔏 (ubique). — 14. *tenuisse*] «fort. *obtinuisse*» mg. 𝔏. — *antea commemoravi quod* cum Naugeriana 𝔏: *antea commemoravi*, *cum* cum Hotomano L O; *antea non eo memoraui quod* k; *antea non commemoraui quod* R A. — 16. *memini* T G k α. — *defendebat* Klotzius (ed. alt. coll. §. 69.): *defende* T; *defendes* E; *defendis* R A; *defendit* cum P. Manutio L 𝔏 O. — 17. *in hac re hoc* T. — 19. *iudiciis*] *iudici eis* T. — 20. *iurisconsultus* T. — *c̄edi* (Freundio teste) E. — 21. *qui hoc*] *hoc qui* T. — 22. *non* k, ed. Naugeriana, L 𝔏 O: *nec* R A. — *iuris consultis* editiones Venetae tres (a. 1472. 1480. 1499.): *iuris ciuilis* E T G a e p q t α; *iuri ciuili* R A L 𝔏 O. — 23. *stultius* T. — 24. *aliter iudicare* β et A. — *male iudicare* E T G M a b e m p q t β et A. — 25. *aliud iudicare* E T G M a b e m p q t α β et A. — 28. *iudicaturum* T. — *utrum*] *ut* T. — 29. *si aliter* a m q t β et A. — 31. *non* om. 𝔄 A. Addidit particulam negativam iam Nic. Angelius, qua omissa Klotzius (ed. pr.) interrogandi signum posuit post verba *sic est iudicatum*. — *pocius* T.

est ac Mucio placuit, quam ex eorum auctoritate, si, ut Manilius statuebat, sic est iudicatum. Etenim ipse Crassus non ita causam apud centumviros egit, ut contra iuris consultos diceret, sed ut hoc doceret, illud, quod Scaevola defendebat, non esse iuris, et in eam rem non solum rationes afferret, sed etiam Q. Mucio, socero suo, multisque peritissimis hominibus auctoribus uteretur. XXV. 70. Nam qui ius civile contemnendum putat, is vincula revellit non modo iudiciorum, sed etiam utilitatis vitaeque communis; qui autem interpretes iuris vituperat, si imperitos iuris esse dicit, de hominibus, non de iure civili detrahit: sin peritis non putat esse obtemperandum, non homines laedit, sed leges ac iura labefactat. Quod vobis venire in mentem profecto necesse est, nihil esse in civitate tam diligenter quam ius civile retinendum. Etenim hoc sublato nihil est, qua re exploratum cuiquam possit esse, quid suum aut quid alienum sit, nihil est, quod aequabile inter omnes atque unum omnibus esse possit. 71. Itaque in ceteris controversiis atque iudiciis, cum quaeritur, aliquid factum necne sit, verum an falsum proferatur, (et fictus testis subornari solet et interponi falsae tabulae) nonnumquam honesto ac probabili nomine bono viro iudici error obiici, improbo facultas dari, ut, cum sciens perperam iudicarit, testem tamen aut tabulas secutus esse videatur. In iure nihil est eius modi, recuperatores, non tabulae falsae, non testis improbus; denique nimia ista, quae dominatur in civitate, potentia in hoc solo genere quiescit: quid agat, quo modo aggrediatur iudicem, qua denique digitum proferat, non habet. 72. Illud enim potest dici iudici ab aliquo non tam verecundo homine quam gratioso: «Iudica hoc factum esse aut numquam esse factum [creatum]; crede huic testi; has comproba tabulas;» hoc non potest: «Cui filius agnatus sit, eius testamentum non esse ruptum iudica; quod mulier sine tutore auctore promiserit, deberi.» Non est aditus ad huiusce modi res neque potentiae cuiusquam neque gratiae; denique, quo maius hoc sanctiusque videatur, ne pretio quidem corrumpi iudex in eius modi causa

---

1. *placuit Mucio* T. (Deerat haec lectio in Mommsenii schedis.) — *si, ut*] *sicut* E (de T silet Harlessius) a b e k m p (q) t α β et A. Correxit Naugerius in Aldina. — *manlius* T.— 2. *iudicatum est* T; sed praecedens *est* non delevit Harlessius. — *centumviros*] *uiros* E T. — 3. *doceret*] *diceret* T. — 4. *sceuola* T. — 5. *rationis afferre* T. — *Mutio* T. — 6. *auctoritatibus uterentur* T. — 7. *refellit* E (Freundio teste; de T silet Harlessius) G M e m q t α β et A. — 8. *interpretis* T. — 9. *iure*] *iuris* T. — 10. *sin peritis*] *si imperitis* a e (pr. m.); *is imperitis* E m p (in mg. ad v. *is*: «*sin*») t (pr. m.); *si peritis* G M e (sec. m.) α. — *optemperandum* T. (Deerat haec lectio in Mommsenii schedis.) Cf. §. 10. — 11. *labefacta* T. — *uenere* T. — 12. *nihil enim est* L. — 14. *omnis* v. c. in mg. ℒ. — 17. *interponi* cum Hotomano L O: *imponi* (*inponi* T G) 𝔄 A ℒ. — 18. *errore* (non, ut refert Iordanus, *error*) *obici* T. — 19. *testem tamen* T et de Manutii coniectura O: *testamentum* R A ℒ; *testimonium* cum Hotomano L. — *aut*] *autem* k; *et* T. — 20. *eiusmodi nihil est* T. — 21. *tabellae* E. — 22. *civitate*] *urbe* T. — 24. *potest* cum Iuntina L ℒ O: *est pro te* k; *pro te est* R A. — 25. *factum creatum* T (deerat haec lectio in Mommsenii schedis): *factum vel creatum* R (praeter k) A, quod aliquis fortasse defendat locutione *periculum (caedem) creare* Divin. in Q. Caec. §. 62. de harusp. resp. §. 40. anteq. iret in exsil. §. 23.; *factum vel cogitatum* k, Iuntina, L ℒ O. (*creatum* ortum videtur ex pravo supplemento dittographiae *cre* | *crede*.) — 26. *potest* cum Iuntina L ℒ O: *potest se at ue* T; *potest esse* R A. (*potest statui* Mommsenius.) — 27. *agnatus sit* cum Aldina L ℒ O: *natus sit* α; *agnatus non sit* k; *ac natus sit* R A. — 28. *promiserit, id deberi* Halmius. — 29. *neque gratiae cuiusquam* T. — *maius*] *minus* E T G M a b e k p q t α et A. — 30. *de pretio quidem* E T M t; *pro pretio quod* k; *de pretio quod* R A. Emendatum est in Iuntina.

potest. 73. Iste vester testis, qui ausus est dicere, FECISSE VIDERI eum, de quo ne cuius rei argueretur quidem scire potuit, is ipse numquam auderet iudicare, deberi viro dotem, quam mulier nullo auctore dixisset.

XXVI. O rem praeclaram vobisque ob hoc retinendam, recuperatores! Quod enim est ius civile? Quod neque inflecti gratia neque perfringi potentia neque adulterari pecunia possit; quod si non modo oppressum, sed etiam desertum aut negligentius asservatum erit, nihil est quod quisquam sese habere certum aut a patre accepturum aut relicturum liberis arbitretur. 74. Quid enim refert aedes aut fundum relictum a patre aut aliqua ratione habere bene partum, si incertum est, quaecumque tua iure mancipii sunt, ea possisne retinere, si parum communitum ius est civile ac publica lege contra alicuius gratiam teneri non potest? Quid, inquam, prodest fundum habere, si, quae diligentissime descripta a maioribus iura finium, possessionum, aquarum itinerumque sunt, haec perturbari aliqua ratione commutarique possunt? Mihi credite: maior hereditas uni cuique nostrum venit in isdem bonis a iure et a legibus, quam ab iis, a quibus illa ipsa bona nobis relicta sunt. Nam, ut perveniat ad me fundus, testamento alicuius fieri potest: ut retineam quod meum factum est, sine iure civili fieri non potest. Fundus a patre relinqui potest: at usucapio fundi, hoc est, finis sollicitudinis ac periculi litium, non a patre relinquitur, sed a legibus. Aquae ductus, haustus, iter, actus a patre, sed rata auctoritas harum rerum omnium ab iure civili sumitur. 75. Quapropter non minus diligenter ea, quae a maioribus accepistis, publica patrimonia iuris, quam privatae rei vestrae retinere debetis, non solum, quod haec iure civili saepta sunt, verum etiam quod patrimonium unius incommodo dimittitur, ius amitti non potest sine magno incommodo civitatis.

---

2. *de*] *di* T. — *potuit*, *is* Klotzius: *potuistis* 𝔄 A; *potuisset* cum Iuntina [L 𝔏 O. Cf. var. lect. p. 491. v. 8.— 4. *hoc* om. T. — *retinendum* E (de T Harlessius silet) G M a b p t β. — 7. *aut*] *ut* E. — 8. *quod*] *quid* E. — «fort. *liberis relicturum*» mg. 𝔏. — 10. *aliqua alia ratione* L.— *incertum st (incertum est)* Orellius *(Oratt. sell. XV.)*, Wesenberg (ad or. p. Sestio p. 46.), Madvigius (Cic. de Fin. III. §. 58.): *incertum sit* 𝔄 A L 𝔏 O. Cf. v. 13. *potest*, v. 15. *possunt*. —*quaecumque tua* L: *quae mina tua* T; *quae cum omnia tua* R A 𝔏 O; *quae lumina tua* Manutius; *quae omnia tua* Wesenberg; *quamquam omnia tua* var. lect. Naug. — 11. *mancipi* m et L; *mancipis* β. — *sunt* Wesenberg (coll. v. 15.): *sint* 𝔄 A L 𝔏 O. — *si parum* A: *si parietum* E T; *si pertum* G; *si ptitū* α; *si paritum* R; *si parum sit* cum Iuntina L 𝔏 O; *si parum st* Orellius, Wesenberg, Madvigius. — 12. *ius est civile* Mommsenius: *ius, si civili* 𝔄 A L 𝔏 O. — *teneri*] *feri* T. — 13. *potest*] *possit* L. — *quae*] *quia* 𝔄 (praeter k α) A. De T tamen silet Harlessius. — *diligentissime* Garatonius (in Curis secundis): *decentissime* 𝔄 A L 𝔏 O. Vid. Klotzium in Prooem. ed. alt. p. XII. — 14. *descripta maioribus* (om. *a*) T. — 15. *possint* Lamb. in mg. 𝔏. — 16. *unicuique nostrum venit* E T: *venit unicuique nostrum* M k q (sec. m.) L; *venit unicuique vestrum* R A 𝔏 O. — *isdem* nos: *hisdem* G M; *iisdem* A L 𝔏 O. Cf. §. 39. — *et legibus* (om. *a*) T k. — 17. *bona nobis relicta* T: *bona relicta* (om. *nobis*) R A L 𝔏 O. — 19. *factum est* nos: *factum sit* 𝔄 A L 𝔏 O. — *fieri non potest* T: *non potest* (om. *fieri*) R A L 𝔏 O. — 20. *at usucapione* E T; *aut usucapione* R A. *(at usucapio* iam editiones Venetae antiquissimae.) — *ac periculi* cum Iuntina L 𝔏 O: *at periculum* k; *ac periculum* R A; *ac periculorum* Venetae antiquissimae, qua lectione recepta delendum censuerunt v. *litium* Graevius, Garatonius, Orellius. Cf. Verr. Accus. I. §. 97. — 21. *aqueductus* T. — 22. *harum*] *quae harum* E T. Sed prior vox in E expuncta est. — 23. *ab iure* T: *ab omni iure* media voce expuncta E; *iure* praepositione omissa R A; *a iure* cum Aldina L 𝔏 O. Cf. §. 93. — 24. «fort. *privata*» mg. 𝔏. — 26. *verum* E T: *sed* R A L 𝔏 O. — *dimittetur* E T G K (q et t pr. m.) α; *amittetur* corr.

XXVII. In hac ipsa causa, recuperatores, si hoc nos non obtinemus, vi armatis hominibus deiectum esse eum, quem vi armatis hominibus pulsum fugatumque esse constat, Caecina rem non amittet, quam ipsam animo forti, si tempus ita ferret, amitteret: in possessionem in praesentia non restituetur, nihil amplius. 76. Populi Romani causa, (civitatis ius, bona, fortunae possessionesque omnium in dubium incertumque revocabuntur) vestra auctoritate hoc constituetur, hoc praescribetur: Quicum tu posthac de possessione contendes, eum si ingressum modo in praedium deieceris, restituas oportebit: sin autem ingredienti cum armata multitudine obvius fueris et ita venientem reppuleris, fugaris, averteris, non restitues. Iuris haec vox est, esse vim non in caede solum, sed etiam in animo, libidinis, nisi cruor appareat, vim non esse factam; iuris, deiectum esse, qui prohibitus sit, libidinis, nisi ex eo loco, ubi vestigium impresserit, deiici neminem posse; 77. iuris, rem et senten-

---

q; *amittitur* L. De *β* silet Iordanus; in Commentario tamen in omnibus codicibus esse *dimittetur* affirmat. — 1. *obtinemus* E (Freundio teste) G b k t (sec. m.) et Aldina, *optinemus* T (cf. §. 10.): *obtineamus* a e m p q t (pr. m.) *β* et A; *obtinebimus* cum Iuntina (et fortasse V *α*) L 𝔏 O. — 2. *vi*] *ut* E T G M a b m p q t *α β* et A. Emendatum est iam in Iuntina. — *deiectum*] *delictum* T. Conf. v. 13. — 3. *constat* T: *constet* R A L 𝔏 O. — *amittit* V. — *ipsa* T. — 4. *ferret*] *feret* b m; *fert* e; *terret* G; *terre* a q t; *terrae* E M p; *tare* vel *tetre* V. (De T Harlessius silet.) — *in possessione* T G M. — *in praesenti* L. — 5. *restitueretur* T. — 6. *bonae fortunae* E T V p. Cf. §. 38. — *possessionesque omnium* E T: *possessionesque* (om. *omnium*) R A L 𝔏 O. Cf. §. 38. 81. — *in* om. T. — 7. *reuocantur* 𝔄 A. Emendavit Naugerius in Aldina. («al. *vocabuntur*» mg. 𝔏.) — *constitueretur* E T V G M a b m p q t *β* et A. Emendatum est in Iuntina. — *praescribere* E T (non *praescriberetur*, ut est in Mommsenii schedis) V G b p; *perscribere* a m q t; *perscriberetur* *β* et A. Emendatum est in Iuntina. — 8. *in praedium delegeris* E T; *deieceris, in praedium* b k *β* et A L 𝔏 O; *delegeris (deligeris* V*) in praedium* R. Cf. §. 49. — 9. *restituat* E T V G M a m p q t *α*; *restituatur* k. — *cum*] *eum* T. — 10. *reppuleris* E T: *repuleris* R A L 𝔏 O. — *repuleris ac fugaris* (om. *averteris*) L. — 11. *non restituis* 𝔄; *restituere non debebis* L. (*non restitues* est iam in Aldina.) In T haec verba deesse videntur; lineam enim iis subduxit Harlessius neque quidquam in margine adscripsit. — 11 sqq. *Iuris haec vox est - - ius omne torqueri. Vos statuite, recuperatores* Madvigius (ad Cic. de Fin. p. XLIX.): *tu res si equos uestes si uim non in cede solum sed etiam in animo libidinis nisi cruor appareat uim non esse factam iniuris delictum esse qui prohibitus sit libidinis nisi ex eo loco ubi uestigium impresserit deiici (deici* V*) neminem posse iuris retinet sententiam et aequitatem plurimum ualere oportere libidinis uerbo ac littera ius omne torqueri uos statuite recuperatores* E V et A, ceteris codicibus fere consentientibus; *Si vos hoc statueritis, statuetis vim esse in caede solum, non in animo et libidine: nisi cruor appareat, vim non esse factam, sed iniuriam tantum ei, qui prohibitus sit: nisi ex eo loco, ubi vestigium impresserit, deiici neminem posse. Iuris igitur retinere sententiam et aequitatem plurimum valere, an verbo ac littera ius omne torqueri, vos statuere recuperatores oportet* L; *tum statueritis vim in caede solum, non etiam in animo: nisi cruor appareat, vim non esse factam: iniuriarum delictum esse, qui prohibitus sit, nisi ex eo loco, ubi vestigium impresserit, deiici neminem posse. Iuris igitur retineri sententiam, et aequitatem plurimum valere oportere: an verbo ac littera ius omne torqueri: vos statuite, recuperatores* 𝔏; *tum ius et aequum vos statuetis esse vim in caede solum esse, non etiam in animo et libidine; nisi cruor appareat, vim non esse factam; iniuria eum dici deiectum esse, qui prohibitus sit; nisi ex eo loco, ubi vestigium impresserit, deiici neminem posse. Iuris igitur retineri sententiam, et aequitatem plurimum valere oportere; an verbo ac litera ius omne torqueri, vos statuite, recuperatores* cum Schützio O. Ceterorum commenta afferre nihil attinet, cum in praeclara Madvigii coniectura paucissima incerta sint. — 11. *Iuris scilicet haec vox est* Lud. Ianus. *(Gel. Anz. d. k. bayr. Akad.* 1849. N. 255.) — 14. *impresserit*] *ira presserit* G M a m p q t; *ita presserit* b e k *β* et A. — *rem et* Spengel *(Philol. Schneidewin.* II. p. 296. coll. §. 79. 81. 86.): *retinet* E a b e k m p t *α β* et A; *retinere* q; *retineri* L 𝔏 O. Cf. etiam §. 50.: *stultitiam singularem putabimus, in verborum errore versari, rem et causam et utilitatem - - prodere.*

tiam et aequitatem plurimum valere oportere, libidinis, verbo ac littera ius omne torqueri. Vos statuite, recuperatores, † et viliores esse videantur.

Hoc loco percommode accidit, quod non adest is, qui paulo ante adfuit et adesse nobis frequenter in hac causa solet, vir ornatissimus, C. Aquilius: nam ipso praesente de virtute eius et prudentia timidius dicerem, quod et ipse pudore quodam afficeretur ex sua laude et me similis ratio pudoris a praesentis laude tardaret: cuius auctoritati dictum est ab illa causa concedi nimium non oportere. Non vereor de tali viro ne plus dicam, quam vos aut sentiatis aut apud vos commemorari velitis. 78. Quapropter hoc dicam, numquam eius auctoritatem nimium valere, cuius prudentiam populus Romanus in cavendo, non in decipiendo perspexerit; qui iuris civilis rationem numquam ab aequitate seiunxerit; qui tot annos ingenium, laborem, fidem suam populo Romano promptam expositamque praebuerit; qui ita iustus est et bonus vir, ut natura, non disciplina consultus esse videatur, ita peritus ac prudens, ut ex iure civili non scientia solum quaedam, verum etiam bonitas nata videatur, cuius tantum est ingenium, ita prompta fides, ut, quidquid inde haurias, purum te liquidumque haurire sentias. 79. Quare permagnam initis a nobis gratiam, cum eum auctorem nostrae defensionis esse dicitis. Illud autem miror, † cur vos aliquid contra me sentire dicatis, cum eum auctorem vos pro me appelletis, nostrum nominetis. Verum tamen quid ait vester iste auctor? QVIBVS QVIDQVE VERBIS ACTVM PRONVNTIATVMQVE SIT.

XXVIII. Conveni ego ex isto genere consultorum non neminem, ut

---

2. *et viliores esse videantur* E V G M b k m p q t α et A: *et uiliores uideantur* (om. *esse*) a; *ne uiliores esse uideantur* e β; *utrum utilius esse videatur* cum Naugeriana L 𝔏 O; *utra utilior esse videatur* Madvigius; *utra utilior res esse videatur* Iordanus; *utra* (vox) *verior esse videatur* Halmius. «Equidem in verbis *vos statuite* apodosin incipere putem et post *recuperatores* quaedam excidisse.» SPENGEL. (Verbo *videatur* Harlessius lineam subduxit, quemadmodum supra p. 504. v. 11. verbis *non restitues*; ad totum autem hunc locum nihil ex T varietatis enotavit, unde colligas haec omnia in T deesse vel ab Harlessio qualemcumque ob causam legi non potuisse.) — 4. *quod abest is* A. — 6. *Aquilius* E T V β et A: *Aquillius* L 𝔏 O. Cf. p. Quinctio §. 4. Osann ad Cic. de Rep. I. 9, 14. — *ipso*] *piso* T. — 7. *quod*] *quo* E (Freundio teste) G a b m p α et A; *quoniam* Klotzius. De T Harlessius silet. — 8. *praesentis* cum Iuntina L 𝔏 O: *praesenti* 𝔄 A. — *auctoritate* b k β et A. — 9. *oporteret* e (pr. m.); *oportet* E (Freundio teste) T G a b k m p t α β et A. (In V *oporteret* correctum est in *oportet*.) — *Non* om. 𝔄 A L 𝔏; primus addidit Naugerius in Victoriana. (*Nec* Klotzius ed. alt.) — *de*] *ne* T. — 14. *po. Ro. expositam promptamque* k; *promptam expositamque pop. Rom.* T. — 15. *iustus est et bonus vir* E T: *iustus ac bonus vir est* t; *iustus et bonus vir est* R A L 𝔏 O. — 17. *nata esse uideatur* k. — 18. *quicquid* E. — 19. *te liquidumque* E T: *liquidumque te* R A L 𝔏 O. — 20. *nostrum* T; *vestrae* 𝔏. — 21. *cur vos aliquid contra -- nostrum nominetis* 𝔄 (nisi quod T *cum* habet pro *cur*, *sentire ne* pro *me sentire*, k *dicitis* pro *dicatis*, G *nos* pro *uos*, k et 𝔏 *vestrum* pro *nostrum*) A L 𝔏: *cur vos aliquem contra me sentire quum dicatis, meum auctorem pro me appelletis, vestrum non nominetis* O; *cum vos aliquem contra me sentire dicatis, cur meum auctorem vos pro me appelletis, nostrum nominetis, vestrum non nominetis* Kellerus. — 23. *vester iste* E T: *iste vester* R A 𝔏 O; *iste noster* L. — *quibus quidque* Hotomanus (coll. §. 58. 81.): *omnibus quidque* E V a e m p q t β et A; *omnibus quidque quid* b; *omnibus quidquid* G k α 𝔏; *quibus quicquid* L. De T silet Harlessius. — 24. *sit. Conveni ego* cum P. Manutio O: *sit, conuenit. Ego* 𝔄 A 𝔏; *sit, spectari conuenit. ego* L. — 25. *non nominem* b k et A 𝔏; *possum nominare non neminem* L.

opinor, istum ipsum, quo vos auctore rem istam agere et defensionem causae constituere vos dicitis. Qui cum istam disputationem mecum ingressus esset, non posse probari quemquam esse deiectum, nisi ex eo loco, in quo fuisset, rem et sententiam interdicti mecum facere fatebatur, verbo me excludi dicebat, a verbo autem posse recedi non arbitrabatur. 80. Cum exemplis uterer multis † etiam illa materia aequitatis, a verbo et ab scripto (plurimis saepe in rebus ius et aequi bonique rationem esse seiunctam) semperque id valuisse plurimum, quod in se auctoritatis habuisset aequitatisque plurimum, consolatus est me et ostendit in hac ipsa causa nihil esse quod laborarem; nam verba ipsa sponsionis facere mecum, si vellem diligenter attendere. Quonam, inquam, modo? Quia certe, inquit, deiectus est Caecina vi hominibus armatis aliquo ex loco: si non ex eo loco, quem in locum venire voluit, at ex eo certe, unde fugit. Quid tum? Praetor, inquit, interdixit, ut, unde deiectus esset, eo restitueretur, hoc est, quicumque is locus esset, unde deiectus esset. Aebutius autem, qui fatetur aliquo ex loco deiectum esse Caecinam, is, quoniam se restituisse dixit, necesse est male fecerit sponsionem. 81. Quid est, Piso? placet tibi nos pugnare verbis? placet causam iuris et aequitatis et non nostrae possessionis, sed omnino possessionum omnium constituere in verbo? Ego, quid mihi videretur, quid a maioribus factitatum, quid horum auctoritate, quibus iudicandum est, dignum esset, ostendi; id verum, id aequum, id utile omnibus esse, spectari, quo consilio et qua sententia, non quibus quidque verbis esset actum. Tu me ad verbum vocas: non ante veniam, quam recusaro. Nego oportere, nego obtineri posse, nego ullam rem esse, quae aut comprehendi satis aut caveri aut excipi possit, si aut praeterito aliquo verbo aut ambigue posito re et sententia cognita non id, quod intelligitur, sed id, quod dicitur, valebit.

XXIX. 82. Quoniam satis recusavi, venio iam quo vocas. Quaero abs te, simne deiectus, non de Fulciniano fundo: neque enim praetor,

---

1. *istum ipsum ut opinor* V (Ribbeckio teste; *opiner* ap. Gruterum videtur mendum typographicum. Illa lectio enim a Grutero sine dubio propter verborum ordinem sane memorabilem, quem neglexit Iordanus, adlata est). — *quo nos* E V L. (*quo uos* R, etiam T.) — 2. *constituere uos dicis* T; *constituere dicitis* (om. *vos*) cum P. Manutio 𝔏; *in sententia constituere dicitis* L. — 3. *probari* E T, P. Manutius, L 𝔏 O: *probare* R A. — *quicquam* A. — *delectum* E V. Cf. §. 49. — 6. *multis ex omni memoria antiquitatis* Pantagathus. — *a verbo* E T (deerat haec lectio in Mommsenii schedis) V G a b e m p α: *ab verbo* R A L 𝔏 O. — 7. *ius* om. T; *et* om. 𝔏; *ius et* om. L. — *bonique*] *boni* a m q t; *et boni* T. — 8. *id ius valuisse* L. — 9. *habuisse* T. — 11. *faceret* E V M; *facerent* R A. (Ex T α tamen nihil adnotatum est.) Emendavit P. Manutius. — 12. *certe* om. T. Deerat haec et quae proxime sequitur lectio in Mommsenii schedis. — *armatis hominibus* T. — 13. *at*] *aut* T. — 15. *eiectus* E V b e m q t et A. De T Harlessius silet. — 17. *is quoniam*] *is quō* E (Freundio teste) V; *is quom* a e p q; *is quum* T; *is cum* b k m; *is quo modo* G M t α et L 𝔏 O; *quomodo is* β et A. Cf. §. 2. — 18. *tibi nos pugnare* E T: *tibi pugnare* (om. *nos*) R A L 𝔏 O. — 19. *non modo (nō mō) nostrae* A. — 20. *omnium*] *omnino* errore typogr. L. — *quid mihi* T V: *quod mihi* R A L 𝔏 O. — *quid a* E T V G b k m q t α β et A: *quod a* R L 𝔏 O. — 21. *quid horum* E T V G b k m q t α β et A: *quod horum* R L 𝔏 O. — 24. *veniam* E T: *uenio* R A L 𝔏 O. — 25. *optineri* T V. — 27. *re et sententia* E T: *sententia et re* R A L 𝔏 O. Cf. §. 86. (*sentencia* E.) — 29. *Quoniam*] *quom* a m p q; *quum* T; *cum* b; *quo* G; *quando* k; *quomodo* t α. Cf. §. 2. — 30. *ab te* V 𝔏. — *praetor*] *.p. r.* E (de T silet Harlessius) M a b e m p q t; *Po. Ro.* α et A. Emendatum est in Aldina. Cf. §. 23.

si ex eo fundo essem deiectus, ita me restitui iussit, sed eo, unde deiectus essem: sum ex proximo vicini fundo deiectus, qua adibam ad istum fundum; sum de via; sum certe alicunde, sive de privato, sive de publico: eo restitui sum iussus. Restituisse te dixti: nego me ex edicto praetoris restitutum esse. Quid ad haec dicimus? Aut tuo, quem ad modum dicitur, gladio aut nostro defensio tua conficiatur necesse est. 83. Si ad interdicti sententiam confugis et de quo fundo actum sit tum, cum Aebutius restituere iubebatur, id quaerendum esse dicis neque aequitatem rei verbi laqueo capi putas oportere, in meis castris praesidiisque versaris: mea, mea est ista defensio, ego hoc vociferor, ego omnes homines deosque testor: cum maiores vim armatam nulla iuris defensione texerint, non vestigium eius, qui deiectus sit, sed factum illius, qui deiecerit, in iudicium venire; deiectum esse, qui fugatus sit; vim esse factam cui periculum mortis sit iniectum. 84. Sin hunc locum fugis et reformidas et me ex hoc, ut ita dicam, campo aequitatis ad istas verborum angustias et ad omnes litterarum angulos revocas, in iis ipsis intercludere insidiis, quas mihi conaris opponere. «Non deieci, sed reieci.» Peracutum hoc tibi videtur; hic est mucro defensionis tuae. In eum ipsum causa tua incurrat necesse est. Ego enim tibi refero: Si non sum ex eo loco deiectus, quo prohibitus sum accedere, at ex eo sum deiectus, quo accessi, unde fugi; si praetor non distinxit locum, quo me restitui iuberet, et restitui iussit, non sum ex edicto restitutus.

85. Velim, recuperatores, hoc totum si vobis versutius, quam mea consuetudo defendendi fert, videbitur, sic existimetis: primum alium, non me excogitasse; deinde huius rationis non modo non inventorem, sed ne probatorem quidem esse me, idque me non ad meam defensionem attulisse, sed illorum defensioni rettulisse; me posse pro meo iure dicere, neque in hac re, quam ego protuli, quaeri oportere, quibus verbis praetor interdixerit, sed de quo loco sit actum, cum interdixit, neque in vi armatorum spectari oportere, in quo loco sit facta vis, ve-

---

1. *ex*] *et* T. — *iussisset: sed* 𝔏. — 2. *proximi* A. — 3. *aliunde* 𝔄 (praeter corr. e) A. Emendavit Naugerius in Aldina. De T Harlessius silet. Cf. §. 46. — 4. *Restituisse te -- restitutum esse* bis Quintil. IX. 3, 22. — *dixti* bis Quintilianus (*et ipsum* dixti, *excussa syllaba, figura in verbo*): *dixisti* 𝔄 A L 𝔏 O. Cf. de deor. nat. III. 9, 23. de fin. II. 3, 40. ad Att. XIII. 32, 3. — *edicto* Quintilianus (bis) et 𝔏: *decreto* 𝔄 A L O. Cf. v. 22. Gai. IV. §. 165 sq. — 6. *nostro*] *meo* V. — 7. *confugis et de* cum Aldina L 𝔏 O: *confugisset de* E T V G e k m p q t α β; *confugissem de* M; *refugisset de* a; *confugis de* b (pr. m.); *confugis: si de* A. — *sit tum, cum*] *sit tum* (om. *cum*) T; *sit. tum enim* G; *sit cum eum* a m q; *sit: eum tum cum* β et A. — 8. *iubebatur*] *uidebatur* T V a b e (pr. m.) m p q t et A. Emendationem Naugerii (in Aldina) confirmarunt E k α β. — *esse* om. L. — 10. *omnis* v. c. in mg. 𝔏. — 13. *deiecerit*] *deierit* T. Cf. §. 55. — 14. *iniectum*] «fort. *inlatum* seu *illatum*» mg. 𝔏. — 14. *Sin hunc locum* nos: *is in hunc locum* T (cuius lectionis optimam partem, pronomen *hunc*, neglexit Iordanus); *is in locum* E V; *is tu locum* R (praeter k) A; *istum locum* k et cum Aldina L 𝔏 O. At pronomen *iste* ab hoc loco alienissimum est et totius argumentationis ratio particulam *sin* flagitat, quae plane sicut hic a librariis depravata est etiam supra §. 70. — 16. *omnis* v. c. in mg. 𝔏. — *revocas, in* nos: *revocas. In* ceteri. — *iis*] *is* V; *his* T G M α. — 17. *includere* V. — *reieci* Kellerus: *eieci* 𝔄 A L 𝔏 O. Conf. §. 38. — 22. *edicto* 𝔏: *decreto* 𝔄 A L O. Cf. v. 4. — 25. «al. *orationis*» mg. 𝔏. — *non modo non* k et L 𝔏 O: *non modo nunc* R A. — 27. *me pro meo posse iure dicere* L. — 28. *neque*] *nec* q (sec. m.); *ne ut* q (pr. m.); *neue* R A. Emendatum est in Iuntina. — 29. *interdixerit* T L O: *interdixit* R A 𝔏. — *de* om. a e m p q t (pr. m.) β et A. — *interdixit*] *interit* T; *intererit* E M et mg. p; *interrerit* G.

rum sitne facta; te vero nullo modo posse defendere, in qua re tu velis verba spectari oportere, in qua re nolis non oportere. XXX. 86. Verum tamen ecquid mihi respondetur ad illud, quod ego iam antea dixi, non solum re et sententia, sed verbis quoque hoc interdictum ita esse compositum, ut nihil commutandum videretur? Attendite, quaeso, diligenter, recuperatores: est enim vestri ingenii, non meam, sed maiorum prudentiam cognoscere; non enim id sum dicturus, quod ego invenerim, sed quod illos non fugerit. Cum de vi interdicitur, duo genera causarum esse intelligebant, ad quae interdictum pertineret: unum, si qui ex eo loco, ubi fuisset, se deiectum diceret; alterum, si qui ab eo loco, quo veniret; et horum utrumque, neque praeterea quidquam, potest accidere, recuperatores. 87. Id adeo sic considerate. Si qui meam familiam de meo fundo deiecerit, ex eo me loco deiecerit: si qui mihi praesto fuerit cum armatis hominibus extra meum fundum et me introire prohibuerit, non ex eo, sed ab eo loco me deiecerit. Ad haec duo genera rerum unum verbum, quod satis declararet utrasque res, invenerunt, ut, sive ex fundo sive a fundo deiectus essem, uno atque eodem interdicto restituerer, VNDE TV. Hoc verbum VNDE utrumque declarat, et ex quo loco et a quo loco. Unde deiectus est Cinna? Ex urbe. Unde Telesinus? Ab urbe. Unde deiecti Galli? A Capitolio. Unde qui cum Graccho fuerunt? Ex Capitolio. Videtis igitur, hoc uno verbo VNDE significari res duas, et ex quo et a quo. 88. Cum autem EO restitui iubet, ita iubet, ut, si Galli a maioribus nostris postularent, ut eo restituerentur, unde deiecti essent, et aliqua vi hoc assequi possent, non, opinor, eos in cuniculum, qua aggressi erant, sed in Capitolium restitui oporteret. Hoc

---

3. *ecquid*] *et qui* T; *et quid* R A; *quid* L. Correxit P. Manutius. — *quod ego iam antea* T: *quod antea* (om. *ego iam*) R A L 𝔏 O. — 4. *hoc* om. T. — 5. *quaeso diligenter* E T: *diligenter quaeso* R A L 𝔏 O. (*queso* E.) — 7. *id sum*] E T V G a b e m p q t β: *sum id* M k α et L 𝔏 O; *sum* (om. *id*) A. — 9. *ex eo loco ubi fuisset -- et horum* E T: *ex eo loco, in quo esset ui deiiceretur, alterum si ab eo loco quo ueniret: et horum* k; *ex eo loco quo ueniret et horum* (mediis omissis) R; *ex eo loco, in quo esset: alterum si ab eo loco quo ueniret: et horum* A; *ex eo loco, in quo esset: alterum, si ab eo loco, quo ueniret, vi deiectus esset: et horum* cum Ascensiana altera L 𝔏 O. — 10. *se eiectum* E T. Emendavit Klotzius. Cf. §. 88. 92. — *si quid ab* T. — 12. *id adeo sic considerate* T: *id adeo si considerate* E (pr. m.); *id adeo si placet considerate* R (a manu sec. etiam E) A L 𝔏 O. Cf. p. Cluentio §. 80.: *Id adeo sic cognoscite.* Verr. Accus. IV. §. 141.: *Id adeo -- sic vos ex me cognoscite.* — 13. *delegerit* E T (non, ut refert Iordanus, *deligerit*) V G M a e m p q t. Cf. §. 49. — *ex eo me loco deiecerit* om. 𝔄 (praeter k) A. Addidit Naugerius in Aldina. (*ex eo me deiecerit* k.) — 14. *extra meum*] *extraneum* T. — 16. *declarare tum quaeresse* T. — 18. *declarat ex* (om. *et*) T. — 19. *Cinna* E L O: *cynna* T; *cecinna* s. *cecina* R A; *Caecina* 𝔏. — *unde Telesinus* nos: *unde deiecti sinus* (non *simus*, ut refert Iordanus) T; *unde deiecistis* V; *unde deiecisti* R A; *unde deiectus* ** O; *unde Samnites* Pantagathus; *unde deiecti Poeni* L; *unde deiectus Carbo* cum Ascensiana (a. 1531.) 𝔏; *unde deiectus Lepidus* Beckius; *unde deiecti Tusci* (coll. Liv. II. 51.) Buttmannus *Act. N. Soc. Ien.* I. p. 59. Omnibus his commentis reiectis substitui *Telesinum* et propter huius nominis in codice T haud leve vestigium et quoniam eius res gestae cum Cinnanis egregie conveniunt. Cf. Vell. Paterc. II. 27. Iuli Flori Epit. p. 90. ed. Iahn. Plut. Sulla c. 29. — 20. *Gracco* T V M et A. Conf. Frid. Ritschelium *de titulo Mummiano* p. V., *de miliario Popilliano* p. 27. — 21. *verbo unde significari* E T: *uerbo in significari* (*in* a sec. m. supra versum) V; *uerbo significari* (om. *unde*) R A L 𝔏 O. Cf. §. 89. — *duas res* T. Deerat haec lectio in Mommsenii schedis. — 22. *a quo* T: *a quo ui* V; *a quo loco ui* [delicet] R A; *a quo loco* cum P. Manutio L 𝔏 O. — *ita iubet: VNDE TV DEIECISTI, EO RESTITVAS. ut si* L. — 23. *ut*] *uti* T. — 25. *oportet* V; *oportere* b et A.

enim intelligitur: VNDE DEIECISTI, sive ex quo loco sive a quo loco, EO RESTITVAS. Hoc iam simplex est, in eum locum restituas: sive ex hoc loco deiecisti, restitue in hunc locum; sive ab hoc loco, restitue in eum locum, non ex quo, sed a quo deiectus est. Ut si qui, ex alto cum ad patriam accessisset, tempestate subito reiectus optaret ut, cum a patria deiectus esset, eo restitueretur, hoc, opinor, optaret, ut, a quo loco depulsus esset, in eum se fortuna restitueret, non in salum, sed in ipsam urbem, quam petebat: sic, quoniam verborum vim necessario similitudine rerum aucupamur, qui postulat ut, a quo loco deiectus est, hoc est, unde deiectus est, eo restituatur, hoc postulat, ut in eum ipsum locum restituatur. XXXI. 89. Cum verba nos eo ducunt, tum res ipsa hoc sentire atque intelligere cogit. Etenim, Piso, — redeo nunc ad illa principia defensionis meae — si quis te ex aedibus tuis vi hominibus armatis deiecerit, quid ages? Opinor, hoc interdicto, quo nos usi sumus, persequere. Quid? si qui iam de foro redeuntem armatis hominibus domum tuam te introire prohibuerit, quid ages? Utere eodem interdicto. Cum igitur praetor interdixerit, unde deiectus es, ut eo restituaris, tu hoc idem, quod ego dico et quod perspicuum est, interpretabere: cum illud verbum VNDE in utramque rem valeat, EOque tu restitui sis iussus, tam te in aedes tuas restitui oportere, si e vestibulo, quam si ex interiore aedium parte deiectus sis.

90. Ut vero iam, recuperatores, nulla dubitatio sit, sive rem sive verba spectare vultis, quin secundum nos iudicetis, exoritur hic iam obrutis rebus omnibus et perditis illa defensio, eum deiici posse, qui tum possideat, qui non possideat, nullo modo posse; itaque, si ego sim a tuis aedibus deiectus, restitui non oportere, si ipse sis, oportere. Numera, quam multa in ista defensione falsa sint, Piso. Ac primum illud attende, te iam ex illa ratione esse depulsum, quod negabas quemquam deiici posse, nisi inde, ubi esset: iam posse concedis; eum, qui non possideat,

---

1. *unde deiecisti* 𝔄: *unde deiecti* A; *unde tu deiecisti* L 𝔏 O. — 2. *restituas -- restitue in eum locum* om. T. — 4. *est* E T k α, ed. Iuntina, L 𝔏 O: om. R A. — 6. *a patria deiectus esset* T (quam lectionem omisit Iordanus): *esset a (ex* V*) patria deiectus* R (sed in E v. *esset* superscr. est a manu sec.) A 𝔏 O. — *optaret, ut unde esset deiectus, eo restitueretur* cum Hotomano L. Cf. Iul. Victor c. 6. §. 4. p. 222. v. 5 sqq. — 8. *quoniam*] *quum* T. Cf. §. 2. — *verborum vim* E T: *vim verborum* R A L 𝔏 O. — 9. *postulat aut* a e (corr. fort. a pr. m.) m q t β; *postulet aut* A. — 10. *unde eiectus* E T (quam lectionem omisit Iordanus). Cf. §. 86. — *hoc postulat -- restituatur* om. 𝔄 (praeter E T) A 𝔏. Defectum ita suppleverat L: *qui postulat ut unde deiectus est, eo restituatur, hoc postulat, ut a quo loco deiectus est, eo restituatur.* — 11. *tum* cum Aldina L 𝔏 O: *iam* 𝔄 A. — 13. *tuis aedibus* T. Deerat haec lectio in Mommsenii schedis. — 14. *ageres* G M a e m p q t α β et A 𝔏. — 15. *persequerer* β; *persequare* a; *persequerere* G b e m q t et A 𝔏. — *si quis* q (sec. m.) et 𝔏. — 16. *prohibuerint* A. — *ageres? uterere* cum Iuntina 𝔏. (*ageres* etiam α, *uterere* e q α.) — 17. *praetor*] *.p. R.* E M a b e p q t; *populus r.* m; *Po. Ro.* α et A. (De T Harlessius silet.) Emendavit Naugerius in Aldina. Cf. §. 23. — 19. *tu* om. T. — 20. *siue e uestibulo* G M a m p q t (pr. m.) α β; *siue ex uestibulo* e; *si vel e vestibulo* A. (*ustibulo* superscr. littera *e* E.) — *ex citeriore* L. — 23. *iam* om. T. — 24. *deici* T. — 29. *nisi inde, ubi esset: iam posse* Klotzius (ed. pr.): *nisi inde, ubi tum esset: iam posse* Orellius (*Oratt. sell. XV.*); *nisi indubium esse etiam posse* 𝔄 A; *nisi qui in eo loco fuerit. Nunc, qui possideat, eum, etiam si non fuerit in eo loco, deiici posse* L 𝔏 O. Cf. §. 79.: *non posse probari quemquam esse deiectum, nisi ex eo loco, in quo fuisset.* — *eum, qui -- deiici posse* cum Hervagiana a. 1534. om. 𝔏. — *eum*] Sic etiam E Freundio teste, non *Cum*, ut Wunderus rettulit.

negas deiici posse. 91. Cur ergo aut in illud quotidianum interdictum VNDE ILLE ME VI DEIECIT additur CVM EGO POSSIDEREM, si deiici nemo potest, qui non possidet, aut in hoc interdictum DE HOMINIBVS ARMATIS non additur, si oportet quaeri possederit necne? Negas deiici, nisi qui possideat. Ostendo, si sine armatis coactisve hominibus deiectus quispiam sit, eum, qui fateatur se deiecisse, vincere sponsionem, si ostendat eum non possedisse. Negas deiici, nisi qui possideat. Ostendo ex hoc interdicto DE ARMATIS HOMINIBVS, qui possit ostendere non possedisse eum, qui deiectus sit, condemnari tamen sponsionis necesse esse, si fateatur esse deiectum. XXXII. 92. Dupliciter homines deiiciuntur, aut sine coactis armatisve hominibus, aut per eius modi rationem atque vim. Ad duas dissimiles res duo diiuncta interdicta sunt. In illa vi quotidiana non satis est posse docere se deiectum, nisi ostendere potest, cum possideret, tum deiectum. Ne id quidem satis est, nisi docet ita se possedisse, ut nec vi nec clam nec precario possederit. Itaque is, qui se restituisse dixit, magna voce saepe confiteri solet se vi deiecisse, verum illud addit: «Non possidebat,» vel etiam, cum hoc ipsum concessit, vincit tamen sponsione, si planum facit ab se illum aut vi aut clam aut precario possedisse. 93. Videtisne, quot defensionibus eum, qui sine armis ac multitudine vim fecerit, uti posse maiores voluerint? Hunc vero, qui ab iure, officio, bonis moribus ad ferrum, ad arma, ad caedem confugerit, nudum in causa destitutum videtis, ut, qui armatus de possessione contendisset, inermus plane de sponsione certaret. Ecquid igitur interest, Piso, inter haec interdicta? ecquid interest, utrum in hoc sit additum CVM A. CAECINA POSSIDERET necne? Ecquid te ratio iuris, ecquid interdictorum dissimilitudo, ecquid auctoritas maiorum commovet? Si esset additum, de eo quaeri oporteret: additum non est; tamen oportebit? 94. Atque ego in hoc Caecinam non defendo: possedit enim Caecina, recuperatores, et id, tametsi extra causam est, percurram tamen brevi, ut non minus hominem ipsum quam ius commune defensum velitis. Caesenniam possedisse propter usum fructum non negas. Qui colonus habuit conductum de Caesennia fundum, cum idem ex eadem

1. *deici* E T. — 4. *deici* T. — 5. *Ostendo, si - - nisi qui possideat* om. T. — *quispiam* E: *quisquam* R A L 𝔏 O. — 6. *sponsione* L. Conf. v. 18. — 11. *atque* E T O: *aut* R A 𝔏; *et* L; *ac* mg. 𝔏. — 12. *diiuncta* mg. 𝔏, O: *seiuncta* corr. q; *deiuncta* R L 𝔏; *deuincta* A. — *In illa vi quotidiana* cet.] Cf. p. Tullio §. 44 sq. — *vi* om. A. — 13. *cotidiana* T. — *sese deiectum* α; *sed fictum* E T; *sed se deiectum fictum* G M. — *potest* E T: *posset* a; *possit* R A L 𝔏 O. Cf. v. 14: *nisi docet.* — 14. *tum eiectum* E T G M a b e m p t β et A. Correxit Naugerius in Aldina. Cf. §. 86. — 15. *ut* om. E T G M a e m p q t α. — 16. *dicit* L. — 17. *possidebit* T. — 18. *sponsione* E T G a b p q t β et A L 𝔏: *sponsionem* R O. Cf. v. 6. — 20. *sine* om. 𝔄 praeter T, in quo est *se.* — *armatis* t (pr. m.) et L. — *maioris* T. — *uoluerunt* E T G M a b e p t $\alpha\beta$ et A 𝔏. — 21. *Hunc*] *hinc* T; *nunc* α. — 22. *cedem* T. — *destitutumque* cum Iuntina L 𝔏. Sed cf. Verr. Accus. II. §. 74. V. §. 110. — *ut qui* E T, ed. Iuntina, L 𝔏 O: *qui autem* R A. — 23. *inermus* E (de T silet Harlessius): *inermis* R A L 𝔏 O. Cf. §. 33. — *ecquid*] *et quid* quinquies E G a b e k p t $\alpha\beta$, tertio, quarto et quinto loco T. — 24. *igitur* om. T. — *interdicta* om. T. — *utrum in hoc sit additum* T: *utrum in hoc sit addictum* E; *utrum hoc additum* (om. *in* et *sit*) R A L 𝔏 O. («fort. *additum sit*» mg. 𝔏.) Cf. §. 91. p. Tullio §. 38. 39. — 25. *possideret* P. Manutius: *possederit* 𝔄 A L 𝔏 O. Cf. §. 91. 92. pro Tullio §. 44. — 26. *et quid auctoritas* A. — 29. *extera causa* T. — 30. *ut non*] *non ut* T. — 31. *usum fructuum* T. — *Qui*] *quoniam* V.

conductione fuerit in fundo, dubium est quin, si Caesennia tum possidebat, cum erat colonus in fundo, post eius mortem heres eodem iure possederit? Deinde ipse Caecina, cum circuiret praedia, venit in istum fundum, rationes a colono accepit. Sunt in eam rem testimonia. 95. Postea cur tu, Aebuti, de isto potius fundo quam de alio, si quem habes, Caecinae denuntiabas, si Caecina non possidebat? Ipse porro Caecina cur se moribus deduci volebat, idque tibi de amicorum [† de his de Aquilii] sententia responderat [† et aequum]?

XXXIII. At enim Sulla legem tulit. Ut nihil de illo tempore, nihil de calamitate rei publicae querar, hoc tibi respondeo, adscripsisse eundem Sullam in eadem lege, SI QVID IVS NON ESSET ROGARIER, EIVS EA LEGE NIHILVM ROGATVM. Quid est quod ius non sit, quod populus iubere aut vetare non possit? Ut ne longius abeam, declarat ista adscriptio esse aliquid. Nam nisi esset, hoc in omnibus legibus non adscriberetur. 96. Sed quaero de te, putesne, si populus iusserit me tuum aut item te meum servum esse, id iussum ratum aut firmum futurum? Perspicis hoc nihil esse et fateris: qua in re primum illud concedis, non quidquid populus iusserit, ratum esse oportere; deinde nihil rationis affers, quam ob rem, si libertas adimi nullo modo possit, civitas possit. Nam et eodem modo de utraque re traditum nobis est et, si semel civitas adimi potest, retineri libertas non potest. Qui enim potest iure Quiritium liber esse is, qui in numero Quiritium non est? 97. Atque ego hanc adolescentulus causam cum agerem contra hominem disertissimum nostrae civitatis, C. Cottam, probavi. Cum Arretinae mulieris libertatem

---

1. *possedebat* E. — 2. *in* om. G M a b p q t β et A. — *eodem iure* om. T. — 3. *venit*] *ueniret* T. — 5. *cur tu Aebuti* T et Lambinus in mg. 𝔏: *cur Aebuti* R A L 𝔏 O. — 7. *de his de aquili* E: *de his de quibus* T; *de his qui a quibus* G; *de his (iis* a k β*) qui de Aquilii* R; *dictis qui de Aquilii* A; *etiam de ipsiusque Aquilii* Iuntina; *etiam de ipsius C. Aquillii* cum Aldina L 𝔏 O. (In k post v. *amicorum* est spatium vacuum quinque circiter litterarum et in margine adscriptum: «Deest aliquid».) — 8. *responderat et aequum* T: *responderat etaeum* (ex *aecum*?) E; *responderat et ad eum* R (nisi quod *responderant* habet β et in q *et* expunctum est); *responderant: et ad eum?* A; *responderat* deletis verbis *et ad eum* cum Iuntina L 𝔏 O. Conf. §. 20. — 9. *Sylla* E A L 𝔏 et sic deinceps plerumque. — 10. *querar* cum Iuntina L 𝔏 O: *rare* E T; *tangam* e; *raro* R A. — *ac scripsisse* E T. — 11. *eadem lege* T: *eandem legem* R A L 𝔏 O. Cf. v. 14. — *rogari* cum Iuntina L 𝔏. — 12. *Quid est, quod rogari ius non sit? quid, quod populus* L. — *quo populus* G b e k m p t α β et A. — 13. *adscriptio*] *ab scripto* E M; *abscripto* b (pr. m.); *abscripta* k; *abscriptio* p; *descriptio* a b (sec. m.) m q t β et A. (De T silet Harlessius.) Emendavit Naugerius in Aldina. — 14. *asscriberetur* T. — 15. *quaero de te* nos: *quaero te* 𝔄; *quaero a te* A; *quaero abs te* cum Aldina L 𝔏 O. — *me tuum aut item te*] *me tuo auitem* T. — 16. *aut firmum* E T: *atque firmum* R A L 𝔏 O. — 17. *et fateris: qua in re primum* nos: *et eateris qua* (non, ut refert Iordanus, *quae) inter primum* T; *et ea fateris quae inter primum* corr. q: *et ea teris (terris* G) *quae inter primum* R; *et ea teris quae inter. Primum* O; *ut in ceteris quae rogaui. Primum* A; *ut in ceteris, quae rogauit. Primum* L 𝔏; *et fateris. Quid igitur? Primum* Orellius in adnotatione; *et fateris quaerenti. Primum* Kayserus *Heidelb. Jahrbb.* 1851. p. 692. Cf. p. Tullio §. 31.: *Quaero abs te: -- quid haberes quod diceres? Nihil, opinor. Fateris enim* cet. Quemadmodum h. l. verba *in re* corrupta sunt in *inter*, sic Epist. ad Att. VI. 1, 23. Cod. Mediceus exhibet *praeter* pro *prae re*. — *quicquid* T. — 20. *adimi civitas* T. Deerat haec lectio in Mommsenii schedis. — 21. *potest* ante v. *retineri* om. T. — 21. 22. *Quiritum* G a e p q t α β et A L 𝔏. — 24. *C. Cottam* nos: *coctam* T M; *Cottam* R A L 𝔏 O. Praenomen a me additum supervacaneum non esse in primis Asconius docet p. 66 sq. ed. nostrae.

defenderem et Cotta decemviris religionem iniecisset, non posse nostrum sacramentum iustum iudicari, quod Arretinis adempta civitas esset, et ego vehementius contendissem, civitatem adimi non potuisse, decemviri prima actione non iudicaverunt; postea re quaesita et deliberata sacramentum nostrum iustum iudicaverunt. Atque hoc et contra dicente Cotta et Sulla vivo iudicatum est. Iam vero in ceteris rebus, ut omnes, qui in eadem causa sunt, et lege agant et suum ius persequantur et omni iure civili sine cuiusquam aut magistratus aut iudicis aut periti hominis aut imperiti dubitatione utantur, quid ego commemorem? Dubium esse nemini vestrum certo *scio*.

98. Quaeri hoc solere me non praeterit — ut ex me ea, quae tibi in mentem non veniunt, audias —, quem ad modum, si civitas adimi non possit, in colonias Latinas saepe nostri cives profecti sint. Aut sua voluntate aut legis multa profecti sunt: quam multam si sufferre voluissent, manere in civitate potuissent. XXXIV. Quid? quem pater patratus dedidit aut suus pater populusve vendidit, quo is iure amittit civitatem? Ut religione civitas solvatur, civis Romanus deditur; qui cum est acceptus, est eorum, quibus est deditus; si non accipiunt, ut Mancinum Numantini, retinet integram causam et ius civitatis. Si pater vendidit eum, quem in suam potestatem susceperat, ex potestate dimittit. 99. Iam populus cum eum vendit, qui miles factus non est, non adimit ei libertatem, sed iudicat non esse eum liberum, qui, ut liber sit, adire periculum noluit; cum autem incensum vendit, hoc iudicat, cum ei, qui in servitute iusta fuerunt, censu liberentur, eum, qui, cum liber esset, censeri noluerit, ipsum sibi libertatem abiudicavisse. Quod si maxime

---

1. *cocta* M b m p q t; *coctam* T. — *in decemuiris* b (sec. m.) m p q t β et A. — *religionis* E T G a b m p q t α β et A; *religionis nomen* k; *religionis aliquem scrupulum* Klotzius in Prooem. ed. alt. p. XIV. Cf. simile mendum in optimis libris §. 98. — *nostrum sacramentum* E T: *sacr. nostrum* R A L 𝔏 O. — 2. *ciuitas adempta* T. Deerat et haec et quae proxime praecedit lectio in Mommsenii schedis. — 3. *et cum ego* k et A. — *potuisse*] *posse* T. — 4. *re quaesita*] *requisita* T. — 6. *Silla* h. l. E teste Freundio. — *ceteris rebus* T: *ceteris* (om. *rebus*) R A L 𝔏 O. — 7. *suum ius*] *sua lege* T. In E *ius* superscriptum est. — *persequantur*] In E littera *n* superscripta est. — 8. *omni* E T: *omnes* R A L 𝔏 O. — 9. *Dubium esse nemini vestrum certo scio. Quaeri* Iordanus (in Commentario, coll. §. 55.): *dubium esse nemini uestrum certo. Quaeri* T; *dubium esse nemini vestrum? Certo quaeri* E; *dubium nemini (memini* p, *meum ni* m q t, *meum nisi* a) *uestrum certe (cottae* k) *quaeri* R A; *dubium nemini uestrum est. Certe quaeri* cum Aldina L 𝔏 O. *(dubium nemini vestrum esse credo. Quaeri* Garatonius.) — 13. *sint*] *sunt* T. — 14. *mulcta - - mulctam* A. — *multam*] *multa* T. — *voluissent, manere* nos: *uoluissent tam ne re* T; *voluissent tamen (tñ* E) *manere* R (excepto k) A L 𝔏; *voluissent tum manere* k et cum Aldina O. — 15. *potuissent*] *ualuissent* k; *uoluissent* α; *uoluisse* R (nisi quod *ualuisse* sec. m. b); *potuisse* A. *(potuissent* primum comparet in Ascensiana a. 1522.) — 16. *dedit* 𝔄 (praeter M k) A; *dedi* M; *dédit* L. Emendatum est in Iuntina. — *uendit* L. — 17. *civitas*] *ciuitate* E T. Cf. simile mendum §. 97. — *deditur* nos: *detraditur* E T M a b p q t β; *detruditur* G e k m α; *retrodatur* A; *traditur* cum Aldina L 𝔏 O. Mendum optimorum codicum ortum videtur e glossemate *de*[tra]*ditur*, sicut p. Milone §. 38. *adcognouisset* in E ortum est ex *ad*[co]*gnouisset*. — 18. *est eorum*] *et eorum* E T G M; *fit eorum* k. — *ut Mancinum* k, Iuntina, L 𝔏 O: *ut mancipii* a e; *mancipi* (om. *ut*) R A. — 19. *retinet* E T k et L 𝔏 O: *retinent* R A. — *integrum* T. — 20. *uendit* L. — 21. *uendidit* G et 𝔏. — 22. *eum*] *tum* E T. — 23. *in censum* 𝔏. — *uendidit* k. — *cum ei (ii* β et A L) *qui - - fuerunt (fuerit* pr. e, *fuerint* corr. e), *censu liberentur (liberetur* pr. e) 𝔄 A L: *cum is, qui - - fuerit, censu liberetur* cum edd. Venetis antiquissimis et Iuntina 𝔏 O. — 25. *abiudicavisse* E T: *abiudicasse* R A L 𝔏 O.

hisce rebus adimi libertas aut civitas potest, non intelligunt, qui haec commemorant, si per has rationes maiores adimi posse voluerunt, alio modo noluisse? 100. Nam, ut haec ex iure civili proferunt, sic afferant velim, quibus lege aut rogatione civitas aut libertas erepta sit. Nam quod ad exsilium attinet, perspicue intelligi potest, quale sit. Exsilium enim non supplicium est, sed perfugium portusque supplicii; nam quia volunt poenam aliquam subterfugere aut calamitatem, eo solum vertunt, hoc est, sedem ac locum mutant. Itaque nulla in lege nostra reperietur, ut apud ceteras civitates, maleficium ullum exsilio esse multatum; sed cum homines vincula, neces ignominiasque vitant, quae sunt legibus constitutae, confugiunt quasi ad aram in exsilium: qui si in civitate legis vim subire vellent, non prius civitatem quam vitam amitterent: quia nolunt, non adimitur iis civitas, sed ab iis relinquitur atque deponitur. Nam, cum ex nostro iure duarum civitatum nemo esse possit, tum amittitur haec civitas denique, cum is, qui profugit, receptus est in exsilium, hoc est, in aliam civitatem.

XXXV. 101. Non me praeterit, recuperatores, tametsi de hoc iure permulta praetereo, tamen me longius esse prolapsum, quam ratio vestri iudicii postularit. Verum id feci, non quo vos hanc in hac causa defensionem desiderare arbitrarer, sed ut omnes intelligerent nec ademptam cuiquam civitatem esse neque adimi posse. Hoc cum eos scire volui, quibus Sulla voluit iniuriam facere, tum omnes ceteros novos veteresque cives; neque enim ratio afferri potest, cur, si cuiquam novo civi potuerit adimi civitas, non omnibus patriciis, omnibus antiquissimis civibus possit. 102. Nam ad hanc quidem causam nihil hoc pertinuisse primum ex eo intelligi potest, quod vos de ea re iudicare non debetis: deinde quod Sulla ipse ita tulit de civitate, ut non sustulerit horum

---

1. *hisce rebus* k et Iuntina: *incesibus* G; *uisceribus* R (de T tamen silet Harlessius) A; *iisce rebus* cum Aldina L 𝔏 O. — 2. *maiores adimi* E T G k p α: *adimi maiores* R A L 𝔏 O. — 3. *proferunt* k et Orellius *(Oratt. sel. XV.)*: *profuerint* G; *profuerunt* R A; *protulerunt* cum Aldina L 𝔏 O. Cf. var. lect. p. 372. v. 16. — *afferant* cum Aldina L 𝔏 O: *aderant* (ex *adferant*) 𝔄; *adderent* A. — 4. *rogatione* Ant. Augustinus: *ratione* 𝔄 A; *Romana* cum Iuntina L 𝔏 O. — 5. *intellegi* T. — 6. *perfugium* E T q et L 𝔏 O: *profugium* R A. — *quia* Iordanus (coll. Epp. ad Att. X. 17, 4. ad Fam. IX. 16, 4.): *qui* 𝔄 A L 𝔏 O. — 7. *aliquam poenam* T. Deerat haec lectio in Mommsenii schedis. — 8. *repperietur* E T. Cf. §. 61. — 9. *ut* om. 𝔄 A. Addidit Naugerius in Aldina. — *nullum* T. — *mulctatum* A et mg. M; *mutatum* T M a b p q t α β; *mutatis* E. — 10. *cum*] *ut* T. — *homines*] *omnes* 𝔄. Emendavit Naugerius in Aldina. — *vincula*] «Hoc verbo, quo finitur pagina, desinit (in E) oratio pro Caecina, quae tamen ab librario integra, ut videtur, erat descripta. Excisa sunt enim plura, quae sequebantur, folia, quorum quaedam frusta supersunt. In iis foliis finis erat huius orationis et initium sequentis, quae habita est pro P. Sulla.» Wunder. — 11. *aram*] *arma* 𝔄 (praeter β) A. Emendavit Nicol. Angelius in Iuntina. — 12. *subire*] *siue iure* T. — 13. *iis c. sed ab iis* T k et A: *hic civ. sed ab hiis* V; *his civ. sed ab his* R A L 𝔏 O. — 14. *cum* om. T. — 15. *denique*] *demum* Bakius ad Cic. de Legg. II. 4, 10. p. 479. Sed cf. Hand Turs. II. p. 275 sq. — 18. *permulta* T V: *multa* R A L 𝔏 O. — *esse prolapsum* T: *prolapsum esse* R A L 𝔏 O. Cf. Bake ad Cic. de Legg. p. 426. — *vestri* T (si fides est Harlessii silentio) k et cum Aldina L 𝔏 O: *nostri* R A. — 19. *quo vos* T G M b α: *quo nos* V; *quos* k; *quod vos* R A L 𝔏 O. — *hanc in hac causa* T: *in hac causa hanc* R A L 𝔏 O. Cf. Divinat. in Caecil. §. 16. Verr. III. §. 97. — 21. *neque* 𝔄 (praeter β): *nec* β, Aldina, A L 𝔏 O. — *adimi*] *adimisi* T. — *eo scire* T. — 22 et 27. *silla* V. — *omnis -- civis* v. c. in mg. 𝔏. — 23. *afferre* T V. — 24. *non omnibus antiquissimis civibus possit* al. in mg. 𝔏. — 26. *de ea re* Iordanus *(Comment. de Cod. Tegerns.* p. 20.): *de re* 𝔄 (praeter k) A; *ea de re* k, ed. Iuntina, L 𝔏 O. Cf. p. Rosc. Com. §. 25. — 27. *eorum* β et A L.

nexa atque hereditates. Iubet enim eodem iure esse, quo fuerint Ariminenses: quos quis ignorat duodecim coloniarum fuisse et a civibus Romanis hereditates capere potuisse? Quod si adimi civitas A. Caecinae lege potuisset, magis illam rationem tamen omnes boni quaereremus, quem ad modum spectatissimum pudentissimumque hominem, summo consilio, summa virtute, summa auctoritate domestica praeditum, levatum iniuria civem retinere possemus, quam uti nunc, cum de iure civitatis nihil potuerit deperdere, quisquam exsistat, nisi tui, Sexte, similis et stultitia et impudentia, qui huic ademptam civitatem esse dicat. 103. Qui quoniam, recuperatores, suum ius non deseruit neque quidquam illius audaciae petulantiaeque concessit, de reliquo iam communem causam populique ius in vestra fide ac religione deponit. XXXVI. Is homo est, ita se probatum vobis vestrique similibus semper voluit, ut id non minus in hac causa laborarit atque contenderit, quam ne dissolutius rem relinquere videretur, nec minus vereretur, ne contemnere Aebutium, quam ne ab eo contemptus esse existimaretur.

104. Quapropter si quid extra iudicium est, quod homini tribuen-

---

1. *hereditatis* T; *hereditas* V. — *fuerunt* G M k. — 2. *duodecim*] *duodeviginti* de Savinii coniectura O. Sed vid. Ioach. Marquardt in *Becker, Handb. der röm. Alterth.* III. 1. p. 39 sqq. — *fuisse*] *esse* T. — *a civibus Romanis*] *a c. r.* (per compendia) V G a b m p α β; *a ciuitate Romana* e; *a populo Ro.* R (etiam T, si fides est Harlessii silentio) A L 𝔏. Emendationem Ant. Augustini firmavit k. — 4. *quaeremus* T V a b p t. — 5. *pudentissimumque* a et L O: *prudentissimumque* R A 𝔏. Cf. p. 515. v. 1. p. Quinctio §. 39. Verr. III. §. 159. — 6. *consilio*] *studio* T. — *domesticum* T. — *letatum* T. — 7. *cum* om. T. — 8. *tui*] *tu* T. — 9. *inprudentia* T. — *ademptam civitatem* T (deerat haec et sequens lectio in Mommsenii schedis): *civitatem ademptam* R A L 𝔏 O. — 10. *quoniam*] *quum* T. Cf. §. 2. — 11. *illius*] «Exspectabatur *istius*, sc. Aebutii.» Beck. Cf. §. 3. 4. 6. 104. — *concessit*] Post hanc vocem lacunae signum habent L 𝔏. — *de reliquo* (quod divinaverat P. Faber) T V: *de relinquo* R A L 𝔏 O. — 12. *populique ius* 𝔄 A: *populique Romani ius* cum edd. Venetis a. 1472. 1480. 1499. et Iuntina L 𝔏 O. — *in uestram fidem ac religionem* k et codex Francii. Cf. p. Sulla §. 92. — *deponit. Is* V G p (confirmantes P. Fabri coniecturam): *deponitis* T; *deponitur. is* edd. Venetae tres; *depono. is* R A L 𝔏 O. — 13. *est* T: om. R A L 𝔏 O. — *ut in eo non minus quam in hac* L. — 14. *atque contenderit* nos: *atque contenderit aliud* a m q t β et A; *neque contendere aliquid* T V; *ne contenderit aliquid* G; *neque contenderit aliud* b p; *nec contenderit aliud* R L 𝔏 O. «Tam longe abest addendi necessitas» (addendum esse aliquid suspicatus erat Hotomanus), «ut aliquid potius demendum videatur. Nam hisce verbis *nec contenderit aliud* sententiam nitoremque loci, concinnitatem denique turbari video: a Tullio quidem ipso profecta ut existimem, adduci nequeo. Tanta est, inquit, homini vobis se probandi cupiditas, ut in hac ipsa causa *id*, de hac nempe sui probatione, non minus laborarit quam ne ius suum dissolute relinquere videretur.» Gar. 2. Equidem satis habui unam vocem *aliud* (*aliquid* T V G) delere. Caes. B. G. I. 31.: *non minus se id contendere et laborare, ne ea, quae dixissent, enuntiarentur, quam uti ea, quae vellent, impetrarent.* Cf. Cic. ad Q. fr. I. 1, 14, 42. Verr. III. §. 130. (*ne inique contendere aliquid quam ne dissolute relinquere* Mommsenius.) — *ne dissolutius rem relinquere* nos: *ne dissoluti relinquere* T V b k p; *ne dissolute relinquere* a m q t β; *ne nomen dissoluti relinquere* e; *ne boni viri officium relinquere* A; *ne ius suum dissolute relinquere* cum Iuntina (et fort. α) L 𝔏 O. (In G M a m p q t β post v. *ne* spatium vacuum relictum est et in q ad marginem vv. *ius suum* sec. manu suppleta.) Cf. §. 50.: *rem et causam et utilitatem communem non relinquere solum, sed etiam prodere.* (*dissolutius*, in codd. *dissoluti'*, pro *dissolute* scripsi Halmio auctore.) — 15. *ueretur* a e (sec. m.) m p q t; *uteretur* e (pr. m.); *ueritus sit* L. — *contempnere* T V. Cf. §. 6. — 16. *quam ne ab eo* cum P. Manutio (a. 1546.) et Hotomano L 𝔏 O: *quam debeo* T; *ne de eo* (om. *quam*) V; *quam de eo* R A. — 17. *quod homini* cum Aldina L 𝔏 O: *quod ui homini* V M (de T Harlessius silet); *quod uirtuti homini* G a b p q (pr. m.) t α β et A; *quod uirtuti hominis* k q (sec. m.); *quod uirtuti hominum* e; *quod uirtutis hominis* m. — *tribuendum*] *hoc tribuendum* T, unde *huic tribuendum* coni. Iordanus. (*quod ut homini huic tribuendum sit* Halmius.)

dum sit, habetis hominem singulari pudore, virtute cognita et spectata fide, amplissimo totius Etruriae nomine, in utraque fortuna cognitum multis signis et virtutis et humanitatis. Si quid in contraria parte in homine offendendum sit, habetis eum, ut nihil dicam amplius, qui se homines coëgisse fateatur. Sin hominibus remotis de causa quaeritis, cum iudicium de vi sit, is, qui arguitur, vim se hominibus armatis fecisse fateatur, verbo se, non aequitate defendere conetur, id quoque ei verbum ipsum ereptum esse videatis, auctoritatem sapientissimorum hominum facere nobiscum; in iudicium non venire, utrum A. Caecina possederit necne, tamen doceri possedisse; multo etiam minus quaeri, A. Caecinae fundus sit necne, me tamen id ipsum docuisse, fundum esse Caecinae: cum haec ita sint, statuite, quid vos tempora rei publicae de armatis hominibus, quid illius confessio de vi, quid nostra decisio de aequitate, quid ratio interdicti de iure admoneat ut iudicetis.

---

2. *amplissimo totius Etruriae nomine* Garatonius (2): *amplissimi totius se turi re nomine* T; *amplissimi se tutire nomine tocius* V; *amplissimae Etruriae nomine totius* t; *amplissimis Etruriae nomine totius* R A; *amplissimum, Hetruriae nomine totius* cum Aldina 𝔏; *amplissimum uirum Etruriae totius* L; *amplissimis viris Etruriae totius* cum Ernestio (qui *viris* addidit ex uno Oxoniensium, edd. Venetis tribus et Iuntina) O. — 4. *offendendum sit*] *offenderim si* T; *offendendum est* Halmius. — 8. *ereptum* α et L 𝔏 O: *dereptum* V; *direptum* R A. — *esse videatis, videatis auctoritatem* Kellerus. — 9. *facere* om. T. — *A. Caecina* T: om. praenomen R A L 𝔏 O. Cf. §. 93. — 10. *tamen docere* T V G M b m p q t β et A; *tamen dococere* a; *cum doceret* e. — *etiam* cum Aldina L 𝔏 O: *iam* 𝔄 A. — *quaerit* 𝔄 praeter k. — 11. *A. Caecina fundus sit necne, - - fundum esse Caecinam* de Bucanani prava coniectura L. — 14. *indicti* T, *in dicti* V. — *admoneat* T V e k: *admoneant* R A L 𝔏 O.

imp. Pomp.

M. TULLII CICERONIS

ORATIO DE IMPERIO CN. POMPEII

AD QUIRITES.

RECOGNOVIT

IO. GEORGIUS BAITERUS.

NOTARUM EXPLICATIO.

P = Palimpsestus Taurinensis apud Peyronum *(M. Tullii Ciceronis orationum p. Scauro, pro Tullio et in Clodium fragmenta inedita* cet.) p. 205 sq. continens verba §§. 40 — 43: *tollenda esse arbitrantur -- res gestae pares de quo homine.*

W = Cod. Werdensis, quem sicut ceteros codices suos delibavit magis quam exhausit Gulielmius. Codicem Werdensem eundem esse cum Fabriciano «antiquissimo» Lambini recte suspicatus esse videtur Graevius ad or. p. Milone c. 14. p. 849. Fabricius enim in dedicatione editionis suae orationum *de provinciis consularibus* et *pro Milone* Dusseldorp. 1569. 8. p. 96. scribit ad D. Paulum Bruin, novae ecclesiae apud *Werthinenses* pastorem: «Reliquias orationum Ciceronis e Saxonia deportasti --- cum ex istis reliquiis duarum orationum, *Milonianae* et *Manilianae*, quae integrae in iis exstant, emendationes a me accepisset (Lambinus).» Gulielmius autem in nulla alia oratione praeter Pompeianam et Milonianam codicis Werdensis mentionem fecit.

C = membranae Colonienses Gulielmii. Parum constat, utrum codex Coloniensis Basilicanus idem sit cum codice Coloniensi Hittorpiano, id quod affirmavit Halmius *(M. Tullii Ciceronis or. de imperio Gnei Pompei* Lips. 1848. p. 29 sq.), necne, cum a Grutero interdum pro eadem lectione et Hittorpiani et Basilicani codicis testimonium allatum (§. 26. 30 bis. 64.) atque adeo Basilicano alia quam Hittorpiano lectio diserte tributa sit. (§. 40.) Praeterea ipse Gulielmius *(Plaut. Quaestt.* p. 209 sq.) a Basilicano tres alios suos distinxit, qui alii nisi Erfurtensis, Werdensis et Hittorpianus esse non possunt. Itaque litterae *C* addidi vel *b* vel *h*, ubicunque membranae Colonienses Basilicani vel Hittorpiani codicis nomine a Gulielmio vel Grutero notatae sunt.

E = Cod. Erfurtensis (Gulielmii Turingicus), nunc Berolinensis. *(Variae lectiones librorum aliquot M. T. Ciceronis ex cod. Erfurtensi enotatae ab Ed. Wundero.* Praef. p. LXI sqq. et p. 83 sqq. Cf. Freundium ad or. p. Milone ex cod. Erfurtensi descriptam p. 12.) Freundii testimonium additis litteris *Fr.* significavi.

V = Cod. Palatinus 1525, nunc Vaticanus (vid. supra p. 479.), quem totum accuratissime in Halmii usum excussit Carolus Prien. In hac quidem oratione quasi alterum exemplum est codicis Erfurtensis, permultis tamen mendis deturpatum, quae omnia afferre nihil attinebat.

𝔓 = Cod. «vetustus» monasterii Parcensis, quem cum ed. Manutiana a. 1554. contulit eiusque margini adscripsit Levinus Torrentius. Desinit in §. 52.

T = Cod. Tegernseensis. (Vid. Halmium p. 32. et conf. supra p. 479.) Nostrae orationis exiguam tantum modo partem continebat, inde a §. 47. usque ad finem.

F = Cod. Fuldensis n. 181. 4. C. 20., olim monasterii Weingartensis, cuius lectiones descripsit et edidit E. F. I. Dronke in programmate scholae Fuldensis a. 1849.

B = Cod. Bernensis n. 254. Vid. Halmium *zur Handschriftenkunde d. Ciceron. Schriften* p. 10.

𝔄 = Codices omnes.
R = Reliqui codices praeter eos, quos quovis loco enumeravimus.
A = Editio Ascensiana prima a. 1511.
L = Editio Lambiniana a. 1566.
𝔏 = Editio Lambiniana a. 1584.
O = Editio Orelliana prior a. 1826.

I. 1. Quamquam mihi semper frequens conspectus vester multo iucundissimus, hic autem locus ad agendum amplissimus, ad dicendum ornatissimus est visus, Quirites, tamên hoc aditu laudis, qui semper optimo cuique maxime patuit, non mea me voluntas adhuc, sed vitae meae rationes ab ineunte aetate susceptae prohibuerunt. Nam cum antea per aetatem nondum huius auctoritatem loci attingere auderem statueremque nihil huc nisi perfectum ingenio, elaboratum industria afferri oportere, omne meum tempus amicorum temporibus transmittendum putavi. 2. Ita neque hic locus vacuus umquam fuit ab iis, qui vestram causam defenderent, et meus labor, in privatorum periculis caste integreque versatus, ex vestro iudicio fructum est amplissimum consecutus. Nam cum propter dilationem comitiorum ter praetor primus centuriis cunctis renuntiatus sum, facile intellexi, Quirites, et quid de me iudicaretis et quid aliis praescriberetis. Nunc cum et auctoritatis in me tantum sit, quantum vos honoribus mandandis esse voluistis, et ad agendum facultatis tantum, quantum homini vigilanti ex forensi usu prope quotidiana dicendi exercitatio potuit afferre, certe et si quid auctoritatis in me est, apud eos utar, qui eam mihi dederunt, et si quid in dicendo consequi possum, iis ostendam potissimum, qui ei quoque rei fructum

---

DE IMPERIO CN. (GN. E V) POMPEII W C E V, Aulus Gellius I. 7, 15. 20. (cf. X. 20, 3.), Priscianus IX. 10, 54. p. 468. Kr., Emporius Rhetor de deliberativa specie p. 314. ed. Capp., Arusianus Messius p. 250. Lind. (cf. p. 230 sq. 235. 264.), Iulius Victor p. 257. v. 30. edit. nostrae: *pro lege Manilia* B O; *pro lege Manilia sive de imperatore deligendo* A; *pro lege Manilia, seu de imperatore Pompeio deligendo, ad populum* L 𝔏. In F subscriptum est *Finis Pompeiane*, atque orationem *Pompeianam* vocat etiam Servius ad Virgil. Georg. III. 64. et Scholiasta Gronovianus p. 437. et 442. ed. nostrae.

1. *michi* V (et sic semper). — *iocundissimus* V. — 2. *ampl. et ad dic.* F. — 3. *Quirites*] *quare* E V, sed in V *Quirites* a sec. m. correctum. — 4. *mea* om. V, sed suppletum in marg. ante *voluntas*. — *adhuc* E V (sed hic *aduc*, quod in *adhoc* correctum est) F: om. R A L 𝔏 O. — *vitae meae* E V 𝔓 F B: *meae vitae* A L 𝔏 O. — 5. *cum per etatem antea nondum* V. — 6. *attingere* W E 𝔓 B O: *actingere* V; *contingere* R A L 𝔏 O. — 8. *meum*] *uestrum* 𝔓. — 9. *itaque neque* V 𝔓. — *vacuus hic locus* F. — *fuit* W C E V O: om. R A L 𝔏. — *ab hys* (i. e. *hiis*) V; *ab his est* B. — 11. *ex*] *et* E V. Cf. v. 16. §. 3. 7. 9. 11. 15. 23. — 13. *Quirites*] *cur* E V. — *et* om. F. — *iudicaritis* E (Fr.) et a pr. m. (ut Prienio videtur) V. — 14. *et* ante *auct.* om. F. — 15. *mandandis* W C E V (a pr. m.) 𝔓 A O: *mandandum* B F, corr. V, L; *mandatum* cum ed. Hervagiana 𝔏; *mandatis* mg. 𝔏. — 16. *ex*] *et* E V. Cf. v. 11. — *usu forensi* L. — 17. *cottidiana* V. — *et si quid -- mihi dederunt* W C E V 𝔓, mg. 𝔏, O: om. F B A L 𝔏. — 18. *apud* E V 𝔓: *ea apud* mg. 𝔏, O. Urbaniorem putat Halmius orationem pronomine omisso, propterea quod iam non *auctoritas*, sed *si quid auctoritatis* ex sententia relativa repetendum sit. Cf. Cic. p. Sulla §. 21: *in quos testimonia dixisti, damnati sunt.* §. 92: *quae prima innocentis mihi defensio est oblata suscepi.* — *utar*] *effundam* 𝔓. — *mihi eam* 𝔓. — *si quid in dicendo* E V 𝔓: *si quid dicendo* mg. 𝔏; *si quid etiam in dicendo* F; *si quid etiam dicendo* B A L 𝔏 O. — 19. *possim* F. — *hiis* V; *his* F B. — *ei*] *eius* 𝔓.

suo iudicio tribuendum esse duxerunt. 3. Atque illud in primis mihi laetandum iure esse video, quod in hac insolita mihi ex hoc loco ratione dicendi causa talis oblata est, in qua oratio deesse nemini possit. Dicendum est enim de Cn. Pompeii singulari eximiaque virtute; huius autem orationis difficilius est exitum quam principium invenire. Ita mihi non tam copia quam modus in dicendo quaerendus est.

II. 4. Atque ut inde oratio mea proficiscatur, unde haec omnis causa ducitur, bellum grave et periculosum vestris vectigalibus ac sociis a duobus potentissimis regibus infertur, Mithridate et Tigrane, quorum alter relictus, alter lacessitus, occasionem sibi ad occupandam Asiam oblatam esse arbitrantur. Equitibus Romanis, honestissimis viris, afferuntur ex Asia quotidie litterae, quorum magnae res aguntur in vestris vectigalibus exercendis occupatae: qui ad me pro necessitudine, quae mihi est cum illo ordine, causam rei publicae periculaque rerum suarum detulerunt: 5. Bithyniae, quae nunc vestra provincia est, vicos exustos esse complures; regnum Ariobarzanis, quod finitimum est vestris vectigalibus, totum esse in hostium potestate; L. Lucullum magnis rebus gestis ab eo bello discedere; huic qui successerit non satis esse paratum ad tantum bellum administrandum; unum ab omnibus sociis et civibus ad id bellum imperatorem deposci atque expeti; eundem hunc unum ab hostibus metui, praeterea neminem.

6. Causa quae sit, videtis: nunc, quid agendum sit, considerate. Primum mihi videtur de genere belli, deinde de magnitudine, tum de imperatore deligendo esse dicendum. Genus est belli eius modi, quod maxime vestros animos excitare atque inflammare ad persequendi studium debeat; in quo agitur populi Romani gloria, quae vobis a maioribus cum magna in omnibus rebus, tum summa in re militari tradita est: agitur salus sociorum atque amicorum, pro qua multa maiores vestri magna et gravia bella gesserunt: aguntur certissima populi Romani vectigalia et maxima, quibus amissis et pacis ornamenta et subsidia belli requiretis: aguntur bona multorum civium, quibus est a vobis et ipso-

---

1. *iudicio mihi tribuendum* 𝔓. — *duxerunt* E V (uterque a sec. m.; a prima *dixerunt*; cf. §. 17.): *consuerunt* R (de W C tamen siletur) A L 𝔏 O. — *atque pp (propter) illud* F. — 2. *ex*] *et* E V. Cf. §. 2. — 3. *deesse nemini* E 𝔓 F B L 𝔏 O: *nemini deesse* V A. — *possit* E V: *potest* R A L 𝔏 O. — 4. *Gn.* A et mg. V; *genere* E V. — 5. *Ita*] *itaque* A L 𝔏. — 8. *et*] *atque* (superscr. *et*) F. — *nostris* B. — *ac* E V 𝔓: *atque* R A L 𝔏 O. — 9. *mitridate* V. — 10. *relictus*] *relictus est* V. — *sibi* om. F. — 11. *arbitrantur* E et littera *n* expuncta V: *arbitratur* 𝔓 F B A L 𝔏 O. — 12. *littere cottidie* V. — 15. *Bythiniae* E (Fr.); *bithimie* V. — *quamplures* correctum in *complures* V. — 16. *ariobarranis* V. — *nostris* V. — 17. *potestatem* Andr. Schottus. Cf. §. 33. — *L.* nos: om. ceteri. — 18. *successerit* W C E V 𝔓 O: *successit* Schol. Gronovianus; *succurrerit* R A L 𝔏 O. — *esse* om. V. — 20. *imperatorem* om. 𝔓. — *deposci* om. V. — *eundum* V. — 24. *genus est belli eiusmodi* Ch (teste Modio Epist. Novant. 97.) V (non 𝔓) O: *genus est enim belli eiusmodi* E; *genus est enim belli huiusmodi* W; *genus est enim huiusmodi* B; *genus est enim eiusmodi* F A L 𝔏. — 25. *ad persequendi studium* C E: *ad studium persequendi* (ut Gruterus lectionem codicum C E parum accurate rettulit) O; *persequendi studium* (sine *ad*) V; om. R A L 𝔏. — 26. *debeat* C (teste Modio) E V L O: *debet* R A 𝔏. — *in quo agitur -- in re militari* om. F B A. — *populi Romani*] *R. P.* 𝔓. — 27. *omnibus rebus* E V: *rebus omnibus* R L 𝔏 O. — *tradita est*] *tarditate* F; *quid ita?* B; om. A. — 28. *agitur enim salus* F. — *nostri* F A. — 29. *populi Romani*] *pro* (ex *p. ro.*) V; *per* E. — 31. *multorum bona* V. — *est* om. 𝔓. — *a vobis et ipsorum et reip. causa* E, mg. 𝔏 (ex codd. Clerici, Memmii et Fabriciano), O: *a vobis*

rum et rei publicae causa consulendum. III. 7. Et quoniam semper appetentes gloriae praeter ceteras gentes atque avidi laudis fuistis, delenda est vobis illa macula Mithridatico bello superiore concepta: quae penitus iam insedit ac nimis inveteravit in populi Romani nomine: quod is, qui uno die, tota in Asia, tot in civitatibus, uno nuntio atque una significatione cives Romanos necandos trucidandosque denotavit, non modo adhuc poenam nullam suo dignam scelere suscepit, sed ab illo tempore annum iam tertium et vicesimum regnat, et ita regnat, ut se non Ponti neque Cappadociae latebris occultare velit, sed emergere ex patrio regno atque in vestris vectigalibus, hoc est, in Asiae luce versari. 8. Etenim adhuc ita nostri cum illo rege contenderunt imperatores, ut ab illo insignia victoriae, non victoriam reportarent. Triumphavit L. Sulla, triumphavit L. Murena de Mithridate duo fortissimi viri et summi imperatores, sed ita triumpharunt, ut ille pulsus superatusque regnaret. Verum tamen illis imperatoribus laus est tribuenda, quod egerunt, venia danda, quod reliquerunt; propterea quod ab eo bello Sullam in Italiam res publica, Murenam Sulla revocavit.

IV. 9. Mithridates autem omne reliquum tempus non ad oblivionem veteris belli, sed ad comparationem novi contulit: qui postea quam maximas aedificasset ornassetque classes exercitusque permagnos quibuscumque ex gentibus potuisset comparasset et se Bosporanis, finitimis suis, bellum inferre simularet, usque in Hispaniam legatos ac litteras misit ad eos duces, quibuscum tum bellum gerebamus, ut, cum duobus in locis disiunctissimis maximeque diversis uno consilio a binis hostium copiis bellum terra marique gereretur, vos ancipiti contentione districti de imperio dimicaretis. 10. Sed tamen alterius partis periculum, Sertorianae atque Hispaniensis, quae multo plus firmamenti ac roboris habebat, Cn. Pompeii divino consilio ac singulari virtute depulsum est; in altera parte ita res a L. Lucullo, summo viro, est administrata, ut initia illa rerum gestarum magna atque praeclara non felicitati eius, sed vir-

---

ipsorum et p. r. causa V; *a vobis et ab ipa Rpca* 𝔓; *et nobis et imperatoribus reip.* B; *a vobis et imperatoribus reip.* F; *a vobis et ab imperatoribus reip.* A; *et a vobis et ab imperatoribus vestris* L 𝔏. — 2. *gentes romani gloriae appetentissimi atque* (manifesto ex nota marginali) B. — 3. *vobis est* B L 𝔏 O. — *bello Mithridatico* 𝔓. (*Mithridatico* spurium videtur Bakio *Schol. Hypomn.* IV. p. 196.) — *concepta* E V: *suscepta* R A L 𝔏 O. — 4. *ac nimis* W Ch E: *et nimis* V; *atque* (om. *nimis*) R A L 𝔏 O. — *is* om. 𝔓. — 5. *uno die* E V, mg. 𝔏, O: *una die* R A L 𝔏. — *tota in Asia* E V: *tota Asia* R A L 𝔏 O. — *significatione* C F: *significatione litterarum* E V B A; *litt. significatione* L 𝔏 O. — 6. *denotavit*] *curavit* E V; *mandavit* 𝔓. — 7. *ullam* F. — 8. *tertium iam annum* F A. — *vic. regnauit* F. — 9. *Ponti* E V: *Ponto* R A L 𝔏 O. — *neque*] *nec* F. — *ex* Klotzius: *et* E V; *e* F A L 𝔏 O; om. B. Cf. §. 2. — 10. *nostris* A. — 11. *Etenim*] *at enim* V. — *nostri* E V F A: *vestri* R L 𝔏 O. — 12. *reportarint* L. — 13. *silla* V; *Sylla* A L 𝔏. — *viri* om. 𝔓 F. — 19. *belli veteris* 𝔓. — *qui postquam* A; *qui postea cum* Beneckius. Malim *qui cum*. — 20. *ordinassetque* E V. — 21. *ex*] *et* E. Cf. §. 2. — *potuisset* om. C, ut ex Modii relatione coniiciendum est. — *et se* C (teste Modio) E V O: om. R A L 𝔏. — *Bosphoranis* A; *bosforanis* E; *bosforonis* V; *bossoraniis* B. — 22. *simularet* E V 𝔓 B: *simulasset* F A L 𝔏 O. — *in*] *ad* A. — *ac litteras* W C E V 𝔓, mg. 𝔏, O: *electanis* F B A; *Ecbatanis* cum ed. Iuntina L 𝔏. — 23. *cum quibus tum* V. — 24. *a binis* W E ex corr. (Fr.) V (a pr. m.) 𝔓, mg. 𝔏, O: *ab unis* F B, corr. V, A L 𝔏. — 25. *districti* W 𝔓 B, mg. F 𝔏, O: *destricti* E V (hic superscr. littera *a*, ut sit *destracti*); *distracti* F A L 𝔏. — 27. *ac*] *atque* F. — 28. *Gnei* A. — *Pompei* E (ut semper) V. — 30. *illa*] *illarum* V. — *rerum gestarum* E V 𝔓: *gestarum rerum* R A L 𝔏 O.

tuti, haec autem extrema, quae nuper acciderunt, non culpae, sed fortunae tribuenda esse videantur. Sed de Lucullo dicam alio loco, et ita dicam, Quirites, ut neque vera laus ei detracta oratione mea neque falsa afficta esse videatur: 11. de vestri imperii dignitate atque gloria, quoniam is est exorsus orationis meae, videte, quem vobis animum suscipiendum putetis.

V. Maiores nostri saepe mercatoribus aut naviculariis nostris iniuriosius tractatis bella gesserunt: vos tot milibus civium Romanorum uno nuntio atque uno tempore necatis quo tandem animo esse debetis? Legati quod erant appellati superbius, Corinthum patres vestri totius Graeciae lumen exstinctum esse voluerunt: vos eum regem inultum esse patiemini, qui legatum populi Romani consularem vinculis ac verberibus atque omni supplicio excruciatum necavit? Illi libertatem imminutam civium Romanorum non tulerunt: vos ereptam vitam negligetis? Ius legationis verbo violatum illi persecuti sunt: vos legatum omni supplicio interfectum relinquetis? 12. Videte ne, ut illis pulcherrimum fuit tantam vobis imperii gloriam tradere, sic vobis turpissimum sit, id quod accepistis tueri et conservare non posse.

Quid, quod salus sociorum summum in periculum ac discrimen vocatur, quo tandem animo ferre debetis? Regno est expulsus Ariobarzanes rex, socius populi Romani atque amicus; imminent duo reges toti Asiae, non solum vobis inimicissimi, sed etiam vestris sociis atque amicis; civitates autem omnes cuncta Asia atque Graecia vestrum auxilium exspectare propter periculi magnitudinem coguntur; imperatorem a vobis certum deposcere, cum praesertim vos alium miseritis, neque audent neque se id facere sine summo periculo posse arbitrantur. 13. Vident et sentiunt hoc idem, quod vos, unum virum esse, in quo summa sint omnia, et eum propter esse, quo etiam carent aegrius: cuius adventu ipso atque nomine, tametsi ille ad maritimum bellum venerit, tamen impetus hostium repressos esse intelligunt ac retardatos. Hi vos, quoniam libere loqui non licet, tacite rogant, ut se quoque, sicut cetera-

---

3. *Quirites* om. 𝔓. — *oratione*] *actione* errore typogr. O. — *mea* E V: *nostra* R A L 𝔏 O. — 4. *ac ficta* (ex *adficta*) E V F B A. — *de vestri* W Ch E 𝔓 O: *de nostri* V; *sed nostri* B; *sed pro nostri* F; *sed pro vestri* A L 𝔏. — 5. *is est et orsus* E; *et is est orsus* V. Cf. §. 2. — 7. *nostri* W C E, Schol., A: *vestri* V F B L 𝔏 O. — *aut* E V 𝔓 L: *ac* F B A 𝔏 O. — *naviculariis* W (teste Lambino) E V, Schol., mg. 𝔏, O: *naviculatoribus* F B A L 𝔏. — *nostris* E: *uestris* V; om. R A L 𝔏 O. — 8. *milibus civium Romanorum* E V: *civium Romanorum milibus* R A L 𝔏 O. — 10. *erant quod* B. — *superius* E; *superbus* V. — 11. *extinctum* E V A; *extinctam* 𝔓. — *inuitum* E (Fr.) V; sed in V a sec. m. correctum est. — 12. *populi Romani* om. 𝔓, teste Torrentio. — 13. *libertatem* om. V. — *imminutam civium Romanorum* E: *in minutam ciuium Romanorum* V pr. m.; *iniuriam c. R.* V sec. m.; *civ. R. imminutam* R A L 𝔏 O. (*immunitam*, in marg. «al. *imminutam*» F.) — 14. *ereptam vitam* E V: *vitam ereptam* R A L 𝔏 O. — *negligitis* E V. — 15. *legatum*] *legatum populi R.* cum ed. Cratandrina L 𝔏. — 16. *relinquetis* E V F B O: *inultum relinquetis* A L 𝔏. — 17. *tradere* E V, v. c. in mg. 𝔏: *relinquere* R A L 𝔏 O. — *id* E V 𝔓 F B L O: *illud* A 𝔏. — 18. *conservari* F; *servare* 𝔓. — 20. *quo tandem animo ferre debetis* E V: om. R A L 𝔏 O. Cf. or. Catil. I. §. 16. — *est expulsus* E V: *expulsus est* R A L 𝔏 O. — 22. *nobis - - nostris* F A. — 23. *auxilium nostrum* V. — 24. *magnitudinem periculi* 𝔓. — 26. *sine summo* E V: *summo sine* R A L 𝔏 O. — 27. *quod et nos* B; *quod et vos* A L 𝔏. — *virum* om. 𝔓. — *summa* om. Ch. — *sunt* F. — 28. *propter* Ch E V B: *pompeium* 𝔓; *prope* F A L 𝔏 O. Cf. §. 16. — 29. *maritimum*] *mantuum* B; *amantium* F. — 30. *ac*] *atque* F A. — *Hi*] *si enim* V.

rum provinciarum socios, dignos existimetis, quorum salutem tali viro commendetis; atque hoc etiam magis, quod ceteros in provinciam eius modi homines cum imperio mittimus, ut, etiam si ab hoste defendant, tamen ipsorum adventus in urbes sociorum non multum ab hostili expugnatione differant, hunc audiebant antea, nunc praesentem vident tanta temperantia, tanta mansuetudine, tanta humanitate, ut ii beatissimi esse videantur, apud quos ille diutissime commoratur.

VI. 14. Quare, si propter socios, nulla ipsi iniuria lacessiti, maiores nostri cum Antiocho, cum Philippo, cum Aetolis, cum Poenis bella gesserunt, quanto vos studio convenit iniuriis provocatos sociorum salutem una cum imperii vestri dignitate defendere, praesertim cum de maximis vestris vectigalibus agatur? Nam ceterarum provinciarum vectigalia, Quirites, tanta sunt, ut iis ad ipsas provincias tutandas vix contenti esse possimus; Asia vero tam opima est ac fertilis, ut et ubertate agrorum et varietate fructuum et magnitudine pastionis et multitudine earum rerum, quae exportantur, facile omnibus terris antecellat. Itaque haec vobis provincia, Quirites, si et belli utilitatem et pacis dignitatem retinere vultis, non modo a calamitate, sed etiam a metu calamitatis est defendenda. 15. Nam in ceteris rebus, cum venit calamitas, tum detrimentum accipitur; at in vectigalibus non solum adventus mali, sed etiam metus ipse affert calamitatem. Nam cum hostium copiae non longe absunt, etiam si irruptio nulla facta est, tamen pecua relinquuntur, agricultura deseritur, mercatorum navigatio conquiescit. Ita neque ex portu neque ex decumis neque ex scriptura vectigal conservari potest; quare saepe totius anni fructus uno rumore periculi atque uno belli terrore amittitur. 16. Quo tandem igitur animo esse existimatis aut eos, qui vectigalia nobis pensitant, aut eos, qui exercent atque exigunt, cum duo reges cum maximis copiis propter adsint? cum una excursio equitatus perbrevi tempore totius anni vectigal auferre possit?

---

1. *salutes* 𝔓. — 2. *hoc*] *hos* F. — *quod ceteros in provinciam (prouincia* V) *eius modi homines* E V: *quod ceteros eiusmodi in provinciam homines* C W; *quod ceteros eiusmodi homines in prov.* 𝔓; *quod ceteros eiusmodi in prov. homines* B; *quam ceteros eiusmodi in prov. homines* F A; *quam ceteros, quod eiusmodi in prov. homines* L 𝔏 O. («fort. *in hanc provinciam*» mg. 𝔏.) — 3. *cum (imperio* om.) *mittitis etiam si eos ab hoste* 𝔓. — 4. *urbe sociorum* E V F B. — 5. *differant*, *hunc*] Sic distinxi, ut v. *hunc* opponatur superiori *ceteros*, atque *audiebant* et *vident* pendeant a praecedentibus *hoc etiam magis quod* cet. Ceteri: *differant. Hunc* cet. — 6. *hii* V; om. 𝔓. — 7. *commoretur* L. — 8. *lacessiti iniuria* 𝔓. — 9. *nostri* W E V F B A: *vestri* L 𝔏 O. — *aetholis* E (Fr.); *etholis* V. — 10. *nos* V B. — *salutem sociorum* V. — 11. *nostri* V B. — 12. *maximis vestris* E 𝔓: *maximis nostris* V F B; *vestris maxime* A; *vestris maximis* 𝔏 O. *(cum vestra maxima vectigalia agantur* L.) — 13. *iis* E F B 𝔏 O: *hiis* V; *his* A L; om. 𝔓.— 14. *vero* om. 𝔓.— *ac* E V: *et* F B A L 𝔏 O. — *ut ubertate* (om. et) F. — 15. *pactionis* 𝔏. — 16. *exportentur* E V B. — *omnes terras antecedat* 𝔓. — 17. *haec itaque* 𝔓. — *nobis* F. — *si ad belli* W. — 18. *retinere* W Ch E V: *sustinere* R A L 𝔏 O.— *velitis* A.— 19. *in ceteris*] *certis* (superscr. *ceteris) in* F; *ceteris in* cum ed. Cratandrina 𝔏 O.— 22. *absint* A.— *irr. nulla facta est* E V: *irr. nulla facta sit* R A; *irr. facta nulla sit* cum ed. Cratandrina 𝔏 O; *nulla irr. facta sit* L. — *pecua* Servius ad Virg. Georg. III. 64. (cf. Claudius Mamertinus in Paneg. II. c. 10.): *pecora* 𝔄 A L 𝔏 O. — *relinquentur* E V. — 23. *nauigium* F. — 24. *ex p.*] *et p.* E (Fr.) V. — *ex d.*] *et d.* E; om. *et* vel *ex* V. — *decimis* E pr. m. (Fr.) A. — *ex scr.*] *et scr.* E V. Cf. §. 2. — 26. *tandem igitur* Ch: *tandem* (om. *igitur)* R A L 𝔏 O. Cf. or. p. Cluentio §. 29. 65.— 27. *nobis* E V O: *vobis* R A L 𝔏. — 28. *propter* Ch E V: *prope* F B A L 𝔏 O; om. 𝔓. Cf. §. 13. — *assint* E V; *adsunt* 𝔓 F B.

cum publicani familias maximas, quas in saltibus habent, quas in agris, quas in portubus atque custodiis, magno periculo se habere arbitrentur? Putatisne vos illis rebus frui posse, nisi eos, qui vobis fructui sunt, conservaritis, non solum, ut ante dixi, calamitate, sed etiam calamitatis formidine liberatos?

VII. 17. Ac ne illud quidem vobis negligendum est, quod mihi ego extremum proposueram, cum essem de belli genere dicturus, quod ad multorum bona civium Romanorum pertinet; quorum vobis pro vestra sapientia, Quirites, habenda est ratio diligenter. Nam et publicani, homines honestissimi atque ornatissimi, suas rationes et copias in illam provinciam contulerunt, quorum ipsorum per se res et fortunae vobis curae esse debent. Etenim si vectigalia nervos esse rei publicae semper duximus, eum certe ordinem, qui exercet illa, firmamentum ceterorum ordinum recte esse dicemus. 18. Deinde ex ceteris ordinibus homines gnavi atque industrii partim ipsi in Asia negotiantur, quibus vos absentibus consulere debetis, partim eorum in ea provincia pecunias magnas collocatas habent. Est igitur humanitatis vestrae, magnum numerum eorum civium calamitate prohibere, sapientiae, videre multorum civium calamitatem a re publica seiunctam esse non posse. Etenim primum illud parvi refert, nos publicanis amissis vectigalia postea victoria recuperare: neque enim isdem redimendi facultas erit propter calamitatem, neque aliis voluntas propter timorem. 19. Deinde, quod nos eadem Asia atque idem iste Mithridates initio belli Asiatici docuit, id quidem certe calamitate docti memoria retinere debemus: nam tum, cum in Asia res magnas permulti amiserant, scimus Romae solutione impedita fidem concidisse. Non enim possunt una in civitate multi rem ac fortunas amittere, ut non plures secum in eandem trahant calamitatem. A quo periculo prohibete rem publicam et mihi credite, id quod ipsi videtis, haec fides atque haec ratio pecuniarum, quae Romae, quae in foro versatur,

---

1. *saltibus* Hotomanus: *salinis* cum codicibus A 𝔏 O; *silvis* cum Turnebo L. Varro R. R. III. 1, 8: *Altera est villatica pastio, altera agrestis; haec nota et nobilis, quae et pecuaria nominatur et multum homines locupletat, et ob eam rem aut conductos aut emptos habent saltus.* Cf. Halmium p. 117. — 2. *portibus* B. Cf. §. 55. — 3. *Putatisne -- conservaveritis* Arusianus Messius p. 230 sq. ed. Lindem. — *illis*] *eis* 𝔓; *his* Arusianus. — *qui vobis fructui sunt* W (teste Lambino) E V, mg. 𝔏: *qui fructui vobis sunt* Arusianus; *quibus fructui sunt* 𝔓; *qui vobis fructuosi sunt* R A L 𝔏 O. — 4. *conservaritis* E V: *conservaveritis* R A L 𝔏 O. — *ante* E V F B: *antea* A L 𝔏 O. — 6. *ac ne*] *at ne* B; *at neque* F. — 8. *civium reor pertinere* 𝔓. — 10. *honestissimi* E V L: *et honestissimi* R A 𝔏 O. — *atque* E: *et* R A L 𝔏 O. — 11. *vobis curae* E 𝔓 F: *nobis cure* V; *curae* (om. *vobis*) B; *curae vobis* A L 𝔏 O. — 13. *diximus* F B. Cf. §. 2. — *recte* superscr. *certe* F. — 14. *ex ceteris* E V: *ceteris ex* R A L 𝔏 O. — 15. *navi* L 𝔏. — *atque* E V 𝔓: *et* R A L 𝔏 O. — *ipsi* W Ch E V O: om. R A L 𝔏. — 16. *partim suas et suorum in ea* cum ed. Iuntina L 𝔏. Cf. A. Gellius X. 13. — 17. *collatas* B A. — *est* E V 𝔓: *erit* R A L 𝔏 O. — *numerum eorum civium* E V: *eorum civium numerum* R A L 𝔏 O. — 18. *a calamitate* 𝔓. — 19. *primum illud* E: *illud* (om. *primum*) A; *illud primum* R L 𝔏 O. — 20. *nos* E V: *vos* R A L 𝔏 O. — *amissa* cum ed. Hervagiana L 𝔏 O. (*nos publica his amissis* [*vectigalia*] *postea* Th. Mommsenius.) — *reciperare* C teste Modio. — 21. *enim* om. F B. — *isdem* V: *hisdem* F; *iisdem* A L 𝔏 O. — *redimendis* E F, *redemendis* V. — 22. *nec aliis* F. — *vos* F. — 23. *id quidem certe* W (teste Lambino), mg. 𝔏, O: *certe id quidem* E V 𝔓; *id quod certe* F B A 𝔏; *id certe* L. — 24. *tum cum*] *quia tum* (non *cum*) 𝔓. — 25. *amiserunt* cum ed. Aldina L 𝔏. — 26. *una*] *boni* F. Eandem lectionem Torrentius margini adscripsit, nescio unde. — *ac* E V 𝔓 F: *atque* B A L 𝔏 O. — 27. *calamitatem trahant* cum ed. Cratandrina L 𝔏 O. — 29. *quae* post *Rome* om. F.

implicata est cum illis pecuniis Asiaticis [et cohaeret] ruere illa non possunt, ut haec non eodem labefacta motu concidant. Quare videte, num dubitandum vobis sit omni studio ad id bellum incumbere, in quo gloria nominis vestri, salus sociorum, vectigalia maxima, fortunae plurimorum civium coniunctae cum re publica defendantur.

VIII. 20. Quoniam de genere belli dixi, nunc de magnitudine pauca dicam. Potest enim hoc dici, belli genus esse ita necessarium, ut sit gerendum, non esse ita magnum, ut sit pertimescendum. In quo maxime laborandum est, ne forte vobis, quae diligentissime providenda sunt, contemnenda esse videantur. Atque ut omnes intelligant me L. Lucullo tantum impertire laudis, quantum forti viro et sapienti homini et magno imperatori debeatur, dico, eius adventu maximas Mithridatis copias omnibus rebus ornatas atque instructas fuisse, urbemque Asiae clarissimam nobisque amicissimam, Cyzicenorum, obsessam esse ab ipso rege maxima multitudine et oppugnatam vehementissime, quam L. Lucullus virtute, assiduitate, consilio summis obsidionis periculis liberavit; 21. ab eodem imperatore classem magnam et ornatam, quae ducibus Sertorianis ad Italiam studio atque odio inflammata raperetur, superatam esse atque depressam; magnas hostium praeterea copias multis proeliis esse deletas, patefactumque nostris legionibus esse Pontum, qui antea populo Romano ex omni aditu clausus fuisset; Sinopen atque Amisum, quibus in oppidis erant domicilia regis, omnibus rebus ornatas ac refertas, ceterasque urbes Ponti et Cappadociae permultas uno aditu adventuque esse captas; regem spoliatum regno patrio atque avito ad alios se reges atque ad alias gentes supplicem contulisse: atque haec omnia salvis populi Romani sociis atque integris vectigalibus esse gesta. Satis opinor haec esse laudis atque ita, Quirites, ut vos intelligatis, a nullo

---

1. *implicata* V, *inplicata* E (Fr.): *implicita* R A L ℒ O. — 2. *labefacta* E V 𝔓 F B: *labefactata* A L ℒ O. Cf. or. p. Sestio §. 101. — *num*] *unde* B. — 3. *vobis dubitandum* 𝔓. — 5. *coniunctae* W Ch E V: om. R A L ℒ O. *(civium Quirites def.* 𝔓.) — *defendantur* W C E V 𝔓 O: *defenduntur* F B A L ℒ. — 6. *magnitudine*] *magnitudine belli* 𝔓 F B A. — 7. *hoc enim* E; *enim hic* V. — *ita esse* F A. — 9. *elaborandum* Bakius l. l. IV. p. 212. Cf. supra p. 282. v. 7. — *forte vobis* V, mg. ℒ: *forte an vobis* Palat. secundus; *forte a vobis* R A L ℒ; *forte ea vobis* cum Buttmanno O. — 10. *contempnenda* V. — 11. *impertiri* F 𝔓 (si fides est Torrentii silentio) L ℒ. — *uiro forti* V; «fort. *fortissimo viro*» mg. ℒ. — *sapienti* C (teste Modio) E V (non 𝔓): *sapientissimo* R A L ℒ O. — 12. *eius in adventu* A. — *Mithridati* W. Cf. §. 23. — 13. *instructas fuisse* W Ch E V: *structas fuisset* Schol.; *instructas* (om. *fuisse*) F B A; *instructas, esse deletas* cum P. Manutio L ℒ; *instructas* [*fuisse*] O. — 14. *Cicenorum* F; *Cizecenorum* A; *arecenorum* V; *corenorum* Schol. — *esse* cum P. Manutio om. L ℒ. — 15. *maxima*] *magna* ℒ. — *vehementissime, L. Luculli -- liberatam* cum P. Manutio L ℒ. *(liberarit* Mommsenius.) — 18. *atque odio* Ch: om. R A L ℒ O. Cf. Tusc. IV. §. 21. — *inflammata* W Ch E V O: *inflammato* R A L ℒ. — 19. *copias preterea* V. — 20. *patefactum esse nostris* F. — *esse* ante v. *Pontum* om. 𝔓. — *antea* E V: *ante* R A L ℒ O. — 21. *fuisset* E V: *esset* R A ℒ O; *erat* cum Car. Stephano L. — *synopen* E V; *Sinopem* A, Schol. — *amysum* E V; *Amistum* A. — 22. *ornatas ac refertas* Cb E (Fr.) V 𝔓 B: *ornatas atque refertas* A L; *ornata atque referta* ℒ O. — 23. *aditu adventuque* E V F: *auditu adventuque* A; *aditu adventu* B; *aditu atque adventu* L ℒ O. *(uno adventu* mediis omissis 𝔓.) — 24. *captas*] *clausas* 𝔄 (de 𝔓 tamen silet Torrentius). — 25. *atque ad alias* E V F B O: *adque alias* A; *atque alias* cum ed. Aldina (et 𝔓, si fides est Torrentii silentio) L ℒ. — 27. *haec* E V: *hoc* F B A L ℒ O. — *atque ita Quirites* E V 𝔓 O: *atque ita QR* W Ch; *atque r. p.* B; *atque ita rep.* (sic) F; *atque ita reputo* A L ℒ. *(atque ita edita, Q.* Mommsenius.) — *ut vos* W Ch 𝔓 F: *ut hoc vos* E V A L ℒ O.

istorum, qui huic obtrectant legi atque causae, L. Lucullum **similiter** ex hoc loco esse laudatum.

IX. 22. Requiretur fortasse nunc, quem ad modum, cum haec ita sint, reliquum possit magnum esse bellum. Cognoscite, **Quirites**; non enim hoc sine causa quaeri videtur. Primum ex suo regno **sic** Mithridates profugit, ut ex eodem Ponto Medea illa quondam profugisse dicitur, quam praedicant in fuga fratris sui membra in iis locis, qua se parens persequeretur, dissipavisse, ut eorum collectio dispersa maerorque patrius celeritatem persequendi retardaret. Sic Mithridates fugiens maximam vim auri atque argenti pulcherrimarumque rerum omnium, quas et a maioribus acceperat et ipse bello superiore ex tota Asia direptas in suum regnum congesserat, in Ponto omnem reliquit. Haec dum nostri colligunt omnia diligentius, rex ipse e manibus effugit. Ita illum in persequendi studio maeror, hos laetitia tardavit. 23. Hunc in illo timore et fuga Tigranes, rex Armenius, excepit diffidentemque rebus suis confirmavit et afflictum erexit perditumque recreavit: cuius in regnum posteaquam L. Lucullus cum exercitu venit, plures etiam gentes contra imperatorem nostrum concitatae sunt. Erat enim metus iniectus iis nationibus, quas numquam populus Romanus neque lacessendas bello neque tentandas putavit; erat etiam alia gravis atque vehemens opinio, quae animos gentium barbararum pervaserat, fani locupletissimi et religiosissimi diripiendi causa in eas oras nostrum esse exercitum adductum. Ita nationes multae atque magnae novo quodam terrore ac metu concitabantur. Noster autem exercitus, tametsi urbem ex Tigranis regno ceperat et proeliis usus erat secundis, tamen nimia longinquitate locorum ac desiderio suorum commovebatur. 24. Hic iam plura non dicam: fuit enim illud extremum, ut ex iis locis a militibus nostris reditus magis maturus quam processio longior quaereretur. Mithridates autem et suam manum iam confirmarat [et eorum, qui se ex ipsius regno collegerant], et magnis adventiciis auxiliis multorum regum et nationum iuvabatur. Iam

---

1. *obtrectent* V. — 2. *laudandum* F. — 4. *magnum esse* E V: *esse magnum* R A L 𝔏 O. — 5. *hoc* W Ch E V 𝔓 O: om. R A L 𝔏. — *sic* om. E V. — 6. *ex eodem -- persequendi retardaret* Schol. Lucani X. 464. Conf. Cic. de deor. nat. III. §. 26. — *profugisse quondam* V. — 7. *in hiis* V; *in his* A. — 10. *maximamque* L. — 11. *quas a* (om. *et*) L. — *ipso* F A. — *superiori* F. — 13. *vestri* F. — *e*] *a* V 𝔓. (Huc enim referenda est cod. Parcensis lectio *a*, non ad sequentem praep. *in.*) — *illum a tam* (ex glossa *aëtam*, ut bene vidit Halmius) *persequendi* E V. — 14. *tardavit* E V: *retardavit* R A L 𝔏 O. — 15. *timore*] *tempore* E V. — *Armeniae* 𝔓. — 16. *recreavit*] *renouauit* F. — 17. *L.* om. E V. Cf. §. 25. 26. — 19. *hiis* V; *his* B; *in his* F. — *nec -- nec* F. — *bello lacessendas* mg. 𝔏. — 20. *temptandas* E V. — 21. *animos* E V: *per animos* R A L 𝔏 O. — *et*] *atque* 𝔓. — *religiosi* F. — 22. *esse exercitum* E V: *exercitum esse* R A L 𝔏 O. — *aduectum* F. — 24. *tametsi* E V, Schol.: *tum etsi* F; *etsi* R A L 𝔏 O. — *ex*] *et* E (Fr.) V. Cf. §. 2. — *Tigrani* Ch. Cf. §. 20. — 26. *movebatur* 𝔓. — 27. *enim*] *autem* 𝔓. — *hiis* V; *his* F A. — *reditus magis maturus*] *recessio maturior* 𝔓. — 28. *processus* A L 𝔏. — 29. *confirmarat eorum opera qui ad eum ex ipsius regno concesserant* manifesta interpolatione Ch. «Quod Matthiaeus [et Madvigius] *et* ante *eorum* delevit, ut *manus eorum* esset, quae constaret ex iis, qui se collegissent, id si non parum Latinum, certe ita tamen durum est, ut ferri nullo pacto sit.» Benecke, qui verba *et eorum -- collegerant* ab aliena manu addita esse putat. — *confirmauit* F. — *ipsius* Ch E (Fr.) V 𝔓: *eius* F B A L 𝔏 O. — 30. *auxiliis* W Ch E V 𝔓, mg. 𝔏: om. R A L 𝔏 O. — *nationum copiis iuvabatur* cum ed. Veneta a. 1480. L 𝔏 O. — *iam hoc* E V, Schol.: *nam hoc* 𝔓; *hoc iam* R A L 𝔏 O.

hoc fere sic fieri solere accepimus, ut regum afflictae fortunae facile multorum opes alliciant ad misericordiam maximeque eorum, qui aut reges sunt aut vivunt in regno: ut iis nomen regale magnum et sanctum esse videatur. 25. Itaque tantum victus efficere potuit, quantum incolumis numquam est ausus optare. Nam cum se in regnum suum recepisset, non fuit eo contentus, quod ei praeter spem acciderat, ut illam, posteaquam pulsus erat, terram umquam attingeret, sed in exercitum nostrum clarum atque victorem impetum fecit. Sinite hoc loco, Quirites, sicut poëtae solent, qui res Romanas scribunt, praeterire me nostram calamitatem, quae tanta fuit, ut eam ad aures imperatoris non ex proelio nuntius, sed ex sermone rumor afferret. 26. Hic in illo ipso malo gravissimaque belli offensione L. Lucullus, qui tamen aliqua ex parte iis incommodis mederi fortasse potuisset, vestro iussu coactus, qui imperii diuturnitati modum statuendum vetere exemplo putavistis, partem militum, qui iam stipendiis confecti erant, dimisit, partem M'. Glabrioni tradidit. Multa praetereo consulto: sed ea vos coniectura perspicite, quantum illud bellum factum putetis, quod coniungant reges potentissimi, renovent agitatae nationes, suscipiant integrae gentes, novus imperator noster accipiat vetere exercitu pulso. Satis mihi multa verba fecisse videor, quare esset hoc bellum genere ipso necessarium, magnitudine periculosum: restat, ut de imperatore ad id bellum deligendo ac tantis rebus praeficiendo dicendum esse videatur.

X. 27. Utinam, Quirites, virorum fortium atque innocentium copiam tantam haberetis, ut haec vobis deliberatio difficilis esset, quemnam potissimum tantis rebus ac tanto bello praeficiendum putaretis! Nunc vero cum sit unus Cn. Pompeius, qui non modo eorum hominum, qui nunc sunt, gloriam, sed etiam antiquitatis memoriam virtute superarit, quae res est, quae cuiusquam animum in hac causa dubium facere possit? 28. Ego enim sic existimo, in summo imperatore quattuor has res inesse oportere, scientiam rei militaris, virtutem, auctoritatem, felicitatem. Quis igitur hoc homine scientior umquam aut fuit aut esse debuit? qui e ludo atque e pueritiae disciplinis bello maximo atque acerrimis hosti-

---

3. *ut iis nomen regale*] *ut hiis nomen regale* V; *ut his nomen regale* E; *ut regale iis nomen* 𝔓 A; *ut regale his nomen* F B; *quod regale iis nomen* cum ed. Iuntina L 𝔏 O. — 5. *recepisset suum* cum ed. Cratandrina O. — 6. *postea qua* B A. — 7. *nunquam* F. — *nostrum* E V 𝔓 F B L: *vestrum* A 𝔏 O. — 8. *sicut*] *ut* Schol. — 9. *poëtae* spurium censet Mommsenius. — 10. *eam*] *illam* L. — *ad aures imperatoris* Madvigius: *ad aures L. Luculli imperatoris* 𝔓; *ad aures Luculli imperatoris* (om. *L.* cf. §. 23.) E V; *ad aures L. Luculli* (om. *imperatoris*) R A L 𝔏 O. — 11. *nuntius sed*] *nuntiasset (nunc.* V) *et* E V. — *ipso illo* cum ed. Aldina 𝔏 O. — 12. *offensa* 𝔓. — *L.* om. E V. Cf. §. 23. — *tamen*] *tum atque* F; *tamen atque* B. — *ex aliqua parte* 𝔓. — *hiis* V; *his* F. — 13. *nostro* F. — *qui* C (Modio teste) 𝔓 F: *quod* R A L 𝔏 O. — 14. *vetere* E V: *veteri* R A L 𝔏 O. Cf. v. 19. — *putastis* F. — 15. *confectis* cum ed. Aldina L 𝔏 O. — *partim* Ch teste Gulielmio. — *M'. Glabrioni* Krause *Fragm. vet. histor. Rom.* p. 223: *Glabrioni* omisso praenomine 𝔄 A L 𝔏 O. — 16. *perspicite* W Cb E V 𝔓: *perspicitis* R A L 𝔏 O. — 17. *illud* om. Ch. — *factum*] *futurum* B L 𝔏. (*factum* etiam W Cbh.) — 19. *noster* E V F B: *vester* A L 𝔏 O. — *exercitu pulso* W Ch E V 𝔓: *expulso exercitu* F B A L 𝔏; *pulso exercitu* mg. 𝔏, O. — 20. *quare*] *quale* Ch. — *esset hoc b. g. ipso* E V: *hoc b. g. ipso esset* 𝔓; *hoc b. esset g. ipso* F B A L 𝔏 O. — 21. *deligendo ad id bellum* F. — 24. *nobis* V F. — *potissime* B. — 31. *scientior*] *scientior rei militaris* 𝔓; «fort. *rei militaris scientior*» mg. 𝔏. — 32. *atque e* W C L: *atque* (om. *e*) R A L 𝔏 O. — *disciplinis* W C E V 𝔓: *disciplina* R A L 𝔏 O.

bus ad patris exercitum atque in militiae disciplinam profectus est; qui extrema pueritia miles in exercitu summi fuit imperatoris, ineunte adolescentia maximi ipse exercitus imperator; qui saepius cum hoste conflixit, quam quisquam cum inimico concertavit, plura bella gessit, quam ceteri legerunt, plures provincias confecit, quam alii concupiverunt; cuius adolescentia ad scientiam rei militaris non alienis praeceptis, sed suis imperiis, non offensionibus belli, sed victoriis, non stipendiis, sed triumphis est erudita. Quod denique genus esse belli potest, in quo illum non exercuerit fortuna rei publicae? Civile, Africanum, Transalpinum, Hispaniense, mixtum ex civitatibus atque ex bellicosissimis nationibus, servile, navale bellum, varia et diversa genera et bellorum et hostium, non solum gesta ab hoc uno, sed etiam confecta, nullam rem esse declarant in usu positam militari, quae huius viri scientiam fugere possit.

XI. 29. Iam vero virtuti Cn. Pompeii quae potest oratio par inveniri? Quid est, quod quisquam aut illo dignum aut vobis novum aut cuiquam inauditum possit afferre? Neque enim illae sunt solae virtutes imperatoriae, quae vulgo existimantur, labor in negotiis, fortitudo in periculis, industria in agendo, celeritas in conficiendo, consilium in providendo, quae tanta sunt in hoc uno, quanta in omnibus reliquis imperatoribus, quos aut vidimus aut audivimus, non fuerunt. 30. Testis est Italia, quam ille ipse victor, L. Sulla, huius virtute et subsidio confessus est liberatam: testis est Sicilia, quam multis undique cinctam periculis non terrore belli, sed consilii celeritate explicavit: testis est Africa, quae magnis oppressa hostium copiis, eorum ipsorum sanguine redundavit: testis est Gallia, per quam legionibus nostris iter in Hispaniam Gallorum internicione patefactum est: testis est Hispania, quae saepissime plurimos hostes ab hoc superatos prostratosque conspexit: testis est iterum et saepius Italia, quae cum servili bello taetro periculosoque premeretur, ab hoc auxilium absente expetivit, quod bellum exspectatione eius attenuatum atque imminutum est, adventu sublatum ac sepultum: 31. testes nunc vero iam omnes orae atque omnes exterae gentes ac nationes, denique maria omnia, cum universa, tum in singulis oris omnes sinus atque portus. Quis enim toto mari locus per hos annos

---

1. *in* om. F. — 2. *in exercitu* W C E V: om. R A L 𝔏 O. — *summi fuit imp.* W C 𝔓, alii: *fuit imp. summi* A; *fuit summi imp.* E V F B L 𝔏 O. — 3. *ipse* om. Schol. — 6. *ad*] *in* V. — 7. *belli et uictoriis* E V. — 8. *erudita* W Ch E V 𝔓, v. c. in mg. 𝔏, O: *tradita* F B A; *traducta* cum ed. Iuntina L 𝔏.— *esse belli* E V: *belli esse* R A L 𝔏 O.— 9. *affricanum* E (Fr.) V. — 10. *mistum* L 𝔏.— *civitatibus*] *ciuilibus* C; *incitatis* 𝔓; *civibus* Graevius; *civibus vilibus* Mommsenius. — *atque ex*] *et* C. Errore quodam in 𝔓 deesse *ex* tradidit Orellius; deest in F. — 11. *servile et navale* 𝔓 A. — *bellum* om. L; «et ita v. c.» mg. 𝔏. — 12. *esse rem* V F. — 13. *positam militari* E V: *militari positam* R L 𝔏 O. — 14. *Cn. pompei uirtuti* V. — *oratio par* E V F B A: *par oratio* L 𝔏 O. — 15. *illo dignum* E V 𝔓: *dignum illo* A L 𝔏 O. — 17. *negotio* 𝔏. — *in periculis fortitudo, in agendo industria, in conficiendo celeritas, in providendo consilium* V. — 21. *subsidio*] *consilio* F 𝔏. — 22. *Testis est Sicilia -- explicavit* A. Gellius I. 7, 20.— 23. *consilii celeritate* E V, Gellius: *celeritate consilii* R A L 𝔏 O.— 24. *quam magnis oppressam* 𝔓. — 25. *iter in Hispaniam* Madvigius: *inter hispaniam* E V; *in Hispaniam iter* R A L 𝔏 O. — 26. *internicione* V B, *internitione* W (teste Grutero) Chb E: *interitione* W (Lambino teste); *internecione* L 𝔏 O; *interemptione* F A. — 27. *superatos ab hoc* 𝔓. — *prospexit* (superscr. *con*) F. — 28. *tetro* O. — 30. *eius* E V: *Pompeii* F B A L 𝔏 O. — 31. *nunc* C E V: om. R A L 𝔏 O. (*testes omnes maritimae orae* 𝔓.) — *omnes terrae gentes nationes* C. — 32. *maria denique* 𝔓. — *cum* E V B: *tum* F A L 𝔏 O. — *oris* om. O.

aut tam firmum habuit praesidium, ut tutus esset, aut tam fuit abditus, ut lateret? Quis navigavit, qui non se aut mortis aut servitutis periculo committeret, cum aut hieme aut referto praedonum mari navigaret? Hoc tantum bellum, tam turpe, tam vetus, tam late divisum atque dispersum, quis umquam arbitraretur aut ab omnibus imperatoribus uno anno aut omnibus annis ab uno imperatore confici posse? 32. Quam provinciam tenuistis a praedonibus liberam per hosce annos? quod vectigal vobis tutum fuit? quem socium defendistis? cui praesidio classibus vestris fuistis? quam multas existimatis insulas esse desertas? quam multas aut metu relictas aut a praedonibus captas urbes esse sociorum? XII. Sed quid ego longinqua commemoro? Fuit hoc quondam, fuit proprium populi Romani, longe a domo bellare et propugnaculis imperii sociorum fortunas, non sua tecta defendere. Sociis ego nostris mare per hos annos clausum fuisse dicam, cum exercitus vestri numquam a Brundisio nisi hieme summa transmiserint? Qui ad vos ab exteris nationibus venirent, captos querar, cum legati populi Romani redempti sint? Mercatoribus tutum mare non fuisse dicam, cum duodecim secures in praedonum potestatem pervenerint? 33. Cnidum aut Colophonem aut Samum, nobilissimas urbes, innumerabilesque alias captas esse commemorem, cum vestros portus atque eos portus, quibus vitam ac spiritum ducitis, in praedonum fuisse potestate sciatis? An vero ignoratis portum Caietae celeberrimum ac plenissimum navium inspectante praetore a praedonibus esse direptum? Ex Miseno autem eius ipsius liberos, qui cum praedonibus antea ibi bellum gesserat, a praedonibus esse sublatos? Nam quid ego Ostiense incommodum atque illam labem atque ignominiam rei publicae querar, cum prope inspectantibus vobis classis ea, cui consul populi Romani praepositus esset, a praedonibus capta atque oppressa est? Pro di immortales! tantamne unius hominis incredibilis ac divina virtus tam brevi tempore lucem afferre rei publicae potuit, ut vos, qui modo ante ostium Tiberinum classem hostium videbatis, ii nunc nullam intra Oceani ostium praedonum navem esse audiatis? 34. Atque haec qua celeritate gesta sint, quamquam videtis, tamen a me in dicendo praetereunda non sunt. Quis enim umquam aut obeundi negotii aut consequendi quaestus studio tam brevi tempore tot loca adire, tan-

---

3. *navigaret* E V F B L 𝔏: *navigaretur* A O. — 6. *imperatore*] *imp. romano* 𝔓 F A. — 7. *liberam* om. C. — *per hos annos* F. — 12. *sociorum -- fuisse* om. B. — 13. *ego nostris* E V: *vestris ego* F B A L 𝔏 O. — *mare per hos annos clausum fuisse dicam* E V: *mare cl. per hosdem annos f. dicam* F; *mare cl. per hosce annos dicam fuisse* R A L 𝔏 O. — 14. *vestri* E V: *nostri* R A L 𝔏 O. — *numquam a Br.* E V: *a Br. numquam* A L O; *Br. numquam* (om. *a*) 𝔏. — *brundusio* V A. — 15. *hieme summa* E V: *summa hieme* R A L 𝔏 O. — *qui ad vos ab* W C E V O: *qui ad nos cum ab* B; *quid ad nos cum ab* F A L 𝔏. — 16. *legatis* E V. — 17. *non* om. F A. — 18. *Cnidum aut* W Ch E V, mg. 𝔏, O: *quid aut* R A L 𝔏. — 19. *innumerabilesque*] *nobilissimasque* E V. — 20. *cum vestros -- sciatis* A. Gellius I. 7, 16. — *ac* E (Fr.), Gellius: *et* R A L 𝔏 O. — 21. *potestate fuisse* V; *fuisse potestatem* Gellius, A L O. Cf. §. 5. — *ignoratis vero* F B. — 22. *caiete* V; *calitae* E. — *ac* E: *et* V; *atque* R A L 𝔏 O. — 24. *gesserant* E V; *gesserunt* B. — *a* om. B. — 25. *hostiense* E (Fr.) V A. — 28. *oppressa*] *deprehensa* C, unde Modius et Gulielmius *depressa*. — *tantane* 𝔄 praeter Lambini codicem antiquissimum (W?). — *hominis unius* 𝔓. — 29. *reip. afferre* 𝔓. — 30. *hostium*] *praedonum* L. — *ii* om. E V 𝔓 A. Cf. §. 55. — 31. *intra Oceanum hostium navem* L. (*intra Oceani ostium* om. 𝔓.) — *ostium*] *hostium* F. — *audiatis*] *videatis* V. — 32. *sint gesta* F.

tos cursus conficere potuit, quam celeriter Cn. Pompeio duce tanti belli impetus navigavit? qui nondum tempestivo ad navigandum mari Siciliam adiit, Africam exploravit, inde Sardiniam cum classe venit, atque haec tria frumentaria subsidia rei publicae firmissimis praesidiis classibusque munivit. 35. Inde cum se in Italiam recepisset, duabus Hispaniis et Gallia Transalpina praesidiis ac navibus confirmata, missis item in oram Illyrici maris et in Achaiam omnemque Graeciam navibus Italiae duo maria maximis classibus firmissimisque praesidiis adornavit, ipse autem, ut Brundisio profectus est, undequinquagesimo die totam ad imperium populi Romani Ciliciam adiunxit: omnes, qui ubique praedones fuerunt, partim capti interfectique sunt, partim unius huius se imperio ac potestati dediderunt. Idem Cretensibus, cum ad eum usque in Pamphyliam legatos deprecatoresque misissent, spem deditionis non ademit obsidesque imperavit. Ita tantum bellum, tam diuturnum, tam longe lateque dispersum, quo bello omnes gentes ac nationes premebantur, Cn. Pompeius extrema hieme apparavit, ineunte vere suscepit, media aestate confecit.

XIII. 36. Est haec divina atque incredibilis virtus imperatoris. Quid ceterae, quas paulo ante commemorare coeperam, quantae atque quam multae sunt! Non enim bellandi virtus solum in summo ac perfecto imperatore quaerenda est, sed multae sunt artes eximiae, huius administrae comitesque virtutis. Ac primum quanta innocentia debent esse imperatores! quanta deinde in omnibus rebus temperantia! quanta fide, quanta facilitate, quanto ingenio, quanta humanitate! Quae breviter qualia sint in Cn. Pompeio, consideremus. Summa enim omnia sunt, Quirites, sed ea magis ex aliorum contentione quam ipsa per sese cognosci atque intelligi possunt. 37. Quem enim imperatorem possumus ullo in numero putare, cuius in exercitu centuriatus veneant atque venierint? quid hunc hominem magnum aut amplum de re publica cogitare, qui pecuniam ex aerario depromptam ad bellum administrandum aut propter cupiditatem provinciae magistratibus diviserit aut propter avaritiam Romae in quaestu reliquerit? Vestra admurmuratio facit, Quirites, ut agnoscere videamini, qui haec fecerint: ego autem nomino neminem; quare irasci mihi nemo poterit, nisi qui ante de se voluerit

1. *tanti* W Ch E V, mg. 𝔏: om. R A L 𝔏 O. — 2. *nondum -- mari* h. l. habent W Ch E V O: post vv. *classe venit* ponunt R A L 𝔏. — 5. *cum se* E V: *se cum* R A L 𝔏 O. (*cum in Italiam se* 𝔓.) — *et*] *ac* B F. — 6. *Transalpina* Ch E V: *Cisalpina* R A L 𝔏 O. Garatonius utramque vocem ab interprete manasse putat. — *confirmatis* C. — 7. *illirici* E (Fr.) V. — 9. *ut Br.* W Ch E V: *ut a Br.* R A L 𝔏 O. — *Brundusio* V A. — 10. *populi Romani Ciliciam*] *r. p. Siciliam* F. — *omnesque qui ibi praedones* 𝔓. — 11. *huius se -- dediderunt* E: *huius se -- dederunt* V; *huius -- se dederunt* F B; *huius -- se dediderunt* R A 𝔏 O; *hominis -- se dediderunt* L. — 12. *item* B. — *in* om. C. — 14. *itaque tantum* F. — 16. *aparuit ineuntem* F. — 19. *quantae quamque* (non *quam*) *multae* 𝔓; *quantae quam atque multae* F B; *quantae, quam multae* L. — 20. *solum bellandi virtus* cum ed. Aldina L 𝔏 O. — *ac perf.* E B: *ac profecto* F; *atque perf.* L 𝔏 O; *perfectove* A. — 23. *in omnibus* E V: *omnibus in* R A L 𝔏 O. — *temperantia? q. facilitate? q. consilio? q. ingenio? q. fide? q. humanitate?* mg. 𝔏. — 24. *facilitate*] *felicitate* E (Fr.) V F (in cuius margine est *facilitate*). — 25. *qualia*] *quanta* 𝔓, mg. 𝔏; *quantae* L. — 26. *sese*] *se* F. — 27. *imp. possumus* E V, Schol.: *possumus imp.* R A L 𝔏 O.— 28. *ullo* Ch E V 𝔓: *aliquo* R A L 𝔏 O.— 28. *centuriatus ven.* E V: *ven. centuriatus* R A L 𝔏 O. — *ueniant atque uenerint* E V. — 29. *quid*] *qui* 𝔓 B; *quis* A. — 32. *admiratio* F. — *quirites facit* V. — 33. *neminem nomino* A 𝔏 O.

confiteri. Itaque propter hanc avaritiam imperatorum quantas calamitates, quocumque ventum sit, nostri exercitus ferant, quis ignorat? 38. Itinera, quae per hosce annos in Italia per agros atque oppida civium Romanorum nostri imperatores fecerint, recordamini: tum facilius statuetis, quid apud exteras nationes fieri existimetis. Utrum plures arbitramini per hosce annos militum vestrorum armis hostium urbes, an hibernis sociorum civitates esse deletas? Neque enim potest exercitum is continere imperator, qui se ipse non continet, neque severus esse in iudicando, qui alios in se severos esse iudices non vult. 39. Hic miramur hunc hominem tantum excellere ceteris, cuius legiones sic in Asiam pervenerint, ut non modo manus tanti exercitus, sed ne vestigium quidem cuiquam pacato nocuisse dicatur? Iam vero quem ad modum milites hibernent, quotidie sermones ac litterae perferuntur: non modo, ut sumptum faciat in militem, nemini vis affertur, sed ne cupienti quidem cuiquam permittitur: hiemis enim, non avaritiae perfugium maiores nostri in sociorum atque amicorum tectis esse voluerunt. XIV. 40. Age vero, ceteris in rebus quali sit temperantia, considerate. Unde illam tantam celeritatem et tam incredibilem cursum inventum putatis? Non enim illum eximia vis remigum aut ars inaudita quaedam gubernandi aut venti aliqui novi tam celeriter in ultimas terras pertulerunt, sed eae res, quae ceteros remorari solent, non retardarunt: non avaritia ab instituto cursu ad praedam aliquam devocavit, non libido ad voluptatem, non amoenitas ad delectationem, non nobilitas urbis ad cognitionem, non denique labor ipse ad quietem; postremo signa et tabulas ceteraque ornamenta Graecorum oppidorum, quae ceteri tollenda esse arbitrantur, ea sibi ille ne visenda quidem existimavit. 41. Itaque omnes nunc in iis locis Cn. Pompeium sicut aliquem non ex hac urbe missum, sed de caelo delapsum intuentur; nunc denique incipiunt credere, fuisse homines Romanos hac quondam continentia, quod iam nationibus exteris incredibile ac falso memoriae proditum videbatur; nunc imperii vestri splendor illis gentibus lucem afferre coepit; nunc intelligunt non sine causa maiores suos tum, cum ea temperantia magistratus habebamus, servire populo Romano quam imperare aliis maluisse. Iam vero ita faciles aditus ad eum privatorum, ita liberae querimoniae de aliorum iniuriis esse dicuntur, ut is, qui dignitate principibus excellit, facilitate infimis par esse videatur.

---

2. *ventum est* Halmius. — *adferant* C. — 4. *fecerint* E V: *fecerunt* F B A L 𝔏 O. — *recordemini* 𝔓 F. — *quid*] *qui* B. — 5. *exteras*] *ceteras* E; om. V. Cf. v. 29. — 6. *nostrorum* F. — 7. *is imperator continere exercitum* 𝔓. — 8. *ipse* E V 𝔓, mg.-𝔏: *ipsum* R A L 𝔏 O. — *nec* F. — 10. *pervenerint* E V B A: *pervenerunt* F L 𝔏 O. — 12. *pacto* F. — 13. *quotidie ad uos litterae perferuntur ac sermones huius a milite. ad sumptum nemini uis adhibetur, sed ne cupienti quidem dare permittitur* 𝔓. — 17. *quali* F, ed. Aldina, L 𝔏: *qualis* W Cb E V A O; *quae* Ch; *qua* 𝔓; *qua is* Klotzius ed. alt. — 18. *inventum*] *natum* L; *initum* 𝔏. — 19. *eximia vis*] *manus* 𝔓. — 20. *novi aliqui* F. — *detulerunt* V. — *eae*] *hee* V; *hae* E F B A 𝔏. — 22. *devocavit* W Cbh E V 𝔓 B A O: *revocavit* F L 𝔏. — 25. *tollensda* P, cuius quod superest fragmentum ab hoc ipso verbo incipit. — 26. *omnes* P E V: *omnes quidem* R A L 𝔏 O. — *iis* (*istis* litteris *st* expunctis) V: *hiis* Monac. e; *his* R A L 𝔏 O. — 27. *lapsum* 𝔓 F A. — 28. *intuentur*] *mirantur* 𝔓. — 29. *quandam* P. — *continentia* P E: *continenda* V; *abstinentia* R A L 𝔏 O. — *exteris*] *ceteris* E V. Cf. v. 5. — 30. *imperi* P. — *vestri* P C E L O: *nostri* V F A 𝔏. — 31. *lucem afferre* (*adferre* P C) *coepit* (*caepit* C, *cepit* V) P C E V: *lucet* R A L 𝔏 O. — 32. *ea* (*aea*) P: *hac* R A L 𝔏 O. — *habeamus* E V. — 35. *excellit*] «fort. *antecellit*» mg. 𝔏. — *facilite* P. — *infimis par* P E V 𝔓 F B A: *par infimis* L 𝔏 O.

42. Iam quantum consilio, quantum dicendi gravitate et copia valeat, in quo ipso inest quaedam dignitas imperatoria, vos, Quirites, hoc ipso ex loco saepe cognovistis. Fidem vero eius quantam inter socios existimari putatis, quam hostes omnes omnium generum sanctissimam iudicarint? Humanitate iam tanta est, ut difficile dictu sit, utrum hostes magis virtutem eius pugnantes timuerint, an mansuetudinem victi dilexerint. Et quisquam dubitabit, quin huic hoc tantum bellum transmittendum sit, qui ad omnia nostrae memoriae bella conficienda divino quodam consilio natus esse videatur?

XV. **43.** Et quoniam auctoritas quoque in bellis administrandis multum atque in imperio militari valet, certe nemini dubium est, quin ea re idem ille imperator plurimum possit. Vehementer autem pertinere ad bella administranda, quid hostes, quid socii de imperatoribus nostris existiment, quis ignorat, cum sciamus homines in tantis rebus, ut aut contemnant aut metuant, aut oderint aut ament, opinione non minus et fama quam aliqua ratione certa commoveri? Quod igitur nomen umquam in orbe terrarum clarius fuit? cuius res gestae pares? de quo homine vos, id quod maxime facit auctoritatem, tanta et tam praeclara iudicia fecistis? **44.** An vero ullam usquam esse oram tam desertam putatis, quo non illius diei fama pervaserit, cum universus populus Romanus referto foro completisque omnibus templis, ex quibus hic locus conspici potest, unum sibi ad commune omnium gentium bellum Cn. Pompeium imperatorem depoposcit? Itaque ut plura non dicam neque aliorum exemplis confirmem, quantum auctoritas valeat in bello, ab eodem Cn. Pompeio omnium rerum egregiarum exempla sumantur: qui quo die a vobis maritimo bello praepositus est imperator, tanta repente vilitas annonae ex summa inopia et caritate rei frumentariae consecuta est unius hominis spe ac nomine, quantam vix in summa ubertate agro-

---

1. *quantum* ante v. *dicendi* om. B. — 2. *inest*] *est* 𝔓. — *Quirites*] *quoque* C. — 3. *ex* P C (teste Modio epist. 69.) E V, mg. 𝔏: om. F; *in* R A L 𝔏 O. — *cognovistis* E V: *cognostis* B A L 𝔏 O (etiam P C, ut videtur); *cognoscitis* 𝔓 F. — *quantam inter socios* P E V: *inter socios quantam* R A L 𝔏 O. — *existimari putatis*] *existimatis* 𝔓. — 4. *quam*] *qua* P. — *omnes omnium* (*omium* P) *generum* P W C E V 𝔓, mg. 𝔏: *omnium gentium* (om. *omnes*) R A L 𝔏 O. — *sanctissimam* P E V 𝔓 A O: *sanctissimam esse* L 𝔏. — *iudicarunt* F; *iudicaverunt* 𝔓. — 7. *et quis umquam dubitavit* P. Cf. §. 45. — *hoc tantum bellum* P E O: *tantum bellum* (om. *hoc*) A; *tantum hoc bellum* V; *tantum bellum hoc* F B L 𝔏. — *permittendum* C. — 8. *vestrae* A. — 9. *quodam* om. F. — 10. *auct. quoque in bellis adm. multum* P E V: *auct. multum quoque in b. adm.* 𝔓; *auct. multum in b. q. administrandis* F B A L 𝔏 O. — 11. *in imperio* P E V O: *imperio* (om. *in*) R A L 𝔏. — *ea re* P E V A O: *ea in re* R L 𝔏. — 12. *idem ille*] *ille idem ipse* F A. (*plurimum idem ipse* [non *ille*] *imperator* 𝔓.) — 13. *ministranda* B. — *nostris* P E V F: *vestris* B A L 𝔏 O. — 14. *ut aut metuant aut oderint temnant aut con aut ament* P. — 16. *et fama* P O: *ac fama* C; *famae* R A L 𝔏. — *aliqua ratione certa* P E V: *aliqua alia ratione* F B; *aliqua certa ratione* A L 𝔏 O. — 18. *homine*] In hac voce desinit fragmentum Taurinense. — *id*] *idem* F. — *facit ad auctoritatem* Weiskius. — 19. *usquam ullam* F A.— *desertam*] *diuersam* 𝔓. — 20. *diei f. p.*] *ducis nomen persuaserit* F.— 21. *completisque* E V 𝔓 F B L: *repletisque* A 𝔏 O. — 21. *ex* om. 𝔓. — 23. *deposcit* F. — *nec* F. — 24. *auctoritas* cod. Victorianus ap. Beneckium, Nicol. Angelius (fort. ex codice Colotiano) in ed. Iuntina: *huius auctoritas* R A L 𝔏; [*huius*] *auctoritas* O. — 25. *Cn.* om. 𝔓. — *qui eo quo die* (in marg. «al. *quid* scil. *putatis*») F. — 26. *repentina* Ch teste Gulielmio; om. V. — 27. *annonae* om. C teste Modio. — 28. *hominis* W Ch E V 𝔓 O: om. R A L 𝔏. — *ac* C (teste Modio) E V: *et* R A L 𝔏 O. — *in* C: *ex* (vel *e*) R A L 𝔏 O.

rum diuturna pax efficere potuisset. 45. Iam, accepta in Ponto calamitate ex eo proelio, de quo vos paulo ante invitus admonui, cum socii pertimuissent, hostium opes animique crevissent, satis firmum praesidium provincia non haberet, amisissetis Asiam, Quirites, nisi ad ipsum discrimen eius temporis divinitus Cn. Pompeium ad eas regiones fortuna populi Romani attulisset. Huius adventus et Mithridatem insolita inflammatum victoria continuit et Tigranem magnis copiis minitantem Asiae retardavit. Et quisquam dubitabit, quid virtute perfecturus sit, qui tantum auctoritate perfecerit? aut quam facile imperio atque exercitu socios et vectigalia conservaturus sit, qui ipso nomine ac rumore defenderit? XVI. 46. Age vero illa res quantam declarat eiusdem hominis apud hostes populi Romani auctoritatem, quod ex locis tam longinquis tamque diversis tam brevi tempore omnes huic se uni dediderunt! quod Cretensium legati, cum in eorum insula noster imperator exercitusque esset, ad Cn. Pompeium in ultimas prope terras venerunt eique se omnes Cretensium civitates dedere velle dixerunt! Quid? idem iste Mithridates nonne ad eundem Cn. Pompeium legatum usque in Hispaniam misit? eum quem Pompeius legatum semper iudicavit, ii, quibus erat [semper] molestum ad eum potissimum esse missum, speculatorem quam legatum iudicare maluerunt. Potestis igitur iam constituere, Quirites, hanc auctoritatem multis postea rebus gestis magnisque vestris iudiciis amplificatam quantum apud illos reges, quantum apud exteras nationes valituram esse existimetis.

47. Reliquum est, ut de felicitate, quam praestare de se ipso nemo potest, meminisse et commemorare de altero possumus, sicut aequum est homines de potestate deorum, timide et pauca dicamus. Ego enim sic existimo, Maximo, Marcello, Scipioni, Mario et ceteris magnis imperatoribus non solum propter virtutem, sed etiam propter fortunam saepius imperia mandata atque exercitus esse commissos. Fuit enim profecto quibusdam summis viris quaedam ad amplitudinem et ad gloriam et ad res magnas bene gerendas divinitus adiuncta fortuna. De huius autem hominis felicitate, de quo nunc agimus, hac utar moderatione dicendi

---

1. *iam vero accepta* cum Naugerio in ed. Aldina L 𝔏. — 3. *opes hostium* 𝔓. — *satis* G (teste Modio) E V 𝔓 B O: *cum satis* F L 𝔏; *et cum satis* A. — 4. *nisi ad ipsum discrimen eius temporis* C E V 𝔓: *nisi ad ipsum eius temporis* B; *nisi id ipsum statum eius temporis* F; *nisi ipsum id temporis* A 𝔏 O; *nisi ad id ipsum temporis* L. — 6. *solita* C. — *inflatum* 𝔓 et mg. 𝔏. — 8. *perfecturus -- perfecerit* E V L 𝔏: *profecturus -- perfecerit* F; *profecturus -- profecerit* B A; *perfecturus -- profecerit* O. — 9. *imperio suo vectigalia* (mediis omissis) 𝔓. — 10. *ac*] *et* F. — 11. *quantam* (non *quantum*) *illa res* 𝔓. — 13. *tam diversis* 𝔓 A. — *huic se uni* W Cb E V: *uni huic se* 𝔓 O; *una se huic* B; *una huic se* F A L 𝔏. — *dederunt* V. Cf. §. 35. — *quod communi Cretensium* Cb, unde Gulielmius: *quod a communi Cretensium*. — 14. *vester imp.* L. — 16. *idem iste* E V 𝔓 F B: *idem isti* Cb; *idem ipse* A L 𝔏; *item ipse* de sua coniectura O. Cf. §. 19. — 17. *usque ad hispaniam* E (non V); *usque hispaniam* F B A. — 18. *eum quem* W Cb E O: *cum quem* V; *eumque* 𝔓 F B A L 𝔏. — *ii*] *hi* F. — *erat molestum* Cb 𝔓: *erat semper molestum* E V; *semper erat molestum* R A L 𝔏 O; *erat permolestum* Klotzius. (Etiam W Ch habere v. *semper* testatur Gulielmius.) — 20. *iudicare* F, P. Manutius, L 𝔏: *iudicari* R A O. — 24. «al. *de se ipse*» mg. 𝔏. — 25. *commemorasse* B. — *possimus* E Freundio teste (non V). — 26. *homines* E V 𝔓: *hominis* B; *homini* F B A 𝔏 O; *hominem* L. Hic incipit fragmentum codicis Tegernseensis. — 30. *et ad gloriam* E T V 𝔓 F B L: *et gloriam* (om. *ad*) A 𝔏 O. — 31. *autem* om. 𝔓. — 32. *de quo* E V: *quo de* R A L 𝔏 O.

non ut in illius potestate fortunam positam esse dicam, sed ut praeterita meminisse, reliqua sperare videamur, ne aut invisa dis immortalibus oratio nostra aut ingrata esse videatur. 48. Itaque non sum praedicaturus, quantas ille res domi militiae, terra marique, quantaque felicitate gesserit; ut eius semper voluntatibus non modo cives assenserint, socii obtemperarint, hostes obedierint, sed etiam venti tempestatesque obsecundarint: hoc brevissime dicam, neminem umquam tam impudentem fuisse, qui ab dis immortalibus tot et tantas res tacitus auderet optare, quot et quantas di immortales ad Cn. Pompeium detulerunt. Quod ut illi proprium ac perpetuum sit, Quirites, cum communis salutis atque imperii, tum ipsius hominis causa, sicuti facitis, velle et optare debetis.

49. Quare cum et bellum sit ita necessarium, ut negligi non possit, ita magnum, ut accuratissime sit administrandum, et cum ei imperatorem praeficere possitis, in quo sit eximia belli scientia, singularis virtus, clarissima auctoritas, egregia fortuna, dubitatis, Quirites, quin hoc tantum boni, quod vobis ab dis immortalibus oblatum et datum est, in rem publicam conservandam atque amplificandam conferatis? XVII. 50. Quod si Romae Cn. Pompeius privatus esset hoc tempore, tamen ad tantum bellum is erat deligendus atque mittendus: nunc, cum ad ceteras summas utilitates haec quoque opportunitas adiungatur, ut in iis ipsis locis adsit, ut habeat exercitum, ut ab iis, qui habent, accipere statim possit, quid exspectamus? aut cur non ducibus dis immortalibus eidem, cui cetera summa cum salute rei publicae commissa sunt, hoc quoque bellum regium committamus?

51. At enim vir clarissimus, amantissimus rei publicae, vestris beneficiis amplissimis affectus, Q. Catulus, itemque summis ornamentis honoris, fortunae, virtutis, ingenii praeditus, Q. Hortensius, ab hac ratione dissentiunt: quorum ego auctoritatem apud vos multis locis plurimum valuisse et valere oportere confiteor; sed in hac causa, tametsi cognoscetis auctoritates contrarias virorum fortissimorum et clarissimorum, tamen omissis auctoritatibus ipsa re ac ratione exquirere possumus veritatem, atque hoc facilius, quod ea omnia, quae a me adhuc dicta

---

1. *ut et praeterita* F; *ut de praeterita* B A. — 2. *dis* T: *diis* R A L ℒ O. — 3. *non sum* om. E V; *non solum* T. — *praedicaturus* E T B A: *deprecaturus* V; *praedicaturus Quirites* 𝔓 F, ed. Aldina, L ℒ O. — 4. *militiae* E, *milicie* V: *militiaeque* R A L ℒ O. — 5. *semper* post *cives* ponit 𝔓. — *assenserint*] *affuerint* 𝔓. — 6. *obtemperauerint hostes obediuerint* F. — 7. *euitissime* (superscr. «al. *breuissime*») F. (*breuiter* margini adscripsit Torrentius, sed notam codicis Parcensis non addidit.) — 8. *ab* E T V: *a* F B A L ℒ O. — *dis* T: *diis* A L ℒ O. — 9. *quot*] *quotque* E T V. — *Gn.* T (semper). — *detulerunt* E T V L ℒ O: *contulerunt* R A. — 12. *sit ita necessarium* E V: *ita sit necessarium* T 𝔓 F B A; *ita necessarium sit* L ℒ O. — *neglegi* T. — 13. *cum* om. L. (*cum eum ei* Moserus *Symbol. crit.* III. p. 22.) — 15. *dubitatis* E (pr. m. teste Freundio) T 𝔓 F B A: *dubitabitis* V, corr. E, L ℒ O. — 16. *vobis* W Ch E T, mg. ℒ: *nobis* V; om. R A L ℒ. — *ab* E T 𝔓 B: *a* V F A L ℒ O. — *dis* T: *diis* A L ℒ O. — 18. *Gn.* T, ut semper. — 19. *deligendus*] *adigendus* C T. — 20. *iis* E T L ℒ O: *hiis* V; *his* R A. — 21. *assit* E T V. — *hiis* V; *his* T F. — 24. *committamus* E T V 𝔓 B A: *commendamus* Ch; *committimus* L ℒ O; *non committimus* F. — 25. *amantissimus* W Ch E T V, mg. ℒ, O: om. F B A L ℒ. — *vestris* W Ch E T V, mg. ℒ, O: *vestrisque* 𝔓; *et vestris* F B A L ℒ. — 30. *cognoscetis* cod. Monacensis d: *cognoscitis* R A L ℒ O. (*cognostis* Halmius.) Cf. §. 68. — *virorum fort. et clarissimorum* E T V: *fort. virorum clarissimorumque* 𝔓; *fortissimorum vir. et clarissimorum* R A ℒ O; *fortissimorum et clar. virorum* L. — 31. *obmissis* F. — *ac* E T V: *et* R A L ℒ O. — 32. *a me adhuc* E T V 𝔓 F B A: *adhuc a me* cum ed. Aldina L ℒ O.

sunt, iidem isti vera esse concedunt, et necessarium bellum esse et magnum, et in uno Cn. Pompeio summa esse omnia. 52. Quid igitur ait Hortensius? Si uni omnia tribuenda sint, dignissimum esse Pompeium, sed ad unum tamen omnia deferri non oportere. Obsolevit iam ista oratio, re multo magis quam verbis refutata. Nam tu idem, Q. Hortensi, multa pro tua summa copia ac singulari facultate dicendi et in senatu contra virum fortem A. Gabinium graviter ornateque dixisti, cum is de uno imperatore contra praedones constituendo legem promulgasset, et ex hoc ipso loco permulta item contra eam legem verba fecisti. 53. Quid? tum, per deos immortales! si plus apud populum Romanum auctoritas tua quam ipsius populi Romani salus et vera causa valuisset, hodie hanc gloriam atque hoc orbis terrae imperium teneremus? An tibi tum imperium hoc esse videbatur, cum populi Romani legati, quaestores praetoresque capiebantur? cum ex omnibus provinciis commeatu et privato et publico prohibebamur? cum ita clausa nobis erant maria omnia, ut neque privatam rem transmarinam neque publicam iam obire possemus?

XVIII. 54. Quae civitas antea umquam fuit, non dico Atheniensium, quae satis late quondam mare tenuisse dicitur, non Karthaginiensium, qui permultum classe ac maritimis rebus valuerunt, non Rhodiorum, quorum usque ad nostram memoriam disciplina navalis et gloria remansit, quae civitas umquam antea tam tenuis, quae tam parva insula fuit, quae non portus suos et agros et aliquam partem regionis atque orae maritimae per se ipsa defenderet? At hercule aliquot annos continuos ante legem Gabiniam ille populus Romanus, cuius usque ad nostram memoriam nomen invictum in navalibus pugnis permanserit, magna ac multo maxima parte non modo utilitatis, sed dignitatis atque imperii caruit: 55. nos, quorum maiores Antiochum regem classe Persenque superarunt, omnibusque navalibus pugnis Karthaginienses, homines in maritimis rebus exercitatissimos paratissimosque, vicerunt, ii nullo in

1. *idem* T V A. — 3. *sint* E T V B O: *sunt* F A L 𝔏. — *dignissimum* E T V: *unum dignissimum* R A L 𝔏 O. — 4. *differri* T. — *Obsolevit -- refutata* Priscianus IX. 10, 54. — 5. *ratio* F cum editionibus Prisciani, cuius tamen optimi codices habent *oratio*. *(obsolevit oratio* affertur etiam a Lexicographo vetere, quem edidit Ang. Maius *Class. Auct.* T. VIII. p. 393.) — *refutata*] «Reliqua pars orationis deest in cod. Parcensi.» Torr. — 9. *item* W Ch O: *idem* E T V F B A L 𝔏. («fort. *permulta contra legem* mg. 𝔏.) — *eam legem* W Ch E T V: *legem eam* cum Grutero (qui hunc verborum ordinem codicibus W C contra Modii testimonium tribuit) O; *legem* (om. *eam*) R A L 𝔏. — 10. *apud plus* T. — 11. *salus causaque ualuisset* F. — 13. *hoc esse* T V: *esse hoc* E F B A L 𝔏 O. — *quaestores praetoresque* E T V: *praetores quaestoresque* R A L 𝔏 O. — 14. *et publico et priuato* F. — 15. *erant nobis* A 𝔏 O. — *maria omnia* E T V: *omnia maria* R L 𝔏 O. — 16. *transmarinam* W Ch E T V, mg. 𝔏, O: *marinam* F B; *maritimam* A L 𝔏. — *nec* F. — 18. *antea nunquam* V B. — *non*] *nunc* T. — 19. *Karthaginiensium* L 𝔏 O: *Charthaginiensium* T; *Carthaginensium* A; *cartaginensium* E V. — 20. *ac maritimis* E T V: *maritimisque* F B A L 𝔏 O. — 21. *permansit* L. — 22. *umquam antea* E T V: *antea unquam* A L 𝔏 O; *umquam* [*antea*] Madvigius et Orellius *(Orat. Sel. XV.)*, cum *antea* desit in codice Monac. d et aliquot aliis. *(quae civitas, inquam, antea tam tenuis* cet. Halmius coll. or. p. Cluentio §. 62.) — *tenuis, quae* cum P. Manutio L 𝔏 O: om. *quae* 𝔄 A. — 23. *horae* T et sic infra. — 24. *ipsam* F. — *hercule* E T V B: *hercle* F A L 𝔏 O. — *aliquod* T; om. V. — 26. *permanserit* E T V: *permansit* A; *permanserat* F B L 𝔏 O. — 28. *persemque* E V. — 29. *Carthaginienses* T; *Carthaginenses* E (Fr.) A; *cartaginenses* V. — 30. *exercitatissumas paratissumasque* (sic) T. — *paratissimosque* (superscr. *peritissimosque)* F. — *ii*] *hi* T V B; *hi* F. — *nullo*] *non* F.

loco iam praedonibus pares esse poteramus: nos, qui antea non modo Italiam tutam habebamus, sed omnes socios in ultimis oris auctoritate nostri imperii salvos praestare poteramus, tum, cum insula Delos tam procul a nobis in Aegaeo mari posita, quo omnes undique cum mercibus atque oneribus commeabant, referta divitiis, parva, sine muro, nihil timebat, iidem non modo provinciis atque oris Italiae maritimis ac portubus nostris, sed etiam Appia iam via carebamus: et iis temporibus non pudebat magistratus populi Romani in hunc ipsum locum escendere, cum eum nobis maiores nostri exuviis nauticis et classium spoliis ornatum reliquissent!

XIX. 56. Bono te animo tum, Q. Hortensi, populus Romanus et ceteros, qui erant in eadem sententia, dicere existimavit ea, quae sentiebatis: sed tamen in salute communi idem populus Romanus dolori suo maluit quam auctoritati vestrae obtemperare. Itaque una lex, unus vir, unus annus non modo nos illa miseria ac turpitudine liberavit, sed etiam effecit, ut aliquando vere videremur omnibus gentibus ac nationibus terra marique imperare. 57. Quo mihi etiam indignius videtur obtrectatum esse adhuc, Gabinio dicam anne Pompeio an utrique, id quod est verius, ne legaretur A. Gabinius Cn. Pompeio expetenti ac postulanti. Utrum ille, qui postulat ad tantum bellum legatum, quem velit, idoneus non est qui impetret, cum ceteri ad expilandos socios diripiendasque provincias, quos voluerunt, legatos eduxerint, an ipse, cuius lege salus ac dignitas populo Romano atque omnibus gentibus constituta est, expers esse debet gloriae eius imperatoris atque eius exercitus, qui consilio ipsius ac periculo est constitutus? 58. An C. Falcidius, Q. Metellus, Q. Caelius Latiniensis, Cn. Lentulus, quos omnes honoris causa nomino, cum tribuni plebi fuissent, anno proximo legati esse potuerunt: in uno Gabinio sunt tam diligentes, qui in hoc bello, quod lege Gabinia geritur, in hoc imperatore atque exercitu, quem per vos ipse constituit, etiam praecipuo iure esse deberet? De quo legando consules spero ad senatum relaturos. Qui si dubitabunt aut gravabuntur, ego me profiteor relaturum; neque me impediet cuiusquam inimicum edictum, quo minus vobis fretus vestrum ius beneficiumque defendam;

---

1. *iam* om. F. — *nos qui* E V, ed. Iuntina, O: *nos quoque* A; *nos quoque qui* F B L 𝔏. — 2. «v. c. *omnis*» mg. 𝔏. — *horis* T. — 3. *Delus* T. — 4. *Aegeo* A 𝔏 O. — 6. *idem* T. — 7. *portibus* T B. Cf. §. 46. — *iis* T F: *hiis* Monac. e; *his* R A L 𝔏 O. — 8. *non*] *nonne* C. — *escendere* C O: *ascendere* R A L 𝔏 O. Cf. Kreyssig *Annotat. ad Livii libros XLI—XLV.* P. I. Misenae 1848. p. 29. — 9. *nobis* E T V: *vobis* F B A L 𝔏 O. — *nostri* E T V F A: *vestri* B L 𝔏 O. — *clausium* T. — 12. *existimant* T. — 13. *tamen* om. F. — 14. *optemperare* T. — *lex et unus* F. — 15. *annus*] *animus* F A. — *uos* F. — *illa nos* V. — 16. *videremini* C. — 18. *Gabinione dicam an Pompeio* mg. 𝔏 e codicibus. — 19. *verius est* V. — *A.*] *At* E V. — 20. *ad t. b. legatum* E V: *legatum ad t. bellum* R A L 𝔏 O. — 21. *imperet* B; *impetret* (superscr. *peteret*) F. — 22. *edixerint* T; *adiunxerint* V; *eduxerunt* A. — 24. *gloriae eius imp.*] *eius gloriae atque imp.* E T V. — 25. *ac periculo* E T: *atque periculo* R A L 𝔏 O. — *C.*] *G.* T. — 26. *Celius* T L; *Coelius* E V A et mg. 𝔏. — *Latiensis* C; *latinensis* F; *Latinienses* B. — *Gn.* T. — *omnis* F. — 27. *plebis* O. — 28. *in uno* C (teste Modio ep. 129.) E T V: *in hoc uno* R A L 𝔏 O. — 29. *gereretur* Ch, teste Gulielmio; *geratur* F. — *per vos ipse* W C E V O: *per ipse* T; *per se ipse* B A L 𝔏; *per se* (om. *ipse*) F. — 30. *etiam*] *et* F. — *legendo* F. — 31. *consules spero* E T V B A: *spero consules* F (si fides est Dronkii silentio) L 𝔏 O. — 32. *cuiusquam* Ch E T V: *eius Quirites* B A; *quirites eius* F; *cuiusquam Quirites* L 𝔏 O. — *inimicum edictum*] *iniquitas* Ch. — 33. *vobis fretus* E V: *fretus vobis* R A L 𝔏 O.

neque praeter intercessionem quidquam audiam, de qua, ut arbitror, isti ipsi, qui minantur, etiam atque etiam, quid liceat, considerabunt. Mea quidem sententia, Quirites, unus A. Gabinius belli maritimi rerumque gestarum Cn. Pompeio socius adscribitur, propterea quod alter uni illud bellum suscipiendum vestris suffragiis detulit, alter delatum susceptumque confecit.

XX. 59. Reliquum est, ut de Q. Catuli auctoritate et sententia dicendum esse videatur. Qui cum ex vobis quaereret, si in uno Cn. Pompeio omnia poneretis, si quid eo factum esset, in quo spem essetis habituri, cepit magnum suae virtutis fructum ac dignitatis, cum omnes una prope voce, in ipso vos spem habituros esse dixistis. Etenim talis est vir, ut nulla res tanta sit ac tam difficilis, quam ille non et consilio regere et integritate tueri et virtute conficere possit. Sed in hoc ipso ab eo vehementissime dissentio, quod, quo minus certa est hominum ac minus diuturna vita, hoc magis res publica, dum per deos immortales licet, frui debet summi viri vita atque virtute. — 60. At enim ne quid novi fiat contra exempla atque instituta maiorum. — Non dicam hoc loco, maiores nostros semper in pace consuetudini, in bello utilitati paruisse, semper ad novos casus temporum novorum consiliorum rationes accommodasse; non dicam, duo bella maxima, Punicum atque Hispaniense, ab uno imperatore esse confecta duasque urbes potentissimas, quae huic imperio maxime minitabantur, Karthaginem atque Numantiam, ab eodem Scipione esse deletas; non commemorabo, nuper ita vobis patribusque vestris esse visum, ut in uno C. Mario spes imperii poneretur, ut idem cum Iugurtha, idem cum Cimbris, idem cum Teutonis bellum administraret: in ipso Cn. Pompeio, in quo novi constitui nihil vult Q. Catulus, quam multa sint nova summa Q. Catuli voluntate constituta, recordamini.

XXI. 61. Quid tam novum, quam adolescentulum privatum exercitum difficili rei publicae tempore conficere? confecit: huic praeesse? praefuit: rem optime ductu suo gerere? gessit. Quid tam praeter consue-

---

1. *audeam* 𝔄 (praeter F, si fides est Dronkii silentio) A. Emendavit Naugerius in Aldina. — 2. *minantur*] Gulielmius ex suis membranis attulit lectionem *minitantur*. — *quid* E T V O: *qui id* F B A L 𝔏. — 3. *unius* T. — 4. *Cn.* (*Gn.* C T) *Pompeio socius* C E T V O: *Gn. s. Cn. Pompeio* (om. *socius*) cum codicibus plerisque A; *autor Cn. Pompeio* F; *auctor comes Cn. Pompeio* cum P. Manutio 𝔏; *comes Cn. Pompeio* L. — *ascribitur* V F, *asscribitur* E (Fr.) T. — *alter uni*] *alterum* E (m. pr.) A. — 5. *illud* C E T V F B A L: *id* cum ed. Cratandrina 𝔏 O. — *nostris* B. — 9. *eo* W Ch E T V, mg. 𝔏, O: *de eo* R A L 𝔏. (*eo* post v. *esset* habet T.) — 10. *coepit* T A. — *una prope* E T V B L: *prope una* F A 𝔏 O. — 11. *in ipso* F L: *in eo ipso* R A 𝔏; *in* [*eo*] *ipso* O. («Pronomen *eo* non est in quibusdam libris manuscriptis.» Lamb.) — 14. *dissensio quo quod* T. — 16. *viri* W Ch E T V: *hominis* R A L 𝔏 O. — *at enim ne quid novi* W C E T V (sed T om. *ne*): *at enim inquit novi nihil* B A L; *at enim novi nihil* F; *at enim nihil novi* cum ed. Aldina 𝔏 O. — 17. *dicam* E T V: *dico* R A L 𝔏 O. — 18. *m. vestros* V. — 20. *accommodavisse* B. — *dicam* om. T; *dico* cum P. Manutio L. — *atque* E V: *at* T; *et* R A L 𝔏 O. — 21. *duasque* E T V: *duas* F B A L 𝔏 O. — 22. *minitabantur* E T V A O: *minabantur* F B L 𝔏; «fort. *imminebant*» mg. 𝔏. — *carthaginem* T. — 23. *que* om. F. — 24. *C.*] *g.* T. — 25. *idem cum Iugurtha* om. F. — *cymbris* T. — *Teutonis* E: *ceutonis* V; *theotonis* F; *Theutonis* A L 𝔏 O. — 27. *summa Q. Catuli* (ut Gulielmius coniecerat) E V O: *summaque Catuli* R A L 𝔏. — 29. *Quid enim tam* 𝔏; *Quid* [*enim*] *tam* O. — 31. *optime* om. F.

tudinem, quam homini peradolescenti, cuius aetas a senatorio gradu longe abesset, imperium atque exercitum dari, Siciliam permitti atque Africam bellumque in ea provincia administrandum? Fuit in his provinciis singulari innocentia, gravitate, virtute; bellum in Africa maximum confecit, victorem exercitum deportavit. Quid vero tam inauditum, quam equitem Romanum triumphare? At eam quoque rem populus Romanus non modo vidit, sed omnium etiam studio visendam et concelebrandam putavit. 62. Quid tam inusitatum, quam ut, cum duo consules clarissimi fortissimique essent, eques Romanus ad bellum maximum formidolosissimumque pro consule mitteretur? Missus est. Quo quidem tempore, cum esset non nemo in senatu, qui diceret, *non oportere mitti hominem privatum pro consule*, L. Philippus dixisse dicitur, *non se illum sua sententia pro consule, sed pro consulibus mittere.* Tanta in eo rei publicae bene gerendae spes constituebatur, ut duorum consulum munus unius adolescentis virtuti committeretur. Quid tam singulare, quam ut ex senatus consulto legibus solutus consul ante fieret, quam ullum alium magistratum per leges capere licuisset? quid tam incredibile, quam ut iterum eques Romanus ex senatus consulto triumpharet? quae in omnibus hominibus nova post hominum memoriam constituta sunt, ea tam multa non sunt, quam haec, quae in hoc uno homine videmus. 63. Atque haec tot exempla, tanta ac tam nova, profecta sunt in eundem hominem a Q. Catuli atque a ceterorum eiusdem dignitatis amplissimorum hominum auctoritate.

XXII. Quare videant, ne sit periniquum et non ferundum, illorum auctoritatem de Cn. Pompeii dignitate a vobis comprobatam semper esse, vestrum ab illis de eodem homine iudicium populique Romani auctoritatem improbari, praesertim cum iam suo iure populus Romanus in hoc homine suam auctoritatem vel contra omnes, qui dissentiunt, possit defendere, propterea quod isdem istis reclamantibus vos unum illum ex omnibus delegistis, quem bello praedonum praeponeretis. 64. Hoc si vos temere fecistis et rei publicae parum consuluistis, recte isti studia vestra suis consiliis regere conantur: sin autem vos plus tum in re publica vidistis, vos iis repugnantibus per vosmet ipsos dignitatem huic imperio, salutem orbi terrarum attulistis, aliquando isti principes et sibi et ceteris populi Romani universi auctoritati parendum esse fateantur. Atque in hoc bello Asiatico et regio (non solum militaris illa virtus,)

---

1. *aetas a senatorio gradu* E T V: *a senat. gradu aetas* R A L 𝔏 O. (*senatoris* F B.) — 2. *syciliam* T. — 3. *in ea provincia* E T V: *in ea* (om. *provincia*) R A L 𝔏 O. (*prouintia* T.) — 4. *virtute gravitate* T. — 5. *uictorum* E (non V). — *deportavit*] «al. *reportavit*» mg. 𝔏. — 6. *At*] *ad* E V; *ac* B. — 7. *omnium etiam studio* W E T V: *etiam omni studio* B L; *etiam omnium studio* R (etiam Cb teste Gulielmio); *etiam studio omni* A 𝔏 O; *omni etiam studio* Orellius. *(Oratt. sell. XV.)* — *et concelebrandam* Cb E V O: om. R A L 𝔏. (*visendam esse putauit* F.) — 8. *quam ut* cum ed. Iuntina L 𝔏 O: om. *ut* 𝔄 A. — 11. *mitti* om. F. — 12. *Philyppus* T. — 15. *ex* om. V. — 17. *quam ut*] *ut tam* F. — 19. «fort. *instituta*» mg. 𝔏. — 20. *uno hoc* F. — *vidimus* cum ed. Aldina L 𝔏 O. — 21. *ac*] *et* F. — *perfecta* B. — 22. *a quinti catuli* E V, *a Q. Catuli* T, mg. 𝔏, O: *a Q. Catulo* R A L 𝔏. — *a* ante v. *ceterorum* om. V. — *eius* T. — 24. *ferundum* E V: *ferendum* R A L 𝔏 O. — 25. *gnei* E, *Gn.* V. — *pompei* E (non V). — *dignita* T. — 29. *isdem istis* E T V, *iisdem istis* W Ch (si fides est Grutero) O: *istis* (om. *isdem*) R A L 𝔏. Cf. §. 19. — 30. *deligistis* T. — 33. *iis* T: *hiis* V; *his* R A L 𝔏 O. — 34. *isti*] *et isti* T. — 36. *Atque in hoc bello Asiatico -- cum exercitu*

quae est in Cn. Pompeio singularis, (sed aliae quoque virtutes animi magnae et multae requiruntur.) Difficile est in Asia, Cilicia, Syria regnisque interiorum nationum ita versari nostrum imperatorem, ut nihil aliud nisi de hoste ac de laude cogitet. Deinde etiam si qui sunt pudore ac temperantia moderatiores, tamen eos esse tales propter multitudinem cupidorum hominum nemo arbitratur. 65. Difficile est dictu, Quirites, quanto in odio simus apud exteras nationes propter eorum, quos ad eas per hos annos cum imperio misimus, libidines et iniurias. Quod enim fanum putatis in illis terris nostris magistratibus religiosum, quam civitatem sanctam, quam domum satis clausam ac munitam fuisse? urbes iam locupletes et copiosae requiruntur, quibus causa belli propter diripiendi cupiditatem inferatur. 66. Libenter haec coram cum Q. Catulo et Q. Hortensio, summis et clarissimis viris, disputarem; noverunt enim sociorum vulnera, vident eorum calamitates, querimonias audiunt. Pro sociis vos contra hostes exercitum mittere putatis, an hostium simulatione contra socios atque amicos? Quae civitas est in Asia, quae non modo imperatoris aut legati, sed unius tribuni militum animos ac spiritus capere possit? XXIII. Quare, etiam si quem habetis, qui collatis signis exercitus regios superare posse videatur, tamen, nisi erit idem, qui a pecuniis sociorum, qui ab eorum coniugibus ac liberis, qui ab ornamentis fanorum atque oppidorum, qui ab auro gazaque regia manus, oculos, animum cohibere possit, non erit idoneus qui ad bellum Asiaticum regiumque mittatur. 67. Ecquam putatis civitatem pacatam fuisse, quae locuples sit? ecquam esse locupletem, quae istis pacata esse videatur? Ora maritima, Quirites, Cn. Pompeium non solum propter rei militaris gloriam, sed etiam propter animi continentiam requisivit. Videbat enim, praetores locupletari quotannis pecunia publica praeter paucos, neque eos quidquam aliud assequi classium nomine, nisi ut detrimentis accipiendis maiore affici turpitudine videremur. Nunc qua cupiditate homines in provincias, quibus iacturis et quibus condicionibus proficiscantur,

---

venisse gaudeant. (§. 68.)] Haec omnia subditicia et ex aliqua declamatiuncula hic inculcata esse censuerunt Naugerius, Pantagathus, Blochius, Madvigius, Orellius; Ciceroni docte vindicavit Halmius p. 209 sq. — 1. *magnae et multae* E T, *magne et multe* V: *multae et magnae* R A L 𝔏 O. Cf. ad Herenn. II. §. 37. — 2. *Cilicia*] *Cilicia Licia* ex geminatione A; *Cilicia Lycia* L. — *siria* T V; *scitia* F; *scithia* B. — 3. *interiorum*] *exteriorum* A; *exterarum* cum ed. Hervagiana L 𝔏. (*interiorum* etiam Cbh.) — *nostrum* E T F B: *vestrum* V A L 𝔏 O. — *nisi* E T V: *quam* R A L 𝔏 O. — 4. *ac*] *et* F. — 7. *quanto*] *tanto* T. — 8. *per hos annos* W C E T V O: *hoc anno* R A L 𝔏. — *libidines et iniurias* C E T V: *iniurias ac libidines* R A L 𝔏 O. — 9. *vestris* B A L. — 10. *ac*] *aut* T; *et* V. — 11. *et* T V B F A L: *ac* E 𝔏 O. — 12. *cupiditatem*] *facultatem* Ch. — *cum* om. F L. — 13. *summis et cl. viris disputarem* E T V: *disp. summis et cl. viris* R A L 𝔏 O. — 16. *asya* T. — 17. *imperatoris*] *unius imperatoris* 𝔏. — *sed et unius* E (Fr.) V. — *spiritus* E T V L 𝔏 O: *spem* F B A. — 18. *etiam et si* F. — 19. *nisi idem erit is qui* L. — 20. *qui a* Heumannus: *qui se a* 𝔄 A L 𝔏 O. — *qui ab orn. fan. atque oppidorum* Cb O: om. R A L 𝔏. — 23 et 24. *ecquam* cum ed. Aldina L 𝔏 O: *et quam* E T V F B A. — 24. *esse* om. F. — 25. *Quirites*] *quae* E T V. — 27. *praetores locupletari* W Cb E T V (sed in E a rec. manu margini adscr. *non*): *p. r. locupletari* F B; *Po. Ro. non locupletari* A; *populus Ro. non locupletari* 𝔏; *populum Ro. non locupletari* cum Hotomano L O. — *quod annis* T. — 27. *publica pecunia* F. — 28. *eos* E T V F B A 𝔏: *nos* L O. — *quicquam* T. — *nomine classium* V. — *detrimendis* T. — 29. *maiori* F. — 30. *provincias et quibus* T. — *iacturis*] *iniuriis* C. — 30. *et* E T V: om. R A L 𝔏 O.

ignorant videlicet isti, qui ad unum deferenda omnia esse non arbitrantur: quasi vero Cn. Pompeium non cum suis virtutibus, tum etiam alienis vitiis magnum esse videamus. 68. Quare nolite dubitare, quin huic uni credatis omnia, qui inter tot annos unus inventus sit, quem socii in urbes suas cum exercitu venisse gaudeant.

Quod si auctoritatibus hanc causam, Quirites, confirmandam putatis, est vobis auctor vir bellorum omnium maximarumque rerum peritissimus, P. Servilius, cuius tantae res gestae terra marique exstiterunt, ut, cum de bello deliberetis, auctor vobis gravior nemo esse debeat; est C. Curio, summis vestris beneficiis maximisque rebus gestis, summo ingenio et prudentia praeditus; est Cn. Lentulus, in quo omnes pro amplissimis vestris honoribus summum consilium, summam gravitatem esse cognovistis; est C. Cassius, integritate, virtute, constantia singulari. Quare videte, ut horum auctoritatibus illorum orationi, qui dissentiunt, respondere posse videamur.

XXIV. 69. Quae cum ita sint, C. Manili, primum istam tuam et legem et voluntatem et sententiam laudo vehementissimeque comprobo; deinde te hortor, ut auctore populo Romano maneas in sententia neve cuiusquam vim aut minas pertimescas. Primum in te satis esse animi perseverantiaeque arbitror; deinde cum tantam multitudinem cum tanto studio adesse videamus, quantam iterum nunc in eodem homine praeficiendo videmus, quid est quod aut de re aut de perficiendi facultate dubitemus? Ego autem, quidquid est in me studii, consilii, laboris, ingenii, quidquid hoc beneficio populi Romani atque hac potestate praetoria, quidquid auctoritate, fide, constantia possum, id omne ad hanc rem conficiendam tibi et populo Romano polliceor ac defero; 70. testorque omnes deos, et eos maxime, qui huic loco temploque praesident, qui omnium mentes eorum, qui ad rem publicam adeunt, maxime perspiciunt, me hoc neque rogatu facere cuiusquam, neque quo Cn. Pompeii gratiam mihi per hanc causam conciliari putem, neque quo mihi ex cuiusquam amplitudine aut praesidia periculis aut adiumenta honoribus quaeram, propterea quod pericula facile, ut hominem praestare oportet, innocentia tecti repellemus, honorem autem neque ab uno ne-

---

1. *omnia esse* E T V: *esse omnia* F B A L ℒ O. — 3. *dubitare, Quirites, quin* L. — 4. *tot annos* E V, mg. ℒ: *annos tot* R A L ℒ O. (*annos* delevit Andr. Schottus.) — 7. *nobis autor* F. — 8. *extiterunt* V A. — 9. *nemo esse* E: *esse* (om. *nemo*) V; *esse nemo* F B A L ℒ O. — 10. *beneficiis*] *beneficiis usus* L. — *maximus rebus* C; *maximis rebus* L. — 11. *est*] *est enim* B. — *Gn.* V. — 12. *summa gravitate* B. — *cognovistis* E V O: *cognostis* T; *cognoscitis* R A L ℒ. — 13. *singulari quare videte ut* W Cbh E T V B: *singulari ut* (mediis omissis, quibus equidem facile carerem) F; *singulari: quare videte, num* A L ℒ O. Si lectio optimorum librorum salva est, *ut* videtur esse adverbium i. e. «quam bene, quàm apte.» Cf. §. 48. de lege agr. I. §. 2. — 16. *manli* E; *manly* V. — 19. *animi esse* V. — 20. *perseverantiaeque* W Ch E T V O: *constantiaeque* R A L ℒ. — *cum* ante v. *tanto* om. C teste Modio. — *cum -- videamus*] *cum -- uidemus* E T V. «An fuit *quoniam -- videmus*?» Halm. Sed habet *cum -- videamus* C teste Modio. — 21. *quantam -- videmus* om. T. — *iterum nunc* E (Fr.): *iterum inme* V; *nunc iterum* Ch O; *non iterum* R A L ℒ. Cf. Cic. ad Att. IV. 2, 4. — 22. *videmus* Ch E V B O: *vidimus* F A L ℒ. — *reficiendi* Ch; *praeficiendi* F. — 23. *est in me* E V: *in me est* R A L ℒ O. — 25. *constantia fide* F. — 26. *ac*] *et* F L ℒ. — 27. «*v. c. omnis*» mg. ℒ. — 29. «al. *neque quod*» mg. ℒ. — *pompei* V. — 33. *repellemus* E T V O: *repellimus* W Ch (nisi est mendum typogr. ap. Gruterum pro *repellemus*; nam ad praesens tempus vix «γνησίως» addidisset Gulielmius); *pellemus* R A L ℒ. — *honorem* W Ch E T V F B A:

que ex hoc loco, sed eadem illa nostra laboriosissima ratione vitae, si vestra voluntas feret, consequemur. 71. Quam ob rem, quidquid in hac causa mihi susceptum est, Quirites, id omne ego me rei publicae causa suscepisse confirmo; tantumque abest, ut aliquam mihi bonam gratiam quaesisse videar, ut multas me etiam simultates partim obscuras, partim apertas intelligam mihi non necessarias, vobis non inutiles suscepisse. Sed ego me hoc honore praeditum, tantis vestris beneficiis affectum statui, Quirites, vestram voluntatem et rei publicae dignitatem et salutem provinciarum atque sociorum meis omnibus commodis et rationibus praeferre oportere.

---

honores cum ed. Iuntina L ♀ O. — *nec* F. — 1. «al. *ab hoc loco*» mg. ♀. — *illa nostra* E T V F B: *nostra illa* A L ♀ O. — 3. *id omne ego me* T B A: *id ego omne me* E V; *id omne me* F L ♀ O. — 4. *tutumque* T. — *mihi bonam gratiam* E T V: *bonam gratiam* (om. *mihi*) B; *bonam gratiam mihi* R A L ♀ O. — 5. *quaesiisse* F. — *me* E V: om. R A L ♀ O. — 6. *intelligatis* F B.

Clu.

M. TULLII CICERONIS

ORATIO PRO A. CLUENTIO HABITO

AD IUDICES.

RECOGNOVIT

IO. GEORGIUS BAITERUS.

NOTARUM EXPLICATIO.

P = Palimpsestus Taurinensis apud Peyronum *(M. Tullii Ciceronis orationum p. Scauro, p. Tullio et in Clodium fragmenta inedita* cet.) p. 185 sqq. continens verba §§. 1—7: *Animadverti iudices omnem --- quam aecum iudicium.* §§. 18—24: *huius opprimendi causa --- hominem ac minis.* §§. 32—38: *Quanto est Oppianicus --- triumvir constituunt.* §§. 74—78: . . *tiebatur facile Cannutius --- aliis nonnullis sus* . . . . . §§. 92—94: . . . *entio iudicabatur --- in fausto tamen.* §§. 101—103: *suscepta sicut in statuis --- adduxerat uno iudicio mul* . . §§. 129—131: *ignominia quemquam --- praeditis certe probavisse* . . §§. 145—147: . . *ne lege copiosissime --- legum imperio et praescripto.*

S = «Codex olim Salisburgi, nunc in bibliotheca regia Monacensi sub no. 35.» servatus, seculo fere decimo quinto elegantissima manu in membranis formae maximae conscriptus. Cluentiana oratio inter triginta duas locum vicesimum alterum tenet: sed ex reliquis omnibus, quantum obiter eos percurrendo intellexi, vix ulla insignem varietatem praebet.» Classen. (*M. T. C. or. p. A. Cl. Habito recens. Io. Classen.* Bonnae 1831.) Codicem, qui idem est quem supra in or. p. Rosc. Am. et p. Font. adhibuimus, iterum contulit Halmius.

T = «Codex membranaceus forma 4. mai., in bibliotheca Laurentiana n. 12. plutei XLVIII., Lagom. n. 12. Praeter nostram sedecim Ciceronis orationes continet, sed nullam ceterarum memorabili lectione insignem. Hunc codicem Lagomarsinius a. 1748. d. Aug. 22. contulit, quod ipse nota in libri fronte apposita, ut in omnibus facere consuevit, testatur.» Classen. Ex eodem quo S fonte derivatus est, sed illo mendosius scriptus et praetermissione singularum vocum insignis.

F = Codex olim bibliothecae S. Bartholomaei Faesulis inter Faesulanos apud Bandinium n. 187., Lagom. 1., membranaceus sec. decimi quinti, lacunarum immunis.

M = «Laurentianus plut. LI. n. 10., Lagom. 64., membranaceus seculi undecimi, characteribus Langobardicis, forma 4. Praeter M. Terentii Varronis libros de lingua Latina Ciceronis orationem Cluentianam et Rhetorica ad Herennium continet. Hic liber omnium antiquissimus haud dubie pro fonte habendus est eorum, in quibus eaedem lacunae [vid. §. 102. 127. 149. 176.] apparent.» Classen.

Gar. 2 = Curae secundae Gasp. Garatonii ineditae.

De litterarum 𝔄 R A L 𝔏 O significatione vide supra p. 517.

I. 1. Animadverti, iudices, omnem accusatoris orationem in duas divisam esse partes, quarum altera mihi niti et magno opere confidere videbatur invidia iam inveterata iudicii Iuniani, altera tantum modo consuetudinis causa timide et diffidenter attingere rationem veneficii criminum, qua de re lege est haec quaestio constituta. Itaque mihi certum est hanc eandem distributionem invidiae et criminum sic in defensione servare, ut omnes intelligant nihil me nec subterfugere voluisse reticendo nec obscurare dicendo. 2. Sed cum considero, quo modo mihi in utraque re sit elaborandum, altera pars et ea, quae propria est iudicii vestri et legitimae veneficii quaestionis, per mihi brevis et non magnae in dicendo contentionis fore videtur: altera autem, quae procul ab iudicio remota est, quae contionibus seditiose concitatis accommodatior est quam tranquillis moderatisque iudiciis, perspicio, quantum in agendo difficultatis et quantum laboris sit habitura. 3. Sed in hac difficultate illa me res tamen, iudices, consolatur, quod vos de criminibus sic audire consuestis, ut eorum omnem dissolutionem ab oratore quaeratis: ut non existimetis plus vos ad salutem reo largiri oportere, quam quantum defensor purgandis criminibus consequi et dicendo probare potuerit. De invidia autem sic inter nos disceptare debetis, ut non, quid dicatur a

---

Inscriptionem non habent P T. — HABITO S F A: *Avito* L ♀ O; om. M. «*Habiti* cognomen olim in omnibus editionibus sine ulla suspicione vulgabatur. Primus Lambinus Cuiacio morem gessit, qui ad Paulli S. R. III. tit. 4. librariorum errore illud, ubicumque appareret, natum esse contendit et antiquam, quae illi videbatur, formam *Avitus* ex Florentino Pandectarum (l. 39. D. *de poenis* XLVIII. 19.) codice restituendum censuit. Sed ne in hoc quidem illud, quod a Lambino receptum ceteri omnes iusto cupidius arripuerunt, *Avitus*, legitur, sed *Abitus* sola aspiratione abiecta, quod vitium in sexcentis nominibus etiam bonos et vetustos libros insedit, sicut in paucis nostrorum h. l. apparet. Nobis quidem multo tutius, immo necessario illa nominis forma reducenda videbatur, quam per totam orationem longe plerique et praestantissimi codices exhibent quamque Quintiliani libri ad unum omnes pluribus locis constanter tuentur: cf. IV. 2, 16. V. 10, 68. [Adde Arusianum Messium v. *Mater* p. 248. v. *Oro te* p. 249. ed. Lindem.] Accedit quod nihil novi aut insoliti in *Habiti* nomine inest, cum et alia cognomina ex simili participiorum origine formata saepius legantur, ut *Ambustus* in Fabiis, *Potitus* in Valeriis, *Novatus* in Annaeis, *Tacitus* in Corneliis, et ipsum nostrum in veteribus monumentis exstet: in Fastis Capitolinis ap. Gruter. C. Inscr. n. 205. [p. XLII. nostrae edit.] hoc titulo: *A. Vibius C. f. C. n. Habitus*, et sine aspiratione in vetusto lapide apud Fulvium Ursinum: *Aur. Abitus Mil. Coh. X. Pr.* [Adde titulum Sulmonensem *Inscr. R. Neap. ed. Mommsen* N. 5447.] Errorem summi viri nimis diu propagatum primus notavit Niebuhrius Mus. Rhen. I. 3. p. 223.» CLASSEN. — AD IVDICES S: om. ceteri.

1. *Animadverti -- quaestio constituta* Quintilianus IV. 1, 36. (VIII. 6, 65. IX. 4, 68. 92. 101.); Marius Victorinus p. 52. v. 9 sqq. nostrae edit., qui desinit in verbis *iudicii Iuniani.* — *animum adverti* S. — 2. *partis* S T. — *magnopere* S semper. — 3. *videatur* P. — *iam* om. Victorinus. — *iudici* P. — *alteram* P. — 4. *orationem* P. — 6. *defensionem* P. — 7. *intelligant -- dicendo* Iulius Rufinianus *de fig. sent.* §. 13. — 9. *pars et ea quae* P: *pars est ea quae* S T M; *pars quae* F A; *pars ea quae* L ♀ O. — *est*] *etsi* S m. pr. — *iudici* P. — 10. *legitima benefici* P. — *mihi perbrevis* S. — 11. *ab* P T: *a* S F M A L ♀ O. — 12. *contionibus* S T F M: *concionibus* A L ♀ O. — 13. *prospicio* L ♀. — *quantum difficultatis et quantum laboris sit habitura* (sic cod. Monac. saec. VIIII. teste Halmio: vulgo perverse *sit habitura laboris*) Diomedes p. 467. — 14. *habitum* M. — *in hac* P S (pr. m.) T: *in hac tanta* R (etiam S sec. m.) A L ♀ O. — 15. *consulatur* P. — *consuevistis* L ♀. — 16. *omnem*] *omnium* P. — 18. *probare*] *purgare* T. — 19. *nos* P M: *vos* S T F A L ♀ O. («Quaenam haec est iudicum inter se disceptatio? Ii vero tabellis tacite sententiam ferebant neque inter se, verum inter accusatorem et reum disceptabant. Cf. Liv. I. 50. Plin. ep. VII. 15. de Inv. I. 3. Quod autem sequitur *a nobis* de Accio simul et Tullio dicitur; esset enim, si de se tantum ipso a Tullio diceretur, absurdum. Legendum *inter nos*, ut habet codex meus.» GAR. 2.)

nobis, sed quid oporteat dici, consideretis. Agitur enim in criminibus A. Cluentii proprium periculum, in invidia causa communis. Quam ob rem alteram partem causae sic agemus, ut vos doceamus: alteram sic, ut oremus. In altera diligentia vestra nobis adiungenda est: in altera fides imploranda. Nemo est enim, qui invidiae sine vestro [ac sine] talium virorum subsidio possit resistere. 4. Equidem quod ad me attinet, quo me vertam nescio. Negem fuisse illam infamiam iudicii corrupti? negem esse illam rem agitatam in contionibus? iactatam in iudiciis? commemoratam in senatu? evellam ex animis hominum tantam opinionem? tam penitus insitam? tam vetustam? Non est nostri ingenii: vestri auxilii est, iudices, huius innocentiae sic in hac calamitosa fama, quasi in aliqua perniciosissima flamma atque in communi incendio subvenire. II. 5. Etenim sicut aliis in locis parum firmamenti et parum virium veritas habet: sic in hoc loco falsa invidia imbecilla esse debet. Dominetur in contionibus; iaceat in iudiciis: valeat in opinionibus ac sermonibus imperitorum; ab ingeniis prudentium repudietur: vehementes habeat repentinos impetus; spatio interposito et causa cognita consenescat. Denique illa definitio iudiciorum aequorum, quae nobis a maioribus tradita est, retineatur: ut in iudiciis et sine invidia culpa plectatur et sine culpa invidia ponatur. 6. Quam ob rem a vobis, iudices, antequam de ipsa causa dicere incipio, haec postulo: primum, id quod aequissimum est, ut ne quid huc praeiudicati afferatis. Etenim non modo auctoritatem, sed etiam nomen iudicum amittemus, nisi hic ex ipsis causis iudicabimus, si ad causas iudicia iam facta domo deferemus. Deinde si quam opinionem iam vestris mentibus comprehendistis, si eam ratio convellet, si oratio labefactabit, si denique veritas extorquebit: ne repugnetis eamque animis vestris aut libentibus aut aequis remittatis. Tum autem, cum ego una quaque de re dicam et diluam, ne ipsi, quae contraria sint, taciti cogitationi vestrae subiiciatis, sed ad extremum exspectetis meque meum dicendi ordinem servare patiamini: cum peroraro,

---

2. *Cluenti* P. — *in* ante v. *invidia* om. T F M A. — 5. *vestro, sine talium* Classen p. 147. coll. Cic. p. Quinctio §. 53. 81. p. Rosc. Am. §. 54. Divin. in Caec. §. 51.; *sine vestro talium* Halmius cum Gar. 2. coll. de Orat. II. §. 364. de domo sua §. 3. — 6. *Equidem -- corrupti* Quintilianus IX. 2, 49.; *Equidem quo me vertam, iudices, nescio* Martianus Capella (V. §. 523.) p. 427. ed. Capp. («quod vehementer probo; adiecto enim *iudices* aures implentur meae; omisso non item.» Gar. 2.); *Equidem quo me vertam, iudices, nescio. Negemus fuisse illam rem* Aquila Romanus *de fig. sent.* §. 10.; *Quo me vertam nescio* Anecd. Paris. ed. Eckstein p. 6. v. 29. — 7. *illam* om. Quintilianus. — *iudici* P. — 8. *esse* om. ℒ O. — *contionibus* P S. Cf. v. 15. §. 2. — 9. *evellere* cum Car. Stephano L. — 10. *Non -- aux. est* Quintilianus IX. 3, 81. — *est* om. Quintilianus. — 11. *sic -- flamma* Quintilianus IX. 3, 75. — 12. *perniliosissima* S. — 13. *etenim -- esse debet* Anecd. Paris. p. 9. v. 23. — *parum* ante v. *firmamenti* om. Anecd. Paris. — *veritas* P S T M L O: *falsitas* F A ℒ. — 14. *in* om. Anecd. Paris. — *Dominetur -- iudiciis* Quintilianus IX. 2, 51. — 15. *contionibus* S. Cf. v. 8. — 16. *vehementis* S T. — 17. *repentinosque* S (corr. m. 2.) F A. — 19. *ut et sine* (om. *in iud.*) -- *ponatur* Quintilianus IX. 3, 85. — 20. *ponatur*] *puniatur* S T. — $\overset{d}{a}$ in S superscr. est. — 22. *huc*] *huic* S T. Cf. §. 142. — 24. *si* S T: *ac* $\overset{li}{si}$ R A L ℒ O. Fort. *sed*. — *referemus* S; *referemus* T. — 26. *ratio* F M A ℒ. — 27. *lubentibus* (ex *lubentibus*) S. — 29. *sint* P S: om. T; *sunt* R A L ℒ O. — *subiciatis* S. — *ad* om. S T. — *expectetis* S. — 30. *meque* P: *me* S T; *et me* F M A L ℒ O. — *peroraro tum* P S L ℒ O: *per ... tum* T; *peroratum erit* F A; *peroraro* (om. *tum*) M.

tum, si quid erit praeteritum, animo requiratis. III. 7. Ego me, iudices, ad eam causam accedere, quae iam per annos octo continuos ex contraria parte audiatur atque ipsa opinione hominum tacita prope convicta atque damnata sit, facile intelligo: sed, si qui mihi deus vestram ad me audiendum benevolentiam conciliarit, efficiam profecto ut intelligatis, nihil esse homini tam timendum quam invidiam, nihil innocenti suscepta invidia tam optandum quam aequum iudicium, quod in hoc uno denique falsae infamiae finis aliqui atque exitus reperiatur. Quam ob rem magna me spes tenet, si quae sunt in causa explicare atque omnia dicendo consequi potuero, hunc locum consessumque vestrum, quem illi horribilem A. Cluentio ac formidolosum fore putaverunt, eum tandem eius fortunae miserae multumque iactatae portum ac perfugium futurum. 8. Tametsi permulta sunt, quae mihi, antequam de causa dico, de communibus invidiae periculis dicenda esse videantur: tamen, ne diutius oratione mea suspensa exspectatio vestra teneatur, aggrediar ad crimen cum illa deprecatione, iudices, qua mihi saepius utendum esse intelligo, sic ut me audiatis, quasi hoc tempore haec causa primum dicatur, sicuti dicitur, non quasi saepe iam dicta et numquam probata sit. Hodierno enim die primum veteris istius criminis diluendi potestas est data: ante hoc tempus error in hac causa atque invidia versata est. Quam ob rem dum multorum annorum accusationi breviter dilucideque respondeo, quaeso ut me, iudices, sicut facere instituistis, benigne attenteque audiatis.

IV. 9. Corrupisse dicitur A. Cluentius iudicium pecunia, quo inimicum innocentem, Statium Albium, condemnaret. Ostendam, iudices, primum, quoniam caput illius atrocitatis atque invidiae fuit, innocentem pecunia circumventum, neminem umquam maioribus criminibus, gravioribus testibus esse in iudicium vocatum; deinde ea de eo praeiudicia esse facta ab ipsis iudicibus, a quibus condemnatus est, ut non modo ab isdem, sed ne ab aliis quidem ullis absolvi ullo modo posset. Cum haec docuero, tum illud ostendam, quod maxime requiri intelligo, iudicium illud pecunia esse tentatum non a Cluentio, sed contra Cluentium, faciamque ut intelligatis, in tota illa causa quid res ipsa tulerit, quid error affinxerit, quid invidia conflarit.

10. Primum igitur illud est, ex quo intelligi possit, debuisse Cluen-

---

1. *animo*] *a me* L𝔏. («Neque *a me* neque *animo* adesse velim; satis est *requiratis*. Certe causa perorata testes interrogabantur, non defensor. Suspicor *a me* esse glossam ad v. *praeteritum*, deinde *animo* subiectum ex praecedente *cogitatione*.» Gar. 2.) — *Ego me -- efficiam profecto* Iulius Rufinianus *de fig. sent.* §. 13. — 3. *auditur* A. — *opinionibus* T. — *coniuncta* (littera *n* expuncta, ut sit *conuicta*) S; *conuincta* TF. — 4. *si qui* PS (m. pr.) TO: *si quis* RAL𝔏. — 5. *beniuolentiam* 𝔄A ubique. — 7. *aecum iudicium* P, qui in his verbis desinit. — 8. *uno* om. L. — *aliqui* TM: *aliquis* RAL𝔏O. — 9. *si quae* ST: *si ea quae* RAL𝔏O. — 11. *ac*] *atque* T. — 13. *dico* STFMA: *dicam* L𝔏O. — 15. *expectatio* S. — *adgredior ad crimen* Arusianus Messius p. 212. ed. Lindem. — 18. *dicitur*] *dicatur* S; *dicatur* T. — *nunquam* S. — 19. *istius*] *ipsius* ST. — 22. *sicut* ST: *siculi* RAL𝔏O. — 24. *inimicum* ST: *inimicum suum* RAL𝔏O. — 26. *primum, neminem maioribus cr., gr. testibus in iud. vocatum quam Oppianicum; deinde, praeiudicia esse facta ab ipsis iudicibus, a quibus c. sit; postremo, iudicium pecunia temptatum non pro Cluentio, sed contra Cluentium* Quintilianus IV. 5, 11. — *illius caput* ST. — 30. *iisdem* S, et sic plerumque. — 32. *temptatum* S; *contemptum* T. — 35. *est*] *erit* L.

tium magno opere causae confidere, quod certissimis criminibus et testibus fretus ad accusandum descenderit. Hoc loco faciendum mihi, iudices, est, ut vobis breviter illa, quibus Albius est condemnatus, crimina exponam. Abs te peto, Oppianice, ut me invitum de patris tui causa dicere existimes, adductum fide atque officio defensionis. Etenim tibi si in praesentia [satis facere] non potuero, tamen multae mihi ad satis faciendum reliquo tempore facultates dabuntur: Cluentio nisi nunc satis fecero, postea mihi satis faciendi potestas non erit. Simul et illud quis est, qui dubitare debeat, contra damnatum et mortuum pro incolumi et pro vivo dicere? cum illi, in quem dicitur, damnatio omne ignominiae periculum iam abstulerit, mors vero etiam doloris, hic autem, pro quo dicimus, nihil possit offensionis accipere sine acerbissimo animi sensu ac molestia et sine summo dedecore vitae et turpitudine? 11. Atque ut intelligatis Cluentium non accusatorio animo, non ostentatione aliqua aut gloria adductum, sed nefariis iniuriis, quotidianis insidiis, proposito ante oculos vitae periculo, nomen Oppianici detulisse, paulo longius exordium rei demonstrandae petam; quod quaeso, iudices, ne moleste patiamini: principiis enim cognitis multo facilius extrema intelligetis.

V. A. Cluentius Habitus fuit, pater huiusce, iudices, homo non solum municipii Larinatis, ex quo erat, sed etiam regionis illius et vicinitatis virtute, existimatione, nobilitate facile princeps. Is cum esset mortuus Sulla et Pompeio consulibus, reliquit hunc annos XV natum, grandem autem et nubilem filiam, quae brevi tempore post patris mortem nupsit A. Aurio Melino, consobrino suo, adolescenti in primis, ut tum habebatur, inter suos et honesto et nobili. 12. Cum essent eae nuptiae plenae dignitatis, plenae concordiae, repente est exorta mulieris importunae nefaria libido, non solum dedecore, verum etiam scelere coniuncta. Nam Sassia, mater huius Habiti: mater enim a me in omni causa, tametsi in hunc hostili odio et crudelitate est, mater, inquam, appellabitur, neque umquam illa ita de suo scelere et immanitate audiet, ut naturae nomen amittat: quo enim est ipsum nomen amantius indulgentiusque maternum, hoc illius matris, quae multos iam annos et nunc cum maxime filium interfectum cupit, singulare scelus maiore odio

3. *Albinus* S. — *est condemnatus* 𝔄 A: *condemnatus est* L 𝔏 O. — 6. *satis facere* om. S T. Conf. §. 51. Spengel *Allgem. Schulzeitung* 1831. II. p. 468. — 7. *nisi*] *ni* S T. — 10. *et pro vivo* S T F M A: *et vivo* L 𝔏 O. — 11. «Quidam docti legi volunt *dolorem.*» Lamb. — *hic -- dicimus -- accipere* S T: *huic -- dicitur -- accedere* R A L 𝔏 O. (*accidere* L.) — 13. *molestia* S T: *dolore* R A L 𝔏 O. — *et turp.* S T: *ac turp.* R A L 𝔏 O. — 15. *adductum* om. T. — *cotidianis* S. — 16. *paulo longius -- intelligetis* Quintil. IV. 1, 79. — 17. *petam* 𝔄 A: *repetam* cum Quintiliano L 𝔏 O. Cf. §. 58. p. Caecina §. 10. — 20. *A. Cluentius -- princeps* Quintilianus IV. 2, 130. (cf. IV. 2, 16. XI. 3, 162.) — *Habitus* S T F M A et Quintilianus: *Avitus* L 𝔏 O. Sic ubique. — *iudices* om. T. — 21. *etiam*] *et* F; om. Quintilianus. — 22. *facile* om. S T et Quintilianus. Cf. Cic. p. Rosc. Am. §. 13. Verr. Accus. I. §. 64. — 23. *Sylla* S T M A L 𝔏. Cf. §. 94. — 24. *nobilem* M. — 26. *eae* S: *hae* R A L 𝔏 O. — 29. *convicta* 𝔏. — *nam si Asia huius mater habiti* Arusianus Messius p. 248. ed. Lindem. — *abiti* S. — *mater enim -- adpellabitur* Quintilianus Declam. CCCLXXXVIII. p. 790. ed. Burm. — *in omni causa* S T L: *nominis causa* R A 𝔏 O; om. Quintilianus. — 31. *ita* om. F M A. — 32. *est* om. M. — 33. *et filium et hunc cum maxime filium interfectum cupit* («pro *cupivit*») Incertus de orthographia p. 2780. — 34. *cupiat* F A.

dignum esse ducetis: — ea igitur mater Habiti, Melini illius adolescentis, generi sui, contra quam fas erat, amore capta, primo, neque id ipsum diu, quoquo modo poterat, in illa cupiditate continebatur; deinde ita flagrare coepit amentia, sic inflammata ferri libidine, ut eam non pudor, [non pudicitia,] non pietas, non macula familiae, non hominum fama, non filii dolor, non filiae maeror a cupiditate revocaret. 13. Animum adolescentis, nondum consilio ac ratione firmatum, pellexit iis omnibus rebus, quibus illa aetas capi ac deleniri potest. Filia, quae non solum illo communi dolore muliebri in eius modi viri iniuriis angeretur, sed nefarium matris pellicatum ferre non posset, de quo ne queri quidem se sine scelere posse arbitraretur, ceteros sui tanti mali ignaros esse cupiebat: in huius amantissimi sui fratris manibus et gremio maerore et lacrimis consenescebat. 14. Ecce autem subitum divortium, quod solatium malorum omnium fore videbatur. Discedit a Melino Cluentia, ut in tantis iniuriis non invita, ut a viro non libenter. Tum vero illa egregia et praeclara mater palam exsultare laetitia, triumphare gaudio coepit: victrix filiae, non libidinis, diutius suspicionibus obscuris laedi famam suam noluit: lectum illum genialem, quem biennio ante filiae suae nubenti straverat, in eadem domo sibi ornari et sterni expulsa atque exturbata filia iubet. Nubit genero socrus nullis auspicibus, nullis auctoribus, funestis ominibus omnium. VI. 15. O mulieris scelus incredibile et praeter hanc unam in omni vita inauditum! o libidinem effrenatam et indomitam! o audaciam singularem! nonne timuisse, si minus vim deorum hominumque famam, at illam ipsam noctem facesque illas nuptiales? non limen cubiculi? non cubile filiae? non parietes denique ipsos, superiorum testes nuptiarum? Perfregit ac prostravit omnia cupiditate ac furore: vicit pudorem libido, timorem audacia, rationem amentia. 16. Tulit hoc commune dedecus familiae, cognationis, nominis graviter filius; augebatur autem eius molestia quotidianis querimoniis et assiduo fletu sororis: statuit tamen nihil sibi in tantis iniuriis ac tanto scelere matris gravius esse faciendum, quam ut illa ne uteretur, ne, quae videre sine summo animi dolore non poterat, ea, si matre uteretur, non solum videre, verum etiam probare suo iudicio putaretur.

---

1. *ducetis*] *iudicabitis* S. — 2. *neque*] *quo modo* T. — 3. *cupiditate*] *civitate* S pr. m. — *continebat* S T. Fort. *in illa cupiditate se continebat*. Cf. de lege agr. II. §. 97. Parad. III. §. 21. — 4. *inflammata*] *effrenata* Gar. 2. — 5. *non pudicitia* om. S T. Cf. Bakium ad Cic. de Legg. I. §. 50. p. 418.— 6. *dolor* (superscr. m. 2. *pudor*) S. — 7. *perlexit* M. — *his* S. — 8. *deleniri* M O: *deliniri* S T F A L 𝔏. — 9. *sed nefarium -- arbitraretur* Arusianus Messius p. 257. ed. Lindem. — 10. *se sine scelere* S T et Arusianus: *sine scelere se* R A L 𝔏 O. — 11. *posse* om. Arusianus. — 15. *ut a*] *at a* M. — *et* S T: *ac* F M A L 𝔏 O.— 16. *laetitia* S T: *laetitia ac* R A L 𝔏 O. — 17. *libidinis diutius* S T: *libidinis. Itaque diutius* R A L 𝔏 O. Vid. Spengel l. l. p. 468. — 20. *Nubit -- omnium* Quintilianus IV. 2, 121.; Iulius Victor p. 247. v. 35 sq. ed. nostrae; Schol. Lucani II. 371., qui desinit in v. *auspicibus*. — *auspiciis* S. — *omnibus* F M. — 21. *omnium* om. A. — *O mulieris -- nuptiarum* Quintilianus IV. 2, 105. — *hanc causam unam* S T. — 23. *nonne* S T F, Quintiliani codices optimi: *non me* M; *non* A L 𝔏 O. Cf. Lachmann ad Lucret. p. 74.— *timuisti* S T. — 25. *cubiculi*] *cubilis* T. — 26. *ac f.*] *et f.* F M. — *vicit -- amentia* Quintilianus IX. 3, 62. 77. 81. Diomedes p. 439. — 27. *Non tulit* M. — 28. *dedecus* S T: *dedecus iam* F M A L 𝔏 O. — 29. *modestia* T. — 30. *esse* S T L: om. R A 𝔏 O. — 31. *illa* S T: *illa matre* R A L 𝔏 O. — *ne quae* cum Garatonio O: *namque* S T; *ne quam* R A L 𝔏. — 32. *ne ea* T. — *verum* S T: *sed* R A L 𝔏 O. — *putaretur*] *videretur* F.

17. Initium quod huic cum matre fuerit simultatis, audistis. Pertinuisse hoc ad causam tum, cum reliqua cognoveritis, intelligetis. Nam illud me non praeterit, cuiuscumque modi sit mater, tamen in iudicio filii de turpitudine parentis dici vix oportere. Non essem ad ullam causam idoneus, iudices, si hoc, quod in communibus hominum sensibus atque in ipsa natura positum atque infixum est, id ego, qui ad hominum pericula defendenda adiungerer, non viderem. Facile intelligo, non modo reticere homines parentum iniurias, sed etiam animo aequo ferre oportere. Sed ego ea, quae ferri possunt, ferenda, quae taceri, tacenda esse arbitror. 18. Nihil in vita vidit calamitatis A. Cluentius, nullum periculum mortis adiit, nihil mali timuit, quod non totum a matre esset conflatum et profectum. Quae hoc tempore sileret omnia atque ea, si oblivione non posset, tamen taciturnitate sua tecta esse pateretur: sed vero sic agitur, ut prorsus reticeri nullo modo possit. Hoc enim ipsum iudicium, hoc periculum, illa omnis testium copia, quae futura est, a matre initio est adornata, a matre hoc tempore instruitur atque omnibus eius opibus et copiis comparatur. Ipsa denique nuper Larino huius opprimendi causa Romam advolavit: praesto est mulier audax, pecuniosa, crudelis; instituit accusatores, instruit testes, squalore huius et sordibus laetatur, exitium exoptat, sanguinem suum profundere omnem cupit, dummodo profusum huius ante videat. Haec nisi omnia perspexeritis in causa, temere a nobis illam appellari putatote: sin erunt et aperta et nefaria, Cluentio ignoscere debebitis, quod haec a me dici patiatur: mihi ignoscere non deberetis, si tacerem.

VII. 19. Nunc iam summatim exponam, quibus criminibus Oppianicus damnatus sit, ut et constantiam A. Cluentii et rationem accusationis perspicere possitis. Ac primum causa accusandi quae fuerit, ostendam, ut id ipsum A. Cluentium vi ac necessitate coactum fecisse videatis. 20. Cum manifesto venenum deprehendisset, quod vir matris Oppianicus ei paravisset, et res non coniectura, sed oculis ac manibus teneretur, neque in causa ulla dubitatio posset esse, accusavit Oppianicum. Quam constanter et quam diligenter, postea dicam: nunc hoc scire vos volui, nullam huic aliam accusandi causam fuisse, nisi uti propositum vitae periculum et quotidianas capitis insidias hac una ratione vitaret. Atque ut intelligatis, iis accusatum esse criminibus Oppianicum, ut neque accusator timere neque reus sperare debuerit, pauca vobis illius iudicii

---

1. *audivistis* A L. — 2. *tum* S T L: *tunc* F M A 𝔏 O. — 3. *cuiuscumque modi* S T: *cuiusmodicumque* F M A L 𝔏 O. — *sit mater* S T: *mater sit* R A L 𝔏 O. — 6. *in* ante v. *ipsa* om. S T. — *qui* S T F M A: *quum* L 𝔏 O. — *hominum* S T: *animum* F M; *amici* A L 𝔏 O. Cf. c. 19. §. 54. c. 57. §. 157. — 6. *defendenda* S T: *depellenda* R A L 𝔏 O. Cf. §. 157. — *adiungerer* S T: *adhiberer* R A L 𝔏 O; *adcingerer* Halmius. — 8. *animo etiam* T pr. m. — 9. *ego* om. T pr. m. — 12. *profectum* S T M A 𝔏: *perfectum* F L O. — 14. *sed vero* S T F A: *sed ea vero* M L 𝔏 O. Cf. Verr. Accus. V. §. 14. — *agitur* S F A: *agit* T M L 𝔏 O. — *reticeri* S T: *reticere* R A L 𝔏 O. — 15. *illa* Madvigius (Append. disp. de Asconio p. 49 sq.): *illa accusatio* 𝔄 A 𝔏 O; *haec accusatio* L. — 18. *huius opprimendi causa -- hominem ac minis* (§. 24.) habet P. — 19. *instruit accusatores* F L 𝔏. — 22. *prospexeritis* F. — 23. *sin* P S T: *sin autem* F M A L 𝔏 O. — *debebitis* P: *debetis* R L 𝔏 O; *deberetis* A. — 27. *fuerat* T. — 28. *ac* P S T M: *et* F A L 𝔏 O. — 30. *ac*] *et* S T. — *retineretur* S T. — 32. *volui vos* S T. — 33. *huic*] *hinc* T. — *uti*] *ut* S T. — 34. *evitaret* S T. — 35. *iis* cum P. Manutio L O: *his* 𝔄 A 𝔏. Cf. §. 49. — 36. *timeret* S T. — *debuerit*] *potuerit* S T.

crimina exponam: quibus cognitis nemo vestrum mirabitur, illum diffidentem rebus suis ad Staienum atque ad pecuniam confugisse.

21. Larinas quaedam fuit Dinaea, socrus Oppianici, quae filios habuit M. et N. Aurios et Cn. Magium et filiam Magiam, nuptam Oppianico. M. Aurius adolescentulus bello Italico captus apud Asculum in Q. Sergii senatoris, eius qui inter sicarios damnatus est, manus incidit et apud eum in ergastulo fuit. N. autem Aurius, frater eius, mortuus est heredemque Cn. Magium fratrem reliquit. Postea Magia, uxor Oppianici, mortua est; postremo unus, qui reliquus erat Dinaeae filius, Cn. Magius est mortuus. Is heredem fecit illum adolescentem Oppianicum, sororis suae filium, eumque partiri cum Dinaea matre iussit. Interim venit index ad Dinaeam neque obscurus neque incertus, qui nuntiaret ei filium eius, M. Aurium, vivere et in agro Gallico esse in servitute. 22. Mulier amissis liberis cum unius recuperandi filii spes esset ostentata, omnes suos propinquos filiique sui necessarios convocavit et ab eis flens petivit, ut negotium susciperent, adolescentem investigarent, sibi restituerent eum filium, quem tamen unum ex multis fortuna reliquum esse voluisset. Haec cum agere instituisset, oppressa morbo est. Itaque testamentum fecit eius modi, ut illi filio HS cccc milia legaret, heredem institueret eundem illum Oppianicum, nepotem suum. Atque iis diebus paucis est mortua. Propinqui tamen illi, quem ad modum viva Dinaea instituerant, ita mortua illa ad investigandum M. Aurium cum eodem illo indice in agrum Gallicum profecti sunt. VIII. 23. Interim Oppianicus, ut erat, sicuti ex multis rebus reperietis, singulari scelere et audacia, per quendam Gallicanum, familiarem suum, primum illum indicem pecunia corrupit, deinde ipsum M. Aurium non magna iactura facta tollendum interficiendumque curavit. Illi autem, qui erant ad propinquum investigandum et recuperandum profecti, litteras Larinum ad Aurios, illius adolescentis suosque necessarios mittunt, sibi difficilem esse investigandi rationem, quod intelligerent indicem ab Oppianico esse corruptum. Quas litteras

---

1. *diffidentem rebus suis* Arusianus Messius p. 225. ed. Lindem. — 2. *Staienum* F (sine dubio etiam P, ex quo ad hanc §. nihil enotavit Peyronus; cf. §. 74.) O: *Scaienum* S T; *Scalenum* A; *Stalenum* M L 𝔏. Cf. §. 55. 65. — 3. *Dinaea* P (constanter) T: *Dianea* S; *Dinea* R A L 𝔏 O. Cf. v. 11.— 4. *M. et N. Aurios* P sec. m. L: *M. N. Aurius* P pr. m.; *M. Aurium et Numerium Aurium* S T; *Marcum* (s. *M.*) *et Numerium Aurios* F M A 𝔏 O. — *Cn.*] *Numerium* S T; item v. 8. et 9. — 5. *In Q. Sergi senatoris manus incidit et apud eum fuit in ergastulo* Schol. Lucani II. 95. — *Q.*] *Quinti* S. — *Sergi* S T M. — 7. *in ergastulo fuit* P: *fuit in ergastulo* R A L 𝔏 O. — *N.* P: *Numerius* S A L 𝔏 O. — 8. *fratrem* P S T: *fratrem suum* R A L 𝔏 O. — *reliquid* P. — 9. *postremo*] *postea* P pr. m. — *Dinae* P; *Dianeae* S. Cf. v. 3. — 10. *mortuus est* S T. — *heredem fecit* P S T: *fecit heredem* R A L 𝔏 O. — *adolescentulum* S L. — 11. *filium suae* S T. — *Dinaea*] Hinc S quoque constanter hanc formam exhibet. — *Interim venit*] *intervenit* S T. — *venit index ad Dineam matrem neque -- esse in servitute* Iulianus Severianus p. 340. ed. Capp. — 14. *recuperandi filii* S T, *reciperandi fili* P: *filii recuperandi* R A L 𝔏 O. — *omnesque* T. — 15. *eis* P: *iis* M 𝔏 O; *his* S T F A L. — *petiit* L. — 17. *tamen* P S T M O: *tantum* F A 𝔏; *tum* L. — 19. *HS CCCC milia* P O: *quadraginta milia* S T; *XL milia* F A; *CCCCLIIII* M; *HS ccccIↄↄↄↄ millia* L 𝔏. — 20. *iis* cum Garatonio O: *his* 𝔄 A L 𝔏. «Fuitne *illis?*» Or. Cf. §. 37. 108. p. Caecina §. 19. — *mortua est* S T. — 21. *instituerat* T. — 22. *vestigandum* S T. — *M.* S T: om. R A L 𝔏 O. — 23. *sunt* om. S pr. m. — 24. *sicut* S T. — *ex multis* P: *multis ex* R A L 𝔏 O. — *singularis* F M. — 26. *M.* nos: om. ceteri. — 28. *adolescentis* P S T: *adolescentis propinquos* R A L 𝔏 O. — 30. *quod*] *cum* S T.

A. Aurius, vir fortis et experiens et domi nobilis et M. illius Aurii perpropinquus, in foro palam multis audientibus, cum adesset Oppianicus, recitat et clarissima voce se nomen Oppianici, si interfectum M. Aurium esse comperisset, delaturum esse testatur. 24. Interim brevi tempore illi, qui erant in agrum Gallicum profecti, Larinum revertuntur: interfectum esse M. Aurium renuntiant. Animi non solum propinquorum, sed etiam omnium Larinatium odio Oppianici et illius adolescentis misericordia commoventur. Itaque cum A. Aurius, is qui antea denuntiarat, clamore hominem ac minis insequi coepisset, Larino profugit et se in castra clarissimi viri, Q. Metelli, contulit. 25. Post illam autem fugam, sceleris et conscientiae testem, [numquam se iudiciis, numquam legibus,] numquam inermum se inimicis committere ausus est, sed per illam L. Sullae vim atque victoriam Larinum in summo timore omnium cum armatis advolavit; quattuorviros, quos municipes fecerant, sustulit; se a Sulla et tres praeterea factos esse dixit et ab eodem sibi esse imperatum, ut A. Aurium illum, qui sibi delationem nominis et capitis periculum ostentarat, et alterum A. Aurium et eius L. filium et Sex. Vibium, quo sequestre in illo indice corrumpendo dicebatur esse usus, proscribendos interficiendosque curaret. Itaque illis crudelissime interfectis non mediocri ab eo ceteri proscriptionis et mortis metu tenebantur. His rebus in causa iudicioque patefactis quis est, qui illum absolvi potuisse arbitretur? IX. Atque haec parva sunt: cognoscite reliqua, ut non aliquando condemnatum esse Oppianicum, sed aliquamdiu incolumem fuisse miremini.

26. Primum videte hominis audaciam. Sassiam in matrimonium ducere, Habiti matrem, illam, cuius virum A. Aurium occiderat, concupivit. Utrum impudentior hic, qui postulet, an crudelior illa, si nubat, difficile dictu est: sed tamen utriusque humanitatem constantiamque cognoscite. 27. Petit Oppianicus, ut sibi Sassia nubat, et id magno opere contendit. Illa autem non admiratur audaciam, non impudentiam aspernatur, non denique illam Oppianici domum, viri sui sanguine redundantem, reformidat, sed quod haberet ille tres filios, idcirco se ab iis nuptiis abhorrere respondit. Oppianicus, qui pecuniam Sassiae concupivisset, domo

---

1. *A.* om. P S T. — *nobilis et M.* P S T F M A: *nobilis M.* L 𝔏 O. — *Auri* P. — *perpropinquus* T: *perpropinquos* P; *propinquus* R A L 𝔏 O. — 2. *multis* P S T: om. R. — 3. *se voce* F A. — 4. *esse* P S T: om. R A L 𝔏 O. — 5. *agrum Gallicum*] *Galliam* S T. — *interfectum*] *et interfectum* S T. — 6. *nuntiant* S T. — 8. *cum A. Aurius is* O: *CVM MAVRIVS IS* P; *cum Aurius is* S; *cum is* omisso nomine T; *cum A. Aurius* (om. *is*) R A L 𝔏. — 9. *nimis* S. — 10. *illam autem fugam* S T: *illam fugam autem* F M A L; *illam fugam et* 𝔏 O. — 11. *numquam se -- legibus* om. S T. — 12. *inermum* M: *inermem* S T F A L 𝔏 O. Cf. p. Caecina §. 33. — *se* S T: om. R A L 𝔏 O. — 13. *cum armatis*] «Consuetudo auresque postulant: *cum armatis hominibus.*» Gar. 2. — 14. *substulit* S. — 15. *tres praeterea* S T: *alios praeterea tres* R A L 𝔏 O. Cf. Madvigium ad Cic. de Fin. p. 39. (*tris* v. c. in mg. 𝔏.) — *impetratum* S. — 16. *A.* Halmius: om. ceteri. — 17. *A.* Mommsenius: om. ceteri. — *et eius Lucium filium* S T: *et eius C. filium* R A 𝔏 O; *et C. eius filium* L. Cf. Madvigium *Opusc.* I. p. 170. — *Vibium* S T L O: *Iubium* F A; *Virium* M; *Virbium* 𝔏. — *quos sequestres* F. — 20. *tenebantur* S T: *terrebantur* F M A L 𝔏 O. — 21. *quis*] *qui* M. — *arbitretur* unus codicum Laurentianorum et Weiskius: *arbitraretur* R A L 𝔏 O. Cf. var. lect. ad p. 481. v. 25. et infra §. 96. 156. — 23. *aliquamdiu*] *aliquando* F. — 25. *A.* om. S T. — 26. *postulat* T. — 27. *dictum* M. — 29. «fort. *demiratur*» mg. 𝔏. — 30. *domum*] *dexteram* Palatt. duo, 𝔏; om. M. Neque *domum* neque *dexteram* satis apta lectio: neque enim in Oppianici domo, neque eius manu interfectus est A. Aurius. Cf. §. 188 sq. — *sanguinem* T. — 31. *ille tres* S T: *tres ille* R A L 𝔏 O. — *se* om. T. — *iis* S: *his* ceteri.

sibi quaerendum remedium existimavit ad eam moram, quae nuptiis afferebatur. Nam, cum haberet ex Novia infantem filium, alter autem eius filius, Papia natus, Teani [Apuli], quod abest a Larino XVIII milia passuum, apud matrem educaretur, arcessit subito sine causa puerum Teano: quod facere nisi ludis [publicis] aut festis diebus antea non solebat. Mater misera nihil mali suspicans mittit. Ille se Tarentum proficisci cum simulasset, eo ipso die puer, hora undecima cum valens in publico visus esset, ante noctem mortuus et postridie, antequam luceret, combustus est. 28. Atque hunc tantum maerorem matri prius hominum rumor, quam quisquam ex Oppianici familia nuntiavit. Illa cum uno tempore audisset, sibi non solum filium, sed etiam exsequiarum munus ereptum, Larinum confestim exanimata venit et ibi de integro funus iam sepulto filio fecit. Dies nondum decem intercesserant, cum ille alter filius infans necatur. Itaque nubit Oppianico continuo Sassia, laetanti iam animo et spe optime confirmato. Nec mirum, quae se non nuptialibus donis, sed filiorum funeribus esse delenitam videret. Ita quod ceteri propter liberos pecuniae cupidiores esse solent, ille propter pecuniam liberos amittere iucundum esse duxit. X. 29. Sentio, iudices, vos pro vestra humanitate his tantis sceleribus breviter a me demonstratis vehementer esse commotos. Quo tandem igitur animo fuisse illos arbitramini, quibus iis de rebus non modo audiendum fuit, verum etiam iudicandum? Vos auditis de eo, in quem iudices non estis, de eo, quem non videtis, de eo, quem odisse iam non potestis, de eo, qui et naturae et legibus satis fecit, quem leges exsilio, natura morte multavit; auditis non ab inimico, auditis sine testibus, auditis, cum ea, quae copiosissime dici possunt, breviter strictimque dicuntur. Illi audiebant de eo, de quo iurati sententias ferre debebant, de eo, cuius praesentis nefarium et consceleratum vultum intuebantur, de eo, quem omnes oderant propter audaciam, de eo, quem omni supplicio dignum esse ducebant; audiebant ab accusatoribus, audiebant verba multorum testium; audiebant, cum una quaque de re a P. Cannutio, homine eloquentissimo, graviter et diu diceretur. 30. Et est quisquam, qui, cum haec cognoverit, suspicari possit, Oppianicum iudicio oppressum et circumventum esse innocentem?

---

2. *infantem*] *ne ante* M; om. F. — 3. *Pappia* S T A L 𝔏. — *Teani Apuli* M A O: *Theani Appuli* L 𝔏; *Teanopuli* F; *Teano* S T. Arusianus Messius v. *abest tot milia* p. 245. ed. Lindem.: *in eo* (ex *teano* vel *teani*) *quod est ab Larino XVIII milia passuum.* — *ab* M; om. L. Alterutram lectionem firmat Arusianus, qui scripsit vel *quod abest Larino* vel *quod abest ab Larino.* — 4. *accersit* S T. — 5. *Theano* L 𝔏. — *publicis* om. S T. — 6. *misera nihil mali* S T: *nihil mali misera* R A L 𝔏 O. — 7. *hora undecim cum valens in publico* S T: *cum h. und. in p. valens* R A L 𝔏 O. — 8. *post* (sic) *noctem* -- *combustus est* Curius Fortunatianus p. 94. ed. Capp. — *lucesceret* Fortunatianus, «i. e. lucere inciperet, quod verbum celeritati huius facti mirifice convenit.» GAR. 2. — 10. *renuntiavit* M 𝔏 O. — 15. *optime* S T: *optima* R A L 𝔏 O. — *confirmata* L 𝔏. — 16. *esse* S T: om. R A L 𝔏 O. — *delinitam* 𝔄 A L 𝔏. Cf. §. 13. — *ita quod*] *itaque* F M O; *itaque quod* L 𝔏. Cf. §. 190. p. Fonteio §. 30. — 17. *esse solent* S T: *solent esse* R A L 𝔏 O. — 18. *iucundum* S T M L 𝔏: *iucundius* F A O. — 19. *iis* T. — 21. *quibus*] *quis* S. — *iis* S T: *his* F M A L 𝔏 O. — 22. *audistis* S. — 25. *auditis non sine* S. — 26. *breviter* S T: *breviter a me* R A L 𝔏 O. — *de* ante v. *quo* om. S T. Cf. Madvigium ad Cic. de Fin. p. 74. 98. — 28. *omnes* S T: om. R A L 𝔏 O. — 31. *Cannutio* S T A: *Cannuntio* F; *Canutio* M L 𝔏 O. — 32. *dicerentur* F. — *cum*] *non* S pr. m. — 33. *posset* S T.

Acervatim iam reliqua, iudices, dicam, ut ad ea, quae propiora huiusce causae et adiunctiora sunt, perveniam. Vos, quaeso, memoria teneatis, non mihi hoc esse propositum, ut accusem Oppianicum mortuum, sed cum hoc persuadere vobis velim, iudicium ab hoc non esse corruptum, hoc uti initio ac fundamento defensionis, Oppianicum hominem sceleratissimum et nocentissimum esse damnatum: qui uxori suae Cluentiae, quae amita huius Habiti fuit, cum ipse poculum dedisset, subito illa in media potione exclamavit, se maximo cum dolore emori, nec diutius vixit, quam locuta est: nam in ipso sermone hoc et vociferatione mortua est. Et ad hanc mortem repentinam vocesque morientis omnia praeterea, quae solent esse indicia et vestigia veneni, in illius mortuae corpore fuerunt. Eodemque veneno C. Oppianicum fratrem necavit. XI. 31. Neque est hoc satis: tametsi in ipso fraterno parricidio nullum scelus praetermissum videtur, tamen, ut ad hoc nefarium facinus accederet, aditum sibi aliis sceleribus ante munivit. Nam cum esset gravida Auria, fratris uxor, et iam appropinquare partus putaretur, mulierem veneno interfecit, ut una illud, quod erat ex fratre conceptum, necaretur. Post fratrem aggressus est: qui sero, iam exhausto illo poculo mortis, cum et de suo et de uxoris interitu clamaret testamentumque mutare cuperet, in ipsa significatione huius voluntatis est mortuus. Ita mulierem, ne partu eius ab hereditate fraterna excluderetur, necavit: fratris autem liberos prius vita privavit, quam illi hanc a natura lucem accipere potuerunt: ut omnes intelligerent, [nihil ei clausum,] nihil ei sanctum esse posse, a cuius audacia fratris liberos ne materni quidem corporis custodiae tegere potuissent. 32. Memoria teneo, Milesiam quandam mulierem, cum essem in Asia, quod ab heredibus [secundis] accepta pecunia partum sibi ipsa medicamentis abegisset, rei capitalis esse damnatam: nec iniuria, quae spem parentis, memoriam nominis, subsidium generis, heredem familiae, designatum rei publicae civem sustulisset. Quanto est Oppianicus in eadem iniuria maiore supplicio dignus? si quidem illa, cum suo corpori vim attulisset, se ipsa cruciavit, hic autem idem illud effecit per alieni corporis mortem atque cruciatum. Ceteri non videntur in singulis hominibus multa parricidia suscipere posse: Oppianicus inventus est, qui in uno corpore plures necaret. XII. 33. Itaque, cum hanc eius consuetudinem audaciamque cognosset avunculus

---

1. *reliqua iam* S. — *propriora* S T M. — 2. *huiusce* S et haud dubie T (omissa est lectionis varietas apud Classenium): *huius* R A L 𝔏 O. — *in memoria* T pr. m. — 3. *mortuum*] *mortuum hominem* S T. — 7. *Cluentiae* om. T. — *amica* S pr. m. — *fuisset* S T. — *accepto poculo subito in media p. exclamavit* Agroetius p. 2268. — 8. *maxime* M. — *emori* S T: *mori* R A L 𝔏 O. — 9. *in* om. S pr. m. — 10. *repentinam* S T: *tam repentinam* R A L 𝔏 O. — *vocesque* S T L: *vocemque* F M A 𝔏 O. — 11. *in* om. M. — 12. *mortuae* om. T. — *fuerunt corpore* F A. — 16. *Auria*] *Iulia* S T; *Iuria* vel *Uiria* M. — *putaretur* S T: *videretur* R A L 𝔏 O. — 17. *illud quod* S T F A: *illa quod* M; *illa et quod* 𝔏 O. (*una cum illa id quod* L.) — 18. *Post* S T F M A: *postea* L 𝔏 O. — *sero et iam* L. — 22. *a* S T L: *ab* F M A 𝔏 O. — *lucem* S T: *propriam lucem* R A L 𝔏 O. — 23. *nihil ei clausum* om. S pr. m. — *ei sanctum* S pr. m.: *sanctum* (om. *ei*) R A L 𝔏 O. — 24. *a cuius* S T: *cuius* F M A; *cuius ab* L 𝔏 O. — 25. *custodiae t. potuissent* S T: *custodia t. potuisset* R A L 𝔏 O. — 26. *secundis* recte om. S T. — 28. *nec* S T: *neque* R A L 𝔏 O. — 29. *substulisset* S. — 30. *Quanto est - - triumvir constituunt* (§. 38.) habet P. — *Quanto est - - cruciatum* Quintilianus VIII. 4, 11. — *est* om. 𝔏. — *INIVRIAM* P. — 31. *corpore* S. — *ipsam* F A L 𝔏. — 32. *illud* om. F A. — *mortem*] *vim* Quintilianus. Cf. Verr. V. §. 138. — 33. *paricidia* L. — 34. *plures*] *multos* S T. — 35. *eius* om. 𝔏. — *cognosset* P O: *cognoscet* M; *cognosceret* S T F A L 𝔏.

illius adolescentis Oppianici, Cn. Magius, isque, cum gravi morbo affectus esset, heredem illum sororis suae filium faceret, adhibitis amicis, praesente matre sua, Dinaea, uxorem suam interrogavit, essetne praegnas: quae cum se esse respondisset, ab ea petivit, ut se mortuo apud Dinaeam, quae tum ei mulieri socrus erat, quoad pareret, habitaret diligentiamque adhiberet, ut id, quod conceperat, servare et salvum parere posset. Itaque ei testamento legat grandem pecuniam a filio, si qui natus esset: ab secundo herede nihil legat. 34. Quid de Oppianico suspicatus sit, videtis; quid iudicarit, obscurum non est. Nam, cuius filium faceret heredem, eum tutorem liberis non adscripsit. Quid Oppianicus fecerit, cognoscite, ut illum Magium intelligatis longe animo prospexisse morientem. Quae pecunia mulieri legata erat a filio, si qui natus esset, eam praesentem Oppianicus non debitam mulieri solvit, si haec solutio legatorum et non merces abortionis appellanda est. (Quo illa pretio accepto multisque praeterea muneribus,) quae tum ex tabulis Oppianici recitabantur, spem illam, quam in alvo commendatam a viro continebat, victa avaritia sceleri Oppianici vendidit. 35. Nihil posse iam ad hanc improbitatem addi videtur. Attendite exitum. Quae mulier obtestatione viri decem illis mensibus ne domum quidem ullam nisi socrus suae nosse debuit, haec quinto mense post viri mortem ipsi Oppianico nupsit. Quae nuptiae non diuturnae fuerunt: erant enim non matrimonii dignitate, sed sceleris societate coniunctae.

XIII. 36. Quid? illa caedes Asuvii Larinatis, adolescentis pecuniosi, quam clara tum recenti re fuit et quam omnium sermone celebrata! Fuit Avillius quidam Larino perdita nequitia et summa egestate, arte quadam praeditus ad libidines adolescentulorum excitandas accommodata, qui ut se blanditiis et assentationibus in Asuvii consuetudinem penitus immersit, Oppianicus continuo sperare coepit, hoc se Avillio tamquam aliqua machina admota capere Asuvii adolescentiam et fortunas eius patrias expugnare posse. Ratio excogitata Larini est, res translata Romam. Inire enim consilium facilius in solitudine, perficere rem eius modi commodius in turba posse arbitrati sunt. (Asuvius cum Avillio Ro-

---

1. *Cn.*] *Numerius* S T. Cf. §. 21. — *isque cum* P: *is qui* (om. *cum*) T; *isque* R A L ʘ O. — 2. *esset* Halmius: *esset et* ceteri. — *adibitis* (sic) *amicis* P: *amicis adhibitis* R A L ʘ O. — 3. *praegnas* M: *praegnans* ceteri. — 5. *quod adpareret* F M. — 6. *servare et* P: *servaret ut* R A L ʘ O. — *salvom* P. — *parere et posset*, quae Palimpsesto Taurinensi tribuitur lectio, debetur Peyroni operis (vid. Corrigenda a. 1825. seorsum edita): cui errori Klotzius superstruxit coniecturam *parere ut posset* Prooem. ed. alt. p. XVIII. — *possit* S. — 7. *esset*] *erit* S T. Cf. v. 12. — 8. *ab*] *et* P pr. m. — 9. *iudicaverit* S T. — *cuius* P S T: *cum eius* R A L ʘ O. — 10. *tutorem*] *auctorem* F A. — 11. *longe*] *non longe* S T. — 12. *esset*] *erit* S T. Cf. v. 7. — 14. *est* om. T. — 15. *tum*] *cum* S T F. — 20. *post viri*] *postulari* P. — 23. *Asuvii*] *Asui* P; *Asini* M; *Asinii* F A L ʘ O; om. S T. Cf. v. 29. 32. p. 552. v. 9. — *Larinitatis* P. — 24. *tum*] *cum* A ʘ. — *recenti re fuit et quam* P: *fuit recenti quam* S T; *recens fuit quam* A ʘ; *recenti re quam* L; *recenti re fuit quam* F M O. — *quam in omnium* S T. — 25. *Avillius* P S T (constanter): *Aiulius* A L ʘ; *Avilius* F M O. — *Larino* P S T: *Larinas* R A L ʘ O. Cf. Wesenberg ad or. p. Sestio p. 33. (*Larini homo* Halmius.) — *perdito a nequitiam* P. — *arte quadam - - accommodata* Arusianus Messius p. 212. ed. Lindem. — 26. *excercitandas* P. — *accommodata* P (si fides est Peyroni silentio), Arusianus, L ʘ O: *accommodatus* R A. — 27. *absentationibus* T. — *Asui* P; *Asuivi* T M; *Ascii* S; *Asinii* F A L ʘ O. — 29. *Asuvii* M: *Asui* P; *Ascii* S T; *Asinii* F A L ʘ O. — 30. *rome* S. — 31. *inire* P F O: *iniri* S T M L ʘ O. — *consilium* S T F M: *id consilium* P (si fides est Peyroni silentio) A L ʘ O. — *perfici* L ʘ. — *rem* om. M. — 32. *posse se* Mommsenius. — *Asuvius* h. l. P S T M.

mam est profectus.) Hos vestigiis Oppianicus consecutus est. Iam ut Romae vixerint, quibus conviviis, quibus flagitiis, quantis et quam profusis sumptibus, non modo conscio, sed etiam conviva et adiutore Oppianico, longum est dicere mihi, praesertim ad alia properanti. Exitum huius assimulatae familiaritatis cognoscite. 37. Cum esset adolescens apud mulierculam quandam atque, ubi pernoctaret, ibi diem posterum commoraretur, Avillius, ut erat constitutum, simulat se aegrotare et testamentum facere velle. Oppianicus obsignatores ad eum, qui neque Asuvium neque Avillium nossent, adducit et illum Asuvium appellat ipse: testamento Asuvii nomine obsignato disceditur. Avillius ilico convalescit. Asuvius autem brevi illo tempore, quasi in hortulos iret, in arenarias quasdam extra portam Esquilinam perductus occiditur. 38. Qui cum unum iam et alterum diem desideraretur neque in iis locis, ubi ex consuetudine quaerebatur, inveniretur et Oppianicus in foro Larinatium dictitaret, nuper se et suos amicos testamentum eius obsignasse, liberti Asuvii et non nulli amici, quod eo die, quo postremum Asuvius visus erat, Avillium cum eo fuisse et a multis visum esse constabat, in eum invadunt et hominem ante pedes Q. Manlii, qui tum erat triumvir, constituunt; atque illic continuo nullo teste, nullo indice, recentis maleficii conscientia perterritus omnia, ut a me paulo ante dicta sunt, exponit Asuviumque a sese consilio Oppianici interfectum fatetur. 39. Extrahitur domo latitans Oppianicus a Manlio: index Avillius ex altera parte coram tenetur. Hic quid iam reliqua quaeritis? Manlium plerique noratis. Non ille honorem a pueritia, non studia virtutis, non ullum existimationis bonae fructum umquam cogitarat: ex petulanti atque improbo scurra in discordiis civitatis ad eam columnam, ad quam multorum saepe conviciis perductus erat, tum suffragiis populi pervenerat. Itaque rem cum Oppianico transigit, pecuniam ab eo accipit, causam et susceptam et manifestam relinquit. Ac tum in Oppianici causa crimen hoc Asuvianum cum testibus multis, tum vero indicio Avillii comprobabatur: in quo alligatum Oppianici nomen primum esse constabat, eius, quem vos miserum atque innocentem falso iudicio circumventum esse dicitis.

---

1. *secutus* S T. — 2. *quibus conviviis* om. S T A. — 4. *dicere mihi* P S T M: *mihi dicere* F A L ℞ O. — 6. *ubi pernoctaret ibi* P: *ibi pernoctaret ibi* S T; *ibi pernoctaret et ibi* F M A ℞; *ibi pernoctaret et ibidem* L O. — 8. *assignatores* S T. — 9. *Asuium*, sed mox *Asuvium*, P. — *Avilium* h. l. P. — *appellat ipse. Testamento* P: *appellat: ipse testamento* A L ℞ O. — 10. *Asui* P. — *disceditur* P F M: *discedit* S T A L ℞ O. — *ilico* S: *illico* A L ℞ O. — 11. *Asuius* P. — *autem ab Avillio eo tempore* Halmius coll. v. 17. — *iret* glossa videtur Mommsenio. — 12. *harenarias* S T M. — *Exquilinam* T. — *qui cum una re* (*unam* cod. Garatonii) *et alteram diem desideraretur* Arusianus Messius v. *Requiesco illud tempus* p. 258. ed. Lindem. («Aptior erat ei grammatico locus infra c. 64: *unum, alterum, tertium annum Sassia quiescebat.*» Gar. 2.) — 13. *iis*] *his* S T F A L. — *ubi*] *in quibus* F A. — 14. *forum* S T. — 16. *Asuui* P. — *eo die*] *eodem* F; *eodem die* M. — *Asuius* P. — 17. *erat visus* T pr. m. — 18. *Q.* om. S T. — *Manli* P, *Manlii* S T: *Manilii* F M A L ℞ O. — 19. *consistunt* F A. — *illic* S T: *ille* R A L ℞ O. — *recentis* om. S. Cf. Spengel l. l. p. 468. — 21. *a sese* S T: *ab se* F M A L ℞ O. — 22. *Manlio* S T: *Manilio* F M A L ℞ O; item v. 23. — 23. *quid iam* S T: *iam quid* R A L ℞ O. — 25. *ex* S T: *sed ex* R A L ℞ O. — 27. *tum*] *cum* S T. — 28. *rem*] *tum* S T. Malim utrumque abesse. Cf. §. 40. — 29. *et tam manifestam* S T. — *reliquit* S T. — 30. *Avillianum* S T. — *vero* om. F A. — *indicio*] *inditiis* S sec. m. (quid prima habuerit non liquet); *illius* T. — *comprobabatur* M A: *comprobatur* S T F; *probabatur* L ℞ O. — 31. *in quo alligatum* S T: *in quo inter allegatos* F M A ℞ O; *in quo* (deletis verbis *inter allegatos*) L. — 32. *vos* om. T pr. m.

XIV. 40. Quid? aviam tuam, Oppianice, Dinaeam, cui tu es heres, pater tuus non manifesto necavit? ad quam cum adduxisset medicum illum suum, iam cognitum et saepe victorem, [per quem interfecerat plurimos,] mulier exclamat se ab eo nullo modo curari velle, quo curante omnes suos perdidisset. Tum repente Anconitanum quendam, L. Clodium, pharmacopolam circumforaneum, qui casu tum Larinum venisset, aggreditur et cum eo duobus milibus, id quod ipsius tabulis est demonstratum, transigit. L. Clodius cum properaret, cui fora multa restarent, simul atque introductus est rem confecit: prima potione mulierem sustulit, neque postea Larini punctum est temporis commoratus. 41. Eadem hac Dinaea testamentum faciente, cum tabulas prehendisset Oppianicus, qui gener eius fuisset, digito legata delevit et, cum id multis locis fecisset, post mortem eius, ne lituris coargui posset, testamentum in alias tabulas transscriptum signis adulterinis obsignavit. Multa praetereo consulto; etenim vereor ne haec ipsa nimium multa esse videantur. Vos tamen similem sui eum fuisse in ceteris quoque vitae partibus existimare debetis. Illum tabulas publicas Larini censorias corrupisse decuriones universi iudicaverunt. Cum illo nemo iam rationem, nemo rem ullam contrahebat; nemo illum ex tam multis cognatis et affinibus tutorem umquam liberis suis scripsit; nemo illum aditu, nemo congressione, nemo sermone, nemo convivio dignum iudicavit: omnes aspernabantur, omnes abhorrebant, omnes ut aliquam immanem ac perniciosam bestiam pestemque fugiebant. 42. Hunc tamen hominem tam audacem, tam nefarium, tam nocentem, numquam accusasset Habitus, iudices, si id praetermittere suo salvo capite potuisset. Erat huic inimicus Oppianicus: erat, sed tamen erat vitricus: crudelis et huic infesta mater, at mater. Postremo nihil tam remotum ab accusatione quam Cluentius et natura et voluntate et instituta ratione vitae. Sed cum esset haec ei proposita condicio, ut aut iuste pieque accusaret aut acerbe indigneque moreretur, accusare, quoquo modo posset, quam illo modo emori maluit.

43. Atque ut hoc ita esse perspicere possitis, exponam vobis Oppianici facinus manifesto compertum atque deprehensum: ex quo simul utrumque, et huic accusare et illi condemnari, necesse fuisse intelligetis.

---

3. *per quem -- plurimos* delevit L. «Profecto, quamquam omnibus in libris exstant, supposita videntur.» GAR. 2. — 4. *curari velle* S T: *velle curari* R A L ℓ O. — 5. *omnes suos* S T: *suos omnes* R A L ℓ O. — 6. *pharmacopulam* M. — *foranum* S T; *circumforanum* F M. — 7. *duobus milibus*] *duo milia* S T F A, ∞ ∞ M; *HS. quadringentis* L ℓ O. — *ipsius tabulis est* S T: *est ipsius tabulis tum* F A; *ipsius tabulis tum est* M L ℓ O. «Minus recte *tum* hic adesse, satis ex eo patet, quod in hac ipsa periodo bis eadem particula antecessit, tempus veneficii respiciens, nunc repente aliud tempus indicat, quo iudicium de Oppianico factum fuit, ut aut *postea* aut nihil ponere satius fuerit.» GAR. 2. — 8. *cum* S T: *qui* R A L ℓ O. Cf. v. 11 sq. — 11. *facente* S. — *prendisset* A; *prendidisset* S T. — 12. *eius*] *huius* S T. — 13. *possit* S T. — 16. *similem sui eum* S T: *eum similem sui* R A L ℓ O. — *quoque* om. F A ℓ O. — *vitae*] *vitae suae* F A. — 17. *Illum tabulas -- liberis suis scripsit* Quintilianus IX. 3, 38. — 18. *nemo iam* S T: *iam nemo* R A L ℓ O; om. *iam* Quintilianus. — 19. *ex*] *et* S. — 20. *nemo illum aditu, nemo convivio -- aspernabantur* Arusianus Messius p. 216. ed. Lindem. — *auditu* T. — 21. *nemo illum convivio -- fugiebant* Arusianus Messius p. 212. ed. Lindem. — *iudicavit* S T: *iudicabat* ceteri. — 23. *tam* ante v. *audacem* om. T (pr. m.) F. — 24. *permittere* T. — 25. *suo salvo capite* S T: *salvo capite suo* R A L ℓ O. — *erat* ante v. *sed* om. T (pr. m.) F A O. — 26. *at* S T: *attamen* R A L ℓ O. — 28. *ei* S: *illi* F M A L ℓ O; om. T pr. m. — 31. *hoc*] *haec* L ℓ O. — 33. *illi* S T L: *illum* R A ℓ O.

XV. Martiales quidam Larini appellabantur, ministri publici Martis atque ei deo veteribus institutis religionibusque Larinatium consecrati: quorum cum satis magnus numerus esset, cumque item, ut in Sicilia permulti Venerii sunt, sic illi Larini in Martis familia numerarentur, repente Oppianicus eos omnes liberos esse civesque Romanos coepit defendere. Graviter id decuriones Larinatium cunctique municipes tulerunt. Itaque ab Habito petiverunt, ut eam causam susciperet publiceque defenderet. Habitus cum se ab omni eius modi negotio removisset, tamen pro loco, pro antiquitate generis sui, pro eo, quod se non suis commodis, sed etiam suorum municipum ceterorumque necessariorum natum esse arbitrabatur, tantae voluntati universorum Larinatium deesse noluit. 44. Suscepta causa Romamque delata magnae quotidie contentiones inter Habitum et Oppianicum ex utriusque studio defensionis excitabantur. Erat ipse immani acerbaque natura Oppianicus: incendebat eius amentiam infesta atque inimica filio mater Habiti. Magni autem illi sua interesse arbitrabantur, hunc a causa Martialium removeri. Suberat etiam alia causa maior, quae Oppianici, hominis avarissimi [atque audacissimi], mentem maxime commovebat. 45. Nam Habitus usque ad illius iudicii tempus nullum testamentum umquam fecerat: neque [enim] legare quicquam eius modi matri poterat animum inducere, neque testamento nomen omnino praetermittere parentis. Id cum Oppianicus sciret — neque enim erat obscurum —, intelligebat Habito mortuo bona eius omnia ad matrem esse ventura: quae ab sese postea aucta pecunia maiore praemio, orbata filio minore periculo necaretur. Itaque his rebus incensus, qua ratione Habitum veneno tollere conatus sit, cognoscite. XVI. 46. C. et L. Fabricii fratres gemini fuerunt ex municipio Aletrinati, homines inter se cum forma, tum moribus similes, municipum autem suorum dissimillimi (in quibus quantus splendor sit, quam prope aequabilis, quam fere omnium constans et moderata ratio vitae, nemo vestrum, ut mea fert opinio, ignorat. His Fabriciis semper est usus Oppianicus familiarissime. Iam hoc fere scitis omnes, quantam vim habeat ad coniungendas amicitias studiorum ac naturae similitudo. Cum illi ita viverent, ut nullum quaestum esse turpem arbitrarentur, cum omnis ab iis fraus, omnes insidiae circumscriptionesque adolescentium nascerentur, cumque essent vitiis atque improbitate omnibus noti, studiose, ut dixi, ad eorum se familiaritatem multis iam ante annis Oppianicus applicarat. 47. Itaque tum sic statuit per C. Fabricium — nam Lucius erat mortuus — insidias Habito

---

1. *quidem* T. — 2. *ei deo*] *ideo* S; *adeo* T. — 3. *ut* om. F. — 4. *Venerii* M: *Veneri* S T; *Venerei* F A L 𝔏 O. Cf. Wesenberg *Emendatt. Tusc. Disp.* P. III. p. 12 sq. — 7. *que* om. F M A. — 9. *se* om. T. — *non suis* S T: *non solum suis* F A 𝔏; *non suis solum* M L O. Cf. Kritzium ad Vell. Paterc. II. 22, 2. — 10. *municipium* T F. — *necessariorum* om. T. — 11. *tantae*] *antea* S T. — 12. *cotidie* S ubique. — 16. *removeri* S T: *dimovere* A 𝔏; *demovere* F M L O; *demoveri* Klotzius. — 17. *atque audacissimi* om. S pr. m. — 19. *quenquam quicquam eiusmodi matri poterat in animum inducere* Arusianus Messius v. *Inducite in animum* p. 235. ed. Lindem. — *enim* om. S T. — *quicquam* Arusianus: om. ceteri. — 20. *animum* S T F M A: *in animum* Arusianus, L 𝔏 O. — 25. *Fabritii* F M A constanter, S T passim. — 26. *Aletrinati* Priscianus (VII. 14, 70.), L: *Larinati* S T; *Aletrinate* F M A 𝔏 O; *Alacrinate* ed. a. 1472.; *Alatrinati* Halmius. Cf. §. 49. 56. — *cum*] *tum* T. — 30. *est usus* S T: *usus est* R A L 𝔏 O. — 33. *esse turpem* S T: *turpem esse* R A L 𝔏 O. — *iis* S T: *his* F M A L 𝔏 O. — 35. *studiose*] *studio* M. — 37. *Lucius* S: *L.* ceteri.

comparare. Erat illo tempore infirma valetudine Habitus. Utebatur autem medico ignobili, sed spectato homine, Cleophanto: cuius servum Diogenem Fabricius ad venenum Habito dandum spe et pretio sollicitare coepit. Servus non incallidus et, ut res ipsa declaravit, frugi atque integer, sermonem Fabricii non est aspernatus: rem ad dominum detulit: Cleophantus autem cum Habito est collocutus. Habitus statim cum M. Baebio senatore, familiarissimo suo, communicavit: qui qua fide, qua prudentia, qua diligentia fuerit, meminisse vos arbitror. Ei placuit, ut Diogenem Habitus emeret a Cleophanto, quo facilius aut comprehenderetur res eius indicio aut falsa esse cognosceretur. Ne multa: Diogenes emitur: venenum diebus paucis comparatur: multi viri boni cum ex occulto intervenissent, pecunia obsignata, quae ob eam rem dabatur, in manibus Scamandri, liberti Fabriciorum, deprehenditur. 48. Pro di immortales! Oppianicum quisquam his rebus cognitis circumventum esse dicet? XVII. Quis umquam audacior? quis nocentior? quis apertior in iudicium adductus est? (Quod ingenium, quae facultas dicendi, quae a quoquam excogitata defensio huic uni crimini potuit obsistere?) Simul et illud quis est qui dubitet, quin hac re comperta manifestoque deprehensa aut obeunda mors Cluentio aut suscipienda accusatio fuerit?

49. Satis esse arbitror demonstratum, iudices, iis criminibus accusatum esse Oppianicum, uti honeste absolvi nullo modo potuerit. Cognoscite nunc ita reum citatum esse illum, ut re semel atque iterum praeiudicata condemnatus in iudicium venerit. Nam Cluentius, iudices, primum nomen eius detulit, cuius in manibus venenum deprehenderat. Is erat libertus Fabriciorum, Scamander. Integrum consilium: iudicii corrupti nulla suspicio: (simplex in iudicium causa, certa res, unum crimen allatum est.) Hic tum C. Fabricius, is de quo ante dixi, qui liberto damnato sibi illud impendere periculum videret, quod mihi cum Aletrinatibus vicinitatem et cum plerisque eorum magnum usum esse sciebat, frequentes eos ad me domum adduxit. Qui quamquam de homine, sicut necesse erat, existimabant, tamen, quod erat ex eodem municipio, suae dignitatis esse arbitrabantur, eum quibus rebus possent defendere: idque a me ut facerem et ut causam Scamandri susciperem petebant: in qua causa patroni omne periculum continebatur. 50. Ego, qui neque illis talibus viris ac tam amantibus mei rem possem ullam negare neque illud crimen tantum ac tam manifestum esse arbitrarer, sicut ne illi ipsi qui-

---

1. *valitudine* S T F. — 2. *non ignobili* S T. — *servom* S, *servo in* T. — 3. *Diogenen* T M. — *solicitare* S. — 4. *et* S T: *sed* F M A L 𝔏 O. — *res ipsa* S T: *ipsa res* R A L 𝔏 O. — 5. *domum* T. — 6. *collocutus* S T: *locutus* R A L 𝔏 O. — *statim*] *autem statim* F A L 𝔏. — 7. *Bebio* S T; *Baebrio* cum plerisque codicibus A; *Bebrio* L 𝔏 O. Cf. §. 53. — 8. *qua diligentia* S: *quanta diligentia* T; *qua dignitate* R A L 𝔏 O. — 9. *Diogenen* M. — 10. *multa* S T L: *multis* R A 𝔏 O. — 11. *comparatur* S T A 𝔏: om. F M L O. — *ex occulto* om. F. — 12. *pecunia* S T: *pecuniaque* R A L 𝔏 O. — *ob* S T F M A: *ad* L 𝔏 O. — 13. *proh* S T F A. — 14. *esse diceret* T; *dicit esse* F M A 𝔏. — 18. *quin*] *qui in* M. — *manifesteque* S T. Cf. §. 40. 43. — 20. *his* S T F. — 21. *uti* S T: *ut* R A L 𝔏 O. — 22. *illum reum esse citatum* L. — 23. *veniret* S T. Cf. Wesenberg ad or. p. Sestio p. 41. 42. — 26. *unum*] *verum* cum Nic. Angelio L 𝔏 O. — 27. *tum*] *cum* S; *cum causa* T. — *C.* S T: om. R A L 𝔏 O. — 28. *Larinatibus* S T; *a Larinatibus* codd. Lagomarsiniani tres; *Alacrinatibus* ed. Amberg. a. 1472; *Alatrinatibus* Halmius. Cf. §. 46. — 32. *possint* S T. — 36. *ne*] *nec* F M A. — *ipsi quidem* S T: *quidem ipsi* R A L 𝔏 O.

dem, qui mihi tum illam causam commendabant, arbitrabantur, pollicitus sum me omnia quae vellent esse facturum.

XVIII. Res agi coepta est: citatus est Scamander reus. Accusabat P. Cannutius, homo in primis ingeniosus et in dicendo exercitatus: accusabat autem ille quidem Scamandrum verbis tribus, VENENVM ESSE DEPREHENSVM: omnia tela totius accusationis in Oppianicum coniiciebantur: aperiebatur causa insidiarum, Fabriciorum familiaritas commemorabatur, hominis vita et audacia proferebatur, denique omnis accusatio varie graviterque tractata ad extremum manifesta veneni deprehensione conclusa est. 51. Hic ego tum ad respondendum surrexi, qua cura, di immortales! qua sollicitudine animi! quo timore! Semper equidem magno cum metu incipio dicere: quotiescumque dico, toties mihi videor in iudicium venire non ingenii solum, sed etiam virtutis atque officii, ne aut id profiteri videar, quod non possim [implere], quod est impudentiae, aut non id efficere, quod possim, quod est aut perfidiae aut neglígentiae. Tum vero ita sum perturbatus, ut omnia timerem: si nihil dixissem, ne infantissimus, si multa in eius modi causa dixissem, ne impudentissimus existimarer. XIX. Collegi me aliquando et ita constitui, fortiter esse agendum: illi aetati, qua tum eram, solere laudi dari, etiam si in minus firmis causis hominum periculis non defuissem. Itaque feci: sic pugnavi, sic omni ratione contendi, sic ad omnia confugi, quantum ego assequi potui, remedia ac perfugia causarum, ut hoc, quod timide dicam, consecutus sim, ne quis illi causae patronum defuisse arbitraretur. 52. Sed ut quidque ego apprehenderam, statim accusator extorquebat e manibus. Si quaesiveram, quae inimicitiae Scamandro cum Habito, fatebatur nullas fuisse, sed Oppianicum, cuius ille minister fuisset, huic inimicissimum fuisse atque esse dicebat. Sin autem illud egeram, nullum ad Scamandrum morte Habiti venturum emolumentum fuisse, concedebat, sed ad uxorem Oppianici, hominis in uxoribus necandis exercitati, omnia bona Habiti ventura fuisse dicebat. Cum illa defensione usus essem, quae in libertinorum causis honestissima semper existimata est, Scamandrum patrono esse probatum, fatebatur, sed quaerebat, cui probatus esset ipse patronus. 53. Cum ego pluribus verbis in eo commoratus essem, Scamandro insidias factas esse per Diogenem constitutumque inter eos alia de re fuisse, ut medicamentum, non venenum Diogenes afferret; hoc cuivis usu venire posse: quaerebat, cur in eius modi locum, tam abditum, cur solus, cur cum obsignata pecunia venisset. Denique hoc loco causa testibus, honestissimis hominibus, pre-

---

2. *sum* ST: *his sum* FM; *iis sum* AL𝔏O. — 4. *P.* om. ST. — *Cannutius* STM: *Canitius* FA; *Canutius* L𝔏O. — 5. *quidem* om. TA. — 6. *constituebantur* ST. — 10. *tum* SMO: om. T; *cum* RAL𝔏. — 12. *quotienscunque - totiens* STF. — 14. *implere* om. ST. Cf. Spengel l. l. p. 468. — *imprudentiae* ST; *impudentia* M. — 15. *non id* ST: *id non* RAL𝔏O. — 18. *imprudentissimus* ST. — 19. *laudari* ST. — 24. *ut quidque* nos: *quidquid* (om. *ut*) ed. Amberg. a. 1472; *ut quidquid* 𝔄AL𝔏O. Cf. Verr. Act. I. §. 49. — *reprehenderam* S. — 25. *sic q.* ST. — *quaesiveram* ST: *quaesieram* RAL𝔏O. — *quae*] *an* 𝔏; *ecquae* mg. 𝔏; om. M. — 26. *fatebantur* FM. — 30. *fuisse* ST: *esse* RAL𝔏O. — 32. *sed quaerebat -- patronus* om. ST. — 33. *esset*] *fuisset* Sylvius. — 34. *insidias factas* ST: *factas insidias* RAL𝔏O. — *diogenen* S. — 35. *alia de* ST: *de alia* RAL𝔏O. — 36. *cuivis*] *quovis* T. — *usu*] *usus* ST. — *posset* STF. — 37. *cum* om. Klotzius ed. alt.

mebatur. M. Baebius de suo consilio Diogenem emptum, se praesente Scamandrum cum veneno pecuniaque deprehensum esse dicebat. P. Quintilius Varus, homo summa religione et summa auctoritate praeditus, de insidiis, quae fierent Habito, et de sollicitatione Diogenis recenti re secum Cleophantum collocutum esse dicebat. 54. Atque in illo iudicio cum Scamandrum nos defendere videremur, verbo ille reus erat, re quidem vera et periculo tota accusatione Oppianicus. Neque id obscure ferebat nec dissimulare ullo modo poterat: aderat frequens, advocabat, omni studio gratiaque pugnabat: postremo, id quod maximo malo illi causae fuit, hoc ipso in loco, quasi reus ipse esset, sedebat. Oculi omnium iudicum non in Scamandrum, sed in Oppianicum coniiciebantur: timor eius, perturbatio, suspensus incertusque vultus, crebra coloris mutatio, quae erant antea suspiciosa, haec aperta et manifesta faciebant. XX. 55. Cum in consilium iri oporteret, quaesivit ab reo C. Iunius quaesitor ex lege illa Cornelia, quae tum erat, clam an palam de se sententiam ferri vellet. De Oppianici sententia responsum est, quod is Habiti familiarem Iunium esse dicebat, clam velle ferri. Itum est in consilium. Omnibus sententiis praeter unam, quam suam Staienus esse dicebat, Scamander prima actione condemnatus est. Quis tum erat omnium, qui Scamandro condemnato non iudicium de Oppianico factum esse arbitraretur? quid est illa damnatione iudicatum, nisi venenum id, quod Habito daretur, esse quaesitum? Quae porro tenuissima suspicio collata in Scamandrum est aut conferri potuit, ut is sua sponte necare voluisse Habitum putaretur?

56. Atque hoc tum iudicio facto et Oppianico re et existimatione iam, lege et pronuntiatione nondum condemnato, tamen Habitus Oppianicum reum statim non fecit. Voluit cognoscere, utrum iudices in eos solos essent severi, quos venenum habuisse ipsos comperissent, an etiam consilia conscientiasque eius modi facinorum supplicio dignas iudicarent. Itaque C. Fabricium, quem propter familiaritatem Oppianici conscium illi facinori fuisse arbitrabatur, reum statim fecit, utique ei locus primus constitueretur, propter causae coniunctionem impetravit. Hic tum Fabricius non modo ad me meos vicinos et amicos, Aletrinates, non adduxit, sed ipse iis neque defensoribus uti postea neque laudatoribus potuit. 57. Rem enim integram hominis non alieni quamvis suspiciosam defendere humanitatis esse putabamus, iudicatam labefactare conari impudentiae. Itaque tum ille inopia et necessitate coactus in causa eius modi ad Caepasios fratres confugit, homines industrios atque eo animo, ut quaecumque dicendi potestas esset data, in honore atque in beneficio

1. *Baebius* codd. Lagomarsiniani duo: *Bebius* S T; *Baevius* M; *Bebrius* F A L 𝔏 O. Cf. §. 47. — *de* om. A. — *Diogenen* S T. — *praesentem* (littera *m* expuncta) S. — 2. *Quintilius (Quinctilius)* cum Car. Stephano L O: *Quintius (Quinctius)* 𝔄 A 𝔏. — 4. *recentis* T. — *se cum Cleophanto* S T. — 5. *collocutum* S: *locutum* ceteri. Cf. §. 47. — 7. *tota* S T: *et tota* R A L 𝔏 O. — 13. *et* S T: *ac* R A L 𝔏 O. — *faciebat* M. — 14. *oportet* T. — *a reo* S; *ab eo* F A; *ab eo reo* 𝔏. — *C.*] *Q.* S T. — 18. *Staienus* S T O: *Stalenus* F M A L 𝔏. Sic fere constanter. Cf. §. 20. 74. — 21. *id* delet Mommsenius coll. p. 559. v. 28. At vid. p. 572. v. 14. — *quod*] *quo* S. — 22. *quae horum porro* S T. — 23. *is*] *id* T. — 31. *utque* L 𝔏. — *ei*] *eius* F A. — 33. *Larinates* S T; *Alatrinates* Halmius. Cf. §. 46. — 34. *sed*] *se* M. — *ipse iis*] *iis* (om. *ipse*) T; *ipsis iis* Weiskius. — 38. *Cepasios* A L 𝔏 O; item §. 58. Cf. Cic. Brut. §. 242. Iulius Victor p. 248. v. 35.

ponerent. XXI. Iam hoc prope iniquissime comparatum est, quod in morbis corporis, ut quisque est difficillimus, ita medicus nobilissimus atque optimus quaeritur, in periculis capitis, ut quaeque causa difficillima est, ita deterrimus obscurissimusque patronus adhibetur: nisi forte hoc causae est, quod medici nihil praeter artificium, oratores etiam auctoritatem praestare debent. 58. Citatur reus; [agitur causa;] paucis verbis accusat ut de re iudicata Cannutius. Incipit longo et alte petito prooemio respondere maior Caepasius. Primo attente auditur eius oratio. Erigebat animum iam demissum et oppressum Oppianicus; gaudebat ipse Fabricius: non intelligebat animos iudicum non illius eloquentia, sed defensionis impudentia commoveri. Posteaquam de re coepit dicere, ad ea, quae erant in causa, addebat etiam ipse nova quaedam vulnera, ut quamquam sedulo faciebat, tamen interdum non defendere, sed praevaricari [accusationi] videretur. Itaque cum callidissime se dicere putaret et cum illa verba gravissima ex intimo artificio deprompsisset: *Respicite, iudices, hominum fortunas, respicite dubios variosque casus, respicite C. Fabricii senectutem:* cum hoc *respicite* ornandae orationis causa saepe dixisset, respexit ipse. At C. Fabricius a subselliis demisso capite discesserat. 59. Hic iudices ridere, stomachari atque acerbe ferre patronus, causam sibi eripi et se cetera de illo loco, *respicite iudices*, non posse dicere: nec quidquam propius est factum, quam ut illum persequeretur et collo obtorto ad subsellia reduceret, ut reliqua posset perorare. Ita tum Fabricius primum suo iudicio, quod est gravissimum, deinde legis vi et sententiis iudicum est condemnatus.

XXII. Quid est quod iam de Oppianici persona causaque plura dicamus? Apud eosdem iudices reus est factus, cum his duobus praeiudiciis iam damnatus esset; ab isdem autem iudicibus, qui Fabriciorum damnatione de Oppianico iudicarant, locus ei primus est constitutus: accusatus est criminibus gravissimis et iis, quae a me breviter dicta sunt, et praeterea multis, quae ego omnia [nunc] omitto; accusatus est apud eos, qui Scamandrum ministrum Oppianici, C. Fabricium conscium maleficii condemnarant. 60. Utrum, per deos immortales! magis est mirandum, quod is condemnatus est, an quod omnino respondere ausus est? Quid enim illi iudices facere potuerunt? qui si innocentes Fabricios conde-

---

1. *hoc* S T F M: *hoc quoque* A L 𝔏; *hoc* [*quoque*] O. — 4. *deterrissimus* T. — *nisi forte -- debent* S T L 𝔏: om. F M A O. — 5. *hoc causa* S; *haec causa* 𝔏. — 6. *agitur causa* om. S; inter vv. *paucis verbis* inserit T. — 7. *C. Annuntius* S. — 8. *maior* om. F A. — 9. *dimissum* M. — 12. *ut -- videretur* S T: *hoc -- videbatur* R A L 𝔏 O. — 14. *accusatori* L; *defensioni* alii. «Omnino haec varietas suspicionem mihi commovet, has voces esse adventicias.» Lamb. Accedit quod v. *praevaricari* numquam alias cum dativo iungitur. — *Itaque cum -- discesserat* Quintilianus VI. 3, 40. — *putaret dicere* Quintilianus. — 15. *respicite iudices -- discesserat* Rufinianus *de fig. sent.* §. 4. — *respicite iudices hominum fortunas* om. S T et Quintilianus. — 16. *respicite dubios variosque casus* om. Quintilianus et Rufinianus. — *C.* om. Rufinianus. — *Fabrici* M. — 18. *ipse* om. T. — *C.* om. Quintilianus et Rufinianus. — 19. *riderunt* S. — 22. *ad*] *a* T. — *ita* S T O: *iam* F M A L 𝔏. — 23. *primo* S. — 25. *persona causaque* S T: *causa* F M A L 𝔏 O. — 26. *his* S T F M: *is* A 𝔏; *iis* L O. — 27. *isdem* T: *iisdem* S A L 𝔏 O. — 29. *et* om. F A L 𝔏. — *iis quae*] *iisque* M. — Ad v. *breviter* M aliique haec adscripta habent: «Bene *breviter* ut, cum omnia paene dixerit, multa adhuc sibi reservasse videatur.» — 30. *nunc* om. T; ante vv. *ego omnia* ponit S. Cf. Spengel l. l. p. 468. — 31. *Scamandrum* S T F M A: *et Scamandrum* L 𝔏 O. Cf. Madvigium *Append. disp. de Asconio* p. 46 sq. — *C. Fabricium* S T: *Fabricium* F M A; *et Fabricium* L 𝔏 O.

mnassent, tamen in Oppianico sibi constare et superioribus consentire iudiciis debuerunt. An vero illi sua [per se] ipsi iudicia rescinderent, cum ceteri soleant in iudicando, ne ab aliorum iudiciis discrepent, providere? et ii, qui Fabricii libertum, quia minister in maleficio fuerat, patronum, quia conscius, condemnassent, ipsum principem atque architectum sceleris absolverent? et qui ceteros nullo praeiudicio facto tamen ex ipsa causa condemnassent, hunc, quem bis iam condemnatum acceperant, liberarent? 61. Tum vero illa iudicia senatoria non falsa invidia, sed vera atque insigni turpitudine notata atque operta dedecore et infamia defensioni locum nullum reliquissent. Quid enim tandem illi iudices responderent, si qui ab iis quaereret: «Condemnastis Scamandrum; quo crimine? nempe quod Habitum per servum medici veneno necare voluisset. Quid Habiti morte Scamander consequebatur? nihil, sed administer erat Oppianici. Et condemnastis C. Fabricium. Quid ita? quia, cum ipse familiarissime Oppianico usus, libertus autem eius in maleficio deprehensus esset, illum expertem eius consilii fuisse non probabatur.» Si igitur ipsum Oppianicum bis suis iudiciis condemnatum absolvissent, quis tantam turpitudinem iudiciorum, quis tantam inconstantiam rerum iudicatarum, quis tantam libidinem iudicum ferre potuisset?

62. Quod si hoc videtis, quod iam hac omni oratione patefactum est, illo iudicio reum condemnari, praesertim ab isdem iudicibus, qui duo praeiudicia fecissent, necesse fuisse, simul illud videatis necesse est, nullam accusatori esse causam potuisse, cur iudicium vellet corrumpere. XXIII. Quaero enim de te, T. Atti, relictis iam ceteris argumentis omnibus, num Fabricios quoque innocentes condemnatos existimes, num etiam illa iudicia pecunia corrupta esse dicas, quibus in iudiciis alter a Staieno solo absolutus est, alter etiam ipse se condemnavit. Age, si nocentes, cuius maleficii? numquid praeter venenum quaesitum, quo Habitus necaretur, obiectum est? numquid aliud in illis iudiciis versatum est praeter hasce insidias Habito ab Oppianico per Fabricios factas? Nihil, nihil, inquam, aliud, iudices, reperietis. Exstat memoria; sunt tabulae publicae: redargue me, si mentior; testium dicta recita; doce in illorum iudiciis quid praeter hoc venenum Oppianici non modo in criminis, sed in maledicti loco sit obiectum. 63. Multa dici possunt, quare ita necesse fuerit iudicari, sed ego occurram exspectationi vestrae, iudices. Nam etsi a vobis sic audior, ut numquam benignius neque attentius quemquam auditum putem, tamen vocat me alio iam dudum tacita

---

1. *consentire*] *consistere* M; *constare* F. — 2. *per se* delevit L. — *ipsi* om. 𝔏. — *perscinderunt* S; *perscinderent* T. — 4. *ii* S T: *hi* F; *illi* M A L 𝔏 O. — 5. *conscius*] *conscius esset* S T. — 7. *iam condemnatum* S T: *condemnatum iam* R A L 𝔏 O. — 9. *operata* M; *cooperta* mg. 𝔏. — 11. *responderunt* S. — *si qui* S T M: *si quis* F A L 𝔏 O. — *ab his* S. — 12. *servom* T. — 13. *quid*] *quod* M. — 14. *et* S T: om. F M A L 𝔏 O. — 16. *deprensus* T. — *esset*] *erat* F A. — *fuisse* om. T. — *probatur* T. — 18. *iudicium* T. — 23. *accusatoris* S T. — *esse causam* S T: *causam esse* R A L 𝔏 O. — 24. *de* S: *abs* ceteri. — *T.*] *Tib.* M. — *Atti* T F M A O: *Acci* S; *Acti* L 𝔏. Sic fere ubique. Duplici *t* hoc nomen scriptum est etiam in P §. 147. — 25. *innocentis* S. — 26. *in* S T: om. R A L 𝔏 O. — 27. *Scaieno* S T; *Scageno* M. Cf. §. 20. — *age si nocentes*] *aies innocentes* S T. — 29. *illius* T. — 30. *Fabricium* S T. — 31. alterum *nihil* om. A 𝔏. — *inquam*] *umquam* 𝔄 (praeter S T) A. — *exstant memoriae* F M A. — 34. *locum* S T. — 36. *etsi*] *si* 𝔄 (praeter S T) A.

vestra exspectatio, quae mihi obloqui videtur. «Quid ergo? negasne, illud iudicium corruptum esse?» Non nego, sed ab hoc corruptum non esse confirmo. «A quo igitur est corruptum?» Opinor primum, si incertum fuisset, quisnam exitus illius iudicii futurus esset, veri similius tamen esset eum potius corrupisse, qui metuisset, ne ipse condemnaretur, quam illum, qui veritus esset, ne alter absolveretur; deinde cum esset nemini dubium, quid iudicari necesse esset, eum certe potius, qui sibi alia ratione diffideret, quam eum, qui omni ratione confideret; postremo certe potius illum, qui bis apud eos iudices offendisset, quam eum, qui bis iis causam probavisset. 64. Unum quidem certe nemo erit tam inimicus Cluentio qui mihi non concedat, si constet corruptum illud iudicium esse, aut ab Habito aut ab Oppianico esse corruptum. Si doceo non ab Habito, vinco ab Oppianico: si ostendo ab Oppianico, purgo Habitum. Quare, etsi satis docui, rationem nullam huic corrumpendi iudicii fuisse, ex quo intelligitur ab Oppianico esse corruptum, tamen de illo ipso separatim cognoscite. XXIV. Atque ego illa non argumentabor, quae sunt gravia vehementer: eum corrupisse qui in periculo fuerit, eum qui metuerit, eum qui spem salutis in alia ratione non habuerit, eum qui semper singulari fuerit audacia: multa sunt eius modi. Verum cum habeam rem non dubiam, sed apertam atque manifestam, enumeratio singulorum argumentorum non est necessaria. 65. Dico, C. Aelio Staieno iudici pecuniam grandem Statium Albium ad corrumpendum iudicium dedisse. Num quis negat? Te, Oppianice, appello; te, Atti: quorum alter eloquentia damnationem illam, alter tacita pietate deplorat. Audete negare ab Oppianico Staieno iudici pecuniam datam: negate, inquam, meo loco. Quid tacetis? an negare non potestis, quod repetistis, quod confessi estis, quod abstulistis? Quo tandem igitur ore mentionem corrupti iudicii facitis, cum ab ista parte iudici pecuniam ante iudicium datam, post iudicium ereptam esse fateamini? 66. Quonam igitur haec modo gesta sunt? Repetam paulo altius, iudices, et omnia, quae in diuturna obscuritate latuerunt, sic aperiam, ut ea cernere oculis videamini. Vos quaeso, ut adhuc me attente audistis, ut item quae reliqua sunt audiatis; profecto nihil a me dicetur, quod non dignum hoc conventu et silentio, dignum vestris studiis atque auribus esse videatur.

---

1. *negatne* T. — 2. *iudicium esse corruptum* Quintilianus IX. 2, 51. — *corruptum esse* S T: *esse corruptum* R A L ℞ O. Cf. §. 64. — 6. *ille* S T. — 7. *nemini*] *non* S T. — *quid*] *quod* F. — 8. *alia* S T F A: *aliqua* R L ℞ O. Cf. v. 18. — 9. *eos*] *eosdem* L. — 10. *eum*] *illum* L. — *bis iis causam* nos: *bis his c.* ed. Amberg. a. 1472; *bis causam* (omisso pronomine) S T; *bis c. iis* R A L ℞ O. — *Unum quidem* -- *purgo Habitum* Quintilianus V. 10, 68.; *Unum quidem* (om. certe) *nemo Cluentio* Iulius Rufinianus *de fig. sent.* §. 13. — 11. *inimicus* S T, optimi codices Quintiliani, Rufinianus: *iniquus* F M A L ℞ O. — 12. *iudicium esse* S T: *esse iudicium* R A L ℞ O et Quintilianus. Cf. §. 63. — 13. *ab Oppianico* ante v. *purgo* om. S T. — 15. *iudicii* S T: om. R A L ℞ O. — 17. *eum* om. T. — 20. *habes* S T. — 22. *dic* M. — *C. Aelio*] *caelio* F M A. — *Staieno* S T (hinc constanter): *Satageno* F M. Cf. §. 20. — 23. *Oppianice appello* S T: *appello Oppianice* R A L ℞ O. — 24. *Atti*] Vid. §. 62. — 26. *negate* S T: *negate*, *negate* R A L ℞ O. — *meo* S T F: *in eo* M A L ℞ O. Cf. Madvigium ad or. p. Roscio Am. §. 73. *Opusc.* I. p. 122. — *tacetis* 𝔄 A: *reticetis* cum ed. Victoriana L ℞ O. — *an* S T: *at* R A L ℞ O. — 29. *datam post iudicium* om. S T. — 30. *quoniam* T. — 33. *ut item* S T: *item* (om. *ut*) R A L ℞ O.

Nam, ut primum Oppianicus ex eo, quod Scamander reus erat factus, quid sibi impenderet, coepit suspicari, statim se ad hominis egentis, audacis, in iudiciis corrumpendis exercitati, tum autem iudicis, Staieni familiaritatem se applicavit. Ac primum Scamandro reo tantum datis muneribus perfecerat, ut eo fautore uteretur cupidiore, quam fides iudicis postulabat. 67. Post autem, cum esset Scamander unius Staieni sententia absolutus, patronus autem Scamandri ne sua quidem sententia liberatus, acrioribus saluti suae remediis subveniendum putavit. Tum ab Staieno, sicut ab homine ad excogitandum acutissimo, ad audendum impudentissimo, ad efficiendum acerrimo — haec enim ille et aliqua ex parte habebat et maiore ex parte se habere simulabat —, auxilium capiti ac fortunis suis petere coepit. XXV. Iam hoc non ignoratis, iudices, ut etiam bestiae fame monitae plerumque ad eum locum, ubi pastae sunt aliquando, revertantur. 68. Staienus ille biennio ante, cum causam bonorum Safinii Atellae recepisset, sexcentis milibus nummum se iudicium corrupturum esse dixerat. Quae cum accepisset a pupillo, suppressit iudicioque facto nec Safinio nec bonorum emptoribus reddidit. Quam cum pecuniam profudisset et sibi nihil non modo ad cupiditates suas, sed ne ad necessitatem quidem reliquisset, statuit ad easdem esse sibi praedas ac suppressiones iudiciales revertendum. Itaque cum Oppianicum iam perditum et duobus iugulatum praeiudiciis videret, promissis suis eum excitavit abiectum et simul saluti desperare vetuit. Oppianicus autem orare hominem coepit, ut sibi rationem ostenderet iudicii corrumpendi. 69. Ille autem, quem ad modum ex ipso Oppianico postea est auditum, negavit quemquam esse in civitate praeter se, qui id efficere posset. Sed primo gravari coepit, quod aedilitatem se petere cum hominibus nobilissimis et invidiam atque offensionem timere dicebat. Post exoratus initio permagnam pecuniam poposcit; deinde ad id pervenit, quod confici potuit: HS sexcenta quadraginta milia deferri ad se domum iussit. Quae pecunia simul atque ad eum delata est, homo impurissimus statim coepit in eius modi mente et cogitatione versari: nihil esse suis rationibus utilius quam Oppianicum condemnari: illo absoluto pecuniam illam aut iudicibus dispertiendam aut ipsi esse reddendam, damnato repetiturum esse neminem. 70. Itaque rem excogitat

---

1. *quod*] *quo* S T. — 4. *se* S T F A: om. M L 𝔏 O. — *datis muneribus* S T: *donis datis muneribusque* R A L 𝔏 O. — 5. *profecerat* L. — *fautore* S T: *auctore* F M A L 𝔏 O. — 6. *esset*] *erat* S T. — 7. *absolutus* -- *sententia* om. M. («Insignis haec est mei codicis lectio: *post autem cum esset Sc. unius Staleni, patronus autem Sc. ne sua quidem sententia liberatus:* nec dubito quin vera sit.» Gar. 2.) — 9. *ab* S T: *a* R A L 𝔏 O. — 10. *ille ex aliqua parte* T. — 12. *ac* S T: *et* R A L 𝔏 O. — *non* om. F M. — 13. *ut etiam ferae* -- *revertuntur* (sic) Ammianus Marcellinus XIV. 2. — *monitae* S T, Ammianus, O: *dominante* R A L 𝔏. Cf. Fr. Gronovii in Statium Diatr. p. 323. — 14. *sunt aliquando* S: *sint aliquando* T; *aliquando sint* R A L 𝔏 O. *(ubi aliquando pastae sunt* Ammianus.) — *cum*] *quam* S T F M A. Cf. §. 181. — 15. *Safini* S T F M. — *sexcentis* -- *dixerat* Arusianus Messius p. 249. ed. Lindem. — 19. *esse* S T F M A: om. 𝔏 O, ante v. *revertendum* inseruit L. — 20. *sibi* om. T. — 22. *suis eum* S T: *eum suis* R A L 𝔏 O. — 23. *autem* S T: om. R A L 𝔏 O. — 26. *posset* cum uno cod. Oxoniensi O: *possit* R A L 𝔏. — 29. *potuit* S T: *potuit et* R A L 𝔏 O. — *HS sexcenta quadraginta milia*] *HS sexcenta quadraginta* (om. *milia*) T; *HS. XXXX.* (om. *sexcenta* et *milia*) S; *sexcenta quadraginta milia* (om. *HS*) F; *sestertia quadraginta milia* M; *sestertia sexcenta quadraginta millia* A 𝔏; *sestertium sexcenta quadraginta millia* L. — 33. *reddundam* T.

singularem. Atque haec, iudices, quae vera dicuntur a nobis, facilius credetis, si cum animis vestris longo intervallo recordari C. Staieni vitam et naturam volueritis. Nam perinde ut opinio est de cuiusque moribus, ita, quid ab eo factum aut non factum sit, existimari potest. XXVI. Cum esset egens, sumptuosus, audax, callidus, perfidiosus, et cum domi suae miserrimis in locis et inanissimis tantum nummorum positum videret, ad omnem malitiam et fraudem versare suam mentem coepit: Ego dem iudicibus? mihi ipsi igitur praeter periculum et infamiam quid quaeretur? Nihil excogitem, quam ob rem Oppianicum damnari necesse sit? Quid tandem — nihil enim est, quod non fieri possit —, si quis eum forte casus ex periculo eripuerit, nonne reddendum est? Praecipitantem igitur impellamus, inquit, et perditum prosternamus. 71. Capit hoc consilii, ut pecuniam quibusdam iudicibus levissimis polliceatur, deinde eam postea supprimat, ut, quoniam graves homines sua sponte severe iudicaturos putabat, eos, qui leviores erant, destitutione iratos Oppianico redderet. Itaque, ut erat semper praeposterus atque perversus, initium facit a Bulbo et eum, quod iam diu nihil quaesierat, tristem atque oscitantem leviter impellit. Quid tu? inquit, ecquid me adiuvas, Bulbe, ne gratis rei publicae serviamus? Ille vero, simul atque hoc audivit «ne gratis»: Quo voles, inquit, sequar. Sed quid affers? Tum ei HS quadraginta milia, si esset absolutus Oppianicus, pollicetur et eum, ut ceteros appellet, quibuscum loqui consuesset, rogat atque etiam ipse conditor totius negotii Guttam adspergit huic Bulbo. 72. Itaque minime amarus iis visus est, qui aliquid ex eius sermone speculae degustarant. Unus et alter dies intercesserat, cum res parum certa videbatur: sequester et confirmator pecuniae desiderabatur. Tum appellat hilaro vultu hominem Bulbus, ut placidissime potest: Quid tu, inquit, Paete? — hoc enim sibi Staienus cognomen ex imaginibus Aeliorum delegerat, ne, si se Ligurem fecisset, nationis magis quam generis uti cognomine videretur — qua de re mecum locutus es, quaerunt a me, ubi sit pecunia. Hic ille planus improbissimus, quaestu iudiciario pastus, qui illi pecuniae, quam condiderat, spe iam atque animo incuba-

---

1. *vera* S T: *vere* R A L 𝔏 O. — 3. *proinde* L. — 4. *aut* S T: *et* R A L 𝔏 O. — 5. *Cum esset egens -- mentem suam coepit* Iulius Severianus p. 339. ed. Capp. — 6. *miserrimus in locis et inanissimis* T; *miserrimus et inanissimus* Severianus, A. — 7. *ad*] *in* Severianus. — *suam mentem* S T: *mentem suam* R A L 𝔏 O. — 8. *coepit*] *haec secum cogitans coepit* L. — *Dem iudicibus? Mihi igitur nihil quaeretur?* Iulius Rufinianus *de fig. sent.* §. 20. — *ego dem* T: *eo ego dem* (deleto pr. m. *eo*) S; *deme* F M; *dein ne* A; *demne* L 𝔏 O. — *ipsi igitur* S T: *igitur ipsi* R A L 𝔏 O. — 9. *quaeratur* A. — *Oppianicum* S T, mg. 𝔏: *Oppianico* R A L 𝔏 O. («Oppianicum etiam contra libros legendum est.» Gar. 2.) — 10. *quid* S T: *qui* F M A L 𝔏 O. — *qui tandem? nihil enim est, quod f. n. possit. Si quis* L 𝔏 O. Recta verborum distinctio debetur Madvigio *Opusc.* II. p. 357 sq. — *non fieri* S T: *fieri non* R A L 𝔏 O. — *posset* F M A. — 11. *reddundum* S T. — 13. *consilii* S T L: *consilium* R A 𝔏 O. — 14. *ut* om. S T. — *grauis* S. — 15. *eos* S T F M A: *hos* L 𝔏 O. — 18. *ecquid*] *et quid* S T. — 20. *quo*] *quod* S T. — 21. *HS* S: om. R A L 𝔏 O. — 23. *Guttam aspergit huic bulbo* Arusianus Messius p. 263. ed. Lindem. — 24. *avarus* S T. — *iis -- degustarant* S T: *is -- degustarat* R A L 𝔏 O. Cf. Madvigium *Append. ad disp. de Asconio* p. 52. — *speculae* S T L 𝔏 O: *spe gulae* R A. — 27. *hilaro* S T: *hilari* R A L 𝔏 O. — *placidissime* S T: *blandissime* R A L 𝔏 O. — 28. *Pete* S T; *Pacete* M A 𝔏; *Facete* F. — *aliorum* S T. — 29. *fecisse* T. — *magis* S T: *magis suae* R A L 𝔏 O. — 30. *est* S. — *quaesiuit* S T. — 31. *planius* S T; *plane* F. Cf. A. Gellius XVI. 7, 10. — 32. *spe* om. T.

ret, contrahit frontem — recordamini faciem atque illos eius fictos simulatosque vultus —, queritur se ab Oppianico destitutum et, qui esset totus ex fraude et mendacio factus quique ea vitia, quae a natura habebat, etiam studio atque artificio quodam malitiae condivisset, pulchre asseverat sese ab Oppianico destitutum atque hoc addit testimonii, sua illum sententia, cum palam omnes laturi essent, condemnatum iri.

XXVII. 73. Manarat sermo in consilio, pecuniae quandam mentionem inter iudices esse versatam. Res neque tam fuerat occulta quam erat occultanda, neque tam erat aperta quam rei publicae causa aperienda. In ea obscuritate ac dubitatione omnium Cannutio, perito homini, qui quodam odore suspicionis Staienum corruptum esse sensisset neque dum rem perfectam arbitraretur, placuit repente pronuntiari: DIXERVNT. Hic tum Oppianicus non magno opere pertimuit: rem a Staieno perfectam esse arbitrabatur. 74. In consilium erant ituri iudices XXXII: sententiis XVI absolutio confici poterat. Quadragena milia nummum in singulos iudices distributa eum numerum sententiarum conficere debebant, ut ad cumulum spe maiorum praemiorum ipsius Staieni sententia septima decima accederet. Atque etiam casu tum, quod illud repente erat factum, Staienus ipse non aderat. Causam nescio quam apud iudicem defendebat. Facile hoc Habitus patiebatur, facile Cannutius: at non Oppianicus neque patronus eius L. Quinctius: qui cum esset illo tempore tribunus plebis, convicium C. Iunio iudici quaestionis maximum fecit, ut ne sine illo in consilium iretur: cumque id ei per viatores consulto negligentius agi videretur, ipse e publico iudicio ad privatum Staieni iudicium profectus est et illud pro potestate dimitti iussit: Staienum ipse ad subsellia adduxit. 75. Consurgitur in consilium, cum sententias Oppianicus, quae tum erat potestas, palam ferri velle dixisset, ut Staienus scire posset, quid cuique deberetur. Varia iudicum genera: nummarii pauci, sed omnes irati. Ut qui accipere in campo consuerunt iis candidatis, quorum nummos suppressos esse putant, inimicissimi solent esse: sic eius modi iudices infesti tum reo venerant. Ceteri nocentissimum esse arbitrabantur, sed exspectabant sententias eorum, quos corruptos esse putabant, ut ex iis constituerent, a quo iudicium corruptum videretur. XXVIII. Ecce tibi eius modi sortitio, ut in primis Bulbo et Staieno

---

3. *a*] *ab* T F M. — 4. *condidisset* S T. Fort. *condisset*. Cf. var. lect. p. 553. v. 11. — 5. *se ab Oppianico destitutum*] Hanc eiusdem clausulae (v. 2.) repetitionem Ciceroni abiudicat Madvigius *Append. ad disp. de Asconio* p. 51 sq. — *sese* S T: *se* R A L 𝔏 O. — 6. *cum* S T F M A: *quam* L 𝔏 O. Cf. §. 181. — 8. *occultata* L. — 9. *aperiunda* T. — 12. *pronuntiari* cod. S. Victoris, Palatini secundus et sextus, Francianus primus Graevii, O: *pronuntiare* R A; *iudices pronuntiare* L 𝔏. — *dixerunt* 𝔄 A: *iudices se id velle dixerunt* L 𝔏; [*Iudices*] *dixerunt se id velle* O. Cf. Madvigium l. l. p. 48 sq. (*DIXERE* malebat Gar. 2. coll. Quintil. I. 5, 43.) — 14. *iudices ex XXXII* S. — 15. *quadragena milia nummum* F A O: *HS. XXXX. milibus nummum* S; *XXXX. milia nummum* T; *quadraginta millia nummum* L; *DCLX quadragena milia nummum* M; *HS. quadraginta millia nummum* 𝔏. (*milibus quadragenis nummum* Priscianus VII. 6, 25.) — 16. *distributis* S. — 18. *quod*] *quodam* S T. — 20. . . *tiebatur facile Cannutius* - - *aliis nonnullis sus* . . . . . (§. 78.) habet P. — 21. *Quintius* P S A L O ubique. — *illo* P S T M: *eo* F A L 𝔏 O. — 22. *conuitium* S. — 23. *illo* P: *Aelio* T; *Staieno* (cum solita varietate) R A L 𝔏 O. — *viatores*] *lictores* F. — 24. *e*] *a* 𝔏. — *Staieni* P et sic constanter. Cf. §. 20. 55. — 28. *possit quod cuique deberet* S T. — 29. *Ut qui* - - *reo venerant* Quintilianus V. 11, 22. — *Ut enim qui* cum ed. Iuntina L 𝔏. — *consueverunt* A L 𝔏. — 31. *nocentissimi* T; *innocentissimum* 𝔏. — 32. *exspectabant* P S T L O: *spectabant* M A 𝔏; *sperabant* F. (*expectabant* P.) — 33. *esse* P: om. R A L 𝔏 O. — *his* F A. — 34. *sortitio fuit ut* S T.

et Guttae esset iudicandum. Summa omnium exspectatio, quidnam sententiae ferrent leves ac nummarii iudices. Atque illi omnes sine ulla dubitatione condemnant. 76. Hic tum iniectus est hominibus scrupulus et quaedam dubitatio quidnam esset actum. Deinde homines sapientes et ex vetere illa disciplina iudiciorum, qui neque absolvere hominem nocentissimum possent neque eum, de quo esset orta suspicio pecunia oppugnatum, re illa incognita primo condemnare vellent, NON LIQVERE dixerunt. Nonnulli autem severi homines, qui hoc statuerunt, quo quisque animo quid faceret, spectari oportere, etsi alii pecunia accepta verum iudicabant, tamen nihilo minus se superioribus suis iudiciis constare putabant oportere. Itaque damnarunt. Quinque omnino fuerunt, qui illum vestrum innocentem Oppianicum sive imprudentia sive misericordia sive aliqua suspicione sive ambitione adducti absolverunt.

77. Condemnato Oppianico statim L. Quinctius, homo maxime popularis, qui omnes rumorum et contionum ventos colligere consuesset, oblatam sibi facultatem putavit, ut ex invidia senatoria posset crescere, quod eius ordinis iudicia minus iam probari populo arbitrabatur. Habetur una atque altera contio vehemens et gravis accepisse pecuniam iudices, ut innocentem reum condemnarent, tribunus plebis clamitabat: agi fortunas omnium dicebat: nulla esse iudicia: qui pecuniosum inimicum haberet, incolumem esse neminem posse. Homines totius ignari negotii, qui Oppianicum numquam vidissent, virum optimum et hominem pudentissimum pecunia oppressum esse arbitrarentur, incensi suspicione rem in medium vocare coeperunt et causam illam totam deposcere. 78. Atque illo ipso tempore in aedes T. Annii, hominis honestissimi, necessarii et amici mei, noctu Staienus arcessitus ab Oppianico venit. Iam cetera nota sunt omnibus: ut cum illo Oppianicus egerit de pecunia, ut ille se redditurum esse dixerit, ut eum sermonem audierint omnem viri boni, qui tum consulto propter in occulto stetissent: ut res patefacta et in forum prolata et pecunia omnis Staieno extorta atque erepta sit. XXIX. Huius Staieni persona populo iam nota atque perspecta ab nulla turpi suspicione abhorrebat: suppressam esse ab eo pecuniam, quam pro reo pronuntiasset, qui erant in contione non intelligebant; neque enim docebantur. Versatam esse in iudicio mentionem pecuniae sentiebant; innocentem reum condemnatum audiebant; Staieni sententia condemnatum videbant; non gratis id ab eo factum esse, quod hominem norant, iudicabant. Similis in Bulbo, in Gutta, in aliis nonnullis suspicio consistebat. 79. Itaque confiteor — licet enim iam impune hoc praesertim in loco confiteri —, quod Oppianici non modo vita, sed etiam nomen ante illud tempus populo ignotum fuisset, indignissimum porro vi-

4. *factum* S T (non P). — 5. *et* P O: om. R A L ℒ. — 8. *qui* P S T O: om. R A L ℒ. — 12. *impudentia* S T A. — 13. *abducti* T. — *absolverunt* P S T: *absolverent* F M A L ℒ O. — 14. *Quintus* P. — 16. *possit* S T. — 19. *clamabat* P. — 20. *iudicia esse* S T. — 22. *et hom. pudentissimum* om. T. — *prudentissimum* M ℒ. — 23. *esse* P: om. R A L ℒ O. — 25. *aedis* S. — 26. *accersitus* S T M. — 28. *eum sermonem aud. omnem* P: *eorum serm. omnem audierint* R A L ℒ O. — 29. *prope* L ℒ. — *et* P S T M: *atque* F A L ℒ O. — 30. *Staieno* P: *a St.* R A L ℒ O. Cf. Cic. de lege agr. II. §. 19. — *sit* om. T. — 31. *ab* om. S T. — 32. *esse* om. T. — 34. *sentiebant*] . . . . *ebant* M; *sciebant* mg. ℒ. — 35. *condemnatum* - - *sententia* om. S T. — *audiebant* P M: *esse audiebant* F A L ℒ O. — 37. *Gucta* S.

deretur circumventum esse innocentem pecunia, hanc deinde suspicionem augeret Staieni improbitas et nonnullorum eius similium iudicum turpitudo, causam autem ageret L. Quinctius, homo cum summa potestate [praeditus], tum ad inflammandos animos multitudinis accommodatus, summam illi iudicio invidiam infamiamque esse conflatam. Atque in hanc flammam recentem tum C. Iunium, qui illi quaestioni praefuerat, esse iniectum memini et illum hominem aedilicium, iam praetorem opinionibus hominum constitutum, non disceptatione dicendi, sed clamore de foro atque adeo de civitate esse sublatum.

80. Neque me poenitet hoc tempore potius quam illo causam A. Cluentii defendere. Causa enim manet eadem, quae mutari nullo modo potest: temporis iniquitas atque invidia recessit, ut quod in tempore mali fuit nihil obsit, quod in causa boni fuit prosit. Itaque nunc quem ad modum audiar sentio, non modo ab iis, quorum iudicium ac potestas est, sed etiam ab illis, quorum tantum est existimatio. At tum si dicerem, non audirer, non quod alia res esset, immo eadem, sed tempus aliud. Id adeo sic cognoscite. XXX. Quis tum auderet dicere, nocentem condemnatum esse Oppianicum? quis nunc audet negare? Quis tum posset arguere, ab Oppianico tentatum esse iudicium pecunia? quis id hoc tempore infitiari potest? Cui tum liceret docere, Oppianicum reum factum esse tum denique, cum duobus proximis praeiudiciis condemnatus esset? quis est qui id hoc tempore infirmare conetur? 81. Quare invidia remota, quam dies mitigavit, oratio mea deprecata est, vestra fides atque aequitas a veritatis disceptatione reiecit, quid est praeterea quod in causa relinquatur?

Versatam esse in iudicio pecuniam constat: ea quaeritur unde profecta sit, ab accusatore an ab reo? Dicit accusator haec: «Primum gravissimis criminibus accusabam, ut nihil opus esset pecunia; deinde condemnatum adducebam, ut ne eripi quidem pecunia posset; postremo, etiam si absolutus fuisset, mearum tamen omnium fortunarum status incolumis maneret.» Quid contra reus? «Primum ipsam multitudinem criminum et atrocitatem pertimescebam; deinde Fabriciis propter conscientiam mei sceleris condemnatis me esse condemnatum sentiebam; postremo in eum casum veneram, ut omnis mearum fortunarum status unius iudicii periculo contineretur.»

82. Age, quoniam corrumpendi iudicii causas ille multas et graves

---

3. *L.* om. S T. — 4. *praeditus* om. S T. — *inflammandum* A. — *commodatus* M. — 5. *iudicio* om. F M A. — 6. *recentem* om. S in fine versus. — *tum* om. 𝔏 O. — *esse ini.* S T: *ini. esse* R A L 𝔏 O. — 8. *discendi* M. — *clamore* S T: *clamore hominum* R A L 𝔏 O. — 10. *tempore potius* S T: *potius tempore* R A L 𝔏 O. — 12. *quod in tempore -- prosit* Quintilianus IX. 3, 82.; *ut quod in tempore mali fuit* (om. *nihil*) *obsit et quod in causa boni fuit prosit* Curius Fortunatianus p. 92. ed. Capp. — 13. *obsit quin quod* Quintilianus. — 14. *ac* S T F M: *atque* A L 𝔏 O. — 15. *At*] *ac* S T F M A. — 16. *non* ante v. *quod* om. S T M. — 17. *agnoscite* F M A. — 18. *audet* S T: *id audet* R A L 𝔏 O. — 19. *temptatum esse iudicium* S T: *iudicium tentatum esse* R A L 𝔏 O. — 21. *proxumis* T. — 26. *Versatam -- constat* Iulius Rufinianus *de fig. sent.* §. 13. — *esse* om. S T. Cf. c. 29. §. 78. — 27. *an a reo* S; *an reo* T. — *dicit accusator* S T: *accusator dicit* R A L 𝔏 O. — 28. *pecunia* om. T. — 30. *fuisset* S T: *esset* R A L 𝔏 O. — 31. *ipsam*] *iam* (ex compendio) S T. — *criminum et atrocitatem* S T: *et atrocitatem criminum* R A L 𝔏 O. — 33. *postremum* F M. — 34. *omnes -- continerentur* S. — 36. *grauis* S.

habuit, hic nullam, profectio ipsius pecuniae requiratur. Confecit tabulas diligentissime Cluentius. Haec autem res habet hoc certe, ut nihil possit neque additum neque detractum de re familiari latere. Anni sunt octo, cum ista causa in ista meditatione versatur, cum omnia, quae ad eam rem pertinent, et ex huius et ex aliorum tabulis agitatis, tractatis, inquiritis: cum interea Cluentianae pecuniae vestigium nullum invenitis. Quid? Albiana pecunia vestigiisne nobis odoranda est an ad ipsum cubile vobis ducibus venire possumus? Tenentur uno in loco HS ↀDCXL, tenentur apud hominem audacissimum, tenentur apud iudicem. 83. Quid vultis amplius? At enim Staienus non fuit ab Oppianico, sed a Cluentio ad iudicium corrumpendum constitutus. (Cur eum) cum in consilium iretur, (Cluentius et Cannutius abesse patiebantur) cur cum in consilium mittebant, Staienum iudicem qui pecuniam dederant non requirebant? Oppianicus querebatur, Quinctius flagitabat; sine Staieno ne in consilium iretur, tribunicia potestate effectum est. At condemnavit. Hanc enim condemnationem dederat obsidem Bulbo et ceteris, ut destitutus ab Oppianico videretur. Quare (si istinc causa corrumpendi iudicii, si istinc pecunia, istinc Staienus, istinc denique omnis fraus et audacia est) hinc pudor, honesta vita, nulla suspicio pecuniae, nulla corrumpendi iudicii causa, patimini veritate patefacta atque omni errore sublato eo transire illius turpitudinis infamiam, ubi cetera maleficia consistunt, ab eo invidiam discedere aliquando, ad quem numquam accessisse culpam videtis.

XXXI. 84. At enim pecuniam Staieno dedit Oppianicus non ad corrumpendum iudicium, sed ad conciliationem gratiae. Tene hoc, Acci, dicere, tali prudentia, etiam usu atque exercitatione praeditum? Sapientissimum esse dicunt eum, cui quod opus sit ipsi veniat in mentem, proxime accedere illum, qui alterius bene inventis obtemperet. In stultitia contra est. Minus enim stultus est is, cui nihil in mentem venit, quam ille, qui, quod stulte alteri venit in mentem, comprobat. Istam conciliationem gratiae Staienus tum recenti re, cum faucibus premeretur, excogitavit, sive, ut homines tum loquebantur, a P. Cethego admonitus [istam dedit conciliationis et gratiae fabulam]. 85. Nam fuisse hunc tum hominum sermonem recordari potestis: Cethegum, quod hominem odisset et quod eius improbitatem versari in re publica nollet et quod videret eum, qui se ab reo pecuniam, cum iudex esset, clam atque extra

---

4. *ad* S T: *nunc ad* R A L 𝔏 O. («Non ergo antea pertinebant? Nemo hic haesit, varietatem nullam inveni. Tamen *nunc* alienum et delendum videtur.» Gar. 2.) — 5. *agitis* F M A. — 7. *Abbiana* S. Cf. var. lect. ad p. 488. v. 25. — 8. *ducibus*] *iudicibus* S T. — *HS.* om. T F A L. — *XXXX milia* S; *XXXX* T; *DC. sestertia. XL. mil.* A; *sexcenta quadraginta millia nummum* L 𝔏. — 10. *voltis* S T. — 11. *eum*] *enim* M. — 12. *cur* om. F M A 𝔏. — 13. *qui* Classenius: *cui quod* S; *quod* T; *cui* R A L 𝔏 O. — *requirebantur* F M; *quaerebant* S. — 14. *querebatur* S T M L: *quaerebat* F A 𝔏 O. — 15. *effectum* S T F: *perfectum* M A L 𝔏 O. — 16. *condemnationem* S T: *damnationem* F M A L 𝔏 O. — 18. *iudicii si istinc* S T: om. *si* R A L 𝔏 O. Cf. Madvigium *Opusc.* II. p. 272. — 19. *nulla suspicio* S T: *et nulla suspicio* R A L 𝔏 O. — 20. *patiamini* T 𝔏. — 21. *consistant* F M 𝔏. — 24. *At etenim* Classenii operae. — 25. *conciliationis gratiam* S T. — 26. *etiam*] *tali etiam* L. — 27. *dicunt*] Hesiodus Opp. et D. v. 293 sqq. — 28. *accidere* M. — *obtemperaret* T. — 32. *sive ipse sive ut* Mommsenius. — 33. *istam -- fabulam* om. S T. — *conciliationis gratiae* L; *conciliationis* [*et*] *gratiae* O. — *tum* S T: om. R A L 𝔏 O.

ordinem accepisse confessus esset, salvum esse non posse, minus ei fidele consilium dedisse. In hoc si improbus Cethegus fuit, videtur mihi adversarium removere voluisse: sin erat eius modi causa, ut Staienus nummos se accepisse negare non posset — nihil autem erat periculosius nec turpius quam ad quam rem accepisset confiteri —, non est consilium Cethegi reprehendendum. 86. Verum alia causa tum Staieni [fuit], alia nunc, Atti, tua est. Ille, cum re premeretur, quodcumque diceret, honestius diceret, quam si quod erat factum fateretur: te vero illud idem, quod tum explosum et eiectum est, nunc rettulisse demiror. Qui enim poterat tum in gratiam redire cum Oppianico Cluentius? qui cum matre? Haerebat in tabulis publicis reus et accusator: condemnati erant Fabricii: nec elabi alio accusatore poterat Albius nec sine ignominia calumniae relinquere accusationem Cluentius. XXXII. 87. An is praevaricaretur? nam id quoque ad corrumpendum iudicium pertinet. Sed quid opus erat ad eam rem iudice sequestre? et omnino quam ob rem tota ista res per Staienum potius, hominem ab utroque alienissimum, sordidissimum, turpissimum, quam per bonum aliquem virum ageretur et amicum necessariumque communem? Sed quid ego haec pluribus quasi de re obscura disputo, cum ipsa pecunia, quae Staieno data est, numero ac summa sua non modo quanta fuerit, sed etiam ad quam rem fuerit, ostendat? Sedecim dico iudices, ut Oppianicus absolveretur, corrumpendos fuisse, ad Staienum sexcenta quadraginta milia nummum esse delata. Si, ut tu dicis, gratiae conciliandae causa, quadraginta istorum accessio milium quid valet? si, ut nos dicimus, ut quadragena milia sedecim iudicibus darentur, non Archimedes melius potuit describere.

88. At enim iudicia facta permulta sunt, a Cluentio iudicium esse corruptum. Immo vero ante hoc tempus omnino ista ipsa res suo nomine in iudicium numquam est vocata: ita multum agitata, ita diu iactata [ista res] est, ut hodierno die primum causa illa defensa sit, hodierno die primum veritas vocem contra invidiam his iudicibus freta miserit. Verum tamen ista multa iudicia quae sunt? Ego enim me ad omnia confirmavi et sic paravi, ut docerem, quae facta postea iudicia de illo iudicio dicerentur, partim ruinae similiora aut tempestati quam iudicio et disceptationi fuisse, partim nihil contra Habitum valere, partim etiam pro hoc esse, partim esse eius modi, ut neque appellata umquam iudicia sint neque existimata. 89. Hic ego magis ut consuetudinem servem,

2. *fuit*] *fuisset* S T. — 3. *sin erat*] *inerat* F M A. — 6. *fuit* om. S T. — 7. *repremeretur* (uno verbo) M; *reprehenderetur* F A. — 8. *fatetur* S. — 9. *detulisse* S T; *rei tulisse* M; *re intulisse* F. Cf. Madvigium *Opusc.* I. p. 360. — *Qui*] *quid* S T. Cf. Wesenberg *Emendatt. Tusc. Disp.* P. II. p. 2. n. 2. — 10. *gratia* F M. — *matre* M, alii: *matre habebat simultates* S T F A L 𝔏 O. Cf. Madvigium *Append. ad disp. de Asconio* p. 45 sq. — 12. *Abbius* S M. Cf. §. 82. — *kalumniae* ex v. c. 𝔏. — 13. *Cluentius*] *Cl. poterat* S T. — *is* nos: *iis* S T; *ut* R A L 𝔏 O. — 14. *nam* Pantagathus: *iam* ceteri. — *quid*] *quod* S T. — 19. *disputo* S T L 𝔏: *disputem* R A O. — 20. *etiam* om. M. — *fuerit* S T M: *data fuerit* F A L 𝔏 O. Cf. Madvigium l. l. p. 46. — 21. *sedecim* S: *sexdecim* A L 𝔏 O; item v. 24. — 22. *quadraginta* S T: *et quadraginta* R A L 𝔏 O. — 23. *millium accessio* mg. 𝔏. — 24. *sin* L O. — *quadragena*] *DCXL* L 𝔏. — *milia* S T: *millia nummum* R A L 𝔏 O. — 29. *ista res*] «Quid haec attinebat tam proxime iterare? parumne reguntur omnia ab ante positis *ista ipsa res*? Vix igitur puto a Tullio esse.» Gar. 2. — 31. *ista multa* S T: *multa ista* F M A L 𝔏 O. — 32. «fort. *conformavi*» mg. 𝔏. — 33. *aut*] *partim autem* S T. — 34. *disceptationi similis fuisse* S T, sed *similis* in S punctatum.

quam quod vos non vestra hoc sponte faciatis, petam a vobis, ut me, dum de his singulis disputo iudiciis, attente audiatis. XXXIII. Condemnatus est C. Iunius, qui ei quaestioni praefuerat; adde etiam illud, si placet: tum est condemnatus, cum esset iudex quaestionis. Non modo causae, sed ne legi quidem quidquam per tribunum plebis laxamenti datum est. Quo tempore illum a quaestione ad nullum aliud rei publicae munus abduci licebat, eo tempore ad quaestionem ipse abreptus est. At quam quaestionem? Vultus enim vestri, iudices, me invitant, ut quae reticenda putaram libeat iam libere dicere. 90. Quid? illa tandem quaestio aut disceptatio aut iudicium fuit? Putabo fuisse. Dicat qui vult hodie de illo populo concitato, cui tum populo mos gestus est, qua de re Iunius causam dixerit. Quemcumque rogaveris, hoc respondebit: quod pecuniam acceperit, quod innocentem circumvenerit. Est haec opinio. At, si ita esset, hac lege accusatum oportuit, qua accusatur Habitus. At ipse ea lege quaerebat. Paucos dies exspectasset Quinctius. At neque privatus accusare nec sedata [iam] invidia volebat. Videtis igitur, non in causa, sed in tempore ac potestate spem omnem accusatoris fuisse. 91. Multam petivit. Qua lege? Quod in legem non iurasset, quae res nemini umquam fraudi fuit, et quod C. Verres, praetor urbanus, homo sanctus et diligens, subsortitionem eius in eo codice non haberet, qui tum interlitus proferebatur. His de causis C. Iunius condemnatus est, iudices, levissimis et infirmissimis, quas omnino in iudicium afferri non oportuit. Itaque oppressus est non causa, sed tempore. XXXIV. 92. Hoc vos Cluentio iudicium putatis obesse oportere? Quam ob causam? Si ex lege subsortitus non erat Iunius aut si in aliquam legem aliquando non iuraverat, idcirco illius damnatione aliquid de Cluentio iudicabatur? Non, inquit: sed ille idcirco illis legibus condemnatus est, quod contra aliam legem commiserat. Qui hoc confitentur, possunt iidem illud iudicium fuisse defendere? Ergo, inquit, idcirco infestus tum populus Romanus fuit C. Iunio, quod illud iudicium corruptum per eum putabatur. Num igitur hoc tempore causa mutata est? num alia res, alia ratio illius iudicii, alia natura totius negotii nunc est ac tum fuit? Non opinor ex iis rebus, quae gestae sunt, rem ullam potuisse mutari. 93. Quid ergo est causae quod nunc nostra defensio audiatur tanto silentio, tum Iunio defendendi sui potestas erepta sit? Quia tum in causa nihil erat praeter invidiam, errorem, suspicionem, contiones quotidianas, seditiose ac po-

---

2. *dum de his singulis disputo iudiciis*] «Haec mihi suspecta est verborum collocatio. Facillimum est transposita existimare, ut fuerit: *dum de his singulis iudiciis disputo*. At etiam potuit esse: *dum de his singulis disputo*, *iudices* (ex usitato compendio *iud.*)» GAR. 2. — 7. *adduci* F M. — *arreptus* M; *arrectus* A. — 8. *At*] *ad* S T. Fort. *at ad*. — *quaestionem abreptus est? uultus* S. — *voltus* T M. — 9. *putarem* S T F M. — *libeat*] *iubeant* ST. — 10. *putato* L ℓ. — *qui*] *quid* T. — 11. *tum populo* S T: *tum* R A L ℓ O. — 12. *cumque* om. S pr. m. — *rogaveris* S T: *rogaris* R A L ℓ O. — 14. *accusatum* S T: *accusatum fuisse* F M; *accusatum esse* A L ℓ O. — 15. *lege* om. S. — 16. *iam* om. S T. — 18. *iurasset*] *iura essent* S T. — 19. *quod C. Verres -- non haberet* Quintilianus VIII. 6, 55. — 25. *subsortitus iudicem non erat* mg. ℓ. Cf. §. 96. — *aliquam* S T: om. R A L ℓ O. — 26. ...*entio iudicabatur -- in fausto tamen* (§. 94.) habet P. — 27. *illis* P S T: *his* R A L ℓ O. Cf. §. 96. — 28. *aliam*] *aeliam* S. — *iidem illud* A O: *idem illud* P S T; *illud idem* R L ℓ. — 29. *fuisse*] *non fuisse* L ℓ. — *inquit* (*inquid* P) *idcirco* P S T: *idcirco inquit* R A L ℓ O. — *populus Rom.* S T: *PR.* P F; *praetor* M A L ℓ O. — 30. *fuit C. Iunio* P: *Iunio fuit* (om. *C.*) R A L ℓ O. — 32. *natura* om. P. — *his* ST; *is* M. — 34. *tum* T: *cum* S; *tunc* R A L ℓ O. — 36. *seditiones* ST; *seditione* Klotzius Cf. §. 2. 95.

pulariter concitatas. Accusabat tribunus plebis idem in contionibus, idem ad subsellia: ad iudicium non modo de contione, sed etiam cum ipsa contione veniebat. Gradus illi Aurelii tum novi quasi pro theatro illi iudicio aedificati videbantur: quos ubi accusator concitatis hominibus complerat, non modo dicendi ab reo, sed ne surgendi quidem potestas erat. 94. Nuper apud C. Orchivium collegam meum locus ab iudicibus Fausto Sullae de pecuniis residuis non est constitutus: non quo illi aut exlegem esse Sullam aut causam pecuniae publicae contemptam atque abiectam putarent, sed quod accusante tribuno plebis condicione aequa disceptari posse non putarunt. Quid? conferam Sullamne cum Iunio? an hunc tribunum plebis cum Quinctio? an vero tempus cum tempore? Sulla maximis opibus, cognatis, affinibus, necessariis, clientibus plurimis: haec autem apud Iunium parva et infirma et ipsius labore quaesita atque collecta. Hic tribunus plebis modestus, pudens, non modo non seditiosus, sed etiam seditiosis adversarius: ille autem acerbus, criminosus, popularis homo ac turbulentus. Tempus hoc tranquillum atque pacatum: illud omnibus invidiae tempestatibus concitatum. Quae cum ita essent, in Fausto tamen illi iudices statuerunt, iniqua condicione reum causam dicere, cum adversario eius ad ius accusationis summa vis potestatis accederet. XXXV. 95. Quam quidem rationem vos, iudices, diligenter pro vestra sapientia [et humanitate] cogitare et penitus perspicere debetis, quid mali, quantum periculi uni cuique nostrum inferre possit vis tribunicia conflata praesertim invidia et contionibus seditiose concitatis. Optimis hercule temporibus, tum, cum homines se non iactatione populari, sed dignitate atque innocentia tuebantur, tamen nec P. Popilius neque Q. Metellus, clarissimi viri atque amplissimi, vim tribuniciam sustinere potuerunt: nedum his temporibus, his moribus, his magistratibus sine vestra sapientia ac sine iudiciorum remediis salvi esse possimus. 96. Non fuit illud igitur iudicium iudicii simile, iudices, non fuit: in quo non modus ullus est adhibitus, non mos consuetudoque servata, non causa defensa. Vis illa fuit et, ut saepe iam dixi, ruina quaedam atque tempestas et quidvis potius quam iudicium aut disceptatio aut quaestio. Quod si quis est qui illud iudicium fuisse arbitretur et qui his rebus iudicatis standum putet, is tamen hanc causam ab illa

6. *C. Orchivium* S T: *CORCHIVM* P; *C. Orchinium* F M A L 𝔏 O. Cf. §. 147.— *ab*] *a* S. — 7. *residuis*] *repetundis* S T.— *non quo illi* - - *putarent* Nonius Marcellus p. 10, 27.; *non quod illi aut exlegem esse Syllam arbitrantur* (al. *arbitrentur*) Priscianus VI. 18, 94. — *quo*] *quod*] P L O.— 8. *esse* om. Nonius. — *Sullam*] *ullam* codd. Nonii.— *atque* om. P. — 9. *obiectam* S. — *putarunt* codd. Nonii. — 10. *posse*] *publice* S T; *posse populum r.* F. — *putarunt* S T: *putaverunt* R A L 𝔏 O. — 12. *cluentibus* M. — 14. *prudens* P̄ S T F M A 𝔏. — *non sed.*] *nunc sed.* T. — 16. *atque*] *ac* 𝔏. — 17. *placatum* S T. — 18. *illi iudices* om. cod. S. Victoris, Palatini sex, Franciani duo, Dresdensis. — 21. *et humanitate* om. S T. — 22. *vestrum* S T. — 24. *hercule* S T F A: *hercle* M L 𝔏 O. — 25. *P.* cum Sylvio O: *L.* S T; *C.* R A L 𝔏. — 26. *Popilius* 𝔄 A: *Popillius* R L 𝔏 O. — *neque* S T: *nec* R A L 𝔏 O. — *viri atque amplissimi* S T: *atque ampl. viri* R A L 𝔏 O. — 28. *ac iudiciorum* (om. *sine*) 𝔏. — 29. *Non solum igitur illud* - - *non fuit* Quintilianus VIII. 3, 51. Anecd. Paris. rhetor. p. 11. v. 12.; *non fuit istud iudicium iudicii simile iudices* Martianus Capella (V. §. 518.) p. 426. ed. Capp. — *illud igitur* S T: *igitur illud* R A L 𝔏 O. — *non fuit, iudices* Anecd. Paris. l. l. — 30. *ullus* S T: om. R A L 𝔏 O. — *adhibitus* S T L 𝔏: *habitus* F M A O. — 32. *aut*] *atque* T. — 33. *arbitraretur* S T F M. Cf. §. 25. — *et illis rebus* Halmius. — 34. *is*] *his* S.

debet seiungere. Ab illo enim, sive quod in legem non iurasset, sive quod e lege subsortitus [iudicem] non esset, multa petita esse dicitur. Cluentii autem ratio cum illis legibus, quibus a Iunio multa petita est, nulla potest ex parte esse coniuncta. 97. At enim etiam Bulbus est condemnatus. Adde maiestatis, ut intelligas hoc iudicium cum illo non esse coniunctum. At est hoc illi crimen obiectum. Fateor, sed etiam legionem esse ab eo sollicitatam in Illyrico C. Cosconii litteris et multorum testimoniis planum factum est: quod crimen erat proprium illius quaestionis et quae res lege maiestatis tenebatur. At hoc obfuit ei maxime. Iam ista divinatio est: qua si uti licet, vide ne mea coniectura multo sit verior. Ego enim sic arbitror, Bulbum, quod homo nequam, turpis, improbus, multis flagitiis contaminatus in iudicium sit adductus, idcirco facilius esse damnatum. Tu mihi ex tota causa Bulbi quod tibi commodum est eligis, ut id esse secutos iudices dicas. XXXVI. 98. Quapropter hoc Bulbi iudicium non plus huic obesse causae debet quam illa, quae commemorata sunt ab accusatore, duo iudicia P. Popilii et Ti. Guttae, qui causam de ambitu dixerunt, qui accusati sunt ab iis, qui erant ipsi ambitus condemnati: quos ego non idcirco esse arbitror in integrum restitutos, quod planum fecerint illos ob rem iudicandam pecuniam accepisse, sed quod iudicibus probaverint, cum in eodem genere, in quo ipsi offendissent, alios reprehendissent, se ad praemia legis venire oportere. Quapropter neminem dubitare existimo, quin illa damnatio ambitus nulla ex parte cum causa Cluentii vestroque iudicio coniuncta esse possit. 99. Quid, quod Staienus est condemnatus? Non dico hoc tempore, iudices, id quod nescio an dici oporteat, illum maiestatis esse condemnatum; non recito testimonia hominum honestissimorum, quae in Staienum sunt dicta ab iis, qui M. Aemilio, clarissimo viro, legati et praefecti et tribuni militares fuerunt: quorum testimoniis planum factum est, maxime eius opera, cum quaestor esset, in exercitu seditionem esse conflatam. Ne illa quidem testimonia recito, quae dicta sunt de HS ıↄc, quae ille cum accepisset nomine iudicii Safiniani, sicut in Oppianici iudicio postea, reticuit atque suppressit. 100. Omitto et haec et alia permulta, quae illo iudicio in Staienum dicta sunt: hoc dico, eandem tum fuisse P. et L. Cominiis, equitibus Romanis, honestis hominibus et disertis, controversiam cum Staieno, quem accusabant, quae nunc

1. *enim sibi sive* T. — 2. *e* S T: *ex* R A L ℒ O. — *subsortitus iudicem non esset*] «Hoc perspicue mendosum est; nam *iudices* debet esse, ut in Verr. Accus. I. c. 61. *nam de subsortitione illa Iuniana iudicum nihil dico.* Quamquam supra c. 34. *si ex lege subsortitus non erat Iunius*, ubi contra libros Lambinus *iudicem* inserebat. Hic ergo fortasse similiter imperitus aliquis addidit *iudicem.*» Gar. 2. — *mulcta* S ubique. — 3. *Cluenti* T. — 4. *enim* S T: om. R A L ℒ O. — 6. *est*] *etiam* F. — *illi hoc* L. — 7. *Cosconi* T. — 8. *crimen* om. T. Cf. §. 103. — 15. *huic obesse* S T M: *obesse huic* F A L ℒ O. — 16. *Ti.* S T: *T.* F M A ℒ O; *L.* L. (*Cicero pro Cluentio Publium Popilium et* Tiberium *Guttam dicit non iudicii corrupti*, *sed ambitus esse damnatos.* Quintilianus V. 10, 108.) — 20. *probaverint* S T: *probarint* R A L ℒ O. — *cum* S T F M A: *quod* L ℒ O. — 21. *defendissent* F M A. — 26. *condemnatum* S T: *damnatum* R A L ℒ O. — 27. *iis*] *his* S T F. — *Mam. Aemilio* cum P. Manutio O. — 28. *fuerunt* om. T. — 30. *de* om. T. — 31. *DC*] *XXXX* S T; *XLDC* F A; *DC millibus* L ℒ. Cf. §. 68. — *in* om. S T. — 32. *reticuit* S T: *retinuit* R A L ℒ O. — 34. *L.*] *C.* Asconius in argum. Cornel. p. 59. v. 4. ed. nostrae, ubi vide quae adnotavimus. — *honestis* S T L: *honestissimis* R A ℒ O.

mihi est cum Attio. Cominii dicebant idem, quod ego dico, Staienum ab Oppianico pecuniam accepisse, ut iudicium corrumperet: Staienus conciliandae gratiae causa accepisse dicebat. 101. Irridebatur haec illius reconciliatio et persona viri boni suscepta, sicut in statuis inauratis, quas posuit ad Iuturnae, quibus subscripsit, REGES AB SE IN GRATIAM ESSE REDVCTOS. Exagitabantur omnes eius fraudes atque fallaciae; tota vita in eius modi ratione versata aperiebatur; egestas domestica, quaestus forensis in medium proferebatur; nummarius interpres pacis et concordiae non probabatur. Itaque tum Staienus, cum idem defenderet quod Attius, condemnatus est: 102. Cominii, cum hoc agerent, quod nos in tota causa egimus, probaverunt. Quam ob rem si Staieni damnatione Oppianicum iudicium corrumpere voluisse, Oppianicum iudici ad emendas sententias dedisse pecuniam iudicatum est: cum ita constitutum sit, ut in illa culpa aut Cluentius sit aut Oppianicus, Cluentii nummus nullus iudici datus ullo vestigio reperietur, Oppianici pecunia post iudicium factum ab iudice ablata est: potest esse dubium, quin illa damnatio Staieni non modo non sit contra Cluentium, sed maxime nostram causam defensionemque confirmet? XXXVII. 103. Ergo adhuc Iunii iudicium video esse eius modi, ut incursionem potius seditionis, vim multitudinis, impetum tribunicium quam iudicium appellandum putem. Quod si quis illud iudicium appellet, tamen hoc confiteatur necesse est, nullo modo illam multam, quae ab Iunio petita est, cum Cluentii causa posse coniungi. Illud igitur Iunianum per vim factum est; Bulbi et Popilii et Guttae contra Cluentium non est; Staieni etiam pro Cluentio est. Videamus ecquod aliud iudicium, quod pro Cluentio sit, proferre possimus.

Dixitne tandem causam C. Fidiculanius Falcula, qui Oppianicum condemnarat, cum praesertim, id quod fuit in illo iudicio invidiosissimum, paucos dies ex subsortitione sedisset? Dixit et bis quidem dixit; in summam enim L. Quinctius invidiam contionibus eum quotidianis, seditiosis et turbulentis, adduxerat. Uno iudicio multa est ab eo petita, sicut ab Iunio, quod non suae decuriae munere neque ex lege sedisset: paulo sedatiore tempore est accusatus quam Iunius, sed eadem fere lege et crimine. Quia nulla in iudicio seditio neque vis nec turba versata est, prima actione facillime est absolutus. Non numero hanc absolutionem; nihilo minus enim potest, ut illam multam non commiserit, accepisse tamen ob rem iudicandam *** capta nusquam Staienus eadem lege

---

1. *est*] *sit* S T. — 3. *accepisse* S T: *se accepisse* R A L 𝔏 O. Fort. *accepisse se.* — 4. *suscepta sicut -- uno iudicio mul..* (§. 103.) habet P. — *sicut in statuis -- ad Iuturnae* Arusianus p. 213. ed. Lindem. — 5. *ad Diuturnae* P S F M, sed S littera *d* expuncta. — *a se* S T L. — 6. *eius omnes* S T. — 8. *medio* F M. — *praeferebatur* P. — 11. *in tota causa*] Hinc usque ad vv. *non quaerunt* (§. 107.) deficit M. — 14. *ut* P: *uti* R A L 𝔏 O. — *in illa*] *nulla* F; *in nulla* A. — 15. *reperietur* P O: *reperitur* R A 𝔏; *reperiatur -- ablata sit* cum Sylvio L. — 16. *ab* P: *a* R A L 𝔏 O. — 18. *Ego* 𝔏. — *adhaec* F. — 21. *qui* S T F. — 22. *ab* P S T O: *a* R A L 𝔏. — *est* Halmius: *sit* ceteri. — 23. *Popilii* S T F: *Popillii* P A L 𝔏 O. Cf. §. 95. — 24. *Guctae* S. — *est* post v. *Cluentio* om. F A 𝔏. — 25. *ecquod*] *et quod* S T F. — *possumus* S. — 26. *Dixitne -- Falcula?* Quintilianus IX. 2, 8. Anecd. Paris. p. 21. v. 19. — *Fidiculanius* P L 𝔏 O: *Fidiculanus* S T F A. Cf. §. 108. Inscr. R. N. ed. Mommsen n. 6833. Ann. dell' Inst. vol. XXIV. p. 312. — 28. *paucos*] *post paucos* 𝔏. — 33. *neque vis* om. 𝔏. — *nec* S T: *neque* R A L 𝔏 O. — 36. *tamen* S T F L 𝔏 O: *tandem* R A. — *iudicandam capta nusquam Staienus* S T: *iudicandam captam nusquam St.* F A O; *iudicandam pe-*

dixit. Proprium crimen illud quaestionis eius non fuit. 104. Fidiculanius quid fecisse dicebatur? Accepisse a Cluentio HS cccc. Cuius erat ordinis? Senatorii. Qua lege in eo genere a senatore ratio repeti solet, de pecuniis repetundis, ea lege accusatus honestissime est absolutus. Acta est enim causa more maiorum sine vi, sine metu, sine periculo: dicta et exposita et demonstrata sunt omnia. Adducti iudices sunt, non modo potuisse honeste ab eo reum condemnari, qui non perpetuo sedisset, sed aliud si iudex nihil scisset nisi quae praeiudicia de eo facta esse constarent, audire praeterea nihil debuisse. XXXVIII. 105. Tum etiam illi quinque, qui imperitorum hominum rumusculos aucupati tum illum absolverunt, iam suam clementiam laudari magno opere nolebant: a quibus si qui quaereret, sedissentne iudices in C. Fabricium, sedisse se dicerent: si interrogarentur, num quo crimine is esset accusatus praeterquam veneni eius, quod quaesitum Habito diceretur, negarent: si deinde essent rogati, quid iudicassent, condemnasse se dicerent; nemo enim absolvit. Eodem modo quaesitum si esset de Scamandro, certe idem respondissent: tametsi ille una sententia est absolutus; sed illam unam nemo tum istorum suam dici vellet. 106. Uter igitur facilius suae sententiae rationem redderet: isne, qui se et sibi et rei iudicatae constitisse dicit, an ille, qui se in principem maleficii lenem, in adiutores eius et conscios vehementissimum esse respondet? Quorum ego de sententia non debeo disputare; neque enim dubito, quin ii tales viri suspicione aliqua perculsi repentina de statu suo declinarint. Quare eorum, qui absolverunt, misericordiam non reprehendo; eorum, qui in iudicando superiora iudicia secuti sunt sua sponte, non Staieni fraude, constantiam comprobo; eorum vero, qui sibi non liquere dixerunt, sapientiam laudo, qui absolvere eum, quem nocentissimum cognorant et quem ipsi bis [iam] antea condemnarant, nullo modo poterant: condemnare, (cum tanta consilii infamia et tam atrocis rei suspicio esset iniecta) paulo posterius patefacta re maluerunt. 107. Ac ne ex facto solum sapientes illos iudicetis, sed etiam ex hominibus ipsis, quod ii fecerunt, rectissime ac sapientissime factum probetis: quis P. Octavio Balbo ingenio prudentior, iure peritior, fide, religione, officio diligentior aut sanctior commemorari potest? Non absolvit. Quis Q. Considio constantior? quis iudiciorum atque eius dignitatis, quae in iudiciis publicis versari debet, peritior? quis virtute, consilio, auctoritate praestantior? Ne is quidem absolvit. Longum est de singulorum virtute ita dicere: quae, quia cognita sunt

---

cuniam, quam captam nusquam St. ℒ; *iudicandam pecuniam, quam St., qui causam nusquam* L; *iudicandam pecuniam, qua capta nusquam Staienus* Ravius *Varr. Lectt.* I. p. 11 sqq. — 1. *crimen* om. T. Cf. §. 97. — 2. *fecisset* F. — *accepisse a Cluentio HS CCCC* om. Classenii codices omnes praeter S T. — *CCCC*] *CCC* A; *XLCIↃ* L. — 5. *sine* ante v. *periculo* om. T. — 6. *adducti* S T A L ℒ: *abducti* F; *addocti* O. Vid. Madvigium ad Cic. de Finn. p. 32. — 8. *aliud si* Halmius: *aliud is* S F; *aliud si is* T; *si aliud is* A L ℒ O. — 9. *constaret* L. Cf. pro Roscio Am. §. 118. de domo §. 139. — 10. *qui imperitorum h. r. aucupant* Priscianus III. 5, 30. — *ii peritorum* F. — 11. *dementiam* S T. — 13. *accusatus -- negarent* om. T. — 18. *Uter igitur -- redderet* (al. *reddet*) Quintilianus IX. 2, 16. — 19. *redderet isne qui se* S T L ℒ O: *reddere iis nequisse* F A. — 20. *dicat* S; *diceret* L. — *se* om. T. — *adiutorem* F A. — 21. *respondet* Francianus primus, O: *respondit* R A ℒ; *responderet* L. — 22. *ii* om. S T. — 23. *percussi* mg. ℒ, O. — *declinarint* mg. ℒ, O: *declinarent* 𝔄 A L ℒ. — 27. *iam* om. S T. — 31. *nominibus* cum ed. Victoriana ℒ O. — *ii*] *hi* S T. — *fecerunt* S T: *fecerint* F A L ℒ O. — 32. *qui* S. — 34. *Quis Q.*] *quisque* F. — 35. *debent* F.

ab omnibus, verborum ornamenta non quaerunt. Qualis vir M. Iuventius Pedo fuit ex vetere illa iudicum disciplina? qualis L. Caulius Mergus? M. Basilus? C. Caudinus? qui omnes in iudiciis publicis iam tum florente re publica floruerunt. Ex eodem numero L. Cassius, Cn. Heius, pari et integritate et prudentia: quorum nullius sententia est Oppianicus absolutus. Atque in his omnibus natu minimus, ingenio et diligentia et religione par iis, quos antea commemoravi, P. Saturius, in eadem sententia fuit. 108. O innocentiam Oppianici singularem! quo in reo qui absolvit ambitiosus, qui distulit cautus, qui condemnavit constans existimatur.

XXXIX. Haec tum agente Quinctio neque in contione neque in iudicio demonstrata sunt: neque enim ipse dici patiebatur nec per multitudinem concitatam consistere cuiquam in dicendo licebat. Itaque ipse, postquam Iunium pervertit, totam causam reliquit. Paucis enim diebus illis et ipse privatus est factus et hominum studia defervisse intellegebat. Quod si, per quos dies Iunium accusavit, Fidiculanium accusare voluisset, respondendi Fidiculanio potestas facta non esset. Ac primo quidem omnibus illis iudicibus, qui Oppianicum condemnarant, minabatur. 109. Iam insolentiam noratis hominis, noratis animos eius ac spiritus tribunicios. Quod erat odium, di immortales! quae superbia! quanta ignoratio sui! quam gravis atque intolerabilis arrogantia! qui illud iam ipsum acerbe tulerit, ex quo illa nata sunt omnia, non sibi ac defensioni suae condonatum esse Oppianicum, proinde quasi non satis signi esse debuerit ab omnibus eum fuisse desertum, qui se ad patronum illum contulisset. Erat enim Romae summa copia patronorum, hominum eloquentissimorum atque amplissimorum, quorum certe aliquis defendisset equitem Romanum, in municipio suo nobilem, si honeste putasset eius modi causam posse defendi. XL. 110. Nam Quinctius quidem quam causam umquam antea dixerat, cum annos ad quinquaginta natus esset? quis eum umquam non modo in patroni, sed in laudatoris aut advocati loco viderat? qui quod Rostra iam diu vacua locumque illum post adventum L. Sullae a tribunicia voce desertum oppresserat multitudinemque desuefactam iam a contionibus ad veteris consuetudinis similitudinem revocarat, idcirco cuidam hominum generi paulisper iucundior fuit. Atque idem quanto in odio postea suis illis ipsis fuit, per quos in altiorem locum adscenderat! neque iniuria. 111. Facite enim ut non solum

---

1. *quaerit* M. — *Iuventius -- Mergus* om. M. — 2. *fuit* om. T. — *Mergus* om. A. — 3. *Basilus* L O: *Basilius* 𝔄 A 𝔏. — *Caudinius* S. — 4. *Heius* F M O: *Heuitus* S T; *Hevius* A; *Naevius* L 𝔏. — 6. *in* S T: *ex* F M A L 𝔏 O. — *ingenio et virtute par his quos ante memoravi* Arusianus Messius p. 253. ed. Lindem. — *et diligentia* om. F. — 7. *Satureius* L. — 9. *dispulit* T. — 11. *agente* S T F: *agitante* M A L 𝔏 O. — 14. *totam causam* S T L: *causam totam* R A 𝔏 O. — 15. *defervisse* S T M: *deseruisse* R; *deferbuisse* A L 𝔏 O. — 16. *Fidiculanium -- Fidiculanio* S T F M L 𝔏 O: *Fidiculanum -- Fidiculano* A. Cf. §. 103. — 18. *condemnarunt* F M. — 20. *di* M: *dii* R A L 𝔏 O. — 21. *ignorantia* S T. — *iam* S T: *etiam* R A L 𝔏 O. — 23. *condemnatum* S T F. — 24. *se* om. T. — 30. *aut* om. F A. — 32. *a* om. S T. — 33. *desuefactam iam* S T: *iam desuefactam* R A L 𝔏 O. — *veteres* S. — 34. *revocarat* S T, mg. 𝔏: *revocaverat* F M A L 𝔏 O. — *iocundior* S. — 35. *illis* et *fuit* om. S T. Fort. *postea fuit illis ipsis*, *per quos* cet. — 36. *adscenderat*] *ascenderat fuit* S. — *Facite enim ut vultum ipsius et illam usque ad talos demissam purpuram cogitetis* Iulius Rufinianus *de fig. sent.* §. 3. — *fecit enim* S T.

mores et arrogantiam eius, sed etiam vultum atque amictum atque illam usque ad talos demissam purpuram recordemini. Is, quasi non esset ullo modo ferendum, se ex iudicio discessisse victum, rem a subselliis ad Rostra detulit. Etiam querimur saepe, hominibus novis non satis magnos in hac civitate esse fructus? Nego usquam umquam fuisse maiores, ubi si quis ignobili loco natus ita vivit, ut nobilitatis dignitatem virtute tueri posse videatur, usque eo pervenit, quoad eum industria cum innocentia prosecuta est. 112. Si quis autem hoc uno nititur, quod sit ignobilis, procedit saepe longius, quam si idem ille esset cum isdem suis vitiis nobilissimus. Ut Quinctius — nihil enim dicam de ceteris — si fuisset homo nobilis, quis eum cum illa superbia atque intolerantia ferre potuisset? Quod eo loco fuit, ita tulerunt, ut, si quid haberet a natura boni, prodesse ei putarent oportere, (superbiam autem atque arrogantiam eius deridendam magis arbitrarentur) propter humilitatem hominis quam pertimescendam. XLI. Sed, ut illuc revertar: quo tempore Fidiculanius est absolutus, tu, qui iudicia facta commemoras, quid tum esse existimas iudicatum? certe gratis iudicasse. 113. At condemnarat, at causam totam non audierat, at in contionibus [omnibus] a L. Quinctio vehementer erat et saepe vexatus. Illa igitur omnia Quinctiana iniqua, falsa, turbulenta, popularia, seditiosa iudicia fuerunt. Esto: potuit esse innocens Falcula. Iam ergo aliquis Oppianicum gratis condemnavit: iam non eos Iunius subsortitus est, qui pecunia accepta condemnarent: iam potuerunt aliqui ab initio non sedisse et tamen Oppianicum gratis condemnasse. Verum, si innocens Falcula, quaero, quis sit nocens? si hic gratis condemnavit, quis accepit? Nego rem esse ullam in quemquam illorum obiectam, quae Fidiculanio non obiecta sit; aliquid fuisse in Fidiculanii causa, quod idem non esset in ceterorum. 114. Aut hoc iudicium reprehendas tu, cuius accusatio rebus iudicatis nitebatur, necesse est, aut, si hoc verum esse concedis, Oppianicum gratis condemnatum esse fateare.

Quamquam satis magno argumento esse debet, quod ex tam multis iudicibus absoluto Falcula nemo reus factus est. Quid enim mihi damnatos ambitus colligitis, alia lege, certis criminibus, plurimis testibus? cum primum illi ipsi debuerint potius accusari de pecuniis repetundis quam ambitus. Nam si in ambitus iudiciis hoc iis obfuit, cum alia lege

---

1. *mores* cet.] Quintilianus V. 13, 39: *Alia respondendi patronis ratio, et aliquando tamen eorum non oratio modo, sed vita etiam, vultus, denique incessus, habitus, recte incusari solet, ut adversus Quintium Cicero non haec solum, sed ipsam etiam* praetextam demissam ad talos *insectatus est*. — *et arrogantiam eius* S T L: *eius et arrogantiam* R A 𝔏 O. (*et* om. F M.) — *atque etiam illam* S T. — 2. *dimissam* S. — 3. *a* S T: *ab* F M A L 𝔏 O. — 4. *ad* S T L: *in* R A 𝔏 O. — *etiam* S: *et iam* A L 𝔏 O. — *hominis* T. — 6. *qui* F M A. — *natus sit* S T. — *vivit* S T F M A: *vivat* L 𝔏 O. — 8. *qui* F M. — 9. *isdem* M: *iisdem* R A L 𝔏 O. — 10. *vitiis*] *civis* S T. — 12. *a*] *in* S F M A. — 13. *atque* om. T. — 16. *absolutus est* S. — *iudicia* S T: *ea iudicia* R A L 𝔏 O. — *quid* S T: *quaero quid* R A L 𝔏 O. — 17. *iudicasset* S. — *At condemnarat -- a L.* om. T. — 18. *omnibus* om. S et omissa auctoritate Classenius. — *Quinctio trib. pl.* S. — 20. *iudicia fuerunt*] *iudicaverunt* S T. — 21. *aliqui* S T. — 22. *condemnaret* S T. — 23. *potuerunt aliqui* cod. Lambini: *putaretur aliqui* S T; *potuit aliqui* M; *potuit aliquis* F A L 𝔏 O. — *condemnasset* S T. — 24. *quaero* S T F M A: *quaeso* L 𝔏 O. — *qui* S T. — *sit* S T: om. R A L 𝔏 O. — 26. *non obiecta* S T: *obiecta non* R A L 𝔏 O. — *aliquid* S T F M A: *nego aliquid* cum ed. Iuntina L 𝔏 O; *neque aliquid* 𝔏. — 28. *nitebatur* S T L: *niti videbatur* R A 𝔏 O. — 35. *iis* S T: *his* F M A L 𝔏 O.

causam dicerent, certe, si propria lege huius peccati adducti essent, multo plus obfuisset. 115. Deinde si tanta vis fuit istius criminis, ut, qua quisque lege ex illis iudicibus reus factus esset, tamen hac plaga periret, cur in tanta multitudine accusatorum, tantis praemiis, ceteri rei facti non sunt? Hic profertur id, quod iudicium appellari non oportet, P. Septimio Scaevolae litem eo nomine esse aestimatam. Cuius rei quae consuetudo sit, quoniam apud homines peritissimos dico, pluribus verbis docere non debeo. Numquam enim ea diligentia, quae solet adhiberi in ceteris iudiciis, eadem reo damnato adhibita est. 116. In litibus aestimandis fere iudices aut, quod sibi eum, quem semel condemnarunt, inimicum putant esse, si quae in eum lis capitis illata est, non admittunt, aut, quod se perfunctos iam esse arbitrantur, cum de reo iudicarunt, negligentius attendunt cetera. Itaque et maiestatis absoluti sunt permulti, quibus damnatis de pecuniis repetundis lites maiestatis essent aestimatae, et hoc quotidie fieri videmus, ut reo damnato de pecuniis repetundis, ad quos pervenisse pecunias in litibus aestimandis statutum sit, eos iidem iudices absolvant: quod cum fit, non iudicia rescinduntur, sed hoc statuitur, aestimationem litium non esse iudicium. Scaevola condemnatus est aliis criminibus, frequentissimis Apuliae testibus. Omni contentione pugnatum est, uti lis haec capitis aestimaretur. Quae res si rei iudicatae pondus habuisset, ille postea vel isdem vel aliis inimicis reus hac lege ipsa factus esset.

XLII. 117. Sequitur id, quod illi iudicium appellant, maiores autem nostri numquam neque iudicium nominarunt, neque proinde ut rem iudicatam observarunt, animadversionem atque auctoritatem censoriam. Qua de re antequam dicere incipio, perpauca mihi de meo officio verba faciunda sunt, ut a me cum huiusce periculi, tum ceterorum quoque officiorum et amicitiarum ratio conservata esse videatur. Nam mihi cum viris fortibus, qui censores proxime fuerunt, ambobus est amicitia, cum altero vero, sicuti plerique vestrum sciunt, magnus usus et summa utriusque officiis constituta necessitudo. 118. Quare, quidquid de subscriptionibus eorum mihi dicendum erit, eo dicam animo, ut omnem orationem meam non de illorum facto, sed de ratione censoria habitam existimari velim: a Lentulo autem, familiari meo, qui a me pro eximia sua virtute summisque honoribus, quos a populo Romano adeptus est, honoris causa nominatur, facile hoc, iudices, impetrabo, ut, quam ipse adhibere consuevit in amicorum periculis cum fidem et diligentiam, tum vim animi libertatemque dicendi, ex hac mihi concedat ut tantum mihi

1. *essent* om. T. — 3. *iudicibus* om. T. — 5. *appellare* A. — 6. *Scaevulae* L 𝔏 (ubique). — *esse eo nomine* T. — 8. *dicere* F. — 9. *adhibenda* F A. — 11. *esse* om. T. — *quae* T F M A: *qua* S L 𝔏 O. — 13. *et* om. T. — 14. *maiestatis* S T: om. R A L 𝔏 O. — 17. *eos iidem* nos: *eosdem* S T; *eos illi* R A L 𝔏 O. — *fiat* F A. — 18. *hoc* om. T. — *iudicium* om. S T. — 20. *uti* S T L: *ut* R A 𝔏 O. — 21. *isdem* M: *iisdem* S T F A L 𝔏 O. — 23. *id quod*] *illud* M; *illud quod* L. — 24. *proinde* S T F M L: *perinde* A 𝔏 O. — 25. *observarunt* S T M A L: *observaverunt* F 𝔏 O. — *animadversio atque auctoritas* cum P. Manutio (a. 1540.) L. Cf. Reisig *Lat. Sprachw.* p. 623. — 26. *antequam* om. M; *prius quam* L. — *dicere* om. M. — 27. *faciunda* S T: *facienda* R A L 𝔏 O. — *periculo* S T. — *tum* om. S T. — 28. *consequuta* T. — 30. *plerique* S T: *et plerique* R A L 𝔏 O. — *vestri* S T. — 31. *officii* 𝔄 A. Emendavit P. Manutius a. 1540. — *necessitudo*] *consuetudo* S T; *necessitudo est* R A L 𝔏 O. — 33. *rationem* S T F M. — 37. *cum* S T L O: om. R A 𝔏. — 38. *ex hac* S T: *in hac* R A L 𝔏; *in hoc* O.

sumam, quantum sine huius periculo praeterire non possim. A me tamen, ut aequum est, omnia caute pedetemptimque dicentur, ut neque fides huius defensionis relicta neque cuiusquam aut dignitas laesa aut amicitia violata esse videatur.

119. Video igitur, iudices, animadvertisse censores in iudices quosdam illius consilii Iuniani, cum istam ipsam causam subscriberent. Hic illud primum commune proponam, numquam animadversionibus censoriis hanc civitatem ita contentam ut rebus iudicatis fuisse. Neque in re nota consumam tempus; exempli causa ponam illud unum: C. Getam, cum a L. Metello et Cn. Domitio censoribus ex senatu eiectus esset, censorem esse ipsum postea factum, et, cuius mores erant a censoribus reprehensi, hunc postea et populi Romani et eorum, qui in ipsum animadverterant, moribus praefuisse. Quod si illud iudicium putaretur, ut ceteri turpi iudicio damnati in perpetuum omni honore ac dignitate privantur, sic hominibus ignominia notatis neque ad honorem aditus neque in curiam reditus esset. 120. Nunc si quem Cn. Lentuli aut L. Gellii libertus furti condemnarit, is omnibus ornamentis amissis numquam ullam honestatis suae partem recuperabit: quos autem ipse L. Gellius et Cn. Lentulus duo censores, clarissimi viri sapientissimique homines, furti et captarum pecuniarum nomine notaverunt, ii non modo in senatum redierunt sed etiam illarum ipsarum rerum iudiciis absoluti sunt. XLIII. Neminem voluerunt maiores nostri non modo de existimatione cuiusquam, sed ne pecuniaria quidem de re minima esse iudicem, nisi qui inter adversarios convenisset. Quapropter in omnibus legibus, quibus exceptum est, de quibus causis aut magistratum capere non liceat aut iudicem legi aut alterum accusare, haec ignominiae causa praetermissa est. Timoris enim causam, non vitae poenam in illa potestate esse voluerunt. 121. Itaque non solum illud ostendam, quod iam videtis, populi Romani suffragiis saepe numero censorias subscriptiones esse sublatas, verum etiam iudiciis eorum, qui iurati statuere maiore cum religione et diligentia debuerunt. Primum iudices, senatores equitesque Romani, in compluribus iam reis, quos contra leges pecunias accepisse subscriptum est, suae potius religioni quam censorum opinioni paruerunt. Deinde praetores urbani, qui iurati debent optimum quemque in lectos iudices referre, sibi numquam ad eam rem censoriam ignominiam impedimento esse oportere duxerunt. 122. Censores denique ipsi saepe numero superiorum censorum iudiciis, si ista iudicia appellare vultis, non steterunt. Atque etiam ipsi inter se censores sua iudicia tanti esse arbitrantur, ut alter alterius iudicium non modo reprehendat, sed etiam

1. *possim* S T: *possum* R A L ς O. — 3. *eius* S T. — 6. *consilii*] *iudicii* F. — 7. *illud primum* S T: *primum illud* R A L ς O. — *praeponam* T. — 8. *contemtam* S. — 9. *tempus. exempli causa ponam* S T: *tempus exemplis. ponam* R A L ς O. — *unum illud* S. — 10. *ab L.* T. — 11. *esse ipsum postea* S T: *ipsum postea esse* R A L ς O. — *erant a censoribus* S T: *a censoribus erant* R A L ς O. — 12. *et p.*] *ex p.* S. — 15. *ad*] *in* S T. — 16. *Gelli* T F. — 17. *libertum* S pr. m. — 18. *recuperavit* M. — 20. *captarum ipsarum pecuniarum* F. — *ii* om. F A. — 21. *illarum* om. M. — *rerum*] *pecuniarum nomine* F A. — 22. *neminem* om. T. — *vestri* M. — 27. *causam* om. S T; *vim* coni. Halmius. — 28. *solum illud* S T M: *solum iudices illud* F A L ς O. — 29. *subscriptionis* M. — *sublatas* S T: *delatas* M; *deletas* F A L ς O. — 32. *accepisse* S T ς: *cepisse* R A L O. — 35. *lectos* S T: *selectos* R A L ς O. — *sibi numquam* S T: *numquam sibi* R A L ς O. — 36. *impedimentum* F A. — *dixerunt* F A. — 37. *appellare* S T: *appellari* R A L ς O.

rescindat; ut alter de senatu movere velit, alter retineat et ordine amplissimo dignum existimet; ut alter in aerarios referri aut tribu moveri iubeat, alter vetet. Quare qui vobis in mentem venit, haec appellare iudicia, quae a populo rescindi, ab iuratis iudicibus repudiari, a magistratibus negligi, ab iis, qui eandem potestatem adepti sunt, commutari, inter collegas discrepare videatis?

XLIV. 123. Quae cum ita sint, videamus, quid tandem censores de illo iudicio corrupto iudicasse dicantur. Ac primum illud statuamus, utrum, quia censores subscripserint, ita sit, an, quia ita fuerit, illi subscripserint. Si quia subscripserint, videte, quid agatis, ne in unum quemque nostrum censoribus in posterum potestatem regiam permittatis, ne subscriptio censoria non minus calamitatis civibus quam illa acerbissima proscriptio possit afferre, ne censorium stilum, cuius mucronem multis remediis maiores nostri rettuderunt, aeque posthac atque illum dictatorium [gladium] pertimescamus. 124. Sin autem quod subscriptum est, quia verum est, idcirco grave debet esse, hoc quaeramus, verum sit an falsum; removeantur auctoritates censoriae; tollatur id ex causa, quod in causa non est; doce, quam pecuniam Cluentius dederit, unde dederit, quem ad modum dederit; unum denique [aliquod] a Cluentio profectae pecuniae vestigium ostende. Vince deinde, bonum virum fuisse Oppianicum, hominem integrum, nihil de illo umquam secus esse existimatum, nihil denique praeiudicatum. Tum auctoritatem censoriam amplexato, tum illorum iudicium cum re coniunctum esse defendito. 125. Dum vero eum fuisse Oppianicum constabit, qui tabulas publicas municipii manu sua corrupisse iudicatus sit, qui testamentum interleverit, qui supposita persona falsum testamentum obsignandum curaverit, qui eum, cuius nomine id obsignatum est, interfecerit, qui avunculum filii sui in servitute ac vinculis necaverit, qui municipes suos proscribendos occidendosque curaverit, qui eius uxorem, quem occiderat, in matrimonium duxerit, qui pecuniam pro abortione dederit, qui socrum, qui uxores, qui uno tempore fratris uxorem speratosque liberos fratremque ipsum, qui denique suos liberos interfecerit, qui, cum venenum privigno suo dare vellet, manifesto deprehensus sit, cuius ministris consciisque damnatis ipse adductus in iudicium pecuniam iudici dederit ad sententias iudicum corrumpendas: dum haec, inquam, de Oppianico con-

---

1. *praescindat* S T. — *movere* 𝔄 A L 𝔏: *moveri* cum Grutero O. — 2. *aerario referre* S T. — *movere* S T. — 4. *populo* S T: *populo Romano* R A L 𝔏 O. — *ab*] *a* S. — 5. *sint* T. — 6. *discrepari* L; *et discrepare* S. — 9. *censores*] *censores de illo iudicio corrupto* A et mg. S m. 2. — 10. *si quia subscripserint* om. T. — *quia* S: *ideo quia* R A L 𝔏 O. — *agatis, videte ne* L. — 15. *dictatorium* (sc. *stilum* Sullae) S: *dictatorium gladium* R A L 𝔏 O. Vid. Spengel l. l. p. 466. — 16. *quia verum sit* Halmius. — 18. *non* om. T. — 19. *quemadmodum dederit* om. S T. — *aliquod* om. T; *aliquid* post v. *Cluentio* habet S. — 20. *bonum virum* S T: *virum bonum* R A L 𝔏 O. — 22. *auctoritatem censorum amplexato* Priscianus VIII. 5, 26. — *censoriam* S T F A: *censorum* M L 𝔏 O. — 23. *amplexator* S T M A L (Lambino invito) 𝔏. Cf. Madvigium *Opusc.* II. p. 241. — *coniunctum cum re esse* S; *coniunctum esse cum re* T. — 24. *Dum*] *cum* F M A. — 25. *manu sua* S T: *sui* R A L 𝔏 O. — *iudicatum* S T. — 26. *curaverit* S T: *curarit* F M A L 𝔏 O. — 27. *id* om. T. — 28. *necaverit* S T L: *necarit* R A 𝔏 O. — 29. *curaverit* S L: *curavit* T; *curarit* F M A 𝔏 O. — 30. *abortione* S L 𝔏: *potione* T F M A O. — 31. *uxores* S T: *uxorem* R A L 𝔏 O. — *uno*] *hoc* F A. — 33. *privigni* M. — *dare vellet* S T: *quaereret* R A L 𝔏 O. — *deprehensus sit* S T: *sit deprehensus* R A L 𝔏 O.

stabunt neque ullo argumento Cluentianae pecuniae crimen tenebitur, quid est quod te ista censoria, sive voluntas sive opinio fuit, adiuvare aut hunc innocentem opprimere posse videatur? XLV. 126. Quid igitur censores secuti sunt? Ne ipsi quidem, ut gravissime dicam, quidquam aliud dicent praeter sermonem atque famam. Nihil se testibus, nihil tabulis, nihil aliquo gravi argumento comperisse, nihil denique causa cognita statuisse dicent. Quod si ita fecissent, tamen id non ita fixum esse deberet, ut convelli non liceret. Non utar exemplorum copia, quae summa est; non rem veterem, non hominem potentem aliquem aut gratiosum proferam. Nuper hominem tenuem, scribam aedilicium, D. Matrinium, cum defendissem apud M. Iunium Q. Publicium praetores et M. Plaetorium C. Flaminium aediles curules, persuasi ut scribam iurati legerent eum, quem iidem isti censores aerarium reliquisse subscripserunt. Cum enim in homine nulla culpa inveniretur, quid ille meruisset, non quid de eo statutum esset, quaerendum esse duxerunt. 127. Nam haec quidem, quae de iudicio corrupto subscripserunt, quis est qui ab illis satis cognita et diligenter iudicata arbitretur? In M'. Aquilium et in Ti. Guttam video esse subscriptum. Quid est hoc? duos esse corruptos solos pecunia? Dicant: ceteri videlicet gratis condemnarunt. Non est igitur circumventus, non oppressus pecunia, non, ut illae Quinctianae contiones habebantur, omnes, qui Oppianicum condemnarunt, in culpa sunt ac suspicione ponendi. Duos solos video auctoritate censorum affines ei turpitudini iudicari. Aut illud afferant, aliquid sese, quod de his duobus habuerint compertum, de ceteris comperisse. XLVI. 128. Nam illud quidem minime probandum est, ad notationes auctoritatemque censoriam exemplum illos e consuetudine militari transtulisse. Statuerunt enim ita maiores nostri, ut, si a multis esset flagitium rei militaris admissum, sortitione in quosdam animadverteretur, ut metus videlicet ad omnes, poena ad paucos perveniret. Quod idem facere censores in delectu dignitatis et in iudicio civium et in animadversione vitiorum, qui convenit? Nam miles, qui locum non tenuit, qui hostium impetum vimque pertimuit, potest idem postea et miles esse melior et vir bonus et civis utilis. Quare qui in bello propter hostium metum deliquerat, amplior ei mortis et supplicii metus est a maioribus constitutus: ne autem nimium multi poenam capitis subirent, idcirco illa sortitio comparata est.

---

1. *neque* S T: *nec* R A L 𝔏 O. — *Cluentiae* T. — 2. *ista*] *ipsa* T. — 4. *dicam*] *dicant* F O. — 6. *aliquo gravi* S T: *gravi aliquo* R 𝔄 L 𝔏 O. — *comperisse* om. F. — 10. *Macrinum* S. — 11. *Iulium* 𝔏. — *Puplicium* T; *Poblicium* L. — 12. *M. pretorium* S. — 13. *reliquisse subscripserunt* T F A: *reliquisse scripserunt* S; *reliquissent* M L 𝔏 O. — 14. *inveniretur* S T F M A: *reperiretur* L 𝔏 O. — *quod ille* F M. — 15. *non quid*] *numquid* F M. — *dixerunt* S T F. — 16. *subscripserint* F L 𝔏. Hinc M deficit usque ad vv. *opinione standum* §. 132. — 17. *M'*. L O: *M.* 𝔄 A 𝔏. — *Aquillium* L 𝔏 O. Cf. p. Caecina §. 77. — *et intimum Guttam* S. Cf. §. 98. — 19. *dicant* 𝔄 A: *quid* cum ed. Iuntina L 𝔏 O. — 20. *non oppressus* S T L: *non est oppressus* F A 𝔏 O. — *ut non* S. — *illa Quinctiana concione* F. — 22. *suspiciendi* T. — *affinis* S. — 23. *illud* om. T. — *sese* Leclercquius: *esse* 𝔄 A O. (*At illud, quod afferunt nihil est: aliquid esse, quod* L; *Nam ut illud afferant, nihil est, quod* 𝔏.) — *his*] *iis* L 𝔏 O. — 24. *comperisse*] *nihil comperisse* L; *non comperisse* cum Graevio O. — 26. *e consuetudine* nos: *consuetudine* (praepositione omissa) R A; *a consuetudine* cum ed. Iuntina L 𝔏 O. Cf. p. 579. v. 14. — *statuere* S T. — 28. *sortitio* S T; *sortito* Classenius. Cf. p. 579. v. 15. — 29. *omnis* S. — 33. *qui -- deliquerat* S T: *ne -- delinqueret* R A L 𝔏 O.

129. Hoc tu idem facies censor in senatu legendo? Si erunt plures, qui ob innocentem condemnandum pecuniam acceperint, tu non animadvertes in omnes, sed carpes, ut velis, et paucos ex multis ad ignominiam sortiere? Habebit igitur te sciente et vidente curia senatorem, populus Romanus iudicem, res publica civem sine ignominia quemquam, qui ad perniciem innocentis fidem suam et religionem pecunia commutarit? et, qui pretio adductus eripuerit patriam, fortunas, liberos civi innocenti, is censoriae severitatis nota non inuretur? Tu es praefectus moribus, tu magister veteris disciplinae ac severitatis, si aut retines quemquam sciens in senatu scelere tanto contaminatum aut statuis, qui in eadem culpa sit, non eadem poena affici convenire? Aut quam condicionem supplicii maiores in bello timiditati militis propositam esse voluerunt, eandem tu in pace constitues improbitati senatoris? Quod si hoc exemplum ex re militari ad animadversionem censoriam transferendum fuit, sortitione id ipsum factum esse oportuit. Sin autem sortiri ad poenam et hominum delictum fortunae iudicio committere minime censorium est, certe in multorum peccato carpi paucos ad ignominiam [et turpitudinem] non oportet. XLVII. 130. Verum omnes intelligimus, in istis subscriptionibus ventum quendam popularem esse quaesitum. Iactata res erat in contione [a tribuno seditioso]; incognita causa probatum erat illud multitudini; nemini licitum est contra dicere: nemo denique, ut defenderet contrariam partem, laborabat. In invidiam porro magnam illa iudicia venerant. Etenim paucis postea mensibus alia vehemens erat in iudiciis ex notatione tabellarum invidia versata. Praetermitti ab censoribus et negligi macula iudiciorum posse non videbatur. Homines, quos ceteris vitiis atque omni dedecore infames videbant, eos hac quoque subscriptione notare voluerunt et eo magis, quod illo ipso tempore, illis censoribus, erant iudicia cum equestri ordine communicata, ut viderentur per hominum idoneorum ignominiam sua auctoritate illa iudicia reprehendisse. 131. Quod si hanc apud eosdem ipsos censores mihi aut alii causam agere licuisset, hominibus tali prudentia praeditis certe probavissem: res enim indicat nihil ipsos habuisse cogniti,

2. *tu* S T et de sua coniectura O: *ut* R A 𝔏; om. L. — *animadvertes* L O: *animadvertis* S T; *animadvertas* R A 𝔏. — 3. *carpes* 𝔄 A L O: *carpas* 𝔏. — *ut voles* L O. — 4. *sortiare* 𝔏. — 5. *ignominia quemquam -- certe probavisse* . . (§. 131.) habet P. — 8. *iuretur* P; *uretur* T. — *tu* ante v. *magister* om. 𝔏. — 9. *ac* P: *et* R A L 𝔏 O. — 10. *quis* S. — 11. *adfici convenire aut quam condicionem -- constitues* P O: *affici convenire ut quam cond. -- constitues* F; *affici convenire? et quam cond. -- constitues* L 𝔏; *affici oportere convenire ut ad quam cond. -- constituas* S T; *affici oportere convenire? et ad quam cond. -- constitues* A; *adfici oportere? Conveniltne, ut quam condicionem -- constituas* de Classenii coniectura Klotzius ed. alt. — 14. *hoc* om. 𝔏. — 16. *et* P, ed. Iuntina: *ad* R A; *atque* cum ed. Aldina L 𝔏 O. — 18. *et turpitudinem* om. P. — 19. *suspitionibus* T. — 20. *a tribuno seditioso* om. P. — 21. *erat illud* P O: *illud erat* R A L 𝔏. — *multitudini: nemini licitum* (ut coniecerat Ant. Augustinus) P: *multitudinem illicitum* R (*inl.* S) A 𝔏; *multitudini illi non licitum* L. — 22. *invidia p. magna* T F A. — 23. *etenim*] *et cum* T. — 24. *tabellarum* (ut coniecerat Garatonius) P O: *tabularum* R A L 𝔏. — 25. *ab* P: *a* R A L 𝔏 O. — 26. *infamis* S. — 27. *ipso in tempore* S T. — 28. *erat* P. — 30. *iudicia reprehendisse* (ut coniecerat Ernestius) P O: *iudicia cum equestri ordine reprehendisse* R A L 𝔏. — *eosdem* P O: *eos* R A L 𝔏. — 31. *praeditis* P O: om. R A L 𝔏. — 32. *probavissem (res enim indicat) nihil* A L 𝔏 O. Recta verborum distinctio debetur Madvigio *Opusc.* II. pag. 357.

nihil comperti; ex tota ista subscriptione rumorem quendam et plausum popularem esse quaesitum. Nam in P. Popilium, qui Oppianicum condemnarat, subscripsit L. Gellius, quod is pecuniam accepisset, quo innocentem condemnaret. Iam id ipsum quantae divinationis est, scire innocentem fuisse reum, quem fortasse numquam viderat, cum homines sapientissimi, iudices, ut nihil dicam de iis, qui condemnarunt, causa cognita sibi dixerint non liquere?

132. Verum esto: condemnat Popilium Gellius; iudicat accepisse a Cluentio pecuniam. Negat hoc Lentulus. Nam Popilium, quod erat libertini filius, in senatum non legit: locum quidem senatorium ludis et cetera ornamenta relinquit et eum omni ignominia liberat. Quod cum facit, iudicat eius sententia gratis esse Oppianicum condemnatum. Et eundem Popilium postea Lentulus in ambitus iudicio pro testimonio diligentissime laudat. Quare si neque L. Gellii iudicio stetit Lentulus neque Lentuli existimatione contentus fuit Gellius, et si uterque censor censoris opinione standum non putavit, quid est quam ob rem quisquam nostrum censorias subscriptiones omnes fixas et in perpetuum ratas putet esse oportere?

XLVIII. 133. At in ipsum Habitum animadverterunt. Nullam quidem ob turpitudinem, nullum ob totius vitae, non dicam vitium, sed erratum. Neque enim hoc homine sanctior neque probior neque in omnibus officiis retinendis diligentior esse quisquam potest; neque illi aliter dicunt, sed eandem illam famam iudicii corrupti secuti sunt; neque ipsi secus existimant, quam nos existimari volumus, de huius pudore, integritate, virtute, sed putarunt praetermitti accusatorem non potuisse, cum animadversum esset in iudices. Qua de re [tota] si unum factum ex omni antiquitate protulero, plura non dicam. 134. Non enim mihi exemplum summi et clarissimi viri, P. Africani, praetereundum videtur: qui cum esset censor et in equitum censu C. Licinius Sacerdos prodisset, clara voce, ut omnis contio audire posset, dixit se scire, illum verbis conceptis peierasse; si qui contra vellet dicere, usurum esse eum suo testimonio. Deinde cum nemo contra diceret, iussit equum traducere. Ita is, cuius arbitrio et populus Romanus et exterae gentes contentae esse consuerant, ipse sua scientia ad ignominiam alterius contentus non fuit. Quod si hoc Habito facere licuisset, facile illis ipsis iudicibus et falsae suspicioni et invidiae populariter excitatae restitisset.

135. Unum etiam est, quod me maxime perturbat, cui loco respon-

---

1. *ista* cum Ernestio O: ipsa 𝔄 A L 𝔏. — 2. *P.* ex Fulvii Ursini coniectura O: *L.* R A L 𝔏. — 6. *his* S T F. — 7. *sibi*] *sibi esse* S T. — *dixerunt* codices omnes. — 11. *relinquit* L O: *reliquit* 𝔄 A 𝔏. — 14. *Gelli* S T F. — 15. *aestimatione* A. — 17. *adfixas* M. — *putat* S T. — 23. *sunt* om. T. — 24. *vos* M. — *existimare* F M. — 26. *tota* om. S T. — 27. *dico* S T. — *Non enim mihi* cet.] Quintilianus V. 11, 13: *Contrario vero exemplo* (Cicero subvertit) *censoriam notam laudando censorem Africanum, qui eum, quem peierasse conceptis verbis palam dixisset, testimonium etiam pollicitus, si quis contra diceret, nullo accusante traducere equum passus esset.* — 29. *et* om. T. — *prodisset* S T F M: *prodiisset* A L 𝔏 O. — 30. *possit* S T F M. — 31. *qui* S T F M O: *quis* A L 𝔏. — *vellet dicere* S T: *dicere vellet* R A L 𝔏 O. — *eum suo*] *tum eius* A. — 32. *nemo contra* S T: *contra nemo* R A L 𝔏 O. — 33. *ita* S T: *itaque* R A L 𝔏 O. — 34. *consuerant* cum ed. Iuntina O; *consuerunt* S T F M A; *consueverunt* L 𝔏. — *scientia* S T F M A: *conscientia* L 𝔏 O. — 35. *et* om. S. — 37. *perturbat* S T: *conturbat* F M A L 𝔏 O.

dere vix videor posse, quod elogium recitasti de testamento Cn. Egnatii patris, hominis honestissimi videlicet et sapientissimi: idcirco se exheredasse filium, quod is ob Oppianici condemnationem pecuniam accepisset. De cuius hominis levitate et inconstantia plura non dicam. Hoc testamentum ipsum, quod recitas, eius modi est, ut ille, cum eum filium exheredaret, quem oderat, ei filio coheredes homines alienissimos adiungeret, quem diligebat. Sed tu, Atti, consideres censeo diligenter, utrum censorum iudicium grave velis esse an Egnatii. Si Egnatii, leve est quod censores de ceteris subscripserunt; ipsum enim Cn. Egnatium, quem tu gravem esse vis, ex senatu eiecerunt: sin autem censorum, hunc Egnatium, quem pater censoria subscriptione exheredavit, censores in senatu, cum patrem eiicerent, retinuerunt.

XLIX. 136. At enim senatus universus iudicavit illud corruptum esse iudicium. Quo modo? Suscepit causam. An potuit rem delatam eius modi repudiare? cum tribunus plebis populo concitato rem paene ad manus revocasset, cum vir optimus et homo innocentissimus pecunia circumventus diceretur, cum invidia flagraret ordo senatorius, potuit nihil decerni? potuit illa concitatio multitudinis sine summo periculo rei publicae repudiari? At quid est decretum? quam iuste! quam sapienter! quam diligenter! SI QVI SVNT, QVORVM OPERA FACTVM SIT VT IVDICIVM PVBLICVM CORRVMPERETVR. Utrum videtur id senatus factum iudicare, an si factum sit, moleste graviterque ferre? Si ipse A. Cluentius sententiam de iudiciis rogaretur, aliam non diceret atque ii dixerunt, quorum sententiis Cluentium condemnatum esse dicitis. 137. Sed quaero a vobis, num istam legem ex isto senatus consulto L. Lucullus consul, homo sapientissimus, tulerit? num anno post M. Lucullus et C. Cassius, in quos tum consules designatos idem illud senatus decreverat? Non tulerunt: et quod tu Habiti pecunia factum esse arguis neque id ulla tenuissima suspicione confirmas, factum est primum illorum aequitate et sapientia consulum, ut id, quod senatus decreverat ad illud invidiae praesens incendium restinguendum, id postea referendum ad populum non arbitrarentur. Ipse deinde populus Romanus, qui L. Quinctii [tribuni plebis] fictis querimoniis antea concitatus rem illam et rogationem flagitarat, idem C. Iunii filii, pueri parvuli, lacrimis commotus maximo clamore et concursu totam quaestionem illam et legem repudiavit. 138. Ex quo intelligi potuit id, quod saepe dictum est: ut mare, quod natura

1. *vix videor posse* S T: *vix posse videor* L; *posse vix videor* R A 𝔏 O. — *eclogium* L. — 3. *ob* S L 𝔏 O: *ab* T; *ad* R A. — *condemnationem* S T: *damnationem* R A L 𝔏 O. — 6. *adiungeret* S T: *coniungeret* F M A L 𝔏 O. — 7. *Sed tu Atti -- retinuerunt* Quintilianus V. 13, 33. — 8. *censorium* S T A 𝔏 et Quintiliani codices plerique. — 8. *egnati. si egnati* S. — *Cn.* om. Quintiliani editiones; sed optimus codex (Ambros. 1.) habet *genus*, corruptum ex *Gn.*: cf. var. lect. ad or. Pompeianae §. 3. — 10. *censorem* S; *censorium* A 𝔏 et Quintilianus. — 11. *exheredat* F M. — 12. *eiecissent* Quintilianus. — 17. *circumventus* S T: *circumventus esse* R A L 𝔏 O. — *flagrare* S. — 19. *At*] *aut* F M A. — 21. *id senatus* S T: *senatus id* R A L 𝔏 O. — 23. *rogaretur -- sententiis* om. M. — 27. *tum*] *cum* M A 𝔏. — *decreverat* S T L: *decreverit* R A 𝔏 O. — 28. *ulla vel tenuissima* 𝔏 O. Cf. Madvigium ad Cic. de Finn. p. 348. — 29. *primum* S T M: *primo* F A L 𝔏 O. — 31. *perferendum* F M A. — 32. *tribuni plebis* om. S T. — 33. *ante* S. — *incitatus* L. — *flagitaret* T pr. m. — 34. *parvoli* M. — 35. *quaestionem illam et legem* S T: *illam legem et quaestionem* R A L 𝔏 O. — 36. *mare quod -- agitari et conturbari solet: sic populus Romanus* Iulius Rufinianus *de fig. sent.* §. 24. — *natura sua* S T: *sua natura* R A L 𝔏 O et Rufinianus.

sua tranquillum sit, ventorum vi agitari atque turbari, sic populum Romanum sua sponte esse placatum, hominum seditiosorum vocibus ut violentissimis tempestatibus concitari.

L. Est etiam reliqua permagna auctoritas, quam ego turpiter paene praeterii: mea enim esse dicitur. Recitavit ex oratione nescio qua Attius, quam meam esse dicebat, cohortationem quandam iudicum ad honeste iudicandum et commemorationem cum aliorum iudiciorum, quae probata non essent, tum illius ipsius iudicii Iuniani: proinde quasi ego non ab initio huius defensionis dixerim invidiosum illud iudicium fuisse, aut, cum de infamia iudiciorum disputarem, potuerim illud, quod tam populare esset, illo tempore praeterire. 139. Ego vero, si quid eius modi dixi, neque cognitum commemoravi neque pro testimonio dixi, et illa oratio potius temporis mei quam iudicii et auctoritatis fuit. Cum enim accusarem et mihi initio proposuissem, ut animos et populi Romani et iudicum commoverem, cumque omnes offensiones iudiciorum non ex mea opinione, sed ex hominum rumore proferrem, istam rem, quae tam populariter esset agitata, praeterire non potui. Sed errat vehementer, si quis in orationibus nostris, quas in iudiciis habuimus, auctoritates nostras consignatas se habere arbitratur. Omnes enim illae causarum ac temporum sunt, non hominum ipsorum aut patronorum. Nam, si causae ipsae pro se loqui possent, nemo adhiberet oratorem: nunc adhibemur, ut ea dicamus, non quae auctoritate nostra constituantur, sed quae ex re ipsa causaque ducantur. 140. Hominem ingeniosum, M. Antonium, *aiunt* solitum esse dicere, *idcirco se nullam umquam orationem scripsisse, ut, si quid aliquando non opus esset ab se esse dictum, posset negare dixisse:* proinde quasi, si quid a nobis dictum aut actum sit, id nisi litteris mandarimus, hominum memoria non comprehendatur. LI. Ego vero *in* isto genere libentius cum multorum, tum hominis eloquentissimi et sapientissimi, L. Crassi, auctoritatem sequor, qui cum C. Plancum defenderet accusante M. Bruto, homine in dicendo vehementi et callido, cum Brutus duobus recitatoribus constitutis ex duabus eius orationibus capita alterna, inter se contraria, recitanda curasset, quod in dissuasione rogationis eius, quae contra coloniam Narbonensem ferebatur, quantum potest, de auctoritate senatus detrahit, in suasione legis Serviliae summis ornat senatum laudibus, et multa in equites Romanos cum ex ea

1. *sic* S T et Rufinianus: *sic et* R A L 𝔏 O. — 2. *pacatum* F. — 7. *cum* S M: *tum* F A L 𝔏 O; om. T. — *aliorum* cum Ernestio O: *illorum* 𝔄 A L 𝔏. — 8. *proinde* S T F M L: *perinde* A 𝔏 O. — 9. *iudicium fuisse* S T: *fuisse iudicium* R A L 𝔏 O. — 10. Post v. *iudiciorum* ex versu 7. vv. *quae probata non essent* male repetunt A L. — 11. *illo* S T: *in illo* R A L 𝔏 O. — 14. *accusatorem* M. — 18. *nostras* om. T. — 19. *omnes enim illae* S: *omnes enim* T; *omnes enim illae orationes* R A L 𝔏 O. — *ac* S T M: *et* F A L 𝔏 O. — 20. *aut* S T L: *ac* F M A 𝔏 O. — 22. *auctoritate nostra* S M: *nostra auctoritate* R A L 𝔏 O. — 23. *dicantur* T et «vetus liber» Lambini. — 24. *numquam ullam* S L. — 25. *aliquando, quod non opus esset, ab se esset dictum* cum ed. Iuntina 𝔏 O. — *negare* S T: *se negare* R A L 𝔏 O. — 26. *proinde* 𝔄 A L: *perinde* cum ed. Iuntina 𝔏 O. — *quasi* om. F A. — *si quid* S T: *quid* (om. *si*) R A 𝔏 O; *quod* L. — 27. *mandarimus* S T: *mandaverimus* R A L 𝔏 O. — 28. *isto*] *ipso* S T. — *cum hominis* T; *hominum tum* F. — 29. *L. Crassi* cet.] Cf. Quintil. VI. 3, 43 sq. — *C.* S T et Quintiliani codices optimi: *L.* R A L 𝔏 O; *Cn.* Schützius coll. Cic. de orat. II. 54, 220. — *Plancum* S T F M A: *Plancium* L 𝔏 O. — 30. *callido* Victorius. — 31. *eius* om. S T. — 32. *altera* T. — *curasset et quod* S T. — 35. *ex* om. T.

oratione asperius dicta recitasset, quo animi illorum iudicum in Crassum incenderentur, aliquantum esse commotus dicitur. 141. Itaque in respondendo primum exposuit utriusque rationem temporis, ut oratio ex re et causa habita videretur, deinde, ut intelligere posset Brutus, quem hominem et non solum qua eloquentia, verum etiam quo lepore et quibus facetiis praeditum lacessisset, tres ipse excitavit recitatores cum singulis libellis, quos M. Brutus, pater illius accusatoris, de iure civili reliquit. Eorum initia cum recitarentur, ea, quae vobis nota esse arbitror, «Forte evenit ut ruri in Privernati essemus ego et Brutus filius», fundum Privernatem flagitabat: «In Albano eramus ego et Brutus filius» Albanum poscebat: «In Tiburti forte cum assedimus ego et Brutus filius», Tiburtem fundum requirebat: Brutum autem, hominem sapientem, quod filii nequitiam videret, quae praedia ei relinqueret, testificari voluisse dicebat. Quod si potuisset honeste scribere, se in balneis cum id aetatis filio fuisse, non praeterisset: eas se tamen ab eo balneas non ex libris patris, sed ex tabulis et ex censu quaerere. Crassus tum ita Brutum ultus est, ut illum recitationis suae poeniteret. Moleste enim fortasse tulerat se in iis orationibus reprehensum, quas de re publica habuisset, in quibus forsitan magis requiratur constantia. 142. Ego autem illa recitata esse non moleste fero. Neque enim ab illo tempore, quod tum erat, neque ab ea causa, quae tum agebatur, aliena fuerunt: neque mihi quidquam oneris suscepi, cum illa dixi, quo minus honeste hanc causam et libere possem defendere. Quod si velim confiteri me causam A. Cluentii nunc cognosse, antea fuisse in illa populari opinione, quis tandem id possit reprehendere? praesertim, iudices, cum a vobis quoque ipsis hoc impetrari sit aequissimum, quod ego et ab initio petivi et nunc peto, ut, si quam huc graviorem de illo iudicio opinionem attulistis, hanc causa perspecta atque omni veritate cognita deponatis.

LII. 143. Nunc, quoniam ad omnia, quae abs te dicta sunt, T. Atti, de Oppianici damnatione respondi, confiteare necesse est te opinionem multum fefellisse, quod existimaris, me causam A. Cluentii non facto eius, sed lege defensurum. Nam hoc persaepe dixisti, tibi sic renuntiari, me habere in animo causam hanc praesidio legis defendere. Itane est? ab amicis imprudentes videlicet prodimur, et est nescio quis de iis, quos amicos nobis arbitramur, qui nostra consilia ad adversarios deferat. Quisnam hoc tibi renuntiavit? quis tam improbus fuit? Cui

---

1. *iudicium* T. — 2. *in* om. S T. — 3. *posuit* T. — 4. *et*] *ex* T; *et ex* S L. Cf. §. 139. — 6. *ipse* S T: *et ipse* R A L 𝔏 O. — 9. *Privernati* Quintilianus, Priscianus (VII. 12, 60.), O: *Privernate* 𝔄 A L 𝔏. — *essem* S. — 11. *Albanum -- filius* om. S M. — *Tiburte* 𝔏. — *ego et Brutus filius* om. F A. — 14. *testificari se* S T M. — *voluisse dicebat* S T L: *dicebat voluisse* A 𝔏 O. — 15. *praeteriisset* A L 𝔏. — *se* om. S T. — 16. *sed* om. T. — *ex* ante *censu* om. S. — 18. *his* S T F A. — 20. *esse* om. F M A. — 22. *fuere* S T. Cf. Zumptium ad Verrin. p. 102. — *illa* Halmius: *ita* S T; *ista* R A L 𝔏 O. — 24. *cognosce* T M; *cognoscere* F A 𝔏. — *illa*] *ea* S T. — *populari opinione* S T: *opinione populari* R A L 𝔏 O. — 26. *impetrare* 𝔏. — 27. *huc*] *huic* S T, sed S littera *i* expuncta. Cf. §. 6. — 28. *hac* S. — *attulissetis* S T. — 30. *T.* om. S T. — 31. *confitearis* S T. — 33. *Nam hoc -- ipsa renuntiavit* Quintilianus V. 13, 47. — *dixi* Quintiliani codices optimi. — 35. *imprudentes videlicet* S, Quintilianus: *videlicet* (om. *imprudentes*) T; *videlicet imprudentes* R A L 𝔏 O. — 36. *is* M; *his* S T F A. — *nobis*] *nostros* S T. — *adversarium* Quintilianus. — 37. *hoc tibi* S T, Quintilianus: *tibi hoc* R A L 𝔏 O.

ego [autem] narravi? Nemo, ut opinor, in culpa est, sed nimirum tibi istud lex ipsa renuntiavit. Sed num tibi ita defendisse videor, ut tota in causa mentionem ullam legis fecerim? num secus hanc causam defendisse, ac si lege Habitus teneretur? Certe, ut hominem confirmare oportet, nullus est locus a me purgandi istius invidiosi criminis praetermissus. 144. Quid ergo est? quaeret fortassis quispiam, displiceatne mihi legum praesidio capitis periculum propulsare. Mihi vero, iudices, non displicet, sed utor instituto meo. In hominis honesti prudentisque iudicio non solum meo consilio uti consuevi, sed multum etiam eius, quem defendo, et consilio et voluntati obtempero. Nam ut haec ad me causa delata est, qui leges eas, ad quas adhibemur et in quibus versamur, nosse deberem, dixi Habito statim, eo capite, QVI COISSET QVO QVIS CONDEMNARETVR, illum esse liberum, teneri autem nostrum ordinem. Atque ille me orare atque obsecrare coepit, ne se lege defenderem. Cum ego quae mihi videbantur dicerem, traduxit me ad suam sententiam; affirmabat enim lacrimans non se cupidiorem esse civitatis retinendae quam existimationis. 145. Morem homini gessi et tamen idcirco feci — neque enim id semper facere debemus —, quod videbam per se ipsam causam sine lege copiosissime posse defendi. Videbam in hac defensione, qua iam sum usus, plus dignitatis, in illa, qua me hic uti noluit, minus laboris futurum. Quod si nihil aliud esset actum nisi ut hanc causam obtineremus, lege recitata perorassem.

LIII. Neque me illa oratio commovet, quod ait Attius indignum esse facinus, si senator iudicio quempiam circumvenerit, legibus eum teneri, si eques Romanus hoc idem fecerit, non teneri. 146. Ut tibi concedam hoc indignum esse, quod cuius modi sit iam videro, tu mihi concedas necesse est multo esse indignius in ea civitate, quae legibus contineatur, discedi ab legibus. Hoc enim vinculum est huius dignitatis, qua fruimur in re publica, hoc fundamentum libertatis, hic fons aequitatis. (Mens et animus et consilium et sententia civitatis posita est in legibus.) Ut corpora nostra sine mente, sic civitas sine lege suis partibus, ut nervis et sanguine et membris, uti non potest. Legum ministri magistratus, legum interpretes iudices; legibus denique idcirco omnes

---

1. *ego* om. T. — *autem* om. S T. — *et* ST: *sed* R A L 𝔏 O; om. Quintilianus. — 2. *istud* ST, Quintilianus: *istunc* M; *istuc* F A L 𝔏 O. — 3. *nullam* F. — *legis fecerim* S T: *fecerim legis* R A L 𝔏 O. — *defendisse* cum P. Manutio L O: *defendissem* 𝔄 A 𝔏. — 4. *ac*] *hac* F A. — 6. *fortassis* ST: *fortasse* R A L 𝔏 O. Cf. §. 204. Fr. Gul. Otto *Comm. crit. in codd. bibl. Gissensis* p. 284 sq. — *displiceatne mihi* ST; *displiceatne tibi* Halmius. — 7. *capitis* S T: *a capite* F M A L 𝔏 O. — 8. *pudentisque* A L. — 12. *eo capite* T L: *de eo* R A 𝔏 O. — 13. *quis*] *quisque* T. — 14. *atque* S T M: *et* F A L 𝔏 O. — *ne se* S T: *ut ne sese* R A L 𝔏 O. — 15. *videbantur* S T: *viderentur* R A L 𝔏 O. — 19. *..ne lege copiosissime - - imperio et praescripto* (§. 147.) habet P. — *copiosissime sine lege* F A L 𝔏. — 20. *quam iam* P. — 21. *esset*] *fuisset* S T. — 22. *obtineremus* P S T: *obtinerem* R A L 𝔏 O. — 23. *commovet* (ut coniecerat Ernestius) P O: *commoveret* R A L 𝔏. — *Altius* (sic) P. — 24. *quempiam* S T O: *quepiam* P; *quemquam* R A L 𝔏. — 25. *tibi*] *sibi* S T. — 26. *eiusmodi* F. — 27. *multo* om. F; *multo esse* om. A. — 28. *contineatur* P S T O: *teneatur* R A L 𝔏. — *ab* P: *a* R A L 𝔏 O. — *Hoc*] *Hic* P. — 29. *hic*] *hoc* S T. — 30. *Mens et animus* cet.] Isidorus Hispal. *Originum* II. 29, 13: *Lex est mens et animus et consilium et sententia civitatis.* — 31. *Ut corpora nostra - - uti non potest* Quintilianus V. 11, 25. — *sine mente*] *in mente* P. — *sic*] *ita* Quintilianus. — *civitates* S T. — 32. *ut*] *et* F A; om. S. — *et sanguine* P L: *ac sanguine* S T F M A 𝔏 O et Quintilianus. — 33. *magistr. et legum* S T. — *LEGIB. NIQ.* (sic) *IDCIRCO OMNES SERVIMVS* P: *legum*

servimus, ut liberi esse possimus. 147. Quid est, Q. Naso, cur tu in isto loco sedeas? quae vis est, qua abs te hi iudices, tali dignitate praediti, coërceantur? Vos autem, iudices, quam ob rem ex tanta multitudine civium tam pauci de hominum fortunis sententiam fertis? quo iure Attius quae voluit dixit? cur mihi tam diu potestas dicendi datur? quid sibi autem illi scribae, quid lictores, quid ceteri, quos apparere huic quaestioni video, volunt? Opinor haec omnia lege fieri totumque hoc iudicium, ut ante dixi, quasi mente quadam regi legis et administrari. Quid ergo? haec quaestio sola ita gubernatur? Quid M. Plaetorii et C. Flaminii inter sicarios? quid C. Orchivii peculatus? quid mea de pecuniis repetundis? quid C. Aquilii, apud quem nunc de ambitu causa dicitur? quid reliquae quaestiones? Circumspicite omnes rei publicae partes: omnia legum imperio et praescripto fieri videbitis. 148. Si quis apud me, T. Atti, te reum velit facere, clames te lege pecuniarum repetundarum non teneri. Neque haec tua recusatio confessio sit captae pecuniae, sed laboris et periculi non legitimi declinatio. LIV. Nunc quid agatur et quid abs te iuris constituatur vide. Iubet lex ea, qua lege haec quaestio constituta est, iudicem quaestionis, hoc est, Q. Voconium, cum iis iudicibus, qui ei obvenerint — vos appellat, iudices —, quaerere de veneno. In quem quaerere? Infinitum est. QVICVMQVE FECERIT, VENDIDERIT, EMERIT, HABVERIT, DEDERIT. Quid eadem lex statim adiungit? Recita. DEQVE EIVS CAPITE QVAERITO. Cuius? qui coierit? convenerit? Non ita est. Quid ergo est? dic. QVI TRIBVNVS MILITVM LEGIONIBVS QVATTVOR PRIMIS, QVIVE QVAESTOR, TRIBVNVS PLEBIS. Deinceps omnes magistratus nominavit. QVIVE IN SENATV SENTENTIAM DIXIT DIXERIT. Quid tum? QVI EORVM COIT COIERIT, CONVENIT CONVENERIT, QVO QVIS IVDICIO PVBLICO CONDEMNARETVR. «Qui eorum» — Quorum? Videlicet, qui supra scripti sunt. Quid intersit, utro modo scriptum sit, etsi est apertum, ipsa tamen lex nos docet. Ubi enim omnes mortales alligat, ita loquitur: QVI VENENVM MALVM FECIT FECERIT. Omnes viri, mulieres, liberi, servi in iudicium vocantur. Si idem de coitione voluisset, adiunxisset: QVIVE COIERIT. Nunc ita est: DEQVE EIVS CAPITE QVAERITO, QVI MAGISTRATVM HABVERIT INVE SENATV SENTENTIAM DIXERIT: QVI EORVM COIT COIERIT. 149. Num is est Cluentius? Certe non est. Quis ergo est Cluentius? Qui tamen defendi causam suam lege noluit. Itaque abiicio legem, morem Cluentio gero; tibi tamen, Atti, pauca, quae ab huius causa se-

---

denique idcirco omnes servi sumus R A L ℞ O. — 1. *Quid*] *quod* P. — *in isto loco*] *in hoc sexto loco* M. — 3. *tanta*] *tam magna* L ℞. — 5. *Attius* habet P. — *dicendi potestas* T L. (*dicundi* P.) — 6. *illi* om. S T. — 8. *ante* P S T O: *antea* R A L ℞. — *mentem* P. — *lege regi* L; *regi* (om. *legis*) ℞. — 9. *ergo* P S T: *ergo est* R A L ℞ O. — *pretorii* S. — *et* om. S T. Conf. §. 126. — 10. *C. Orchivii* T M: *CORCHIVI* P; *C. orchiui* S; *C. Orchinii* R A L ℞ O. Conf. §. 94. — 11. *Aquili* F M. — *de ambitu*] *ambitus* S T; *de ambitus* ℞. Conf. pro Sestio §. 18. — 12. *reliquaestiones* P. — 13. *praescripto*] *praesidio* F A. — *quis*] *qui* F M O; *quid* A. — 14. *T. Acci te* S T: *te T. Acci* R A L ℞ O. — 16. *et* S T: *sed* R A L ℞ O. — *legitima* S. — 18. *Voconium coniunctum cum his iud.* S. — 19. *compellat* A. — 21. *emerit* om. S T. — 23. *quid id ergo* S. — 24. *quaestores* 𝔄 A. — *deinde* S T. — 25. *nominarat* A; *nominantur* de sua coniectura O. — *quid*] *qui* S T F. — 26. *coit* S T F M A: *coiit* L ℞ O; item v. 33. — 28. *intersit* S T: *interest* R A L ℞ O. — *compertum* F M. — 29. *ipsa tamen l. nos docet* S T: *tamen ipsa l. docet* (om. *nos*) R A L ℞ O. — 31. *idem* S T: *item* R A L ℞ O. — 33. *inve* T F: *in* S; *quive in* M A L ℞ O. — 34. Prius *est* om. T. — 35. *suam* om. T. — *noluit* T L: *nolit* R A L ℞ O. Cf. §. 145. — *abicio* T F M. — 36. *tamen*] *tantum* T.

iuncta sunt, respondebo. Est enim quiddam in hac causa, quod Cluentius ad se, est aliquid, quod ego ad me putem pertinere. Hic sua putat interesse, se re ipsa et gesto negotio, non lege defendi: ego autem mea existimo interesse, me nulla in disputatione ab Attio videri esse superatum. Non enim mihi haec causa sola dicenda est: omnibus hic labor meus propositus est, quicumque hac facultate defensionis contenti esse possunt. Nolo quemquam eorum, qui adsunt, existimare me, quae de lege ab Attio dicta sunt, si reticuerim, comprobare. Quam ob rem, Cluenti, de te tibi obsequor: neque ego legem recito neque hoc loco pro te dico: sed ea, quae a me desiderari arbitror, non relinquam.

LV. 150. Iniquum tibi videtur, Atti, esse, non isdem legibus omnes teneri. Primum, ut id iniquissimum esse confitear, eius modi est, ut commutatis eis opus sit legibus, non ut his, quae sunt, non pareamus. Deinde quis umquam hoc senator recusavit, ne, cum altiorem gradum dignitatis beneficio populi Romani esset consecutus, eo se putaret durioribus legum condicionibus uti oportere? Quam multa sunt commoda, quibus caremus, quam multa molesta et difficilia, quae subimus! atque haec omnia tantum honoris et amplitudinis commodo compensantur. Converte nunc ad equestrem ordinem atque in ceteros ordines easdem vitae condiciones: non perferent. Putant enim minus multos sibi laqueos legum et condicionum ac iudiciorum propositos esse oportere, qui summum locum civitatis aut non potuerunt adscendere aut non petiverunt. 151. Atque ut omittam leges alias omnes, quibus nos tenemur, ceteri autem sunt ordines liberati, hanc ipsam legem, NE QVIS IVDICIO CIRCVMVENIRETVR, C. Gracchus tulit: eam legem pro plebe, non in plebem tulit. Postea L. Sulla, homo a populi causa remotissimus, tamen, cum eius rei quaestionem hac ipsa lege constitueret, qua vos hoc tempore iudicatis, populum Romanum, quem ab hoc genere liberum acceperat, alligare novo quaestionis genere ausus non est. Quod si fieri posse existimasset, pro illo odio, quod habuit in equestrem ordinem, nihil fecisset libentius, quam omnem illam acerbitatem proscriptionis suae, qua est usus in veteres iudices, in hanc unam quaestionem contulisset. 152. Nec nunc quidquam agitur — mihi credite, iudices, et prospicite id, quod providendum est — nisi ut equester ordo in huiusce legis periculum concludatur. Neque hoc agitur ab omnibus, sed a paucis. Nam ii senatores, qui se facile tuentur integritate et innocentia, quales, ut vere dicam, vos estis et ceteri, qui sine cupiditate vixerunt, equites ordini senatorio dignitate proximos, concordia coniunctissimos esse cupiunt: sed ii, qui sese volunt posse omnia neque praeterea quidquam

1. *respondeo* S. — 2. *est* om. F A. — 3. *se* om. S T. — 5. *dicenda est*] Hinc usque ad vv. *quae tunc* (§. 154.) deficit M. — *est* om. T. — 9. *ego*] *enim* T. — 10. *quae te a me desiderare* S T. — 12. *eiusmodi* S T: *huiusmodi* R A L 𝔏 O. — *est* om. T. — 13. *eis* suspectum erat Orellio; *eius* A. — *his* S T: *iis* R A L 𝔏 O. — 14. *recusavit ne cum* nos: *accusavit ut cum* 𝔄 A 𝔏 O; *recusavit quin quo* L. Cf. §. 154. — 16. *uti non oportere* cum P. Manutio (a. 1540.) 𝔏 O. — 17. *molesta* om. T. — *et* S T: *ac* R A L 𝔏 O. — 18. *tantum*] *tamen* L. — *commodo* 𝔄: *commodis* A L 𝔏 O. — 19. *nunc* om. T. — *in*] *ad* L. — 20. *enim* om. T. — 21. *summum* S T: *in summum* F A L 𝔏 O. — 26. *postea* om. T. — 29. *allegare* F. — 32. *qua* -- *iudices* om. L. — *qua est usus* cum P. Manutio O: *quaestus* s. *questus* 𝔄 A 𝔏. — 35. *concludatur* S T: *includatur* R A L 𝔏 O. — 37. *vero* S T. — 39. *sese* S T: *se* R A L 𝔏 O.

esse aut in homine ullo aut in ordine, hoc uno metu se putant equites Romanos in potestatem suam redacturos, si constitutum sit, ut de iis, qui rem iudicarint, huiusce modi iudicia fieri possint. Vident enim auctoritatem huius ordinis confirmari, vident iudicia comprobari: hoc metu proposito evellere se aculeum severitatis vestrae posse confidunt. 153. Quis enim de homine audeat paulo maioribus opibus praedito vere et fortiter iudicare, cum videat sibi de eo, quod coierit aut consenserit, causam esse dicendam? LVI. O viros fortes equites Romanos, qui homini clarissimo ac potentissimo, M. Druso, tribuno plebis, restiterunt, cum ille nihil aliud ageret cum illa cuncta, quae tum erat, nobilitate, nisi ut ii, qui rem iudicassent huiusce modi quaestionibus in iudicium vocarentur! Tunc C. Flavius Pusio, Cn. Titinius, C. Maecenas, illa robora populi Romani equestrisque ordinis, non fecerunt idem, quod nunc Cluentius, ut aliquid culpae suscipere se putarent recusando, sed apertissime repugnarunt, cum haec recusarent et palam fortissime atque honestissime dicerent se potuisse iudicio populi Romani in amplissimum locum pervenire, si sua studia ad honores petendos conferre voluissent; sese vidisse, in ea vita qualis splendor inesset, quanta ornamenta, quae dignitas; quae se non contempsisse, sed ordine suo patrumque suorum contentos fuisse et vitam illam tranquillam et quietam, remotam a procellis invidiarum et huiusce modi iudiciorum, sequi maluisse: 154. aut sibi ad honores petendos aetatem integram restitui oportere, aut, quoniam id non posset, eam condicionem vitae, quam secuti petitionem reliquissent, manere: iniquum esse eos, qui honorum ornamenta propter periculorum multitudinem praetermisissent, populi beneficiis esse privatos, iudiciorum novorum periculis non carere: senatorem hoc queri non posse, propterea quod ea condicione proposita petere coepisset, quodque permulta essent ornamenta, quibus eam mitigare molestiam posset, locus, auctoritas, domi splendor, apud exteras nationes nomen et gratia, toga praetexta, sella curulis, [insignia,] fasces, [exercitus,] imperia, provinciae: quibus in rebus cum summa recte factis maiores nostri praemia, tum plura peccatis pericula proposita esse voluerunt. Illi non hoc recusabant, ne ea lege accusarentur, qua nunc Habitus accusatur, quae tunc erat Sempronia, nunc est Cornelia: intelligebant enim ea lege equestrem ordinem non teneri, sed ne nova lege alligarentur,

---

2. *in potestate sua* 𝔄 A. Emendavit P. Manutius. — *constitutum sit* L: *constitutum est* 𝔄 A 𝔏; *sit constitutum* de sua coniectura O. Cf. Wesenberg ad or. p. Sestio p. 45 sq. — *his* S. — 3. *res* L. — *iudicarint* cum P. Manutio L O; *iudicarent* 𝔄 A 𝔏. Cf. Wesenberg l. l. p. 46. — *huiusmodi* 𝔏 O. — 8. *equites Romanos, qui* cet.] Cf. Cic. pro Rabirio Post. §. 16 sq. — 10. *cum*] *quam cum* 𝔄 A. Emendavit Hervagius. — *erant nobilitatis* 𝔄 A. Emendavit Hervagius. («al. *quae tum erat nobilitas*» mg. 𝔏.) — 11. *ut ii qui* Halmius: *utique* 𝔄 A; *uti qui* cum P. Manutio L 𝔏 O. Cf. v. 2. — *res* L 𝔏 O. — 12. *Titinnius* S F M; *Titinnus* T. Cf. Verr. Accus. I. §. 128. — 13. *equestrisque* Classenius: *ceterique eiuscemodi* S T; *ceterique huiuscemodi* R A L 𝔏 O. (*ceterique eiusdem ordinis* Klotzius.) — 21. *iudiciorum* 𝔄 L: *iudiciorum anfractu* A 𝔏 O. — 22. *integram* om. T. — 23. *secuti*] *secum* 𝔄. — 25. *beneficiis* et *periculis* om. T. — 30. *toga et praetexta* 𝔄. — *insignia*] Hanc vocem spuriam esse primus vidit Gulielmius. Mihi etiam v. *exercitus* ante v. *imperia* suspectum est. Cf. p. Rabir. Post. §. 46. — 31. *cum*] *con* T; om. S. — *summa -- praemia, tum* Orellius: *summa -- praemixtum* T F; *summa -- praemia* (om. *tum*) ed. Iuntina; *summum -- praemium* S; *summum -- praemium tum* A L 𝔏. — 33. *ne ea* S T: *ea ne* R A L 𝔏 O. — 34. *tunc*] *tum* F M.

laborabant. 155. Habitus ne hoc quidem umquam recusavit, quo minus vel ea lege rationem vitae suae redderet, qua non tenetur. Quae si vobis condicio placet, omnes id agamus, ut haec quam primum in omnes ordines quaestio perferatur.

LVII. Interea quidem, per deos immortales! quoniam omnia commoda nostra, iura, libertatem, salutem denique legibus obtinemus, a legibus non recedamus: simul et illud quam sit iniquum cogitemus, populum Romanum aliud nunc agere: vobis rem publicam et fortunas suas commisisse: ipsum sine cura esse: non metuere, ne lege ea, quam numquam ipse iusserit, et quaestione, qua se solutum liberumque esse arbitretur, per paucos iudices adstringatur. 156. Agit enim sic causam T. Attius, adolescens bonus et disertus: omnes cives legibus teneri omnibus: vos attenditis et auditis silentio, sicut facere debetis. A. Cluentius causam dicit eques Romanus ea lege, qua senatores et ii, qui magistratum habuerunt, soli tenentur: mihi per eum recusare et in aree *legis* praesidia constituere defensionis meae non licet. Si obtinuerit causam Cluentius, sicuti vestra aequitate nixi confidimus, omnes existimabunt, id quod erit, obtinuisse propter innocentiam, quoniam ita defensus sit, in lege autem, quam attingere noluerit, praesidii nihil fuisse. 157. *Hic* nunc est quiddam, quod ad me pertineat, de quo ante dixi, quod ego populo Romano praestare debeam, quoniam is vitae meae status est, ut omnis mihi cura et opera posita sit in hominum periculis defendendis. Video, quanta et quam periculosa et quam infinita quaestio tentetur *ab* accusatoribus, cum eam legem, quae in nostrum ordinem scripta sit, in populum Romanum transferre conentur. Qua in lege est QVI COIERIT, quod quam late pateat, videtis: CONVENERIT; aeque incertum et infinitum est: CONSENSERIT; hoc vero cum infinitum, tum obscurum et occultum: FALSVMVE TESTIMONIVM DIXERIT; quis de plebe Romana testimonium dixit umquam, cui non hoc periculum T. Attio auctore paratum esse videatis? Nam dicturum quidem certe, si hoc iudicium plebi Romanae propositum sit, neminem umquam esse confirmo. 158. Sed hoc polliceor omnibus, si cui forte hac lege negotium facessetur, qui lege non teneatur, si is uti me defensore voluerit, me eius causam legis praesidio defensurum et vel his iudicibus vel horum similibus facillime probaturum et omni me defensione usurum esse legis, qua nunc ut utar, ab eo, cuius voluntati mihi obtemperandum est, non conceditur. LVIII. Non enim debeo dubitare, iudices, quin, si qua ad vos causa eius modi delata sit eius, qui lege non teneatur, etiam si is invidiosus aut multis offensus esse videatur, etiam si eum oderitis, etiam si inviti absoluturi sitis, ta-

2. *ea*] *ex* S T. — *tenetur* S T: *teneretur* F M A L 𝔏 O. — 3. *agimus* S. — 7. *iniquum*] *indignum* 𝔏 O. — 9. *ipsum*] *se* S; om. F M A. — 10. *arbitraretur* F M A. Cf. §. 25. — 12. *civis* S. — 14. *causam dicit eques Romanus* S T: *eq. R. c. dicit* R A L 𝔏 O. — *qua* S T: *qua lege* F M A L 𝔏 O. — 16. *si* om. S. — 17. *sic ut* S. — *omnes* om. 𝔏. — 20. *quoddam* S T. — *quod* ante *ego* om. S. — 21. *vitae meae* S T: *meae vitae* R A L 𝔏 O. Cf. de imp. Cn. Pomp. §. 1. — 22. *et* S T: *atque* R A L 𝔏 O. — *hominum* S T L: *omnium* R A 𝔏 O. — 23. *templetur* S. — 26. *incertum et infinitum* S T: *infinitum et incertum* R A L 𝔏 O. — 27. *infinitum* S T F M A: *incertum et infinitum* L 𝔏 O. — *occultum* S T: *occultum est* F M A L 𝔏 O. — 28. *dixit*] *dixerit* S T. — 31. *Sed hoc -- facessetur* (sic cod. Carlsr., Halberst., Bamberg., alii: vulgo *facessitur*) Priscianus VIII. 3, 11. — 32. *facesseret* S. — 34. *horum* S T F M: *eorum* A L 𝔏 O. — *simillimis* F M A. — *facillime* STM: *facile* FAL𝔏O. — 37. *eius modi* STM: *huiusmodi* FAL𝔏O.

men absolvatis et religioni potius vestrae quam odio pareatis. 159. Est enim sapientis iudicis cogitare, tantum sibi a populo Romano esse permissum, quantum commissum sit et creditum, et non solum sibi potestatem datam, verum etiam fidem habitam esse meminisse: posse quem oderit absolvere, quem non oderit condemnare, et semper non quid ipse velit, sed quid lex et religio cogat cogitare: animadvertere, qua lege reus citetur, de quo reo cognoscat, quae res in quaestione versetur. Cum haec sunt videnda, tum vero illud est hominis magni, iudices, atque sapientis, cum illam iudicandi causa tabellam sumpserit, non se reputare solum esse neque sibi quodcumque concupierit licere, sed habere in consilio legem, religionem, aequitatem, fidem: libidinem autem, odium, invidiam, metum cupiditatesque omnes amovere maximique aestimare conscientiam mentis suae, quam ab dis immortalibus accepimus, quae a nobis divelli non potest: quae si optimorum consiliorum atque factorum testis in omni vita nobis erit, sine ullo metu et summa cum honestate vivemus. 160. Haec si T. Attius aut cognovisset aut cogitasset, profecto ne conatus quidem esset dicere, id quod multis verbis egit, iudicem quod ei videatur statuere et non devinctum legibus esse oportere. Quibus de rebus mihi pro Cluentii voluntate nimium, pro rei dignitate parum, pro vestra prudentia satis dixisse videor. Reliqua perpauca sunt, quae, quia vestrae quaestionis erant, idcirco illi statuerunt fingenda esse sibi et proferenda, ne omnium turpissimi reperirentur, si in iudicium nihil praeter invidiam attulissent. LIX. Atque ut existimetis me necessario de his rebus, de quibus iam dixerim, pluribus egisse verbis, attendite reliqua: profecto intelligetis ea, quae paucis demonstrari potuerint, brevissime esse defensa.

161. Cn. Decitio Samniti, ei, qui proscriptus est, iniuriam in calamitate eius ab huius familia factam esse dixistis. Ab nullo ille liberalius quam a Cluentio tractatus est. Huius illum opes in rebus eius incommodissimis sublevarunt, atque hoc cum ipse, tum eius amici necessariique omnes cognorunt. «Ancharii et Paceni pastoribus huius vilicum vim et manus attulisse.» Cum quaedam in callibus, ut solet, controversia pastorum esset orta, Habiti vilici rem domini et privatam possessionem defenderunt. Cum esset expostulatio facta, causa illis demonstrata, sine iudicio controversiaque discessum est. 162. «P. Aelii testamento propinquus exheredatus cum esset, heres hic alienior institutus est.» P. Ae-

1. *religionibus p. vestris* S T (sed S *nostris*). — 2. *iudicis meminisse se hominem cogitare* S T A 𝔏. — 3. *comm. et creditum sit* 𝔏. — 5. *quem -- condemnare* om. S. — *velit ipse* M. — 6. *cogat* om. S T. — 7. *cognoscant* S. — 8. *iudicis* S T F A. — *ac* S. — 10. *reputare solum esse* S T: *putare esse solum* R A 𝔏 O. (*reputare non se esse solum* L.) — 12. *cupiditatemque omnem* L. — *maximeque* 𝔄 A. (*maximique* iam ed. Veneta a. 1480.) — *existimare* F A. — 13. *a diis* S. — 18. *videtur* F A. — 19. *rei* S T: *rei publicae* F M A L 𝔏 O. — 22. *fingenda esse sibi* S T: *sibi f. esse* R A L 𝔏 O. (*fugienda* F.) — 24. *me necessario* S T: *necessario me* R A L 𝔏 O. — 26. *potuerint* S T L: *potuerunt* R A 𝔏 O. — 27. *Decitio* M: *Decidio* S T F A; *Decio* L 𝔏 O. — 28. *dixistis* cum P. Manutio L 𝔏 O: *dixit* S T; *dixisti* F M A. Cf. Wesenberg ad or. p. Sestio p. 4. — *a nullo* S. — 29. *incommodissimis* S T F: *incommodis* M A L 𝔏 O. — 30. *eius amici necessariique omnes* S T: *omnes eius amici necessariique* R A L 𝔏 O. — 31. *cognoverunt* L 𝔏. — *Ancharii* M: *Anchari* S T; *Ancarii* F A L 𝔏 O. — *villicos* cod. Sylvii, L 𝔏 O. — 32. *callibus* Ernestius: *collibus* 𝔄 A L 𝔏 O. Vid. Schneiderum ad Varronis de R. R. II. 2, 10. p. 409. et II. 9, 16. p. 479. — 35. *controversiaque*] *sine controversia* F A. — *P. Paelii* S et v. 36. *paelius*.

lius Habiti merito fecit, neque hic in testamento faciendo interfuit, idque testamentum ab huius inimico Oppianico est obsignatum. «Florio legatum ex testamento infitiatum esse.» Non est ita; sed cum HS xxx scripta essent pro HS ccc, neque ei cautum satis videretur, voluit eum aliquid acceptum referre liberalitati suae. Primo debere negavit: post sine controversia solvit. «Ceii cuiusdam Samnitis uxorem post bellum ab hoc esse repetitam.» Mulierem cum emisset a sectoribus, quo tempore eam primum liberam esse audivit sine iudicio reddidit Ceio. 163. «Ennium esse quendam, cuius bona teneat Habitus.» Est hic Ennius egens quidam calumniator, mercennarius Oppianici, qui permultos annos quievit: deinde aliquando cum servis Habiti furti egit: nuper ab ipso Habito petere coepit. Hic illo privato iudicio, mihi credite, vobis isdem fortasse patronis, calumniam non effugiet. Atque etiam, ut nobis renuntiatur, hominem multorum hospitem, Ambivium quendam, coponem de via Latina, subornatis, qui sibi a Cluentio servisque eius in taberna sua manus allatas esse dicat. Quo de homine nihil etiam nunc dicere nobis est necesse. Si invitaverit, id quod solet, sic hominem accipiemus, ut moleste ferat se de via decessisse. 164. Habetis, iudices, quae in totam causam de moribus A. Cluentii, quem illi invidiosum esse reum volunt, annos octo meditati accusatores collegerunt. Quam levia genere ipso! quam falsa re! quam brevia responsu! LX. Cognoscite nunc id, quod ad vestrum ius iurandum pertinet, quod vestri iudicii est, quod vobis oneris imposuit ea lex, qua coacti huc convenistis, de criminibus veneni: ut omnes intelligant, quam paucis verbis haec causa perorari potuerit et quam multa a me dicta sint, quae ad huius voluntatem maxime, ad vestrum iudicium minime pertinerent.

165. Obiectum est, C. Vibium Capacem ab hoc A. Cluentio veneno esse sublatum. Opportune adest homo summa fide et omni virtute praeditus, L. Plaetorius, senator, qui illius Vibii hospes fuit et familiaris. Apud hunc ille Romae habitavit, apud hunc aegrotavit, huius domi est mortuus. [«At heres est Cluentius.»] Intestatum dico esse mortuum possessionemque eius bonorum ex edicto praetoris huic, illius sororis filio, adolescenti pudentissimo et in primis honesto, equiti Romano datam, Numerio Cluentio, quem videtis.

166. Alterum veneficii crimen, Oppianico huic adolescenti, cum eius in nuptiis more Larinatium multitudo hominum pranderet, venenum Habiti consilio paratum: id cum daretur in mulso, Balbutium quendam,

---

2. *Floro* S T. — 4. *CCC*] XXX M. — *cautum satis* S T: *satis cautum* R A L ℒ O. — 5. *liberalitatis* S. — *debere* S T ℒ: *deberi* F M A O; *debere se* L. — 6. *Cei* S T: *Gn.* R A; *Celii* L; *Coelii* ℒ; *Caelii* O. — 7. *a* S T L: *de* R A ℒ O. — 8. *reddit* S. — *Ceio* S T: *Celo* M; *Celio* A L; *Coelio* ℒ; *Caelio* O. — 10. *mercennarius* S, v. c. in mg. ℒ: *mercenarius* ceteri. Cf. pro Caecina §. 58. — 11. *servis* S T: *servo* R A L ℒ O. — *furtum* S T. — 12. *vobis* S T F M: *nobis* A L ℒ O. — 14. *hospitem* S T: *hospitum* F M A L ℒ O. — *Ambivium* T: *A. Bivium* S M; *A. Brivium* F A; *A. Binnium* L ℒ O. — *cauponem* L. — 19. *causam* S T: *vitam* R A L ℒ O. — *de moribus*] *et mores* L. — *esse reum volunt* S T: *reum volunt esse* R A L ℒ O. — 21. *responso* S T; *responsa* F A. — 27. *C.* om. S T. — *Cappadocem* S T; *Cauponem* A. — 29. *pretorius* S T; *Pletorius* A. — *Vibii (uibi)* S T: *Capaci* F M; *Cauponis* A; *Capacis* L ℒ O. — 31. Verba uncis inclusa om. S T F A. — *At* cum Car. Stephano L O: *aut* M; *haud* ℒ. — 32. *ex edicto praetoris* S T: *praetoris edicto* (om. *ex*) R A L ℒ O. — *huic* om. F A. — 33. *prudentissimo* ℒ. — 37. *Babuttium* S T; *Balbuttium* M.

eius familiarem, intercepisse, bibisse statimque esse mortuum. Hoc ego si sic agerem, tamquam mihi crimen esset diluendum, haec pluribus verbis dicerem, quae nunc paucis percurrit oratio mea. 167. Quid umquam Habitus in se admisit, ut hoc tantum ab eo facinus non abhorrere videatur? quid autem magno opere Oppianicum metuebat, cum ille verbum omnino in hac ipsa causa nullum facere potuerit, huic autem accusatores viva matre deesse non possint? id quod iam intelligetis. An ut de causa eius periculi nihil decederet, ad causam novum crimen accederet? Quod autem tempus veneni dandi illo die? illa frequentia? per quem porro datum? unde sumptum? quae deinde interceptio poculi? cur non de integro [autem] datum? Multa sunt, quae dici possunt, sed non committam, ut videar non dicendo voluisse dicere; res enim se ipsa defendit. 168. Nego illum adolescentem, quem statim epoto poculo mortuum esse dixistis, omnino illo die esse mortuum. Magnum crimen et impudens mendacium! Perspicite cetera. Dico illum, cum ad illud prandium crudior venisset et, ut aetas illa fert, sibi tum non pepercisset, aliquot dies aegrotasse et ita esse mortuum. Quis huic rei testis est? Idem, qui sui luctus, pater: pater, inquam, illius adolescentis: quem propter animi dolorem pertenuis suspicio potuisset ex illo loco testem in A. Cluentium constituere, is hunc suo testimonio sublevat, quod recita. Tu autem, nisi molestum est, paulisper exsurge: perfer hunc dolorem commemorationis necessariae, in qua ego diutius non morabor, quoniam quod fuit viri optimi fecisti, ut ne cui innocenti maeror tuus calamitatem et falsum crimen afferret.

LXI. 169. Unum etiam mihi reliquum eius modi crimen est, iudices, ex quo illud perspicere possitis, quod a me initio orationis meae dictum est: quidquid mali per hosce annos A. Cluentius viderit, quidquid hoc tempore habeat sollicitudinis ac negotii, id omne a matre esse conflatum. Oppianicum veneno necatum esse, quod ei datum sit in pane per M. Asellium quendam, familiarem illius, idque Habiti consilio factum esse dicitis. In quo primum illud quaero, quae causa Habito fuerit, cur interficere Oppianicum vellet. Inimicitias enim [inter ipsos] fuisse confiteor, sed homines inimicos suos morte affici volunt, aut quod eos metuunt aut quod oderunt. 170. Quo tandem igitur Habitus metu adductus tantum in se facinus suscipere conatus est? quid erat quod iam Oppianicum poena affectum pro maleficiis et eiectum e civitate quisquam timeret?

---

1. *Hoc ego -- pluribus* (om. *verbis*) *dicerem* Quintilianus IX. 2, 48. — *Hoc*] *haec* A. — 3. *quae*] *per quae* S T. — 6. *facere nullum* L O. — 7. *viva matre d. n. possint* S T: *matre viva d. n. possent* R A L 𝔏 O. — *id* S T L: om. R A 𝔏 O. — 9. *Quod autem -- autem datum?* Quintilianus IX. 3, 37. — *illa* S T: *in illa* R A L 𝔏 O. Cf. de lege agr. II. c. 24. §. 55. — 10. *deinde*] *porro* Quintilianus. — 11. *autem* delet Mommsenius. — 12. *se* S T: *iam se* R A L 𝔏 O. — 13. *defendit* S T F A: *defendat* M 𝔏; *defendet* cum Car. Stephano L O. — 14. *crimen* S T: om. R A L 𝔏 O. — 15. *persp. et cetera* M A. — 16. *tum*] *tamen* editio a. 1472., O. — 17. *dies aliquot* 𝔏. — *quis*] *qui* S T. — 18. *quem*] *ad quem* S T, sed in S *ad* expunctum est. — 19. *illo*] *isto* Halmius. — 20. *hunc*] *nunc* S T. — *recitat* S. — 21. *perfer* S T F M A: *et perfer* L 𝔏 O. — 23. *uti ne* M L O. — 24. *offerret* L; *adduceret* S (mg. 2. m. *afferret*). Post hoc v. addunt *TESTIMONIVM BALBVTII PATRIS* L 𝔏 et uncinis inclusa O. — 27. *hosce* S T L: *hos* R A 𝔏 O. — 28. *habuit* S T; *habuerit* Klotzius. — *ac*] *an* T; *et* L. — 30. *illius*] *ipsius* L O. — 32. *inter ipsos* om. S T. — *ipsos*] *eos* M. — 33. *aut* S T F A: *ut* M; *vel* L 𝔏 O. — *eos* S T L: om. R A 𝔏 O. — *aut* 𝔄 A: *vel* L 𝔏 O. — 36. *et* S T: om. R A L 𝔏 O.

quid metuebat? ne oppugnaretur a perdito? an ne accusaretur a damnato? an ne exsulis testimonio laederetur? Sin autem, quod oderat Habitus inimicum, idcirco illum vita frui noluit, adeone erat stultus, ut illam, quam tum ille vivebat, vitam esse arbitraretur, damnati, exsulis, deserti ab omnibus? quem propter animi importunitatem nemo recipere tecto, nemo adire, nemo alloqui, nemo adspicere vellet? Huius igitur Habitus vitae invidebat? 171. Hunc si acerbe et penitus oderat, non eum quam diutissime vivere velle debebat? huic mortem maturabat inimicus, quod illi unum in malis erat perfugium calamitatis? qui si quid animi et virtutis habuisset, ut multi saepe fortes viri in eius modi dolore, mortem sibi ipse conscisset: huic quam ob rem id vellet inimicus offerre, quod ipse sibi optare deberet? Nam nunc quidem quid tandem illi mali mors attulit? nisi forte ineptis fabulis ducimur, ut existimemus illum apud inferos impiorum supplicia perferre ac plures illic offendisse inimicos, quam hic reliquisse: a socrus, ab uxorum, a fratris, a liberum Poenis actum esse praecipitem in sceleratorum sedem ac regionem. Quae si falsa sunt, id quod omnes intelligunt, quid ei tandem mors eripuit praeter sensum doloris? LXII. 172. Age vero, per quem venenum datum? Per M. Asellium. Quid huic cum Habito? nihil: atque adeo, quod ille Oppianico familiarissime est usus, potius etiam simultas. Eine igitur, quem sibi offensiorem, Oppianico familiarissimum sciebat esse, potissimum et scelus suum et illius periculum committebat? Cur igitur tu, qui pietate ad accusandum excitatus es, hunc Asellium esse inultum tam diu sinis? Cur non Habiti exemplo usus es, ut per illum, qui attulisset venenum, de hoc praeiudicaretur? 173. Iam vero illud quam non probabile, quam inusitatum, iudices, quam novum, in pane datum venenum! Faciliusne potuit quam in poculo? latius potuit abditum aliqua in parte panis, quam si totum colliquefactum in potione esset? celerius potuit comestum quam epotum in venas atque in omnes partes corporis permanare? facilius fallere in pane, si esset animadversum, quam in poculo, cum ita confusum esset, ut secerni nullo modo posset? At repentina morte periit. 174. Quod si esset ita factum, tamen ea res propter multorum eius modi casum minime firmam veneni suspicionem

---

1. *quid*] *qui* T. — *ne opp.*] *ut opp.* L𝔏, invito Lambino. — *damnato* S T: *condemnato* R A L 𝔏 O. — 2. *si* S T. — 3. *inimicum* S T L: om. R A 𝔏 O. — *et idcirco* F M A. — 6. *audire* 𝔄 A. Emendatum est in ed. Cratandrina. — *adspicere* S T L: *respicere* R A 𝔏 O. — *Habitus vitae* S T: *vitae Habitus* R A; *vitae Avitus* L 𝔏 O. — 9. *erat perfugium* S T M L: *perfugium erat* F A 𝔏 O. — *et* S T: *ac* R A L 𝔏 O. — 11. *concisset* L. — *auferre* S T. — 13. *ineptis fabulis* S T: *ineptiis atque f.* F A; *ineptiis ac f.* M L 𝔏 O. — *apud*] *ad* S T. — 15. *reliquisset* S T. — *a*] *an* S T F. — *socru* T.— *ab ux. a*] *an ux. an* S T. — *an lib.* T; om. *an (a)* S. — *uxoris* S T. — 16. *ac* S T: *atque* R A L 𝔏 O. — 17. *eripuit mors* T; *mors eripuit aliud* S; *aliud mors eripuit* F M A L 𝔏 O. — 18. *per quem venenum* S T: *venenum per quem* R A L 𝔏 O. — 19. *ideo* S. — 20. *potius etiam simultas* ante vv. *atque adeo* ponunt F A. — 21. *offensorem* S. — 22. *scelus suum* S T: *suum scelus* R A L 𝔏 O. — *igitur* S T: *deinde* R A L 𝔏 O. — 23. *tam*] *iam* F M A. — 26. *quam inusitatum iudices* om. F A. (*quam inusitatum -- faciliusne potuit* errore typogr. om. L.) — 27. *latentius* cum ed. Victoriana L 𝔏 O; *tectius* Ravius *Var. Lect.* II. p. 132 sq. — *abditum -- permanare* Priscianus X. 5, 28. 30. — *aditum* F M. — 29. *potuit*] *potius* Priscianus utroque loco. — *comesum* F M A L 𝔏. Cf. praeter Priscianum Diomedes p. 358. et 382. — *potum* M L. — *partis omnis* T. — 30. *permanere* S. — 33. *casum minime f. v. s. haberet* S T: *mortem satis f. v. s. non haberet* F M A L 𝔏 O.

haberet: si esset suspiciosum, tamen potius ad alios quam ad Habitum pertineret. Verum in eo ipso homines impudentissime mentiuntur. Id ut intelligatis, et mortem eius et, quem ad modum post mortem in Habitum sit crimen a matre quaesitum, cognoscite.

175. Cum vagus et exsul erraret atque undique exclusus Oppianicus in Falernum se ad L. Quinctium contulisset, ibi primum in morbum incidit ac satis vehementer diuque aegrotavit. Cum esset una Sassia eaque Sex. Albio quodam colono, homine valenti, qui simul esse solebat, familiarius uteretur, quam vir dissolutissimus incolumi fortuna pati posset, et ius illud matrimonii castum atque legitimum damnatione viri sublatum arbitraretur, Nicostratus quidam, fidelis Oppianici servulus, percuriosus et minime mendax, multa dicitur domino renuntiare solitus esse. Interea Oppianicus cum iam convalesceret neque improbitatem coloni in Falerno diutius ferre posset et huc ad urbem profectus esset — solebat enim extra portam aliquid habere conducti —, cecidisse de equo dicitur et homo infirma valetudine latus offendisse vehementer et, posteaquam ad urbem cum febri venerit, paucis diebus esse mortuus. Mortis ratio, iudices, eius modi est, ut aut nihil habeat suspicionis aut, si quid habet, id intra parietes in domestico scelere versetur. LXIII. 176. Post mortem eius [Sassia] moliri statim nefaria mulier coepit insidias filio: quaestionem habere de viri morte constituit. Emit de A. Rupilio, quo erat usus Oppianicus medico, Stratonem quendam, quasi ut idem faceret, quod Habitus in emendo Diogene fecerat. De hoc Stratone et de Ascla quodam servo suo quaesituram esse dixit. Praeterea servum illum Nicostratum, quem nimium loquacem fuisse ac nimium domino fidelem arbitrabatur, ab hoc adolescente Oppianico in quaestionem postulavit. Hic cum esset illo tempore puer et illa quaestio de patris sui morte constitui diceretur, etsi illum servum et sibi benevolum esse et patri fuisse arbitrabatur, nihil tamen est ausus recusare. Advocantur amici et hospites Oppianici et ipsius mulieris multi, homines honesti atque omnibus rebus ornati. Tormentis omnibus vehementissime quaeritur. Cum essent animi servorum et spe et metu tentati, ut aliquid in quaestione dicerent, tamen, ut arbitror, auctoritate advocatorum et vi tormentorum adducti in veritate manserunt neque se quidquam scire dixerunt. 177. Quaestio illo die de amicorum sententia dimissa est. Satis longo intervallo

---

1. *si*] *quodsi* S T. — *potius ad alios* S T: *ad alios potius* R A L 𝔏 O. — 2. *impudentissimi* S T. — 6. *L. Quintium* S T: *C. Quinctilium* ceteri. — 6. *contulit* S. — 7. *eaque Sex.* S T: *et Statio* R A L 𝔏 O. — 8. *Abbio* S T M. — *valenti* S T: *valente* R A L 𝔏 O. — 9. *possit* L. — 11. *servolus* S T. — 12. *domino renuntiare* S T: *renuntiare domino* R A L 𝔏 O. — 13. *improbitatem c. in Falerno* S T: *in F. impr. coloni* R A L 𝔏 O. — 14. *perferre* F A. — 15. *de* S T: *ex* R A L 𝔏 O. (*dicitur cecidisse ex equo* L.) — 16. *vehementer offendisse* L. — *postquam* L. — 20. *Sassia* suspectum Beckio. — *moliri statim* S T: *statim moliri* R A L 𝔏 O. — 21. *Rupilio* T; *Rutilio* S. — 22. *quendam*] Hinc usque ad vv. *et ceterorum honestissimorum* (§. 182.) deficit M. — 24. *Ascla* T: *Asela* (superscripta *c*) S; *assecla* F A L 𝔏 O. Cf. Inscr. Neap. 2995. — *se esse* L. Cf. Madvig ad Cic. de Finn. p. 670. Si quis pronomen desiderat, id addat post infinitivum vel pro v. *esse* scribat *sese*. — 28. *esse* om. F A. — *patris* S. — 31. *vehementissime* S T: *vehementissimis* R A L 𝔏 O. — 33. *et vi t. adducti*] *a vi t. abducti* Klotzius ed. alt.; vv. *et vi tormentorum* insiticia videntur Halmio. «Si lectio non vitiosa, sensus est: illa ipsa vi tormentorum, quibus sine ulla causa cruciarentur ab impia femina, et indignitate rei commotos obfirmasse adversus dolorem animos et in veritate mansisse.» Ern. — 35. *de* om. F A. — *demissa* S F.

post iterum advocantur. Habetur de integro quaestio: nulla vis tormentorum acerrimorum praetermittitur: adversari advocati et iam vix ferre posse: furere crudelis atque importuna mulier, sibi nequaquam, ut sperasset, ea quae cogitasset procedere. Cum iam tortor atque essent tormenta ipsa defessa, neque tamen illa finem facere vellet, quidam ex advocatis, homo et honoribus populi ornatus et summa virtute praeditus, intelligere se dixit, non id agi, ut verum inveniretur, sed ut aliquid falsi dicere cogerentur. Hoc postquam ceteri comprobarunt, ex omnium sententia constitutum est, satis videri esse quaesitum. 178. Redditur Oppianico Nicostratus: Larinum ipsa proficiscitur cum suis maerens: quod iam certe incolumem filium fore putabat, ad quem non modo verum crimen, sed ne ficta quidem suspicio perveniret, et cui non modo aperta inimicorum oppugnatio, sed ne occultae quidem matris insidiae nocere potuissent. Larinum postquam venit, quae a Stratone illo venenum antea viro suo datum sibi persuasum esse simulasset, instructam ei continuo et ornatam Larini medicinae exercendae causa tabernam dedit. LXIV. Unum, alterum, tertium annum Sassia quiescebat, ut velle atque optare aliquid calamitatis filio potius quam id struere et moliri videretur. 179. Tum interim Q. Hortensio Q. Metello consulibus, ut hunc Oppianicum aliud agentem ac nihil eius modi cogitantem ad hanc accusationem detraheret, invito despondit ei filiam suam, illam, quam ex genero susceperat, ut eum nuptiis alligatum simul et testamenti spe devinctum posset habere in potestate. Hoc ipso fere tempore Strato ille medicus domi furtum fecit et caedem eius modi. Cum esset in aedibus armarium, in quo sciret esse nummorum aliquantum et auri, noctu duos conservos dormientes occidit in piscinamque deiecit: ipse armarii fundum exsecuit et HS * * et auri quinque pondo abstulit, uno ex servis puero non grandi conscio. 180. Furto postridie cognito omnis suspicio in eos servos, qui non comparebant, commovebatur. Cum exsectio illa fundi in armario animadverteretur, quaerebant homines, quonam modo fieri potuisset. Quidam ex amicis Sassiae recordatus est, se nuper in auctione quadam vidisse in rebus minutis aduncam, ex omni parte dentatam et tortuosam, venire serrulam, qua illud potuisse ita circumsecari videretur. Ne multa: perquiritur a coactoribus: invenitur ea serrula ad Stratonem pervenisse. Hoc initio suspicionis orto et aperte insimulato Stratone, puer ille conscius pertimuit: rem omnem dominae indicavit: homines in piscina inventi sunt: Strato in vincula coniectus est, atque etiam in taberna eius nummi, nequaquam omnes, reperiuntur. 181. Constituitur quaestio de furto. Nam quid quisquam suspicari aliud potest? An hoc dicitis, ar-

---

2. *adversari* T: *adversarii* S F A; *aversari* cum P. Manutio L 𝔏 O. — 6. *homo et* om. T. — 8. *dicere* om. T. — 9. *est* om. T. — 13. *aperte -- occulte* F A. — 14. *a Stratone*] *Stratonem* (om. *a*) T; *per Stratonem* S. — 18. *quam* om. S. — 19. *Q. Hortensio Q. Metello* Orellius: *Hortensio Q. Metello* 𝔄; *Hortensio, Metello* cum P. Manutio L 𝔏 O; *Hortensio et Metello* Weiskius. — 20. *aliud*] *aliquid* S T F A. Sed cf. Wesenberg ad or. p. Sestio p. 57. — 21. *attraheret* L. — 23. *posset* L O: *possit* 𝔄 A 𝔏. — 26. *armari* T. — 27. *et*] *ex* T. — *HS.*] *sextertiorum* S F. Excidit numerus. (*sestertium CL auri* Iac. Gronovius.) — 30. *quaerebant* om. F A. — 32. *ex omni -- serrulam* Priscianus III. 7, 42. — *dentatam* Priscianus, O: *dentum* S F; *dentium* T A L 𝔏. — 33. *circumsecare* S F. — 39. *quid* om. T.

mario expilato, pecunia ablata, non omni recuperata, occisis hominibus, institutam esse quaestionem de morte Oppianici? cui probatis? quid est quod minus veri simile proferre potuistis? Deinde, ut omittam cetera, triennio post mortem Oppianici de eius morte quaerebatur. Atque etiam incensa odio pristino Nicostratum eundem illum tum sine causa in quaestionem postulavit. Oppianicus primo recusavit. Postea cum illa abducturam se filiam, mutaturam esse testamentum minaretur, mulieri crudelissimae servum fidelissimum non in quaestionem tulit, sed plane ad supplicium dedidit. LXV. 182. Post triennium igitur agitata denique quaestio de viri morte habebatur, et de quibus servis habebatur? Nova, credo, res obiecta, novi quidam homines in suspicionem vocati sunt. De Stratone et de Nicostrato. Quid? Romae quaesitum de istis hominibus non erat? Itane tandem mulier iam non morbo, sed scelere furiosa, cum quaestionem habuisses Romae, cum de T. Annii, L. Rutilii, P. Saturii, ceterorum honestissimorum virorum sententia constitutum esset, satis quaesitum videri, eadem de re triennio post, isdem de hominibus, nullo adhibito non dicam viro, ne colonum forte adfuisse dicatis, sed bono viro, in filii caput quaestionem habere conata es. 183. An hoc dicitis — mihi enim venit in mentem, quid dici possit, tametsi adhuc non esse hoc dictum mementote —, cum haberetur de furto quaestio, Stratonem aliquid de veneno esse confessum? Hoc uno modo, iudices, saepe multorum improbitate depressa veritas emergit et innocentiae defensio interclusa respirat, quod aut ii, qui ad fraudem callidi sunt, non tantum audent, quantum excogitant, aut ii, quorum eminet audacia atque proiecta est, a consiliis malitiae deseruntur. Quod si aut confidens astutia aut callida esset audacia, vix ullo iis obsisti modo posset. Utrum furtum factum non est? At nihil clarius Larini [fuit]. An ad Stratonem suspicio non pertinuit? At is et ex serrula insimulatus et a puero conscio est indicatus. An id actum non est in quaerendo? Quae fuit igitur alia causa quaerendi? An id, quod vobis dicendum est et quod tum Sassia dictitavit, cum de furto quaereretur, tum Stratonem isdem in tormentis dixisse de veneno? 184. En hoc illud est, quod ante dixi: mulier abundat audacia, consilio et ratione deficitur. Nam tabellae quaestionis plures proferuntur, quae recitatae vobisque editae sunt, illae ipsae, quas tum obsignatas esse dixit, in quibus tabellis de furto nulla littera

4. *reciperata* S T. — 5. *eundem*] *eum* T. — *in* om. F A. — 6. *postea cum* L: *posteaquam* R A 𝔏 O. Cf. §. 68. 72. 192. Verr. III. §. 57. Benecke ad or. Pompeianae §. 9. — 8. *detulit* Mommsenius. — 9. *dedidit* Arusianus (v. *Dedo ad hoc*): *dedit* codd. et edd. Tullii. — *denique*] *denuo* Halmius. — 10. *et*] *at* L. — 11. *credo* om. T. — 14. *habuisses* S T A: *habuisset* F L 𝔏 O. — *L.* om. S T. — 15. *Saturi* S; *Satureii* L. — *ceterorum* S T L: *et ceterorum* R A 𝔏 O. — 17. *afuisse* L. — 18. *es* S T: *est* F M A L 𝔏 O. — 19. *posset* F M. — *adhuc*] *ab hoc* (ex *ad hoc*) S T. — 20. *esse* S T: *esset* F M A L 𝔏 O. — *hoc* S: om. ceteri. — *mementote* 𝔄: om. A L 𝔏 O. Cf. Madvigium *Append. disp. de Asconio* p. 52 sq. — 23. *ii*] *hi* S T F A. — *ad*] *in* S. — 24. *ii*] *hi* S; *illi* 𝔏 O. — 26. *iis* S T: om. R A L 𝔏 O. — *Utrum*] *verum* S T. — 27. *fuit* om. S T. — 28. *serrula*] *serua* S. — 29. *igitur alia* S T: *alia igitur* F M A L 𝔏 O. — 30. *vobis dicendum* S T: *dicendum vobis* F M A L 𝔏 O. — 31. *dictitavit* S T F M A: *dictitabat* L 𝔏 O. — *quaereret* T. — *Stratonem -- dixisse* (ut coniecerat Schützius) S T: *Strato -- dixit* R A L 𝔏 O. — 32. *En*] *item* S T. — 33. *mulier ab. audacia* Priscianus XVIII. 2, 19. Arusianus Messius p. 209. ed. Lindem. — *abunda* T; *abundans* Prisciani editiones (sed eius codices optimi, sicut Arusianus, *abundat*). — 34. *referuntur* S. — *nobisque* S T F M A. — *ipsae*] *istae* S T. — 35. *dixi* L 𝔏. — *in*] *de* F M. — *nulla littera* S T: *littera nulla* R A L 𝔏 O.

invenitur. Non venit in mentem, primum orationem Stratonis conscribere de furto, post aliquod dictum adiungere de veneno, quod non percontatione quaesitum, sed per dolorem expressum videretur. Quaestio de furto est, veneni iam suspicio superiore quaestione sublata: quod ipsum haec eadem mulier iudicarat, quae ut Romae de amicorum sententia statuerat satis esse quaesitum, postea per triennium maxime ex omnibus servis Stratonem illum dilexerat, in honore habuerat, commodis omnibus affecerat. 185. Cum igitur de furto quaereretur et eo furto, quod ille sine controversia fecerat, tum ille de eo, quod quaerebatur, verbum nullum fecit? de veneno statim dixit? de furto si non eo loco, quo debuit, ne in extrema quidem aut media aut aliqua denique parte quaestionis verbum fecit ullum? LXVI. Iam videtis illam nefariam mulierem, iudices, eadem manu, qua, si detur potestas, interficere filium cupiat, hanc fictam quaestionem conscripsisse. Atque istam ipsam quaestionem dicite quis obsignarit: unum aliquem nominate. Neminem reperietis nisi forte eius modi hominem, quem ego proferri malim quam neminem nominari. 186. Quid ais, T. Atti? tu periculum capitis, tu indicium sceleris, tu fortunas alterius litteris conscriptas in iudicium afferas: neque earum auctorem litterarum neque obsignatorem neque testem ullum nominabis? et quam tu pestem innocentissimo filio de matris sinu deprompseris, hanc hi tales viri comprobabunt? Esto: in tabellis nihil est auctoritatis: quid, ipsa quaestio iudicibus, quid, amicis hospitibusque Oppianici, quos adhibuerat antea, quid, huic tandem ipsi tempori cur non servata est? quid istis hominibus factum est, Stratone et Nicostrato? 187. Quaero abs te, Oppianice, servo tuo Nicostrato quid factum esse dicas: quem tu, cum hunc brevi tempore accusaturus esses, Romam deducere, dare potestatem indicandi, incolumem denique servare quaestioni, servare his iudicibus, servare huic tempori debuisti. Nam Stratonem quidem, iudices, in crucem esse actum exsecta scitote lingua: quod nemo Larinatium est qui nesciat. Timuit mulier amens non suam conscientiam, non odium municipum, non famam omnium, sed quasi non omnes eius sceleris testes essent futuri, sic metuit, ne condemnaretur extrema servi voce morientis.

188. Quod hoc portentum, di immortales! quod tantum monstrum in ullis locis, quod tam infestum scelus et immane aut unde natum esse dicamus? Iam enim videtis profecto, iudices, non sine necessariis me ac maximis causis principio orationis meae de matre dixisse. Nihil est enim mali, nihil sceleris, quod illa non ab initio filio voluerit, optaverit, cogitaverit, effecerit. Mitto illam primam libidinis iniuriam, mitto

---

1. *primum* S T: *primam* R A L 𝔏 O. — *in oratione* S. — 2. *aliquod dictum adiungere* S T: *aliquid adiungere dictum* R A L 𝔏 O. Cf. p. Fonteio §. 40. Madvig. ad Cic. de Finn. p. 39. — 3. *per dolorem* S T: *dolore* R A L 𝔏 O. — 4. *suspicio* S T: *suspicione* R A L 𝔏 O. — 5. *ipsa* S T. — *iudicarat* S T F M: *indicarat* A L 𝔏 O. — 8. *et de eo* Halmius. — 11. *aliqua* S T: *in aliqua* R A L 𝔏 O. — 14. *quaestionem -- ipsam* om. T. — 15. *obsignarit* S T F M A: *obsignavit* L 𝔏 O. — *nominatim* S T; *nominat* M. Fort. *dicite*, *qui obsignarit*, *unum aliquem nominatim*. — 18. *indicium*] *iudicium* F. — 19. *afferas* 𝔄 𝔏: *afferes* A L O. — *auctoritatem* T 𝔏. — 20. *de* S T: *ex* R A L 𝔏 O. — 21. *hi* om. T. — 23. *quos*] *quod* S. — 24. *servata* S T: *reservata* R A L 𝔏 O. Cf. v. 28. — 26. *quem tu cum* om. S. — 27. *iudicandi* F M. — 28. *servare* ante v. *his* om. T. — *reservare huic* L. — 29. *esse actum* S T: *actum esse* R A L 𝔏 O. — 30. *Lar. est* S T: *est Larin.* R A L 𝔏 O. — 31. *municipium* M. — 32. *omnes* om. T. — 33. *servi* S T: *servili* M; *servuli* A L 𝔏 O. — 35. *ullis*] *illis* S.

nefarias generi nuptias, mitto cupiditate matris expulsam ex matrimonio filiam: quae nondum ad huiusce vitae periculum, sed ad commune familiae dedecus pertinebant. Nihil de alteris Oppianici nuptiis queror: quarum illa cum obsides filios ab eo mortuos accepisset, tum denique in familiae luctum atque in privignorum funus nupsit. Praetereo, quod A. Aurium, cuius illa quondam socrus, paulo ante uxor fuisset, cum Oppianici esse opera proscriptum occisumque cognosset, eam sibi domum sedemque delegit, in qua quotidie superioris viri mortis indicia et spolia fortunarum videret. 189. Illud primum queror, de illo scelere, quod nunc denique patefactum est, Fabriciani veneni: quod iam tum recens suspiciosum ceteris, huic incredibile, nunc vero apertum iam omnibus ac manifestum videtur. Non est profecto de illo veneno celata mater: nihil est ab Oppianico sine consilio mulieris cogitatum: quod si esset, certe postea deprehensa re non illa ut a viro improbo discessisset, sed ut a crudelissimo hoste fugisset domumque illam in perpetuum scelere omni affluentem reliquisset. 190. Non modo id non fecit, sed ab illo tempore nullum locum praetermisit, in quo non strueret insidias aliquas ac dies omnes atque noctes tota mente mater de pernicie filii cogitaret. Quae primum ut illum confirmaret Oppianicum accusatorem filio suo, donis, muneribus, collocatione filiae, spe hereditatis obstrinxit. LXVII. Ita quod apud ceteros novis inter propinquos susceptis inimicitiis saepe fieri divortia atque affinitatum discidia videmus: haec mulier satis firmum accusatorem filio suo fore neminem putavit, nisi qui in matrimonium sororem eius antea duxisset. Ceteri novis affinitatibus adducti veteres inimicitias saepe deponunt: illa sibi ad confirmandas inimicitias affinitatis coniunctionem pignori fore putavit. 191. Neque in eo solum diligens fuit, ut accusatorem filio suo compararet, sed etiam cogitavit, quibus eum rebus armaret. Hinc enim illae sollicitationes servorum et minis et promissis, hinc illae infinitae crudelissimaeque de morte Oppianici quaestiones, quibus finem aliquando non mulieris modus, sed amicorum auctoritas fecit. Ab eodem scelere illae triennio post habitae Larini quaestiones: eiusdem amentiae falsae conscriptiones quaestionum: ex eodem furore etiam illa conscelerata exsectio linguae: totius denique huius ab illa est et inventa et adornata comparatio criminis. 192. Atque his rebus cum instructum accusatorem filio suo Romam misisset, ipsa paulisper conquirendorum et conducendorum testium causa

1. *cupiditatem* S T. — 3. *pertinebat* S T A. — 5. *innupsit* M. — 6. *A.* T L: *M.* S; om. R A L 𝔏 O. — *Maurium* S; *Aurium Melinum* L 𝔏 O. — 7. *cognosset* (vel *cognoscet*) S T F M: *cognosceret* A L 𝔏 O. — 8. *sedemque* S T F M A: *sedemque coniugii* L 𝔏 O. — 9. *ab illo scelere* F M; *illud scelus* L. — 14. *si* S T: *nisi* R A 𝔏 O; *ni* cum P. Manutio L. Cf. Wesenberg ad or. pro Sestio p. 47. — 14. *ut*] *aut* F. — *a viro improbo* S T: *ab improbo viro* R A L 𝔏 O. — *decessisset* S. — 15. *domumque* - - *affluentem* Arusianus Messius v. *Affluit illa* [*re*] p. 216. ed. Lindem. — *que* om. F A. — *in perpetuum* om. Arusianus. — 16. *scelerum omnium* S T. — 17. *strueret* S T: *instrueret* F M A L 𝔏 O. — *insidias*] *filio insidias* T L. — 18. *ac* om. L. — *atque* S T: *ac* R A L 𝔏 O. — *totas* F M A. — 19. *illum* S T F M A: *istum* L 𝔏 O. — *accusatorem* om. T. — 20. *muneribus*] *muliebribus* 𝔏. — 21. *ita quod* S T F M: *itaque* A L O; *itaque quod* L. Cf. §.28. — 22. *affinitatem* T; *infimum* M; *affinium* L; *affinitatis* 𝔏. — *dissidia* A 𝔏. — *vidimus* S T F A 𝔏. — 24. *antea* S T L: *ante* R A 𝔏 O. — 29. *illae* om. T. — 30. *muliebris* 𝔏. — 34. *huius*] *eius* S T. — *et ornata* S. — 35. *atque his rebus*] In his verbis desinit M. — *misisset ipsa* S T: *ipsa misisset* R A L 𝔏 O. — 36. *et conducendorum* om. S.

Larini est commorata: postea autem quam appropinquare huius iudicium ei nuntiatum est, confestim huc advolavit, ne aut accusatoribus diligentia aut pecunia testibus deesset, aut ne forte mater hoc sibi optatissimum spectaculum huius sordium atque luctus et tanti squaloris amitteret. LXVIII. Iam vero quod iter Romam eius mulieris fuisse existimatis? — quod ego propter vicinitatem Aquinatium et Fabraternorum ex multis audivi et comperi — quos concursus in his oppidis, quantos et virorum et mulierum gemitus esse factos? mulierem quandam Larino atque illam usque a mari supero Romam proficisci cum magno comitatu et pecunia, quo facilius circumvenire iudicio capitis atque opprimere filium possit! 193. Nemo erat illorum, paene dicam, quin expiandum illum locum esse arbitraretur, quacumque illa iter fecisset: nemo, quin terram ipsam violari, quae mater est omnium, vestigiis consceleratae matris putaret. Itaque nullo in oppido consistendi potestas ei fuit: nemo ex tot hospitibus inventus est, qui non contagionem adspectus fugeret. Nocti se potius ac solitudini quam ulli aut urbi aut hospiti committebat. 194. Nunc vero quid agat, quid moliatur, quid denique quotidie cogitet, quem ignorare nostrum putat? Quos appellarit, quibus pecuniam promiserit, quorum fidem pretio labefactare conata sit, tenemus. Quin etiam nocturna sacrificia, quae putet occultiora esse, sceleratasque eius preces et nefaria vota cognovimus: quibus illa etiam deos immortales de suo scelere testatur neque intelligit, pietate et religione et iustis precibus deorum mentes, non contaminata superstitione neque ad scelus perficiendum caesis hostiis posse placari. Cuius ego furorem atque crudelitatem deos immortales a suis aris atque templis aspernatos esse confido. LXIX. 195. Vos, iudices, quos huic A. Cluentio quasi aliquos deos ad omne vitae tempus fortuna esse voluit, huius importunitatem matris a filii capite depellite. Multi saepe in iudicando peccata liberum parentum misericordiae concesserunt: vos, ne huius honestissime actam vitam matris crudelitati condonetis, rogamus, praesertim cum ex altera parte totum municipium videre possitis. Omnes scitote, iudices, — incredibile dictu est, sed a me verissime dicetur, — omnes Larinates, qui valuerunt, venisse Romam, ut hunc studio frequentiaque sua, quantum possent, in tanto eius periculo sublevarent: pueris illud hoc tempore et mulieribus oppidum scitote esse traditum idque in praesentia communi Italiae pace in domesticis copiis esse tutum. Quos tamen ipsos aeque et eos, quos praesentes videtis, huius exspectatio iudicii dies noctesque sollicitat. 196. Non illi vos de unius municipis fortunis arbitrantur, sed de totius municipii statu, dignitate commodisque omnibus sententias esse laturos. Summa est enim, iudices, hominis in communem municipii rem

---

1. *quam* S T: *cum* R A L 𝔏 O. Cf. §. 181. — 6. *Fabraternorum* Beroaldus: *Afraternorum* S T F A; *Venafranorum* cum ed. Victoriana L 𝔏 O. — 8. *Larino* spurium videtur Ernestio. — 11. *possit* Classenii codices sex: *posset* S T F A L 𝔏 O. — *quin*] *qui* S. — 18. *nostrorum* S T F, quod poëtarum comicorum exemplis et carmine Liviano (VIII. 9, 6.) Ciceroni vindicare studuit Klotzius Prooem. ed. alt. p. XXI. — 20. *putet* S T F A: *putat* L 𝔏 O. — 25. *a suis aris atque templis nefarias preces aspernatos deos esse confido* Arusianus p. 216. ed. Lindem. — 26. *vos* om. F. — *quasi aliquos* Halmius: *quos alios* T; *quosdam alios* L 𝔏 O; *alios* S F A. — 29. *parentium* T. — 30. *condemnatis* F. — 32. *dicitur* A 𝔏. — 34. *possit* F. — 35. *communi* 𝔄 A: *in communi* cum ed. Aldina L 𝔏 O. — 36. *in* 𝔄 A: om. ed. Aldina, L 𝔏 O. — *totum* 𝔄 A. Emendavit Naugerius. — 38. *unius*] *illius* T.

diligentia, in singulos municipes benignitas, in omnes homines iustitia et fides. Praeterea nobilitatem illam inter suos locumque a maioribus traditum sic tuetur, ut maiorum gravitatem, constantiam, gratiam, liberalitatem assequatur. Itaque iis eum verbis publice laudant, ut non solum testimonium suum iudiciumque significent, verum etiam curam animi ac dolorem. Quae dum laudatio recitatur, vos quaeso, qui eam detulistis, assurgite.

197. Ex lacrimis horum, iudices, existimare potestis, omnes haec decuriones decrevisse lacrimantes. Age vero, vicinorum quantum studium, quam incredibilis benevolentia, quanta cura est! Non illi in libellis laudationem decretam miserunt, sed homines honestissimos, quos nossemus omnes, huc frequentes adesse et hunc praesentes laudare voluerunt. Adsunt Ferentani, homines nobilissimi, Marrucini item pari dignitate: Teano Apulo atque Luceria equites Romanos, homines honestissimos, laudatores videtis: Boviano totoque ex Samnio cum laudationes honestissimae missae sunt, tum homines amplissimi nobilissimique venerunt. 198. Iam qui in agro Larinati praedia, qui negotia, qui res pecuarias habent, honesti homines et summo splendore praediti, difficile dictu est quam sint solliciti, quam laborent. Non multi mihi ab uno sic diligi videntur, ut hic ab iis universis.

LXX. Quam doleo abesse ab huius iudicio L. Volusienum, summo splendore hominem ac virtute praeditum! Vellem praesentem possem P. Helvidium Rufum, equitem Romanum omnium ornatissimum, nominare! qui cum huius causa dies noctesque vigilaret et cum me hanc causam doceret, in morbum gravem periculosumque incidit: in quo tamen non minus de capite huius quam de sua vita laborat. Cn. Tudicii senatoris, viri optimi et honestissimi, par studium ex testimonio et laudatione cognoscetis. Eadem spe, sed maiore verecundia de te, P. Volumni, quoniam iudex es in A. Cluentium, dicimus. Et ne longum sit, omnium vicinorum summam esse in hunc benevolentiam confirmamus. 199. Horum omnium studium, curam, diligentiam meumque una laborem, qui totam hanc causam vetere instituto solus peroravi, vestramque simul, iudices, aequitatem et mansuetudinem una mater oppugnat. At quae mater? Quam caecam crudelitate et scelere ferri videtis, cuius cupiditatem nulla umquam turpitudo retardavit, quae vitiis animi in deterrimas partes iura hominum convertit omnia, cuius ea stultitia est, ut

---

4. *assequantur* S. — *iis* om. F. — *publicis* F. — 6. *eam*] *iam* F A. — 7. *assurgite. LAVDATIO CLVENTII EX DECVRIONVM LARINATIVM DECRETO. Ex* mg. 𝔏, O. — 10. *quam incredibilis -- cura est* om. F. — 11. *laudationem decretam* S T: *laudationum decreta* R A L 𝔏 O. — 13. *Frentani* F O. Cf. Polyb. II. 24, 12. Florum I. 18, 7. — *Marrucinii* S T. — 14. *homines honestissimos* S T L: *honestissimos homines* F A 𝔏 O. — 15. *Boiano* 𝔄 A. Emendavit Nic. Angelius. — 17. *Larinate* L. — *pecuarias* A, mg. 𝔏, O: *pecuniarias* 𝔄 L 𝔏. — 18. *est* om. T. — 20. *iis* S T: *his* ceteri. — 21. *quam doleo* Classenius: *quando* 𝔄 A; *quam non* cum ed. Iuntina L 𝔏 O. — *huius*] *hoc* L. — 22. *praeditum. vellem praesentem* 𝔄 A: *praeditum vellem? praesentem* 𝔏; *praeditum vellem? quam vellem praesentem* L O. — *posse* L O. — 24. *causa* om. T. — 25. *quo* om. T. — 26. *laborabat* 𝔏. — *Tudici* S F A L 𝔏; *Tuditi* T. — 27. *ex* Graevius: *et* F A L 𝔏; *in* O; om. S T. Cf. Wesenberg ad or. p. Sestio p. 32. et de permutatis verbis *et* atque *ex* var. lect. ad p. 513. v. 11. — *testimonium* F. — 28. *volumini* T. — 30. *omnium* om. T. — 31. *omnium horum* S. — 32. *vestrumque* T. — 34. *caeca* F. — 36. *cuius ea st. est, ut eam nemo hominem appellare possit* Priscianus VI. 3, 15.

eam nemo hominem, ea vis, ut nemo feminam, ea crudelitas, ut nemo matrem appellare possit. Atque etiam nomina necessitudinum, non solum naturae nomen et iura mutavit: uxor generi, noverca filii, filiae pellex: eo iam denique adducta est, ut sibi praeter formam nihil ad similitudinem hominis reservarit. 200. Quare, iudices, si scelus odistis, prohibete aditum matris a filii sanguine: date parenti hunc incredibilem dolorem ex salute, ex victoria liberum: patimini matrem, ne orbata filio laetetur, victam potius vestra aequitate discedere. Sin autem, id quod vestra natura postulat, pudorem, veritatem virtutemque diligitis, levate hunc aliquando supplicem vestrum, iudices, tot annos in falsa invidia periculisque versatum, qui nunc primum post illam flammam, aliorum facto et cupiditate excitatam, spe vestrae aequitatis erigere animum et paulum respirare a metu coepit, cui posita sunt in vobis omnia, quem servatum esse plurimi cupiunt, servare soli vos potestis. 201. Orat vos Habitus, iudices, et flens obsecrat, ne se invidiae, quae in iudiciis valere non debet, ne matri, cuius vota et preces a vestris mentibus repudiare debetis, ne Oppianico, homini nefario, condemnato iam et mortuo, condonetis. LXXI. Quod si qua calamitas hunc in hoc iudicio afflixerit innocentem, ne iste miser, si, id quod difficile factu est, in vita remanebit, saepe et multum queretur deprehensum esse illud quondam Fabricianum venenum. Quod si tum indicatum non esset, non huic aerumnosissimo venenum illud fuisset, sed multorum medicamentum maerorum: postremo etiam fortassis mater exsequias illius funeris prosecuta mortem se filii lugere simulasset. Nunc vero quid erit profectum, nisi ut huius ex mediis mortis insidiis vita ad luctum conservata, mors sepulcro patris privata esse videatur? 202. Satis diu fuit in miseriis, iudices; satis multos annos ex invidia laboravit. Nemo huic tam iniquus praeter parentem fuit, cuius non animum iam expletum esse putemus: vos, qui aequi estis omnibus, qui, ut quisque crudelissime oppugnatur, eum lenissime sublevatis, conservate A. Cluentium, restituite incolumem municipio, amicis, vicinis, hospitibus, quorum studia videtis, reddite, vobis in perpetuum liberisque vestris obstringite. Vestrum est hoc, iudices, vestrae dignitatis, vestrae clementiae; recte hoc repetitur a vobis, ut virum optimum atque innocentissimum plurimisque mortalibus carissimum atque iucundissimum, his aliquando calamitatibus liberetis, ut omnes intelligant in contionibus esse invidiae locum, in iudiciis veritati.

---

4. *ut*] *uti* T L. — 5. *reservaret* S T. — 6. *prohibite* S T. — *parenti* om. T. — 9. *veritatem* S T: *bonitatem* R A L 𝔏 O. — 12. *facto*] *fraude* Ernestius; *errato* Schützius; *facinore* Orellius. — 14. *Orat vos habitus iud.* Arusianus p. 249. ed. Lindem. — 15. *Habitus*] Ad firmandam hanc scripturam (cf. p. 541.) haec mecum communicavit Th. Mommsenius: «Consulem secundi semestris anni p. Chr. 8. dictum fuisse *Habitum* pro *Avito* ex sola litterarum incuriosa permutatione Borghesius statuit *Annali dell' Inst.* XXI. 23., ubi Pighium secutus legatum Aquitaniae et deinde Germaniae inferioris sub Nerone *Vibium Avitum* (Tac. 13, 54. Plin. 34, 7, 47.) consulis illius filium reputat. At obstat, quod hunc legatum codices et Tacitini et Pliniani consensu summo *Dubium* vocant, non *Vibium*. Denique consulis *Habiti* cognomen confirmat titulus Muratorianus 1008, 9. optimae aetatis, ubi legitur: *A. Vibio Habito L. Apr....*, ipseque digestorum libri Florentini emendator non sine ratione XLVIII. 18, 5., ubi iidem consules nominantur, pro *Auito* rescripsit *Abito*.» — 19. *ne* S: *nae* A L 𝔏 O. — *miser* S T: *miser iudices* F A L 𝔏 O. — *in* om. S T. — 20. *quereretur* S T. — 22. *maerorum* Incerti art. gramm. fragm. §. 149. («*maeror*, λύπη. Cicero pluraliter extulit in pro Cluentio: *sed multorum medicamentum maerorum.*») in *Anall. gramm. ed. Eichenf. et Endl.* p. 102: *laborum* 𝔄 A L 𝔏 O. Cic. de Finn. I. §. 59: *aegritudines*, *molestiae*, *maerores*. Cf. Spengel *Münchn. Gel. Anz.* 1837. p. 954. — 23. *fortassis*] Cf. §. 144. — 24. *se* om. S T. — *filii* om. T. — *profecto* F; *perfectum* 𝔏. — 25. *conservata* 𝔄 A: *reservata* L 𝔏 O. — 28. *non animum* S T: *animum non* R A L 𝔏 O. — 30. *A.* om. F. — 33. *vestrae dignitatis* om. 𝔏. — 34. *carissimum* L: *carum* ceteri. Cf. Halm ad or. Pomp. §. 20. p. 127 sq.

l. agr. I

M. TULLII CICERONIS

DE LEGE AGRARIA

CONTRA

P. SERVILIUM RULLUM TR. PL.

LIBRI TRES.

RECOGNOVIT

IO. GEORGIUS BAITERUS.

NOTARUM EXPLICATIO.

E = Cod. Erfurtensis, nunc Berolinensis, apud Wunderum (vid. supra p. 516.) Praef. p. LXXXVII sqq. p. 110 sqq. et Freundium p. 44 sq.

F = Cod. Erlangensis 38. (20.) in fol. chart. sec. XV. foliis 294 constans, ex eodem fonte, e quo Gruteri Palatinus secundus. Excussit Car. Halmivs. Vid. Halm *zur Handschriftenkunde der Ciceron. Schriften* p. 2 sq.

P = Lectiones codicis a P. Pithoeo margini ed. Lamb. 1584 adscriptae. Exscripsit Car. Halmius, quem vide l. l. p. 24 sq. Pithoei coniecturas pleno auctoris nomine significavimus.

T = Lectiones ad marginem exempli Aldini 1554 a Torrentio Levino nescio unde enotatae.

G = Cod. Francianus primus Graevii, docte passim interpolatus.

Reliquas notas vide supra p. 517.

ORATIO PRIMA

IN SENATU KALENDIS IANUARIIS.

(Desunt permulta.)

Praedam, manubias, sectionem, castra denique Cn. Pompeii sedente imperatore decemviri vendent. **

Imberba iuventute * * *

(Venibit igitur sub praecone tota Propontis atque Hellespontus:) ad-

---

Inscriptio orationis. *Incipit liber de lege agraria primus in Rullum* E; *Sequitur liber primus de lege agraria marci tu. ci.* F; *de lege agraria Kalendis Ianuariis contra Rullum* A. Gellius XIII. 24, 4. Cf. Charisium *Inst. Gramm.* p. 53. ed. Lindem. Cic. ad Att. II. 1, 3.

1. *Praedam -- vendent* A. Gellius XIII. 24, 6. — 3. Charisius *Inst. Gramm.* I. 18, 6. p. 53. ed. Lindem. — 4. *Veniet -- parebunt* Aquila Romanus *de fig. sent. et elocut.* §. 43. — *Venibit* Orellius: *veniet* codices Aquilae; *veniet - sub praeconem* H. Stephanus.

dicetur communis ora Lyciorum atque Cilicum: (Mysia et Phrygia eidem condicioni legique parebunt.)

I. 1. * * Quae res aperte petebatur, ea nunc occulte cuniculis oppugnatur. Dicent enim decemviri, id quod et dicitur a multis et saepe dictum est, post eosdem consules regis Alexandri testamento regnum illud populi Romani esse factum. Dabitis igitur Alexandriam clam petentibus iis, quibus apertissime pugnantibus restitistis. Haec, per deos immortales! utrum esse vobis consilia siccorum an vinolentorum somnia, et utrum cogitata sapientium an optata furiosorum videntur? 2. Videte nunc proximo capite, ut impurus heluo turbet rem publicam, ut a maioribus nostris possessiones relictas disperdat ac dissipet, ut sit non minus in populi Romani patrimonio nepos quam in suo. Perscribit in sua lege vectigalia, quae decemviri vendant, hoc est, proscribit auctionem publicorum bonorum. Agros emi vult, qui dividantur: quaerit pecuniam. Videlicet excogitabit aliquid atque afferet. Nam superioribus capitibus dignitas populi Romani violabatur, nomen imperii in commune odium orbis terrae vocabatur, urbes pacatae, agri sociorum, regum status decemviris donabantur: nunc praesens, certa pecunia [numerata] quaeritur. 3. Exspecto, quid tribunus plebis vigilans et acutus excogitet. Veneat, inquit, silva Scantia. Utrum tandem hanc silvam in relictis possessionibus an in censorum pascuis invenisti? Si quid est, quod indagaris, inveneris, ex tenebris erueris, quamquam iniquum est, consume sane, quod commodum est, quoniam quidem tu attulisti. Silvam vero tu Scantiam vendas nobis consulibus atque hoc senatu? tu ullum vectigal attingas? tu populo Romano subsidia belli, tu ornamenta pacis eripias? Tum vero hoc me inertiorem consulem iudicabo quam illos fortissimos viros, qui apud maiores nostros fuerunt, quod, quae vectigalia illis consulibus populo Romano parta sunt, ea me consule ne retineri quidem potuisse iudicabuntur. II. 4. Vendit Italiae possessiones ex ordine omnes. Sane est in eo diligens: nullam enim praetermittit. Persequitur in tabulis censoriis totam Siciliam: nullum aedificium, nullos agros relinquit. Audistis auctionem populi Romani proscriptam a tribuno plebis, constitutam in mensem Ianuarium, et, credo, non dubitatis quin

---

1. *communis*] *colonis* Orellius; *continens* Halmius. Malim *omnis*. — *Phrygia eidem* Orellius: *Phrygia. Veniet Propontis atque Hellespontus, idem* Aquilą. — 3. *Huius orationis principium de lege Agraria contra P. Rullum non extat. Duo enim folia ex vetustissimo codice abscisa fuisse librarii admonitum reliquerunt in marginibus vetustissimorum exemplorum quae in consultationem huius nostrae editionis adhibuimus* A. — *Aegyptus*, *quae ante aperte* Mommsenius. — 5. *Alexandri* E F G P: *Alexandrini* A L ꝯ; *Alexae* Klotzius in Procemio ed. alt. p. XXIII. coll. II. §. 41. — 8. *uininolentorum* E; *uinulentorum* F. — 9. *sapientium* E: *somniancium* F; *sapientum* A L ꝯ O. — 10. *heluo*] *hellico* F. — *turbetur* P. — 11. *relictas possessiones* mg. ꝯ. — *ac* E F P: *et* A L ꝯ O. — 12. *nepos*] *heres* E F. — *perscribit* E A: *proscribit* F L ꝯ O. — 13. *perscribit* E F A. Emendavit Naugerius in ed. Aldina.— 15. *videlicet* om. E. — 18. *condonabantur* Puteanus. — *numerata* in E superscriptum est. Vocem a Wundero (p. LXXXVIII sqq.) oppugnatam defendit Gebhardt *Observatt. critt. in Ciceronis oratt. de lege agr.* I. p. 4 sqq. — 20. *ueniat* F. — 22. *consume sane*] *consume sane tamen* E; *tamen consume* F ꝯ. — 23. *quod* Orellius: *cum* Wunderus; *quoniam* E F A L ꝯ O. (*consume sane tantum*, *quantum c.* Halmius.) — *quoniam quidem*] *quandoquidem* A. — 24. *huic senatui* E. — 25. *populi Romani* E A L ꝯ. — 26. *tu vero -- iudicabis* T. — 29. *potuisse*] *potius se* F P. — 30. *persequitur enim in* F; *persequitur ut in* Puteanus. — 31. *censoris* E. — 32. *reliquit* F.

idcirco haec aerarii causa non vendiderint ii, qui armis et virtute pepererunt, ut esset, quod nos largitionis causa venderemus!

5. Videte nunc, quod affectent iter apertius quam antea. Nam superiore parte legis quem ad modum Pompeium oppugnarent, a me indicati sunt: nunc iam se ipsi indicabunt. Iubent venire agros Attalensium atque Olympenorum: hos populo Romano P. Servilii, fortissimi viri, victoria adiunxit; deinde agros in Macedonia regios, qui partim T. Flaminini, partim L. Paulli, qui Persen vicit, virtute parti sunt; deinde agrum optimum et fructuosissimum Corinthium, qui L. Mummii imperio ac felicitate ad vectigalia populi Romani adiunctus est; post autem agros in Hispania apud Karthaginem novam duorum Scipionum eximia virtute possessos; tum vero ipsam veterem Karthaginem vendunt, quam P. Africanus nudatam tectis atque moenibus sive ad notandam Karthaginiensium calamitatem sive ad testificandam nostram victoriam sive ob oblatam aliquam religionem ad aeternam hominum memoriam consecravit. 6. His insignibus atque infulis imperii venditis, quibus ornatam nobis maiores nostri rem publicam tradiderunt, iubent eos agros venire, quos rex Mithridates in Paphlagonia, Ponto Cappadociaque possederit. Num obscure videntur prope hasta praeconis insectari Cn. Pompeii exercitum, qui venire iubeant eos ipsos agros, in quibus ille etiam nunc bellum gerat atque versetur?

III. 7. Hoc vero cuius modi est, quod eius auctionis, quam constituunt, locum sibi nullum definiunt? Nam decemviris, quibus in locis ipsis videatur, vendendi potestas lege permittitur. Censoribus vectigalia locare nisi in conspectu populi Romani non licet: his vendere vel in ultimis terris licebit? At hoc etiam nequissimi homines consumptis patrimoniis faciunt, ut in atriis auctionariis potius quam in triviis aut in compitis auctionentur. Hic permittit sua lege decemviris, ut in quibus commodum sit tenebris, ut in qua velint solitudine bona populi Romani possint divendere. 8. Iam illa omnibus in provinciis, regnis, liberis populis quam acerba, quam formidolosa, quam quaestuosa concursatio decemviralis futura sit, non videtis? Hereditatum obeundarum causa quibus vos legationes dedistis, qui et privati et privatum ad negotium exierunt non maximis opibus neque summa auctoritate praediti, tamen auditis profecto quam graves eorum adventus sociis nostris esse soleant. 9. Quam ob rem quid putatis impendere hac lege omnibus gentibus ter-

---

3. *quod adfectent* Ussing *(Oratt. tres de lege agraria in usum scholarum recensuit I. L. Ussing.* Hauniae 1850.): *quoad fecerit* E A 𝔏 O; *quo affecerit* F; *ut fecerit* G; *quo affectarit* L; *quo adfectent* Klotzius. Cf. p. Roscio Am. §. 140.: *nunc vero quam viam munitet, quod iter affectet, videtis.* — 4. *obpugnarent* E. — 6. *hos*] *quos* mg. 𝔏. — *P.* Lauredanus: om. E F A L 𝔏. Cf. de lege agr. II. §. 50. — 8. *Flaminini* Lauredanus: *Flaminii* E F A L 𝔏. — *pauli* E F A. — *persem* F. — 9. *opimum* L. Cf. de lege agr. III. §. 14. — *mimmii* E; *numinii* F. — 11. *Kartaginem* E F. — 12. *vero* om. F A L. — *veterem* om. F. — *Kartaginem* F. — 13. *affricanus* E F. — *atque* E: *ac* F A L 𝔏 O. — 14. *Kartaginensium* F; *cartaginensium* E; *Carthaginensium* A. — 15. *ob* nescio quis ap. Orellium: *ad* E F L 𝔏 O; om. A. — 16. *insigniis* E. — 17. *nobis m. nostri* E F P T: *vobis m. vestri* A L 𝔏 O. — *iubet* E F P A. Emendavit Naugerius in ed. Aldina. — 18. *mitridates* E F. — *phaplagonia* E F P. — 20. *etiam ille* E. — 28. *auctionantur* E. — 29. *ut in qua*] *aut in qua* cum P. Manutio L. — 30. *possint divendere*] *vendant* E. Cf. Gebhardt l. l. I. p. 9 sq. — 35. *nostris* F P T: *vestris* E A L 𝔏 O.

roris et mali, cum immittantur in orbem terrarum decemviri summo cum imperio, summa cum avaritia infinitaque rerum omnium cupiditate? quorum cum adventus graves, cum fasces formidolosi, tum vero iudicium ac potestas erit non ferenda. Licebit enim quod videbitur publicum iudicare, quod iudicarint vendere. Etiam illud, quod homines sancti non facient, ut pecuniam accipiant, ne vendant, tamen id iis ipsum per legem licebit. Hinc vos quas spoliationes, quas pactiones, quam denique in omnibus locis nundinationem iuris ac fortunarum fore putatis? 10. Etenim quod superiore parte legis praefinitum fuit Sulla et Pompeio consulibus, id rursus liberum infinitumque fecerunt. IV. Iubet enim eosdem decemviros omnibus agris publicis pergrande vectigal imponere, ut iidem possint et liberare agros quos commodum sit et quos ipsis libeat publicare. Quo in iudicio perspici non potest, utrum severitas acerbior an benignitas quaestuosior sit futura.

Sunt tamen in tota lege exceptiones duae, non tam iniquae quam suspiciosae. Excipit enim in vectigali imponendo agrum Recentoricum Siciliensem, in vendendis agris eos agros, de quibus cautum sit foedere. Hi sunt in Africa, qui ab Hiempsale possidentur. 11. Hic quaero, si Hiempsali satis est cautum foedere et Recentoricus ager privatus est, quid attinuerit excipi? sin et foedus illud habet aliquam dubitationem et ager Recentoricus dicitur nonnumquam esse publicus, quem putet existimaturum, duas causas in orbe terrarum repertas, quibus gratis parceret? Num quisnam tam abstrusus usquam nummus videtur, quem non architecti huiusce legis olfecerint? Provincias, civitates liberas, socios, amicos, reges denique exhauriunt: admovent manus vectigalibus populi Romani. Non est satis. 12. Audite, audite vos, qui amplissimo populi senatusque iudicio exercitus habuistis et bella gessistis: quod ad quemque pervenerit ex praeda, ex manubiis, ex auro coronario, quod neque consumptum in monumento neque in aerarium relatum sit, id ad decemviros referri iubet. Hoc capite multa sperant: in omnes imperatores heredesque eorum quaestionem suo iudicio comparant, sed maximam pecuniam se a Fausto ablaturos arbitrantur. Quam causam suscipere iurati iudices noluerunt, hanc isti decemviri suscepere. Idcirco a iudicibus fortasse praetermissam esse arbitrantur, quod sit ipsis reservata. 13. Deinde etiam in reliquum tempus diligentissime sancit, ut, quod quisque imperator pecuniae habeat, protinus ad decemviros

1. *immittantur* E: *immitantur* F; *immutantur* P; *mittantur* A L ℓ O. Cf. Gebhardt l. l. I. p. 11 sq. — *orbe* E. — 2. *rerum omnium* E: *omnium rerum* F A L ℓ O. — 3. *cum f.*] *tum f.* Zumptius *Lat. Gramm.* §. 723. Cf. Stuerenburg ad or. p. Archia (Lips. 1832.) p. 174. — 6. *id iis*] *id quod* F; *iis id* L ℓ. — 7. *spoliationes*] *sponsiones* Pithœus. — 9. *Etiam* Mommsenius. — *quid* E. — *silla* E F. — 10. *enim* E F P: om. A L ℓ O. Conf. Hand *Tursell.* II. p. 397. — 12. *idem* F P. — 16. *enim* E: om. F A L ℓ O. — 17. *foedere*] *sine foedere* E. — 18. *hiemsale* - - *hiemsali* F P. — 19. *recentori ager* E F P. — 20. *attinet* T. — 22. *existimarum* F P. — *quibus*] *quare his agris* L. — 23. *parceret*] *perciperet* E. — *num quisnam* Lauredanus: *nunc quisnam* E F T A L ℓ. — *tam*] *tandem* E F P T A; *tandem tam* Klotzius ed. alt. — 26. *audite* semel exhibent A L ℓ. — 28. *peruenerit* E: *peruenit ut (vel?) peruenit* F; *peruenit aut peruenerit* P A; *pervenit*, *pervenerit* cum ed. Aldina L ℓ O. Cf. de lege agr. II. §. 59. — *ex praeda* - - *coronario* A. Gellius XIII. 24, 6. — *manubiis*] *manibus* E F; *munibus* P. — 32. *ablaturos* om. E. — 33. *suscepere*] *susceperunt* Klotzius. — 35. *sanccit* E. — 36. *pecunie habeat* E: *habeat pecuniae* F A L ℓ O.

referat. Hic tamen excipit Pompeium, simillime, ut mihi videtur, atque illa lege, qua peregrini Roma eiiciuntur, Glaucippus excipitur. Non enim hac exceptione unus afficitur beneficio, sed unus privatur iniuria. Sed cui manubias remittit, in huius vectigalia invadit. Iubet enim pecuniam, si qua post nos consules ex novis vectigalibus recipiatur, hac uti decemviros. Quasi vero non intelligamus, haec eos vectigalia, quae Cn. Pompeius adiunxerit, vendere cogitare.

V. 14. Videtis iam, patres conscripti, omnibus rebus et modis constructam et coacervatam pecuniam decemviralem. Minuetur huius pecuniae invidia; consumetur enim in agrorum emptionibus. Optime. Quis igitur emet agros istos? Iidem decemviri: tu, Rulle — missos enim facio ceteros — emes quod voles; vendes quod voles; utrumque horum facies quanti voles. Cavet enim vir optimus, ne emat ab invito. Quasi vero non intelligamus, ab invito emere iniuriosum esse, ab non invito quaestuosum. Quantum tibi agri vendet, ut alios omittam, socer tuus? et, si ego eius aequitatem animi probe novi, vendet non invitus? Facient idem ceteri libenter, ut possessionis invidiam pecunia commutent, accipiant quod cupiunt, dent quod retinere vix possunt. 15. Nunc perspicite omnium rerum infinitam atque intolerandam licentiam. Pecunia coacta est ad agros emendos: ii porro ab invitis non ementur. Si consenserint possessores non vendere, quid futurum est? Referetur pecunia? Non licet. Exigetur? Vetat. Verum esto: nihil est, quod non emi possit, si tantum des, quantum velit venditor. Spoliemus orbem terrarum, vendamus vectigalia, effundamus aerarium, ut locupletatis aut invidiae aut pestilentiae possessoribus agri tamen emantur.

16. Quid tum? quae erit in istos agros deductio? quae totius rei ratio atque descriptio? Deducentur, inquit, coloniae. Quo? quorum hominum? in quae loca? Quis enim non videt, in coloniis esse haec omnia consideranda? Tibi nos, Rulle, et istis tuis harum omnium rerum machinatoribus totam Italiam inermem tradituros existimasti, quam praesidiis confirmaretis, coloniis occuparetis, omnibus vinclis devinctam et constrictam teneretis? Ubi enim cavetur, ne in Ianiculo coloniam constituatis, ne urbem hanc urbe alia premere atque urgere possitis? Non faciemus, inquit. Primum nescio, deinde timeo, postremo non committam, ut vestro beneficio potius quam nostro consilio salvi esse possimus. VI. 17. Quod vero totam Italiam vestris colonis complere voluistis, id cuius modi esset, neminemne nostrum intellecturum existimavistis? Scri-

1. *referat* F: *deferat* E A L 𝔏 O. Cf. §. 12. II. §. 59. 60. — *simillime*] *similij me* P; *similiter me* (*ut* superscr.) E. — *atque* nos: *atque ut* (ex glossemate *atque*, cf. p. Caec. §. 98.) F P T; *atqui ut* E; *atque in* A L 𝔏 O. — 3. *sed unus*] *sed unus quisq.* P. — *privatur*] *prohibetur* mg. 𝔏. — 4. *in* om. L 𝔏. — 5. *reficiatur* L. — 8. *rebus*] *rationibus* L. — 10. *optume* F P. — 11. *igitur* E: *ergo* ceteri. — *eidem* F P. — *facito* E F. — 12. *quod -- quod* E F P T A: *quos -- quos* cum ed. Aldina L 𝔏 O. — 13. *quantum* E. — 15. *tibi*] *igitur* E. — *et*] *etenim* L. — 16. *aequitatem eius* E. — 17. *idem*] *id* T; om. F. — 18. *perspicite* E F: *prospicite* A L 𝔏 O. — 23. *des*] *dies* (littera *i* expuncta) E. — 27. *Quo*] *Quot* cum Lauredano L O. Cf. de lege agr. II. §. 74. — 28. *omnia haec* F. — 31. *vinculis* F. — 32. *ne* om. F. — 33. *Non*] *nos* F. — 36. *Quid* E F A. Emendavit Naugerius in ed. Aldina. — *colonis* Lauredanus: *coloniis* E F A L. — 37. *ne nostrum* om. T. — *existimavistis* E F: *existimatis* A; *existimastis* L 𝔏 O.

ptum est enim: QVAE IN MVNICIPIA QVASQVE IN COLONIAS DECEMVIRI VELINT DEDVCANT COLONOS QVOS VELINT ET IIS AGROS ASSIGNENT QVIBVS IN LOCIS VELINT: ut, cum totam Italiam militibus suis occuparint, nobis non modo dignitatis retinendae, verum ne libertatis quidem recuperandae spes relinquatur. Atque haec a me suspicionibus et coniectura coarguuntur. 18. Iam omnis omnium tolletur error: iam aperte ostendent sibi nomen huius rei publicae, sedem urbis atque imperii, denique hoc templum Iovis optimi maximi atque hanc arcem omnium gentium displicere. Capuam deduci colonos volunt: illam urbem huic urbi rursus opponere, illuc opes suas deferre et imperii nomen transferre cogitant. Qui locus propter ubertatem agrorum abundantiamque rerum omnium superbiam et crudelitatem genuisse dicitur, ibi nostri coloni delecti ad omne facinus a decemviris collocabuntur. Et, credo, qua in urbe homines in vetere dignitate fortunaque nati copiam rerum moderate ferre non potuerunt, in ea isti vestri satellites modeste insolentiam suam continebunt. 19. Maiores nostri Capua magistratus, senatum, consilium commune, omnia denique insignia rei publicae sustulerunt, neque aliud quidquam in urbe nisi inane nomen Capuae reliquerunt: non crudelitate — quid enim illis [fuit] clementius, qui etiam externis hostibus victis sua saepissime reddiderunt? — sed consilio, quod videbant, si quod rei publicae vestigium illis moenibus contineretur, urbem ipsam imperio domicilium praebere posse. Vos haec, nisi evertere rem publicam cuperetis ac vobis novam dominationem comparare, credo, quam perniciosa essent non videretis? VII. 20. Quid enim cavendum est in coloniis deducendis? Si luxuries, Hannibalem ipsum Capua corrupit; si superbia, nata inibi esse [haec] ex Campanorum fastidio videtur; si praesidium, non praeponitur huic urbi ista colonia, sed opponitur. At quem ad modum armatur? di immortales! Nam bello Punico, quidquid potuit Capua, potuit ipsa per sese: nunc omnes urbes, quae circum Capuam sunt, a colonis per eosdem decemviros occupabuntur. Hanc enim ob causam permittit ipsa lex, in omnia quae velint oppida colonos ut decemviri deducant quos velint. Atque his colonis agrum Campanum et Stellatem campum dividi iubet.

21. Non queror deminutionem vectigalium, non flagitium huius iacturae atque damni; praetermitto illa, quae nemo est quin gravissime et verissime conqueri possit: nos caput patrimonii publici, pulcherrimam populi Romani possessionem, subsidium annonae, horreum belli, sub signo claustrisque rei publicae positum vectigal servare non potuisse;

---

2. iis] *his* F. — 3. *nobis* E F P T: *vobis* A L 𝔏 O. — 4. *verum* E: *sed* F A L 𝔏 O. — 5. *atqui* nescio quis apud Orellium. — *haec* om. E. — *coarguentur* F P; *non arguentur* E. — 6. *omnis* om. E. — 7. *sedes* E F P; *seriem* A. — 8. *optumi* F P. — *maxumi* P. — 9. *coloniis* E. — 11. *propter* post v. *omnium* habet L. — 13. *vetere* nos: *veteri* E F A L 𝔏 O. — 15. *suam* om. F. — 17. *quicquam* E F. — 18. *in urbe* E F P: om. A L 𝔏 O. Conf. de lege agr. II. c. 32. — *nomen* om. F. — *credulitate* E pr. m. — 19. *fuit* om. E. — *hostibus externis* E. — 25. *Annibalem* L. — *Capuana* G; *Capuae* L 𝔏. — 26. *haec* cum ed. Aldina om. L 𝔏. — *praep. isti urbi colonia* F. — 27. *obponitur* E. — 28. *dii* E F A L 𝔏 O. — *quicquid capua potuit per sese* F. — 29. *coloniis* E. — 32. *hiis* F. — 34. *diminutionem* E F A 𝔏. — 35. *dampni* F. — *praemitto* E. — *qui in* (*quia* E) *grauissima et uerissima* E F. — 36. *nos*] *non* F. — 38. *rei publicae*] *.p. R.* E.

eum denique nos agrum P. Rullo concessisse, qui ager ipse per sese et Sullanae dominationi et Gracchorum largitioni restitisset. Non dico, solum hoc in re publica vectigal esse, quod amissis aliis remaneat, intermissis non conquiescat, in pace niteat, in bello non obsolescat, militem sustentet, hostem non pertimescat. Praetermitto omnem hanc orationem et contioni reservo: de periculo salutis ac libertatis loquor. 22. Quid enim existimatis integrum vobis in re publica fore aut in vestra libertate ac dignitate retinenda, cum Rullus atque ii, quos multo magis quam Rullum timetis, cum omni egentium atque improborum manu, cum omnibus copiis, cum omni argento et auro Capuam et urbes circa Capuam occuparint? His ego rebus, patres conscripti, resistam vehementer atque acriter neque patiar homines ea me consule expromere, quae contra rem publicam iam diu cogitarunt.

23. Errastis, Rulle, vehementer et tu et non nulli collegae tui, qui sperastis vos contra consulem veritate, non ostentatione popularem posse in evertenda re publica populares existimari. Lacesso vos; in contionem voco; populo Romano disceptatore uti volo. VIII. Etenim, ut circumspiciamus omnia, quae populo grata atque iucunda sint, nihil tam populare quam pacem, quam concordiam, quam otium reperiemus. Sollicitam mihi civitatem suspicione, suspensam metu, perturbatam vestris legibus et contionibus et seditionibus tradidistis: spem improbis ostendistis, timorem bonis iniecistis, fidem de foro, dignitatem de re publica sustulistis. 24. Hoc motu atque hac perturbatione animorum atque rerum, cum populo Romano vox et auctoritas consulis repente in tantis tenebris illuxerit, cum ostenderit nihil esse metuendum, nullum exercitum, nullam manum, nullas colonias, nullam venditionem vectigalium, nullum imperium novum, nullum regnum decemvirale, nullam alteram Romam neque aliam sedem imperii nobis consulibus futuram summamque tranquillitatem pacis atque otii, verendum, credo, nobis erit, ne vestra ista praeclara lex agraria magis popularis esse videatur. 25. Cum vero scelera consiliorum vestrorum fraudemque legis et insidias, quae ipsi populo Romano a popularibus tribunis plebis fiant, ostendero, pertimescam, credo, ne mihi non liceat contra vos in contione consistere, praesertim cum mihi deliberatum et constitutum sit, ita gerere consulatum, quo uno modo geri graviter et libere potest, ut neque provinciam neque honorem neque ornamentum aliquod aut commodum neque ullam rem, quae a tribuno plebis impediri possit, appetiturus sim. 26. Dicit frequentissimo senatu consul Kalendis Ianuariis sese, si status hic rei publicae maneat neque aliquod negotium exstiterit, quod honeste subterfugere non possit, in provinciam non iturum. Sic me in hoc magi-

---

1. *P.* om. F. — 6. *concioni* E F. — *ac*] *et* F. — 7. *existimastis* E. — 8. *retinendã* F; *retinendum* A L 𝔏. — *ii* om. F. — 10. *circa Capuam*] *circa eam* E; *circa* Graevio auctore Klotzius; *circum Capuam* Gebhardt l. l. I. p. 12 sqq. Cf. §. 20. ad Att. VIII. 12 A, 3. — 11. *hiis* F. — *ego*] *ergo* E F P. — 13. *iam* E F P T: om. A L 𝔏 O. — *cogitarunt* Lauredanus: *cogitarint* E F A 𝔏 O. — 14. *Errasti* E. — 15. *speratis* F. — *veritatem* E F. — *ostentationem* E. 17. *perspiciamus* E. — 18. *sint* E F: *sunt* A L 𝔏 O. — 19. *repperiemus* E. — 21. *deditionibus* E F P A. (*seditionibus* iam ed. Aldina.) — 33. *non* om. F. — 36. *aliquid* E F. — *ullam rem* E: *rem ullam* F A L 𝔏 O. — 38. *Kal. Ianuaris* F; *Kal. Ian.* A; *Kalendis Ian.* L; *Kalendis Ianuarii* 𝔏; *id. ian.* E. — 39. *aliquod* F T: *aliquid* P et superscr. littera *o* E; *aliud* A L 𝔏.

stratu geram, patres conscripti, ut possim tribunum plebis rei publicae iratum coërcere, mihi iratum contemnere.

IX. Quam ob rem, per deos immortales! colligite vos, tribuni plebis, deserite eos, a quibus, nisi prospicitis, brevi tempore deseremini; conspirate nobiscum, consentite cum bonis, communem rem publicam communi studio atque amore defendite. Multa sunt occulta rei publicae vulnera, multa nefariorum civium perniciosa consilia. Nullum externum periculum est, non rex, non gens ulla, non natio pertimescenda est; inclusum malum, intestinum ac domesticum est. Huic pro se quisque nostrum mederi atque hoc omnes sanare velle debemus. 27. Erratis, si senatum probare ea, quae a me dicuntur, putatis, populum autem esse in alia voluntate. Omnes, qui se incolumes volent, sequentur auctoritatem consulis, soluti a cupiditatibus, liberi a delictis, cauti in periculis, non timidi in contentionibus. Quod si qui vestrum spe ducitur se posse turbulenta ratione honori velificari suo, primum me consule id sperare desistat, deinde habeat me ipsum sibi documento, quem equestri ortum loco consulem videt, quae vitae via facillime viros bonos ad honorem dignitatemque perducat. Quod si vos vestrum mihi studium, patres conscripti, ad communem dignitatem defendendam profitemini, perficiam profecto id, quod maxime res publica desiderat, ut huius ordinis auctoritas, quae apud maiores nostros fuit, eadem nunc longo intervallo rei publicae restituta esse videatur.

---

1. *patres conscripti* (omnibus litteris) G: *.p. R.* E F; *P. C.* de Lauredani coniectura L; *populo Ro.* A ℒ. — 2. *contempnere* F. — 7. *vulnera, multa*] *multa vulnera* E F P; *vulnera* (om. *multa*) A. Emendatum est iam in ed. Aldina. — *extremum* E F P. — 9. *huic*] *hic* E F. — 11. *a me dicuntur* E: *dicuntur ante* F; *dicuntur a me* A L ℒ O. — 12. *volunt* F ℒ. — 14. *qui* E F P: *quis* A L ℒ O. — 21. *intervallo longo* E.

Explicit liber .M. T. C. de lege agraria in Rullum primus. Incipit liber secundus E; *Explicit primus liber de lege agraria M. T. C. Incipit secundus eiusdem* F; *Marci Tullii Ciceronis de agraria lege primus liber explicit contra Rullum. Incipit secundus* P.

M. TULLII CICERONIS

DE LEGE AGRARIA

CONTRA

P. SERVILIUM RULLUM TR. PL.

ORATIO SECUNDA

AD POPULUM.

I. 1. Est hoc in more positum, Quirites, institutoque maiorum, ut ii, qui beneficio vestro imagines familiae suae consecuti sunt, eam primam habeant contionem, qua gratiam beneficii vestri cum suorum laude coniungant. Qua in oratione non nulli aliquando digni maiorum loco reperiuntur, plerique autem hoc perficiunt, ut tantum maioribus eorum debitum esse videatur, unde etiam quod posteris solveretur redundaret. Mihi, Quirites, apud vos de meis maioribus dicendi facultas non datur, non quo non tales fuerint, quales nos illorum sanguine creatos disciplinisque institutos videtis, sed quod laude populari atque honoris vestri luce caruerunt. 2. De me ipso autem vereor ne arrogantis sit apud vos dicere, ingrati tacere. Nam et quibus studiis hanc dignitatem consecutus sim memet ipsum commemorare perquam grave est, et silere de tantis vestris beneficiis nullo modo possum. Quare (adhibebitur a me certa ratio moderatioque dicendi,) ut, quid a vobis acceperim, commemorem; qua re dignus vestro summo honore singularique iudicio sim, ipse modice dicam; si necesse erit, vos eosdem existimaturos putem, qui iudicavistis. 3. Me perlongo intervallo prope memoriae temporumque nostrorum primum hominem novum consulem fecistis et eum locum, quem nobilitas praesidiis firmatum atque omni ratione obvallatum tenebat, me duce rescidistis virtutique in posterum patere voluistis. Nec me tantum modo consulem, quod est ipsum per sese amplissimum, sed

---

1. *Quirites*] *quia* F. — *institutioque* E. — 2. *ii*] *ei* F. — *nostro* F. — 3. *concionem* E (ubique); *orationem* T. — *qua*] *quam* E. — 4. *in ratione* T. — 5. *repperiuntur* E. — 7. *mihi Quirites* Pithoeus: *mihiq.* P; *mihique* E F; *mihi quidem* A L 𝔏 O. — 8. *quo* E F: *quod* A L 𝔏 O. — *non tales fuerint*] *tales fuerint* E (om. *non*); *tales fuerint non* F. — 10. *ipso autem* E: *autem ipso* F A L 𝔏 O. — *apud*] *aperta* E. — *vos* om. E F. — 13. *nostris* F. — 16. *dicam ut si* G. — 17. *prolongo* E. — 19. *omni ratione*] *ammiratione* F. — 20. *nec* E: *neque* F A L 𝔏 O. — 21. *ipsum* om. E.

ita fecistis, quo modo pauci nobiles in hac civitate consules facti sunt, novus ante me nemo. II. Nam profecto si recordari volueritis de novis hominibus, reperietis eos, qui sine repulsa consules facti sunt, diuturno labore atque aliqua occasione esse factos, cum multis annis post petissent, quam praetores fuissent, aliquanto serius, quam per aetatem ac per leges liceret: qui [autem] anno suo petierint, sine repulsa non esse factos: me esse unum ex omnibus novis hominibus, de quibus meminisse possimus, qui consulatum petierim, cum primum licitum sit, consul factus sim, cum primum petierim, ut vester honos ad mei temporis diem petitus, non ad alienae petitionis occasionem interceptus nec diuturnis precibus efflagitatus, sed dignitate impetratus esse videatur. 4. Est illud amplissimum, quod paulo ante commemoravi, Quirites, quod hoc honore ex novis hominibus primum me multis post annis affecistis, quod prima petitione, quod anno meo, sed tamen magnificentius atque ornatius esse illo nihil potest, quod meis comitiis non tabellam vindicem tacitae libertatis, sed vocem vivam prae vobis indicem vestrarum erga me voluntatum ac studiorum tulistis. Itaque me non extrema tribus suffragiorum, sed primi illi vestri concursus, neque singulae voces praeconum, sed una voce universus populus Romanus consulem declaravit. 5. Hoc ego tam insigne, tam singulare vestrum beneficium, Quirites, cum ad animi mei fructum atque laetitiam duco esse permagnum, tum ad curam sollicitudinemque multo maius. Versantur enim, Quirites, in animo meo multae et graves cogitationes, quae mihi nullam partem neque diurnae neque nocturnae quietis impertiunt: primum tuendi consulatus, quae cum omnibus est difficilis et magna ratio, tum vero mihi praeter ceteros, cuius errato nulla venia, recte facto exigua laus et ab invitis expressa proponitur, non dubitanti fidele consilium, non laboranti certum subsidium nobilitatis ostenditur. III. 6. Quod si solus in discrimen aliquod adducerer, ferrem, Quirites, animo aequiore, sed mihi videntur certi homines, si qua in re me non modo consilio, verum etiam casu lapsum esse arbitrabuntur, vos universos, qui me antetuleritis nobilitati, vituperaturi. Mihi autem, Quirites, omnia potius perpetienda esse duco, quam non ita gerendum consulatum, ut in omnibus meis factis atque consiliis vestrum de me factum consiliumque laudetur. Accedit etiam ille mihi summus labor ac difficillima ratio consulatus gerendi, quod non eadem mihi qua superioribus consulibus lege et condicione utendum esse decrevi, qui aditum huius loci conspectumque vestrum partim magno opere fugerunt, partim non vehementer secuti sunt. Ego autem non solum hoc in loco dicam, ubi est [id] dictu facillimum, sed

---

2. *me* om. F. — *si*] *si me* F. — 3. *sint* cum Ernestio O. — 5. *ac*] *atque* F. — 6. *autem* om. E. — *petierint*] *petissent* E. — 8. *possumus* A L ℒ. — 12. *hoc* om. F. — 13. *multis post annis* E P; *post multis annis* F; *multis posthabitis* G A L ℒ. — 14. *prima appetitione* E. — 15. *indicem* P A et errore typogr. L. — 16. *vivam*] *unam* E F P T. — *vindicem* errore typogr. L. — *vestrum* E; *nostrum* F. — 17. *extremae* Ferratius. — 19. *universi P. R.* E F P. — 22. *Quirites*] *q* F. — 25. *cum*] *cum quod* E F P. — *mihi* om. E. — 26. *cuius* E F P T: *cum* A; *cui* G L ℒ O. — *recto* E F P. — 27. *praeponitur* E F. — 33. *gerundum* F. — 34. *consiliumque*] *atque consilium* E. — 36. *eadem mihi qua superioribus consulibus* E F P: *eadem qua superioribus consulibus* A L ℒ; *eadem qua superiores consules* T O. — 38. *partimque* F. — *magnopere* E F A L ℒ. — 39. *hoc in loco*] *in hoc loco* F; *hoc* (om. *in loco*) A. — *id dictu*] *dictu id* E; *id* spurium videtur.

in ipso senatu, in quo esse locus huic voci non videbatur, popularem me futurum esse consulem, prima illa mea oratione Kalendis Ianuariis dixi. 7. Neque enim ullo modo possum, cum me intelligam non hominum potentium studio, non excellentibus gratiis paucorum, sed universi populi Romani iudicio consulem ita factum, ut nobilissimis hominibus longe praeponerer, non et in hoc magistratu et in omni vita esse popularis. Sed mihi ad huiusce verbi vim et interpretationem vehementer opus est vestra sapientia. Versatur enim magnus error propter insidiosas non nullorum simulationes, qui cum populi non solum commoda, verum etiam salutem oppugnant et impediunt, oratione assequi volunt ut populares esse videantur. 8. Ego qualem Kalendis Ianuariis acceperim rem publicam, Quirites, intelligo: plenam sollicitudinis, plenam timoris, in qua nihil erat mali, nihil adversi, quod non boni metuerent, improbi exspectarent. Omnia turbulenta consilia contra hunc rei publicae statum et contra otium vestrum partim iniri, partim nobis consulibus designatis inita esse dicebantur. Sublata erat de foro fides, non ictu aliquo novae calamitatis, sed suspicione ac *metu*: perturbatione iudiciorum, infirmatione rerum iudicatarum novae dominationes, extraordinaria non imperia, sed regna quaeri putabantur. IV. 9. Quae cum ego non solum suspicarer, sed plane cernerem — neque enim obscure gerebantur —, dixi in senatu, in hoc magistratu me popularem consulem futurum. Quid est enim tam populare quam pax? qua non modo ei, quibus natura sensum dedit, sed etiam tecta atque agri mihi laetari videntur. Quid tam populare quam libertas? quam non solum ab hominibus, verum etiam a bestiis expeti atque omnibus rebus anteponi videtis. Quid tam populare quam otium? quod ita iucundum est, ut et vos et maiores vestri et fortissimus quisque vir maximos labores suscipiendos putet, ut aliquando in otio possit esse, praesertim in imperio ac dignitate: quin idcirco etiam maioribus nostris praecipuam laudem gratiamque debemus, quod eorum labore est factum uti impune in otio esse possemus. Quare qui possum non esse popularis, cum videam haec omnia, Quirites, pacem externam, libertatem propriam generis ac nominis vestri, otium domesticum, denique omnia quae vobis cara atque ampla sunt, in fidem et quodam modo in patrocinium mei consulatus esse collata? 10. Neque enim, Quirites, illud vobis iucundum aut populare debet videri, largitio aliqua promulgata, quae verbis ostentari potest, re vera fieri nisi ex-

---

2. *illa mea* E F L: *mea illa* A 𝔏 O. — 3. *enim ullo*] *nullo* (ex *.n. ullo*) E. — *modo possum, cum -- vita esse* T: *modo facere possum, ut, cum -- vita essem* E F P A 𝔏; *modo facere possum, ut, cum -- vita sim* cum Lauredano L O. Cf. v. 31 sq. — 7. *verbi* om. E F P A. Addidit Nic. Angelius. — 15. *ocium vestrum* E: *vestrum ocium* (s. *otium*) F A L 𝔏 O. — 16. *erat*] *esse* E. — 17. *ac metu: perturbatione* Gebhardt (II. p. 3 sqq.): *ac perturbatione* ceteri. — 20. *obscure enim* E. — 22. *quid est enim* F: *quid enim* E; *quid enim est* A L 𝔏 O. — *pax*] *lex* E, sed superscriptum *pax*. — *ei* E F P: *ii* A L 𝔏 O. — 24. *Quid tam -- anteponi videtis* om. E in textu, sed in supremo margine ab eadem, ut Wundero videtur, manu scripta sunt. — 26. *quod*] *quid* E F, sed in E littera *o* superscripta est. — 28. *in* ante v. *imperio* om. E F P. — *quin* Madvigius (ap. Ussingium): *qui* ceteri. — 29. *etiam* om. E. — 30. *uti* E F P: *ut* A L 𝔏 O. — 31. *possim non esse* A; *possum esse* (superscr. *non*) E. — *omnia, Quirites*] *omniaq.* P; *omniaque* F; *omnia* (om. *q.*) E. Cf. var. lect. p. 613. v. 26. p. 614. v. 32. — 33. *nobis* E F. — *in fidem* om. E. — 34. *et*] *ut* E F. — 35. *Quirites*] *queritur* F.

hausto aerario nullo pacto potest; neque vero illa popularia sunt existimanda, iudiciorum perturbationes, rerum iudicatarum infirmationes, restitutio damnatorum, qui civitatum afflictarum perditis iam rebus extremi exitiorum solent esse exitus; nec si qui agros populo Romano pollicentur, sed aliud quiddam obscure moliuntur, aliud spe ac specie simulationis ostentant, populares existimandi sunt. V. Nam, vere dicam, Quirites, genus ipsum legis agrariae vituperare non possum. Venit enim mihi in mentem, duos clarissimos, ingeniosissimos, amantissimos plebis Romanae viros, Tiberium et Gaium Gracchos, plebem in agris publicis constituisse, qui agri a privatis antea possidebantur. Non sum autem ego is consul, qui, ut plerique, nefas esse arbitrer Gracchos laudare, quorum consiliis, sapientia, legibus multas esse video rei publicae partes constitutas. 11. Itaque, ut initio mihi designato consuli nuntiabatur legem agrariam tribunos plebis designatos conscribere, cupiebam, quid cogitarent, cognoscere. Etenim arbitrabar, quoniam eodem anno gerendi nobis essent magistratus, esse aliquam oportere inter nos rei publicae bene administrandae societatem. 12. Cum familiariter me in eorum sermonem insinuarem ac darem, celabar, excludebar et cum ostenderem, si lex utilis plebi Romanae mihi videretur, auctorem me atque adiutorem futurum, tamen aspernabantur hanc liberalitatem meam: negabant me adduci posse ut ullam largitionem probarem. Finem feci offerendi mei, ne forte mea sedulitas aut insidiosa aut impudens videretur. Interea non desistebant clam inter se convenire, privatos quosdam adhibere, ad suos coetus occultos noctem adiungere et solitudinem. Quibus rebus quanto in metu fuerimus, ex vestra sollicitudine, in qua illis temporibus fuistis, facile assequi coniectura poteritis. 13. Ineunt tandem magistratus tribuni plebis: contio exspectatur P. Rulli, quod et princeps erat agrariae legis et truculentius se gerebat quam ceteri. Iam designatus alio vultu, alio vocis sono, alio incessu esse meditabatur, vestitu obsoletiore, corpore inculto et horrido, capillatior quam ante barbaque maiore, ut oculis et adspectu denuntiare omnibus vim tribuniciam et minitari rei publicae videretur. Legem hominis contionemque exspectabam. Lex initio nulla proponitur: contionem in primis advocari iubet: summa cum exspectatione concurritur. Explicat orationem sane longam et verbis valde bonis. Unum erat, quod mihi vitiosum videbatur, quod tanta ex frequentia inveniri nemo potuit, qui intelligere posset, quid diceret. Hoc ille utrum insidiarum

---

4. *nec* E F P T A: *neque* cum ed. Aldina L 𝔊 O. — 5. *sed aliud* Garatonius: *sed si aliud* E F P; *si aliud* A L 𝔊 O. — *quiddam*] *quidem* E F A. Emendavit Naugerius in ed. Aldina. — 9. *plebei* T A; *plebi* E F P. — *tyberium* E F A; *Ti.* L 𝔊 O. — *graccos* F A. — *gaium* E F: *C.* A L 𝔊 O. — 11. *arbitrarer* E F T. — 12. *multas sibi utiles esse video* F. — 13. *Reip. partis* A; *r. p. partim* P; *r. p. partim utiles* F; *r. p. parum* (superscr. *utiles*) E. — 15. *quid*] *qui* F. — *quoniam*] *quum* T. — 17. *societatem rei p. bene administrandae* P; *bene administrandae reip. societatem* L. (*amministr.* E F.) — 18. *insinuare temptarem, celabar* Mommsenius. — 21. *ullam*] *illam* P G. — 25. *quibus -- sollicitudine* om. F. — *quibus in rebus* E P T G A. Emendavit Naugerius in ed. Aldina. — 27. *concio* Lambinus: *concio tandem* E F P A O. — 28. *exspectatur* Gulielmius: *exspectata* ceteri. — 29. *ceteri. Nam iam* L. — 30. *obsolentiore* E F; *obsolentior* A. — 36. *vitiosum* om. E, sed margini adscriptum est *vitiosum esse*. — 37. *ille* om. E.

causa fecerit, an hoc genere eloquentiae delectetur, nescio: tametsi qui acutiores in contione steterant, de lege agraria nescio quid voluisse eum dicere suspicabantur. Aliquando tandem me designato lex in publicum proponitur. Concurrunt iussu meo plures uno tempore librarii, descriptam ad me legem afferunt. VI. 14. Omni hoc ratione vobis confirmare possum, Quirites, hoc animo me ad legendam legem cognoscendamque venisse, ut, si eam vobis accommodatam atque utilem esse intelligerem, auctor eius atque adiutor essem. (Non enim natura neque discidio neque odio penitus insito) bellum nescio quod habet susceptum consulatus cum tribunatu, quia persaepe seditiosis atque improbis tribunis plebis boni et fortes consules obstiterunt et quia vis tribunicia non numquam libidini restitit consulari. Non potestatum dissimilitudo, sed animorum disiunctio dissensionem facit. 15. Itaque hoc animo legem sumpsi in manus, ut eam cuperem esse aptam vestris commodis et eius modi, quam consul re, non oratione popularis et honeste et libenter posset defendere. Atqui ego a primo capite legis usque ad extremum reperio, Quirites, nihil aliud cogitatum, nihil aliud susceptum, nihil aliud actum, nisi uti decem reges aerarii, vectigalium, provinciarum omnium, totius rei publicae, regnorum, liberorum populorum, orbis denique terrarum domini constituerentur legis agrariae simulatione atque nomine. Sic confirmo, Quirites, hac lege agraria pulchra atque populari dari vobis nihil, condonari certis hominibus omnia; ostentari populo Romano agros, eripi etiam libertatem; privatorum pecunias augeri, publicas exhauriri; denique, quod est indignissimum, per tribunos plebis, quos maiores praesides libertatis custodesque esse voluerunt, reges in civitate constitui. 16. Quae cum, Quirites, exposuero, si falsa vobis videbuntur esse, sequar auctoritatem vestram, mutabo meam sententiam: sin insidias fieri libertati vestrae simulatione largitionis intelligetis, nolitote dubitare plurimo sudore et sanguine maiorum [vestrorum] partam vobisque traditam libertatem nullo vestro labore consule adiutore defendere.

VII. Primum caput est legis agrariae, quo, ut illi putant, tentamini leviter, quo animo libertatis vestrae deminutionem ferre possitis. Iubet enim tribunum plebis, qui eam legem tulerit, creare decemviros per tribus XVII, ut, quem VIIII tribus fecerint, is decemvir sit.

---

1. Quintilianus VIII. 4, 28: *Pauci tamen, qui proximi astiterant, nescio quid illum de lege agraria voluisse dicere suspicabantur.*— *tametsi qui* Lambinus: *tametsi* (om. *qui*) P; *tamen si qui* EFAL𝔏O. — 3. *in publico* L. — 5. *descr. ad me legem*] *descr. ame legem* E; *descr. legem a me* FP; *descr. legem ad me* AL𝔏O. Fort. *descriptam legem* (om. *ame* vel *ad me*). — *ratione vobis* EFPA: *vobis ratione* cum ed. Aldina 𝔏O; *vobis asseveratione* L.— 6. *Quirites*] *quia* F. — 9. *discidio* EFPG: *dissidio* AL𝔏O. Cf. Madvigii Excursum II. ad Cic. de Finn. p. 812 sqq. — *odio*] *ocio* EFP. — 15. *populari. sed honeste* E; *popularis sed honeste* FP; *popularis et iam honeste* A. Emendavit Naugerius in ed. Aldina. — 16. *Atqui* Lauredanus: *atque* ceteri. — 24. *tribunos plebis quos m. praesides l. custodesque* E: *tribunum pl. quem m. praesidem l. custodemque* FAL𝔏O. — 26. *quae cum, Quirites, exposuero* Pithoeus: *quaecumq. exposuero* P; *quaecumque exposuero* EF; *quae cum exposuero* AL𝔏O. — 27. *sententiam meam* cum Lauredano L. — 28. *sin*] *Si* E. — *simulatione largitionis* om. E. — 29. *vestrorum*] *nrm* F; om. E. — 30. *nobisque* 𝔏. — 32. *temptamini* EF (et sic in hac oratione semper). — 33. *deminutionem* E; *diminutionem* FAL𝔏. — 35. *XVII* E: *septemdecem* FAL; *septemdecim* 𝔏O. — *VIIII* E: *novem* FAL𝔏O.

17. Hic quaero, quam ob causam initium rerum ac legum suarum hinc duxerit, ut populus Romanus suffragio privaretur? Toties legibus agrariis curatores constituti sunt, triumviri, quinqueviri, decemviri; quaero a populari tribuno plebis: ecquando nisi per xxxv tribus creati sunt? Etenim cum omnes potestates, imperia, curationes ab universo populo Romano proficisci convenit, tum eas profecto maxime, quae constituuntur ad populi fructum aliquem et commodum, in quo et universi deligant, quem populo Romano maxime consulturum putent, et unus quisque studio ac suffragio suo viam sibi ad beneficium impetrandum munire possit. Hoc tribuno plebis potissimum venit in mentem, populum Romanum universum privare suffragiis, paucas tribus non certa condicione iuris, sed sortis beneficio fortuitu ad usurpandam libertatem vocare. 18. ITEM, inquit, EODEM MODO, capite altero, VT COMITIIS PONTIFICIS MAXIMI. Ne hoc quidem vidit, maiores nostros tam fuisse populares, ut, quod per populum creari fas non erat propter religionem sacrorum, in eo tamen propter amplitudinem sacerdotii voluerint populo supplicari. Atque hoc idem de ceteris sacerdotiis Cn. Domitius, tribunus plebis, vir clarissimus, tulit: quod populus per religionem sacerdotia mandare non poterat, ut minor pars populi vocaretur: ab ea parte qui esset factus, is a collegio cooptaretur. 19. Videte, quid intersit inter Cn. Domitium, tribunum plebis, virum nobilissimum, et P. Rullum, qui tentavit, ut opinor, patientiam vestram, cum se nobilem esse diceret. Domitius, quod per caerimonias populi fieri non poterat, ratione assecutus est, ut id, quoad posset, quoad fas esset, quoad liceret, populi ad partes daret: hic, quod populi semper proprium fuit, quod nemo imminuit, nemo mutavit, quin ei, qui populo agros essent assignaturi, ante acciperent a populo beneficium, quam darent, id totum eripere vobis atque e manibus extorquere conatus est. Ille, quod dari nullo modo poterat, tamen quodam modo dedit: hic, quod adimi nullo pacto potest, tamen quadam ratione eripere conatur.

VIII. 20. Quaeret quispiam, in tanta iniuria tantaque impudentia quid spectarit. Non defuit consilium: fides erga plebem Romanam, Quirites, aequitas in vos libertatemque vestram vehementer defuit. Iubet enim comitia decemviris habere creandis eum, qui legem tulerit. Hoc dicam planius. Iubet Rullus, homo non cupidus neque appetens, habere comitia Rullum. Nondum reprehendo; video fecisse alios: illud, quod nemo fecit, de minore parte populi, quo pertineat, videte. Habebit

---

2. *duxerint* E. — *Romanus* om. F. — *totiens* F. — 3. *constitu* F; *constiti* P. — 4. *ecquando*] *hec quando* F; *haec quando* E P. — *sunt* E F T: *sint* A L 𝔏 O. — 7. *in* om. L. — — 9. *ac* E: *et* F A L 𝔏 O. — 12. *fortuito* cum Lauredano L 𝔏. — 13. *eodem modo* E G: *eodemque modo* F A 𝔏; cum Lauredano om. L. — 17. *idem*] *item* F. — 20. *coaptaretur* E F P. — 21. *virum* E: *hominem* F A L 𝔏 O. — 23. *cerimonias* E F; *caeremonias* L 𝔏. — *ut* om. E F. — 25. *semper proprium* E F: *proprium semper* A L 𝔏 O. — 26. *mutavit quin ei* E F P: *immutavit quin ii* A L 𝔏 O. — *a populo b. q. darent* om. F. — 28. *dari* E: *dari populo* F A L 𝔏 O. — *tamen* om. E. — 29. *potest, tamen quadam* Kahntius *(Obss. critt. in nonnullos locos Tullianos* p. 5.): *poterat potestate quadam* E F A L 𝔏 O; *potest, quadam* Orellius; *poterat populo, tamen quadam* Klotzius. — 31. *Querat* E. — 32. *quid*] *quod* E F. — *spectant* E F P A. Emendavit Naugerius in ed. Aldina. — *Romanam, Quirites*] *Romanamq.* P; *romanam que* F; *Romanam* E A L 𝔏 O. Cf. var. lect. p. 611. v. 31.

comitia: volet eos renuntiare, quibus regia potestas hac lege quaeritur. Universo populo neque ipse committit, neque illi horum consiliorum auctores committi recte putant posse. 21. Sortietur tribus idem Rullus. Homo felix educet quas volet tribus. Quos VIIII tribus decemviros fecerint ab eodem Rullo eductae, hos omnium rerum, ut iam ostendam, dominos habebimus. Atque ii, ut grati ac memores beneficii esse videantur, aliquid se novem tribuum notis hominibus debere confitebuntur, reliquis vero VI et XX tribubus nihil erit quod non putent posse suo iure se denegare. Quos tandem igitur decemviros fieri vult? se primum. Qui licet? leges enim sunt veteres neque eae consulares, si quid interesse hoc arbitramini, sed tribuniciae, vobis maioribusque vestris vehementer gratae atque iucundae: Licinia est lex et altera Aebutia, quae non modo eum, qui tulerit de aliqua curatione ac potestate, sed etiam collegas eius, cognatos, affines excipit, ne eis ea potestas curatiove mandetur. 22. Etenim si populo consulis, remove te a suspicione alicuius tui commodi; fac fidem te nihil nisi populi utilitatem et fructum quaerere; sine ad alios potestatem, ad te gratiam beneficii tui pervenire. Nam hoc quidem vix est liberi populi, vix vestrorum animorum ac magnificentiae. IX. Quis legem tulit? Rullus; quis maiorem partem populi suffragiis prohibuit? Rullus; quis comitiis praefuit? quis tribus quas voluit evocavit nullo custode sortitus? quis decemviros quos voluit renuntiavit? idem Rullus; quem principem renuntiavit? Rullum. Vix me hercule servis hoc eum suis, non vobis, omnium gentium dominis, probaturum arbitror. Optimae leges igitur hac lege sine ulla exceptione tollentur. Idem lege sibi sua curationem petet; idem maiore parte populi suffragiis spoliata comitia habebit; quos volet atque in iis se ipsum renuntiabit et videlicet collegas suos adscriptores legis agrariae non repudiabit, a quibus ei locus primus in indice et in praescriptione legis concessus est, ceteri fructus omnium rerum, qui in spe legis huius positi sunt, communi cautione atque aequa ex parte retinentur.

23. At videte hominis diligentiam, si aut Rullum cogitasse aut si Rullo potuisse in mentem venire arbitramini. Viderunt ei, qui haec

---

1. *denuntiare* EF. — 3. *putantur* EFPA. Emendavit Naugerius in ed. Aldina. — *sortitur* EFP. — 8. *non putent posse suo iure se denegare* FP: *non se putent posse suo iure denegare* G; *non putent posse suo iure denegare* ceteri. Fort. *posse se suo*. — 9. *fieri* EFGPT: *creari* AL𝔏. — 12. *et* EFT: *atque* AL𝔏O. — 14. *excidit* EFP; *excludit* A. Emendavit Naugerius in ed. Aldina. Cf. p. 626. v. 12. — *curatione* E; *curatione ue* F. — 17. *alios* Nic. Angelius: *illos* EFGPTA. — *tui* om. E. — 19. *Quis legem tulit? Rullus. Quis tribus sortitus est? Rullus. Quis decemviros creavit? Rullus* Aquila Romanus *de fig. sent. et eloc.* §. 36.; *Quis legem tulit? Rullus. Quis decemviros quos voluit creavit? Idem Rullus* Martianus Capella V. §. 534. — 20. *prohibuit* EGT: *perhibuit* F; *privavit* AL𝔏. — *praefuit? Rullus. Quis* L𝔏. — 21. *evocavit* E: *vocavit* FAL𝔏O. — 22. *renuntiavit* post v. *voluit* om. T. Fort. scribendum *creavit* cum Aquila et Martiano. — 24. *arbitror* Palatinus secundus (si fides est Grutero): *arbitrar* EFP; *arbitrarer* AL𝔏; *arbitrer* cum ed. Iuntina O. — *optumae* P; *obtime* E, *optime* F. — *hac*] *ac* EF.— *lege* om. FP.— *exceptione* Naugerius (in ed. Aldina): *susceptione* P; *suspicione* EFGTAO. — 25. *lege sibi sua* EG: *leges sibi sua lege* F; *legis sibi sua lege* AL𝔏; *sibi sua lege* cum Graevio O. — *petit* E; *putet* F. — 26. *quos*] *quae* E. — 27. *asscriptores* EF. — *leges* FP. — 28. *repudiauit* EFP. — *in indice et in* EFP: *invidiae et in* GA; *inuidiae in* cum ed. Aldina L𝔏. — *perscriptione* T. — 29. *est* om. F. — 30. *ex* T: *ei* EFGP; *sibi* AL𝔏O. Cf. Gebhardt I. p. 14 sqq. — 32. *ei* EFP: *ii* AL𝔏O.

machinabantur, si vobis ex omni populo deligendi potestas esset data, quaecumque res esset, in qua fides, integritas, virtus, auctoritas quaereretur, vos eam sine dubitatione ad Cn. Pompeium principem delaturos. Etenim, quem unum ex cunctis delegissetis, ut eum omnibus omnium gentium bellis terra marique praeponeretis, certe in decemviris faciendis, sive fides haberetur sive honos, et committi huic optime et ornari hunc iustissime posse intelligebant. 24. Itaque excipitur hac lege non adolescentia, non legitimum aliquod impedimentum, non potestas, non magistratus ullus aliis negotiis [ac legibus] impeditus; reus denique, quo minus decemvir fieri possit, non excipitur: Cn. Pompeius excipitur, ne cum P. Rullo, taceo de ceteris, decemvir fieri possit. Praesentem enim profiteri iubet, quod nulla alia in lege umquam fuit, ne in iis quidem magistratibus, quorum certus ordo est, ne, si accepta lex esset, illum sibi collegam adscriberetis custodem ac vindicem cupiditatum.

X. Hic, quoniam video vos hominis dignitate et contumelia legis esse commotos, renovabo illud, quod initio dixi, regnum comparari, libertatem vestram hac lege funditus tolli. 25. An vos aliter existimabatis, cum ad omnia vestra pauci homines [cupiditatis] oculos adiecissent, non eos in primis id acturos, ut ex omni custodia vestrae libertatis, ex omni potestate, curatione, patrocinio vestrorum commodorum Cn. Pompeius depelleretur? Viderunt et vident, si per imprudentiam vestram, negligentiam meam, legem incognitam acceperitis, fore uti postea cognitis insidiis, cum decemviros creetis, tum vitiis omnibus et sceleribus legis Cn. Pompeii praesidium opponendum putetis. Et hoc parvum argumentum vobis erit, a certis hominibus dominationem potestatemque omnium rerum quaeri, cum videatis eum, quem custodem vestrae libertatis fore videant, expertem fieri dignitatis?

26. Cognoscite nunc, quae potestas decemviris et quanta detur. Primum lege curiata decemviros ornat. Iam hoc inauditum et plane novum, ut ei curiata lege magistratus detur, cui nullis comitiis ante sit datus. Eam legem ab eo praetore, qui sit primus factus, ferri iubet. At quo modo? Ut ii decemviratum habeant, quos plebs designaverit. Oblitus est nullos a plebe designari. Et is orbem terrarum constringit novis legibus, qui, quod in secundo capite scriptum est, non meminit

---

1. *diligendi* F. — 5. *marique* E T: *et mari* F A L 𝔏 O. — *faciendis* om. F. — 6. *hunc*] *huic* A. — 7. *lege*] *lege potestas* F et corr. E. — 8. *inpedimentum* E. — 9. *ac legibus* om. E. — *reus*] *non reus* cum Lauredano L 𝔏. — 10. *non excipitur -- fieri possit* E F P: om. G A L 𝔏. — 11. *enim*] *eum* G L 𝔏. — 12. *iis* nos: *hiis* F; *his* E A L 𝔏 O. — *quidem* om. E. — 13. *est, ne si* A: *est sine* E F P; *est. Timebat enim, Pompeius ne si adesset, ferri non posset: aut ne si* ex foeda interpolatione Hervagii (a. 1534.) L 𝔏. Conf. Wesenberg ad or. p. Sestio p. 5. — 14. *asscriberetis* E (et sic semper in hac oratione) F. — *ac*] *et* F. — 17. *funditus libertatem vestram hac lege* E. — 18. *cupiditatis* om. E, sed margini adscriptum est. — 19. *non eos id inprimis* F; *non primis id* (om. *eos in*) E. — 23. *creetis* Wesenberg (ad or. p. Sestio p. 48.): *crearetis* E F P O; *crearitis* cum ed. Iuntina L 𝔏; *creabitis* Ussing. — 24. *pompei* F. — *obponendum* E. — 25. *parum* E F P. — 26. *que omnium* om. E. — 29. *novum* E: *noua* F; *novo more* A L 𝔏 O. — 30. *ut ei -- cui* L: *uti -- cui* E F A O; *uti -- qui* cum ed. Iuntina 𝔏. — 31. *praetore*] *praetore P. R.* E F P. — *ferri*] *fieri* E F P. — 32. *ii*] *ei* P. — 33. *nullos*] *ni illos* E. — *ab plebe* cum Ernestii operis O et Klotzius. — *designari. Et is*] *designaretis* E F; *designaretis is* P. — 34. *qui quod* Lambinus: *quicquid* E F P A; *qui quid* cum ed. Aldina L 𝔏.

in tertio? Atque hic perspicuum est, quid iuris a maioribus acceperitis, quid ab hoc tribuno plebis vobis relinquatur. XI. Maiores de singulis magistratibus bis vos sententiam ferre voluerunt. Nam cum centuriata lex censoribus ferebatur, cum curiata ceteris patriciis magistratibus, tum iterum de eisdem iudicabatur, ut esset reprehendendi potestas, si populum beneficii sui poeniteret. 27. Nunc, Quirites, illa prima comitia tenetis, centuriata et tributa: curiata tantum auspiciorum causa remanserunt. Hic autem tribunus plebis, quia videbat potestatem neminem iniussu populi aut plebis posse habere, curiatis eam comitiis, quae vos non initis, confirmavit: tributa, quae vestra erant, sustulit. Ita, cum maiores binis comitiis voluerint vos de singulis magistratibus iudicare, hic homo popularis ne unam quidem populo comitiorum potestatem reliquit. 28. Sed videte hominis religionem et diligentiam. Vidit et perspexit sine curiata lege decemviros potestatem habere non posse, quoniam per VIIII tribus essent constituti. Iubet ferre legem de his curiatam, praetori imperat. Quam id ipsum absurde, nihil ad me attinet. Iubet enim, qui primus sit praetor factus, eum legem curiatam ferre; si is ferre non possit, qui postremus sit: ut aut lusisse in tantis rebus aut profecto nescio quid spectasse videatur. Verum hoc, quod est aut ita perversum, ut ridiculum, aut ita malitiosum, ut obscurum sit, relinquamus: ad religionem hominis revertamur. Videt sine lege curiata nihil agi per decemviros posse. 29. Quid postea, si ea lata non erit? Attendite ingenium. TVM II DECEMVIRI, inquit, EODEM IVRE SINT QVO QVI OPTIMA LEGE. Si hoc fieri potest, ut in hac civitate, quae longe iure libertatis ceteris civitatibus antecellit, quisquam nullis comitiis imperium aut potestatem assequi possit, quid attinet tertio capite legem curiatam ferre iubere, cum quarto permittas, ut sine lege curiata idem iuris habeant, quod haberent, si optima lege a populo essent creati? Reges constituuntur, non decemviri, Quirites, itaque ab his initiis [fundamentisque] nascuntur, (ut) non modo cum gerere coeperint, sed etiam cum constituentur, (omne vestrum ius, potestas libertasque tollatur.) XII. 30. At videte, quam diligenter retineat ius tribuniciae potestatis. Consulibus legem curiatam ferentibus a tribunis plebis saepe est intercessum: (neque ta-

2. *singulis* E F G P T: *omnibus* A L 𝔏 O. Cf. v. 11. — 3. *cum* om. A 𝔏. — 4. *censoribus*] *consulibus* L. — *cum* om. F. — 5. *iudicabat* E. — *reprehendi* E F. — 6. *Nunc, Quirites, illa prima* nos: *Nam quia illa prima* E; *nunc prima illa* F; *nunc quia prima illa* A L 𝔏 O; *nunc una illa prima* Madvigio auctore Ussing. Cf. var. lect. §. 1. 14, 29. 32. — 7. *auspicorum* E F. — 8. *potestatem iniussu p. aut pl. posse habere neminem* L. — 9. *eam -- initis* Lauredanus: *ea -- sinitis* E F A 𝔏; *ea -- scitis* ed. Iuntina; *ea -- tenetis* L; *ea -- scistis* O. Cf. Madvig in *Philol. Schneidew.* II. p. 141. — 11. *voluerunt* E F P A. Emendavit Naugerius in ed. Aldina. — 14. *potestatem habere* E F P T A: *habere potestatem* cum ed. Aldina L 𝔏 O. — *quoniam*] *qm* E; *quo* F. Fort. *cum*. Cf. v. 27. — 15. *ferri* Lauredanus. — *legem de his* E: *de his legem* F A L 𝔏 O. (*hiis* F.) — *curiatam*] *centuriatam* E F G P A. Emendavit Hervagius. — 17. *si is* E F: *suis* P; *sin is* A L 𝔏 O. — 18. *posset* E F P A. Emendavit P. Manutius. — *ut illusisse* F; *ut adlusisse* P. — 19. *peruorsum* E P. — 20. *ut rid.*] *aut rid.* F P. — 23. *ii*] *ei* F P. — *qui* om. F. — *optuma* F P. — 26. *posset* E F P A. Emendavit Nic. Angelius. — 26. *lege* E. — 27. *cum*] *qm* E; *quo* F; *quoniam* A 𝔏. Emendavit Lambinus. Cf. v. 14. — *quarto*] *.IIII.* E. — 29. *Quirites*] *quia* F. — *itaque* E F G P T A: *iique* cum ed. Iuntina 𝔏; *hique* L. — *his*] *hiis* F; *iis* L. — *fundamentisque* om. E.

men nos id querimur, esse hanc tribunorum plebis potestatem; tantum modo, si quis ea potestate temere est usus, existimamus:) hic tribunus plebis lege curiata, quam praetor ferat, adimit intercedendi potestatem. Atque hoc cum in eo reprehendendum est, quod per tribunum plebis tribunicia potestas minuitur, tum in eo deridendum, quod consuli, si legem curiatam non habet, attingere rem militarem non licet: huic, cui vetat intercedi, potestatem, etiam si intercessum sit, tamen eandem constituit, quam si lata esset lex, ut non intelligam, quare aut hic vetet intercedere aut quemquam intercessurum putet, cum intercessio stultitiam intercessoris significatura sit, non rem impeditura.

31. Sint igitur decemviri neque veris comitiis, hoc est, populi suffragiis, neque illis ad speciem atque ad usurpationem vetustatis per xxx lictores auspiciorum causa adumbratis constituti. Videte nunc eos, qui a vobis nihil potestatis acceperint, quanto maioribus ornamentis afficiat, quam omnes nos affecti sumus, quibus vos amplissimas potestates dedistis. Iubet [auspicia] coloniarum deducendarum causa decemviros habere pullarios. Eodem ivre, inquit, qvo habvervnt tresviri lege Sempronia. Audes etiam, Rulle, mentionem facere legis Semproniae? nec te ea ipsa lex commonet, tresviros illos xxxv tribuum suffragio creatos esse? Et cum tu a Ti. Gracchi aequitate ac pudore longissime remotus sis, id, quod dissimillima ratione factum est, eodem iure putas esse oportere? XIII. 32. Dat praeterea potestatem verbo praetoriam, re vera regiam; definit in quinquennium, facit sempiternam: tantis enim confirmat opibus et copiis, ut invitis eripi nullo modo possit. Deinde ornat apparitoribus, scribis librariis, praeconibus, architectis, praeterea mulis, 4 tabernaculis, [centuriis,] supellectili; sumptum haurit ex aerario, suppeditat a sociis; finitores ex equestri loco ducentos in annos singulos stipatores corporis constituit, eosdem ministros et satellites potestatis.

Formam adhuc habetis, Quirites, et speciem ipsam tyrannorum; insignia videtis potestatis, nondum ipsam potestatem. Dixerit enim fortasse quispiam: «Quid me ista laedunt, scriba, lictor, praeco, pullarius?» Omnia sunt haec huius modi, Quirites, ut ea qui habeat sine vestris suffragiis, aut rex non ferendus aut privatus furiosus esse videatur.

---

2. *exaestuamus* Pantagathus; *exagitamus* Halmius. — 3. *legi curiatae* cum P. Manutio L. — *praetor*] *pr.* F; *.P. R.* E P; *Populo Ro.* A. — 4. *cum*] *tum* E. — 5. *deridendum est quod* E. — *si* om. E F P. — 6. *huic, cui vetat intercedi* Turnebus: *huic cui uetat intercedendi* E F 𝔏; *hic cui vetat intercedendi* A; *hic, qui vetat intercedere* cum P. Manutio L; *huic, qui vetat intercedere* O. — 11. *Sunt* E F. — 16. *auspicia* E F G P A; *auspicii* cum ed. Aldina L 𝔏. *(Iubet auspicia c. d. c. habere: PVLLARIOS EODEM* Mommsenius.) — 17. *habuerim* E. — *treuiri* E. — 18. *ipsa lex* E: *lex ipsa* F A L 𝔏 O. — 19. *commouet tales* (*talis* P A) *uiros* E F P A. Emendavit Naugerius in ed. Victoriana. — *creatos esse* E F: *esse creatos* A L 𝔏 O. — 20. *Ti.*] *t.* E F. — 21. *factum est* nos: *factum sit* ceteri. — 26. *centuriis*] *tentoriis* Turnebus; *cantheriis* Pantagathus; *centunculis* Klotzius ed. alt.; *cetera* Ussing (praef. p. VI.); *centuriali* Mommsenius; *Corinthiis* Gebhardt III. p. 3 sqq. C. F. Hermannum, qui codicum lectionem inscriptione quadam defendere conatur (*Philol. Schneidew.* VI. p. 576.), qua Impp. Valerianus et Gallienus cohorti VII. centurias a solo restituisse dicuntur, ipsa verba *a solo* erroris arguunt. — 27. *finitores* Ant. Augustinus: *ianitores* E F A L 𝔏. Cf. §. 34. 45. 53. — *singulorum* E. (*ducentos, vicenos singulorum stipatores* Mommsenius.) — 29. *Quirites*] *quia* F. — 30. *insignia veteris potestatis* cum ed. Hervagiana 𝔏; *insignia videtis veteris potestatis* L. — 31. *praeco* om. E. — 33. *ferundus* E F.

33. Perspicite, quanta potestas permittatur: non privatorum insaniam, sed intolerantiam regum esse dicetis. Primum permittitur infinita potestas innumerabilis pecuniae conficiendae de vestris vectigalibus non fruendis, sed alienandis; deinde orbis terrarum gentiumque omnium datur cognitio sine consilio, poena sine provocatione, animadversio sine auxilio. 34. Iudicare per quinquennium vel de consulibus vel de ipsis tribunis plebis poterunt: de illis interea nemo iudicabit. Magistratus iis petere licebit, causam dicere non licebit; emere agros, a quibus volent et quos volent, quam volent magno, poterunt; colonias deducere novas, renovare veteres, totam Italiam suis colonis ut complere liceat permittitur; omnes provincias obeundi, liberos populos agris multandi, regnorum dandorum summa potestas datur, cum velint; Romae esse, cum commodum sit, quacumque velint summo cum imperio iudicioque rerum omnium vagari ut liceat conceditur: interea dissolvant iudicia publica, e consiliis abducant quos velint, singuli de maximis rebus iudicent, quaestori permittant, finitorem mittant, ratum sit, quod finitor uni illi, a quo missus erit, renuntiaverit. XIV. 35. Verbum mihi deest, Quirites, cum ego hanc potestatem regiam appello, sed profecto maior est quaedam. Nullum enim regnum fuit umquam, quod non se, si minus iure aliquo, at regionibus tamen certis contineret. Hoc vero infinitum est, quo et regna omnia et vestrum imperium quod latissime patet, et ea, quae partim libera a vobis, partim etiam ignorata vobis sunt, permissu legis continentur.

Datur igitur eis primum, ut liceat ea vendere omnia, de quibus vendendis senatus consulta facta sunt M. Tullio Cn. Cornelio consulibus aut postea. 36. Cur hoc est tam obscurum atque caecum? Quid? ista omnia, de quibus senatus censuit, nominatim in lege perscribi nonne potuerunt? Duae sunt huius obscuritatis causae, Quirites: una pudoris, si quis pudor esse potest in tam insigni impudentia, altera sceleris. Nam neque ea, quae senatus nominatim vendenda censuit, audet appellare: sunt enim loca publica urbis, sunt sacella, quae post restitutam tribuniciam potestatem nemo attigit, quae maiores in urbe partim periculi perfugia esse voluerunt. Haec lege tribunicia decemviri vendent. Accedet eo mons Gaurus; accedent salicta ad Minturnas; adiungetur etiam illa via vendibilis Herculanea, multarum deliciarum et magnae pecuniae,

---

2. *regis* cum ed. Cratandrina 𝔏. — *esse* om. E. — 4. *deinde de orbis* F; *deinde de orbe* E. — 7. *iis* P: *is* F; *his* E A L 𝔏 O. — 8. *petere* E F A: *gerere* cum ed. Hervagiana L 𝔏 O. Cf. §. 99. — 9. *et* E: *ut* F; *vel* A L 𝔏 O; om. Lauredanus. — 10. *colonis* Turnebi liber vetus: *coloniis* E F A L 𝔏. — 11. *omnis* E. — *regnorum dandorum* E: *regnorum vel dandorum* F G A L; *agrorum vel dandorum* 𝔏; *regnorum vel dandorum vel eripiendorum* Graevius; *regnorum vel dandorum vel adimendorum* cum Ernestio O. — 13. *quascumque* E F. — *rerum omnium* E F T: *omnium rerum* A L 𝔏 O. — 15. *e* E F P: *de* A L 𝔏 O. — 16. *quaesitori* T. — *mittat* T. — *illi*] *ulli* E. — 17. *mihi non deest* Gebhardt II. p. 5 sq. — 19. *quod non se, si minus -- contineret* nos: *quod non se minus -- contineret* E F P; *quod non, si minus -- contineretur* A L 𝔏 O. — 24. *ea* E F P: *eis* A L 𝔏 O. — 25. *senatus consulta*] *se* (ex *s. c.*) E F P. — *sint* Ernestius. Cf. p. 620. v. 6. — *cons. postea cur* E F P A; *coss. cur* cum ed. Iuntina L 𝔏. Emendavit Cratander. Cf. p. 620. v. 19. — 26. *est tam* E: *tam est* F A L 𝔏 O. — 28. *Quirites* om. F. — 29. *imprudentia* E F P. — 32. *attingit* E F. — Post v. *urbe* lacunae signum posuit Ussing. At vide Garatonium ad Verr. lib. II. c. 65. — *partim periculi perfugia*, *partim urbis ornamenta esse* L. — 34. *etiam*] *et* E F P. — 35. *herculentea* E F P.

permulta alia, quae senatus propter angustias aerarii vendenda censuit, consules propter invidiam non vendiderunt. 37. Verum haec fortasse propter pudorem in lege reticentur. Sed illud magis est credendum et pertimescendum, quod audaciae decemvirali corrumpendarum tabularum publicarum fingendorumque senatus consultorum, quae numquam facta sunt, cum ex eo numero, qui per eos annos consules fuerunt, multi mortui sint, magna permittitur potestas: nisi forte nihil est aequum nos de eorum audacia suspicari, quorum cupiditati nimium angustus orbis terrarum esse videatur.

XV. 38. Habetis unum venditionis genus, quod magnum videri vobis intelligo; sed attendite animos ad ea, quae consequuntur: hunc quasi gradum quendam atque aditum ad cetera iactum intelligetis. QVI AGRI, QVAE LOCA, AEDIFICIA. Quid est praeterea? Multa in mancipiis, in pecore, auro, argento, ebore, veste, supellectili, ceteris rebus. Quid dicam? invidiosum putasse hoc fore, si omnia nominasset? Non metuit invidiam. Quid ergo? Longum putavit et timuit ne quid praeteriret; adscripsit: ALIVDVE QVID, qua brevitate rem nullam esse exceptam videtis. Quidquid igitur sit extra Italiam, quod publicum populi Romani factum sit L. Sulla Q. Pompeio consulibus aut postea, id decemviros iubet vendere. 39. Hoc capite, Quirites, omnes gentes, nationes, provincias, regna decemvirum ditioni, iudicio potestatique permissa et condonata esse dico. Primum hoc quaero, ecqui tandem locus usquam sit, quem decemviri non possint dicere publicum populi Romani esse factum. Nam cum idem possit iudicare, qui dixerit, quid est quod non liceat ei dicere, cui liceat eidem iudicare? Commodum erit Pergamum, Smyrnam, Tralles, Ephesum, Miletum, Cyzicum, totam denique Asiam quae post L. Sullam Q. Pompeium consules recuperata sit, populi Romani factam esse dicere. 40. Utrum oratio ad eius rei disputationem deerit, an, cum idem et disseret et iudicabit, impelli non poterit ut falsum iudicet? an, si condemnare Asiam nolet, terrorem damnationis et minas non quanti volet aestimabit? Quid — quod disputari contra nullo pacto potest, quoniam statutum a nobis est et iudicatum, quoniam heredi-

---

3. *credendum*] *verendum* Gulielmius; *cavendum* (ut coniecit Lambinus) G O. — 5. *numquam facta* E: *facta numquam* F A L 𝔏 O. — 6. *sint* auctore Madvigio Ussing. Suspicor tamen Madvigium non h. l. suasisse coniunctivum, sed p. 649. v. 25. — 7. *sunt* E, sed expuncta litterae *u* dimidia parte.— *permittitur potestas* E: *potestas permittitur* F A L 𝔏 O.— 8. *nos* E F P A: *vos* cum ed. Aldina L 𝔏 O. — 11. *consecuntur* E F. — 12. *iactum* (tamquam fundamentum) E F A 𝔏: *factum* cum Lauredano L O. — *intelligitis* E A. — 13. *aedificia* E F P A: *quae aedificia* cum ed. Iuntina L 𝔏 O. — 15. *putasse* Puteanus: *putasset* ceteri. Cf. Wesenberg ad or. pro Sestio p. 3. not. — 17. *exceptam esse* F. — 18. *igitur* E F: *ergo* A L 𝔏 O. — 20. *hoc caput* E F. — *omnis gentis* F. — 22. *primum hoc quaero, ecqui* Gebhardt (III. p. 5 sq.): *primum hoc quaero enim qui* E F G P; *Primum hoc quaero enim: qui* A; *Primum hoc: quaero enim, qui* O; *Primum hoc quaero, qui* cum ed. Aldina L 𝔏. — 23. *decemviri non possint* E: *non possint decemviri* F A L 𝔏 O. — 25. *cui* Hervagius: *cui non* E F; *cui mō* A. *(quid est quod liceat dicere, cui non liceat idem iudicare?* G T.) — *eidem* P. Manutius: *idem* E F P A. — 26. *trallis* E F; *Thrallis* A. — 27. *populi Romani*] *publicam populi R.* 𝔏. — 28. *disputationem*] *disceptationem* cum ed. Aldina L 𝔏 O. — 30. *condempnare* et mox *dampnationis* F. — *nolet* E F G P: *volet* A L 𝔏. — 31. *existimabit* E F P. — 32. *quoniam*] *quod iam* T, Oxon. ψ et Lauredanus; *quod* L. — *nobis* E F P A: *vobis* cum ed. Aldina L 𝔏 O. — *quoniam* Ernestius: *qm* (superscr. litt. *u*) E; *quum* T; *quam* ceteri. — *hereditate* E.

tatem iam crevimus, — regnum Bithyniae? quod certe publicum est populi Romani factum: numquid causae est quin omnes agros, urbes, stagna, portus, totam denique Bithyniam decemviri vendituri sint? XVI. Quid Mytilenae? quae certe vestrae, Quirites, belli lege ac victoriae iure factae sunt, urbs et natura ac situ et descriptione aedificiorum et pulchritudine inprimis nobilis, agri iucundi et fertiles: nempe eodem capite inclusi continentur. 41. Quid Alexandria cunctaque Aegyptus? ut occulte latet! ut recondita est! ut furtim tota decemviris traditur! Quis enim vestrum hoc ignorat, dici illud regnum testamento regis Alexae populi Romani esse factum? Hic ego consul populi Romani non modo nihil iudico, sed ne quid sentiam quidem profero; magna enim mihi res non modo ad statuendum, sed etiam ad dicendum videtur esse. Video, qui testamentum factum esse confirmet; auctoritatem senatus exstare hereditatis aditae sentio, tum, quando Alexa mortuo legatos Tyrum misimus, qui ab illo pecuniam depositam nostris recuperarent. 42. Haec L. Philippum saepe in senatu confirmasse memoria teneo; eum, qui regnum illud teneat hoc tempore, neque genere neque animo regio esse inter omnes fere video convenire. Dicitur contra, nullum esse testamentum; non oportere populum Romanum omnium regnorum appetentem videri; demigraturos in illa loca nostros homines propter agrorum bonitatem et omnium rerum copiam. 43. Hac tanta de re P. Rullus cum [ceteris] decemviris collegis suis iudicabit? et utrum iudicabit? Nam utrumque ita magnum est, ut nullo modo neque concedendum neque ferendum sit. Volet esse popularis: populo Romano adiudicabit. Ergo idem ex sua lege vendet Alexandriam, vendet Aegyptum; urbis copiosissimae pulcherrimorumque agrorum iudex, arbiter, dominus, rex denique opulentissimi regni reperietur. Non sumet sibi tantum, non appetet: iudicabit Alexandriam regis esse, a populo Romano abiudicabit. XVII. 44. Primum tum populi Romani hereditatem decemviri iudicent, cum vos volueritis de privatis hereditatibus centumviros iudicare? Deinde quis aget causam populi Romani? ubi res ista agetur? qui sunt isti decemviri, quos perspiciamus regnum Alexandriae Ptolemaeo gratis adiudicaturos? Quod si Alexandria petebatur, cur non eosdem cursus hoc tempore, quos L. Cotta L. Torquato consulibus cucurrerunt? cur non aperte, ut antea? cur non item, ut cum directo et palam regionem illam petierunt? an qui etesiis, qui per cursum rectum regnum tenere

---

1. *iam*] *ita* E; *eam* T; om. F. — *creauimus* EFP. — 2. *stagna* EFP: *stativa* GALℒO. — 4. *militenae* E; *mitilene* F; *Mitylenae* ALℒO. — *certe*] *terrae* EFPA. Emendavit Nic. Angelius. — 5. *ac* EFA: *et* cum ed. Aldina LℒO. — 8. *est*] *sunt* EFP. — 9. *Alexae* EFP: *Alexand.* (sic) A; *Alexandri* LℒO. Cf. Schol. Bob. p. 350. v. 5. ed. nostrae. — 14. *Alexa* EFP: *Alexandro* ALℒO. — *mortuos* EFP. — 15. *nostris*] *nostram* L; *nobis* Puteanus. — *L.*] *lutium* E, *lucium* F. — 19. *petentem* EF; *potentem* A. Emendavit Nic. Angelius. — 21. *ceteris* om. E. — 22. *utrum* Puteanus: *verum* EFALℒ. — 24. *abiudicabit* EFP. — 25. *que* om. P. — 26. *repperitur* E, *reperitur* F. — 28. *tum* EFPA: *tamen* T; om. ed. Iuntina, LℒO. — 29. *uolueris* litteris *ti* superscriptis E. — *decemuiros* E. — 31. *phtolomeo* E, *ptholomeo* F. — 32. *cur* om. EFP. — 34. *ante* F. — *cum*] *tum* EP. — *directo* T et Lauredanus: *decreto* EFPAℒ. Cf. var. lect. p. 486. v. 24. — 35. *an qui etesiis, qui* Gulielmius: *an quietis iis* (*his* A) *qui* EFPAℒ; *an, Quirites, ii, qui* P. Manutius. (*petierunt quietis nobis? An qui* L.) Cf. de deor. nat. II. §. 131.: *ventos etesias, quorum flatu nimii temperantur calores; ab iisdem etiam maritimi cursus celeres et certi diriguntur.*

non potuerunt, nunc taetris tenebris et caligine se Alexandriam perventuros arbitrati sunt? 45. Atque illud circumspicite vestris mentibus una, Quirites. Legatos nostros, homines auctoritate tenui, qui rerum privatarum causa legationes liberas obeunt, tamen exterae nationes ferre vix possunt. Grave est enim nomen imperii atque id etiam in levi persona pertimescitur, propterea quod vestro, non suo nomine, cum hinc egressi sunt, abutuntur. Quid censetis, cum isti decemviri cum imperio, cum fascibus, cum illa delecta finitorum iuventute per totum orbem terrarum vagabuntur? quo tandem animo, quo metu, quo periculo miseras nationes futuras? 46. Est in imperio terror: patientur; est in adventu sumptus: ferent; imperabitur aliquid muneris: non recusabunt. Illud vero quantum est, Quirites, cum is decemvir, qui aliquam in urbem aut exspectatus ut hospes aut repente ut dominus venerit, illum ipsum locum, quo venerit, illam ipsam sedem hospitalem, in quam erit deductus, publicam populi Romani esse dicet? quanta calamitas populi, si dixerit? quantus ipsi quaestus, si negarit? Atque iidem, qui haec appetunt, queri nonnumquam solent, omnes terras Cn. Pompeio atque omnia maria esse permissa. Simile vero est multa committi et condonari omnia? labori et negotio praeponi an praedae et quaestui? mitti ad socios liberandos an ad opprimendos? Denique, si qui est honos singularis, nihilne interest, utrum populus Romanus eum, cui velit, deferat, an is imprudente populo Romano per legis fraudem surripiatur?

XVIII. 47. Intellexistis, quot res et quantas decemviri legis permissu vendituri sint. Non est satis. Cum se sociorum, cum exterarum nationum, cum regum sanguine implerint, incidant nervos populi Romani, adhibeant manus vectigalibus vestris, irrumpant in aerarium. Sequitur enim caput, quo capite ne permittit quidem, si forte desit pecunia, quae tanta ex superioribus recipi potest, ut deesse non debeat, sed plane quasi ea res vobis saluti futura sit, ita cogit atque imperat, ut decemviri vestra vectigalia vendant nominatim. 48. Quam tu mihi ex ordine recita de legis scripto populi Romani auctionem, quam me hercule ego praeconi huic ipsi luctuosam et acerbam praedicationem futuram puto. — Ut in suis rebus, ita in re publica luxuriosus est nepos, qui prius silvas vendat quam vineas. Italiam percensuisti: perge in Siciliam. — Nihil est in hac provincia, quod aut in oppidis aut in agris maiores nostri

---

1. *taetris* E L 𝔏: *tetris* F A O. — 2. *una*, *Quirites* Turnebus: *unaque* E A, cum lacunae signo L 𝔏, cum obelo O; *atque* F; *animisque* Lauredanus. — 4. *liberas*] *litteras* E F. — 7. *censetis* om. F. — 8. *delecta* om. G. — *totum* E F P: om. A L 𝔏 O. Cf. §. 64. — 10. *patientia* E. — 14. *in qua* E F. — 17. *omnis* E F. — 18. *committi an condonari* cum ed. Iuntina L 𝔏. — *labori*] *vel labori* A. — 20. *qui* E F: *quis* A L 𝔏 O. — *ne* om. E. — 21. *imprudente* Lauredanus: *impudenter* ceteri. Cf. Wesenberg ad or. pro Sestio p. 6 sq. — 24. *se* E F: *sese* A L 𝔏 O; om. P. — 25. *impleuerint* F. — *incident* - - *adhibebunt* auctore Schützio O. — *populo R.* G. — 26. *irrumpent* E O. — 27. *ne*] *non* cum ed. Aldina L 𝔏. — 28. *recipi*] *refici* L. — *plane quasi*] Cf. Handii Turs. IV. p. 471. — 29. *vobis* E F: *nobis* A L. — *cogitat atque* E F A. Emendavit Nic. Angelius. — 30. 31. Prius *quam* delevit Ussing; alterum delendum censet Mommsenius. — 32. *ipsam* E F P A. Emendavit Nic. Angelius. — *puto. AUCTIO. Ut* cum P.Manutio L 𝔏. — 33. *est* om. E F A. Addidit Lambinus. — 34. *Siciliam. AUCTIONIS PARS EA, QUAE AD SICILIAM PERTINET. Nihil* L 𝔏. — 35. *in* ante v. *agris* om. E F. — *nostri*] *vestri* G O.

proprium nobis reliquerunt, quin id venire iubeat. 49. Quod partum recenti victoria maiores vobis in sociorum urbibus ac finibus et vinculum pacis et monumentum belli reliquerunt, id vos ab illis acceptum hoc auctore vendetis?

Hic mihi parumper mentes vestras, Quirites, commovere videor, dum patefacio vobis quas isti penitus abstrusas insidias se posuisse arbitrantur contra Cn. Pompeii dignitatem. Et mihi, quaeso, ignoscite, si appello talem virum saepius. Vos mihi praetori biennio ante, Quirites, hoc eodem in loco personam hanc imposuistis, ut quibuscumque rebus possem illius absentis dignitatem vobiscum una tuerer. Feci adhuc quae potui, neque familiaritate illius adductus nec spe honoris atque amplissimae dignitatis, quam ego, etsi libente illo, tamen absente illo per vos consecutus sum. 50. Quam ob rem cum intelligam totam hanc fere legem ad illius opes evertendas tamquam machinam comparari, et resistam consiliis hominum et perficiam profecto, quod ego video, ut id vos universi non solum videre, verum etiam tenere possitis. XIX. Iubet venire quae Attalensium, quae Phaselitum, quae Olympenorum fuerint, agrumque Agerensem et Oroandicum et Gedusanum. Haec P. Servilii imperio et victoria, clarissimi viri, vestra facta sunt. Adiungit agros Bithyniae regios, quibus nunc publicani fruuntur; deinde Attalicos agros in Cherroneso; in Macedonia, qui regis Philippi sive Persae fuerunt, qui item a censoribus locati sunt, * * et certissimum vectigal. 51. Adscribit eidem auctioni Corinthios agros, opimos et fertiles, et Cyrenenses, qui Apionis fuerunt, et agros in Hispania propter Karthaginem novam et in Africa ipsam veterem Karthaginem vendit: quam videlicet P. Africanus non propter religionem sedum illarum ac vetustatis de consilii sententia consecravit, nec ut ipse locus eorum, qui cum hac urbe de imperio certarunt, vestigia calamitatis ostenderet, sed non fuit tam diligens, quam est Rullus, aut fortasse emptorem ei loco reperire non potuit. Verum inter hos agros regios, captos veteribus bellis virtute summorum imperatorum, adiungit regios agros Mithridatis, qui in Paphlagonia, qui in Ponto, qui in Cappadocia fuerunt, ut eos decemviri vendant. 52. Itane vero? non legibus datis, non auditis verbis imperatoris, nondum denique bello confecto, cum rex Mithridates, amisso exercitu, regno expulsus, tamen in ultimis

---

1. *nobis*] *vobis* E F Ġ P O. — *reliquerunt* F: *reliquerint* ceteri. — *quin id -- belli reliquerunt* om. F. — 3. *monimenti* E, *monumenti* P. — *relinquerunt* E. — 6. *quam isti -- arbitrentur* L; *quas isti -- arbitrentur* 𝔏. — *insidias* om. E. — 7. *pompei* E F. — 9. *hanc personam* F. — *inposuistis* E. — 11. *neque spe* T. — 12. *illo* post v. *absente* cum P. Manutio (a. 1554.) om. L. — 13. *totam hanc* E F: *hanc totam* A L 𝔏 O. — 15. *video* E F: *video comparari* A L 𝔏 O. — 17. *attaliensium* E F T; *attelensium* G. Cf. I. §. 5. — *phasiletum* E F A; *phasilietum* G. Emendavit Naugerius in ed. Aldina. — *olimpinorum* E F; *Olympinorum* G A. Emendavit Naugerius in ed. Aldina. Cf. I. §. 5. — 18. *Oroandicum* Garatonius (coll. Plin. N. H. V. c. 27. §. 94. c. 32. §. 147.): *ornidicum* F; *Orindicum* E A L 𝔏 O. — *Gedusauum* E P; *gedusarium* G; *Gesudanum* errore typogr. L. — *seruili* E. — 19. *clarissimi L. uiri* E F T. — 20. *fruuntur publicani* F. — *cherronenso* E; *cherronesso* F; *chersoneso* T; *Cheroneso* A; *Cherrhoneso* O. — 21. *perse* E F. — *item accensoribus* E F. — 22. *locati sunt, maximum et certissimum* Gebhardt II. p. 7 sq.; *locari solent, certissimum* Ussing. — *eidem* L: *idem* E F A 𝔏 O. — 23. *corinthos* E F. — 24. *affricam* E F. — 26. *sedum illarum* P: *sed uillarum* F; *sedium illarum* ceteri. Cf. p. Sestio §. 45. — *ac*] *et* F. — *de consilio* E F P. — 27. *nec* E F P: *sed* A L 𝔏 O. Cf. Madvigium *Opusc.* I. p. 384. n.

terris aliquid etiam nunc moliatur atque ab invicta Cn. Pompeii manu Maeote et illis paludibus et itinerum angustiis atque altitudine montium defendatur, cum imperator in bello versetur, in locis autem illis etiam nunc belli nomen reliquum sit, eos agros, quorum adhuc penes Cn. Pompeium omne iudicium et potestas more maiorum debet esse, viri decem vendent? 53. Et, credo, P. Rullus — is enim sic se gerit, ut sibi iam decemvir designatus esse videatur — ad eam auctionem potissimum proficiscetur. XX. Is videlicet antequam veniat in Pontum, litteras ad Cn. Pompeium mittet, quarum ego iam exemplum ab istis compositum esse arbitror: P. SERVILIVS RVLLVS TRIBVNVS PLEBIS DECEMVIR S. D. CN. POMPEIO CN. F. Non credo adscripturum esse MAGNO: non enim videtur id, quod imminuere lege conatur, concessurus verbo. TE VOLO CVRARE VT MIHI SINOPAE PRAESTO SIS AVXILIVMQVE ADDVCAS, DVM EOS AGROS QVOS TV TVO LABORE CEPISTI EGO LEGE MEA VENDAM. An Pompeium non adhibebit? in eius provincia vendet manubias imperatoris? Ponite ante oculos vobis Rullum in Ponto, inter nostra atque hostium castra hasta posita, cum suis formosis finitoribus auctionantem! 54. Neque in hoc solum inest contumelia, quae vehementer et insignis est et nova, ut ulla res parta bello, nondum legibus datis, etiam tum imperatore bellum administrante, non modo venierit, verum locata sit. Plus spectant homines certe quam contumeliam: sperant, si concessum sit inimicis Cn. Pompeii cum imperio, cum iudicio omnium rerum, cum infinita potestate, cum innumerabili pecunia non solum aliis in locis vagari, verum etiam ad ipsius exercitum pervenire, aliquid illi insidiarum fieri, aliquid de eius exercitu, copiis, gloria detrahi posse. Putant, si quam spem in Cn. Pompeio exercitus habeat aut agrorum aut aliorum commodorum, hanc non habiturum, cum viderint earum rerum omnium potestatem ad decemviros esse translatam. 55. Patior non moleste tam stultos esse, qui haec sperent, tam impudentes, qui haec conentur: illud queror, tam me ab iis esse contemptum, ut haec portenta me consule potissimum cogitarent.

Atque in omnibus his agris aedificiisque vendendis permittitur decemviris, ut vendant quibuscumque in locis videatur. O perturbatam rationem! o libidinem effrenatam! o consilia dissoluta atque perdita! XXI. Vectigalia locare nusquam licet nisi in hac urbe, hoc ex loco, hac vestrum frequentia. Venire nostras res proprias et in perpetuum ab nobis

---

1. *atque*] *absque* E F. — *pompei* E F. — 2. *Maeote* E T: *merote* F; *maeotie* P; *Meote* G A; *Maeotide* cum ed. Hervagiana L ℓ O. — 5. *viri decem* E F P A: *decemviri* cum ed. Aldina L ℓ O. — 10. *Cn.* ante v. *Pompeio* om. E F A L. Addidit P. Manutius. — 11. *asscriptum* T. — 13. *Sinopae* E: *Sinope* F A L ℓ O. — *quos tu tuo* Lauredano auctore L: *quos tuo* ceteri. — 14. *lege mea* E: *mea lege* F A L ℓ O. — 15. Aquila Romanus *de fig. sent.* §. 13: *Ponite ante oculos* (om. *vobis*) *Rullum hasta posita in Pompeii castris cum suis formosis finitoribus auctionantem.* — 16. *nostra* E F P: *vestra* A L ℓ O. — 17. *auctiantem* E F. — 20. *uenerit* E. — *verum*] *verum etiam* cum ed. Aldina L ℓ. — 21. *inimici* E F. — 22. *pompei* E F. — 25. *spem*] *rem* F. — 27. *viderint* E F P A: *viderit* cum ed. Aldina L ℓ O. — 29. *qui hoc sperent* T. — *qui haec conentur* E: *qui conentur* F A L ℓ O. — *illud*] *id* F. — 34. *effrenatam* nos: *refrenatam* F P; *refrenandam* ceteri. — 35. *hoc ex*] *hoc autem illo ex* E; *hoc aut illo ex* F G P T A. Emendavit Naugerius in ed. Aldina. — 36. *nostras* E F P: *vestras* A L ℓ O. — *ab nobis* ed. Iuntina: *ab uobis* E P; *a vobis* F A L ℓ O.

abalienari in Paphlagoniae tenebris atque in Cappadociae solitudine licebit? 56. L. Sulla cum bona indemnatorum civium funesta illa sua auctione venderet et se praedam suam diceret vendere, tamen ex hoc loco vendidit, nec, quorum oculos offendebat, eorum ipsorum conspectum fugere ausus est: decemviri vestra vectigalia non modo vobis arbitris, sed ne praecone quidem publico teste vendent?

Sequitur OMNES AGROS EXTRA ITALIAM infinito ex tempore, non, ut antea, ab Sulla et Pompeio consulibus. Cognitio decemvirum, privatus sit an publicus: eique agro vectigal pergrande imponitur. 57. Hoc quantum iudicium, quam intolerandum, quam regium sit, quem praeterit? posse, quibuscumque locis velint, nulla disceptatione, nullo consilio privata publicare, publica liberare? Excipitur hoc capite ager in Sicilia Recentoricus: quem ego excipi et propter hominum necessitudinem et propter aequitatem, Quirites, ipse vehementer gaudeo. Sed quae est haec impudentia? Qui agrum Recentoricum possident, vetustate possessionis se, non iure, misericordia senatus, non agri condicione defendunt. Nam illum agrum publicum esse fatentur: se moveri possessionibus, antiquissimis sedibus ac dis penatibus, negant oportere. Ac, si est privatus ager Recentoricus, quid eum excipis? sin autem publicus, quae est ista aequitas, ceteros, etiam si privati sint, permittere ut publici iudicentur: hunc excipere nominatim, qui publicus esse fateatur? Ergo eorum ager excipitur, qui apud Rullum aliqua ratione valuerunt: ceteri agri omnes, qui ubique sunt, sine ullo delectu, sine populi Romani notione, sine iudicio senatus decemviris addicentur. XXII. 58. Atque etiam est alia superiore capite, quo omnia veneunt, quaestuosa exceptio, quae teget eos agros, de quibus foedere cautum est. Audivit, hanc rem non a me, sed ab aliis agitari saepe in senatu, nonnumquam ex hoc loco, possidere agros in ora maritima regem Hiempsalem, quos P. Africanus populo Romano adiudicarit, ei tamen postea per C. Cottam consulem cautum esse foedere. Hoc quia vos foedus non iusseritis, veretur Hiempsal ut satis firmum sit et ratum. Quid? cuius modi est illud? Tollitur vestrum iudicium; foedus totum excipitur, comprobatur. Quod minuit auctionem decemviralem, laudo; quod regi amico cavet, non reprehendo; quod non gratis fit, indico. Volitat enim ante oculos istorum Iuba regis filius, adolescens non minus bene nummatus quam bene capillatus.

---

1. *abalienari* E F G: *alienari* A L ℓ. — *capadociae* E. — 2. et 8. *silla* E F, et sic deinceps *sillani*, *sillanorum* cet. — *sua actione* E; *actione sua* F P; *auctione sua* A L ℓ O. — 3. *vendere diceret* L. — 5. *non modo vobis arbitris* Lauredanus (ad verba *nullo teste* §. 64.) et Wolffius: *non modo ne uestris* (om. *quidem*) *arbitris* F; *non modo ne vobis quidem arbitris* E A L ℓ O. — 7. *omnis* E. — 8. *ante ab* F. — 9. *eique* Madvigius (ad Cic. de Finn. p. 688.): *sicque* ceteri. — *vectigal pergrande* E: *pergrande vectigal* F A L ℓ O. — *Hoc*] *hic* E. — 12. *publica*] *publica r. p.* E P; *publica p. R.* Mommsenius; om. F. — *in* om. E F P A. Addidit Naugerius in ed. Aldina. (*ager Siciliae* T.) — 14. *ipse* Gruterus: *saepe* (s. *sepe*) E F A ℓ O; *sane* cum Lauredano L. — *quae est haec impudentia* Madvigius: *quae haec impudentia* ed. Iuntina; *quid haec impudentia* E F A; *quid hoc impudentius* T. — 15. *recentorium* E. — *possessiones* E. — 17. *se moveri*] *sermoueri* P; *sed moveri* cum ed. Aldina ℓ; *sed se moveri* L. — *antiquissimis* Lauredanus: *a maximis* E; *amircissimis* P; *amicissimis* F A L ℓ O. — 18. *ac* E F A: *at* cum ed. Iuntina L ℓ O. — 22. *aliqua* Madvigius: *alia* ceteri. — 23. *sine* post v. *sunt* om. E. — *delictu* E. — *natione* (superscr. litt. *o*) E. — 25. *tegat* T; *tegit* cum P. Manutio L. — 29. *ei* Lambinus: *et* E F A L ℓ O. Cf. I. §. 11. — 34. *Iuba* Lauredanus: *Iubae* E F A ℓ.

59. Vix iam videtur locus esse, qui tantos acervos pecuniae capiat. Auget, addit, accumulat: AVRVM, ARGENTVM EX PRAEDA, EX MANVBIIS, EX CORONARIO, AD QVOSCVMQVE PERVENIT NEQVE RELATVM EST IN PVBLICVM NEQVE IN MONVMENTO CONSVMPTVM, id profiteri apud decemviros et ad eos referre iubet. Hoc capite etiam quaestionem de clarissimis viris, qui populi Romani bella gesserunt, iudiciumque de pecuniis repetundis ad decemviros translatum videtis. Horum erit nunc iudicium, quantae cuiusque manubiae fuerint, quid relatum, quid residuum sit. In posterum vero lex haec imperatoribus vestris constituitur, ut quicumque de provincia decesserit apud eosdem decemviros, quantum habeat praedae, manubiarum, auri coronarii, profiteatur. 60. Hic tamen vir optimus eum, quem amat, excipit, Cn. Pompeium. Unde iste amor tam improvisus ac tam repentinus? Qui honore decemviratus excluditur prope nominatim, cuius iudicium legumque datio captorum agrorum ipsius virtute cognitio tollitur cuius non in provinciam, sed in ipsa castra decemviri cum imperio, infinita pecunia, maxima potestate et iudicio rerum omnium mittuntur, cui ius imperatorium, quod semper omnibus imperatoribus est conservatum, soli eripitur: is excipitur unus, ne manubias referre debeat. Utrum tandem hoc capite honos haberi homini an invidia quaeri videtur? XXIII. 61. Remittit hoc Rullo Cn. Pompeius; beneficio isto legis, benignitate decemvirali nihil utitur. Nam si est aequum praedam ac manubias suas imperatores non in monumenta deorum immortalium neque in urbis ornamenta conferre, sed ad decemviros tamquam ad dominos reportare, nihil sibi appetit praecipui Pompeius, nihil: vult se in communi atque in eodem quo ceteri iure versari. Sin est iniquum, *Quirites*, si turpe, si intolerandum, hos decemviros portitores omnibus omnium pecuniis constitui, qui non modo reges atque exterarum nationum homines, sed etiam imperatores vestros excutiant, non mihi videntur honoris causa excipere Pompeium, sed metuere ne ille eandem contumeliam quam ceteri ferre non possit. 62. Pompeius autem hoc animo est, ut, quidquid vobis placeat, sibi ferendum putet, quod vos ferre non poteritis, id profecto perficiat ne diutius inviti ferre cogamini. Verum tamen cavet ut, si qua pecunia post nos consules ex novis vectigalibus recipiatur, ea decemviri utantur. Nova porro vectigalia videt ea fore, quae Pompeius adiunxerit: ita remissis manubiis vectigalibus eius virtute partis se frui putat oportere.

---

1. *pecuniae* om. E. — *auget. capiat* E. — 2. *manibus* E, sed a sec. m. correctum. — «Fort. *ex auro coronario*» mg. 𝔏. — 3. *quodcumque* E F P A. Emendavit Naugerius in ed. Aldina. (*quos id cumque* Klotzius ed. alt.) — 4. *monimento* (ubique) F; *monumentum* G. Cf. I. §. 12. — *profiteri*] *fateri* E. — 7. *nunc iudicium* Lauredanus: *nullum iudicium* E F A O; *solorum iudicium* L; *illud iudicium* 𝔏; *nunc illud iudicium* Gebhardt II. p. 9 sq. — 10. *habent* E F. — 11. *Hic*] *hinc* T. — 12. *excidit* E F P. Cf. p. 615. v. 14. — *ac* om. T. — 14. *cognitio* om. E. — 15. *non* in E superscriptum est. — 17. *cui*] *quod* E F P (ex *quoi*). — 18. *debeat*] *iubeat* E; *iubeatur* Graevius. — 21. *praedam* E F P: *praedas* A L 𝔏 O. — 24. *deportare* G O. — *praecipui* Orellius: *praecipue* ceteri. — 26. *si turpe* om. E F P. — *si int.*] *est int.* E F P. — 28. *vestros* E P: *nostros* F A L 𝔏 O. — 29. *contumeliam*] *iniuriam* E. — 30. *autem*] *enim* L. — *hoc animo est* Garatonius: *hoc animo sit* E F P A 𝔏; *cum hoc animo sit* cum P. Manutio L O. — 31. *quod*] *tum quod* L. — 32. *perficiet* cum ed. Veneta a. 1480. L O. — 33. *tamen* om. G. — 34. *reficiatur* L.

Parta sit pecunia, Quirites, decemviris tanta, quanta est in terris; nihil praetermissum sit; omnes urbes, agri, regna denique, postremo etiam vectigalia vestra venierint; accesserint in cumulum manubiae vestrorum imperatorum: quantae et quam immanes divitiae decemviris in tantis auctionibus, tot iudiciis, tam infinita potestate rerum omnium quaerantur, videtis. XXIV. 63. Cognoscite nunc alios immensos atque intolerabiles quaestus, ut intelligatis, ad certorum hominum importunam avaritiam hoc populare legis agrariae nomen esse quaesitum. Hac pecunia iubet agros emi, quo deducamini. Non consuevi homines appellare asperius, Quirites, nisi lacessitus. Vellem fieri posset, ut a me sine contumelia nominarentur ii, qui se decemviros sperant futuros: iam videretis, quibus hominibus omnium rerum et vendendarum et emendarum potestatem permitteretis. 64. Sed quod ego nondum statuo mihi esse dicendum, vos tamen id potestis cum animis vestris cogitare. Unum hoc certe videor mihi verissime posse dicere: tum, cum haberet haec res publica Luscinos, Calatinos, Acidinos, homines non solum honoribus populi rebusque gestis, verum etiam patientia paupertatis ornatos, et tum, cum erant Catones, Phili, Laelii, quorum sapientiam temperantiamque in publicis privatisque, forensibus domesticisque rebus perspexeratis, tamen huiusce modi res commissa nemini est, ut idem iudicaret et venderet et hoc faceret per quinquennium toto in orbe terrarum idemque agros vectigales populi Romani abalienaret et, cum summam tantae pecuniae nullo teste sibi ipse ex sua voluntate fecisset, tum denique emeret a quibus vellet quod videretur. 65. Committite nunc vos, Quirites, his hominibus haec omnia, quos odorari hunc decemviratum suspicamini: reperietis partem esse eorum, quibus ad habendum, partem, quibus ad consumendum nihil satis esse videatur.

XXV. Hic ego iam illud, quod expeditissimum est, ne disputo quidem, Quirites, non esse hanc nobis a maioribus relictam consuetudinem, ut emantur agri a privatis, quo plebes publice deducatur; omnibus legibus agris publicis privatos esse deductos; huiusce modi me aliquid ab hoc horrido ac truce tribuno plebis exspectasse: hanc vero emendi et vendendi quaestuosissimam ac turpissimam mercaturam alienam actione tribunicia, alienam dignitate populi Romani semper putavi. 66. Iubet agros emi. Primum quaero, quos agros et quibus in locis? Nolo suspensam et incertam plebem Romanam obscura spe et caeca exspectatione pendere. Albanus ager est, Setinus, Privernas, Fundanus, Vescinus,

1. *est* L: *sit* ceteri. Cf. Wesenberg ad or. pro Sestio p. 48. — 2. *praetermissum sit; omnes* Lauredanus: *praetermissum: sed omnes* E F A 𝔏. Cf. var. lect. III. §. 8. — 7. *ad ceterorum* E F P. — 9. *quod decumani* E P; *quod decumana* F; *quo decumatu* A. Emendavit Naugerius in ed. Aldina. — 10. *Quirites*] *quare* F. — *Vellem* Ernestius: *velim* E F A L 𝔏. Cf. de tota hac enuntiatione Wesenberg l. l. p. 48. — 11. *ii* om. F. — *uideritis* E F; *uidetis* P. — 13. *permiseritis* E; *permittitis* F P. — 18. *Phili* Sigonius: *philippi* E F P A 𝔏. Cf. pro Murena §. 66. — 20. *emissa* E; *permissa* Lauredanus. — 22. *uectigalis* E F A. — 24. *nunc vos* E: *vos nunc* F A L 𝔏 O. — 25. *adorari* E F P. — 28. *est* Wesenberg (ad or. pro Sestio p. 48.): *sit* ceteri. — 29. *nobis* E F T: *vobis* A 𝔏 O. — 30. *plebes* E F G P A: *plebs* cum ed. Aldina L 𝔏 O. Cf. §. 66. — *deducantur* E F P. — 31. *agris publicis*] «al. *in agros publicos*» mg. 𝔏. — 34. *Iubet* E F: *Lubet* P; *Libet* A L 𝔏 O. — 37. *Vescinus* ed. Wald. a. 1480: *fescinus* F; *festinus* P; *festiuus* E; *Vestinus* A L 𝔏.

Falernus, Liternius, Cumanus, Casilinas.) Audio. Ab alia porta Capenas, Faliscus, Sabinus, Reatinus, Venafranus, Allifanus, Trebulanus.— Habes tantam pecuniam, qua hosce omnes agros et ceteros horum similes non modo emere, verum etiam coacervare possis: cur eos non definis neque nominas, ut saltem deliberare plebes Romana possit, quid intersit sua, quid expediat, quantum tibi in emendis et in vendendis rebus committendum putet? Definio, inquit, Italiam. Satis certa regio. Etenim quantulum interest, utrum in Massici radices an in Apuliam aliove deducamini? 67. Age, non definis locum: quid? naturam agri? Vero, inquit, QVI ARARI AVT COLI POSSIT. Qui possit arari, inquit, aut coli, non qui aratus aut cultus sit. Utrum haec lex est an tabula Veratianae auctionis? in qua scriptum fuisse aiunt: IVGERA CC, IN QVIBVS OLIVETVM FIERI POTEST; IVGERA CCC, VBI INSTITVI VINEAE POSSVNT. Hoc tu emes ista innumerabili pecunia, quod arari aut coli possit? Quod solum tam exile et macrum est, quod aratro perstringi non possit? aut quod est tam asperum saxetum, in quo agricolarum cultus non elaboret?

Idcirco, inquit, agros nominare non possum, quia tangam nullum ab invito. Hoc, Quirites, multo est quaestuosius, quam si ab invito sumeret; inibitur enim ratio quaestus de vestra pecunia, et tum denique ager emetur, cum idem expediet emptori et venditori. XXVI. 68. Sed videte vim legis agrariae. Ne ei quidem, qui agros publicos possident, decedent de possessione, nisi erunt deducti optima condicione et pecunia maxima. Conversa ratio. Antea, cum erat a tribuno plebis mentio legis agrariae facta, continuo qui agros publicos aut qui possessiones invidiosas tenebant extimescebant. Haec lex eos homines fortunis locupletat, invidia liberat. Quam multos enim, Quirites, existimatis esse, qui latitudinem possessionum tueri, qui invidiam Sullanorum agrorum ferre non possint? qui vendere cupiant, emptorem non reperiant? perdere iam denique illos agros ratione aliqua velint? Qui paulo ante diem noctemque tribunicium nomen horrebant, vestram vim metuebant, mentionem legis agrariae pertimescebant, ei nunc etiam ultro rogabuntur atque orabuntur, ut agros partim publicos, partim plenos invidiae, ple-

---

1. *Literninus* Gebhardt (l. l. III. p. 7 sqq.): *liternius* E; *licernus* F; *Linternus* A L ℒ O. — *Casilinas* Camillus Peregrinus: *an casianas* E F P; *Casinas* A L ℒ O; *Neapolitanus* Gebhardt l. l. p. 8 sq. — *Ab*] *ob* E F P. — 2. *Sabinus*] *Sabinus ager* F A; *iabinus ager* E. Vocem *ager* delevit Lambinus; defendit Gebhardt l. l. p. 10.— *Venafranus*] *ueneranus* E; *uenerauus* F. — *Alifanus* L ℒ. — 5. *plebes* E F A: *plebs* cum ed. Aldina L ℒ O. Cf. §. 65. — 6. *in* ante v. *vendendis* om. T. — 8. *Apuliam* Sigonius: *Italiam* E F A ℒ O; *Liguriam* Ant. Augustinus. — 9. *Age non definis locum. quid naturam agri? uero, inquit* E F: *age non definis locum. Quid natam vero inquit* P; *age non definis locum? Quid nam? Agri vero, inquit* G; *Age definis locum. Quidnam agri vero inquit?* A; *Age vero, definis locum. Quidnam agri vero, inquit* cum ed. Cratandrina ℒ; *Age vero definis locum. Quidnam agri? Agri vero, inquit* L. — 10. *possit. Qui possit - - coli* om. E. — 11. *Veratianae* E: *veracione* F; *Neratianae* G O. Cf. pro Flacco §. 46. — 15. *et*] *aut* T. — 18. *Hoc, Quirites* Klotzius: *hocque* E F; *hoc quoque* A L ℒ O. — 19. *inhibetur* E F P; *inietur* G A ℒ, *invenietur* L. Emendatum est in marg. A. — 20. *expediet* E F: *expedierit* A L ℒ O. — 21. *ei* E F: *ii* A L ℒ O. — 22. *deducti*] *deducti pecunia* E, sed verbum *pecunia* lineola transversa deletum. — *et pecunia*] «In ima pagina duo aut tria vocabula erasa erant videturque aliquid deesse.» PITH. — 23. *ante cum* F. — 25. *extimescebant* Klotzius: *expertimescebant* E F A; *pertimescebant* cum ed. Aldina L ℒ O. Cf. p. Caec. §. 98. — 29. *dies noctesque* L. — 31. *ei* Klotzius: *et* E F P; *ii* A L ℒ O. Cf. §. 81. (p. 632. v. 7.)

nos periculi, quanti ipsi velint, decemviris tradant. Atque hoc carmen hic tribunus plebis non vobis, sed sibi intus canit. 69. Habet socerum, virum optimum, qui tantum agri in illis rei publicae tenebris occupavit, quantum concupivit. Huic subvenire vult succumbenti iam et presso Sullanis oneribus gratissima lege, ut liceat illi invidiam deponere, pecuniam condere. Et vos non dubitatis, quin vectigalia vestra vendatis, plurimo maiorum vestrorum sanguine et sudore quaesita, ut Sullanos possessores divitiis augeatis, periculo liberetis? 70. Nam ad hanc emptionem decemviralem duo genera agrorum spectant, Quirites. Eorum unum propter invidiam domini fugiunt, alterum propter vastitatem. Sullanus ager a certis hominibus latissime continuatus tantam habet invidiam, ut veri ac fortis tribuni plebis stridorem unum perferre non possit. Hic ager omnis, quoquo pretio coëmptus erit, tamen ingenti pecunia nobis inducetur. Alterum genus agrorum, propter sterilitatem incultum, propter pestilentiam vastum atque desertum, emetur ab iis, qui eos vident sibi esse, si non vendiderint, relinquendos. Et nimirum id est, quod ab hoc tribuno plebis dictum est in senatu, urbanam plebem nimium in re publica posse, exhauriendam esse: hoc enim verbo est usus, quasi de aliqua sentina ac non de optimorum civium genere loqueretur. XXVII. 71. Vos vero, Quirites, si me audire vultis, retinete istam possessionem gratiae, libertatis, suffragiorum, dignitatis, urbis, fori, ludorum, festorum dierum, ceterorum omnium commodorum, nisi forte mavultis relictis his rebus atque hac luce rei publicae in Sipontina siccitate aut in Salapinorum pestilentiae finibus Rullo duce collocari. At dicat, quos agros empturus sit; ostendat, et quid et quibus daturus sit. Ut vero, cum omnes urbes, agros, vectigalia, regna vendiderit, tum arenam aliquam aut paludes emat, id vos potestis, quaeso, concedere? Quamquam illud est egregium, quod hac lege ante omnia veneunt, ante pecuniae coguntur et coacervantur, quam gleba una ematur. Deinde emi iubet, ab invito vetat. 72. Quaero, si qui velint vendere non fuerint, quid pecunia fiet? Referre in aerarium lex vetat, exigi prohibet. Igitur pecuniam omnem decemviri tenebunt, vobis ager non emetur. Vectigalibus abalienatis, sociis vexatis, regibus atque omnibus gentibus exinanitis, illi pecunias habebunt, vos agros non habebitis. Facile, inquit, adducentur pecuniae magnitudine, ut velint vendere. Ergo ea lex est, qua nostra vendamus quanti possimus, aliena emamus quanti possessores velint.

73. Atque in hos agros, qui hac lege empti sint, colonias ab his

---

4. *et presso* Halmius: *expresso* E F P; *oppresso* A 𝔏 O; *atque oppresso* L. — 5. *gratissima* Halmius: *gravi sua* E F A 𝔏 O; *gravibus sua* L; *grata sua* Gebhardt l. l. III. p. 40 sqq. — 6. *et vos dubitatis qui v. v. vendatis* F; *Et vos dubitatis, quin v. v. non vendatis* L. — 7. *vestrorum*] *uestrum* E F. — 12. *posset* E F A. Emendavit Naugerius in ed. Aldina. — 13. *emptus* E. — *nobis* E F A: *vobis* cum ed. Iuntina L 𝔏 O. — 15. *eos vident sibi*] *uident eos sibi eos* E. — 16. *uendiderunt* F P. — *id* Klotzius (ed. pr.): *idem* E F P; *id ipsum* T; *istud* A L 𝔏 O. — 18. *verbo* om. E F P A. Addidit Hervagius. — 19. *ac*] *et* F. — 20. *retinere* E. — 22. *hiis relictis rebus* F; *his rebus relictis* T. — 23. *sepontina* E F P; *pontina* T. — *salpinorum* E F L 𝔏. — 24. *At*] *at si* F; *aut* Turnebus. — 26. *harenam* E F A. — 28. *veneunt*] *uenierunt* G. — 30. *pecunia* G A L 𝔏: *pecuniae* E F O; *pecunio* (sic) P. — 31. *fiet et referre* E F P A. Emendavit Nic. Angelius. — 33. *omnibus* om. F. — 34. *adducuntur* E F. — 37. *sunt* E. — *his* F: *iis* ceteri. Cf. p. 630. v. 7.

decemviris deduci iubet. Quid? omnisne locus eius modi est, ut nihil intersit rei publicae, colonia deducatur in eum locum necne? An est locus, qui coloniam postulet, est qui plane recuset? Quo in genere, sicut in ceteris rei publicae partibus, est operae pretium diligentiam maiorum recordari, qui colonias sic idoneis in locis contra suspicionem periculi collocarunt, ut esse non oppida Italiae, sed propugnacula imperii viderentur. Hi deducent colonias in eos agros, quos emerint: etiamne si rei publicae non expediat? 74. Et in qvae loca praeterea videbitvr. Quid igitur est causae, quin coloniam in Ianiculum possint deducere et suum praesidium in capite atque cervicibus nostris collocare? Tu non definias, quo colonias, in quae loca, quo numero colonorum deduci velis? tu occupes locum, quem idoneum ad vim tuam iudicaris? compleas numero, confirmes praesidio, quo velis? populi Romani vectigalibus atque omnibus copiis ipsum populum Romanum coërceas, opprimas, redigas in istam decemviralem ditionem ac potestatem? XXVIII. 75. Ut vero totam Italiam suis praesidiis obsidere atque occupare cogitet, quaeso, Quirites, cognoscite. Permittit decemviris, ut in omnia municipia, in omnes colonias totius Italiae colonos deducant quos velint, iisque colonis agrum dari iubet. Num obscure maiores opes, quam libertas vestra pati potest, et maiora praesidia quaeruntur? num obscure regnum constituitur? num obscure libertas vestra tollitur? Nam, cum iidem omnem pecuniam, maximam multitudinem *obtinebunt*, iidem totam Italiam suis opibus obsidebunt, iidem vestram libertatem suis praesidiis et coloniis interclusam tenebunt, quae spes tandem, quae facultas recuperandae vestrae libertatis relinquetur?

76. At enim ager Campanus hac lege dividetur, orbis terrae pulcherrimus, et Capuam colonia deducetur, urbem amplissimam atque ornatissimam. Quid ad haec possumus dicere? De commodo vestro prius dicam, Quirites, deinde ad amplitudinem et dignitatem revertar, ut, si quis agri aut oppidi bonitate delectatur, ne quid exspectet, si quem rei p. dignitas commovet, ut huic simulatae largitioni resistat. Ac primum

1. *eiusmodi locus* cum P. Manutio L 𝔏. — 3. *postulet, est qui plane recuset* Lauredanus: *postulet est plane rectius et* E F P A 𝔏 et particula *et* omissa G; *postulet, est et qui plane recuset* L; *postulet vel plane recuset* Pantagathus. — 5. *sic*] *si* E F, quae vox videtur orta ex geminatione proximarum litterarum. — 6. *uiderentur imperii* E. — 8. Post v. *expediat* lacunae signum posuit Ussing. — *et* om. F. — 10. *nostris* E F P T: *vestris* A L 𝔏 O. — 11. *collocare*] *possint collocare* A 𝔏. — *quo col.*] *quot col.* cum Lauredano L O. Cf. I. §. 16. — 14. *coherceas* E. — 16. *obsedere* (superscr. littera *i*) E. Post hoc verbum inserendum monuit librarius verbum *cogitet* margini adscriptum. — *occupauere* litteris *ue* expunctis E. — 17. *cogitet*] *cogent* F; *cogitent* G P; *Cognoscite* E. — *permitti* E F. Librarius igitur codicis Erfurtensis sic hunc locum exhibere voluit: *Ut vero totam Italiam suis praesidiis obsidere cogitet atque occupare, cognoscite, quaeso, Quirites. Cognoscite permitti* cet. — 19. *coloniis* F. — 20. *et*] *ac* T. — *quaerunt* E. — 21. *constituit* F. — 22. *iidem*] *idem* F; om. E. — *multitudinem obtinebunt, iidem totam* Lambinus: *multitudinem id est totam* E A 𝔏 O; *multitudinem idem totam* F; *multitudinem obtinebunt, id est totam* cum Lauredano L. — 23. *idem* F P. — 24. *colonis* E. — *interclusa* E. — 26. *orbe* E F P. — 28. *Quid* Ernestius: *atqui quid* E F A L 𝔏 O; *atque quid* G T. — *prius uestro* F T. — 30. *delectatur* L: *delectentur* E F; *delectetur* A 𝔏 O. Cf. v. 31. *commovet.* — *rei p. dignitas* Orellius: *rei indignitas* G; *rei dignitas* E F A L 𝔏 O. «*p.* excidit ante *d* facillime; cf. §. 100., ubi item in Erf. deest *p.*, atque ad sententiam praeter praecedens illud *dignitatem (vestram)*, cui haec respondent, I. §. 17. 18. II. §. 79.» Wesenberg ad or. p. Sestio p. 47.

de oppido dicam, si quis est forte, quem Capua magis quam Roma delectet. Quinque milia colonorum Capuam scribi iubet. Ad hunc numerum quingenos sibi singuli sument. 77. Quaeso, nolite vosmet ipsos consolari: vere et diligenter considerate. Num vobis aut vestri similibus integris, quietis, otiosis hominibus in hoc numero locum fore putatis? Si est omnibus vobis, si maiori vestrum parti, quamquam me vester honos vigilare dies atque noctes et intentis oculis omnes rei publicae partes intueri iubet, tamen paulisper, si ita commodum vestrum feret, conivebo. Sed si quinque hominum milibus ad vim, facinus caedemque delectis locus atque urbs quae bellum facere atque instruere possit, quaeritur, tamenne patiemini vestro nomine contra vos firmari opes, armari praesidia, urbes, agros, copias comparari? 78. Nam agrum quidem Campanum, quem vobis ostentant, ipsi concupiverunt: deducent suos, quorum nomine ipsi teneant et fruantur; coëment praeterea; ista dena iugera continuabunt. Nam si dicent per legem id non licere, ne per Corneliam quidem licet. At videmus, ut longinqua mittamus, agrum Praenestinum a paucis possideri; neque istorum pecuniis quidquam aliud deesse video nisi eius modi fundos, quorum subsidio familiarum magnitudines et Cumanorum ac Puteolanorum praediorum sumptus sustentare possint. Quod si vestrum commodum spectat, veniat et coram mecum de agri Campani divisione disputet. XXIX. 79. Quaesivi ex eo Kalendis Ianuariis, quibus hominibus et quem ad modum illum agrum esset distributurus. Respondit a Romilia tribu se initium esse facturum. Primum, quae est ista superbia et contumelia, ut populi pars amputetur, ordo tribuum negligatur? ante rusticis detur ager, qui habent, quam urbanis, quibus ista agri spes et iucunditas ostenditur? Aut, si hoc ab se dictum negat et satis facere omnibus vobis cogitat, proferat; in iugera dena describat; a Suburana usque ad Arniensem nomina vestra proponat. Si non modo dena iugera dari vobis, sed ne constipari quidem tantum numerum hominum posse in agrum Campanum intelligetis, tamenne vexari rem publicam, contemni maiestatem populi Romani, deludi vosmet ipsos diutius a tribuno plebis patiemini?

80. Quod si posset ager iste ad vos pervenire, nonne eum tamen in patrimonio vestro remanere malletis? Unumne fundum pulcherrimum populi Romani, caput vestrae pecuniae, pacis ornamentum, subsidium belli, fundamentum vectigalium, horreum legionum, solatium annonae disperire patiemini? An obliti estis, Italico bello amissis ceteris vectigalibus quantos agri Campani fructibus exercitus alueritis? An ignoratis cetera illa magnifica populi Romani vectigalia perlevi saepe momento

---

2. *delectet* (ut coniecerat Weiskius) E: *delectat* F A L 𝔏 O. — *quinque milia*] .*V*. E. — 3. *quingenos* Lauredanus: *quinquagenos* E F P A; *quingentos* 𝔏. — *sumunt* E F P. — 4. *aut vestri*] *a uestris* E; *aut uestris* F A. Emendavit Nic. Angelius. — 5. *hominibus*] *omnibus* E. — 6. *si* T: *aut* cum ed. Aldina L 𝔏 O; om. E F A. — *quamquam*] *quam* E F A. Emendavit Nic. Angelius. — 8. *feret*, *conivebo*] *fert commouebo* E F P; *fert commonebo* A. Emendavit Nic. Angelius. — 11. *patienti* E; *patiamini* F. — 14. *coement* Lauredanus: *coemant* E F P A. «Fort. *coement alios praeterea*» mg. 𝔏. — 16. *quidem id licet* F. — *at*] *ac* E F P. — 25. *habent*] *emitur* E. — 27. *proferat: in singulos iugera dena describat* L. Cf. §. 85. — 28. *a Suburana* Lauredanus: *ab usura nam* E F P A; *ab Otriculana* cum ed. Iuntina 𝔏. — *ad Narniensem* cum ed. Iuntina 𝔏.

fortunae, inclinatione temporis pendere? Quid nos Asiae portus, quid scriptura, quid omnia transmarina vectigalia iuvabunt tenuissima suspicione praedonum aut hostium iniecta? 81. At vero hoc agri Campani vectigal cum eius modi est, ut et domi sit et omnibus praesidiis oppidorum tegatur, tum neque bellis infestum nec fructibus varium nec caelo ac loco calamitosum esse solet. Maiores nostri non solum id, quod Campanis ceperant, non imminuerunt, verum etiam, quod ei tenebant, quibus adimi iure non poterat, coëmerunt. Qua de causa nec duo Gracchi, qui de plebis Romanae commodis plurimum cogitaverunt, nec L. Sulla, qui omnia sine ulla religione quibus voluit est dilargitus, agrum Campanum attingere ausus est. Rullus exstitit, qui ex ea possessione rem publicam demoveret, ex qua nec Gracchorum benignitas eam nec Sullae dominatio deiecisset. XXX. Quem agrum nunc praetereuntes vestrum esse dicitis et quem per iter qui faciunt externi homines vestrum esse audiunt, is cum erit divisus, * * neque vester esse dicetur. 82. At qui homines possidebunt? Primo quidem acres, ad vim prompti, ad seditionem parati, qui, simul ac decemviri concrepuerint, armati in cives et expediti ad caedem esse possint; deinde ad paucos opibus et copiis affluentes totum agrum Campanum perferri videbitis: vobis interea, qui illas a maioribus pulcherrimas vectigalium sedes armis captas accepistis, gleba nulla de paternis atque avitis possessionibus relinquetur. At tantum intererit inter vestram et privatorum diligentiam, Quirites? Cum a maioribus nostris P. Lentulus, qui princeps senatus fuit, in ea loca missus esset, ut privatos agros, qui in publicum Campanum incurrebant, pecunia publica coëmeret, dicitur renuntiasse, nulla se pecunia fundum cuiusdam emere potuisse, eumque, qui nollet vendere, ideo negasse se adduci posse uti venderet, quod, cum plures fundos haberet, ex illo solo fundo numquam malum nuntium audisset. 83. Itane vero? privatum haec causa commovit: populum Romanum, ne agrum Campa-

1. *nos*] *uos* T. — 2. *scriptura* Gebhardt (l. l. II. p. 10 sqq.): *Syriae tura* G; *Syriae cura* A; *Syriae rura* E F L ϱ O. — *iuvant* L. — *suspensione* E. — 4. *eiusmodi sit* E F A. Emendavit Nic. Angelius. — *ut et domi* T: *ut cum domi* E F P A; *ut domi* cum ed. Iuntina L ϱ O. — 5. *neque fr.* L. — *ac loco*] *nec loco* L; *aut loco* Ussing. — 7. *Campanis* E F P A: *a Campanis* cum ed. Cratandrina ϱ; *de Campanis* cum Lauredano L O. — *ceperant*] immo *ademerant.* — *quod*] *id quod* G O. — *ei* Lauredanus, *ii* T: *et* E F A ϱ; om. G O. Cf. var. lect. §. 68. — 8. *duo*] *uero* E. — 10. *elargitus* T. — 12. *dimoveret* A ϱ. — 14. *et quem per iter qui faciunt* E: *et quem iter qui faciunt* T; *et quem pariter qui faciunt* F G A; *et quem pariter iter qui faciunt* ed. Iuntina; *et quem pariter qui iter faciunt* cum ed. Aldina ϱ; *et per quem iter qui faciunt* L. Verba *quem per iter qui faciunt* delevit Ussing. — 15. *neque vester esse dicetur* P: *nec vestrum esse dicetur* G; *neque vestrum dicetur* E F P A; *nec vester dicetur* ed. Iuntina; *neque erit neque vester esse dicetur* cum editione Hervagiana L ϱ O. — 16. *Primum* E. — 17. *concrepuerit* E; *increpuerint* G. — 19. *affluentes* E, *affluentis* A. — *perreferri* F. — 21. *captas*] *partas* L. — *paternis atque possessionibus auitis* E F. — 22. *At* E F A: *ac* cum ed. Aldina L ϱ O. — *tantum*] *quantum* Halmius. — *diligentiam, Quirites? Cum* nos: *diligentiam quod cum* E F A L ϱ O; *diligentiam? Quum* Madvigio auctore Ussing. — 23. *nostris*] *vestris* A ϱ. — *qui princeps senatus fuit* T: *qui princeps senatus* F G A O; *qui princeps senator* E P; *princeps senatus* cum ed. Aldina ϱ; *is qui princeps senatus fuit* cum Lauredano L. Cf. Divinat. in Q. Caecil. §. 69. — 24. *ut et privatos* A L ϱ. — 25. *coemerit* E F A. Emendavit Nic. Angelius. — 26. *fundum* om. E, sed margini adscriptum. — 27. *abduci* E. — *pluris* E F. — 29. *priuatorum* E F P. — *causa commouet* F P; *commouet causa* E. — *populus R.* errore typogr. ϱ.

num privatis gratis Rullo rogante tradat, non commovebit? Atqui idem populus Romanus de hoc vectigali potest dicere, quod ille de suo fundo dixisse dicitur. Asia multos annos vobis fructum Mithridatico bello non tulit; Hispaniarum vectigal temporibus Sertorianis nullum fuit; Siciliae civitatibus bello fugitivorum M'. Aquilius etiam mutuum frumentum dedit: at ex hoc vectigali numquam malus nuntius auditus est. Cetera vectigalia belli difficultatibus affliguntur: hoc vectigali etiam belli difficultates sustentantur. 84. Deinde in hac assignatione agrorum ne illud quidem dici potest, quod in ceteris, agros desertos a plebe atque a cultura hominum liberorum esse non oportere. XXXI. Sic enim dico: si Campanus ager dividatur, exturbari et expelli plebem ex agris, non constitui et collocari. Totus enim ager Campanus colitur et possidetur a plebe et a plebe optima et modestissima, quod genus hominum optime moratum, optimorum et aratorum et militum, ab hoc plebicola tribuno plebis funditus eiicitur. Atque illi miseri, nati in illis agris et educati, glebis subigendis exercitati, quo se subito conferant non habebunt: his robustis et valentibus et audacibus decemvirum satellitibus agri Campani possessio tota tradetur, et, ut vos nunc de vestris maioribus praedicatis: «Hunc agrum nobis maiores nostri reliquerunt:» sic vestri posteri de vobis praedicabunt: «Hunc agrum patres nostri acceptum a patribus suis perdiderunt.» 85. Equidem existimo, si iam campus Martius dividatur et uni cuique vestrum ubi consistat bini pedes assignentur, tamen promiscue toto quam proprie parva frui parte malitis. Quare etiam si ad vos esset singulos aliquid ex hoc agro perventurum, qui vobis ostenditur, aliis comparatur, tamen honestius eum vos universi quam singuli possideretis. Nunc vero cum ad vos nihil perveniat, sed paretur aliis, eripiatur vobis, nonne acerrime tamquam armato hosti, sic huic legi pro vestris agris resistetis?

Adiungit Stellatem campum agro Campano et in eo duodena describit in singulos homines iugera: quasi vero paululum differat ager Campanus a Stellati; sed multitudo, Quirites, quaeritur, qua illa omnia oppida compleantur. 86. Nam dixi antea, lege permitti, ut quae velint municipia, quas velint veteres colonias colonis suis occupent. Calenum municipium complebunt; Teanum opprimient; Atellam, Cumas, Neapolim,

---

1. *commouerit* E F P A. (*commovebit* ed. Veneta a. 1480.) — *atqui idem* Lauredanus: *at quidem* G; *at fidem* E F; *ad fidem* P; *at fide* A; *at idem* Theod. Mommsenius. — 5. *M'. Aquilius* Lauredanus: *M. atilius* E F P ℒ; *Manlius* A. — 7. *difficultatibus* E F P: *facultatibus* G A ℒ. — *difficultates* E F P: *facultates* G A L ℒ O. — 10. *liberorum*] *liberos* (ut coniecit Puteanus) E; om. F. — 12. *possidetur plebe* E F P. — 13. *et a plebe* cum ed. Aldina om. ℒ. — 14. *hoc plebecula* E F. — *tr. pl.* E F A: *tribuno* (om. *pl.*) cum P. Manutio L ℒ O. — 16. *robustis*] *robustissimis* E. — 17. *et audacibus* om. A. — 18. *tradatur* E F A. Emendavit Naugerius in ed. Aldina. — *vestris* om. E. — 23. *malitis* E: *malueritis* F; *malletis* A L ℒ O. — 25. *eum*] *cum* E F. — *uniuersi si quam* E. — 26. *perveniat* L: *pertineat* E F A ℒ O. — 30. *paululum* E: *paulum* F A L ℒ O. — 31. *a Stellati. Sed* Turnebus: *ac Stellatis. Et* E F P A ℒ O; *ac Stellatis. at* T; *a Stellati. Scilicet* cum Lauredano L. «*Non* ideo plura in agro St. describuntur in s. h. iugera quam in C., quod paulum inter se differant (nihil enim fere inter eos differt), *sed* ut supersint homines, quibus illa oppida (quae *colonis suis occupare* lege iis licebit) compleantur.» WESENBERG *Emendatt. Cic. Tusc.* P. III. p. 27. n. — 33. Aquila Romanus *de fig. sent.* §. 43. et Martianus Capella V. §. 536: *Capuam colonis deductis occupabunt, Atellam praesidio communient, Nuceriam, Cumas (cum hac* Mart. Cap.) *multitudine suorum obtinebunt, cetera oppida praesidiis devincient.* — 34. *Neapolim* F: *Neapolin* ceteri.

Pompeios, Nuceriam suis praesidiis devincient; Puteolos vero, qui nunc in sua potestate sunt, suo iure libertateque utuntur, totos novo populo atque adventiciis copiis occupabunt. XXXII. Tunc illud vexillum Campanae coloniae, vehementer huic imperio timendum, Capuam a decemviris inferetur: tunc contra hanc Romam, communem patriam omnium nostrum, illa altera Roma quaeretur. 87. In id oppidum homines nefarii rem publicam nostram transferre conantur, quo in oppido maiores nostri nullam omnino rem publicam esse voluerunt, qui tres solum urbes in terris omnibus, Karthaginem, Corinthum, Capuam statuerunt posse imperii gravitatem ac nomen sustinere. Deleta Karthago est, quod cum hominum copiis, tum ipsa natura ac loco, succincta portibus, armata muris, excurrere ex Africa, imminere [ita] fructuosissimis insulis populi Romani videbatur. Corinthi vestigium vix relictum est. Erat enim posita in angustiis atque in faucibus Graeciae sic, ut terra claustra locorum teneret et duo maria maxime navigationi diversa paene coniungeret, cum pertenui discrimine separarentur. Haec, quae procul erant a conspectu imperii, non solum afflixerunt, sed etiam, ne quando recreata exsurgere atque erigere se possent, funditus, ut dixi, sustulerunt. 88. De Capua multum est et diu consultatum: exstant litterae, Quirites, publicae; sunt senatus consulta complura. Statuerunt homines sapientes, si agrum Campanis ademissent, magistratus, [senatum,] publicum ex illa urbe consilium sustulissent, imaginem rei publicae nullam reliquissent, nihil fore quod Capuam timeremus. Itaque hoc perscriptum in monumentis veteribus reperietis, ut esset urbs, quae res eas, quibus ager Campanus coleretur, suppeditare posset, ut esset locus comportandis condendisque fructibus, ut aratores cultu agrorum defessi urbis domiciliis uterentur, idcirco illa aedificia non esse deleta. XXXIII. 89. Videte, quantum intervallum sit interiectum inter maiorum nostrorum consilia et inter istorum hominum dementiam. Illi Capuam receptaculum aratorum, nundinas rusticorum, cellam atque horreum Campani agri esse voluerunt: hi expulsis aratoribus, effusis ac dissipatis fructibus vestris, eandem Capuam sedem novae rei publicae constituunt, molem contra veterem rem publicam comparant. Quod si maiores nostri existimassent quemquam in tam illustri imperio et tam praeclara populi Romani disciplina M. Bruti aut P. Rulli similem futurum — hos enim nos duos adhuc vidimus, qui hanc rem publicam Capuam totam transferre vellent —, profecto nomen illius urbis non reliquissent. 90. Verum arbitrabantur Corinthi et Karthagini, etiam si senatum et magistratus sustulissent

---

1. *devincent* E F. — 2. *libertate qua utuntur* E F P; *libertate aequa utuntur* Mommsenius. — 3. *atque* om. E. — *vexillum Campanae* Lauredanus: *exilium campanae* P A 𝔏; *auxilium campanae* E; *campane exilium* F. — 4. *Capuam* A L: *Capua* E F 𝔏; *Capuae* cum cod. Turnebi O. — 6. *vestrum* E F. — *illi* E. — *nefarie* E F P A. Emendavit Naugerius in ed. Aldina. — 7. *uestram* E F P. — *vestri* A 𝔏. — 11. *portibus* E F: *portubus* A 𝔏 O. — 12. *ita*] *iam* Klotzius (cf. §. 40. p. Cluent. §. 59. Tross ad Taciti German. p. 34.); *Italiae ac* cum Lauredano L; *duabus* Gebhardt l. l. III. p. 12 sqq. — 15. *maximae* E; *maxima* F. — 16. *separentur* E F G; *separantur* A. Emendavit Naugerius in ed. Aldina. — 18. *atque eripere* F P. — 19. *consultatum* L: *dubitatum* G; *consultum* ceteri. — 21. *senatum* om. T. — 25. *comportandis* E F: *comparandis* A 𝔏. — 33. *existimavissent* T. — 35. *M.* Lauredanus: om. E F A L 𝔏. Cf. §. 92. — *P.* om. L. — 36. *vidimus* Lauredanus: *videmus* E F A. — *hanc* om. E. — 38. *Corinthi* E F A: *Corintho* cum ed. Iuntina L 𝔏 O. — *magistratus* Graevius: *magistratum* E F A L 𝔏.

agrumque civibus ademissent, tamen non defore, qui illa restituerent atque [qui] omnia ante commutarent, quam nos audire possemus: hic vero in oculis senatus populique Romani nihil posse exsistere, quod non ante exstingui atque opprimi posset, quam plane exortum ac natum esset. Neque vero ea res fefellit homines divina mente et consilio praeditos. Nam post Q. Fulvium Q. Fabium consules, quibus consulibus Capua devicta atque capta est, nihil est in illa urbe contra hanc rem publicam non dico factum, sed nihil omnino est cogitatum. Multa postea bella gesta cum regibus, Philippo, Antiocho, Persa, Pseudophilippo, Aristonico, Mithridate et ceteris; multa praeterea bella gravia, Karthaginiense, Corinthium, Numantinum; multae in hac re publica seditiones domesticae, quas praetermitto; bella cum sociis, Fregellanum, Marsicum: quibus omnibus domesticis externisque bellis Capua non modo non obfuit, sed opportunissimam se nobis praebuit et ad bellum instruendum et ad exercitus ornandos et tectis ac sedibus suis recipiendos. 91. Homines non inerant in urbe, qui malis contionibus, turbulentis senatus consultis, iniquis imperiis rem publicam miscerent et rerum novarum causam aliquam quaererent. Neque enim contionandi potestas erat cuiquam nec consilii capiundi publici; non gloriae cupiditate efferebantur, propterea quod, ubi honos publice non est, ibi gloriae cupiditas esse non potest; non contentione, non ambitione discordes. Nihil enim supererat de quo certarent, nihil quod contra peterent, nihil ubi dissiderent. Itaque illam Campanam arrogantem atque intolerandam ferociam ratione et consilio maiores nostri ad inertissimum ac desidiosissimum otium perduxerunt. Sic et crudelitatis infamiam effugerunt, quod urbem ex Italia pulcherrimam non sustulerunt, et multum in posterum providerunt, quod nervis omnibus urbe exsectis urbem ipsam solutam ac debilitatam reliquerunt. XXXIV. 92. Haec consilia maiorum M. Bruto, ut antea dixi, reprehendenda [et P. Rullo] visa sunt, neque te, P. Rulle, omina illa M. Bruti atque auspicia a simili furore deterrent. Nam et ipse, qui deduxit, et qui magistratum Capuae illo creante ceperunt, et qui aliquam partem illius deductionis, honoris, muneris attigerunt, omnes acerbissimas impiorum poenas pertulerunt. Et quoniam Bruti atque illius temporis feci mentionem, commemorabo id, quod egomet vidi, cum venissem Capuam, coloniam deductam L. Considio et Sex. Saltio, quem ad modum

2. *atque qui*] *atque* mg. 𝔏. — *omnia ante* E: *ante omnia* F A L 𝔏 O. — *communitarent* E F. — 4. *esset* om. E F A. Addidit Nic. Angelius. — 6. *Cn. Fulvium Cn. Sulpicium* L coll. Liv. XXVI. 1. — 7. *illa urbe* E F P: *ea urbe* A L 𝔏 O. — 8. *sed nihil omnino excogitatum* A; *sed omnino excogitatum* cum ed. Iuntina 𝔏; *sed omnino cogitatum* cum Lauredano O. — 10. *Carthaginense* A; *Kartaginensium* E F; *Karthaginiensium* 𝔏; *Carthaginiense III.* Lauredanus. — 11. *hac .p. R.* F; *hoc .p. R.* E. — 13. *domesticis italicis externisque* F P. — 14. *oportunissimam* E F. — *ad ercitus* E. — 15. *ac*] *a* E F. — 16. *malis*] *bonis* F. — *conditionibus* E F. — 17. *aliquam* om. E. — 22. *quod competerent* T. — 23. *arrogantem* E F: *arrogantiam* A L 𝔏 O. — 24. *ac* E F: *et* A L 𝔏 O. — 27. *omnibus urbe* E: *urbis omnibus* ceteri. — *exsectis*] *eiectis* E F G P. Emendavit Nic. Angelius. Cf. Liv. VII. 39. — 28. *ante* F. — 29. *et P. Rullo* insiticia mihi videntur. — *omina*] *omnia* E F A. Emendavit Nic. Angelius. — 31. *Capuae illo creante* Turnebus: *capua locare ante* E; *capua et locreanti* F G; *capua et locreariti* P; *Capua et Leocreanti* A; *Capuae et Leocreanti* L 𝔏 O; *Capuae ea lege creati* P. Manutius; *Capuae eo locante* Orellio auctore Klotzius. Cf. Madvigium *Philol. Schneidew.* II. p. 141. — 32. *deductionis*] *deditionis* E F G; *deditioni* P. — 33. Fort. *quoniam M. Bruti.* — 35. *consio* E F P.

ipsi loquebantur, praetoribus, ut intelligatis, quantam locus ipse afferat superbiam, quae paucis diebus, quibus illo colonia deducta est, perspici atque intelligi potuit. 93. Nam primum, id quod dixi, cum ceteris in coloniis duumviri appellentur, hi se praetores appellari volebant. Quibus primus annus hanc cupiditatem attulisset, nonne arbitramini paucis annis fuisse consulum nomen appetituros? Deinde anteibant lictores, non cum bacillis, sed, ut hic praetoribus anteeunt, cum fascibus duobus. Erant hostiae maiores in foro constitutae, quae ab his praetoribus de tribunali, sicut a nobis consulibus, de consilii sententia probatae, ad praeconem et ad tibicinem immolabantur. Deinde patres conscripti vocabantur. Iam vero vultum Considii videre ferendum vix erat. Quem hominem vegrandi macie torridum, Romae contemptum atque abiectum videbamus, hunc Capuae Campano supercilio ac regio spiritu cum videremus, Blossios mihi videbar illos videre ac Iubellios. 94. Iam vero qui metus erat tunicatorum illorum! et in Albana et Seplasia quae concursatio percontantium, quid praetor edixisset, ubi cenaret, quo denuntiasset! Nos autem, qui hinc [Roma] veneramus, iam non hospites, sed peregrini atque advenae nominabamur. XXXV. 95. Haec qui prospexerint, maiores nostros dico, Quirites, non eos in deorum immortalium numero venerandos a nobis et colendos putatis? Quid enim viderunt? Hoc, quod nunc vos, quaeso, perspicite atque cognoscite. Non ingenerantur hominibus mores tam a stirpe generis ac seminis, quam ex iis rebus, quae ab ipsa natura nobis ad vitae consuetudinem suppeditantur, quibus alimur et vivimus. Karthaginienses fraudulenti et mendaces non genere, sed natura loci, quod propter portus suos multis et variis mercatorum et advenarum sermonibus ad studium fallendi studio quaestus vocabantur. Ligures duri atque agrestes: docuit ager ipse nihil ferendo nisi multa cultura et magno labore quaesitum. Campani semper superbi bonitate agrorum et fructuum magnitudine, urbis salubritate, descriptione, pulchritudine. Ex hac copia atque omnium rerum affluentia primum illa

---

1. *intelligas* E F P. — 2. *deducta est* Wesenberg (ad or. p. Sestio p. 45.): *deducta sit* E; *deducta sunt* F; *deducta fuit* A L 𝔏 O. Cf. Madvigium *Opusc.* II. p. 222. — 4. *quibus primus annus hanc* Naugerius in ed. Aldina: *quibus primus annus hanc* E; *quibus primus annus cum hanc* F A; *quibus cum primus annus hanc* Ussing. — 7. *baculis* E. — *praetoribus*] *praetoribus urbanis* E F. — *fascibus duabus* E G; *facibus duabus* F P. — 9. *probatae* Lauredanus: *probatis* E F A 𝔏. — 11. *Considii*] *consilii* E F P. — *ferundum* E, *ferundum* F. — 12. *vegrandi* G et Lauredanus: *ut grandi* E F A 𝔏. — *atque* om. E F P A. Addidit Lambinus. Cf. p. Cluentio §. 94. — 13. *supercilio*] *praesidio* E F. — 14. *Blossios* E F P T A: *Magios, Blossios* cum Naugerio (in ed. Victoriana) L 𝔏 O. Cf. in Pison. §. 24. — *iubellos* E F P. — 15. *et* ante v. *in* om. L. — *seblasia* E F; *et in Seplasia* T. — 16. *percunctantium* E F. — *praetor*] *p. R.* E F. — *quo denuntiasset* Klotzius: *quod enunciasset* E F P; *quid enuntiasset* A L 𝔏 O. — 17. *qui hinc Roma* E: *hinc Roma qui* F A L 𝔏 O. (*Roma* recte suspectum est nescio quibus apud Lauredanum et Bakio *Schol. Hypomn.* IV. p. 75.) — *iam*] *tam* E F P. — 18. *nominabantur* F P. — *perspexerint* E. — 21. *agnoscite* F. — 22. *a*] *ex* ed. Iuntina, *e* L. — *ex*] *ab* T. — 23. *natura nobis ad vitae consuetudinem* vetus liber Turnebi: *natura bonis a uita consuetudine* E F P; *natura bonis ad uitae consuetudinem* G; *natura nobis avita a consuetudine* A; *natura loci et a vitae consuetudine* cum ed. Hervagiana L 𝔏; *natura loci ad vitae consuetudinem* O. — 27. *Ligures* E F P: *Ligures montani* A L 𝔏 O.

nata est arrogantia, quae a maioribus nostris alterum Capua consulem postulavit; deinde ea luxuries, quae ipsum Hannibalem, armis etiam tunc invictum, voluptate vicit. 96. Huc isti decemviri cum IↃↃ colonorum ex lege Rulli deduxerint, centum decuriones, decem augures, sex pontifices constituerint, quos illorum animos, quos impetus, quam ferociam fore putatis? Romam in montibus positam et convallibus, cenaculis sublatam atque suspensam, non optimis viis, angustissimis semitis, prae sua Capua, planissimo in loco explicata ac praeclarissime sita, irridebunt atque contemnent; agros vero, Vaticanum et Pupiniam, cum suis opimis atque uberibus campis conferendos scilicet non putabunt. Oppidorum autem finitimorum illam copiam cum hac per risum ac iocum contendent: Labicos, Fidenas, Collatiam, ipsum hercle Lanuvium, Ariciam, Tusculum cum Calibus, Teano, Neapoli, Puteolis, Cumis, Pompeiis, Nuceria comparabunt. 97. Quibus illi rebus elati et inflati fortasse non continuo, sed certe, si paulum assumpserint vetustatis ac roboris, non continebuntur: progredientur longius, efferentur. Singularis homo privatus, nisi magna sapientia praeditus, vix facile sese regionibus officii magnis in fortunis et copiis continet: nedum isti ab Rullo et Rulli similibus conquisiti atque electi coloni, Capuae in domicilio superbiae atque in sedibus luxuriae collocati, non statim conquisituri sint aliquid sceleris et flagitii: immo vero etiam hoc magis quam illi veteres germanique Campani, quod in vetere fortuna illos natos et educatos nimiae tamen rerum omnium copiae depravabant, hi ex summa egestate in eandem rerum abundantiam traducti non solum copia, verum etiam insolentia commovebuntur.

XXXVI. 98. Haec tu, P. Rulle, M. Bruti sceleris vestigia quam monumenta maiorum sapientiae sequi maluisti; haec tu cum istis tuis auctoribus excogitasti, ut vetera vectigalia * * * ea expleretis novo * * *

---

1. *nata*] *capta* E F P (Madvig ad Cic. de Finn. p. 664.); *apta* A. Emendavit Nic. Angelius. — *est* Wesenberg (l. l. p. 44.): *sunt* ceteri. — *quae -- postulavit*] *quae -- postularunt* E F P; *qua -- postulavit* cum ed. Hervagiana L. — *consulere* F P. — 2. *ea* om. T. — *etiam* omisit E. — *tunc* E F: *tum* A L ℒ O. — 3. *huic* E; *in hoc hinc* F. — IↃↃ Lauredanus: *modo* (*m̄o*) E F P A; *numerum* cum ed. Aldina ℒ. — 4. *deduxerunt* E F P. — 5. *constituerunt* F. — *quam*] *quem* E. — 7. *viis*] *suis* E F G P. — 8. *prae*] *pro* E F A. Emendavit Nic. Angelius. — *praeclarissime sita* nos: *prae illis semitis* E F A L ℒ O; *praeclarissimis viis* Klotzius. — 9. *contemnere* E. — *uaticantium* E F P. — *Pupinium* A, Klotzius, Ussing. Cf. Columella R. R. I. 4, 3. — 10. *opimis atque uberibus* Lauredanus: *optimis atque uberibus* P A ℒ; *optimis atque uberrimis* E F. — *scilicet*] *si licet* E F. — *non* cum ed. Iuntina om. O. — 11. *hac*] *hac inopia* T. — *ac risum* E F: *ac per risum* A L ℒ O. — 12. *contendent* P. Manutius: *contemnent* E F A. — *Labicos*] *uicos* E P; *fucos* F. — *hercle Lanuvium*] *ercleianum* E; *erculeanum* F; *ercleianum unmaum* P; *Hercle Lanuvinum* A; *hercle Lauinium* alii. — 13. *Theano* A L ℒ. — 14. *comparabunt*] *non comparabunt* cum Lauredano L. — 15. *sed certe, si paulum*] *si certe paululum* E; *si certe paulum* F P. — *uenustatis* E F P. — 16. *continebimur* E. — *progrediuntur iuncti secum ferentur* E; *progrediuntur iuncti secum feruntur* F; *progredientur cuncti secum ferentur* P; *progredientur, cuncta secum ferent* Orellius coll. Liv. XL. 49. — 17. *facile sese*] *facilis esset* E F; *facili esset* P; *facili sese* A. — *offici* E F. — 18. *in fortunis*] *infortuniis* E F. — *continetur* E F P. — 20. *luxuriae*] *luxuriosis* E F P A. Emendavit Naugerius in ed. Aldina. — *conquisituri*] «Fort. *concepturi*. Videtur illud ortum e praeced. *conquisiti*.» Or. — 21. *hoc etiam* T. — 22. *illos in vetere fortuna* L. — 25. *commorabuntur* E F P. — 26. *brute* E. — *monimenta* F. — 27. *malusti* E. — *auctoribus* Lauredanus: *actoribus* E F G A ℒ. — 28. *cogitasti* F. — *vectigalia ea expleretis novo urbi ad* E F G P A: *vectigalia venderetis, et exple-*

urbi ad certamen dignitatis opponeretis; ut sub vestrum ius, iuris dictionem, potestatem urbes, nationes, provincias, liberos populos, reges, terrarum denique orbem subiungeretis; ut cum omnem pecuniam ex aerario exhausissetis, ex vectigalibus redegissetis, ab omnibus regibus, gentibus, ab imperatoribus nostris coëgissetis, tamen omnes vobis pecunias ad nutum vestrum penderent; ut iidem partim invidiosos agros a Sullanis possessoribus, partim desertos ac pestilentes a vestris necessariis et a vobismet ipsis emptos, quanti velletis, populo Romano induceretis; ut omnia municipia coloniasque Italiae novis colonis occuparetis; ut, quibuscumque in locis vobis videretur ac quam multis videretur, colonias collocaretis; 99. ut omnem rem publicam vestris militibus, vestris urbibus, vestris praesidiis cingeretis atque oppressam teneretis; ut ipsum Cn. Pompeium, cuius praesidio saepissime populus Romanus contra acerrimos hostes et contra improbissimos cives * * * victorem atque horum conspectu privare possetis; ut nihil auro et argento violari, nihil numero et suffragiis declarari, nihil vi et manu perfringi posset, quod non vos oppressum atque ereptum teneretis; ut volitaretis interea per gentes, per regna omnia cum imperio summo, cum iudicio infinito, cum omni pecunia; ut veniretis in castra Cn. Pompeii atque ipsa castra, si commodum vobis esset, venderetis; ut interea magistratus reliquos legibus omnibus soluti sine metu iudiciorum, sine periculo petere possetis; ut nemo ad populum Romanum vos adducere, nemo producere, non senatus cogere, non consul coërcere, non tribunus plebis retinere posset.

100. Haec ego vos concupisse pro vestra stultitia atque intemperantia non miror: sperasse me consule assequi posse demiror. Nam cum omnium consulum gravis in re publica custodienda cura ac diligentia debet esse, tum eorum maxime, qui non in cunabulis, sed in campo sunt consules facti. Nulli populo Romano pro me maiores mei spoponderunt: mihi creditum est; a me petere quod debeo, me ipsum appel-

---

retis nova. Urbi Capuam ad cum ed. Hervagiana 𝔏; *vectigalia venderetis, et expleretis nova: ut urbi Capuam ad* cum P. Manutio O; *vectigalia venderetis, ut expilaretis nova, Urbi Capuam ad* L. Lacunae signum post v. *vectigalia* primus posuit Klotzius; post v. *novo* spatium «plurium vocum» reliquerunt codd. Oxonienses tres atque in Lagomarsinianis aliquot et in A addita sunt verba *DEFICIT VERSVS*. — 1. *opponeretis* P. Manutius: *opponere uis* E F A. — *iuridicionem* E; *iuridictionem* F. — 2. *potestatis* F P A. — 3. *orbem denique terrarum* L. — 5. *ab imperatoribus* E F A: *imperatoribus* (om. *ab*) cum ed. Aldina L 𝔏 O. — *tamen*] *tum* G. — 7. *possessionibus* E F P. — 8. *et* E F G T: om. A L 𝔏 O. — *nobismetipsis* E F. — 11. *ut omnem -- cingeretis* om. E, sed margini adscripta sunt. — 13. *cuius*] *quoius* E F; *quous* P. — *populus Romanus*] *.R. p.* E F. — 14. *ciues* (s. *ciuis*) *uictorem atque horum* E F G: *cuius uictoriam atque horum* P; *ciuis uictor est: horum* A; *ciues victor est, proscribere atque horum* ed. Hervagiana; *cives victor exstitit, proscr. atque horum* cum P. Manutio 𝔏 O; *cives victor evasit, proscr. atque horum* cum Lauredano L. Inter vv. *cives* et *victorem* excidisse *usus est spoliare* suspicatur Ussing. — 15. *nihil auro*] *auro nihil* E. — vv. *auro -- perfringi* importunum declamatoris alicuius supplementum videntur Ussingio. — 16. *nihil vi et manu* codd. aliquot Oxonienses et Lagomarsiniani: *nihil vel laeta manu* E, *nihil uel leta manu* F; *nihil velata manu* P; *nihilve elata manu* A; *nihil elata manu* 𝔏; *nihil vi illata et manu* L. — 19. *ut* om. E. — 21. *iudicio* E F. — 22. *populum Romanum*] *.R. p.* E. — *vos* om. E. — 23. *senatus*] *in senatum* E F P A. Emendavit Nic. Angelius. — *consules* E T A. — *tr. pl.* E F. — 24. *posset* Ernestius: *possit* E F A L 𝔏. — 25. *concupisse* E F: *concupiisse* A L 𝔏 O. — 26. *sperare* L. — 27. *publica* om. E F. — 30. *est* om. F; in E superscriptum est. — *a me*] *anne* E.

lare debetis. Quem ad modum, cum petebam, nulli me vobis auctores generis mei commendarunt, sic, si quid deliquero, nullae sunt imagines, quae me a vobis deprecentur. XXXVII. Quare modo vita suppetat, quam ego summis * * * ab istorum scelere insidiisque defendere, polliceor hoc vobis, Quirites, bona fide: rem publicam vigilanti homini, non timido, diligenti, *non ignavo* commisistis. 101. Ego is consul, qui contionem metuam? qui tribunum plebis perhorrescam? qui saepe et sine causa tumultuer? qui timeam, ne mihi in carcere habitandum sit, si tribunus plebis duci iusserit? Ego enim vestris armis armatus insignibusque amplissimis exornatus, imperio, auctoritate, non horreo in hunc locum progredi vobisque auctoribus improbitati hominis resistere, nec vereor, ne res publica tantis munita praesidiis ab istis vinci aut opprimi possit. Si antea timuissem, tamen hac contione, hoc populo certe non vererer. Quis enim umquam tam secunda contione legem agrariam suasit quam ego dissuasi? si hoc dissuadere est ac non disturbare atque pervertere. 102. Ex quo intelligi, Quirites, potest nihil esse tam populare quam id, quod ego vobis in hunc annum consul popularis affero, pacem, tranquillitatem, otium. Quae nobis designatis timebatis, ea ne accidere possent, consilio meo ac ratione provisa sunt. Non modo vos eritis in otio, qui semper esse volueratis, verum etiam istos, quibus odio est otium, aeque otiosos reddam. Etenim illis honores, potestates, divitiae ex tumultu atque ex dissensionibus civium comparari solent: vos, quorum gratia in suffragiis consistit, libertas in legibus, honos in iudiciis et aequitate magistratuum, res familiaris in pace, omni ratione otium retinere debetis. 103. Nam si ii, qui propter desidiam in otio vivunt, tamen in sua turpi inertia capiunt voluptatem ex ipso otio, quam

---

1. *debent* E F P. — 2. *sic* om. E F P. — *si quid -- deprecentur* A. Gellius VI. 16, 7. — 3. *Quare*] *Quam rem* E F P. — *modo* nos: *modo si* E F P; *modo ut* G A L 𝔏 O. — *superat* F. — 4. *quam ego summis* E P: *quam ego summus* F; *quam ego sum is* G; *quam ego sum is qui* A; *quam ego sum is qui possim* L; *quamquam ego sum is qui eam possim* cum ed. Hervagiana 𝔏; *quam ego si quivero* cum ed. Iuntina O; *quam ego si possum* Klotzius. — *defendam* de sua coniectura O. — *pollicear* E F. — 5. *bonae fidei* E F A. Emendavit Hervagius. — 6. *non ignavo* om. E F P A. Addidit Hervagius. (*non negligenti* Halmius.) — *Ego*] *Ergo* F; *Ergo ero* E. — *is*] *his* P; *hiis* F. — 7. *metuam*] *non metuam* E. — *tribunum pl.* G: *tr. pl.* F; *tribunos pl.* E A L 𝔏 O. — 9. *iusserit* E: *iussisset* F A L 𝔏 O. — *enim* G: *cum* E F P A; *nondum* cum ed. Iuntina L 𝔏. — 10. *exornatus* E F: *ornatus* A L 𝔏 O. — *horreo* E F G A: *horrui* cum ed. Iuntina L 𝔏 O. — 11. *progredi* Lambinus: *progredi posse* E F A. — *ne uereor* E; *ue uereor* F; *tene vereor* P; *nunc verear* cum ed. Iuntina L 𝔏. — 12. *res p.*] *p. r.* F. — 13. *posset* E F. — *tamen* cum P. Manutio om. L 𝔏. — *hac conditione* E F P. — 14. *legem*] *legata* E F P. — 15. *disturbare*] *perturbare* E. — *atque* E F: *ac* A 𝔏. — 20. *volueritis* G O; *voluistis* Ussing. — *quibus odio est otium, aeque otiosos* Ussing: *quibus ociosi ocium fecissemus* (*facessimus* P) *atque ociosos* E F G P; *quibus ociosi ocium fecissemus: atque ociosissimos* A; *quibus otiosi negotium fecissemus, otiosissimos* cum ed. Hervagiana 𝔏; *quibus otiosi negotium facessimus, otiosissimos* L O; *quibus otiosi otium fecissemus, aeque otiosos* Klotzius; *quibus odio est otium, quietissimos atque otiosissimos* Madvigius *Philol. Schneidew.* II. p. 142. — 23. *honos*] *hos* E F G P. — 24. *magistratuum, res familiaris* Lauredanus: *magnos timores familiares* E F G A; *magnos honores familiares* P; *magistratus et res familiares* cum ed. Hervagiana 𝔏; *magistratuum, res familiares* O. — 25. *retinere* E F P: *tenere* A L 𝔏 O. — *Nam si ii* Lambinus: *Tam etsi ii* E; *tametsi ei* P; *Tam et hii si* F; *Nam etsi ei* G; *Nam etsi ii* A; *nam si hi* ed. Iuntina. — 26. *in* ante v. *sua* om. E F. — *ex* Madvigius (*Philol. Schneidew.* II. p. 142.): *sed* E F P; *sub* A 𝔏 O; *si* L,

vos fortunati eritis, si hunc statum, quem habetis, non ignavia quaesitum, sed virtute partum tenueritis: quod ego ea concordia, quam mihi constitui cum collega invitissimis iis hominibus, qui nos in consulatu inimicissimos fore † actibus providi omnibus prospexi sane revocavi. Idem tribunis plebis denuntiavi, ne quid turbulenti me consule conflarent. Summum et firmissimum est illud communibus fortunis praesidium, Quirites, ut, quales vos hodierno die maxima contione mihi pro salute vestra praebuistis, tales reliquis temporibus rei publicae praebeatis. Pro certo polliceor hoc vobis atque confirmo, me esse perfecturum, ut iam tandem illi, qui honori inviderunt meo, tamen vos universos in consule deligendo plurimum vidisse fateantur.

---

1. *quam vos fortunati eritis* Madvigius: *quo vos fortunam regitis* E F A L ℓ O; *quanto vos fortunatiores eritis* Halmius; *quo vos fortuna meliore eritis* Mommsenius. — *quem habetis* Madvigius: *quem habetis esse* E F A L ℓ O. — *non ignavia quaesitum, sed virtute partum* Madvigius: *non ignoraui non quaesitum sed vita partum* (*partim* F) *ocium* E F P; *non ignoravi* (*ignorantini* G)*: an quaesitum sed vita partum ocium* G A; *meliorem non ignoratis, non ut quaesitum, sed vita partum otium* cum ed. Hervagiana L ℓ O. — 2. *ea* Madvigius (ap. Ussingium): *et* E F A ℓ O; *ex* L. — 3. *invitissimis iis*] *inuictissimis esse* E F P. — *qui nos* Madvigius: *quos uos* E F G P A; *quos* cum ed. Hervagiana L ℓ O. — 4. *inimicissimos fore* Madvigius: *inimico esse et corporis* E P; *inimico esse et corporibus* F; *immisistis et corporis* A; *inimicos esse et animis et corporis* cum ed. Hervagiana ℓ O; *inimicos esse et animi et corporis* L. — *actibus* (*iactibus* G) *prouidi* (*praeuidi* A) *omnibus prospexi* (*perspexi* F) *sane revocaui* E F P A: *actibus prouidi: omnibus prospexi sane et revocavi* cum ed. Hervagiana ℓ O; *acie providi: omnibus prospexi sane et praecavi* L; *iactaverant, vobis omnibus prospexi atque revocavi* Ussing. — 5. *ne* Turnebus: om. E F A ℓ. — *constarent* E; *constaret* F. — 7. *qualis -- talis* E F. — *hodierno* Nic. Angelius: *hodierna* E F A. — 8. *rei p.* Nic. Angelius: *R. p.* T; *p. R.* E F A ℓ. — 9. *certo* Nic. Angelius: *certo reperto* E; *certo repeto* P A; *certo recepto* F. — 11. *diligendo* F.

Explicit liber M. T. Cicer. de lege agraria secundus. Incipit tercius E; *Explicit secundus liber de lege agraria. Incipit tertius eiusdem M. T. C.* F; *Liber II. explicuit. Incipit III. In Rullum Trib. Pl.* P.

M. TULLII CICERONIS

DE LEGE AGRARIA

CONTRA

P. SERVILIUM RULLUM TR. PL.

ORATIO TERTIA

AD POPULUM.

I. 1. Commodius fecissent tribuni plebis, Quirites, si, quae apud vos de me deferunt, ea coram potius me praesente dixissent; nam et aequitatem vestrae disceptationis et consuetudinem superiorum et ius suae potestatis retinuissent. Sed quoniam adhuc praesens certamen contentionemque fugerunt, nunc, si videtur eis, in meam contionem prodeant et, quo provocati a me venire noluerunt, revocati saltem revertantur. 2. Video quosdam, Quirites, strepitu significare nescio quid et non eosdem vultus, quos proxima mea contione praebuerunt, in hanc contionem mihi rettulisse. Quare a vobis, qui nihil de me credidistis, ut eam voluntatem, quam semper habuistis erga me, retineatis, peto: a vobis autem, quos leviter immutatos esse sentio, parvam exigui temporis usuram bonae de me opinionis postulo, ut eam, si quae dixero vobis probabo, perpetuo retineatis, sin aliter, hoc ipso in loco depositam atque abiectam relinquatis. 3. Completi sunt animi auresque vestrae, Quirites, me gratificantem septem tyrannis ceterisque Sullanarum assignationum possessoribus agrariae legi et commodis vestris obsistere. Hoc si qui crediderunt, illud prius crediderint necesse est, hac lege agraria, quae promulgata est, adimi Sullanos agros vobisque dividi aut denique minui privatorum possessiones, ut in eas vos deducamini. Si ostendo non modo non adimi cuiquam glebam de Sullanis agris, sed etiam genus id agrorum certo capite legis impudentissime confirmari atque sanciri; si doceo agris iis, qui a Sulla sunt dati, sic diligenter Rullum sua lege consulere, ut facile appareat eam legem non a vestrorum commodorum patrono, sed a Valgii genero esse conscriptam: numquid est causae, Quirites, quin illa criminatione, qua in me absentem usus est, non solum meam, sed etiam vestram diligentiam prudentiamque despexerit?

---

2. *de* om. E. — *detulerunt* 2. — 13. *probaro* Ernestius. — 15. *gratificante* F P. — 16. *Hoc* E F T: *haec* A L 2 O. — 18. *promulgata est* Klotzius (ed. alt.): *promulgata sit* ceteri. — 22. *iis*] *his* E F 2; om. A. — *consulere sua lege* E. — 24. *Valgii*] *uulgi* E F P A. Emendavit Naugerius in ed. Aldina. — 25. *quin* om. E F P. — 26. *despexerit*] «id est: *despexisse iudicetur*» Madvig ad Cic. de Finn. p. 864.

II. 4. Caput est legis quadragesimum, de quo ego consulto, Quirites, neque apud vos ante feci mentionem, ne aut refricare obductam iam rei publicae cicatricem viderer aut aliquid alienissimo tempore novae dissensionis commovere, neque vero nunc ideo disputabo, quod hunc statum rei publicae non magno opere defendendum putem, praesertim qui otii et concordiae patronum me in hunc annum populo Romano professus sim, sed ut doceam Rullum posthac in iis saltem tacere rebus, in quibus de se et de suis factis taceri velit. 5. Omnium legum iniquissimam dissimillimamque legis esse arbitror eam, quam L. Flaccus interrex de Sulla tulit, ut omnia, quaecumque ille fecisset, essent rata. Nam cum ceteris in civitatibus tyrannis institutis leges omnes exstinguantur atque tollantur, hic rei publicae tyrannum lege constituit. Est invidiosa lex, sicuti dixi, verum tamen habet excusationem; non enim videtur hominis lex esse, sed temporis. 6. Quid, si est haec multo impudentior? Nam Valeria lege Corneliisque legibus eripitur cui datur: coniungitur impudens gratificatio cum acerba iniuria; sed tamen habet in illis legibus spem nonnullam, cui ademptum est, aliquem scrupulum, cui datum est. Rulli cautio est haec: QVI POST C. MARIVM CN. PAPIRIVM CONSVLES. Quam procul a suspicione fugit, quod eos consules, qui adversarii Sullae maxime fuerunt, potissimum nominavit? Si enim Sullam dictatorem nominasset, perspicuum fore et invidiosum arbitratus est. Sed quem nostrum tam tardo ingenio fore putavit, cui post eos consules Sullam dictatorem fuisse in mentem venire non posset? 7. Quid ergo ait Marianus tribunus plebis, qui nos Sullanos in invidiam rapit? QVI POST MARIVM ET CARBONEM CONSVLES AGRI, AEDIFICIA, LACVS, STAGNA, LOCA, POSSESSIONES — caelum et mare praetermisit, cetera complexus est — PVBLICE DATA ASSIGNATA, VENDITA, CONCESSA SVNT. A quo, Rulle? Post Marium et Carbonem consules quis assignavit, quis dedit, quis concessit praeter Sullam? EA OMNIA EO IVRE SINT. Quo iure? labefactat videlicet nescio quid. Nimium acer, nimium vehemens tribunus plebis Sullana rescindit. VT QVAE OPTIMO IVRE PRIVATA SVNT. Etiamne meliore quam paterna et avita? Meliore. 8. At hoc Valeria lex non dicit, Corneliae leges non sanciunt, Sulla ipse non postulat. Si isti agri partem aliquam iuris, aliquam similitudinem propriae possessionis, aliquam spem diuturnitatis attingunt, nemo est tam impudens istorum, quin agi secum praeclare arbitretur. Tu vero, Rulle, quid quaeris? Quod habent ut

---

4. *commovere. Neque* A O. Cf. Madvigium ad Cic. de Finn. p. 818. — 6. *populo R.* P et Lauredanus: *rei p.* E F A 𝔏 O. — *professus* P. Manutius: *confessus* E F P A. — 7. *iis* P. Manutius: *huius* E F P; *his* A L 𝔏. — 9. *L.*] *lucius* E. — *interrex*] *interea* E F; *interra* P. — 13. *sicuti* E F T: *sicut* A L 𝔏 O. — *verum*] *ueram* E F. — 14. *imprudentior* E F. — 15. *cui* F G A: *ciui* E P; *cum* cum ed. Aldina L 𝔏 O. — 16. *habet in* ed. Hervagiana: *inhibet* E F G P A; *imbibit* Orellio auctore Klotzius. — 17. *cui* E F P A: *ille, cui* cum P. Manutio L 𝔏 O. — *ademptum -- datum* Puteanus (et Madvigius apud Ussingium): *ademptus -- datus* ceteri. — 18. *qui* E F A: *quae* cum ed. Aldina L 𝔏 O. — *Cn. Papirium consules*] *Cn. cons. papirium* E F. — 21. *fore* om. E F. — 22. *nostrum* E F: *vestrum* A L 𝔏 O. — 24. *qui* E F P A: *quae* cum ed. Aldina L 𝔏 O. — 25. *agri* G: *agros* E F A L 𝔏. — 28. *quis dedit? quis assignavit? quis vendidit? quis concessit?* Puteanus. — 30. *sullanus rescindit* E P; *sillanis rescindit* F. Fort. *Sullanas res rescindit.* Cf. §. 13. — 31. *ut*] *quo* L. — *sunt* Turnebus: *sint* E F A 𝔏 O. Cf. Wesenberg ad or. p. Sestio p. 47. 48. — 35. *imprudens* E F P A. Emendavit Naugerius in ed. Aldina.

habeant? quis vetat? Ut privatum sit? ita latum est, ut melior tui soceri fundus Irpinus sit sive ager Irpinus — totum enim possidet — quam meus paternus avitusque fundus Arpinas; id enim caves. 9. Optimo enim iure ea sunt profecto praedia, quae optima condicione sunt. Libera meliore iure sunt quam serva: capite hoc omnia, quae serviebant, non servient. Soluta meliore in causa sunt quam obligata: eodem capite subsignata omnia, si modo Sullana sunt, liberantur. Immunia commodiore condicione sunt quam illa, quae pensitant: ego Tusculanis pro aqua Crabra vectigal pendam, quia mancipio fundum accepi; si a Sulla mihi datus esset, Rulli lege non penderem. III. 10. Video vos, Quirites, sicuti res ipsa cogit, commoveri vel legis vel orationis impudentia: legis, quae ius melius Sullanis praediis constituat quam paternis; orationis, quae eius modi in causa insimulare quemquam audeat rationes Sullae nimium vehementer defendere. Ac si illa solum sanciret, quae a Sulla essent data, tacerem, modo ipse se Sullanum esse confiteretur. Sed non modo illis cavet, verum etiam aliud quoddam genus donationis inducit, et is, qui a me Sullanas possessiones defendi criminatur, non eas solum sancit, verum ipse novas assignationes instituit et repentinus Sulla nobis exoritur. 11. Nam attendite, quantas concessiones agrorum hic noster obiurgator uno verbo facere conetur. Quae data, donata, concessa, vendita. Patior, audio. Quid deinde? possessa. Hoc tribunus plebis promulgare ausus est, ut, quod quisque post Marium et Carbonem consules possideret, id eo iure teneret, quo quod optimo privatum est? Etiamne si vi deiecit? etiamne si clam, si precario venit in possessionem? Ergo hac lege ius civile, causae possessionum, praetorum interdicta tollentur. 12. Non mediocris res neque parvum sub hoc verbo furtum, Quirites, latet. Sunt enim multi agri lege Cornelia publicati nec cuiquam assignati neque venditi, qui a paucis hominibus impudentissime possidentur. His cavet, hos defendit, hos privatos facit: hos, inquam, agros, quos Sulla nemini dedit, Rullus non vobis assignare vult, sed eis condonare, qui possident. Causam quaero, cur ea, quae maiores vobis in Italia, Sicilia, Africa, duabus Hispaniis, Macedonia, Asia reliquerunt, venire patiamini, cum ea, quae vestra sunt, condonari possessoribus eadem lege videatis.

---

1. *ut privatum sit? ita* Wesenberg (ad or. p. Sestio p. 47.): *ut priuatim? Sed ita* E F P; *ut priuatum sed ita* A; *Ut privatum. Sed ita* O; *ut privatum? At ita* cum Lauredano L ꝯ. — 2. *Hirpinus* O. Cf. Festum p. 78. ed. Lindem. — 6. *obligata*] *non obligata* E F P A. Emendavit Naugerius in ed. Aldina. — 7. *subsignata*] *obsignata* G; *obligata* cum ed. Aldina L ꝯ; «*obsignata* alii *subsignata*» T. — 8. *tusculanus* E. — 9. *Crabra* P. Manutius: *crebra* E F P A. — *quia mancipio* P T: *qui a mancipio* E F; *quia a municipio* cum ed. Aldina L ꝯ; *qui mancipio* ex male intellecta Garatonii adnotatione O. — 10. *Quirites*] *querere* E. — 11. *cogit* Lauredanus: *cogat* E F A. — 12. *legisque ius* E F. — *praesidiis* E F P. Cf. §. 14. 15. — 13. *eiusmodi in causa* nos: *eiusmodi causa* E F A L ꝯ O; *in eiusmodi causa* Madvigius ap. Ussingium. — 14. *Ac si* F: *at si* ceteri. — 21. *hoc* E F: *haec* A ꝯ O. — 23. *consules*] *consulibus* E F; *coss. his* P. — *possideret* Ernestius: *possidet* E F A L ꝯ O. — *quo quod* A L: *quod* E F P; *quo* cum ed. Aldina ꝯ; *quo qui* G O. — *optimo*] *optimo iure* L. — 24. *est* nos: om. ceteri. Cf. §. 7. — *deiecit* Lambinus: *eiecit* E F A ꝯ O. Cf. pro Tullio §. 44. — *si clam*] *sic iam* E F. — 27. *furtum*] *futurum* E F. — 28. *neque* L. — 29. *defendet* E F. — 30. *vobis*] *uerbis* E F. — 32. *Africa* P, *affrica* E F: om. A L ꝯ O. — 33. *reliquerunt* sex codd. Lagom.: *quaesiverunt* A L ꝯ O; om. E F P. — *venire hac lege patiamini* L.

13. Iam totam legem intelligetis, cum ad paucorum dominationem scripta sit, tum ad Sullanae assignationis rationes esse accommodatissimam. Nam socer huius vir multum bonus est; neque ego nunc de illius bonitate, sed de generi impudentia disputo. IV. Ille enim quod habet retinere vult neque se Sullanum esse dissimulat: hic, ut ipse habeat quod non habet, quae dubia sunt per vos sancire vult et, cum plus appetat quam ipse Sulla, quibus rebus resisto, Sullanas res defendere criminor. 14. Habet agros nonnullos, inquit, socer meus desertos atque longinquos: vendet eos mea lege, quanti volet. Habet incertos ac nullo iure possessos: confirmabuntur optimo iure. Habet publicos: reddam privatos. Denique eos fundos, quos in agro Casinati optimos fructuosissimosque continuavit, cum usque eo vicinos proscriberet, quoad oculis conformando ex multis praediis unam fundi regionem formamque perficeret, quos nunc cum aliquo metu tenet, sine ulla cura possidebit.

15. Et quoniam, qua de causa et quorum causa ille hoc promulgaverit, ostendi, doceat ipse, num ego quem possessorem defendam, cum agrariae legi resisto. Silvam Scantiam vendis; populus Romanus possidet: defendo. Campanum agrum dividis; vos estis in possessione: non cedo. Denique Italiae, Siciliae ceterarumque provinciarum possessiones venales ac proscriptas hac lege video; vestra sunt praedia, vestrae possessiones: resistam atque repugnabo neque patiar a quoquam populum Romanum de suis possessionibus me consule demoveri, praesertim, Quirites, cum vobis nihil quaeratur; in hoc enim vos errore versari diutius non oportet. 16. Num quis vestrum ad vim, ad facinus, ad caedem accommodatus est? Nemo. Atqui ei generi hominum, mihi credite, Campanus ager et praeclara illa Capua servatur: exercitus contra vos, contra libertatem vestram, contra Cn. Pompeium constituitur: contra hanc urbem Capua, contra vos manus hominum audacissimorum, contra Cn. Pompeium decem duces comparantur. Veniant coram et, quoniam me in vestram contionem vobis flagitantibus evocaverunt, disserant.

---

1. *intelligitis* E. — 2. *scripta sit tunc ad* P; *scriptam tum ad* T; *scripta sit, ad* (om. *tum*) cum ed. Hervagiana L 𝔏. — *commodatissimam* E F P A. Emendavit Naugerius in ed. Aldina. — 4. *generi impudentia* P. Manutius: *genere impudentiae* E F A 𝔏. — 7. *quibus rebus* E F P T: *quibus ego rebus* cum ed. Aldina L 𝔏 O. — 8. *criminor*] *criminatur* P. Manutius; *me criminatur* L. Cf. Pompeium ed. Lindem. p. 299. — 11. *Cassinati* F A L 𝔏. — *fructuosissimosque* E F: *fructuosissimos* A; *et fructuosissimos* de Lambini coniectura L 𝔏 O.— 12. *oculis conformando* Gulielmius: *oculis confirmando* E F P A; *oculis continuando* G O; *oculis contuendo* T; *oculos continuando* cum.ed. Victoriana L 𝔏. — 13. *praediis*] *praesidiis* E F. Cf. p. 643. v. 12. — *fundi*] *eundi* E F P A. Emendavit Naugerius in ed. Victoriana. — *perficeret* Ernestius: *perfecerit* E F A L 𝔏. — 15. *promulgaverit* Zumptius (ad Verr. p. 367.): *promulgavit* E F A L 𝔏 O; *promulgarit* Graevius. — 16. *ipse ***** ego* Ussing; *ipse nunc, ego* Mommsenius. — 17. *p. R.* G T: *res publica (R. p.)* E F A L 𝔏. — 19. *denique* E: *deinde* F A L 𝔏 O. — 20. *venalis* E F A. — *praedia*] *praesidia* E. Cf. p. 643. v. 12. — 21. *quoquam*] *quo* E F. — 22. *demouerit* E F P. — *praesertim, Quirites, cum* Klotzius: *Praesertimque cum* E F P; *praesertim cum* A L 𝔏 O.— 23. *in* om. E F G P A; addidit Naugerius in ed. Victoriana.— 24. *ad caedem*] *adcedem* F; *accedem* P; *accedere* E. — 25. *Atqui* P. Manutius: *Atque* E F A. — 29. *et* om. E F P. — 30. *evocaverunt* Madvigius (apud Ussingium): *convocaverunt* E F A L 𝔏 O.

Explicit Marci. tullii. cicer. de lege agraria liber tercius. Incipit oratio. M. T. Ciceronis in VERREM. E; *Expliciunt libri de lege agraria* F.

C. Rab.

M. TULLII CICERONIS

PRO C. RABIRIO

PERDUELLIONIS REO

AD QUIRITES ORATIO.

RECOGNOVIT

CAROLUS HALMIUS.

NOTARUM EXPLICATIO.

P = Palimpsestus Vaticanus, olim Palatinus XXIV, ex quo Niebuhrius fragmenta §§. 32 — 38. Romae a. 1820 primus edidit.

V = alius palimpsestus Vaticanus exiguam orationis partem p. 650. v. 11. usque ad p. 651, 1. continens, cuius lectiones Niebuhrius l. c. p. 82. vulgavit. Ego ipsa Niebuhrii collatione usus sum, quam ad marginem exempli sui Garatoniani adscripsit; cf. supra pag. 462.

S = codex Salisburgensis aulicus n. 34, nunc cod. Lat. Monacensis 15734, post I. G. Kraibingerum a me iterum collatus.

a b c d e f g h i k l m n sunt codices a Lagomarsinio collati, quos ipse his numeris significavit: 1. 3. 6. 7. 8. 9. 12. 13. 20. 24. 25. 26. 38. Lectionum apographum a Niebuhrio factum v. cl. Classenius nobiscum communicavit.

C H S T χ ψ, qui aliquot locis sunt adhibiti, sunt codd. Oxonienses.

L = editio Lambiniana 1566.

O = Orelliana prior.

Or. 2 = ed. Orelliana posterior a. 1836.

I. 1. Etsi, Quirites, non est meae consuetudinis initio dicendi rationem reddere, qua de causa quemque defendam, propterea quod cum omnibus civibus in eorum periculis semper satis iustam mihi causam necessitudinis esse duxi, tamen in hac defensione capitis, famae fortunarumque omnium C. Rabirii proponenda ratio videtur esse officii mei, propterea quod, quae iustissima mihi causa ad hunc defendendum esse visa est, eadem vobis ad absolvendum debet videri. **2.** Nam me cum

---

Inscriptio orationis. *M. T. CICERONIS PRO .C. RABIRIO PERDVELLIONE ORATIO AD QVIRITES INCIPIT.* S. Cf. Niebuhr. ad *Cic. oratt. fragm.* pag. 70.

2. *quenquam* k. — 3. *mihi iustam* f k. — 4. *capitis et famae* f. — *fortunarum* i k. cf. §. 5. — 5. *Rabiri* i m n. — 7. *visa est esse* f. — *videri debet* f.

amicitiae vetustas, cum dignitas hominis, cum ratio humanitatis, cum meae vitae perpetua consuetudo ad C. Rabirium defendendum est adhortata; tum vero, ut id studiosissime facerem, salus rei publicae, consulare officium, consulatus denique ipse mihi una a vobis cum salute rei publicae commendatus coëgit. Non enim C. Rabirium culpa delicti, non invidia vitae, non denique veteres iustae gravesque inimicitiae civium in discrimen capitis vocaverunt; sed ut illud summum auxilium maiestatis atque imperii, quod nobis a maioribus est traditum, de re publica tolleretur, ut nihil posthac auctoritas senatus, nihil consulare imperium, nihil consensio bonorum contra pestem ac perniciem civitatis valeret, idcirco in his rebus evertendis unius hominis senectus, infirmitas solitudoque tentata est. 3. Quam ob rem, si est boni consulis, cum cuncta auxilia rei publicae labefactari convellique videat, ferre opem patriae, succurrere saluti fortunisque communibus, implorare civium fidem, suam salutem posteriorem salute communi ducere: est etiam bonorum et fortium civium, quales vos omnibus rei publicae temporibus exstitistis, intercludere omnes seditionum vias, munire praesidia rei publicae, summum in consulibus imperium, summum in senatu consilium putare, ea qui secutus sit, laude potius et honore quam poena et supplicio dignum iudicare. 4. Quam ob rem labor in hoc defendendo praecipue meus est, studium vero conservandi hominis commune mihi vobiscum esse debebit. II. Sic enim existimare debetis, Quirites, post hominum memoriam rem nullam maiorem, magis periculosam, magis ab omnibus vobis providendam, neque a tribuno pl. susceptam neque a consule defensam neque ad populum Romanum esse delatam. Agitur enim nihil aliud in hac causa, Quirites, nisi ut nullum sit posthac in re publica publicum consilium, nulla bonorum consensio contra improborum furorem et audaciam, nullum extremis rei publicae temporibus perfugium et praesidium salutis. 5. Quae cum ita sint, primum, quod in tanta dimicatione capitis, famae fortunarumque omnium fieri necesse

---

1. *cum dign. hominis, cum r. humanitatis, cum meae* S a d e g h i l m n et 3 Oxx.: *tum dign. h. tum r. human. tum meae* b c f k et O. — 3. *hortata* T L. — *tum*] *at* a b c d e h k. — 4. *una a vobis* Orellius: *una vobiscum* codd., L O; *uni a vobis* Torrentius in margine ed. Ald., cf. supra pag. 601. — 6. *vitae* S e f g ψ: *vitaeque* vel *vitae quae* rell. Lagomarsiniani et Oxonn. Hinc post *vitaeque* additum est *turpitudo,* quod etiam in Lagg. plerisque exstare videtur, saltem in solis b c n deesse traditur. «*Que* arguit excidisse vocabulum aliquod, ac suppletum est in Aldina *vitaeque turpitudo*. Malim *vitaeque offensio*, quod voc. alibi v. *invidia* iungit Cicero.» Or. 2. Reliquimus lectionem *vitae,* aliquot saltem codd. testatam, cum prorsus incertum sit quid desit, nam potest etiam genitivus, velut *morum* intercidisse. (*vitae*, *Quirites* Klotzius.) — *civium* S g: *tantum* reliqui Lagg. — 8. *vobis* S f i k l n. — 10. *pernitiem* Lagg. praeter l n. — 11. vv. *in his rebus evertendis* pro gloss. habuit Ernestius; sed permultum, ut ait Orellius, ad accusatoris invidiam augendam conferunt; ait enim orator: idcirco, cum id agatur ut hae res evertantur etc. — 12. *solitudo* g. — *temptata* S. — 13. *rei p. auxilia* k. — 15. *communi salute* a b c d f. — 17. *omnis* S et Lagg. praeter a k. — *seditiosorum* e h. — 18. *summum esse in consulibus* L. — 20. *iudicare* Turnebus: *iudicari* codd. — 22. *debuit* 4 Oxonn. (habet S *debebit*) — 23. *nullam rem* L. — 24. *vobis* om. T. — 25. *a populo r.* S; *Romanum* om. f i. — 26. *in hac causa nihil aliud* b c f. — *nisi* scripsi: om. S, Oxonn. et Lagg. praeter a b e f, in quibus est *quam*, ut in editt. — 29. post *salutis* est in S g h: *K.* i. e. *kaput,* ut item infra §. 13. post *oppressa sunt*; hinc in aliis codd. factum est *R.*, ut in a b m, in aliis *P.*, ut in k, quae menda editores veteres corrigere perperam conati sunt. — *quod*] *quo* S.

est, ab Iove Optimo Maximo ceterisque dis deabusque immortalibus, quorum ope et auxilio multo magis haec res publica quam ratione hominum et consilio gubernatur, pacem ac veniam peto, precorque ab iis, ut hodiernum diem et ad huius salutem conservandam et ad rem publicam constituendam illuxisse patiantur. Deinde vos, Quirites, quorum potestas proxime ad deorum immortalium numen accedit, oro atque obsecro, quoniam uno tempore vita C. Rabirii hominis miserrimi atque innocentissimi, salus rei publicae vestris manibus suffragiisque permittitur, adhibeatis in hominis fortunis misericordiam, in rei publicae salute sapientiam quam soletis.

6. Nunc quoniam, T. Labiene, diligentiae meae temporis angustiis obstitisti meque ex comparato et constituto spatio defensionis in semihorae circulum coëgisti, parebitur et, quod iniquissimum est, accusatoris conditioni et, quod miserrimum, inimici potestati. Quamquam in hac praescriptione semihorae patroni mihi partes reliquisti, consulis ademisti: propterea quod ad defendendum propemodum satis erit hoc mihi temporis, ad conquerendum parum. 7. Nisi forte de locis religiosis ac de lucis, quos ab hoc violatos esse dixisti, pluribus verbis tibi respondendum putas: quo in crimine nihil est umquam abs te dictum, nisi a C. Macro obiectum esse crimen id C. Rabirio. In quo ego demiror meminisse te, quid obiecerit C. Rabirio Macer inimicus, oblitum esse, quid aequi et iurati iudices iudicarint. III. An de peculatu facto aut de tabulario incenso longa oratio est expromenda? quo in crimine propinquus C. Rabirii iudicio clarissimo, C. Curius, pro virtute sua est honestissime liberatus, ipse vero Rabirius non modo in iudicium horum criminum, sed ne in tenuissimam quidem suspicionem verbo est umquam vocatus. 8. An de sororis filio diligentius respondendum est? quem ab hoc necatum esse dixisti, cum ad iudicii moram familiaris funeris excusatio quaereretur. Quid enim est tam veri simile, quam cariorem huic sororis maritum quam sororis filium fuisse? atque ita cariorem, ut alter vita crudelissime privaretur, [cum] alteri ad prolationem iudicii biduum quaereretur? An de servis alienis contra legem Fabiam retentis aut de civibus Romanis contra legem Porciam verberatis aut necatis plura dicenda sunt, cum tanto studio C. Rabirius totius Apuliae, singulari voluntate Campanae vicinitatis ornetur? cumque ad eius propulsandum

---

1. *optimo* om. S. — 3. *ab his* codd. — 5. *inluxisse* a d g h. — 7. *Rabiri* g i n. — 8. *salus* codd.: *et salus* O cum ed. Iuntina. — 12. *semihorae* S f g: *se maiorem* rell. Lagg. — 13. *circulum* T, cod. Torrentii et L ex uno suo codice: *curriculum* mei et O; *articulum* al. liber teste Torrentio. — 15. *patroni* S f g l: *patri* rell. Lagg. — *partis* mei praeter f. — 17. *ad conquerendum* 2 Oxonn. (S T): *verum ad conquer.* S et g, ut videtur; *ad conquer. vero* b c e f; *ad conquer. verum* 8 rell. Lagom. — *ac delubris* T. — 19. *nihil esset* f i k l n; *nihil -- dictum esset* cod. Torrentii. — 20. *obiectum esse* S e m: *esse* om. k; *obiectum esset* rell. Lagg., 4 Oxonn., cod. Torr. — 21. *quid eque* S. — 22. *facto* suspectum Lambino. — *aut* S e g h i k l χ ψ: *et aut* f, *an* edd. et a b c d, ut videtur. Cf. infra v. 32. — 23. *expromenda* Manutius: *exprimenda* codd. et O. — *propinquo* m. — 24. *Rabiri* 6 Lagg. — *Curius* T: *Curtius* codd. rell. noti. Cf. p. Rab. Post. §. 3. (*C. Curius iudicio clarissimo* L.) — 28. *funeris*] *firmioris* S. — 31. *cum* delevit Lambinus. — *probationem* S et 5 Oxonn. — 32. *aut*] *et* cod. (?) Torrentii. — 35. *Campanae* Manutius: *Campaniae* codd. Hoc retinentes Beckius et Wolffius *vicinitatis* inducendum existimaverunt.

periculum non modo homines, sed prope regiones ipsae convenerint, aliquanto etiam latius excitatae, (quam)ipsius vicinitatis (nomen ac termini postulabant) Nam quid ego ad id longam orationem comparem, quod est in eadem multae irrogatione perscriptum, hunc nec suae nec alienae pudicitiae pepercisse? 9. Quin etiam suspicor, eo mihi semihoram ab Labieno praestitutam esse, ut ne plura de pudicitia dicerem. Ergo ad haec crimina, quae patroni diligentiam desiderant, intelligis mihi semihoram istam nimium longam fuisse.

Illam alteram partem de nece Saturnini nimis exiguam atque angustam esse voluisti: quae non oratoris ingenium, sed consulis auxilium implorat et flagitat. 10. Nam de perduellionis iudicio, quod a me sublatum esse criminari soles, meum crimen est, non Rabirii. Quod utinam, Quirites, ego [id] aut primus aut solus ex hac re publica sustulissem, ut hoc, quod ille crimen esse vult, proprium testimonium meae laudis esset! Quid enim optari potest, quod ego mallem, quam me in consulatu meo carnificem de foro, crucem de campo sustulisse? Sed ista laus primum est maiorum nostrorum, Quirites, qui expulsis regibus nullum in libero populo vestigium crudelitatis regiae retinuerunt; deinde multorum virorum fortium, qui vestram libertatem non acerbitate suppliciorum infestam, sed lenitate legum munitam esse voluerunt. IV. 11. Quam ob rem uter nostrum tandem, Labiene, popularis est? tune, qui civibus Romanis in contione ipsa carnificem,, qui vincula adhiberi putas oportere, qui in campo Martio, comitiis centuriatis, auspicato in loco crucem ad civium supplicium defigi et constitui iubes: an ego, qui funestari contionem contagione carnificis veto, qui expiandum forum populi Romani ab illis nefarii sceleris vestigiis esse dico, qui castam contionem, sanctum campum, inviolatum corpus omnium civium Romanorum, integrum ius libertatis defendo servari oportere? 12. Popularis vero tribunus pl., custos defensorque iuris et libertatis! Porcia lex virgas ab omnium civium Romanorum corpore amovit: hic misericors flagella rettulit. Porcia lex libertatem civium lictori eripuit: Labienus, homo popularis, carnifici tradidit. C. Gracchus legem tulit, ne de capite civium Romanorum iniussu vestro iudicaretur: hic popularis a duumviris, iniussu vestro, non iudicari de cive Romano, sed indicta causa civem Romanum capitis condemnari coëgit. 13. Tu mihi etiam legis Porciae, tu C. Gracchi, tu horum libertatis, tu cuiusquam denique hominis popularis mentionem facis, qui non modo suppliciis inusitatis, sed etiam verborum crudelitate inaudita violare libertatem huius populi, tentare

---

1. *convenerint* mei: *concurrerint* cod. Francianus solus ex notis, O. — 4. *mulcte* S; *multa* Lagg. Oxonn. et S m. sec. — *perscriptum* Manutius: *praescriptum* codd. — 6. *ab* mei praeter f k: *ab* om. k; *a* f, ut videtur, O. — 8. *nimis* f. — 11. *et flagitat* om. g. — 12. *Rabiri* 6 codd. Lagg. — 13. *id* delevit Beckius. «Notum nunc est, *quod utinam* ita poni, ut *quod si*, *quod ubi*, *quod quia*, *quod quoniam*.» Or. 2. At vereor ut h. l. ita positum sit. Cf. etiam Bakium ad *Cic. Leges* p. 586. — 14. *ut* liber Torrentii: *utinam* codd. rell. et edd. — *hoc* codd.: om. O cum ed. Crat. — 16. *sustulissem* 4 Oxonn. — 22. *contione* mei praeter n: *concione* O. — *vincula* T k: *vincla* rell. mei, O. — 25. *carnificis contagione* S. — 26. *nefariis* mei praeter f. — 27. *integrum ius* -- *civium Rom.* in S in margine inferiore alia manu suppleta sunt. — 30. *tulit* T. — 32. *Graccus* 7 Lagg. — 33. *duomuiris* m pr. m. — 37. *facies* f. — 38. *verberum* g m. — *crudelitate inaudita* mei praeter k, qui om. *inaudita*: *inaudita crudelitate* O.

mansuetudinem, commutare disciplinam conatus es? Namque haec tua, quae te hominem clementem popularemque delectant, I LICTOR, COLLIGA MANVS, non modo huius libertatis mansuetudinisque non sunt, sed ne Romuli quidem aut Numae Pompilii: Tarquinii, superbissimi atque crudelissimi regis, ista sunt cruciatus carmina, quae tu, homo lenis ac popularis, libentissime commemoras: CAPVT OBNVBITO, ARBORI INFELICI SVSPENDITO . . . Quae verba, Quirites, iam pridem in hac re publica non solum tenebris vetustatis, verum etiam luce libertatis oppressa sunt. V. 14. An vero, si actio ista popularis esset et si ullam partem aequitatis haberet aut iuris, C. Gracchus eam reliquisset? Scilicet tibi graviorem dolorem patrui tui mors attulit quam C. Graccho fratris, et tibi acerbior eius patrui mors est, quem numquam vidisti, quam illi eius fratris, quicum concordissime vixerat: et similis viri tu ulcisceris patrui mortem, atque ille persequeretur fratris, si ista ratione agere voluisset: et par desiderium sui reliquit apud populum Romanum Labienus iste, patruus vester, quisquis fuit, ac Ti. Gracchus reliquerat? An pietas tua maior quam Gracchi? an animus? an consilium? an opes? an auctoritas? an eloquentia? quae si in illo minima fuissent, tamen prae tuis facultatibus maxima putarentur. 15. Cum vero his rebus omnibus C. Gracchus omnes vicerit, quantum intervallum tandem inter te atque illum interiectum esse putas? Sed moreretur prius acerbissima morte milies C. Gracchus, quam in eius contione carnifex consisteret: quem non modo foro, sed etiam caelo hoc ac spiritu censoriae leges atque urbis domicilio carere voluerunt. Hic se popularem dicere audet, me alienum a commodis vestris: cum iste omnes et suppliciorum et verborum acerbitates non ex memoria vestra ac patrum vestrorum, sed ex annalium mo-

---

1. *namque* mei praeter k, qui habet *nam*, fort. rectius; *namque haec tua sunt: haec te hominem* L. — 3. *non modo* ed. Iuntina: *quae non modo* codd. L. Ravius in *Var. Lectt.* I. p. 41. locum sic constituit: *Nam quae haec tua quae te . . . delectant? — I LICTOR, COLLIGA MANVS. — Quae non modo huius libertatis m. non sunt, sed ne R. quidem aut N. Pompilii; Tarquinii . . . ista sunt cruciatus carmina. Quae tu . . . libentissime commemoras? — CAPVT OBNVBITO, ARBORI INFELICI SVSPENDITO. — Quae verba* cet. Secutus est Orellius in ed. 2., sed ne sic quidem locus restitutus videtur. — 4. *Pompili* e g i l m n. — *Tarquini* mei praeter S b c f. — 5. *ista* S f g l: *ita* codd. rell. — 7. *suspendimino* m; *suspendito mino* i l m; in aliquot codd. post *suspendito* est spatium vacuum, ut in a b c d h, Ambr., Oxon. C et S. Orellio (2) *verberato* ex formula Liviana supplendum videtur. — *quae verba* om. T. — 8. post *sunt* est in S b c d e g h signum *K*, et loco eius *R* in a et m; cf. ad p. 646. v. 29. — 12. *eius* om. T L. — 13. *similis viri* codices: *simili iure* Beckius; ego malim: *simili vi*. — 14. *ille si persequeretur* codd. mei, χ ψ. — *fratris si* Schützius: *fratris sui* S, codd. Lagg. et Oxonn.; *fratris sui si* L O, sed hic [*sui*]. — *noluisset* codd. mei et C S χ. — 16. *patruus vester*] «Suspecta haec Ernestio et Beckio. Sed ipsum v. *vester* («quem tu tuique semper crepatis», dictum non sine contemptu) arguit verum esse nec ab interpolatore profectum, qui potius inculcasset *patruus tuus*. Infra §. 23. item: *vester patruus*, ubi rursus haesit Schützius.» Or. 2. — *ac* Manutius: *et* codd. — 20. *omnis vicerit* mei praeter f. — 21. *esse* f l: *est* i n; *esse* om. mei reliqui, L O. — *prius* om. cod. Torrentii et habet post *milies*. An *potius*? — *milies* S corr.: *miles* S m. pr. et g; *in dies* f; *ille enim illi* k; *illi es* vel *illies* 4 Oxonn., rell. Lagg.; *millies* L O. — 22. *C.* addidi, cum codd. mei (praeter k) et 3 Oxonn. *prius* ante *Gracchus* iterum habeant, quae vox ex *gaius* corrupta videtur. — 23. «al. *hoc caelo*» mg. Lamb. 1584. — 25. *omnis* mei praeter n. — *verberum* 4 Oxonn., mei praeter d i k l n. «*verborum*, i. e. horrendi carminis. Firmat hoc Ambrosianus, cum alii habeant *verberum*, quam notionem amplectitur iam v. *suppliciorum*.» Or. 2. — 26. *vestrorum* S c f: *vestrum* 4 Oxonn. et rell. Lagg.

numentis atque ex regum commentariis conquisierit, ego omnibus meis opibus, omnibus consiliis, omnibus dictis atque factis repugnarim et restiterim crudelitati? nisi forte hanc conditionem vobis esse vultis, quam servi, si libertatis spem propositam non haberent, ferre nullo modo possent. 16. Misera est ignominia iudiciorum publicorum, misera multatio bonorum, miserum exsilium: sed tamen in omni calamitate retinetur aliquod vestigium libertatis. Mors denique si proponitur, in libertate moriamur; carnifex vero et obductio capitis et nomen ipsum crucis absit non modo a corpore civium Romanorum, sed etiam a cogitatione, oculis, auribus. Harum enim omnium rerum non solum eventus atque perpessio, sed etiam conditio, exspectatio, mentio ipsa denique indigna cive Romano atque homine libero est. An vero servos nostros horum suppliciorum omnium metu dominorum benignitas vindicta una liberat: nos a verberibus, ab unco, a crucis denique terrore neque res gestae neque acta aetas neque vestri honores vindicabunt? 17. Quam ob rem fateor atque etiam, Labiene, profiteor et prae me fero, te ex illa crudeli, importuna, non tribunicia actione, sed regia meo consilio, virtute, auctoritate esse depulsum. Qua tu in actione quamquam omnia exempla maiorum, omnes leges, omnem auctoritatem senatus, omnes religiones atque auspiciorum publica iura neglexisti, tamen a me haec in hoc tam exiguo meo tempore non audies: liberum tempus nobis dabitur ad istam disceptationem.

VI. 18. Nunc de Saturnini crimine ac de clarissimi patrui tui morte dicemus. Arguis occisum esse a C. Rabirio L. Saturninum: at id C. Rabirius multorum testimoniis, Q. Hortensio copiosissime defendente, antea falsum esse docuit: ego autem, si mihi esset integrum, susciperem hoc crimen, agnoscerem, confiterer. Utinam hanc mihi facultatem causa concederet, ut possem hoc praedicare, C. Rabirii manu L. Saturninum, hostem populi Romani, interfectum! — Nihil me clamor iste commovet, sed consolatur, cum indicat esse quosdam cives imperitos, sed non multos. Numquam, mihi credite, populus Romanus hic, qui silet, consulem me fecisset, si vestro clamore perturbatum iri arbitraretur. Quanto iam levior est acclamatio! quin continetis vocem, indicem stultitiae vestrae, testem paucitatis! — 19. Lubenter, inquam, confiterer, si vere

---

3. *vobis* S g: *nobis* rell. Lagg. et 5 Oxonn. — 4. *si* om. 4 Oxonn. (est in Salisb.) — 6. *mulctatio* S. — 7. *si proponitur in libertate, moriamur* distinxit Niebuhrius in exemplo suo ed. Garat. — 8. *obnuptio* L ex Pantagathi, Manutii et Mureti coni. — 11. *condictio* m et L. — *expectatio* V, cuius fragmentum ab hoc voc. incipit. — 12. *homini* V. (verba *cive Romano* in V evanuerunt.) — 13. *vindicta una* V: *una vindicta* codd. rell., L O. — 14. *liberat* V: *liberauit* S, 4 Oxonn. et Lagg.; *liberabit* L. — *a* ante *crucis* om. k. — 15. *vestri* V et codd. plerique: *nostri* b d e L. — 16. *Labiene* V: *T. Labiene* codd. rell. et editt. (Niebuhrius varietatem p. 82. non attulit.) — 17. *crudelitate* a b c d e h et S m. sec. — *inportuna* V. — 19. *omnis leges* S. — *omnis* codd. plerique. — 20. *religionis* V k. — *publica* om. f i l n et cod. Torrentii. — 23. *carissimi* Manutius, qui ironiam non agnovit; *clarissimi viri, patrui tui* Lamb. in marg. 1584. — 24. *at id* Turnebus: *et id* codd. L O. — 27. *profiterer* Torrentius in marg.; et sic item v. 34. — 28. *Rabiri* 5 Lagg. — 30. *indicet* coni. Beckius. — *ciuis* mei praeter c f. — 33. *lenior* al. in mg. Lamb. — *adclamatio* V. — *quin compescitis vocem istam, indicem stultitiae, testem paucitatis* Quintil. XI. 3, 169. Rufinianus quoque de fig. sent. §. 33. locum affert, qui habet: *quin continetis vocem vestram* cet. — 34. *lubenter* V: *libenter* rell., L O. — *confiteor* a b d e h k m et 5 Oxonn.

possem, aut etiam, si mihi esset integrum, C. Rabirii manu L. Saturninum esse occisum, et id facinus pulcherrimum esse arbitrarer: sed quoniam id facere non possum, confitebor id, quod ad laudem minus valebit, ad crimen non minus. Confiteor interficiendi Saturnini causa C. Rabirium arma cepisse. Quid est, Labiene? quam a me graviorem confessionem aut quod in hunc maius crimen exspectas? Nisi vero interesse aliquid putas inter eum, qui hominem occidit, et eum, qui cum telo occidendi hominis causa fuit. Si interfici Saturninum nefas fuit, arma sumpta esse contra Saturninum sine scelere non possunt: si arma iure sumpta concedis, inter*fectum iure concedas necesse est.*

In vetustissimo exemplari deest una charta.

VII. 20. Fit senatus consultum, ut C. Marius L. Valerius consules adhiberent tribunos pl. et praetores, quos eis videretur, operamque darent ut imperium populi Romani maiestasque conservaretur. Adhibent omnes tribunos pl. praeter Saturninum, praetores praeter Glauciam: qui rem publicam salvam esse vellent, arma capere et se sequi iubent. Parent omnes. Ex aedificiis armamentariisque publicis arma populo Romano, C. Mario consule distribuente, dantur. Hic iam, ut omittam cetera, de te ipso, Labiene, quaero: cum Saturninus Capitolium teneret armatus, esset una C. Glaucia, C. Saufeius, etiam ille ex compedibus atque ergastulo Gracchus, addam, quoniam ita vis, eodem Q. Labienum, patruum tuum; in foro autem C. Marius et L. Valerius Flaccus consules, post cunctus senatus atque ille senatus, quem etiam vos ipsi, qui hos patres conscriptos, qui nunc sunt, in invidiam vocatis, quo facilius de hoc senatu detrahere possitis, *laudare consuevistis:* cum equester ordo — at quorum equitum [Romanorum], di immortales! patrum nostrorum atque eius aetatis, † quae tum magnam partem rei publicae atque omnem dignitatem iudiciorum tenebat —: cum omnes omnium ordinum homines, qui in salute rei publicae salutem suam repositam

---

1. *si mihi es*] in his litteris deficit V. — *Rabiri* 6 Lagg. — 3. *confiteor id* a b c d e h et 3 Oxonn. — 10. *concedis - - necesse est*] codd. mance: *concedis inter*; supplementum primum inveni in Manutiana a. 1541. — 11. *in vetust. - - charta*] ita adnotatum est in b c d e h m, et similiter in S. — 14. *adhibent* S k: *adhiberent* f C; *adhibere* i; *adhiberet* rell. Lagg. et Oxonn. — 15. *omnis* codd. plerique. — *praetores* Manutius: om. codd., cum nota *pr.* ante *praeter* interciderit. Ante Manutium Turnebus et Ant. Augustinus suppleverant: *omnes praetores,* et sic L. — 17. *aedificiis*] *ede sui ancus* S g m; in rell. Lagg. *aedificiis* extare videtur, nisi quod in i k n *ancus* vel *anciis*, in f *arvis* additum est; *aedificiis sacris* S in marg.; *aedificiis aedibus sacris* H; *aedibus sacris* Schützius; *aede Sancus* Mommsenius. — *armamentarisque* g i k m. — 19. *teneret, armatus esset una* L cum edd. vett. — 21. *atque ex ergastulo* L. — 25. *laudare consuevistis* abest a codicibus. — 26. *Romanorum* Ernestius delevit cum ed. Veneta 1480. — 27. *nostrum* 4 Oxonn., mei praeter f. — *atque* S, sed sup. lin. *aut.* — *quae . . . tenebat*] «Admodum inconcinna haec esse sensit Lambinus proponens *qui - - tenebant.* Sed etiam nunc legendum censeo: *qui* (ordo equester) *tenebat.* Nam *aetas,* quaecumque tandem est, *magnam partem rei p. tenere* non potest: *patrum nostrorum* autem *et eius aetatis* significat eos omnes, qui paulo maiores vel minores natu patribus nostris fuerunt simulque cum his vixerunt.» OR. 2. Nec his quicquam lucramur; desideratur enim, si quid video, verbum, unde genetivi *patrum - - aetatis* suspensi sint; ipse tentavi: *patrum n. atque eius aetatis, qua tam magnam partem rei p. - - tenebat*, *illustrissimorum* (vel *illustrissimus,* si malis cum *equester ordo* coniungere), i. e. equitum illustrissimorum aetatis patrum nostrorum et eius, qua equester ordo . . . tenebat. — 29. *qui* om. S.

esse arbitrabantur, arma cepissent: quid tandem C. Rabirio faciendum fuit? 21. De te ipso, inquam, Labiene, quaero: cum ad arma consules ex senatus consulto vocavissent, cum armatus M. Aemilius, princeps senatus, in comitio constitisset, qui cum ingredi vix posset, non ad insequendum sibi tarditatem pedum, sed ad fugiendum impedimento fore putabat; cum denique Q. Scaevola, confectus senectute, perditus morbo, mancus et membris omnibus captus ac debilis, hastili nixus et animi vim et infirmitatem corporis ostenderet; cum L. Metellus, Ser. Galba, C. Serranus, P. Rutilius, C. Fimbria, Q. Catulus omnesque, qui tum erant, consulares pro salute communi arma cepissent; cum omnes praetores, cuncta nobilitas ac iuventus accurreret, Cn. et L. Domitii, L. Crassus, Q. Mucius, C. Claudius, M. Drusus; cum omnes Octavii, Metelli, Iulii, Cassii, Catones, Pompei, cum L. Philippus, L. Scipio, cum M. Lepidus, cum D. Brutus, cum hic ipse P. Servilius, quo tu imperatore, Labiene, meruisti; cum hic Q. Catulus admodum tum adolescens, cum hic C. Curio, cum denique omnes clarissimi viri cum consulibus essent: quid tandem C. Rabirium facere convenit? utrum inclusum atque abditum latere in occulto atque ignaviam suam tenebrarum ac parietum custodiis tegere, an in Capitolium pergere atque ibi se cum tuo patruo et ceteris ad mortem propter vitae turpitudinem confugientibus congregare? an cum Mario, Scauro, Catulo, Metello, Scaevola, cum bonis denique omnibus coire non modo salutis, verum etiam periculi societatem? VIII. 22. Tu denique, Labiene, quid faceres tali in re ac tempore? cum ignaviae ratio te in fugam atque in latebras impelleret, improbitas et furor L. Saturnini in Capitolium arcesseret, consules ad patriae salutem ac libertatem vocarent: quam tandem auctoritatem, quam vocem, cuius sectam sequi, cuius imperio parere potissimum velles? — Patruus, inquit, meus cum Saturnino fuit. — Quid? pater quicum? quid? propinqui vestri, equites Romani? quid? omnis praefectura, regio, vicinitas vestra? quid? ager Picenus universus, utrum tribunicium furorem an consularem auctoritatem secutus est? 23. Equidem hoc affirmo, quod tu nunc de tuo patruo praedicas, neminem umquam adhuc de se esse confessum: nemo est, inquam, inventus tam profligatus, tam perditus, tam ab omni non modo honestate, sed etiam simulatione honestatis relictus, qui sé in Capitolio fuisse cum Saturnino fateretur. — At fuit vester patruus. — Fuerit, et fuerit nulla desperatione rerum suarum, nullis domesticis vulneribus coactus; induxerit eum L. Saturnini familiaritas, ut amicitiam patriae praeponeret: idcircone opor-

---

6. *perditus* codd. mei et reliqui noti omnes: *praepeditus* ed. 1472, L O. Hoc Graevio aliisque levius videtur, contra aliis *perditus* nimium. Valerius Maximus III. 2, 18, qui sua ex hoc loco desumpsit, habet: *Quibus allatis ultima senectute confectum et paene dilapsum corpus induit spiculoque innixus ante fores curiae constitit* etc. — 9. *Seranus* c f k. — *omnes qui* a b c d e h et 4 Oxonn. — 10. *pro salute omnium* a b c d e h χ. — 11. *Cn.*] *C.* codd. iidem. — 12. *Domitii* Manutius: *Domitius* codd. mei et edd. veteres. — *Mutius* S. — 13. *Octavi* S a e g i k l m n. — *Crassi* b c d e f. — *Pompei* C c d: *Pompeii* codd. rell. L O. — 15. *Q. Metellus* e. — 16. *tum* om. S. — 21. *cum M. Scauro* S C. — 25. *repelleret* ψ. — 29. *quid vicini propinqui* k. — *nostri* a b c d e h et 4 Oxonn. — 33. *de se* S T f g i k l m n, cod. Torr.: *de sese* rell. Lagg., L O. — 36. *at fuit* ed. Aldina 1519: *affuit* codd. — *fuerit nulla* f: *fuerit et nulla* i k l n; *fuerit in nulla* S et rell. Lagg.

tuit C. Rabirium desciscere a re publica? non comparere in illa armata multitudine bonorum? consulum voci atque imperio non obedire? **24.** Atqui videmus haec in rerum natura tria fuisse, ut aut cum Saturnino esset aut cum bonis aut lateret. Latere mortis erat instar turpissimae, cum Saturnino esse furoris et sceleris, (virtus et honestas et pudor cum consulibus esse cogebat) Hoc tu igitur in crimen vocas, quod cum iis fuerit C. Rabirius, quos amentissimus fuisset si oppugnasset, turpissimus, si reliquisset? IX. At C. Decianus, de quo tu saepe commemoras, quia, cum hominem omnibus insignem notis turpitudinis, P. Furium, accusaret summo studio bonorum omnium, queri est ausus in contione de morte Saturnini, condemnatus est: et Sex. Titius, quod habuit imaginem L. Saturnini domi suae, condemnatus est. Statuerunt equites Romani illo iudicio improbum civem esse et non retinendum in civitate, qui hominis, hostilem in modum seditiosi, imagine aut mortem eius honestaret, aut desideria imperitorum misericordia commoveret, aut suam significaret imitandae improbitatis voluntatem. **25.** Itaque mihi mirum videtur, unde hanc tu, Labiene, imaginem, quam habes, inveneris. Nam Sex. Titio damnato, qui istam habere auderet, inventus est nemo. Quod tu si audisses aut si per aetatem scire potuisses, numquam profecto istam imaginem, quae domi posita pestem atque exsilium Sex. Titio attulisset, in rostra atque in contionem attulisses, nec tuas umquam rationes ad eos scopulos appulisses, ad quos Sex. Titii afflictam navem et in quibus C. Deciani naufragium fortunarum videres. Sed in his rebus omnibus imprudentia laberis. Causam enim suscepisti antiquiorem memoria tua: quae causa ante mortua est, quam tu natus es: qua in causa tute profecto fuisses, si per aetatem esse potuisses, eam causam in iudicium vocas. **26.** An non intelligis, primum, quos homines et quales viros mortuos summi sceleris arguas? deinde, quot ex his, qui vivunt, eodem crimine in summum periculum capitis arcessas? Nam si C. Rabirius fraudem capitalem admisit, quod arma contra L. Saturninum tulit, huic quidem afferet aliquam deprecationem periculi aetas illa, qua tum fuit: Q. vero Catulum, patrem huius, (in quo summa sapientia, eximia virtus, singularis humanitas fuit,) M. Scaurum illa gravitate, illo consilio, illa prudentia, duos Mucios, L. Crassum, M. Antonium, qui tum extra urbem cum praesidio fuit, quorum in hac civitate longe maxima consilia atque ingenia fuerunt, ceteros pari dignitate praeditos, custodes gubernatoresque rei publicae, quem ad modum mortuos defendemus? **27.** Quid de illis honestissimis viris atque optimis civibus, equitibus Romanis, dicemus, qui tum una cum senatu salutem

---

2. *voci* Sfg: *voce* 5 Oxonn. et rell. Lagg. — 6. *his* a d k; *is* f. — 11. *condemnatus et* (om. *est*) f i l n; fort. *et* delendum. — 14. *imagine* ed. Aldina 1519: *imaginem* codd. — 16. *imitandam* S et 4 Oxx. — 17. *quam tu habes* mei praeter f. — 20. *exitium* nescio qui apud Manutium et Torrentius in marg. — 21. *umquam*] *inquam* S. — *attulisset*] *attulit* Baiterus. — 25. *es* idem: *esses* ceteri. — *qua in causa tute profecto fuisses, si per aetatem esse potuisses, eam cum in iudicium vocas*, *non intelligis* etc. suspicatur Ravius *Var. lectt.* II. p. 161. — 27. *intellegis* n. — 28. *quod* S. — *ex his* S et 7 Lagg.: *ex iis* e g h i l n, ut videtur, et L O. — 29. *periculum capitis* mei: *capitis periculum* L O. — *accersas* S. — 31. *afferret* S f k m n et g corr.; *affert* d e h. — 32. *illa in qua* al. in mg. Lamb. — 34. *Mutios* S. — 38. *optumis* i l n.

rei publicae defenderunt? quid de tribunis aerariis ceterorumque ordinum omnium hominibus, qui tum arma pro communi libertate ceperunt? X. Sed quid ego de iis omnibus, qui consulari imperio paruerunt, loquor? de ipsorum consulum fama quid futurum est? L. Flaccum, hominem cum semper in re publica, tum in magistratibus gerendis, in sacerdotio caerimoniisque, quibus praeerat, diligentissimum, nefarii sceleris ac parricidii mortuum condemnabimus? adiungemus ad hanc labem ignominiamque mortis etiam C. Marii nomen? C. Marium, quem vere patrem patriae, parentem, inquam, vestrae libertatis atque huiusce rei publicae possumus dicere, sceleris ac parricidii nefarii mortuum condemnabimus? 28. Etenim si C. Rabirio, quod iit ad arma, crucem T. Labienus in campo Martio defigendam putavit, quod tandem excogitabitur in eum supplicium, qui vocavit? Ac, si fides Saturnino data est, quod abs te saepissime dicitur, non eam C. Rabirius, sed C. Marius dedit, idemque violavit, si in fide non stetit. Quae fides, Labiene, qui potuit sine senatus consulto dari? Adeone hospes es huiusce urbis, adeone ignarus disciplinae consuetudinisque nostrae, ut haec nescias, ut peregrinari in aliena civitate, non in tua magistratum gerere videare? 29. Quid iam ista C. Mario, inquit, nocere possunt, quoniam sensu et vita caret? — Itane vero? tantis in laboribus C. Marius periculisque vixisset, si nihil longius, quam vitae termini postulabant, spe atque animo de se et gloria sua cogitasset? At, credo, cum innumerabiles hostium copias in Italia fudisset atque obsidione rem publicam liberasset, omnia sua secum una moritura arbitrabatur. Non est ita, Quirites: neque quisquam nostrum in rei publicae periculis cum laude ac virtute versatur, quin spe posteritatis fructuque ducatur. Itaque cum multis aliis de causis virorum bonorum mentes divinae mihi atque aeternae videntur esse, tum maxime, quod optimi et sapientissimi cuiusque animus ita praesentit in posterum, ut nihil nisi sempiternum spectare videatur. 30. Quapropter equidem et C. Marii et ceterorum virorum sapientissimorum ac fortissimorum civium mentes, quae mihi videntur ex hominum vita ad deorum religionem et sanctimoniam demigrasse, testor, me pro illorum fama, gloria, memoria non secus ac pro patriis fanis atque delubris propugnandum putare; ac si pro illorum laude mihi arma capienda essent, non minus strenue caperem, quam illi pro communi salute ceperunt. Etenim, Quirites, exiguum nobis vitae curriculum natura circumscripsit, immensum gloriae. XI. Quare si eos, qui iam de vita decesserunt, ornabimus, iustiorem nobis mortis conditionem relinquemus. Sed si illos, Labiene, quos iam videre non possumus,

---

3. *de his* a b e f k. — *loquor? ipsorum* susp. Lambinus. — 6. *caeremoniisque* L. — 11. *iit in arma* 1 Oxon. (S) — *T.* om. g. — 16. *hospes es* scripsi: *es* om. codd. et editt. [*hospes es* firmat cod. Torrentii. Bait.] — *ignarus es disciplinae* L O contra codd. Lectionem primum inveni in Ascens. 1511. — 17. *nostrae*] *nostrae civitatis* f i l n. — 19. *quoniam*] *qui iam* vel *quando iam* susp. Ernesti. — 22. *innumerabilis* mei praeter f. — 24. *quisquam* e k, ut videtur: *quisquis* f; *quisque* S et rell. Lagg. — 28. *optumi* n. — 29. *nisi*] *praeter* χ. — 31. *ac fortissimorum* om. k. — 32. *ad deorum regionem* susp. Lamb. in marg. — 33. *fanis*] «Ut sunt dii patrii et penates, sic eorum fana ac delubra quidni *patria* appellari possint? Monendum hoc erat propter Ernestium, qui pro *fanis* volebat *sacris*.» Or. 2. — 37. *quare*] *qua* Torrentius in marg. — 38. *condictionem* m.

negligis, ne his quidem, quos vides, consuli putas oportere? 31. Neminem esse dico ex his omnibus, qui illo die Romae fuerit, quem tu diem in iudicium vocas, pubesque tum fuerit, quin arma ceperit, quin consules secutus sit; omnes hi, quorum tu ex aetate coniecturam facere potes, quid tum fecerint, abs te rei capitis C. Rabirii nomine citantur. — At occidit Saturninum Rabirius. — Utinam fecisset! non supplicium deprecarer, sed praemium postularem. Etenim si Scaevae, servo Q. Crotonis, qui occidit L. Saturninum, libertas data est, quod equiti Romano praemium dari par fuisset? et si C. Marius, quod fistulas, quibus aqua suppeditabatur Iovis Optimi Maximi templis ac sedibus, praecidi imperarat, quod in clivo Capitolino improborum civium * * *

Fragmenta a Niebuhrio ex codice palimpsesto Vaticano edita.

XII. 32. * * * aret. Itaque non senatus in ea causa cognoscenda me agente diligentior aut inclementior fuit, quam vos universi, cum orbis terrae distributionem atque illum ipsum agrum Campanum animis, manibus, vocibus re*pudiavistis*.

33. Idem ego, quod is, qui *est* auctor huius iudicii, clamo, praedico, denuntio: nullus est reliquus rex, nulla gens, nulla natio quam pertimescatis: nullum adventicium, nullum extraneum malum est, quod *insinuare* in hanc *rem publicam possit*: si immortal*em* hanc civitate*m* *esse* vultis, si aeter*num hoc* imperium, si *gloriam* sempiternam *manere*, nobis a nostri*s cupi*ditatibus, a tu*rbulen*tis hominibus *atque no*varum rerum *cupidis*, *ab intestinis malis*, a domesticis co*nsiliis* est cavendum. 34. Hisce autem m*alis magn*um praesid*ium vo*bis maiores ve*stri reli*querunt vo*cem* illam consulis «qui r*em publicam* salvam esse *vellent*.» Huic voci fave*te*, *Quirites*, *neque v*estro iudicio *abstu*leritis mihi ......, neque eripueri*tis*

---

1. *ne his quidem* ed. Aldina 1519: *mihi quidem* codd. — 2. *ex his* S a c d f k m et 4 Oxonn.: *ex iis* rell. Lagg., L O. — *fuerit* C: *fuerint* codd. noti reliqui, L O. — 4. *consecutus* i. — *hi* k: *ii* S et rell. Lagg., ut videtur, L O. — 5. *rei capitis* S et meliores Lagg.: *rei* om. a b c d e h m et Oxonn. — *Reum citari* dixit Cicero etiam p. Sest. §. 35 et p. Mil. §. 50, sed non additus est in his locis genetivus. — *Rabiri* 6 Lagg. — 7. *Scevae* codd. plerique. — 8. *Crotoni* f i l n; *Cretonis* g; *Cretonio* S; fort. *Critoni* s. *Critonii*. — *romani* S. — 10. *iovis optimi max*. S; *I. O. M.* a b c d e f h m n; *ID.M.* i; *idibus marciis* T k. — 11. *Capitoleo* T. — post *civium* legitur in e f h n: *In exemplari desunt duo folia quae fuerunt abscissa*; in S: *deficit finis*; in d i l m: *Sequitur oratio pro Q. Comoedo*, additumque in m: *et sic finis praecedentis orationis et sequentis initium*. — Niebuhrius post *civium* supplet: *caedem fecerat*. — 15. *diligentior* Niebuhrius: *diligenter* P. — 17. Quae litteris inclinatis impressa sunt, supplementa sunt Niebuhrii, nisi aliter indicatum est. — 18. *is qui est auctor* scripsi: *ISQ.AVCTOR* P; Niebuhrius *est* post *iudicii* addidit, et sic O. — 19. *RELIQVS* P. — 20. *malumst* P. — 21. «Cum cod. habeat tantum ... *nuare*, melius sane Niebuhrius supplevit *insinuare*, quod ita sine pron. *se* solet usurpare Cicero, quam *manare* Beierus.» Or. 2. — 22. *uollis* P. — *aeternum hoc* Klotzius: *aeternum* O cum Nieb. — 24. *ab intestinis periculis, a domesticis conatibus* supplevit Beierus. — 26. *COS. QVI* P. — *vellent* supplevi: *volunt* Wesenbergius in *Emendatt. Tuscul.* I. p. 24 (ad IV. §. 51), recte monens in hac formula numerum pluralem solemnem esse (v. §. 20); *volt* Nieb. et O. — 27. *neque* Nieb.: fort. *neve*. — «post *mihi* Nieb. supplevit *rem publicam*; sed sententia postulat potius *consulare imperium*, ut est §. 2, vel *consulare ius*, utrumvis per notam *COS.* in cod. scriptum; cf. Nieb. p. 78 «spatium amplius quattuor vel quinque litteris non patitur.» Venit etiam in mentem e §. 38 supplere *amicum*.» Or. 2. Fort. supplendum est: *VĪ COS.*, i. e. *vim consulis*.

rei publicae spem libertatis, spem salutis, spem dignitatis. 35. Quid facerem, si T. Labienus caedem civium fecisset, ut L. Saturninus, si carcerem refregisset, si Capitolium *cum armatis* occupavisset? Facerem idem, quod C. Marius fecit: ad senatum referrem, vos ad rem publicam defendundam cohortarer, armatus *ipse* vobiscum armato obsisterem. Nunc quoniam armorum suspicio nulla est, tela non video, non vis, non caedes, non Capitolii atque arcis obsessio est, sed accusatio perniciosa, iudicium acerbum, res tota a tribuno pl. suscepta contra rem publicam, non vos ad arma vocandos *esse*, *verum* ad suffragia cohortandos contra oppugnationem vestrae maiestatis putavi. Itaque nunc vos omnes oro atque obtestor hortorque: non ita mos est, consulem, cum es * * * * *

36. * * timet: qui hasce ore adverso pro re publica cicatrices ac notas virtutis accepit, is ne quod accipiat famae vulnus † perhorrescit: quem numquam incursiones hostium loco movere potuerunt, is nunc impetum civium, cui necessario cedendum est, perhorrescit. 37. Neque a vobis iam bene vivendi, sed honeste moriendi facultatem petit: neque tam ut domo sua fruatur, quam ne patrio sepulchro privetur, laborat. Nihil aliud iam vos orat atque obsecrat, nisi uti ne se legitimo funere et domestica morte privetis; ut eum, qui pro patria nullum umquam mortis periculum fugit, in patria mori patiamini.

38. Dixi ad id tempus, quod mihi a tribuno pl. praestitutum est: a vobis peto quaesoque, ut hanc meam defensionem pro amici periculo fidelem, pro rei publicae salute consularem putetis.

Servius ad Verg. Aen. I, 13: Cicero pro Rabirio: et cum universo populo Romano, tum vero equestri ordini longe carissimus.

---

4. *idem* scripsi: *id* Nieb. et O. Illud cum re ipsa, tum spatio vacuo magis commendatur. — *fecit* Nieb.: ego malim *fecerat*. — 5. *defendundam* P: *defendendam* O. — 6. *nullast* P. — 7. *obsessiost* P. — 8. *PL.* P: *plebis* O, et sic item v. 21. — *susceptam* P. — 9. *vocandos esse*, *verum* scripsi: *vocandos mihi esse sed* O cum Niebuhrio. — 11. *COS.* P. Beierus locum ita constituit: *Itaque nunc vos omnes oro*, *obtestor*, *hortor*, *Q.* (Quirites), *nolite nos et coss. omnes privare firmissimo praesidio rei p. defendendae.* — 13. *accipit* P. — *uolius* pro *uolnus* P. — *perhorrescit . . . cedendum est perhorrescit*] «Ita cod., id quod sane locum non habet. Niebuhrius igitur correxit: *volnus pertimescit . . . ced. est, perhorrescit.* Sed v. *pertimescit* post v. *timet* minime placet, nec vero probabilior est Beieri ratio: *v. perhorrescit . . . ced. est, pertimescit.* Ego prius *perhorrescit* pro gloss. habeo adeoque eiiciendum puto; ac sane facillime posterius *perhorrescit* ad prius membrum referri potest.» Or. 2. — 14. *NVMQ* P cum linea infra *Q*; *nunquam* O. — *incursione* P. — 17. *tam* Niebuhrius: *iam* P. — 19. *patriam* P. — *unquam* O. — 20. *mori* (pro *mortis*) et deinde *pati* P; utrumque emendavit Niebuhrius. — 25. Fragmentum ex Servio additum deest in editionibus.

Cat.

M. TULLII CICERONIS

INVECTIVARUM

IN L. CATILINAM

LIBRI QUATTUOR

EX RECENSIONE

CAROLI HALMII.

NOTARUM EXPLICATIO.

a = cod. Mediceus Plut. 45, 2, saec. XIV., a Lagomarsinio collatus et num. 62 signatus.
b = cod. Benedictoburanus, nunc cod. Lat. Mon. 4611, saec. XII., a me collatus.
c = cod. Mediceus Plut. 48, 10, saec. XV., a Lagomarsinio collatus et num. 10 signatus.
d = cod. olim Duisburgensis, nunc Bonnensis, saec. XIV., a Fleckeiseno collatus.
e in or. I. et II. = cod. Emmeranus sive Ratisbonensis, nunc Lat. Mon. 14781, saec. XII., a me collatus.
e in or. IV. = cod. Erfurtensis.
g = cod. Gudianus secundus a Fleckeiseno collatus.
h = cod. Salisburgensis aulicus n. 34, nunc Lat. Mon. 15734, saec. XV. a Car. Prantelio collatus.
i = cod. Indersdorfensis, nunc Lat. Mon. 7809 saec. XIII., a me collatus.
k = cod. Mediceus Plut. 48, 22 a Poggio scriptus, saec. XV., a Lagomarsinio collatus et num. 22 signatus.
l = cod. Erlangensis n. 38 saec. XV., a me collatus.
m = cod. Marburgensis, ab Ottone in *Comment. ad codd. bibliothecae Gissensis* p. 277 sqq. collatus. Cum hic codex simillimus sit Emmerani, eius lectiones tantum a fine libri II., ubi Emmeranus deficit, integrae exscriptae sunt.
o = cod. Tegernseensis, nunc Lat. Mon. 19474, saec. XIII., a me collatus.
p = lectiones a P. Pithoeo ad margines exempli ed. Lambinianae a. 1581, quod exstat in bibl. Heidelbergensi, adscriptae. Post Graevium iterum exscripsi.
q = cod. Mediceus a Lagomarsinio collatus et num. 58 signatus.
r = cod. Rhenaugiensis n. 127 saec. XII., post Orellium a me iterum collatus.
s = cod. Salisburgensis S. Petri n. 14, nunc Lat. Mon. 15964, saec. XI., a me collatus.
t = cod. Tegernseensis, nunc Lat. Mon. 15734, saec. XI., post C. Prantelium a me iterum collatus.
u = cod. Egmontanus, nunc Bruxellensis, saec. XI., a Baitero collatus.
w = cod. Windbergensis, nunc Lat. Mon. 22281, saec. XIII., a me collatus.
x = cod. Mediceus Plut. 50, 45, saec. XI., a Lagomarsinio collatus et num. 63 signatus.
y = cod. Lagomarsinianus num. 60. Hic tantum primam orationem habet.
z = cod. Lagomarsinianus num. 42.
ϛ = cod. Car. Stephani.
B = codd. Lagom. num. 2 et 11, qui plerumque cum codd. Grimanianis Mureti conspirant.
C = codd. g h k.
V = codd. Lagom. 1. 3. 6. 7. 8. 9. 24, eiusdem recensionis, quam edd. posteriores Venetae habent.

R = codd. reliqui praeter nominatim allatos.
L = ed. Lambiniana a. 1566.
O = ed. Orelliana prior a. 1826.

Praeter a c k q x y z B V novem alios codd. Lagomarsinius contulit, quos his numeris signavit: 16. 20. 21. 43. 46. 50. 53. 57. 65. Ego in commentario critico integram dedi lectionum diversitatem codd. C a b c d e i o p q r s t u x y z, selectam reliquorum.

ORATIO PRIMA

HABITA IN SENATU.

I. 1. Quousque tandem abutere, Catilina, patientia nostra? quam diu etiam furor iste tuus nos eludet? quem ad finem sese effrenata iactabit audacia? nihilne te nocturnum praesidium Palatii, nihil urbis vigiliae, nihil timor populi, nihil concursus bonorum omnium, nihil hic munitissimus habendi senatus locus, nihil horum ora vultusque moverunt? patere tua consilia non sentis? constrictam iam horum omnium scientia teneri coniurationem tuam non vides? quid proxima, quid superiore nocte egeris, ubi fueris, quos convocaveris, quid consilii ceperis, quem nostrum ignorare arbitraris? 2. O tempora! o mores! Senatus haec intelligit, consul videt: hic tamen vivit. Vivit? immo vero etiam in senatum venit, fit publici consilii particeps, notat et designat oculis ad caedem unum quemque nostrum. Nos autem, fortes viri, satis facere rei publicae videmur, si istius furorem ac tela vitemus. Ad mortem

---

INSCRIPTIO. *M. Tullii Ciceronis in Catilinam Inuectiuarum liber primus incipit. Oratio habita in senatu* d; *M. T. C. inuectiuarum liber .I.* s; *M. T. C. inuectiuarum liber primus in Catilinam* t; *Inc. liber M. T. C. inuectiuarum in Catilinam* u; *Incipit tullius inuectiuarum in catilinam* b; *Liber Inuectiuarum in Catilinam primus Tuly Ciceronis marci inc.* l; *M. T. C. in Catilinam oratio foeliciter inc.* h; *Inuecciones Tullii in Catilinam* e; *Incipiunt Inuectiue* i; *in cathilinam inuectiue incipiunt* g; *Inuectio in Catilinam* a; *Inuectiua in Cat. prima* Lg. 46. 65; *Inuectiuarum in Cat.* x, Lg. 1. 8. 16. 43. 50. 53. 57; *in Cat. oratio prima* B c k z, Lg. 6. 9. 24. Codd. reliqui titulo carent. A grammaticis, ut a Nonio, Diomede, Arusiano Messio, Prisciano, Cledonio (p. 1934 ed. P.), item ab Augustino de Civit. Dei III. 15 aut *libri in Cat.* aut *Inuectiuarum libri* citari solent. Cf. quae adnotavi in ed. Lips. a. 1851 p. 13 not. 56.

1. *et quam diu* t. — 2. *etiam* om. C cum Pompeio p. 81 ed. Lind., in e est *etiam* sup. lin.; sed firmant vocem Iulius Victor p. 258 ed. Bait. et Anecd. Parisina Eckst. p. 5. — *iste tuus furor* e; *tuus* om. l. — *eludet nos* e; *nos* om. Victor l. c. et Donatus ad Terent. Eun. I. 1, 10; *nos* post *quam diu* habent b c s V, 2 alii, L. *(nos eludet* Anecd. Par. l. c.) — *effrenata sese* g h. — 3. *nihilne -- moverunt* Quintil. IX. 3, 30. — *te* om. g h. — *palacii praesidium* o. — 4. *timores* g h. — *consensus* L et q solus cum Quintil. *(concursus* Diomedes p. 439.) — *omnium*] *civium* z, Lg50. 57. — 5. *hic* o habet ante *concursus* sup. lin. — *senatus habendi* Diomedes contra Quintil. et Prisc. I. p. 409. II. p. 131. — 6. *movent* B a d r contra Diom. et Quintil. — *iam* om. b l s. — *horum omnium* B C a e o r y Lg46 cod. Colon.: *omnium horum* R L O. — 7. *conscientia* V c z Lg21 soli ex meis, L O. — *superiori* a d. — 8. *egere* u; *gesseris* ς. — *quos convocaveris* post *ceperis* habent g h o r, sed o cum signo transpositionis. — 9. *et quem* (ex *ecquem)* o. — *arbitrare* d. — 10. *hoc* V z et 6 alii Lagg. — *hic adhuc tamen* y. — *vero* om. y, e post *etiam* sup. lin. habet. *(immo vero* Quintil. IX. 3, 44.) — *etiam* om. C y. — 11. *particeps cons.* e. — *notat animo et* h k; *notat ac* o. — 12. *autem* om. s. — *fortes viri* B C a o r y z Lg46. 53 et ς: *viri fortes* R L O. Cf. III. 3, 8. — 13. *tela ac furorem* C. — *vitamus* d.

te, Catilina, duci iussu consulis iam pridem oportebat, in te conferri pestem, quam tu in nos [iam diu] machinaris. 3. An vero vir amplissimus, P. Scipio, pontifex maximus, Tiberium Gracchum, mediocriter labefactantem statum rei publicae, privatus interfecit: Catilinam orbem terrae caede atque incendiis vastare cupientem, nos consules perferemus? Nam illa nimis antiqua praetereo, quod C. Servilius Ahala Spurium Maelium, novis rebus studentem, manu sua occidit. Fuit, fuit ista quondam in hac re publica virtus, ut viri fortes acrioribus suppliciis civem perniciosum quam acerbissimum hostem coërcerent. Habemus senatus consultum in te, Catilina, vehemens et grave; non deest rei publicae consilium neque auctoritas huius ordinis; nos, nos, dico aperte, consules desumus. II. 4. Decrevit quondam senatus, ut L. Opimius consul videret ne quid res publica detrimenti caperet: nox nulla intercessit; interfectus est propter quasdam seditionum suspiciones Gaius Gracchus clarissimo patre, avo, maioribus; occisus est cum liberis M. Fulvius consularis. Simili senatus consulto C. Mario et L. Valerio consulibus est permissa res publica. Num unum diem postea L. Saturninum tribunum pl. et C. Servilium praetorem mors ac rei publicae poena remorata est? At nos vicesimum iam diem patimur hebescere aciem horum auctoritatis. Habemus enim huiusce modi senatus consultum, verum inclusum in tabulis, tamquam in vagina reconditum: quo ex senatus consulto confestim te interfectum esse, Catilina, convenit. Vivis, et vivis non ad deponendam, sed ad confirmandam audaciam. Cupio,

---

1. *duci Cat.* d. — *in teque* e. — 2. *pestem* B a y z Lg50 57, ς: *pestem istam* R L O. — *in nos* a b c k l s t u w: *in omnes* ς; *in nos omnes* R L O. (in o *omnes* sup. lin.) — *iam diu* i l t u: om. b s; *iam* om. g h; *iam dudum* d e o r w (Lagom. de suis tacet). — *An vero -- perferemus* Quintil. VIII. 4, 13. — *at vero* u. — 4. *Catilinam* B a d soli cum Quintil.: *Cat. vero* R; O *vero* inclusit. — 5. *incendio* d; *insidiis* i. — *vastare* g ante *caede* habet. — 6. *C.* cod. Mureti (?), aliquot edd. vett.: *C.* om. Lg16 pr. m.; *Q.*, *que*, *Quintus* R. Fort. praenomen delendum est, ut est p. Mil. §. 8. — *Spurium* mei plerique: *Sp.* O. — 7. *Maelium* a: *melium*, *aelium* (u), *elium* R. — *interfecit* c d. — *fuit* d semel habet. — 8. *quondam ista* C o r y. — *virtus in hac re p.* C o r. — 9. *hostem acerb.* o. — *habemus* B C a d p q y z: *habemus vero* o et 3 Lagg.; *hab. enim* R L. — 10. *sen. cons.* d post *grave* habet. — *in te* o t; *in te* om. p. — *et grave* om. ς. — 11. *huius auctoritas* o. — *aperte dico* e contra Prisc. II. p. 53. — 12. *consules*] *nos consules* Prisc. — 13. *intercessit mox interfectus* V y et 6 alii Lagg. — 14. *Gaius* e g l o r t u: *C.* O. — 15. *clarissimus* a; *ex clarissimo* e. — *patre avo maioribus* a b s ς, Colon.: *patre avo a maioribus* p; *patre natus avo a mai.* c; *patre a maioribus* i r u w x; *patre natus a maior.* C d e o t q y z (sed e in ras. m. 2.) — *est* om. r (*cum lib. occ. est* y z). — 16. *consulto occisus est C.* g h. — 17. *permissa est* B V y z et 4 alii Lagg. soli ex meis, L O. — *rei p. potestas* d. — 18. *Servilium* om. d. — *praetorem* plenis litteris d e g h: *pr.* cum linea i l t u; *p. r.* b r s; *praetorem p. r.*. o; *prona* a; *praetorem* om. 6 Lagg. dett. — *mors* om. Lg65 (nonne etiam *ac*?); *mors ac* om. cod. Grimanianus Mureti probante Wundero in *Niebuhrii* Mus. Rhen. III. p. 283.; *C. Serv. praetorem P. R. mors ac poena* F. A. Wolf *(verm. Schriften* p. 439.); *rei p.* O inclusit. *(L. Saturnini trib. pl. et C. Servilii praetoris P. R. mortem eorum dignitas remorata est* L.*)* Cf. adnot. meam in ed. Lips. et Madvigii *Opusc.* I. p. 186. — 19. *at nos* V a x et 3 alii Lagg.: *ac nos* d; *at nos vero* w; *at vero nos* R L. — *iam* om. e. — 20. *enim* om. p. — *huiusce modi* B C a e o r y z et 3 alii Lagg.: *eius modi* Lg16 43 50 57; *huiusmodi* R O; *eiusdem modi* L. — *consultum senatus* r. *(severum* a pro: *s. c. verum.)* — 21. *verum* C a e o q u ς Lg46 53, L: om. Lg50 57; *verum tamen* R O. — *tanquam* g s. — *in vagina ensem* Lg50 57; *gladium* post *reconditum* addit d; *gladium in vagina* L O, sed O [*gladium*]. — *ex* om. r. — 22. *te interf. esse* B C a d e o y et 5 alii Lagg. (sed k *te confestim)*: *interf. esse te* c; *interf. te esse* R L O. — 23. *et* om. g. — *audaciam* post *deponendam* habent B C et Lg53 contra Quintil. IX. 3, 29.

patres conscripti, me esse clementem, cupio in tantis rei publicae periculis me non dissolutum videri: sed iam me ipse inertiae nequitiaeque condemno. 5. Castra sunt in Italia contra populum Romanum in Etruriae faucibus collocata; crescit in dies singulos hostium numerus; eorum autem castrorum imperatorem ducemque hostium intra moenia atque adeo in senatu videmus intestinam aliquam quotidie perniciem rei publicae molientem. Si te iam, Catilina, comprehendi, si interfici iussero, credo, erit verendum mihi, ne non hoc potius omnes boni serius a me quam quisquam crudelius factum esse dicat. Verum ego hoc, quod iam pridem factum esse oportuit, certa de causa nondum adducor ut faciam. Tum denique interficiere, cum iam nemo tam improbus, tam perditus, tam tui similis inveniri poterit, qui id non iure factum esse fateatur. 6. Quam diu quisquam erit, qui te defendere audeat, vives, et vives ita, ut vivis, multis meis et firmis praesidiis obsessus, ne commovere te contra rem publicam possis. Multorum te etiam oculi et aures non sentientem, sicut adhuc fecerunt, speculabuntur atque custodient.

III. Etenim quid est, Catilina, quod iam amplius exspectes, si neque nox tenebris obscurare coetus nefarios, nec privata domus parietibus continere voces coniurationis [tuae] potest? si illustrantur, si erumpunt omnia? Muta iam istam mentem, mihi crede; obliviscere caedis atque incendiorum. Teneris undique; luce sunt clariora nobis tua consilia omnia, quae iam mecum licet recognoscas. 7. Meministine me ante diem XII Kalendas Novembres dicere in senatu, fore in armis certo die,

---

2. *periculis rei p.* o z. — *me* om. a et Lg9 20; ed. Steph., L; *cupio P. C. me clementem, cupio in t. r. p. periculis non dissolutum videri* Wunderus l. c. — *sed iam me* e m: *sed in me* l; *sed me* g h; *sed etiam me* b d i o r s t u. (Lagom. de suis tacet.) — *ipse* a c d (sed d *ipse* ante *condemno* habet): *ipsum* R L. — 3. *contra p. R.* B a b c i l r s t u, Lg21 65: *contra rem p.* R L O. — 5. *horum* o. — *castrorum* om. h; *imperatorem castrorum* V k et 3 alii Lagg. soli, L O. — 6. *adeo* om. y. — *videtis* a (?) c o p y z, ϛ. — *perniciem cotidie* C d; *cotidie* om. o. — 7. *mouentem* u. — *Si te -- dicat* Quintil. IX. 3, 19. — *iam* om. d e o et Quintil.; *Catilina iam* r. — *si te interfici* t u, Lg46. — 8. *erit mihi verendum* C; *ver. erit mihi* s. — *non* om. B q x et 6 alii Lagg. — *hoc potius* C e o x y z Lg50 57 et Quintil. codd. optimi: *hoc* om. l; habet post *boni* r; *potius hoc* R. — 9. *serius factum a me q. q. crudeliter* C et Lg53. — *dicant* q y et 9 alii Lagg. — 10. *hoc ego* c; *ergo hoc* t. — 11. *adducar* i. — *interficiere* a b c e o s, Colon., Lg50 57 (sed a: *interficieris*): *interfici convenit* B; *interficiam te* R L O. Cf. Madv. *Opusc.* II. p. 334. — *nemo tam perditus* d. — 12. *possit* b s. — 14. *et vives* om. c; *sed vives* Weiske et Madvigius, Op. I. p. 186. At cf. in Verr. III. §. 190 et C. Nauckium in *Annall. nov. philol. et paedag.* Vol. 67, p. 375. — *ut* C b d i l m r s t u et Lag46: *uti* Lg16 43; *ut nunc* e o et rell. (omnesne?) Lagg., L O. — 15. *obsessus* C a c d (hic m. sec.) q et 3 alii Lagg.: *oppressus et obsessus* B; *oppressus* R. — *nec* b; *ne quid* Lg50. — *te* om. a et Lg50 57, unde suspicari possis: *ne quid movere contra r. p. possis*; at est §. 7 item: *commovere te contra r. p.* — 18. *Et quid* p (ex *ecquid*?) — 19. *coetus* a c d et 8 alii Lagg., ut videtur: *coeptus* t u; *ceptus* R. — *neque* b c s L. — *cont. parietibus* c. — 20. *vocem* 11 Lagg. dett., L. — *tuae* om. d l r t u x, Lg16 43. — *elustrantur* g h; *lustrantur* codd. Nonii p. 335; *si illustrantur* d post *omnia* habet. — *erumpent* r. — 21. *iam* om. C contra Nonium. — *mentem istam* d. — *mihi crede* ante *teneris* ponendum censent Heumannus et Wunderus l. c. p. 285. At v. adnot. meam in ed. Lips. — 22. *teneberis* i u s; *tenebris* b r. — *clar. sunt luce* d; *luce sunt clar.* e; *luce clar. nobis sunt* r; *luce clar. patent* ϛ. — 23. *iam* C a c d r u et 7 alii Lagg.: *etiam* R O. — *me* om. a. — *in ante diem* q y; *diem* om. g t u w x contra Prisc. II. p. 265. — 24. *Kal. Novembris* i r t u w; *K.* (*Kl.* vel *Kalendarum*) *novembrium* c d e o q y aliique Lagg.; *K. n.* b g h s. — *certo die fore in armis* V L.

qui dies futurus esset ante diem vi Kal. Novembres, C. Manlium, audaciae satellitem atque administrum tuae? Num me fefellit, Catilina, non modo res tanta, tam atrox tamque incredibilis, verum, id quod multo magis est admirandum, dies? Dixi ego idem in senatu, caedem te optimatium contulisse in ante diem v Kalendas Novembres, tum cum multi principes civitatis Roma non tam sui conservandi quam tuorum consiliorum reprimendorum causa profugerunt. Num infitiari potes te illo ipso die meis praesidiis, mea diligentia circumclusum commovere te contra rem publicam non potuisse, cum tu discessu ceterorum nostra tamen, qui remansissemus, caede te contentum esse dicebas? 8. Quid? cum te Praeneste Kalendis ipsis Novembribus occupaturum nocturno impetu esse confideres, sensistine illam coloniam meo iussu meis praesidiis, custodiis, vigiliis esse munitam? Nihil agis, nihil moliris, nihil cogitas, quod non ego non modo audiam, sed etiam videam planeque sentiam. IV. Recognosce tandem mecum noctem illam superiorem: iam intelliges multo me vigilare acrius ad salutem quam te ad perniciem rei publicae. Dico te priore nocte venisse inter falcarios (non agam obscure) in M. Laecae domum; convenisse eodem complures eiusdem amentiae scelerisque socios. Num negare audes? quid taces? convincam, si negas. Video enim esse hic in senatu quosdam, qui tecum una fuerunt. 9. O di immortales! ubinam gentium sumus? in qua urbe vivimus? quam rem publicam habemus? Hic, hic sunt in nostro nu-

---

1. *dies* om. C contra Prisc. — *in ante* b e i s q x y, alii Lagg. — *VI* a c o p t Lg. 46. 50. 57. et d sup. lin. cum Prisciano (II. p. 209. et 265.): *III* u ς; *VII* e; *VIIII* b s; *VIII* C i l r w et rell. Lagg., L. — *Kal. Novembrium* d e o et aliquot Lagg. cum codd. Prisc. (*novembris* habent i r t u w.) — *Mallium* c w y O et 8 alii Lagg. *Μάλλιος* scribunt historici Graeci praeter Ioannem Antiochenum, qui item *Μάνλιος* habet; v. *Fragm. Hist. Graec. ed. C. Mueller* IV. p. 564. *Manlius* habet etiam cod. Bamb. Flori IV. 1, 8. — 2. *militem* t. — *ministrum* d g k o. — *num ne fef.* u. — 3. *tam* om. y; *tam atrox* om. ς. — *tam incredibilis* c V O; *atque incr.* y z. Cf. §. 11. — 4. *admir. est* d e; *est* om. g o. — *ergo* u. — *idem* om. l et Diomedes p. 384. — *opt. te contul.* d. — 5. *optimatium* mei optimi et cod. Mon. Diomedis: *optimatum* q y z B C V L O. — *in* om. t et 4 Lagg. — *diem sextum* d. — *novembris* i r t; *novembrium* d e o et aliquot Lagg. — 6. *Roma* om. g; *Romae* c h o q r t u x; *romanae* y z (d *Roma* ante *profug.* habet). — *non tam servandi* y. — 7. *num*] *nec* r. — *inficiari* mei plerique. — 8. *illo* om. V y z. — *ipso* om. b s. — *nec commovere* e, qui deinde *non* om. — 9. *te* om. d. — *tu* om. g; *te* b s x. — *in discessu* x. — 10. *tamen*] *tantum* e et 6 Lagg. — *te contentum* B C a c e o q y, Lg. 53. 57: *te* om. b s; *contentum te* R L O. — 11. *cum te* a, Lg. 1. 8. 24., L: *cum tu* B C d q r y Lg. 46. 50. 57.; *cum* o, qui *tu te* post *novembr.* habet: *cum tu te* R O. — *novembribus* plenis litteris b l r s t u w: *novembris* e g. — *te occupaturum* B d q y z. — 12. *sensistin* a et ς; *sensisti* p. — *iussu meo* e. — *meis* Ernesti delendum censuit. — 13. *cust.*] *meis custodiis* c. — *vigiliis* a y z, Lg. 3. 9. 43. 53., L: *vigiliisque* R O. — *n. cogitas n. moliris* d. — 14. *quod non ego* scripsi praeeunte Madvigio (*Opusc.* I. p. 141.), qui *quin* coniecerat: *non ego* om. g y z; *quod ego* R L O. — *non modo non audiam* c d h k m o r, 3 alii Lagg., O. — *etiam non videam* O ex Manutii coni. — *pleneque* u. — 15. *tandem mecum* B a e o z, Lg. 50. 53. 57: *mecum tandem* R. — *illam sup. noctem* V c q y z. — 17. *priore* om. ς; *priori* C V d e i o y z. (*priore* habet Prisc. II. p. 203. Kr.) — 18. *in manlii* u; *in meam* t. — *Laecae* a b: om. t; *lecae, lace, leccae* R. — *venisse* p; *convenisse et* e. — 20. *si negabis* B. — *enim* om. a. — *hic esse* l r, Lg. 46. 50. 57.; *esse* om. B d w, cod. Lamb. et Parc. prob. Wundero l. c. p. 284. — *in senatu hic* b s. — 21. *affuerunt* i, *fuere* L. — *di* b s: *dii* O. — *in qua u. vivimus? quam r. p. habemus?* C a c d p r y z, Lg. 46. 53: *quam r. p. habemus? in qua u. vivimus?* R L O, Donatus ad Terent. Adelph. IV. 5, 51. et Martianus Capella V. §. 505. — 22. *hic* semel habent t u. — *in nostro sunt* d. — *nostro in numero* e i l o t u, Lg. 6. 46., O.

mero, patres conscripti, in hoc orbis terrae sanctissimo gravissimoque consilio, qui de nostro omnium interitu, qui de huius urbis atque adeo de orbis terrarum exitio cogitent. Hos ego video [consul] et de re publica sententiam rogo; et quos ferro trucidari oportebat, eos nondum voce vulnero. Fuisti igitur apud Laecam illa nocte, Catilina; distribuisti partes Italiae, statuisti quo quemque proficisci placeret, delegisti quos Romae relinqueres, quos tecum educeres, descripsisti urbis partes ad incendia, confirmasti te ipsum iam esse exiturum, dixisti paulum tibi esse etiam nunc morae, quod ego viverem. Reperti sunt duo equites Romani, qui te ista cura liberarent et sese illa ipsa nocte paulo ante lucem me in meo lectulo interfecturos pollicerentur. 10. Haec ego omnia, vixdum etiam coetu vestro dimisso, comperi, domum meam maioribus praesidiis munivi atque firmavi, exclusi eos, quos tu ad me salutatum miseras, cum illi ipsi venissent, quos ego iam multis ac summis viris ad me id temporis venturos esse praedixeram.

V. Quae cum ita sint, Catilina, perge, quo coepisti, egredere aliquando ex urbe; patent portae: proficiscere. Nimium diu te imperatorem tua illa Manliana castra desiderant. Educ tecum etiam omnes tuos, si minus, quam plurimos; purga urbem. Magno me metu liberabis, dum modo inter me atque te murus intersit. Nobiscum versari iam diutius non potes: non feram, non patiar, non sinam. 11. Magna dis immortalibus habenda est atque huic ipsi Iovi Statori, antiquissimo custodi huius urbis, gratia, quod hanc tam taetram, tam horribilem tamque infestam rei publicae pestem totiens iam effugimus. Non est saepius in uno homine summa salus periclitanda rei publicae. Quam diu mihi,

---

1. *orbe* t. — *gravissimo* s. — 2. *concilio* i et o corr. — *de nostro omnium* C a c e p r et 6 alii Lagg.: *de nostro* y z; *de nostrum omnium* b d i o q s t u x ς; *de meo omniumque* V; *de meo nostrumque omnium* L O contra codd. — *adeo de* B a d, Lg. 53., Auctor incertus in Anecd. Paris. (p. 9. ed. Eckst.): *adeo* R L O. — 3. *cogitant* e. — *hos* B a p z ς, Lg. 50. 57.: *hosce* R L O. — *consul ego video* g h r; *consul* om. k p ς; in w *consul* in marg. eadem m. suppletum est. — *et dicere de* q y. — 4. *interrogo et quos iam dudum trucidari* e. — *voce nondum* C. — 5. *apud M. Laecam* q. At v. Anecd. rhet. Paris. p. 6. — *illa*] *ea* L. — 6. *delegasti* h k. — 7. *Roma* b i s t. — *partes urbis* e; *u. pariter* u. — 8. *exit. esse* y z, Lg. 50. 57.; *esse* om. b. — *paulum* C a r ς, Lg. 20. 21.: *paullum* o; *paululum* R L O. — 9. *esse* om. ς. — *etiam tum* O ex coni. Ernestii. At v. adnot. meam in ed. Lips. (*morae etiam nunc* d.) — 10. *Romani* om. p. — *et se* g h o r; *et ipsi sese* y z. — *ipsa* om. b pr. m. — *ante diem* g. — 11. *me in meo lecto* ς cum Probo (Instit. II. 1. 53. p. 131. Lind.) et Claudio Sacerdote p. 58.; *me meo in lecto* t. (Ad lectionem ed. Garat. *me meo in lectulo*, quam nullus meorum habet, Niebuhrius nullam varietatem codd. Lagg. exscripsit.) Etiam in or. Sullanae §. 52. incertum est sitne *in meo lecto* an *in m. lectulo* scribendum. — *interfecturos* V a q u y z: *interf. esse* ς R. — 12. *meam* om. ς. — 13. *ad me salutatum* r: *ad me mane salut.* i; *mane ad me salut.* V, Lg. 20. 43. 46., L O; *ad me salut. mane* R. (*salutandum* V et Lg. 20.) — 14. *et summis* i et ς; *ac summis* excidit in L. — 15. *esse* om. b s; *vent. esse id temp.* d; *vent. id temp. esse* L. — 16. *exi egredere* d. — 17. *nimium iam diu te* Rufinianus *de fig. sent.* §. 27.; *nimium iam te illa diu* q. — *imperatorem*] *impia* a. — 18. *Malliana* V e y z et 6 alii Lagg., O. (*tua M. illa* i.) — *etiam* om. V. — *tuos* om. e. — 19. *sin minus* d. — *metu me* V; *me* om. ς. (*me metu* Arusianus p. 245.) — 20. *me et te* d. — *conversari* s. — 21. *non sinam non patiar* e; *non patiar* om. m. — *dis* b i s: *diis* O. — 22. *ipsi* om. s. — *huius urbis custodi* c d. — 23. *gratia* habent post *habenda est* V e, Lg. 20. 21. 65., L O. — *tamque horrib.* e r. — *tam infestam* C d. — 24. *iam tociens* d. — *est* om. C, Lg. 50. 57.; *est* o r habent ante *summa.* — *iam in uno* g. — 25. *pericl. summa salus* d w; *sal. summa pericl.* V; *salus summa rei* (*rei p.* Lamb. in marg. ed. 1584) *pericl.* L.

consuli designato, Catilina, insidiatus es, non publico me praesidio, sed privata diligentia defendi. Cum proximis comitiis consularibus me consulem in campo et competitores tuos interficere voluisti, compressi conatus tuos nefarios amicorum praesidio et copiis, nullo tumultu publice concitato; denique, quotienscumque me petisti, per me tibi obstiti, quamquam videbam perniciem meam cum magna calamitate rei publicae esse coniunctam. 12. Nunc iam aperte rem publicam universam petis: templa deorum immortalium, tecta urbis, vitam omnium civium, Italiam [denique] totam ad exitium ac vastitatem vocas.

Quare quoniam id, quod est primum et quod huius imperii disciplinaeque maiorum proprium est, facere nondum audeo, faciam id, quod est ad severitatem lenius et ad communem salutem utilius. Nam si te interfici iussero, residebit in re publica reliqua coniuratorum manus: sin tu, quod te iam dudum hortor, exieris, exhaurietur ex urbe tuorum comitum magna et perniciosa sentina rei publicae. 13. Quid est, Catilina? num dubitas id me imperante facere, quod iam tua sponte faciebas? Exire ex urbe iubet consul hostem. Interrogas me, num in exsilium? Non iubeo, sed si me consulis, suadeo. VI. Quid est enim, Catilina, quod te iam in hac urbe delectare possit? in qua nemo est extra istam coniurationem perditorum hominum, qui te non metuat, nemo, qui non oderit. Quae nota domesticae turpitudinis non inusta vitae tuae est? quod privatarum rerum dedecus non haeret in fama? quae libido ab oculis, quod facinus a manibus umquam tuis, quod flagitium a toto corpore afuit? cui tu adolescentulo, quem corruptelarum illecebris irretisses, non aut ad audaciam ferrum aut ad libidinem facem praetulisti? 14. Quid vero? nuper cum morte superioris uxoris novis

---

1. *Catilina* om. u. — *me* om. g h. — 2. *deffendi. Quid cum* e. — *in campo me cons.* e. — 3. *et*] *per te et* r. — *meos* i. — 4. *tuos conatus nef.* V; *tuos nef. conatus* L O contra codd. — *nullo* om. t. — *publico* e; *populi* o. — 7. *esse* om. d u. — *universam rem p.* e y z. — 8. *civium omnium* C. — 9. *denique* om. a r ς. — *exitum* u. — *et vastitatem* a d, alii Lagg., L O; *vastitatemque* y z. — 10. *primum est* c; *est* om. V w, Lg. 20., L O. — *et quod*] *et quod est* e; *atque* Lg. 9. 20. 53. soli, L O. — 11. *est* om. a d l m, Lg. 16. 43. — *non* d L. — *faciam. tamen id* e. — 12. *et ad*] *et* g h; *ad* V, Lg. 20. 65., L O. — *utilius* om. t. — *te* om. b. — 13. *coniuratorum comitum manus* t. — 14. *te* om. d i. — *exhortor* C e o r. — *ab urbe* r. — 15. *sentina et pernic.* d i (sed i om. *et*). — *rei publ.* Ernesti ut glossam delere voluit, quae sententia iam Quintiliani testimonio (VIII. 6, 15.) refutatur. — 16. *num quid dubitas* C; *quid exspectas? num dubitas* e. — *id* om. d. — *imperante me* b s. — *tua iam* d; *iam dudum tua* e. — *sponte tua* C et Lg. 46. — *facere volebas* e. — 17. *consul iubet hostem* C L; *cons. hostem iubet* V. — *numquid* C. — 18. *exilio* b s. — *me* om. o. — *suadebo* q. — *enim est* d, Lg. 46. 53. (*enim Cat.. est* L.) — 19. *iam* om. r w, habet post *delectare* d. — *delectari* a b e g k l r s w x. — 21. *ac nemo* i. — *qui te non oderit* e t w y z, 9 alii Lagg. (sed *te* in w punctatum.) — 21. *non inusta vitae tuae est* a c q y z, 6 alii Lagg., ut videtur (item h sup. lin., sed ita: *tuae vitae*): *non in ista vita tua est* d m r t u w x, item b s, sed hi sine *in*; *non in ista tua vita est* C e i l o et aliquot Lagg. — 22. *rerum* om. p. — *inhaeret* d h, Lg. 6. 22. 43. soli ex meis, ut Madvigius *Opusc.* I. p. 145. voluit cum Augustino; *hereat* o; *adhaeret* w. — *in fama* Ant. Augustinus: *infamia* a; *infamiae tuae* B; *tuae infamiae* C; *infamiae* vel *infamie* R O. — 23. *lubido* o. — *ab* om. C e o r. — *oculis facinus manibus* C. — *e manibus* r. — *umquam* d post *libido* habet. — *tuis et quod* d. — 24. *ab toto* b s; *ab eo* t. — *affuit* e m; *abfuit* rell. mei (ex Lagg. nihil exscriptum). — 25. *non ad audac.* d; *non aut aud.* b s. — *audatiae* b. — *ad* om. b s. — *lubidinem* o; *libidinum* b. — 26. *novis* om. g.

nuptiis domum vacuefecisses, nonne etiam alio incredibili scelere hoc scelus cumulasti? quod ego praetermitto et facile patior sileri, ne in hac civitate tanti facinoris immanitas aut exstitisse aut non vindicata esse videatur. Praetermitto ruinas fortunarum tuarum, quas omnes impendere tibi proximis Idibus senties: ad illa venio, quae non ad privatam ignominiam vitiorum tuorum, non ad domesticam tuam difficultatem ac turpitudinem, sed ad summam rem publicam atque ad omnium nostrum vitam salutemque pertinent. 15. Potestne tibi haec lux, Catilina, aut huius caeli spiritus esse iucundus, cum scias horum esse neminem, qui nesciat te pridie Kalendas Ianuarias, Lepido et Tullo consulibus, stetisse in comitio cum telo? manum consulum et principum civitatis interficiendorum causa paravisse? sceleri ac furori tuo non mentem aliquam aut timorem, sed fortunam populi Romani obstitisse? Ac iam illa omitto — neque enim sunt aut obscura aut non multa commissa —: quotiens tu me designatum, quotiens consulem interficere conatus es! quot ego tuas petitiones ita coniectas, ut vitari posse non viderentur, parva quadam declinatione et, ut aiunt, corpore effugi! [Nihil agis,] nihil assequeris, [nihil moliris,] neque tamen conari ac velle desistis. 16. Quotiens tibi iam extorta est ista sica de manibus! quotiens vero excidit casu aliquo et elapsa est! [tamen ea carere diutius non potes:] quae quidem quibus abs te initiata sacris ac devota sit nescio, quod

---

1. *domum tuam* C; *locum* a d p ς, Lg. 53. — *vacuefecisti* a, Lg. 53.; *vacuam fecisses* L. — *hoc* om. ς. — 2. *patiar* o pr. m. — *sileri* om. b i s t u x V. — 3. post *facinoris* est in a littera *k*, in p: *q*. — *vind. fuisse* o. — 5. *proxumis idibus tibi impendere* a et B (sed B *diebus*); *tibi prox. idibus imp.* d y z; *imp. prox. tibi idibus* o et Arusianus p. 236. Lind. (sed est *tibi proximis* in cod. Arusiani, quo usus est A. Maius) — *tibi his proximis* e ex corr. — 6. *tuorum* abest ab ed. Grut. codd. invitis. — *tuam* om. ς. — 7. *rem p.* a e g i p t u x y z et 3 alii Lagg.: *r. p.* vel *rei p.* R. — *ad* om. d; *publicam* om. L. — 8. *salutem vitamque* g h. — *huius lux* p; *huius vitae lux* B q y, 3 alii Lagg., L; *huius vitae haec lux* V z. — 9. *spiritus caeli* V a y. — *horum esse* C a l w x, Lg. 53. 65: *esse* om. t; *esse horum* R. — 10. *quin sciat* a, fort. rectius; *qui non sciat* p. — *pridie*] *.II.* g o r. — *ianuarii* d e l r w. — *tullio* C i q y z, alii Lagg. — 11. *stet. commitio* t (*cum telo in com.* d). — 12. *comparavisse* c. — *ac*] *aut* g h. — 13. *timorem* C a d e l o r u, Lg. 46: *timorem tuum* R L O. — *fortunam rei p.* V. — *ac iam*] *ac* om. d; *omnia* ς. — 14. *multo* e h k l q y z. — *commissa*] sic a k soli: *postea commissa* g h o L; *post comm.* q y z, Lg. 21. 65, O; *post multo comm.* V, Lg. 20; *antea comm.* Lg. 3 et 6 pr. m., h sup. lin.; *commissa postea* R. — 15. *me* om. r. — *quotiens consulem* a c k p: *quotiens* om. g h o r; *quotiens me cons.* V b s; *quot. tu me cons.* B; *quot. vero consulem* d i l q t u w x y z et 5 alii Lagg. L. — *conatus es* a d p q t y z ς, 5 alii Lagg.: *voluisti vel conatus es* l u, Lg. 46; *voluisti* R L. — 16. *quociens ego petit. tuas* e. — *non posse* d y z Lg. 3. 6, O; *nullo modo posse* Servius ad Aen. IX. 439. — 17. *declinatione, ut aiunt, corporis* coni. Bakius ad *Cic. Legg.* p. 291; at v. adnot. meam in ed. II. Lips. — *nihil agis* om. b i s t w x. — 18. *nihil moliris* om. ς. Inculcata sunt haec duo membra ex §. 8, ubi alia, sed rectiore sententia leguntur. Sequuntur post *moliris* in p y verba: *quod me* (*mihi* y) *latere possit in tempore*; in B V c d q t z, Lg. 16. 20. 21. 43. 65: *quod mihi* (*me* c d q) *latere valeat in tempore.* (*quod mihi patere non soleat in temp.* L.) — *nec* g (*et tamen - non desistis* e). — *conari aut velle* b; *velle ac conari* Lg. 53. — 19. *tibi iam* C b d e o q r t w y z et 5 alii Lagg.: *iam tibi* ς R O. (*quoties iam*, *quoties iam tibi* L.) — *ista sica* B C a d e o r, Lg. 46. 50. 53. 57: *sica ista* R L O. — *manibus tuis* e, Lg. 9. 20. — *vero* om. d, cod. Col., ed. Steph. — 20. *aliquo casu* b c s; *aliquo* om. d. — *tamen - - potes*] Haec verba, quae habent omnes mei et Lagg. (nisi quod in B *diutius* ante *carere*, in d post *potes* legitur) ex c. 9. §. 24. invecta esse Heumannus intellexit. — 21. *a te* e o. — *aut devota* L.

eam necesse putas esse in consulis corpore defigere. VII. Nunc vero, quae tua est ista vita? Sic enim iam tecum loquar, non ut odio permotus esse videar, quo debeo, sed ut misericordia, quae tibi nulla debetur. Venisti paulo ante in senatum. Quis te ex hac tanta frequentia, tot ex tuis amicis ac necessariis salutavit? Si hoc post hominum memoriam contigit nemini, vocis exspectas contumeliam, cum sis gravissimo iudicio taciturnitatis oppressus? Quid? quod adventu tuo ista subsellia vacuefacta sunt, quod omnes consulares, qui tibi persaepe ad caedem constituti fuerunt, simul atque assedisti, partem istam subselliorum nudam atque inanem reliquerunt, quo tandem animo tibi ferendum putas? 17. Servi me hercule mei si me isto pacto metuerent, ut te metuunt omnes cives tui, domum meam relinquendam putarem: tu tibi urbem non arbitraris? et si me meis civibus iniuria suspectum tam graviter atque offensum viderem, carere me adspectu civium quam infestis omnium oculis conspici mallem: tu, cum conscientia scelerum tuorum agnoscas odium omnium iustum et iam diu tibi debitum, dubitas, quorum mentes sensusque vulneras, eorum adspectum praesentiamque vitare? Si te parentes timerent atque odissent tui neque eos ulla ratione placare posses, ut opinor, ab eorum oculis aliquo concederes: nunc te patria, quae communis est parens omnium nostrum, odit ac metuit et iam diu te nihil iudicat nisi de parricidio suo cogitare. Huius tu neque auctoritatem verebere nec iudicium sequere nec vim pertimesces? 18. Quae tecum, Catilina, sic agit, et quodam modo tacita loquitur: «Nullum iam aliquot annis facinus exstitit nisi per te, nullum flagitium sine te:(tibi

---

1. *esse* om. C V a d r y z, Lg. 50. 53. 57. 65, L O; sed firmat *esse* Arusianus p. 225. Lind. Ex memoria citavit locum Augustinus de gramm. p. 2016. P. — *consulis in corp.* V Lg. 20, L O. (*in cons. corp.* firmant Arusianus et August.) — 2. *ista* om. ς; *quae est ista tua vita* w; *quae tua est vita ista* m y z. — *enim* om. c. — 3. *quo debeo* om. r; *quod debeo* V p x. — *debetur nulla* C. — 4. *paulo* om. o. — *hac* om. b s, Lg. 16. 13. — *freq. tanta* q t. — 5. *ex tot tuis* V q, Lg. 20, L; *totque tuis* a d et cod. Parcensis. — *ac* om. t; *aut* e. — 6. *testimonio* c; *suplicio* t. — 8. *vacua facta* a l o q r u w, alii Lagg., L. — *persaepe tibi* C. — *ad caedem saepe* d. — 9. *adsedisti* a g t x; *sedisti* u. — 10. *animo tibi* a d p ς, Lg. 50. 53. 57: *animo tibi hoc* w; *animo hoc tibi* R L O. (In O distinctum est: *reliquerunt. Quo tandem* etc.) Cf. or. de imp. Cn. Pomp. §. 12. — *ferundum* m. — *putes* d. — 11. *Servi - - putarem* affert Quintil. VIII. 4, 10; *Servi - - arbitraris* Iulius Severianus p. 344. Capp. — *me hercules* t; *me hercle* s et codd. Quintil. — *mei* om. r. — *metuerent atque odissent* q et 5 alii Lagg. — *ut*] *quo* Severianus. — 12. *omnes* om. i. — *urbem relinquendam non arb.* p. — 13. *suspectum esse tam* d ς. — 14. *omnium oculis* B a d y z Lg. 53, L: *omnium* om. g h; *oculis omnium* R O. — 15. *tecum* b s. — *scientia* o. — *omnium tuorum scel.* B y z, 3 alii Lagg. — *agnoscis* i w; *agnoscit* b s. — 16. *tibi diu* C L O; *diu* om. w; *tibi* om. y. — 17. *sensus quoque* g. — *aspectus* B a c d p y z, Lg. 53. 57. — 18. *parentes tui metuerent atque odissent* e contra Prisc. II. p. 143. — *nec* b s. — *ratione ulla* a d y z, Lg. 53; *ulla* om. o. — 19. *ab oculis eorum* o. — *aliquo* om. w. — *decederes* h k; *abcederes* e. — 20. *nostrum* om. r. — *omnium nostrum parens* V d q t, L O. — *odit ac* om. a; *odit* post *patria* habet Lg. 53. — *atque* y z. — *iam* om. d. — *diu te nihil* Lg. 20. 21. 16. 50. 57. (sed 21 et 16 *de*): *nihil diu* c; *de te diu nihil* t; *diu nihil de te* b e i l s u w; *diu de te nihil* C d o p r et rell. Lagg., ut videtur. Fort. *et iam diu nihil te* cet. — 21. *diiudicat* y z. — *tu nec auct.* i; *tu auct. neque* b s. — 22. *neque iudicium* c B V L O. — *neque vim* d, 6 Lagg. dett., L O. — *pertimescis* b l s; *extimesces* d. — *Quae - - nisi per te* affert Quintil. IX. 2, 32. — 23. *sic ait* B a u y z. — *tacite* p. — *iam tot* V L, Lg. 20; *aliquot iam* O contra codd. et Quintil. et Auctorem incertum in *Anecd. Paris.* p. 5. ed. Eckst. — 24. *annos* L. — *facinus* om. ς. — *existit* ς. — *tibi enim uni* C.

uni) multorum civium (neces, tibi vexatio direptioque sociorum impunita fuit ac libera) tu non solum ad negligendas leges et quaestiones, verum etiam ad evertendas perfringendasque valuisti. Superiora illa, quamquam ferenda non fuerunt, tamen, ut potui, tuli: nunc vero me totam esse in metu propter unum te, quidquid increpuerit, Catilinam timeri, nullum videri contra me consilium iniri posse, quod a tuo scelere abhorreat, non est ferendum. Quam ob rem discede atque hunc mihi timorem eripe: si est verus, ne opprimar; sin falsus, ut tandem aliquando timere desinam.» VIII. 19. Haec si tecum, ut dixi, patria loquatur, nonne impetrare debeat, etiam si vim adhibere non possit? Quid? quod tu te ipse in custodiam dedisti? quod vitandae suspicionis causa ad M'. Lepidum te habitare velle dixisti? a quo non receptus etiam ad me venire ausus es, atque ut domi meae te asservarem rogasti. Cum a me quoque id responsum tulisses, me nullo modo posse isdem parietibus tuto esse tecum, qui magno in periculo essem, quod isdem moenibus contineremur, ad Q. Metellum praetorem venisti: a quo repudiatus ad sodalem tuum, virum optimum, M. Metellum demigrasti: quem tu videlicet et ad custodiendum [te] diligentissimum et ad suspicandum sagacissimum et ad vindicandum fortissimum fore putasti. Sed quam longe videtur a carcere atque a vinculis abesse debere, qui se ipse iam dignum custodia iudicarit? 20. Quae cum ita sint, Catilina,

---

1. *direptio vexatioque* e o. — *sociorum proximorumque* g h; *proximorum vel sociorum* e o (*proximorum* est item in k q et Lg. 6. 65, in quo Niebuhrio *provinciarum* videtur latere). — 2. *tu*] *ut* t; *tu etiam* q. — *negligendas*] *vertendas* a d p, Lg. 53, cod. Coloniensis. — *atque* d; *ac* k w. — 3. *evertendas* q u Lg. 46. 65, Colon., Par. 1 et 5 apud Steinmetzium: om. x; *evincendas* b c e i q r s w; *vincendas* C a d l o p t; *devincendas* V y z. — *perstringendasque* t. — *valuisti* om. g h. — 4. *non ferenda* r. — *fuerint* u. — *totam me* r; *me totum* w et i pr. m.; *urbem totam* a; *totam urbem* d. — 5. *te* om. l, ut voluit Goerenzius; *te unum* V d t w y z, O. — 6. *videri*] *vero* t. — *cons. contra me posse iniri* d. — *inire* t u. — *non abhorreat* t. — 7. *ferundum* b. — *mihi hunc* d; *mihi* om. g h. — 8. *timorem mihi* m. — *si verus est* w L; *sin est v.* t; *est* om. V. — *sin est f.* e h; *sin autem f.* V. — 9. *timorem* g. — *ita ut dixi* B a d e o q y z, Lg. 46. 53. 65, ut est in or. p. Sulla §. 43. — 10. *inpetrari* t. — *et si* d. — *adhibere si vim non posset* e. — 11. *Quia id quod* t; *quod* om. b s. — *te* om. C. — *ipse* om. b ϛ; *ipse te* Lg. 3. 11. — *quod*] *quid quod* t u, Lg. 1. 3. 20, L O. — 12. *ad* a solus, ut locum citant Servius ad Aen. I. 24, Pompeius in Comment. p. 396. Lind., Cledonius p. 1934. ed. Putsch.: *apud* R L O. Cf. Madvigii *Opusc.* II. p. 334. — *M'.* Manutius: *M.* codd. L. (*M. Laecam* grammatici supra allati.) — *te haberi* o; *te manere* b. — *non es rec.* e. — 13. *ut* om. B V o. — *domui* l et 3 Lagg. — *te domi meae* y z; *te* om. e. — 14. *id responsum*] sic mei et Lagg. omnes (sed o *hoc*): *id responsi* Muretus, ut ait ex vett. libris (codicibusne an editionibus?), et ed. Ven. 1472., quam ipse inspexi. (De cod. Barberino errat Madv. in Opusc. I. p. 512.) Codicem, quem Lamb. in marg. edd. repetit. *id responsi* habere dicit, eundem illum Mureti esse existimo, ut coniicere licet ex iis, quae Lamb. adnotavit ad or. Catil. I. 6, 15. Hinc conficitur auctoritatem lectionis *responsi*, quam etiam Madvigius (v. *Opusc.* I. p. 512.) amplexus est, fere nullam esse. — *nullo modo me* e; *me* om. o. — *isdem* g i: *eisdem* e; *hisdem* rell. mei; *iisdem* O. — 15. *tutum* V t. — *tecum esse* t. — *isdem* b e g: *iisdem* O. — 16. *continemur* i. — *praet. venisti*] *pervenisti* a q; *postea venisti* y z; *tribunum pl. venisti* d. — *a quo -- demigrasti* Quintilianus IX. 2, 45. — 17. *virum tuum* t. — 17. *M.* om. C a c y z. — *Metellum* a p Lg. 20 et codd. Quintiliani: *Marcellum* R L O. Cf. adn. meam in ed. Lips. — 18. *et* om. g r. — *te* om. B C a, Lg. 50. 53. 57. (*et -- dilig.* om. o.) — *ad suplicandum* V c x y. — 19. *iudicandum* e r. — *fore*] *esse* d. — 20. *esse debere* d. — 21. *ipse* a y et Lg. 11, ut Heumannus coniecit: *ipsum* R L. — *dignum iam* C. — *iudicaverit* C V q w y z, alii Lagg. L; *iudicavit* d; *iudicaret* e l.

dubitas, si emori aequo animo non potes, abire in aliquas terras et vitam istam, multis suppliciis iustis debitisque ereptam, fugae solitudinique mandare?

«Refer, inquis, ad senatum;» id enim postulas et, si hic ordo placere decreverit te ire in exsilium, obtemperaturum te esse dicis. Non referam, id quod abhorret a meis moribus, et tamen faciam ut intelligas, quid hi de te sentiant. Egredere ex urbe, Catilina, libera rem publicam metu, in exsilium, si hanc vocem exspectas, proficiscere. Quid est, Catilina? ecquid attendis, ecquid animadvertis horum silentium? Patiuntur, tacent. Quid exspectas auctoritatem loquentium, quorum voluntatem tacitorum perspicis? 21. At si hoc idem huic adolescenti optimo, P. Sestio, si fortissimo viro M. Marcello dixissem, iam mihi consuli hoc ipso in templo senatus iure optimo vim et manus intulisset. De te autem, Catilina, cum quiescunt, probant, cum patiuntur, decernunt, cum tacent, clamant; neque hi solum, quorum tibi auctoritas est videlicet cara, vita vilissima, sed etiam illi equites Romani, honestissimi atque optimi viri, ceterique fortissimi cives, qui circumstant senatum, quorum tu et frequentiam videre et studia perspicere et voces paulo ante exaudire potuisti. Quorum ego vix abs te iam diu manus ac tela contineo, eosdem facile adducam ut te haec, quae vastare iam pridem studes, relinquentem usque ad portas prosequantur.

IX. 22. Quamquam quid loquor? te ut ulla res frangat? tu ut umquam te corrigas? tu ut ullam fugam meditere? tu ut ullum exsilium cogites? Utinam tibi istam mentem di immortales duint! tametsi video, si mea voce perterritus ire in exsilium animum induxeris, quanta tempestas invidiae nobis, si minus in praesens tempus, recenti memoria scelerum tuorum, at in posteritatem impendeat. Sed est tanti, dum modo ista sit privata calamitas et a rei publicae periculis seiungatur. Sed tu

---

1. *si hic morari* B V (*si aequo animo emori* z); *si hic emori* L. Cf. Madvigii *Opusc.* I. p. 176. not. — 4. *inquit* a i l r w, Lg. 53. 65. — *enim*] *etiam* r. — 5. *placere* a y z, L ex cod. Mureti: *placere sibi* d, Lg. 53. 65. soli, O; *sibi placere* R. — *esse te* o (est *te* in codd. omnibus). — *non*] *nam* u. — 6. *et tamen* C a o, Lg. 50. 53. 57: *sed* d; *sed tamen* R. — 7. *ex hac urbe* e, Lg. 50. 57; *de urbe* t. — *Catilina* om. ς. — 8. *metum* r. — 9. *ecquid* ς: *et quidem* a; *quid* vel *quod* rell. — *adtendis* e i t w. — *ecquid*] *et* e o; *et quid*, *et quidem*, *quid* codd. rell. — 10. *quorum*] *quid* y z. — *tacentium* d. — 11. *prospicis* C. — *At*] *ac* a b i l o q r t u x y z, 4 alii Lagg. — *Sextio* Lagg. dett., L O. — 13. *senatus iure optimo* B a z, Lg. 53: *sen. opt. iure* C r, *opt. iure sen.* e o, Lg. 50. 57; *iure opt. sen.* R L O. — 14. *decernant* t. — 15. *auct. est tibi* d. — 16. *optimi atque honest.* c. — 17. *stant circum* b c i l s t u w x Lg. 16. 43. — *et tu* t. — 18. *persp. studia* d. — 19. *iam diu* om. r. — 20. *vastare iam pridem* B C a e o r y z, Lg. 53: *iam pr. vast.* R L O. — 21. *persequantur* t. — 22. *quid loquor* C a d l o r u y z, Lg. 46. 57: *quid est quod loquar* (vel *loquor*) V, Lg. 20; *quid loquar* R. — *ut te ulla* b; *te utinam* a; *unquam te ut ulla* q; *ulla* om. V. — *res ulla* t. — *tu umquam* l o p. — 23. *corrigas te* e. — *tu ut -- meditere* om. p. — *meditere*] *me dicere* b i s. — *tu ullum ut* Lg. 1. 24; *ullum* om. i l s t u w; *ut ullum tu* L. — *exilium animum cogites* t (sed v. *animum* linea subductum). — 24. *istam mentem tibi* e. — *di* b s: *dii* O. — *duint* cod. Cuiacii: *duent* a; *diudent* c; *donent* ς; *darent* 4 Lagg. L; *donarent* R. Cf. Tac. Ann. IV. 38. — *etsi* V b d e i m q s t u w x et 4 alii Lagg.; *tametsi video* om. o. — *uideo*] *iubeo* b h l s t w. — 26. *sin minus* h. — 27. *tuorum scelerum* t. — *est tanti* mei omnes et ex Lagg. a c k x, 50. 53. 57: *est mihi tanti* rell. Lagg., L O. — 28. *ista* k p, cod. Barberinus: *tua ista* a g h l m o r t u y z, 4 alii Lagg.; *tua* c et Lg. 9; *ista tua* R. — *sit privata* mei omnes (sed d: *sit a nobis privata*): *privata sit* L O et ed. Grut., ad quam Lagom. nullam varietatem exscripsit nisi ex c: *dummodo sit*

ut vitiis tuis commoveare, ut legum poenas pertimescas, ut temporibus rei publicae cedas, non est postulandum. Neque enim is es, Catilina, ut te aut pudor umquam a turpitudine aut metus a periculo aut ratio a furore revocarit. 23. Quam ob rem, ut saepe iam dixi, proficiscere, ac si mihi inimico, ut praedicas, tuo conflare vis invidiam, recta perge in exsilium: vix feram sermones hominum, si id feceris, vix molem istius invidiae, si in exsilium iussu consulis ieris, sustinebo. Sin autem servire meae laudi et gloriae mavis, egredere cum importuna sceleratorum manu, confer te ad Manlium, concita perditos cives, secerne te a bonis, infer patriae bellum, exsulta impio latrocinio, ut a me non eiectus ad alienos, sed invitatus ad tuos isse videaris. 24. Quamquam quid ego te invitem, a quo iam sciam esse praemissos, qui tibi ad forum Aurelium praestolarentur armati? cui sciam pactam et constitutam cum Manlio diem? a quo etiam aquilam illam argenteam, quam tibi ac tuis omnibus confido perniciosam ac funestam futuram, cui domi tuae sacrarium scelerum tuorum constitutum fuit, sciam esse praemissam? Tu ut illa carere diutius possis, quam venerari ad caedem proficiscens solebas, a cuius altaribus saepe istam impiam dexteram ad necem civium transtulisti? X. 25. Ibis tandem aliquando, quo te iam pridem ista tua cupiditas effrenata ac furiosa rapiebat. Neque enim tibi haec res affert dolorem, sed quandam incredibilem voluptatem. Ad hanc te amentiam natura peperit, voluntas exercuit, fortuna servavit. Numquam tu non modo otium, sed ne bellum quidem nisi nefarium concupisti. Nanctus es ex perditis atque ab omni non modo fortuna, verum etiam spe derelictis conflatam improborum manum. 26. Hic tu qua laetitia perfruere!

---

tua privata. — *kalamitas* u. — *ut tu* B; *tu* om. e. — 2. *concedas* V, Lg. 20. 50. 57. soli, L O. — *Neque -- revocarit* affert Quintilianus IX. 3, 62. — *enim* om. C o. — *Cat. is es* V L Lg. 20; *scis Cat.* a. (*Catilina sis, si te* cod. Cuiacii.) — 3. *ut*] om. h k; *si* a. — *umquam* Quintilianus: om. codd. Tulliani, L O. Cf. Garat. ad or. p. Sulla c. 47. — 4. *revocet* Lg. 50. 57; *revocaverit* e g i o s u et codd. Quintil. — 5. *tuo ut predicas* d; *tuo* om. ς. — *recta* a e u x, Lg. 50. 53. 57: *recto* o; *rectam* b i s t w; *recte* l; *recta via* R (*recta perge via* r). — 6. *vix* om. h k. — *si id feceris* om. ς. — 7. *ieris iussu consulis* y, Lg. 4. 7. 8. 65. soli, L O. — 9. *Mallium* V o t w y z, Lg. 46. 20. 50. 57. 65. — *concitare* b s t. — *cives perd.* r. — 10. *exulta* 9 mei. — *in impio* e. — 11. *isse* d sup. lin. et 47 Lagg., si fides est collatoris silentio: *isse* om. o; *ire* d pr. m. et cod. Parc.; *esse* rell. mei, k x et 6 alii dett. Lagg. — *quod* u. — 12. *ego inv. te* l t; *te ego inv.* y z; *quid ego te invitem quo iam* L ex Mureti coni. — *sciam iam* d m o; *scio iam* C r Lg. 53. — *tibi*] *te* V q r u, Lg. 20. 57. (*tibi* firmant Arusianus p. 253. Lind. et Prisc. I. p. 367. Kr.) — 13. *praestolentur* C o r. — *cui* y, ut videtur, et Gulielmius: *cui* om. L; *cum* R. — *sciam* V b i l s t u w x y z ς et 5 alii Lagg.: *sciam iam* B C d e o p r et rell. Lagg., ut videtur. — *constitutam esse* 5 dett. Lagg. soli, L O. — 14. *Mallio* e w y z, alii Lagg. — *illam aquilam* e; *illam* om. u. — *tibi tuisque* d. — 15. *omnibus civibus* e. — *conf. pern. ac fun. futuram* B a y z Lg. 53. (et L, sed hic *et* pro *ac*): *pernic. esse conf. ac funestam fut.* O, mei omnes et Lagg. rell., sed horum aliquot (item O) *et* pro *ac*; in g h post *futuram* additum *iri*, quamquam *esse* adest. — *domui* d l o r, 5 Lagg. — 16. *tuorum scelerum* Lg. 46. 43; in i ante haec duo vv. et post ea terna puncta eadem m. addita sunt, qua ea omittenda esse significatur. Cf. ad II. §. 13. — *constitutum* om. B. — 17. *diutius carere* V b s t, Lg. 53. 65, L O. — 18. *imp. dextram* b i o s t w; *dexteram impiam* V q L. — 19. *ista tua* B a b c d s w y z, Lg. 46. 65: *tua ista* R L O. — 21. *sed* om. p. — *te*] *scilicet* ς. — *dementiam* o; *amentia non* (vel ñ) b e i m t u; *dementiam non* w. — 22. *voluptas* g h l. — *fortunata* t; *et fortuna* d. — 23. *modo* om. r. — *nanctus* t: *nactus* R L O. Cf. ad or. p. Sest. §. 12. — 24. *es* om. B b i l s u x. — *derelictus* t. — 25. *improborum manum impiorum* y z; *impiorum manum* L. — *quanta* d. — *perfrueris* u.

quibus gaudiis exsultabis! quanta in voluptate bacchabere, cum in tanto numero tuorum neque audies virum bonum quemquam neque videbis! Ad huius vitae studium meditati illi sunt, qui feruntur, labores tui: iacere humi non solum ad obsidendum stuprum, verum etiam ad facinus obeundum, vigilare non solum insidiantem somno maritorum, verum etiam bonis otiosorum. Habes, ubi ostentes tuam illam praeclaram patientiam famis, frigoris, inopiae rerum omnium, quibus te brevi tempore confectum senties. 27. Tantum profeci tum, cum te a consulatu reppuli, ut exsul potius tentare quam consul vexare rem publicam posses, atque ut id, quod est abs te scelerate susceptum, latrocinium potius quam bellum nominaretur.

XI. Nunc ut a me, patres conscripti, quandam prope iustam patriae querimoniam detester ac deprecer, percipite, quaeso, diligenter quae dicam, et ea penitus animis vestris mentibusque mandate. Etenim (si mecum patria,) quae mihi vita mea multo est carior, (si cuncta Italia, si omnis res publica loquatur) «M. Tulli, quid agis? tune eum, quem esse hostem comperisti, quem ducem belli futurum vides, quem exspectari imperatorem in castris hostium sentis, auctorem sceleris, principem coniurationis, evocatorem servorum et civium perditorum, exire patiere, ut abs te non emissus ex urbe, sed immissus in urbem esse videatur? nonne hunc in vincula duci, non ad mortem rapi, non summo supplicio mactari imperabis? 28. Quid tandem te impedit? Mosne maiorum? At persaepe etiam privati in hac re publica perniciosos cives morte multaverunt. An leges, quae de civium Romanorum supplicio rogatae sunt?

---

1. *exultabis* mei plerique. — *in* om. u et L; sup. lineam habet r. — *bacchaberis* d et u m. sec.; *hac habere* t (*bachabere* mei plerique). — *in toto* C. — 2. *tuorum numero* d. — *neque vid. quemquam* c. — *nec* y z. — 3. *ad*] *K. ad* a; hinc fort. in Lg. 53: *Catelina ad.* — *illi meditati* d. — *sunt illi* e t w. — 4. *non solum -- vigilare* om. ς. — *non modo* V Lg. 20. 21. soli, L O. — 5. *insidiante* t; *insidiandum* i q; *ad insidiandum* B V d y z L. — 6. *occisorum* b g i o q s x, 7 alii dett. Lagg., L O, quae lectio ex scriptura *ociosorum* nata est. — *tuam illam praecl.* B a e g k o q r y z, 7 alii Lagg. meliores: *tuam praecl. illam* h; *illam tuam praecl.* b c i s t u w x, Lg. 16. 43; *illam praecl. tuam* V d l L O. — *abstinentiam* V q y z. — 7. *omnium rerum* d e q r y z. — 8. *senties* b s: *esse senties* R L O, sed est *esse* in w sup. lin. (Ex Lagg. nulla varietas exscripta est.) — *tum* om. b i l r s t u w x y z, Lg. 43. 50. 57. et Charisius p. 135. Lind.; *tum* in Lg. 3. et 6. sup. lin. est; sed firmatur a Diomede p. 386., cuius codd. corrupte habent *profectum cum.* — *reppuli* d i e o r u, Charisius, cod. Monac. Diomedis: *repuli* R O; *depuli* L. — 9. *temptare* mei plerique. — *consul* om. u. — *posses rem p.* C; *rem p. possis* b c d s. — 10. *id* om. g. — *est* b e s ς: *esset* R L O (Lagom. de suis tacet). — *abs te* C b c i l s t u w x, Lg. 16. 43. 46. 65: *a te* R L O. — *suspectum* t u. — 12. *patriae q. pr. iustam* d. — 13. *quaeso percipite* r t. — *diligenter quaeso* e; *diligenter* om. a ς. — 14. *mentibus vestris animisque* d. — *Etenim -- quid agis* affert Quintilianus IX. 2, 32. — 15. *est* t habet post *mihi*, o r y z, Lg. 21. 42. 53. post *carior*; c *mea* post *carior*, omnes contra Quintil. — 16. *loquantur* C, 4 Lagg.; *sic loquatur* Quintilianus. — *quem -- comperisti* d post *quem -- vides* habet. — 17. *hostem esse* e r w, Lg. 50. 57; *esse* om. l, Lg. 53. — 18. *hostium castris* d. — *sentis*] *vides* b r s. — 19. *evocatorum* u; *revocatorem* t. — *civiumque* d. — *perditorem* b i l s. — *patieris* B V. — 20. *de urbe* i pr. m. (*ex u.* habent Quintil. IX. 3, 71. et Arus. p. 230.) — 21. *nonne* codices: *non* L O et Madvigius. — *vincla* B a (an y?) z, Lg. 53. — *non -- non*] *nonne -- nonne* c. — *sublicio* t; *suplicio* i. — 22. *imperabis mactari* c; *imperabis* om. u; *imperabis quid tandem* om. s t. — *impedit te* C V x y z, Lg. 20. 21. 65. soli, L O. (*te inpedit* habet Auctor incertus in Anecd. Paris. p. 7.) — 23. *etiam* om. d; *etiam persepe* w. — *multaverunt* B a e l w y: *multarunt* (vel *mulctarunt*) R L O. — 24. *Romanorum* om. L; *reorum* V e i p et alii dett. Lagg. — *rogatae sunt suppl.* e o, Lg. 46. 50. 57; *rogatae* om. i pr. m.

At numquam in hac urbe, qui a re publica defecerunt, civium iura tenuerunt. An invidiam posteritatis times? Praeclaram vero populo Romano refers gratiam, qui te, hominem per te cognitum, nulla commendatione maiorum tam mature ad summum imperium per omnes honorum gradus extulit, si propter invidiam aut alicuius periculi metum salutem civium tuorum negligis. 29. Sed si quis est invidiae metus, num est vehementius severitatis ac fortitudinis invidia quam inertiae ac nequitiae pertimescenda? An cum bello vastabitur Italia, vexabuntur urbes, tecta ardebunt, tum te non existimas invidiae incendio conflagraturum?» — XII. His ego sanctissimis rei publicae vocibus et eorum hominum, qui hoc idem sentiunt, mentibus pauca respondebo. Ego si hoc optimum factu iudicarem, patres conscripti, Catilinam morte multari, unius usuram horae gladiatori isti ad vivendum non dedissem. Etenim si summi et clarissimi viri Saturnini et Gracchorum et Flacci et superiorum complurium sanguine non modo se non contaminarunt, sed etiam honestarunt, certe verendum mihi non erat, ne quid hoc parricida civium interfecto invidiae in posteritatem redundaret. Quod si ea mihi maxime impenderet, tamen hoc animo semper fui, ut invidiam virtute partam gloriam, non invidiam putarem. 30. Quamquam nonnulli sunt in hoc ordine, qui aut ea, quae imminent, non videant, aut ea, quae vident, dissimulent; qui spem Catilinae mollibus sententiis aluerunt coniurationemque nascentem non credendo corroboraverunt, quorum auctoritatem secuti multi, non solum improbi, verum etiam imperiti, si in hunc animadvertissem, crudeliter et regie factum esse dicerent. Nunc intelligo, si iste, quo intendit, in Manliana castra pervenerit, neminem tam stultum fore, qui non videat coniurationem esse factam, neminem tam improbum, qui non fateatur. Hoc autem uno interfecto intelligo hanc rei

---

1. *at numquam -- times* habet t post *refers gratiam.* — *atqui* C. — *qui* C a ς Lg. 50. 53. 57: *ii* (vel *hi*, *hii*) *qui* R L O. — 3. *refers* a h, Lg. 43. 50. 57: *referes* R. — 5. *propter invidiae* coni. Matthiae admodum probabiliter; cf. or. II. §. 3: *iam pridem ego L. Catilinam non modo invidiae meae, verum etiam vitae periculo sustulissem.* — 6. *tuorum civium* d. — *negliges* q y z (ex *neglegis*, ut est in b s t u). — *num* a g Lg. 50. 57. L in m. 1584: *non* R L. — 7. *vementius* y; *vehementior* C b i r s t u w x, 5 alii Lagg. — *invidia* i ante *num est* habet. — 9. *tum te*] *tute* y, *tum* om. V. (firmat *tum* Diomedes p. 386.) — *non* om. l s. — 10. *his ergo* c g; *his vero* w. — *eorum omnium* d. — 11. *hoc* om. Lg. 1. 3. 6. 7. 8. 24. soli ex meis omnibus, L O. *(qui de homine idem ς.)* — *sentiunt idem* i w. — 12. *factu* a b c e h k q y z, alii Lagg.: *facto* d g i l o r s t u x; *factum* Lg. 50. 57, O. Cf. Madvigii *Opusc.* I. p. 187 sqq. — *horae usuram* d e o; *usum horae* Lg. 46. — 13. *summi et clar. viri* B p Lg. 50. 57, ed. Ven. 1472: *summi et clar. cives* o; *summi et clar. viri cives* a et Lg. 53; *summi viri et clar. cives* R L O. Cf. var. lect. ad or. p. Sulla §. 3. — 14. *et Saturnini* e o. — *conplurum* u (*sangu. complurium* V). — 15. *non* post *se* om. e. — *contaminaverunt* V d e i l q r y, Lg. 50. 57. — *honestaverunt* V d e q z. — 16. *mihi verendum* C Lg. 46 soli, O. Cf. I. §. 5. — *erit* C a e o r w, alii Lagg. — *civium* om. e. — *interfecto* om. s. — 17. *invidiae* a c o p ς: *inv. etiam* (om. seq. *in*) d; *invidiae mihi* R L O. — *ea*] *ea invidia* q; *invidia ea* y z. — *maxime mihi* r; *mihi maxima* m o; *maxime* (om. *mihi*) e, fort. recte. — 18. *fui semper* B a y z, Lg. 53. — *virtute -- invidiam* om. p; u in marg. habet. — *paratam* g. — 20. *ea* om. o. — *quae videant* l t u. — 21. *dissimilent* d s. — *aluerint -- corroboraverint* d. — 22. *quorum auctoritate multi* d ς. — 23. *multi secuti* r. — *sed etiam* d. — *imperiosi* ς. — *in hunc*] *in* om. a; *non* g. — *animo advertissem* a; *advertissem* r; *animadvertissent* g l t. — 24. *et egregie* q; *non egregie* V c p w y z, alii Lagg. — 25. *quo tendit* e (*intendit* habet Prisc. II. p. 143.) — *Malliana* O o et aliquot Lagg. — 26. *quin videat* a ς Lg. 46. (*qui non* Prisc.) — *factam esse* C d o r w; *patefactam esse* vel *esse patef.* B V e q y z, alii Lagg. (*esse factam* habet Prisc.) — 27. *non* om. p.

publicae pestem paulisper reprimi, non in perpetuum comprimi posse. Quod si se eiecerit secumque suos eduxerit et eodem ceteros undique collectos naufragos aggregarit, exstinguetur atque delebitur non modo haec tam adulta rei publicae pestis, verum etiam stirps ac semen malorum omnium. XIII. 31. Etenim iam diu, patres conscripti, in his periculis coniurationis insidiisque versamur, sed nescio quo pacto omnium scelerum ac veteris furoris et audaciae maturitas in nostri consulatus tempus erupit. Quod si ex tanto latrocinio iste unus tolletur, videbimur fortasse ad breve quoddam tempus cura et metu esse relevati, periculum autem residebit et erit inclusum penitus in venis atque in visceribus rei publicae. Ut saepe homines aegri morbo gravi, cum aestu febrique iactantur, si aquam gelidam biberint, primo relevari videntur, deinde multo gravius vehementiusque afflictantur: sic hic morbus, qui est in re publica, relevatus istius poena vehementius reliquis vivis ingravescet. 32. Quare secedant improbi, secernant se a bonis, unum in locum congregentur, muro denique, id quod saepe iam dixi, discernantur a nobis; desinant insidiari domi suae consuli, circumstare tribunal praetoris urbani, obsidere cum gladiis curiam, malleolos et faces ad inflammandam urbem comparare; sit denique inscriptum in fronte unius cuiusque, quid de re publica sentiat. Polliceor hoc vobis, patres conscripti, tantam in nobis consulibus fore diligentiam, tantam in vobis auctoritatem, tantam in equitibus Romanis virtutem, tantam in omnibus bonis consensionem, ut Catilinae profectione omnia patefacta, illustrata, oppressa, vindicata esse videatis.

33. Hisce ominibus, Catilina, cum summa rei publicae salute, cum tua peste ac pernicie cumque eorum exitio, qui se tecum omni scelere

---

1. *imperpetuum* b d (b supra quoque §. 22: *imposteritatem*). — 2. *eosdem* a c q. — *cunctos* q. — 3. *aggregarit* B C a r Lg. 53: *aggraeuerit* t; *aggregaverit* R L O (sed in o *ue* ead. m. superscr. est). — 4. *haec* om. e p w. — 5. *omnium malorum* r; *malorum hominum* b c i s w, alii Lagg. — *tam diu* u. — *p. c.*] *res p.* d. — *cum his* u. — 6. *versati* p; *versatur* d. — 7. *maturitis* a. — 8. *Quod si*] *hic si* b c e i s t w x. — *tollatur* q. — 9. *ad quoddam breve t.* o; *ad breve t. quoddam* b c s. — *esse liberati* d. — 10. *penitus* om. d. — *atque visceribus* b i y z. — 11. *ut enim saepe* d. — *aegri homines* r. — 12. *gelidam aquam* d. — *biberent* s; *biberunt* coni. Madvigius; v. *Opusc.* II. p. 338. — 13. *hic* om. i; *morbus iste* q. — 14. *levatus* L. — *vehementius p. c.* b c i s, Lg. 43. 50. 53. 57; *vehementiusque* t; *gravius vehementiusque* q. — *reliquis vivis* B a d l r u, Lg. 16. 43. 53, L: *vivis reliquis* R O. — *ingravescit* b i l s u. — *Quare P. C.* Lg. 16. 50. 57 soli, L O. — 15. *quare* d repetit ante *secernant*. — *a bonis p. c.* e l u. — *in unum l.* w y. — 16. *denique*] *igitur* b. — *id* om. B a d q y z, Lg. 46. 50. 57. 65. — *iam* om. B q; *iam s.* C e w. — *discernantur* b i l s u w x Lg. 16. 21. 43: *secernantur* R L O. — *desinant* bis habet i. — 17. *domui suae* b r t Lg. 46. — *praetoris urbani*] om. t; *p. R.* a; *rei p.* d; *praetoris Romani* (vel *Ro.* vel *R.*) y z Lg. 50. 57; *praetoris urbis* C r Lg. 53; *praetoris. urbem* o. (firmat *praetoris urbani* Schol. Gron., qui locum affert ad or. IV. §. 2.) — 18. *curiam cum gladiis* y z Lg. 53. — *maleolos* g; *malleolosque* e. — *falces* p; *fasces* a c k q x y z, alii Lagg. (*malleolos ad infl. urbem facesque* L et 5 dett. Lagg.) — 19. *sit*] *sat* a s; *insit* Arusianus p. 237. (sed praecedit in eo: *Catil. I.*, ut *I* dittographia numeri *I.* videatur.) — *denique scriptum* l w y z, 4 al. Lagg.; *scriptum denique* q. — *uniuscuiusque civis* L et edd. vett. invitis codd. omnibus. — 20. *hoc vobis* B a b y z Lg. 65: *hoc* om. C Lg. 7; *vobis hoc* R. — *tantam in nobis cons.* -- *auctor.* om. o ς. — *consulibus* -- *tantam in vobis* om. s in fine paginae. — 22. *bonis omnibus* o; *bonis* om. b s. — *ut in Cat.* e. — 23. *esse* om. B. — 25. *isce* e; *his* i x. — *ominibus* Naugerius in Aldina: *omnibus* codd. et L, sed plerique mei *omibus* cum lin. super *m*. — *summae* L. — *cum tua* B a y z ς: *et cum tua* R L O.

parricidioque iunxerunt, proficiscere ad impium bellum ac nefarium. Tu, Iuppiter, qui isdem, quibus haec urbs, auspiciis a Romulo es constitutus, quem Statorem huius urbis atque imperii vere nominamus, hunc et huius socios a tuis ceterisque templis, a tectis urbis ac moenibus, a vita fortunisque civium arcebis, et homines bonorum inimicos, hostes patriae, latrones Italiae, scelerum foedere inter se ac nefaria societate coniunctos, aeternis suppliciis vivos mortuosque mactabis.

---

1. *uinxerunt* a c i x y, 4 al. Lagg. — *tu* a c p q Lg. 43. 50. 53: *tu vero* B; *tum tu* R L O. — 2. *Iuppiter* b s t: *Iupiter* O. — *qui isdem*] *cuius* l u. — *urps* i; *urbs condita est* B. — *est constituta* V e i l q u w. — 3. *urbis* om. o. — *vere* om. u; *iure* e q. — 4. *a tuis* a o r ς: *artius aris* t; *aris* m; *a tuis ara* l; *a tuis aris* R L O. — *ac tectis* V e q z; *tectisque* (om. *a*) d. — *ac*] *a* B q. — 5. *civium* b c i l s t u w x, Lg. 16. 43. 50: *omnium civium* r; *civium omnium* C d e o et rell. Lagg., ut videtur, L O. — *homines* mei (praeter i) B a c k x, 9 alii Lagg.: *omnes homines* i; *omnes* V et rell. Lagg., L O. — *inimicos bonorum* V Lg. 20. 21. soli, L O. — 6. *nef. necessitate* q.

M. TULLII CICERONIS

IN L. CATILINAM

ORATIO SECUNDA

AD QUIRITES.

I. 1. Tandem aliquando, Quirites, L. Catilinam, furentem audacia, scelus anhelantem, pestem patriae nefarie molientem, vobis atque huic urbi ferro flammaque minitantem, ex urbe vel eiecimus vel emisimus vel ipsum egredientem verbis prosecuti sumus. Abiit excessit, evasit erupit. Nulla iam pernicies a monstro illo atque prodigio moenibus ipsis intra moenia comparabitur. Atque hunc quidem unum huius belli domestici ducem sine controversia vicimus. Non enim iam inter latera nostra sica illa versabitur; non in campo, non in foro, non in curia, non denique intra domesticos parietes pertimescemus. Loco ille motus est, cum est ex urbe depulsus. Palam iam cum hoste nullo impediente bellum [iustum] geremus. Sine dubio perdidimus hominem magnificeque vicimus, cum illum ex occultis insidiis in apertum latrocinium coniecimus. 2. Quod vero non cruentum mucronem, ut voluit, extulit, quod vivis nobis egressus est, quod ei ferrum e manibus extorsimus, quod incolumes cives, quod stantem urbem reliquit, quanto tandem illum maerore esse afflictum et profligatum putatis? Iacet ille nunc prostratus,

---

1. *aliquando* om. t; firmant Festus p. 360. ed. Muell., Nonius, Priscianus. — *lucium* o; *L.* om. Vd. — 3. *ferro flammaque* a, Lg. 50, cod. Gemblacensis: *ferrum flammamque* R L O. Cf. Madvigii Opusc. I. p. 188. — *minitantem* g h o r ex meis: *minantem* rell. mei et 5 Lagg. dett. — 4. *verbis*] *urbe* V q. — *abiit abscessit* Isidorus Origg. I. 35, 16. — *erupit evasit* Quintil. IX. 3, 46. (*evasit erupit* Isid.) — 5. *atque*] *vel* d. — 6. *inter* r. — *moenia* om. u. — *comparatur* a. — *unum* om. e. — *belli ducem dom.* d l. — 7. *enim* om. o t, Lg. 53. — *intra* m p w. — 8. *non eam in campo* L. — 9. *inter* B V d q z. — *perhorrescemus* b c s soli, quod commendat Niebuhrius ad *Oratt. fragm.* p. 80. — *locus ille* t; *loco illo* d. — *amotus* r; *permotus* i. (*motus* Donat. ad Ter. Phorm. prol. 33.) — 10. *cum ex u. est depulsus* V; *cum ex u. est expulsus* b c i s; *cum ex u. pulsus est* w; *est* om. r. (Arusianus p. 248. *cum haec* [pro *est*] *ex u. dep.*) — *cum* om. u. — 11. *iustum bellum* C; *iustum* om. b m s. Cf. adn. in ed. Lips. — *gerimus* b w x. — *hominem*] *hostem* z. — *magnifice* V a. — 14. *quodque ei* Lg. 20. 50. 57. — *e*] om. i; *ex* p; *de* L O contra codd. (*extors. e manibus* V.) — 15. *illum tandem* r; *tandem* om. 5 Lagg. — *maerore illum* q. (*moerore* s.) — 16. *esse afflictum* codd. optimi et plerique cum Arusiano p. 215: habent *esse* post *affl.* d, 6 Lagg. dett., L O; post *profligatum* C; *esse* om. Lg. 46. 53. — *et prostratum* e. — *nunc ille* r, Lg. 9. 53. — *prostratus Quirites*] *Quir.* om. c; *prostratusque est* b e i q s t u w x z Lg. 65; *prostratus est* Lg. 20; *prostratusque est Quir.* d l; *prostratusque ille est* r.

Quirites, et se perculsum atque abiectum esse sentit, et retorquet oculos profecto saepe ad hanc urbem, quam e suis faucibus ereptam esse luget: quae quidem mihi laetari videtur, quod tantam pestem evomuerit forasque proiecerit.

II. 3. Ac si quis est talis, quales esse omnes oportebat, qui in hoc ipso, in quo exsultat et triumphat oratio mea, me vehementer accuset, quod tam capitalem hostem non comprehenderim potius quam emiserim, non est ista mea culpa, sed temporum. Interfectum esse L. Catilinam et gravissimo supplicio affectum iam pridem oportebat, idque a me et mos maiorum et huius imperii severitas et res publica postulabat. Sed quam multos fuisse putatis, qui quae ego deferrem non crederent? quam multos, qui etiam defenderent? [quam multos, qui propter improbitatem faverent?] Ac si illo sublato depelli a vobis omne periculum iudicarem, iam pridem ego L. Catilinam non modo invidiae meae, verum etiam vitae periculo sustulissem. 4. Sed cum viderem, ne vobis quidem omnibus re etiam tum probata, si illum, ut erat meritus, morte multassem, fore ut eius socios invidia oppressus persequi non possem, rem huc deduxi, ut tum palam pugnare possetis, cum hostem aperte videretis. Quem quidem ego hostem quam vehementer foris esse timendum putem, licet hinc intelligatis, quod etiam moleste fero, quod ex urbe parum comitatus exierit. Utinam ille omnes secum suas copias eduxisset! Tongilium mihi eduxit, quem amare in praetexta coeperat, Publicium et

---

1. *et* post *sentit* om. B z.— 2. *saepe profecto* c; *profecto* om. C; *saepe* om. p.— *ex suis* V L, O. — 3. *mihi laetari* a e r B C, 4 alii Lagg. cum Donato ad Ter. Hec. III. 5, 65: *laetari mihi* R L O. — *evom. tantam pestem* o. — 5. *Ac*] *at* e w B C V L O. — *omnes esse* b c q s, 5 alii Lagg.; *esse homines* o; *esse* om. p, habet post *oportebat* d z. — *in hoc*] *hoc* c. — 6. *in quo*] *in* om. z solus. — *atque* r. — *veh. me accusat* r; *me acc. veh.* u (*accuset* z). — 7. *potius*] *prius* r. — 8. *ista est* q. — *mea culpa* V b c g i k s u w, Lg. 21. 46: *culpa mea culpa* r; *mea Quir. culpa* m et Anecd. Paris. p. 4; *mea culpa Quir.* rell. mei et Lagg., ut videtur, L O. (sed Lg. 53. habet *Quir.* ante *non est.*) — *interemptum* L O contra codd. — *L.* om. o r. — 9. *affectum esse* d. — *oportuit* c d. — *id quod* q; *id* 6 Lagg. — 10. *maiorum mos* z. — 11. *esse* m w. — *non crederent*] Sequitur in editt. plerisque colon: *quam multos qui propter stultitiam non putarent,* quod cum B o ς, Lg. 9, uno Oxon. delevi. Cod. a non habet nisi *qui propter stult. n. putarent*, om. vv. *quam multos.* Glossema eo quoque coarguitur, quod idem colon in r z, Lg. 50. 57. et 4 aliis post *quam multos qui etiam defenderent* legitur. — *quam multos qui etiam def. quam multos* om. t. (erravit Or. de scriptura huius cod.) — 12. *etiam qui* e. — *quam* post *def.* om. u. — *q. m. qui pr. improb. faverent* subditicia videntur Blochio et Madvigio, sed leguntur in omnibus codd., nisi quod t om. *propter*, ς *propter infirmitatem* habet. — 13. *sublato illo* z V O. — *a nobis* d h k l w z. — 14. *invidia mea* l solus et L. — 15. *vitae* om. l. — *viderem* s post *vobis* habet. — 16. *re etiam tum*] *re etiam dum* e t u; *re tum etiam* r; *etiam re tum* c et Lg. 50. 57; *re* om. a, Lg. 46; *tum* om. z et 8 alii Lagg.; *tam* (om. *re*) cod. Parcensis, de quo Orell. falsa tradidit. (*re ne v. q. o. etiam tum* L.) — *comprobata* Lg. 21. 46. 50. 57. Ex his codd. vestigiis fort. scribendum est: *re iam comprobata.* — 17. *ut huius* C. — *huc*] *eo* d. — 18. *tum*] *dum* b t; *cum* r. — *possitis* b s w. — *aperte*] *palam* r. — *videritis* b i s t u x z, 5 alii Lagg. — 19. *hostem* a ς Lg. 50. 57: *Quirites hostem* z B Lg. 20. 65; *hostem Quir.* R L O. — *quam*] *qui* b s. — *timendum esse* d. — 20. *quod* c q z et 5 alii Lagg., ut videtur: *quam* Lg. 50. 57; *qui* R. — *etiam* C V b i r s x: *illud etiam* ς B O; *etiam illud* R L. — 21. *ille* om. o. — *secum omnes* w z, Lg. 9; *secum* om. d. — *copias suas* b c d s; *suos* w (*omnes suas copias secum* o). — *Tongillium* 9 Lagg.; *Longilium* p; *Tongillum* L. — 22. *in praetexta* i solus: *in praet. Catilina* Lg. 43; *in praet. calumpniatus* Lg. 50. 57; *in praet. calumnia* (vel *calumpnia*) R O, sed O: [*calumnia*]; (*amare coeperat in praetexta calumpnia* d l, Parc. et unus Paris. apud Steinmetzium.) — *Publicium* codd. plerique: nonnulli *Plublicium* (t), *Publicum* (r u) vel *Publium.*

Minucium, quorum aes alienum contractum in popina nullum rei publicae motum afferre poterat: reliquit quos viros! quanto aere alieno! quam valentes! quam nobiles! III. 5. Itaque ego illum exercitum prae Gallicanis legionibus et hoc dilectu, quem in agro Piceno et Gallico Q. Metellus habuit, et his copiis, quae a nobis quotidie comparantur, magno opere contemno, collectum ex senibus desperatis, ex agresti luxuria, ex rusticis decoctoribus, ex iis, qui vadimonia deserere quam illum exercitum maluerunt: quibus ego non modo si aciem exercitus nostri, verum etiam si edictum praetoris ostendero, concident. Hos, quos video volitare in foro, quos stare ad curiam, quos etiam in senatum venire, qui nitent unguentis, qui fulgent purpura, mallem secum milites eduxisset: qui si hic permanent, mementote non tam exercitum illum esse nobis, quam hos, qui exercitum deseruerunt, pertimescendos. Atque hoc etiam sunt timendi magis, quod quidquid cogitant me scire sentiunt, neque tamen permoventur. 6. Video, cui sit Apulia attributa, quis habeat Etruriam, quis agrum Picenum, quis Gallicum, quis sibi has urbanas insidias caedis atque incendiorum depoposcerit. Omnia superioris noctis consilia ad me perlata esse sentiunt; patefeci in senatu hesterno die; Catilina ipse pertimuit, profugit: hi quid exspectant? Ne illi vehementer errant, si illam meam pristinam lenitatem perpetuam sperant futuram.

IV. Quod exspectavi, iam sum assecutus, ut vos omnes factam esse aperte coniurationem contra rem publicam videretis: nisi vero [si] quis est, qui Catilinae similes cum Catilina sentire non putet. Non est iam

---

1. *Minucium* (vel *Minulium*) a c d q B C Lg. 20. 46. cod. Parc.: *Municium* l o z Lg. 10; *Munatium* (vel *Munacium*) b i m r s t u w, L O; *Munantium* e; *minutim* p; alii Lagg. *Minutum*, *Minacium*, *Numacium*, *Mutatium*, *Numilium*, *Emonacium*. Videtur Cic. in similitudine nominis Minucii cum Publicio lusum quaesisse. — *in popinam* c d h o V et 3 alii Lagg.; *in papinam* a. — 2. *quanto* om. e. — *alieno aere* d u V O; *aere alieno obstrictos* L. — 3. *nobiles vos videtis* 5 Lagg. dett., L. — *prae* Lambinus ex uno suo cod., in quo est *pro* (eodem ducit interpretatio in Pal. 2. adscripta: *respectu Gall. legionum*): *et* cod. Mureti, O; *ex* omnes mei et Lagg. — 4. *ex hoc* r (*et hunc delectum* z et Lg. 20. 50. 57). — *dilecto* a; *delectu* d r t O. — *ex agro* d. — 5. *et his* a b e g i k l s t u Lg. 46: *et iis* h; *ex his* o x B V Lg. 16. 43; *et ex his* d p r w, rell. Lagg. — *magno opere* a l x z Lg. 16. 20: *magnopere* R. — 6. *a senibus* e. — *ex agr.*] *et agr.* r C Lg. 9. 24; *ex* om. V. — *luxurie* Probi ars minor §. 514. p. 336. ed. Endlicher. — 7. *rusticis*] *rusticis mendiculis* V; *rust. mendiculis et* L. — *debitoribus* r, sed pr. m. *decoctoribus* sup. lin. — *iis* h: *hiis* vel *his* rell. mei. — 9. *praetoris nostri* b c s B. — 10. *ad curiam*] *in curia* b c i s w C Lg. 21. 24. 53. — 11. *secum milites* o: *suos secum milites* s w, Lg. 43; *secum milites suos* g h; *milites secum* k; *secum suos viros milites* V; *secum suos milites* R L O; *suos* ex superiore loco §. 4. *secum suas copias* inculcatum est. — *ut eduxisset* o. — 12. *mementote* om. h k. — *illum exerc. esse nobis magis quam* z. — 13. *exerc. illum des.* z. — *atque in hoc* e o; *atqui hoc* k (*atque haec etiam sunt timenda* p). — 14. *magis sunt tim.* q V. — *quod*] *quo* e o. — *quidquid cogitant* d e w, ed. Ven. 1472. (sed d w et Ven. *cogitent*): *quid cogitant* a e Lg. 50. 53. 57; *quid cogitent* R L O. — *nec tamen* d. — 15. *Apulia sit* V O. — *tributa* o. — *quis*] *qui* (quater) V soli, L O (sed b h i s quarto loco *qui* ante *sibi*). — *habet* b s u. — 16. *agrum* om. Lg. 46. — *Galliam* z et Lg. 46. — 17. *deposcerit* b q s. — 18. *prolata* u; *delata* b c d e h i s w x B soli, O. (*esse delata* d.) — *esse* om. V. — *ea in sen.* e; *senatui* w. — *hesterna* V b c d q r z et 5 alii Lagg. — 19. *hi* om. a; *hii* e. — *quid*] *quidem* a. — *ne* mei et optimi Lagg.: *nonne* V; *anne* z; *nae* edd. — 20. *si*] *qui* B. — *pristinam meam* d; *meam* om. B r. — 21. *Quod spectavi* malim, v. tamen II. §. 27. — *assecutus sum* d. — 22. *aperte* om. e. — *videritis* x et 4 alii Lagg. — *nisi vero si*] *ubi vero si* d; *si* delevit Madvigius. — 23. *similis* mei et Lagg., praeter 4, qui *simul* habent. — *non sentire* d.

lenitati locus; severitatem res ipsa flagitat. Unum etiam nunc concedam: exeant, proficiscantur, ne patiantur desiderio sui Catilinam miserum tabescere. Demonstrabo iter: Aurelia via profectus est; si accelerare volent, ad vesperam consequentur. 7. O fortunatam rem publicam, si quidem hanc sentinam urbis eiecerit! Uno me hercule Catilina exhausto, levata mihi et recreata res publica videtur. Quid enim mali aut sceleris fingi aut cogitari potest, quod non ille conceperit? quis tota Italia veneficus, quis gladiator, quis latro, quis sicarius, quis parricida, quis testamentorum subiector, quis circumscriptor, quis ganeo, quis nepos, quis adulter, quae mulier infamis, quis corruptor iuventutis, quis corruptus, quis perditus inveniri potest, qui se cum Catilina non familiarissime vixisse fateatur? quae caedes per hosce annos sine illo facta est? quod nefarium stuprum non per illum? 8. Iam vero quae tanta umquam in ullo homine iuventutis illecebra fuit, quanta in illo? qui alios ipse amabat turpissime, aliorum amori flagitiosissime serviebat, aliis fructum libidinum, aliis mortem parentum non modo impellendo, verum etiam adiuvando pollicebatur. Nunc vero quam subito non solum ex urbe, verum etiam ex agris ingentem numerum perditorum hominum collegerat! Nemo non modo Romae, sed ne ullo quidem in angulo totius Italiae oppressus aere alieno fuit, quem non ad hoc incredibile sceleris foedus adsciverit. V. 9. Atque ut eius diversa studia in dissimili ratione perspicere possitis, nemo est in ludo gladiatorio paulo ad facinus audacior, qui se non intimum Catilinae esse fateatur, nemo in scaena levior et nequior, qui se non eiusdem prope sodalem fuisse commemoret. Atque idem tamen, stuprorum et scelerum exercitatione assuefactus frigore et fame et siti et vigiliis perferendis fortis ab istis praedicabatur, cum industriae subsidia atque instrumenta virtutis in libidine audaciaque consumeret. 10. Hunc vero si secuti erunt sui comites, si ex urbe exierint despera-

---

1. *lenitati* C a c d o q z aliique Lagg. (sed d *leuitati*): *lenitatis* mei reliqui, V x et 6 alii Lagg. — *ipsa res* o z. — *eflagitat* o. — 2. *Catilinam* om. Lg. 50. 57. — *miserum* om. p.— 3. *demonstrabo igitur iter* o; *demonstratur ire* r. — *Aureliam viam* a c p r Lg. 43; *via* om. B. — *volunt* r; *volunt iter* e. — 4. *ad vesperum* L invitis meis et Lagg. — 5. *urbis* B V a p Lg. 21: *urbis huius* b c s; *huius urbis* R L O. — *me hercules* i t; *me ercle* o. — *Catilina* om. g. — *levata mihi et recreata* a, Lg. 16. 43. 46. et 7 m. pr.: *recreata mihi et levata* B; *releuata mihi et recreata* R L O.— 6. *mihi* om. C, Lg. 6. 53. — 7. *excogitari* q w B L O. — *concepit* d. — 8. *paricida* d. — 9. *subversor* e et 4 Lagg. — *quis ganeo - - iuventutis* affert Nonius p. 419. — *quis nepos* om. r. — 11. *secum Catilinam* g i k. — 13. *non*] *nisi* d. — *in ullo umquam h.* C V Lg. 46, O; *umquam in homine* d; *homine* om. a solus. — 14. *amabat ipse* B b c s w (sed B *amat*). — 15. *flag. amori* d l. — *fructus* Lg. 43. — 16. *modo* om. e. — 18. *etiam in agris* d. — *perd. hom. numerum* d; *hominum* om. C. — 19. *ne ullo quidem in ang.* r (sed *in* sup. lin. m. pr.): *ne ullo in ang.* rell. mei et Lagg. omnes, nisi quod d i w habent *ne in ullo ang.*, Lag. 6. solus *nullo in ang.*; *nec ullo in ang.* L O. Cf. Madvig ad *Cic. de Finn.* p. 819. (*sed ullo in angulo* deletis vocabulis *ne-quidem* Theod. Mommsenius.) — 20. *alieno aere* C. — 21. *dissimili*] *diversa* d. — 23. *esse fateatur* om. b i s fort. recte; *esse* om. e m. — *nemo est in scena levior nemo nequior* B. — 24. *fuisse*] *esse* d p. — *commemoret*] *fateatur* d. — 25. *frigori et fami* Muretus et L., om. *et* d. — 26. *ac siti* b c e l q s u w x Lg. 46; *et* om. d. — *ac vigiliis* C V et aliquot dett. Lagg., O.— *perferundis* B a c d Lg. 50. 57. — *ab istis sociis pr.* V; *a suis praed.* L. — 27. *in libidinem audaciamque* C. — *consumerent* g; *consumerentur* V b i r s t u w x Lg. 46. 43. 53. — 28. *Hunc*] *nunc* C. — *erunt*] *fuerint* C V q z, alii Lagg. dett., quorum nonnulli *fuerint si secuti* habent; *erunt* firmant Anecd. Paris. p. 5. (de cod. d erravit Graevius.) — *si sui fuerint comites secuti* L.

torum hominum flagitiosi greges, o nos beatos, o rem publicam fortunatam, o praeclaram laudem consulatus mei! Non enim iam sunt mediocres hominum libidines, non humanae ac tolerandae audaciae: nihil cogitant, nisi caedem, nisi incendia, nisi rapinas: patrimonia sua profuderunt, fortunas suas obligaverunt; res eos iam pridem, fides nuper deficere coepit: eadem tamen illa, quae erat in abundantia, libido permanet. Quod si in vino et alea comissationes solum et scorta quaererent, essent illi quidem desperandi, sed tamen essent ferendi: hoc vero quis ferre possit, inertes homines fortissimis viris insidiari, stultissimos prudentissimis, ebriosos sobriis, dormientes vigilantibus? qui mihi accubantes in conviviis, complexi mulieres impudicas, vino languidi, conferti cibo, sertis redimiti, unguentis obliti, debilitati stupris, eructant sermonibus suis caedem bonorum atque urbis incendia. 11. Quibus ego confido impendere fatum aliquod et poenam iam diu improbitati, nequitiae, sceleri, libidini debitam aut instare iam plane aut certe appropinquare.. Quos si meus consulatus, quoniam sanare non potest, sustulerit, non breve nescio quod tempus, sed multa saecula propagarit rei publicae. Nulla est enim natio, quam pertimescamus, nullus rex, qui bellum populo Romano facere possit: omnia sunt externa unius virtute terra marique pacata: domesticum bellum manet; intus insidiae sunt, intus inclusum periculum est, intus est hostis. Cum luxuria nobis, cum amentia, cum scelere certandum est. Huic ego me bello ducem profiteor, Quirites: suscipio inimicitias hominum perditorum: quae sanari poterunt, quacumque ratione sanabo; quae resecanda erunt, non patiar ad perniciem civitatis manere. Proinde aut exeant aut quiescant, aut,

---

1. *o vos b.* d; om *o nos beatos* h k. — 2. *mei consul.* e. — *iam enim non* C V x et 3 alii Lagg.; *non enim* (om. *iam*) o. — 3. *et tol. audaciae* B a r; *audaciae ac tol.* C V t, alii Lagg. dett., L O. — 4. *caedem* B a r z, ed. Ven. 1472: *caedes* R O. Cf. II. §. 6. et §. 10. extr., Sall. Catil. c. 32. — 5. *obligaverunt* codd. mei et Lagg.: *abligurierunt* L O cum cod. Mureti. — *res eis* d i u; *res eorum* b e s; *eos* om. w. — *iam pridem deseruit fides* a. — *deficere nuper* Lg. 65, V L O. — 6. *lubido* o. — *manet* b e i q s w x. — 7. *comesationes* vel *comessationes* (etiam *comm.*) codd. — 8. *quidem illi* b c i s w x; *quidem* om. z, Lg. 20. 65. — *essent tamen fer.* m; *tamen fer. essent* Lg. 16; *essent* om. C b c Lg. 46. At v. Verr. I. §. 110: *minus esset nefarium*, *tamen esset improbum.* — *hos* l z. — 9. *posset* c w. — 10. *ebriosos* mei omnes, c x et 9 alii Lagg.: *ebrios* ς L et rell. Lagg. etiam a k, ut videtur. Sed Lagomarsinum h. l. ad lectionem Gruterianam *ebrios* ex nonnullis codd. varietatem omisisse, hinc conicio, quod saltem in g h, qui alias cum k consentire solent, *ebriosos* legitur. — *accub. mihi* e; *mihi* om. b c d i o p q s, Lg. 9 et 20; at firmat *mihi* Servius ad Aen. III. 477. et V, 291. — 11. *confecti* 7 dett. Lagg., O. — 12. *eruptant* t. — 13. *incendium* d. — 14. *factum* u; *iam fatum* q. — *aliquando* z. — *poenas* -- *debitas* L O contra codd. — *improbitatis iam diu* r; *iam* om. i. — *sceleri nequiciae* o. — 15. *instare aut pl.* o. — *certe*] *certe iam* 5 Lagg. dett.; L O. — 16. *quod si* c q. — *non potest sanare* e. — 17. *scio* t u. — *multa tempora* z. — *propagaverit* o. — *rei p.*] *P. R.* c k et 6 alii Lagg.; *rem p.* Mommsenius. — 18. *nulla enim est* B a d Lg. 7. 50. 57; q habet *est* post *natio.* — 19. *pop. R.*] *r. p.* V w. (*populo r. bellum* o.) — *posset* e. — *unius*] *unius pop. Rom.* b c o p s Lg. 20. 43. 46. — *virtutem* a. — *terre marique* m. — 20. *sunt ins.* 3 Lagg.; *sunt* om. e. — 21. *incl. est peric.* e; *peric. incl. est* w. — *est* om. e. — 22. *ego* om. V. — *bello me* o. — 23. *suscipio*] *qui suscipio* g h; *qui rei p. causa suscipio* r sine *Quirites.* — *perditorum hominum* C c Lg. 20. 21. — 24. *potuerint* h k. — *secanda* s. (*resec.* Schol. Gron.) — 25. *manere* codd. (sed l *remanere*): *manare* L O, quae lectio Madvigio (Opusc. I. p. 176.) ex errore typogr. orta videtur. — *proinde exeant* o w.

si et in urbe et in eadem mente permanent, ea quae merentur exspectent.

VI. 12. At etiam sunt, qui dicant, Quirites, a me in exsilium eiectum esse Catilinam. Quod ego si verbo assequi possem, istos ipsos eiicerem, qui haec loquuntur. Homo enim videlicet timidus aut etiam permodestus vocem consulis ferre non potuit: simul atque ire in exsilium iussus est, paruit. Quid? ut hesterno die, cum domi meae paene interfectus essem, senatum in aedem Iovis Statoris convocavi, rem omnem ad patres conscriptos detuli, — quo cum Catilina venisset, quis eum senator appellavit? quis salutavit? quis denique ita adspexit ut perditum civem, ac non potius ut importunissimum hostem? quin etiam principes eius ordinis partem illam subselliorum, ad quam ille accesserat, nudam atque inanem reliquerunt: — hic ego vehemens ille consul, qui verbo cives in exsilium eiicio, quaesivi a Catilina, in nocturno conventu apud M. Laecam fuisset necne. 13. Cum ille, homo audacissimus, conscientia convictus primo reticuisset, patefeci cetera; quid ea nocte egisset, quid in proximam constituisset, quem ad modum esset ei ratio totius belli descripta, edocui. Cum haesitaret, cum teneretur, quaesivi, quid dubitaret proficisci eo, quo iam pridem pararet, cum arma, cum secures, cum fasces, cum tubas, cum signa militaria, cum aquilam illam argenteam, cui ille etiam sacrarium [scelerum] domi suae fecerat, scirem esse

---

1. *si et*] *et si* b w; *et* om. C V e z ς, 6 alii Lagg. — *et* post *urbe* om. q et 5 Lagg. — *permaneant* o z. — *ea* om. V; *et ea* o. — 3. *At sunt etiam* cod. Franc., ed. Ven. 1472. — *Quir. qui dicant* V L O. (*dicunt* C z.) — *eiectum in exilium* B a z L; *in exil. a me eiectum* r; o *in exilium* post *Catilinam* habet. — 4. *Catil. esse* g; *esse* om. b s. — 5. *hoc* d. — *locuntur* a b c e i l q s u w x, Lg. 7. 9; *loquntur* r z. — *enim* om. d et Lg. 46. 43. 53. 65, O. — *aut etiam*] *vel etiam* d; *etiam* (sine *aut*) C V Lg. 21; *et* Lg. 7. 46. 43, L O. — 6. *perferre* B p q, Lg. 43. — *atque simul* t; *simul ut* o. — 7. *Quid? ut*] sic scripsi ex B a c et cod. Colon., interpunctione vulgari per totam periodum emendata: *qui cum. Quid ut* o; *qui ut* b g i l r s t u w x z Lg. 46. 48; *quid* Lg. 9. 20; *ut* Lg. 53; *quid ut quicum* k; *qui cum* h; *quieuit* e, cod. Mureti, L; *quod* vel *qui* (sic etiam Schol. Gron.) rell. Lagg.; *paruit*, *ivit. Hesterno die* O ex d, sed legitur in hoc et in Parc.; *paruit. Hesterna quidem die.* — *hesterna* a b c d o z, 5 alii Lagg. — *die Quirites* a c d. — *meae* om. b. — *essem interf.* i; *interfectos esse* u. — 8. *convocavi* B a e r z, 6 alii Lagg.: *vocavi* R. — 9. *retuli* V. — 10. *senatorem pellavit* p, unde Pithoeus coniecit: *senator compellavit (quis senatorum eum app.* o). — *ita*] *ita non* r; *non ita* z. — 11. *perditissimum* om. *ut* w. — 12. *eiusdem* d; *huius* e. — 13. *hinc* s. — *consul ille* o. — 14. *civis* a et Lg. 9. — *in nocturno* b d i l r s t u, cod. Parc.: *nocturno* L cum Prisc. Vol. II. p. 145. et p. 170; *a nocturna* w; *an in noct.* C V q w x et 6 alii Lagg.; *an nocturno* e p, Schol. Gron. et rell. Lagg., ut videtur. (De cod. r Orellius erravit; habet is: *quesiui an catilina in nocturno*) — 15. *Laecam* h. l. etiam t. — 16. *convictus*] *commotus* h k. — *reticuisset*, *postremo patefeci* Diom. p. 386. P., sed abest *postremo* a cod. Mon. — *cetera* om. q; *cuncta* e. — *egisset* i m o q r s w x, Lg. 53. 58. cum Prisciano II. p. 146: om. *egisset* e; *egisset ubi fuisset* C b d l t u et rell., ut videtur, Lagg. — 17. *in proximam* a c l m t u z: *in proximum* ς; *in proxima* R; *proxima* Prisc. l. c. — *esset* om. o, *ei* sup. lin. habet. — *ei*] *rei* b s. — *totius* om. d. — 18. *edocuit* u; *docui* V g i m r s, 4 alii Lagg. (*edocui* om. L.) — *teneretur*] *cunctaretur* Lg. 46. 53, L. — 19. *eo proficisci* Lg. 6. 53. soli cum Diomede p. 387. et Charisio p. 202. P.; sed hos grammaticos locum ex memoria citasse prodit eorum lectio *interrogavi* pro *quaesivi.* — *pararat* d, 7 Lagg. dett., L; *parasset* C et Lg. 46, fort. rectius. — *cum secures* om. b; *cum* om. V p.— 20. *cum faces* r u w, 5 Lagg.; *cum dignitates cum fasces* B V d t z, 3 alii Lagg. (sed t *dignitas.*) — *illam* om. Lg. 46. 43; u sup. lin. habet. — 21. *cui etiam ille* o. — *scelerum* om. e i et Pal. 6 et 9; *scelerum sacrarium* b c o s. Irrepsit glossema ex or. I. §. 24. — *domui* r t 3 Lagg.

praemissam.) 14. In exsilium eiiciebam, quem iam ingressum esse in bellum videbam? Etenim, credo, [Manlius iste centurio], qui in agro Faesulano castra posuit, bellum populo Romano suo nomine indixit, et illa castra nunc non Catilinam ducem exspectant, et ille eiectus in exsilium se Massiliam, ut aiunt, non in haec castra conferet. VII. O conditionem miseram non modo administrandae, verum etiam conservandae rei publicae! Nunc si L. Catilina consiliis, laboribus, periculis meis circumclusus ac debilitatus subito pertimuerit, sententiam mutaverit, deseruerit suos, consilium belli faciendi abiecerit, ex hoc cursu sceleris ac belli iter ad fugam atque in exsilium converterit: non ille a me spoliatus armis audaciae, non obstupefactus ac perterritus mea diligentia, non de spe conatuque depulsus, sed indemnatus, innocens in exsilium eiectus a consule vi et minis esse dicetur; et erunt qui illum, si hoc fecerit, non improbum, sed miserum, me non diligentissimum consulem, sed crudelissimum tyrannum existimari velint. 15. Est mihi tanti, Quirites, huius invidiae falsae atque iniquae tempestatem subire, dum modo a vobis huius horribilis belli ac nefarii periculum depellatur. Dicatur sane eiectus esse a me, dum modo eat in exsilium. Sed mihi credite, non est iturus. Numquam ego a dis immortalibus optabo, Quirites, invidiae meae levandae causa, ut L. Catilinam ducere exercitum hostium atque in armis volitare audiatis, sed triduo tamen audietis; multoque magis illud timeo, ne mihi sit invidiosum aliquando, quod illum emiserim potius quam quod eiecerim. Sed cum sint homines, qui illum, cum profectus sit, eiectum esse dicant, idem, si interfectus esset, quid dicerent? 16. Quamquam isti, qui Catilinam Massiliam ire dictitant, non tam hoc queruntur quam verentur. Nemo est istorum tam misericors, qui illum

---

1. *praemissa* k et Lg. 16. — *In*] *Et in* r. — *ingressum in bellum* z; *ingr. in bellum esse* 9 Lagg. dett.; *in bell. ingr. esse* c; *egressum esse in b.* o (*ingressum iam in bellum* Diomedes p. 466 ed. P.) — 2. *viderem* ς; *sciebam* C (firmat *videbam* Diom.) — *Mallius* w et 7 dett. Lagg. (*iste Manlius* r); *Manlius* cum uno cod. Mureti delevit L. — *qui*] *quae* r. — 3. *Faesulano* c: *fesulano* (etiam L O) vel *fessulano* codd. plerique. — *bellum R. P.* w; *populus R. bellum* b. — 4. *non nunc* d m; *nunc* om. B c; *non* om. u z, 4 alii Lagg.; *non* post *ducem* habet w. — *in exilium eiectus* o. — 5. *se* om. q; post *castra* habent B. — *in Massiliam* C V e o q t u, 5 alii Lagg. — *non*] *et non* d. — *haec* om. Lg. 16. — *confert* b d Lg. 50; *conferret* o u. — 7. *periculis cons. labor.* d. — 8. *permutaverit* C V q z, 5 alii Lagg. — 9. *suos deseruerit* edd. quaedam contra codd. — *faciendi* B a b d e i l o q r s t u w x, 8 alii Lagg.: *faciundi* R O. — *ex*] *et ex* c d e l o p q t u z ς, 5 alii Lagg. — *ac belli* B a p z ς Lg. 20. 16. 53: *et belli* R L O. — 10. *in* om. B a c d z Lg. 65. — *stupefactus* z. — 12. *indamnatus* t; *indampnatus* g l o; *indempnatus* b d e i s w. — 13. *a consule vi*] *a consulatu* a; *a consulis vi* C V t z, 5 alii Lagg. — *esse* om. b s. — 14. *miserum*] *timidum* V b c e i s w x, 5 alii Lagg. (*miserum* firmat Priscianus II. p. 143 k r.) — 15. *est enim tanti* s; *mihi* om. b, ut est in or. I. §. 22. (*est mihi tanti* Schol.) — 16. *huiusmodi invidiae* r. — 17. *a nobis* O. — *eiectus dicatur sane* s. — 18. *esse eiectus* d. — *a me esse* b o Lg. 43; *esse a me Catilina* q. — 19. *ab diis* p, ut plerumque Cic. solet; v. ad or. Pomp. §. 48. — 20. *relevandae* B a b c d l p u ς Lg. 16. 43. 50. 57. 65 (sed 16 et 43: *relevandae inv. meae*); *levandae* firmat lemma Schol. — *causa levandae* g h. — *hostium*] *suum* B z. — 21. *tantum* g h (*tamen* Prisc. II. p. 212.) — *multo magisque* o. — 22. *timeo illud* r; *illud* om. s. — *invid. sit* s. — *illum* om. codd. Lagg. praeter B a c x, 9. 50. 57. — 23. *quam quod*] *quam* om. w; *quod* om. g h, 3 Lagg. — *Sed -- eiectum* om. t. — 24. *dicunt* z. — *idem* 10 mei et plerique Lagg.: *iidem* R L O. — 25. *Massaliam* l; *in Massiliam* V h k, 4 alii Lagg. — *hoc tam* B o; *hoc* om. b; *tamen hoc* u.

non ad Manlium, quam ad Massilienses ire malit. Ille autem, si me hercule hoc quod agit numquam antea cogitasset, tamen latrocinantem se interfici mallet quam exsulem vivere. Nunc vero, cum ei nihil adhuc praeter ipsius voluntatem cogitationemque acciderit, nisi quod vivis nobis Roma profectus est, optemus potius ut eat in exsilium, quam queramur.

VIII. 17. Sed cur tam diu de uno hoste loquimur, et de eo hoste, qui iam fatetur se esse hostem, et quem, quia, quod semper volui, murus interest, non timeo: de iis, qui dissimulant, qui Romae remanent, qui nobiscum sunt, nihil dicimus? quos quidem ego, si ullo modo fieri possit, non tam ulcisci studeo quam sanare sibi ipsos, placare rei publicae; neque, id quare fieri non possit, si me audire volent, intelligo. Exponam enim vobis, Quirites, ex quibus generibus hominum istae copiae comparentur; deinde singulis medicinam consilii atque orationis meae, si quam potero, afferam. 18. Unum genus est eorum, qui magno in aere alieno maiores etiam possessiones habent, quarum amore adducti dissolvi nullo modo possunt. Horum hominum species est honestissima — sunt enim locupletes —, voluntas vero et causa impudentissima. Tu agris, tu aedificiis, tu argento, tu familia, tu rebus omnibus ornatus et copiosus sis, et dubites de possessione detrahere, adquirere ad fidem? Quid enim exspectas? bellum? Quid? ergo in vastatione omnium tuas possessiones sacrosanctas futuras putas? An tabulas novas? Errant qui istas a Catilina exspectant: meo beneficio tabulae novae proferentur, verum auctionariae; neque enim isti, qui possessiones habent, alia ratione ulla salvi esse possunt. Quod si maturius facere voluissent, neque, id quod stultissimum est, certare cum usuris fructibus praedio-

---

1. *non* om. u. — *Mallium* e O. — *mansilienses* t. — *me hercules* e i t w L O. — 2. *ante* V O. — *tamen*] *tamen hoc* s. — 3. *vero*] *autem* c. — 4. *illius* b. — *cogitationemque* om. h k. — 5. *prof. est Roma* o. — *optamus* b s. — *ut exeat* r. — *quaeramus* a c. — 7. *de illo hoste* d; *hoste* om. w. — *loquimur*] hic deficit o, foliis sequentibus evulsis. — 8. *iam -- hostem*] *se fat. esse hostem* (om. *iam*) C d Lg. 21. 46 et Parc. (sed hic *fateatur*); *se iam hostem esse fat.* w (*fateatur* r). — *quem quia* B e h k r t u z, 5 alii Lagg.: *quia* om. g; *quem* om. R. — 9. *de iis* h, ut Manutius et Muretus voluerunt: *de hiis* d; *de his* R L O. — *qui simulant* V. — 10. *uobiscum* d w. — 11. *possit* C a c r Lg46: *potest* l; *posset* R L, Schol. Gron. — *sanare sibi ipsos*] sic mei (etiam t) praeter e et Lagg. omnes (sed 16. 43. *sibi sanare*): *sanare et ipsos* e L O. Cf. Madvigii Opusc. I. p. 188. — *placere* C a i w x, 7 alii Lagg. — *rem p.* d. — 12. *si a me* B a c d. — *volent* B a c d l p ς, Lg. 53, 3 Parisini: *velint* q; *voluerint* V L; *volunt* R (*si me aud. volunt* C et Lg. 46 post *sanare sibi ipsos* habent.) — 13. *enim*] *ergo* t; *ego enim* d. — *vobis* om. C, 4 Lagg. — 14. *comparantur* C b w z. — 15. *unum*] *primum* V et 3 alii Lagg. — *est genus* C q Lg. 46. (*genus eorum est* Schol.) — 16. *in* om. 7 Lagg. delt. — *etiam* om. B. — *habeant* i l u w. — 17. *nullo modo*] *non* e. — *possint* p. — *horum itaque hominum* q; *horum omnium* e r. — *est* om. B q. — 18. *vero*] *enim* e. — *inprudentissima* t. — 19. *tu agris*] *tum cum a.* d, item deinceps *tum* pro *tu.* — *tu arg.*] *tu argento tu auro* Lg. 50. 57. — *tu fam.*] *tu familia tu sella* e. — 20. *et cop.*] *cum copiosus* Lg. 50. 57. — *sis et*] om. *et* d. — *dubitas* d et Lg. 46. cum Arusiano p. 224: *dubites aliquid* V L. — *adq. ad fidem*] *et* (*ac* b) *adquirere ad fid.* b e; *adquirere fidem* u; *et* (*ac* z) *acquirere fidem* d z; *ad fidem adquirere* Lg. 16. 43 et L; *ac fidem acquirere* V C Lg. 21. 65. — 21. *ergo* om. b s, fort. recte; *enim* Lg. 43. 53. — *vastationem* a c. — 22. *poss. tuas* C Lg. 46. — *putes* B a r Lg. 50. 57. — 23. *ista* e w. — *a* om. m t. — *proferuntur* B a b h p q, alii Lagg. — 24. *enim* om. d u. — 26. *id* om. C, 3 alii Lagg. — *stult. facere est* e. — *fructibus* B V a b c i l s w x, 3 alii Lagg.: *et fructibus* R.

rum, et locupletioribus his et melioribus civibus uteremur. Sed hosce homines minime puto pertimescendos, quod aut deduci de sententia possunt, aut, si permanebunt, magis mihi videntur vota facturi contra rem publicam quam arma laturi. IX. 19. Alterum genus est eorum, qui quamquam premuntur aere alieno, dominationem tamen exspectant, rerum potiri volunt, honores, quos quieta re publica desperant, perturbata se consequi posse arbitrantur. Quibus hoc praecipiendum videtur, unum scilicet et idem, quod reliquis omnibus, ut desperent id quod conantur se consequi posse: primum omnium, me ipsum vigilare, adesse, providere rei publicae; deinde magnos animos esse in bonis viris, magnam concordiam in maxima multitudine, magnas praeterea copias militum; deos denique immortales huic invicto populo, clarissimo imperio, pulcherrimae urbi contra tantam vim sceleris praesentes auxilium esse laturos. Quod si iam sint id, quod cum summo furore cupiunt, adepti, num illi in cinere urbis et in sanguine civium, quae mente conscelerata ac nefaria concupiverunt, se consules aut dictatores aut etiam reges sperant futuros? Non vident id se cupere, quod si adepti sint, fugitivo alicui aut gladiatori concedi sit necesse. 20. Tertium genus est aetate iam affectum, sed tamen exercitatione robustum, quo ex genere est ipse Manlius, cui nunc Catilina succedit. Sunt homines ex iis coloniis, quas Sulla constituit: quas ego universas civium esse optimorum et fortissimorum virorum sentio, sed tamen ii sunt coloni, qui se in insperatis ac repentinis pecuniis sumptuosius insolentiusque

---

1. *his* om. d l. — 2. *pertim. puto* C Lg. 46. — *quod*] *qui* Lg. 9; *quis* z. — 3. *possunt de sent.* C et Lg. 46; *de sent. leviter possunt* d. — 4. *est genus eorum* Lg. 46; *g. eorum est* l; *est* om. p. — 6. *et rerum* B. — 7. *se consequi* B a d z Lg. 50. 57 et 6 alii: *se* om. e ς; *consequi se* R L O. — *arbitrantur - - consequi posse* om. a. — 8. *reliquis* codd. omnes praeter V: *ceteris* V L O. — *ut*] *quod* g. — 9. *se consequi* B C r z ς Lg. 46. 50. 53. 57: ponunt *se* ante *id quod* R L O. — *posse consequi* B; *assequi posse* d. — *me*] *sciant me* B. — *ipsum posse vigilare* c q Lg. 20. — 10. *adesse*] *adeo* a. — *publicae* om. r. — *animos* post *viris* habet c. — 11. *magna est concordia* Lg. 7. 9. — *in maxima multitudine* nos: *maxima multitudine* a; *maxima in multitudine* Lg. 9; *maximam multitudinem* R L O (sed d: *magnam.*) — 12. *copias praeterea* r. — *militum copias* a z Lg. 50. 57. 65. — 13. *contra vim tanti* d. — *praesentes* C a d l: *praesentis* R. — 14. *esse* om. b s. — *quod si*] *qui si* B, Lg. 7. 16. — *sunt* V. — *cum* om. B b c i s Lg. 46. 53. — *furore*] *scelere* d. — 15. *et in*] *in* om. 8 Lagg. dett. et L. — *cum mente* e. — 16. *scelerata* B b c d e h k s w z, 8 alii Lagg. dett. — *concupiverunt* B C a c i s t, 4 alii Lagg.: *cupiverunt* u; *concupierunt* R L O. — *se* om. V Lg. 43; *consules se* L O (non t, ut ait Orellius in ed. 2.) — *aut dictatores* mei (praeter b d), Lagg. c k q x z et 6 alii; *ac dictat.* b d et rell. Lagg., ut videtur, L O. — 17. *id se cup.*] *se id cupere* B; *se cup. id* q V L O. — 18. *sint* C a b c d i l s u x, 4 alii Lagg.: *sent* t; *sunt* e w, rell. Lagg.; *fuerint* L O. — *sit concedi necesse* B a z, Lg. 65; *conc. nec. sit* d. (b s *concedere*) — 19. *genus iam etate* (om. *est*) d. — *effectum* b; *defectum* w; *confectum* V k Lg. 46 et. L. — *sed tamen*] *sed* om. ς, Lg. 16. 43; om. *tamen* d; *sed tamen* om. V Lg. 21 et L. — 20. *est ipse*] *iste est* a, Lg. 65, cod. Lamb. O; *est iste* q z Lg. 20; *est ille* B. — *Mallius* z et 9 alii Lagg. — *successit* L V et 3 alii Lagg. — *sunt* b i q s w x, Lg. 16. 21. 43: *hi sunt* R L O. — 21. *ex iis* Lg. 65: *iis* om. C; *ex his* vel *hiis* R. — *colonis* Lg. 1. 24. 53. 57 et t, sed in hoc *i* superscr. — *quas* a, Lg. 3. 6. 16. 21. 50. 57: *quas fesulas* (*faesulas* t) vel *fesulis* R, sed habet 43 vocem interpolatione additam post *constituit*; in a est sup. lin., si recte Niebuhrii signum intellexi, *Faesula.* (*quos* pro *quas* Lg. 53.) Iam Lambino fides habebitur affirmanti se *Faesulis* in aliquot codd. non invenisse. Cf. etiam Madvigii Opusc. II. p. 335. — *Sulla* h. l. x. — *quos ego universos* e. — 22. *sentio virorum* c. — *ii* h: *hi* (*hii*) R L O. — 23. *in insperatis* Ernesti: *in* om. codd. (*non speratis* e.) — *et repentinis* C; *repentinisque* Lg. 1. 8 L O. — *insolentius* c; *atque insolentius* Lg. 46.

iactarunt. Hi dum aedificant tamquam beati, dum praediis lectis, familiis magnis, conviviis apparatis delectantur, in tantum aes alienum inciderunt, ut, si salvi esse velint, Sulla sit [iis] ab inferis excitandus: qui etiam nonnullos agrestes, homines tenues atque egentes, in eandem illam spem rapinarum veterum impulerunt. Quos ego utrosque in eodem genere praedatorum direptorumque pono, sed eos hoc moneo: desinant furere ac proscriptiones et dictaturas cogitare. Tantus enim illorum temporum dolor inustus est civitati, ut iam ista non modo homines, sed ne pecudes quidem mihi passurae esse videantur. X. 21. Quartum genus est sane varium et mixtum et turbulentum, qui iam pridem premuntur, qui numquam emergunt, qui partim inertia, partim male gerendo negotio, partim etiam sumptibus in vetere aere alieno vacillant, qui vadimoniis, iudiciis, proscriptione bonorum defatigati permulti et ex urbe et ex agris se in illa castra conferre dicuntur. Hosce ego non tam milites acres quam infitiatores lentos esse arbitror. Qui homines primum si stare non possunt, corruant, sed ita, ut non modo civitas, sed ne vicini quidem proximi sentiant. Nam illud non intelligo, quam ob rem, si vivere honeste non possunt, perire turpiter velint, aut cur minore dolore perituros se cum multis, quam si soli pereant, arbitrentur. 22. Quintum genus est parricidarum, sicariorum, denique omnium facinorosorum, quos ego a Catilina non revoco; nam neque ab eo divelli possunt, et pereant sane in latrocinio, quoniam sunt ita multi, ut eos carcer capere non possit. Postremum autem genus est, non solum numero, verum etiam genere ipso atque vita, quod proprium Catilinae est, de eius dilectu, immo vero de complexu eius ac sinu, quos pexo capillo nitidos aut imberbes aut bene barbatos videtis, manicatis et

---

1. *dum aedificiis* h. — *beati dum* a c d q, Lg. 9. 20. 21. 43. 50. 57: *beati* Lg. 1. 8. 24; *beatudinum* s (syll. *ti* superscr.); *beatitudinum* b i l z, 4 Lagg.; *beatitudinem* vel *beatitudine* R. — *praediis*] *praesidiis* a u, 8 alii Lagg.; *praesules* z; *praesulis praediis* B. — *lectis* B a Lg. 50. 57, aliquot Parr., 1 Oxon. cod. Mureti: *lecticis* R O. — 2. *apparatibus* q; *et apparatibus* Lg. 46. — 3. *si* om. a. — *Sulla* h. l. t. — *his sit* c; *iis* om. B a d t z, Lg. 50. 57; *sit his* R. — 5. *impleuerunt* b; *intulerunt* d. — *utrosque* a et Lg. 50. 57: *Quirites utrosque* B c; *utrosque Quirites* V d l Lg. 21 L O; *Quirites* (sine *utrosque*) R. — *eodem illo genere* i. — 6. *praeditorum* l s. — *hoc ammoneo* s. — 7. *ac proscr.* a, Lg. 50. 57. 65: *et proscr.* R L O. — *enim* om. u. — 8. *est inustus* s; *iustus est* t w; *iniunctus est* B z. — 9. *mihi* om. d; w post *esse* habet. — *passura* a. — *videantur* t post *quidem* habet. — 10. *est* om. V q. — *varium sane* C, 3 alii Lagg. — *turbolentum* s w; *truculentum* Lg. 50. 57. — 11. *emergent* 5 Lagg. dett., L O. — *incuria* d, sed in marg. ead. m. *inercia*. — 12. *negotium* C Lg. 46; *negotia* Lg. 16. 43. — *in* om. r. — *vetere* om. C, Lg. 46. 53. — *alieno aere* b. — 13. *proscriptione* B a p Lg. 50. 57: *proscriptionibus* R L O (sed r: *qui proscr.*) — *defetigati* g i l r s t u. — *et ex urbe* om. l; *et* om. V b d s, 3 alii Lagg. — 14. *et* post *urbe* om. V. — *ego* om. ς. — 15. *insidiatores* b. — *lentos* om. r (habet Prisc. I. p. 554.) — 16. *primo* h; fort. *quam primum*; v. adnot. in ed. nostra Lips. altera a. 1853. — *ut* om. t. — 17. *sed neque* q et 7 alii Lagg.; *sed ne cui* e. — 19. *se*] *si se* z. — *pereunt* a; *pareant* t. — *arbitrantur* V b c l s u w, Lg. 65. — 20. *paricidarum* g. — 21. *Katilina* w. — *nam neque -- possunt*] *namque -- non possunt* c. — *ab eo divelli* B C a r z, alii Lagg.: *div. ab eo* b e i l q s t u x, 6 alii Lagg. O; *ab eo* om. d; post *possunt* habet w (*ab eo develli* L.) — 22. *ita sunt* d e. — 23. *capere carcer* V O. — *autem* z sup. lin. habet; om. Lg. 21. 53. — 25. *est Catil.* e V O, Lg. 50. 57. 65 (*proprium Cat.* sine *quod* et *est* L.) — *dilectu* a b i m w Lg. 65: *delectu* R O. — *ac sinu eius* s. — *plexo* u. — 26. *bene* om. m; *pene* l; *paene* coni. Manut. Cf. Madvigii Opusc. I. p. 486. — *et*] *ac* C, Lg. 7. 46 cum Nonio p. 536.

talaribus tunicis, velis amictos, non togis; quorum (omnis industria vitae et vigilandi labor in antelucanis cenis expromitur.) 23. In his gregibus omnes aleatores, omnes adulteri, omnes impuri impudicique versantur. Hi pueri tam lepidi ac delicati non solum amare et amari, neque saltare et cantare, sed etiam sicas vibrare et spargere venena didicerunt: qui nisi exeunt, nisi pereunt, etiam si Catilina perierit, scitote hoc in re publica seminarium Catilinarum futurum. Verum tamen quid sibi isti miseri volunt? num suas secum mulierculas sunt in castra ducturi? quem ad modum autem illis carere poterunt, his praesertim iam noctibus? quo autem pacto illi Appenninum atque illas pruinas ac nives perferent? nisi idcirco se facilius hiemem toleraturos putant, quod nudi in conviviis saltare didicerunt.

XI. 24. O bellum magno opere pertimescendum, cum hanc sit habiturus Catilina scortorum cohortem praetoriam! Instruite nunc, Quirites, contra has tam praeclaras Catilinae copias vestra praesidia vestrosque exercitus; et primum gladiatori illi confecto et saucio consules imperatoresque vestros opponite; deinde contra illam naufragorum eiectam ac debilitatam manum florem totius Italiae ac robur educite. Iam vero urbes coloniarum ac municipiorum respondebunt Catilinae tumulis silvestribus. Neque ego ceteras copias, ornamenta, praesidia vestra cum illius latronis inopia atque egestate conferre debeo. 25. Sed si omissis his rebus, quibus nos suppeditamur, eget ille, senatu, equitibus Romanis, [populo,] urbe, aerario, vectigalibus, cuncta Italia, provinciis

---

1. *talaribus tunicis* a b i s w Lg. 50. 65 cum Nonio (sed a *alaribus* post *et*): *tolatis tunicis* Lg. 16; *talaribus ac tritis* (vel *attritis*) *tunicis* B V z Lg. 21. 57 et L; *tritis tunicis* C e r t u x Lg. 46. 53; *tritis talaribus* (om. *tun.*) d l (rell. Lagg. lectio ignoratur). — *omnis* om. w. — *vita* a c p Lg. 65. — 2. *cenis* mei: *coenis* vulgo. — *expromitur* a b e i l s t w, Lg. 3. 6. 8. 24: *exprimitur* R, etiam p. — 3. *aleatores omnes* B, Lg. 3. 6; *omnes* om. a p (*aleat. omnes, adulteri, impuri* z.) — 4. *hii* d i w; *hic* l u. — *et delic.* c z Lg. 7; *atque del.* z; *tam delic.* Lg. 43. 53. 65. — *non*] *qui non* B V q t u x z, 5 alii Lagg. — *amare* vel *amaris* s. — *saltare et cantare* B a c i q s w z ς, Lg. 50. 57 (sed z *salere*): *cantare et sallere* (non *psallere*) t; *cantare et psallere* V Lg. 46. 43; *cantare et saltare* R L; *psallere et saltare* O ex Garat. coni. — 5. *sicas* om. d. — 6. *nisi*] *nisi mihi* Lg. 50. — *n. exeant n. pereant* d e g (*ni* q). — *hoc* om. V; *hac* e. — 7. *Catilinarum* a b l s u x Lg. 53 Oxon. ψ, 2 Parr., Parcensis (sed in u i sup. lin.): *Catilinanum* t (errat Orell. in ed. a. 1836); *Catilinarium* R O. — *tamen* om. V. — 8. *miseri et infelices volunt* z. — *num*] *dum* u. — *secum suas* d; *secum* om. b. — 9. *autem* om. V d l q. — *illis*] *hiis* d. — *iam* om. r. — 10. *quo ergo pacto* s. — *illi* om. d; *illum* C Lg. 46. 53. — *appenninum* mei praeter t, in quo est *appennium*: *Apenninum* L O et h corr. (Ex Lagg. de scriptura voc. nihil allatum est.) — *pruinas*] *brumas* p; *pluvias* Lg. 50. 57. Cf. or. p. Sestio §. 12. — 11. *iccirco* s. — *fac. hiemem se* C; *se hiemem fac.* Lg. 43; *hiemem se* (om. *fac.*) Lg. 46. — *putent* b. — 12. *in conv. nudi* V et Lg. 46. 43. — *didicerant* r. — 13. *magno opere* a x z Lg. 46: *magnopere* R. — *hanc* om. m s. — 14. *scortatorum coh.* V L l; *coh. scortorum* d. — *instituite* u w. — 15. *contraque has* C r. — *vestros* B Lg. 50. 57. — 16. *illi glad.* r. — *consulem* B; *consuli* i. — 17. *imperatores* a et Lg. 2. 24. 43. — *illam* om. C Lg. 46. — 19. *urbes*] *arces* malebat Garatoni. — *atque* B. — *mancipiorum* r. — *Catil. respond.* c; *Catilinae* om. s. — 20. *silv. tumulis* w; *cumulis silv.* d. — *ego*] *enim* ς; *vero* V L O. — *copias*] *cop. vestras* d. — *vestra praes.* V q; *praes. nostra* m; *vestra* om. d. — 21. *cum illis latronis* u; *c. illis latronibus* t. — *debeo conferre* B V q L O. — *si* om. u; *enim* d. — 22. *rebus* a b i s ς Lg. 50. 57, Schol., Arusianus p. 261: *rebus omnibus* R L O. — *suppeditamus* i et Lg. 46, O; *suppeditemus* u; *suppeditabimus* B; firmant *suppeditamur* Schol. et Arus. — *ille eget* d. — *equitis* i; *equite* b s. — 23. *Romanis populo*] *.R. P.* b; *populo Romano* e z; *Romanis* om. Lg. 53; *R.* (om. *populo*) B a c s; *Rom.* (om. *populo*) i, Lg. 50.

omnibus, exteris nationibus, si his rebus omissis causas ipsas, quae inter se confligunt, contendere velimus, ex eo ipso, quam valde illi iaceant, intellegere possumus. Ex hac enim parte pudor pugnat, illinc petulantia; hinc pudicitia, illinc stuprum; hinc fides, illinc fraudatio; hinc pietas, illinc scelus; hinc constantia, illinc furor; hinc honestas, illinc turpitudo; hinc continentia, illinc libido: denique aequitas, temperantia, fortitudo, prudentia, virtutes omnes certant cum iniquitate, luxuria, ignavia, temeritate, cum vitiis omnibus: postremo copia cum egestate, bona ratio cum perdita, mens sana cum amentia, bona denique spes cum omnium rerum desperatione confligit. In eius modi certamine ac proelio nonne, etiam si hominum studia deficiant, di ipsi immortales cogant ab his praeclarissimis virtutibus tot et tanta vitia superari? XII. 26. Quae cum ita sint, Quirites, vos, quem ad modum iam antea, vestra tecta vigiliis custodiisque defendite: mihi, ut urbi sine vestro motu ac sine ullo tumultu satis esset praesidii, consultum atque provisum est. Coloni omnes municipesque vestri, certiores a me facti de hac nocturna excursione Catilinae, facile urbes suas finesque defendent: gladiatores, quam sibi ille manum certissimam fore putavit, quamquam animo meliore sunt quam pars patriciorum, potestate tamen nostra continebuntur. Q. Metellus, quem ego hoc prospiciens in agrum Gallicum Picenumque praemisi, aut opprimet hominem aut omnes eius

---

57; deest *populo* etiam in p et ς, ortum ex compendio *R*. — *aerario ac vectigalibus* B. — 1. *externis* e; *extremis* d. — *si*] *sed* B z Lg. 20; *sed si* Lg. 9. 65. — *si inquam his* L; *si his inquam* d et Lg. 7. — *rebus*] *rebus omnibus* d e. — *ipsas causas* Lg. 7. 21. 65, L O. — 2. *inter sese* l. — *contendere*] *intueri* e. — *volumus* m. — *quod illi valde* B, Lg. 50. 57; *quam valde illa* ς; *valde* om. l. — 3. *Ex hac - - desper. confligit* affert Isidorus Origg. II. 21, 5. — *pugnat pudor* z. *(pudor expugnat* Isid. ed. Otton. invito editore et contra 2 codd. Mon. sec. IX.) — 6. *denique* C V a e l t u Lg. 16. 43. 46. 53: *hinc denique* codd. rell. Ciceronis et Isidori. — 7. *prudentia fortitudo* d; *fortitudo* om. b s. — *omnes* om. d. — *cum iniquitate cum luxuria cum ignavia cum temer.* V L O. (Consentiunt 2 codd. Monn. Isidori cum optimis Tullianis, nisi quod deinde habent *cum omnibus vitiis*; vitiosa est scriptura in ed. Otton.) — 8. *copia* b d l, cod. Colon., Isidorus: *copiae* mei rell. L. (Ex Lagom. ad lectionem *copiae* nulla varietas prolata est.) — 10. *omni* B z. — *confligunt* C e l q r u w x, 6 alii Lagg. *(confligit* Isid.) — *huiusmodi* V et aliquot alii Lagg. dett., L O. — 11. *etiam* om. ς. — *homini* u. — *di* b s: *dii* O. — 12. *cogitant* m, Lg. 7. 9; *cogent* Lg. 46 solus, L O. — *clarissimis* r. — 13. *vos quem defendite* u, mediis omissis. — 14. *iam* om. q, 5 alii Lagg. — *ante* cod. Mureti; *antea dixi* R (sed B l z, Lg. 16. 65 *ante*, ς *diximus)*; *ante edixi* coni. Gulielmius. Steinmetzius ait *dixi* in aliquot Pariss. extra lineam scriptum esse. — *vig. custodiisque* B C a b c i s w z, 5 alii Lagg.: *custodiis vigiliisque* R L O, ut est or. III. §. 29. — *ut*] *et* B c Lg. 20; *ut huic* Schol., quod commendat Wesenberg in *Emendatt. Cic. epist.* p. 19. — 15. *metu* B C a c d m r t x z ς, 4 alii Lagg. *(motu* habent b e i l q s u w V, 3 alii Lagg.) Cf. §. 28. — *esse* V c x z, alii Lagg. — *michi consultum* d. — 16. *atque*] *ac* 5 Lagg. dett. L O. — 17. *facile se urbesque suas* B z. — 18. *defendant* t; *defendunt* b w *(defendent finesque* z). — *quam*] *quos* B; *quorum* Lg. 46. — *manum certissimam* a p t ς Lg. 50. 57. 65, cod. Colon. (sed hic *cert. manum)*: *m. fortissimam certissimamque* B b c i s w (sed B: *fort. man. cert.*); *man. quam maximam et certissimam* z; *maximam manum et certissimam* R L O. — 19. *animo meliore* B a b c i s w z, Lg. 20. 50. 57. 65 (sed a w et 4 alii Lagg. *meliores* ante *sunt)*: *meliores animo* e; *meliore animo* R O; *meliore animo non sunt* coni. Torrentius. — *tamen in potestate* V. — 20. *vestra* V r w; *in vestra* L. — *haec prosp.* c d; *prospiciens hoc* V et 4 alii Lagg. dett., O. — 21. *Gallicanum* 5 Lagg. dett., L O. At v. or. II. §. 5. — *praemisi is aut* e. — *eius omnes* B a b c i q t w z, Lg. 50. 57 (sed a *omnis)*; *eius* om. s.

motus conatusque prohibebit. Reliquis autem de rebus constituendis, maturandis, agendis iam ad senatum referemus, quem vocari videtis.

27. Nunc illos, qui in urbe remanserunt, atque adeo [qui] contra urbis salutem omniumque vestrum in urbe a Catilina relicti sunt, quamquam sunt hostes, tamen, quia sunt cives, monitos etiam atque etiam volo. Mea lenitas si cui adhuc solutior visa est, hoc exspectavit, ut id quod latebat erumperet. Quod reliquum est, iam non possum oblivisci, meam hanc esse patriam, me horum esse consulem, mihi aut cum his vivendum aut pro his esse moriendum. Nullus est portis custos, nullus insidiator viae: si qui exire volunt, conivere possum; qui vero se in urbe commoverit, cuius ego non modo factum, sed inceptum ullum conatumve contra patriam deprehendero, sentiet in hac urbe esse consules vigilantes, esse egregios magistratus, esse fortem senatum, esse arma, esse carcerem, quem vindicem nefariorum ac manifestorum scelerum maiores nostri esse voluerunt. XIII. 28. Atque haec omnia sic agentur, Quirites, ut maximae res minimo motu, pericula summa nullo tumultu, bellum intestinum ac domesticum post hominum memoriam crudelissimum et maximum me uno togato duce et imperatore sedetur. Quod ego sic administrabo, Quirites, ut, si ullo modo fieri poterit, ne improbus quidem quisquam in hac urbe poenam sui sceleris sufferat. Sed si vis manifestae audaciae, si impendens patriae periculum me necessario de hac animi lenitate deduxerit, illud profecto perficiam, quod in tanto et tam insidioso bello vix optandum videtur, ut neque bonus

---

1. *de reliquis autem* w. — *construendis* C e r t u x z Lg. 46. 53; *conservandis* d l. — 2. *agundis* s; *augendis* p. — 3. *qui in urbe*] hic deficit e, cuius loco iam plenam varietatem codicis m dabo. — *permanserunt* V. — *adeo* om. C, Lg. 46. — *qui* om. C V. Potest tamen conferri repetitum *quo* in or. p. Sestio c. 13 in. — 4. *vestrum* a b c i q s u, 9 alii Lagg.: *nostrum* ς et R. — *quamquam sint* V d q z et alii Lagg. dett. — 5. *quia sunt cives* C a b i s Lg. 46. 53 (sed g sine *sunt*): *quia sunt nati cives* c r; *quia nati sunt cives* Claudius Sac. p. 23, R L O. — *monitos* a b d i r s Lg. 43. 50. 57: *monitos eos* Claudius Sac. R O. — 6. *volo*] *esse volo* B. — *si cui adhuc* B h k z Lg. 20: *adhuc si cui* R L O. — *hoc spectavit* ς, fort. rectius; cf. ad II. c. 4 in. — 7. *id* om. g; *hoc* B z. — 8. *hanc meam* B. — *me esse horum* d; *meorum esse* t u; *meorum esse me* V et 3 alii Lagg. — *aut cum*] *autem cum* i t w. — 9. *cum illis videndum* b. — *vivundum* a c. — *moriundum* B a b c s z. — *portis* a b c d i q s z Lg. 50. 57. 65 cum Arusiano p. 220: *portae* R O. — 10. *si quis exire voluerit* x et Lg. 21. — *conivere possum*] sic t u, Schol., Probus p. 1482 P., Claudius Sacerdos p. 64 (Schol. et Sacerd. *conibere*; in t u est *coniuere*, non *connivere*): *conuiuere uel consulere sibi possunt* w; *consulere sibi possunt* rell. mei (sed r sine *sibi*) et edd. ante Steinmetzianam. In Lagg., quorum tres (q, 16. 21.) *sibi* omittunt, pro *conivere* sunt varia menda: *cohibere* (x et 50. 57.), *conmovere, prohibere, conuenire, consulere* etc. — 11. *se in urbem* s; *in urbe se* g q V O. — *sed inceptum* V i l q u w x z, alii Lagg.: *sed in praeceptum* t; *sed ne inceptum* a c r, 5 alii Lagg.; *sed ne inceptum quidem* Lg. 53; *sed vel inc.* C b d s Lg. 46. — 12. *conatumve*] *conatum ullum* d. — *reprehendero* x. — *sentiat* p. — 13. *cons. esse* B d. — *vigilantis* a c. — *esse* ante *egr.* om. u. — *magistr. egregios* b c s. — 14. *carceres* w. — 15. *Atque etiam haec* c. — 16. *Quir.* om. p ς. — *maximae res* B a b c i s z, Lg. 50. 57. 65: *maxima res* ed. Ven 1472; *res maximae* Lg. 20. 21, V L O; *res maxima* R.— *minimo metu* d. — *summa*] *maxima* d. — 17. *post. h. mem.*] *hominum memoria* ς. — 18. *ac maximum* i w soli, O. — 19. *ut* om. V l q r u w x. — 21. *peric. patrie* d l. — 22. *hac* om. d. — *leuitate* b m p s. — *deduxerint* edd. complures contra codd.; *deiecerit* d m. pr. — *illud*] *id* C. — *proficiam* c et 4 alii Lagg.; *efficiam* d. — 23. *videretur* B a c d l t, Lg. 20. 50. 57. — *neque bonus quisq.* B C a b c d i l r s t, 5 alii Lagg.: *neque quisquam bonus* m; *neque quisquam bonorum* z et Lg. 20; *ne quis bonus* R L.

quisquam intereat paucorumque poena vos omnes salvi esse possitis. 29. Quae quidem ego neque mea prudentia neque humanis consiliis fretus polliceor vobis, Quirites, sed multis et non dubiis deorum immortalium significationibus, quibus ego ducibus in hanc spem sententiamque sum ingressus; qui iam non procul, ut quondam solebant, ab externo hoste atque longinquo, sed hic praesentes suo numine atque auxilio sua templa atque urbis tecta defendunt. Quos vos, Quirites, precari, venerari, implorare debetis, ut, quam urbem pulcherrimam florentissimamque esse voluerunt, hanc omnibus hostium copiis terra marique superatis a perditissimorum civium nefario scelere defendant.

---

1. *vos omnes* B a b c d i ς Lg. 50. 57: *vos omnes iam* V; *vos iam omnes* R O. — 2. *ego* om. m. — 3. *vobis* om. r. — 5. *qui iam*] *quia* ς; *qui etiam* z. — *solebant* om. C, Lg. 50. 57. — 6. *extero* V; *hesterno* h. — *praesentes hic* c. — *atque consilio* i. — 7. *defendunt* B C a c d i m t z, Lg. 46. 53. 65: *defendant* b; *defendent* R. — *Quirites*] *quoque* B. — 8. *implorare* a b c d i p s ς Lg. 50. 57: *atque implorare* R L O. Cf. Madvigii Opusc. I. p. 135. — *pulcherrimam florentissimamque* a b i m s ς, Lg. 3. 6. 50. 65: *potentissimam florentissimam pulcherrimamque* B; *pulcherrimam florent. potentissimamque* R L O (sed r om. *que*). Cf. or. III. §. 1: *fortunatissimam pulcherrimamque urbem*. — 9. *voluerunt esse* c; *esse* om. q t. — *omnium* m. — 10. *a* om. t; *ab* p. — *defendent* u.

M. TULLII CICERONIS

IN L. CATILINAM

ORATIO TERTIA

AD QUIRITES.

I. 1. Rem publicam, Quirites, vitamque omnium vestrum, bona, fortunas, coniuges liberosque vestros atque hoc domicilium clarissimi imperii, fortunatissimam pulcherrimamque urbem, hodierno die deorum immortalium summo erga vos amore, laboribus consiliis periculis meis, e flamma atque ferro ac paene ex faucibus fati ereptam et vobis conservatam ac restitutam videtis. 2. Et si non minus nobis iucundi atque illustres sunt ii dies, quibus conservamur, quam illi, quibus nascimur, quod salutis certa laetitia est, nascendi incerta conditio, et quod sine sensu nascimur, cum voluptate servamur: profecto, quoniam illum, qui hanc urbem condidit, ad deos immortales benevolentia famaque sustulimus, esse apud vos posterosque vestros in honore debebit is, qui eandem hanc urbem conditam amplificatamque servavit. Nam toti urbi, templis, delubris, tectis ac moenibus subiectos prope iam ignes circumdatosque restinximus, idemque gladios in rem publicam destrictos rettudimus mucronesque eorum a iugulis vestris deiecimus. 3. Quae quoniam in senatu illustrata, patefacta, comperta sunt per me, vobis iam

---

1. *Vitamque* om. m. — *omniumque* u. — *vestrorum* i; *nostrum* m. — 2. *liberos* ς. — *hoc* om. q z, 5 alii Lagg. — *clarissimum* g. — 3. *hodierna* c i p. — 4. *nos* B z, 4 alii Lagg. — *periculisque* Lg. 6. 7. 20, O. — 5. *e flamma* C a b c d i q r s u w, 6 alii Lagg.: *e* om. t; *ex flamma* R L O. — *ac* om. l. — *e faucibus* z. — *facti* t. — 6. *nobis* om. s, i sup. lin. habet; *vobis* b d l w (habet *nobis* Schol. Gron.) — *atque illustres* d post *dies* habet. — 7. *ii* h: *hi* vel *hii* rell. mei. — *illi* om. d. — 8. *cond. est et* g. — *et* om. p z Lg. 9. 46. 65. — 9. *cum voluntate* B c z Lg. 46. 65. — *conservamur* 4 Lagg. dett. et L. — 10. *condidit* a b c s ς Lg. 50. 57: *condidit .R.* g r t; *condidit Romulum* R (sed est in B *Romulum* post *illum*). — 11. *vestros* om. h k. — *debebit*] *debet* p: *debet dies* V. — *is* om. a et Lg. 65, quo omisso oratio modestior videtur. — 12. *hanc eandem* d; *hanc* om. B w Lg. 7. — *toti urbi* C a d m q r t u z ς, 7 alii Lagg.; *totae urbi* b i s; *totis urbis* R. — 13. *tectis ac moenibus* C a b c i r s Lg. 50. 53. 57: *tectis omnibus ac moenibus* q z, 6 alii Lagg.; *tectis ac moenibus omnibus* d l m, Lg. 9, *tectis omnibus* R. — 14. *restrinximus* d h l t. — *idemque* g i r s ex meis: *it demque* t; *itemque* b d l q; *itidemque* B; *iidemque* O. — *districtos* B V c d i q, 5 alii Lagg. — *rettudimus* a: *retrudimus* b q s t u, 5 Lagg.; *recudimus* l w; *retudimus* R L O. — 15. *nostris* d. — *reiecimus* d l u w x, aliquot Lagg. — 16. *compertaque* L contra meos et Lagg.

exponam breviter, Quirites, ut et quanta et qua ratione investigata et comprehensa sint, vos, qui ignoratis et exspectatis, scire possitis.

Principio, ut Catilina paucis ante diebus erupit ex urbe, cum sceleris sui socios, huiusce nefarii belli acerrimos duces, Romae reliquisset, semper vigilavi et providi, Quirites, quem ad modum in tantis et tam absconditis insidiis salvi esse possemus. II. Nam tum, cum ex urbe Catilinam eiiciebam — non enim iam vereor huius verbi invidiam, cum illa magis sit timenda, quod vivus exierit —, sed tum, cum illum exterminari volebam, aut reliquam coniuratorum manum simul exituram aut eos, qui restitissent, infirmos sine illo ac debiles fore putabam. 4. Atque ego ut vidi, quos maximo furore et scelere esse inflammatos sciebam, eos nobiscum esse et Romae remansisse, in eo omnes dies noctesque consumpsi, ut, quid agerent, quid molirentur, sentirem ac viderem; ut, quoniam auribus vestris propter incredibilem magnitudinem sceleris minorem fidem faceret oratio mea, rem ita comprehenderem, ut tum demum animis saluti vestrae provideretis, cum oculis maleficium ipsum videretis. Itaque ut comperi legatos Allobrogum belli transalpini et tumultus Gallici excitandi causa a P. Lentulo esse sollicitatos eosque in Galliam ad suos cives eodemque itinere cum litteris mandatisque ad Catilinam esse missos comitemque iis adiunctum esse T. Volturcium atque huic esse ad Catilinam datas litteras, facultatem mihi oblatam putavi, ut, quod erat difficillimum quodque ego semper optabam ab dis immortalibus, tota res non solum a me, sed etiam a senatu et a vobis manifesto deprehenderetur. 5. Itaque hesterno die L. Flaccum et C. Pomptinum praetores, fortissimos atque amantissimos rei publicae viros, ad me vocavi, rem exposui, quid fieri placeret ostendi. Illi autem, qui omnia de re publica praeclara atque egregia sentirent, sine recusatione ac sine ulla mora negotium susceperunt et, cum advesperasceret, occulte

---

1. *Quirites* om. a et Lg. 50. 57. — *et quanta* a g h t ς, Lg. 50. 53. 57: *et quanta et quam manifesta* R L O. — *et* ante *qua* om. b. — 2. *sunt* d h k w, 2 Lagg. — *vos* om. u. — *qui et ignoratis* a b c i l u Lg. 50. 57, L; *et qui ignoratis* B. — *et exspectatis*] *ex actis* V C m q r t u Lg. 21. 53 et i in marg. — 4. *socios et huiusce* B V L; *socios huiuscemodi* d. — 6. *insidiis*] *periculis* C, Lg. 21. 53; *periculis et insidiis* Lg. 3. 6. — *cum* om. u. — 7. *vereor iam* ed. Graev. contra codd. — 8. *timenda sit* w; *sit* om. i. — *exierit*] *egressus est* V. — 10. *restitissent* B a b c i s z ς Lg. 9. 50. 57. 65: *remansissent* R. — *sine illo*] *siue illos* u. — 11. *ego ubi* d; *ut ego* 4 Lagg.; *ut* om. (ante syllabam *ui*) B a c g h p, 3 alii Lagg. — *quos* om. r. — *maxime* t solus. — *et scelere* om. ς; *ac scel.* C. — *infl. esse* C q z, 4 alii Lagg. — 12. *esse nobiscum* V z Lg. 46. 53, L. — 13. *quidve molirentur* B q t, 3 alii Lagg. — 16. *salutis* a; *salutique* vel *ac saluti* q et 8 alii Lagg. — *prouideritis* t. — 18. *sollic. esse* g. — *eosdemque* B d l m q t w; *eosdem* u z. — 19. *eodemque*] *eodem* V L. — 20. *esse* ante *missos* om. V. — *his* mei. — *esse adiunctum* Lg. 21. 46; *esse* om. g h r, 4 Lagg. dett. — *T.* b c i s Lg. 43: *T.* om. R. — *Volturcium* a b c d i r s t x Lg. 53: *Vulturcium* R L O. — 21. *esse ad Cat. datas litteras* mei (praeter b d s) et Lagg. plerique: *ad Cat. esse datas l.* b d s; *esse datas literas ad Cat.* i; *dat. esse ad Cat. literas* L O. — *allatam* b c s. — 22. *ab dis* a b c i s t w x, Lg. 46 (sed a i w *diis*): *a diis* R L O. — 23. *tota* V c h q u w x, 2 alii Lagg.: *ut tota* R. — *et vobis* 5 Lagg. — 24. *manifeste* d L. — *et* om. z, 4 alii Lagg. — *C.*] *gaium* r. — 25. *Pomptinum* a b c p s w Lg. 9: *Pomptinium, Promptinum, Promptimum, Promptinium* R; *Pomtinum* L. — 26. *ad me voc.*] *advocavi* t. — *rem* B a b c i p s ς, Lg. 50. 57: *rem omnem* R L O. — 27. *egregia atque praecl.* d (*praecl. atque egr.* firmat Arusianus p. 263.) — *sentirent, etiam sine* B. — *excusatione* d. — 28. *mora ulla* d; om. *ulla* m. — *negotia* b s.

ad pontem Mulvium pervenerunt, atque ibi in proximis villis ita bipartito fuerunt, (ut Tiberis inter eos et pons interesset.) Eodem autem et ipsi sine cuiusquam suspicione multos fortes viros eduxerant, et ego ex praefectura Reatina complures delectos adolescentes, quorum opera utor assidue in re publica, praesidio cum gladiis miseram. 6. Interim tertia fere vigilia exacta, cum iam pontem cum magno comitatu legati Allobrogum ingredi inciperent unaque Volturcius, fit in eos impetus; educuntur et ab illis gladii et a nostris. Res praetoribus erat nota solis, ignorabatur a ceteris. III. Tum interventu Pomptini atque Flacci pugna [quae erat commissa] sedatur. Litterae, quaecumque erant in eo comitatu, integris signis praetoribus traduntur; ipsi comprehensi ad me, cum iam dilucesceret, deducuntur. Atque horum omnium scelerum improbissimum machinatorem Cimbrum Gabinium statim ad me, nihil dum suspicantem, vocavi; deinde item arcessitus est L. Statilius et post eum C. Cethegus; tardissime autem Lentulus venit, credo quod in litteris dandis praeter consuetudinem proxima nocte vigilarat. 7. Cum summis et clarissimis huius civitatis viris, qui audita re frequentes ad me mane convenerant, litteras a me prius aperiri, quam ad senatum deferrem, placeret, ne, si nihil esset inventum, temere a me tantus tumultus iniectus civitati videretur: negavi me esse facturum, ut de periculo publico non ad consilium publicum rem integram deferrem. Etenim, Quirites, si ea, quae erant ad me delata, reperta non essent, tamen ego non arbitrabar in tantis rei publicae periculis esse mihi nimiam

---

1. *Mulvium* a b g h s x: *ulbium* t; *miluium* rell. plerique, L. — *bipartito* (vel *bipertito*) C a d i s, Lg. 9 et 53: *bipartiti* (vel *bipertiti*) R L. — 2. *inter eos* om. b i s (habet Arusianus p. 238.) — 3. *susp. cuiusquam* g. — *eduxerant* B C a b c i r s z, 7 alii Lagg.: *eduxerunt* R O. — *ego*] *eos* s. — *ex* om. w; *de* V. — 4. *opera* om. 5 Lagg. dett. — 5. *in re p.* p s: *in r. p.* b w; *in rei p.* rell. mei, k x, 6 alii Lagg., L; rell. Lagg. aut *in r. p.* aut *in re p.* habent. — *utor in re p. assidue* p; *in re p. ass. utor* O codd. invitis. — 6. *vigilia fere* C d. — *pontem cum magno* g h soli (nonne etiam k?) et L: *pontem bium magno* t; *pontem Mulvium magno* R O. — 7. *inceperunt* c. — *una* s. — *Volturcius* sic h. l. a c d i m s t u x Lg. 46. 53. — *impetus in eos* c. — *ducuntur* a b i s; *et educuntur* d u. — 8. *ab illis* sine *et* l q t u w x, 9 alii Lagg. — *praetoribus erat* B a b c i s z, 6 alii Lagg.: *erat praetoribus* R L O. — *solis nota* Pompei Comm. p. 444 Lind. — 9. *Pomptini*] sic h. l. c l w Lg. 9: rell. varia menda habent. — *et Flacci* r. — 10. *quae erat comm.* om. g h. — *litteraeque* B. — *eo* om. g. — 11. *ipsi -- deducuntur* om. t; *ipsi vero comprehensi* B z, Lg. 9. 46. — 12. *iam* om. d. — *delucesceret* B a b c i s, Lg. 65. — *eorum* i. — *improbissumorum* b i s L. — 13. *gabinum* d. — *dum* a b s, Lg. 50. 57 et 5 alii: *tale* B; *dum tale* L; *tum* R. — 14. *item* om. ς, Lg. 21. 43. 50. 57. — *arcessitus est* Lg. 16: *accersitus est* B C a b c d i r s z, 6 alii Lagg.; *accersitus* Lg. 50. 57; *arcersitur* t; *arcessitur* x O; *accersitur* R. — *L.*] *P.* l m r u w, aliquot Lagg. — 15. *C. Cethegus* q et Lg. 50. 53. 57: *C.* om. R L. — *in* om. V O (non item d, ut ait Graevius). — *litt. his dandis* C q r u x, Lg. 9. 21. 53; *litt. dandis his* d l (sed d *is*); *litteris his* (om. *dandis*) r t w; *his litteris* m. — 16. *vigilarat* C a i r s aliique Lagg.: *vigilaret* b c, Lg. 50. 57; *vigilaverit* d; *vigalaverat* rell. mei, q x z, 6 alii Lagg. — *cum*] *cum vero* 7 Lagg. dett. soli (non item t) O. — 17. *et*] *ac* a x V L O. — *huius civitatis* om. B et Lg. 7; *huius* om. l. — *frequentes* om. V x; *frequenter* c; *frequentius* q et Lg. 21. — *mane ad me* C V l u w x. — 18. *a me* om. C r Lg. 53. — *aperiri prius* C d l m r w x, Lg. 53, L. — *deferrem* scripsi: *deferre* p; *rem deferrem* d; *deferri* B a b c i s, 9 alii Lagg., O; *referrem* C m r w, Lg. 53 et L; *rem deferri* l u; *referri* R. — 19. *tantus* om. d. — 20. *me negavi* ed. Graev. contra codd. — *esse* om. w. — 21. *referrem* Lg. 20. 53. — 22. *si*] *et si* B. — *ea*] *illa* c. — *a me* r. — 23. *peric. rei p.* z et Lg. 46. 65; *rei p.* om. V. — *mihi esse* q, 4 dett. Lagg., O.

diligentiam pertimescendam. Senatum frequentem celeriter, ut vidistis, coëgi. 8. Atque interea statim admonitu Allobrogum C. Sulpicium praetorem, fortem virum, misi, qui ex aedibus Cethegi, si quid telorum esset, efferret; ex quibus ille maximum sicarum numerum et gladiorum extulit. IV. Introduxi Volturcium sine Gallis, fidem publicam iussu senatus dedi, hortatus sum ut ea quae sciret sine timore indicaret. Tum ille dixit, cum vix se ex magno timore recreasset, a P. Lentulo se habere ad Catilinam mandata et litteras, ut servorum praesidio uteretur, ut ad urbem quam primum cum exercitu accederet; id autem eo consilio, ut, cum urbem ex omnibus partibus, quem ad modum descriptum distributumque erat, incendissent caedemque infinitam civium fecissent, praesto esset ille, qui et fugientes exciperet et se cum his urbanis ducibus coniungeret. 9. Introducti autem Galli ius iurandum sibi et litteras ab Lentulo, Cethego, Statilio ad suam gentem data esse dixerunt atque ita sibi ab his et a L. Cassio esse praescriptum, ut equitatum in Italiam quam primum mitterent: pedestres sibi copias non defuturas; Lentulum autem sibi confirmasse ex fatis Sibyllinis haruspicumque responsis, se esse tertium illum Cornelium, ad quem regnum huius urbis atque imperium pervenire esset necesse; Cinnam ante se et Sullam fuisse; eundemque dixisse fatalem hunc annum esse ad interitum huius urbis atque imperii, qui esset annus decimus post virginum absolutionem, post Capitolii autem incensionem vicesimus. 10. Hanc autem Cethego cum ceteris controversiam fuisse dixerunt, quod Lentulo et aliis Saturnalibus caedem fieri atque urbem incendi placeret, Cethego nimium id

---

1. *frequenter* q t z, 5 alii Lagg. — *celeriter* om. i; *eceleriter* t; *et cel.* q z, Lg. 21. 65. — *videtis* l; *audistis* ς. — 2. *interea*] *in tam* g. — *ammonitu* d i; *hortatu* q et Lg. 21. — *C.*] *Cn.* r t; *P.* i. — *Sulpitium* B b d h s, 9 Lagg. — 3. *virum fortem* i. — 4. *afferret* C q w z, 5 alii Lagg.; *offerret* t; *deferret* i. — *sicarium* t. — *et* om. b i s. — 5. *extulerat* b s. — *Volturcium* b c d s u x, Lg. 53: *Vulturcium* R L O. — *fidem* B a b i s, Lg. 16. 43. 50. 57: *fidem ei* R L O. — 6. *ea* om. u. — *sine timore*] *sine metu* t et Lg. 20 soli. — *diceret* d. — 7. *ille dixit*] *dixit* om. L O contra codd. omnes. — *cum ille vix* t. — *vix e m. t. se recreasset* d. — *recrearet* g; *recepisset* cod. Mureti; *recreasset dixit* z et Lg. 65, L O, sed O *dixit* cum uncinis. — *a* om. t. — 8. *praesidio*] *manu* d. — *ut ad*] sic mei et Lagg. praeter octo: *et ut ad* B; *et ad* Lg. 1. 3. 6. 8. 24. 46, L O. — 9. *cum* om. b. — *accederet*] *veniret* C et Lg. 9. 53. — *id eo autem* r. — 10. *omnibus ex p.* V q, 3 alii Lagg., L O. — 12. *et efugientes* Lg. 65; *eufugientes* z; *et* om. V, Lg. 46. 53. — *ducibus urbanis iungeret* d. — 13. *ab Lentulo* scripsi ex codd. optt. scriptura *a P. Lentulo*, quam habent omnes (etiam O) praeter V g h q r t w x, Lg. 20. 21. 46. 53, in quibus est *a Lentulo* et sic in L. — 14. *suas gentes* r. — *data*] sic a et i: *datam* b s; *datas* R L O. Cf. infra §. 40. *deprehensa.* — 15. *ita* om. g. — *a* om. B q t, Lg. 43. — *L.* om. C r x z, 3 alii Lagg. — *italia* t. (*quam primum in Italiam* d.) — 16. *mitteret* b. — *sibi pedestres* C r, Lg. 9; *sibi* om. c. — 17. *fatis* h k s, Lg. 7. 9. 16. 43 (sed s ex corr.): *libris* B d l m q u w x z, Lg. 20. 21, L; *fastis* (a b g i p t, alii) aut *factis* aut *faustis* R. (*fastis sybillinis* t; *libris sibillinis* d.) — *hauruspicumque* a; *auruspicumque* u w; *aruspiciumque* t; *aruspicumque* rell. mei et Lagg. — *esse se* C m r t, Lg. 9. 20. 53; *se* om. w. — 18. *illum tertium* b c s. — 19. *eundemque Lentulum dixisse* g l r t. — 20. *hunc annum esse* B a i z, Lg. 46: *esse hunc annum* C; *hunc esse* r; *esse* om. w; *hunc esse annum* R L O. — *urbis ad int. huius* t et Lg. 20. — 21. *annus decimus* B a b c i s z, Lg. 16. 43. 46. 50. 57. 65: *decimus annus* R L O. — *solutionem* q z, 6 alii Lagg. — 22. *autem* om. B z, Lg. 46. — 23. *cum ceteris* om. C t, Lg. 53. — *esse* V q z. — *quod*] *quod quum* L. — *et*] *atque* C t, Lg. 9. 20. 53. — *Sat. caedem* B a b c i s z, Lg. 50. 57 et 4 alii: *caedem Saturn.* R O. — 24. *id nimium* C q, 3 alii Lagg.; *id* om. w.

longum videretur. V. Ac ne longum sit, Quirites, tabellas proferri iussimus, quae a quoque dicebantur datae. Primum ostendimus Cethego signum; cognovit: nos linum incidimus, legimus. Erat scriptum ipsius manu Allobrogum senatui et populo, sese quae eorum legatis confirmasset facturum esse; orare ut item illi facerent quae sibi eorum legati recepissent. Tum Cethegus, qui paulo ante aliquid tamen de gladiis ac sicis, quae apud ipsum erant deprehensa, respondisset dixissetque se semper bonorum ferramentorum studiosum fuisse, recitatis litteris debilitatus atque abiectus conscientia repente conticuit. Introductus est Statilius; cognovit et signum et manum suam: recitatae sunt tabellae in eandem fere sententiam; confessus est. Tum ostendi tabellas Lentulo et quaesivi, cognosceretne signum. Adnuit. «Est vero, inquam, notum quidem signum, imago avi tui, clarissimi viri, qui amavit unice patriam et cives suos: quae quidem te a tanto scelere etiam muta revocare debuit.» 11. Leguntur eadem ratione ad senatum Allobrogum populumque litterae: si quid de his rebus dicere vellet, feci potestatem. Atque ille primo quidem negavit; post autem aliquanto, toto iam indicio exposito atque edito, surrexit, quaesivit a Gallis, quid sibi esset cum iis, quam ob rem domum suam venissent, itemque a Volturcio. Qui cum illi breviter constanterque respondissent, per quem ad eum quotiensque venissent, quaesissentque ab eo, nihilne secum esset de fatis Sibyllinis locutus, tum ille subito scelere demens, quanta conscientiae vis esset, ostendit. Nam cum id posset infitiari, repente praeter opinionem omnium confessus est. Ita eum non modo ingenium illud et dicendi exercitatio, qua semper valuit, sed etiam propter vim sceleris manifesti

---

1. *videretur* l m q r t w x, Lg. 16. 21. 43: *videri* R O. Cf. Madv. Opusc. II. p. 332. not. — *Ac*] *at* h z, 5 alii Lagg. — *longus sim* Lg. 21; *longior sim* Lg. 9. — *tabulas* t. — 2. *iussimus*] *ius suas* t. — *quae antea a quoque* d. — *videbantur* p z, Lg. 65. — *primo* a b c i p q s z, 6 alii Lagg. — 3. *linum* B V a b c s z, 3 alii Lagg.: *lignum* R. — 5. *esse facturum* 5 Lagg. dett., L O. — *ut etiam illi* d l w; *etiam ut illi* u; *ut item etiam illi* m; *ut illi idem* r. — *legati eorum* b c q s, 8 alii dett. Lagg., L O. — 6. *recepissent* Muretus: *praecepissent* codd. (etiam d t) et L. Cf. Madv. Opusc. II. p. 332 not. — *tunc* C c q z, Lg. 46. — *tamen* om. V q x L; *tantum* r z, 5 alii Lagg. — 7. *ac de sicis* d l m r u w. — *ipsum* mei et Lagg.: *illum* ς; *illum itidem* L; *se* Madvigius (Opusc. I. p. 189.) cum 2 Oxonn. — *deprehensa* B a b c i p s z, 7 alii Lagg.: *deprehensi* t; *deprehensae* R L O. — 9. *atque eiectus* c. — *conscientia* C a b i r s, Lg. 9. 50: *conscientia convictus* R L O. — *obticuit* d m. pr. — *est* om. a b c s z ς et 6 alii Lagg. — 10. *et signum et manum suam* B C a b c i r s t, 5 alii Lagg.: prius *et* om. z, Lg. 46. 65; *manum et signum suum* R. — *tabulae* r, 5 Lagg. dett. — 11. *fere in eandem s.* d l; *in eadem f. sententia* V x, 3 alii Lagg. — *tabulas* d r, 5 Lagg. — 12. *adnuit* b s: *abnuit quidem* Lg. 50. 57; *annuit* R O. — *inquam* r post *signum* habet. — *notum quidem* B a b c d i l s u z, Lg. 46. 50. 57: *quidem* om. R O. (*signum quidem notum* L.) — *patriam suam et* r t, 3 Lagg. — 14. *quae imago quidem* u. — *a tanto te* z et Lg. 65; *te* om. g p; habet *te* post *muta* w. — *debuerit* m. — 16. *vellet dicere* s. — 17. *ille quidem primo* B C V d t, 5 alii Lagg. — *aliquando* m t u x, Lg. 53. — *toto* om. q z, 4 alii Lagg. — *indicio iam* g; *iam* om. w. — 18. *surrexit* 11 Lagg. dett. — *quaesivitque* d; *quaesivi* w et Lagg. praeter a k et 9. 50. 53. — *iis* h: *eis* L; *his* rell. mei. — 19. *et quamobrem* d. — *convenissent* V. — *itemque*] *item* a et Lg. 46. — *qui*] *cui* l; *quod* B c z, Lg. 50. 57. — 20. *quotiens* t. — 21. *quaesissemque* c z, 6 alii Lagg. — *fatis* h k q s x, 6 alii Lagg.: *libris* B L; *fastis*, *factis*, *faustis* R. — 22. *consc. esset vis* C; *vis consc. esset* V q; *vis esset consc.* d; *conscientiae* om. u. — 23. *cum id*] *cum quod galli dixerunt id* u. — *infirmari* C u w; *inficiari infirmarique* Lg. 20; *vel inficiari infirmarique* t. — 24. *eum*] *enim* t z, Lg. 9. 46. 53; *ei* u; *enim eum* r et Lg. 20. — *dicendi* b s. — 25. *sceleris* post *depreh.* habent b c s.

atque deprehensi impudentia, qua superabat omnes, improbitasque defecit. 12. Volturcius vero subito litteras proferri atque aperiri **iubet**, quas sibi a Lentulo ad Catilinam datas esse dicebat. Atque ibi **vehementissime** perturbatus Lentulus tamen et signum et manum **suam** cognovit. Erant autem [scriptae] sine nomine, sed ita: «Quis sim, scies ex eo, quem ad te misi. Cura ut vir sis et cogita, quem in locum sis progressus; vide, ecquid tibi iam sit necesse, et cura ut omnium tibi auxilia adiungas, etiam infimorum.» Gabinius deinde introductus, cum primo impudenter respondere coepisset, ad extremum nihil ex iis, quae Galli insimulabant, negavit. 13. Ac mihi quidem, Quirites, cum illa certissima visa sunt argumenta atque indicia sceleris, tabellae, signa, manus, denique unius cuiusque confessio, tum multo certiora illa, color, oculi, vultus, taciturnitas. Sic enim obstupuerant, sic terram intuebantur, sic furtim non numquam inter sese adspiciebant, ut non iam ab aliis indicari, sed indicare se ipsi viderentur.

VI. Indiciis expositis atque editis senatum consului, de summa re publica quid fieri placeret. Dictae sunt a principibus acerrimae ac fortissimae sententiae, quas senatus sine ulla varietate est secutus. Et quoniam nondum est perscriptum senatus consultum, ex memoria vobis, Quirites, quid senatus censuerit, exponam. 14. Primum mihi gratiae verbis amplissimis aguntur, quod virtute, consilio, providentia mea res publica maximis periculis sit liberata; deinde L. Flaccus et C. Pomptinus praetores, quod eorum opera forti fidelique usus essem, merito ac

---

1. *atque*] *et* b s. — *inprudentia* l t. — *superabit* c. — 2. *proferri litteras* Lg. 1. 8. 24, L O. — *iubet* B a b c s z, 5 alii Lagg.: *iussit* R O. — 4. *pert. est Lentulus et tamen* d. — *tamen et*] *et* om. q et 8 dett. Lagg. — *signum suum et manum cogn.* l m q u w x, aliquot alii Lagg., O. — 5. *agnovit* Lg. 43. — *erant autem*] *et erant* c; *autem* om. C. — *scriptae* om. a b s ς, Lg. 50. 53. 57. (*erant scriptae autem* Lg. 16. 43.) — *quis* a b l p q w, Lg. 9. 20. 21. 46. 57. 65, ut voluit Reisigius in *Scholis de lingua Lat.* p. 193: *qui* R L O. — 6. *scies ex hoc* b s; *ex eo scies* r; *scies* om. 7 Lagg. dett. et ponunt *cognosces* post *misi*. In L O est *scies* post *misi*. — *cogita* O post *progressus* habet contra codd. — *in quem locum* B. — 7. *vide ecquid* scripsi: *vide et quid* a b i s, Lg. 50. 57 (sed a *qui*); *vide quid* Lg. 16. 20. 43; *et vide quid* R L O. — *tibi iam* a i, Lg. 20. 43. 50. 57: *iam tibi* R L O. — *nec. sit* d l. — *et cura* B C a b c d i l r s t u, 4 alii Lagg.: *et* om. ς R L O. — 8. *aux. tibi coniungas* d. — *infirmorum* l q u (pr. m.) z, 8 alii Lagg. — *deinde*] *autem* d. — 9. *primum* t. — *ad postremum* k. — 10. *ex his* (vel *hiis*) mei; *eorum* Donatus ad Ter. Phorm. II. 3, 12. — *Ac mihi*] *deinde* g. — 11. *Quir.* om. s, 3 Lagg. — *sunt visa* C d l q r t u w x, 6 alii Lagg., L O. — 12. *tabulae* r, 3 Lagg. — *illa multo certiora* Lg. 50. 57; *illa* om. w z; *multo illa certiora* L O contra codd. — 13. *oculi color* edd. quaedam contra codd.; *color* om. w; *color oculi visus* g. — *obstupuerunt* C b i r s t w z, Lg. 7. 9. 46. 53. (formam *obstipui* habent b s x, Lg. 16. 46. 65.) — 14. *inter se* C V b s t, aliquot alii Lagg. dett., L O. — *inter sese non numquam* d. — 15. *iam*] *tam* B. — *ab illis* m q w x, 6 alii Lagg. — *indicare se ipsi vid.* a b c i s z ς, Lg. 9 et alii: *ipsi se ind. vid.* V L; *ipsi vid. se indicare* d l (sed d *se vid.*); *ipsi a se viderentur* (om. *indicare*) C m q r t u w x Lg. 53.; *a se vid. ipsi* p, ut videtur. — 16. *editis* a z Lg. 16. 43. 46. 65: *editis Quirites* R L O. (sed i *Quir.* tantum in marg. habet.) — *de summa re p.* a b i s: *de summa rei p. salute* R. — 17. *placeret*] *liceret* q u w x, 7 alii Lagg. — *sunt autem a* d l. — *a princip.* r ante *sententiae* habet. — 18. *sine*] *absque* m u. — *varietate*] *mora* V. — *secutus est* m; *consecutus est* t; *est consecutus* V c Lg 20. 21, O. — *et quoniam*] *ex quo* r. — 19. *perscr. nondum est* g. — 20. *exponamus* b s. — *gratiae mihi* d. — 22. *max. periculis sit* B a b c d i r s x, 8 alii meliores Lagg.: *peric. sit maximis* 5 Lagg. dett., L O; *peric. maximis sit* R (etiam t). — *Pomptinus*] sic h. l. a b p s Lg. 9. — 23. *praetores R. quod* l u w. — 23. *iure ac merito* d.

iure laudantur; atque etiam viro forti, collegae meo, laus impertitur, quod eos, qui huius coniurationis participes fuissent, a suis et [a] rei publicae consiliis removisset. Atque ita censuerunt, ut P. Lentulus, cum se praetura abdicasset, in custodiam traderetur, itemque uti C. Cethegus, L. Statilius, P. Gabinius, qui omnes praesentes erant, in custodiam traderentur; atque idem hoc decretum est in L. Cassium, qui sibi procurationem incendendae urbis depoposcerat, in M. Ceparium, cui ad sollicitandos pastores Apuliam attributam esse erat indicatum, in P. Furium, qui est ex iis colonis, quos Faesulas L. Sulla deduxit, in Q. Annium Chilonem, qui una cum hoc Furio semper erat in hac Allobrogum sollicitatione versatus, in P. Umbrenum, libertinum hominem, a quo primum Gallos ad Gabinium perductos esse constabat. 15. Atque ea lenitate senatus est usus, Quirites, ut ex tanta coniuratione tantaque hac multitudine domesticorum hostium novem hominum perditissimorum poena re publica conservata reliquorum mentes sanari posse arbitraretur. Atque etiam supplicatio dis immortalibus pro singulari eorum merito meo nomine decreta est, quod mihi primum post hanc urbem conditam togato contigit, et his decreta verbis est: quod urbem incendiis, caede cives, Italiam bello liberassem. Quae supplicatio si cum ceteris conferatur, hoc interest, quod ceterae bene gesta, haec una conservata re publica constituta est. Atque illud, quod faciendum primum fuit, factum atque transactum est. Nam P. Lentulus, quamquam patefactis

---

1. *etiam* om. z. — *collegae meo*] *Antonio coll. meo* q; *coll. meo Antonio* C z, 4 alii Lagg.; *antonio meo* u; *coll. meo, C. Antonio* L. — *impartitur* h l. — 2. *huius* om. V. — *et a rei p.* B C b c d i p q w Lg. 9. 50. 57. 65, 4 alii: *et rei p.* R L. — 4. *praetura se* p z, 6 alii Lagg. (*se praet.* Arus. p. 211.) — *in* plerique (etiam p) et Schol.: *tum* (vel *tunc*) *in* C d i r u x, 8 alii dett. Lagg., L O. — *traderetur* om. h. — *uti* om. d. — *C.* om. C d l r t u w x, alii Lagg. — 5. *L. Statilius* sic ex meis d g h i r s: *L.* (om. *Stat.*) m t u w; *L. stalius* b; *falius* l. — *Gauinius* b s; *Gabinus* m t. — *qui* om. b s. — 6. *darentur* L. — 7. *incendundae* b i s. — *deposcerat* b s w Lg. 46. 65. (sed in s *po* superscr.) — *Ceparium* codd. optimi et plerique: *Taeparium* p; *Caeparium* L O. — 8. *Appuliam* d u. — *attributam esse* a b c d i s z, 7 alii Lagg.: *tributam esse* k et Lg. 53; *esse trib.* g h r w; *esse attributam* RLO. — *erat*] *erat idem* d. — *iudicatum* d w ς. — 9. *iis* h: *hiis* vel *his* R. — *colonis* h, Lg. 7. 16. 53, item 3. et 6. m. sec., Paris. quartus apud Steinm.: *coloniis* R L. (*colonus* b u.) Cf. Madvigii Opusc. II. p. 335 not. — *quos* u, Lg. 9, Par. 4: *quas* R L. — *Faesulas* a: *Fesulas* (L O) vel *Fessulas* R. — *deduxerat* B d. — *Q.* om. z et 8 alii Lagg. — 10. *Annium* scripsi ex Sallustio c. 50 (add. c. 17 et Q. Cic. de petit. consul. §. 10): *Manlium* vel *Mallium* codd. et O; *Magium* L ex Sylvii coni. Nomen frequenti Manlii centurionis commemoratione corruptum esse apparet. — *hoc* om. ς. — 11. *sollicitudine* z, 6 alii Lagg. — *Umbrenium* h, 3 Lagg. — *hominem libert.* L. — 12. *adductos* p z. (*esse perd.* g.) — 13. *est usus* d i l u et Lagg. praeter octo: *usus est* rell. mei, Lagg. c k q, 7. 9. 50. 53. 57. — 14. *hac* a b c s Lg. 21. 50. 57: *inac* t; *in hac* Lg. 20 et t corr.; *vi ac* R L O. — *perdit.* om. g. — 15. *res p.* r. — *posse sanari* z et Lg. 46. 65. (*sanare p.* l t u.) — *arbitrarentur* q et 4 alii Lagg. — 16. *dis* b s: *diis* O. — 17. *quod* a b c i p q s z, 6 alii Lagg.: *quod Quirites* d; *Quirites quod* R L O. — *primum mihi* h; *primum* om. s. — *hanc* om. C V m r t u x, 3 alii Lagg. — 18. *conditam* om. i. — 19. *ceteris* a x: *ceteris supplicationibus* R L O. — 20. *conferatur* B a b c i s z, Lg. 20. 46. 50. 57. 65: *conferatur Quirites* R L O. — *interest* b d m p s t w et Lagg. praeter decem: *intersit* C i l q r u x, 7 alii Lagg. dett., L O. — *bene gestae* B a q z, Lg. 65; *bene gesta r. p.* t; in u *R. P.* post *gesta* sup. lin. est; *de re p. bene gesta* 5 Lagg. dett. — *una*] *una supplicio* (sic) t. — 21. *faciundum* b i s (*primum faciendum* B r). — 22. *est*] *fuit* d. — *patefactis*] sic omnes praeter a, qui habet *patefacta*, et 5 Lagg. (1. 8. 24. 42. 53, item 3 et 6 m. pr.), in quibus est *patefactus*, et sic L O. (Ex lectione codicis a suspicari possis: *patefacta re indiciis.*)

indiciis, confessionibus suis, iudicio senatus non modo praetoris ius, verum etiam civis amiserat, tamen magistratu se abdicavit: ut, quae religio C. Mario, clarissimo viro, non fuerat, quo minus C. Glauciam, de quo nihil nominatim erat decretum, praetorem occideret, ea nos religione in privato P. Lentulo puniendo liberaremur.

VII. 16. Nunc quoniam, Quirites, consceleratissimi periculosissimique belli nefarios duces captos iam et comprehensos tenetis, existimare debetis, omnes Catilinae copias, omnes spes atque opes his depulsis urbis periculis concidisse. Quem quidem ego cum ex urbe pellebam, hoc providebam animo, Quirites, remoto Catilina non mihi esse P. Lentuli somnum nec L. Cassii adipes nec C. Cethegi furiosam temeritatem pertimescendam. Ille erat unus timendus ex istis omnibus, sed tam diu, dum urbis moenibus continebatur. Omnia norat, omnium aditus tenebat; appellare, tentare, sollicitare poterat, audebat; erat ei consilium ad facinus aptum, consilio autem neque manus neque lingua deerat. Iam ad certas res conficiendas certos homines delectos ac descriptos habebat. Neque vero, cum aliquid mandarat, confectum putabat: nihil erat, quod non ipse obiret occurreret, vigilaret laboraret: frigus, sitim, famem ferre poterat. 17. Hunc ego hominem tam acrem, tam audacem, tam paratum, tam callidum, tam in scelere vigilantem, tam in perditis rebus diligentem, nisi ex domesticis insidiis in castrense latrocinium compulissem, dicam id, quod sentio, Quirites, non facile hanc tantam molem mali a cervicibus vestris depulissem. Non ille nobis Saturnalia constituisset neque tanto ante exitii ac fati diem rei publicae denuntia-

---

1. *confessionibus* a b c i s Lg. 46: *et confessionibus* R L O. — *non solum* Lg. 50. 57. — 2. *sed etiam* B et Lg. 7. — *amiserit* u. — *tamen a* V; *tantum* g. — *magistratu ab se dicavit* t. — 3. *clar. viro*] *.c. v.* (sic) b i s; *viro* om. t. — *C.* om. a b c i p q s z, 9 alii Lagg. (excidit *G.* ante *Glauc.*) — 4. *erat nomin.* t u. — 5. *liberemur* t. — 6. *Quir. quoniam* B. — *consceleratissumi* a b c s Lg. 21. 50. 57: *cum scelerat.* Lg. 20. 43; *et scel.* p (ex confusione siglorum pro *con* et *et*); *sceleratissimi* R L O. — 7. *duces nefarios* C. — *comprensos* k et Lg. 21. — 8. *copias Cat.* z et Lg. 46. 65. — *omnesque spes* w. — *spes opesque* L. — 9. *pellebam* a b c i s z Lg. 46. 50. 65: *depellebam* R. — 10. *non mihi* codices: *nec mihi* L O. — post *P. Lentuli* addunt d t: *qui se (quo* t) *dicebat imperatorem esse (se esse* t) *anno illo cum interitu urbis futurum.* — 11. *somnum* B b (m. pr.) l, Lg. 1. 9. 46. 65: *somnium* R. Iam Schol. Gron. utriusque lectionis mentionem fecit. — *nec* om. V l q x. — *L.*] *C.* vel *G.* b c i p s z Lg. 65; *L.* om. a. — *adipes* C d i l m q r t u x, 5 alii Lagg., Schol.: *adipes* om. a b c s z Lg. 11. 50. 57. 65; *adipem* R L O. — *C.* om. r, Lg. 7. 24. — 12. *ille Catilina erat* r. — *unus erat* b; *enim erat* s; *erat solus* V d l q u x; *solus erat* m. — *pertimescendus* w. — *istis* B a b c i z, 5 alii Lagg.: *illis* s; *his* R L O. — 13. *urbis moenibus* B a b c i z, 5 alii Lagg.: *moenibus urbis* R L O. — *noverat* m; *enim norat* B et Lg. 7. — *auditus* r. — 14. *poterat et audebat* Schol. — *ei* om. b; *et* s; *enim* l. — 15. *n. manus n. lingua* B a c z, Lg. 3. 6. 20. 46. 53. 65: *neque lingua* om. s; *n. lingua n. manus* Schol., R L O. — 16. *iam vero ad* q z Lg. 46. 65. — *certas* a b c d g k m s t w, 6 alii Lagg.: *ceteras* R. — *conficiundas* b s. — 17. *vero*] *enim* z. — *mandarat* a b c i s ς: *mandaret* B; *mandaverat* R L O. — *confectum esse* w; *infectum* a q z, Lg. 65. — 18. *ille* z et Lg. 46. (*ipse* Arusianus p. 250.) — *occurreret: vigilare laborare*, *frigus* Th. Mommsenius. — *frigus* om. c et Lg. 3. 6. — *famem sitim* C. — 19. *ergo* d u. — *tam animo acrem* h k. — *t. audacem t. paratum* B a b c i s z, Lg. 20. 46. 50. 57. 65: *tam lingua paratum tam manu audacem* h k; *tam paratum ad facinus tam aud.* d; *t. paratum t. audacem* R L O. — 22. *dicam* - - *depulissem* om. g. — *id* om. B, Lg. 57. — 23. *a vestris cervicibus* b c s; *a cerv. nostris* d. — *depulsemus* t. — *vobis* r L. — 24. *neque tanto* - - *commisisset* om. b s. — *tanto* C a d i q r u w z, Lg. 9 et 3 alii: *tanti* p R. — *exitii* om. Lg. 65; *exitus* p; *exilium* z et 4 alii Lagg. — *denuntiavisset* a c d q r t u, 8 alii Lagg.: *denuntiasset* R L O.

visset, neque commisisset (ut signum, ut litterae suae testes manifesti sceleris deprehenderentur.) Quae nunc illo absente sic gesta sunt, ut nullum in privata domo furtum umquam sit tam palam inventum, quam haec tanta in re publica coniuratio manifesto inventa atque deprehensa est. Quod si Catilina in urbe ad hanc diem remansisset, quamquam, quoad fuit, omnibus eius consiliis occurri atque obstiti, tamen, ut levissime dicam, dimicandum nobis cum illo fuisset, neque nos umquam, cum ille in urbe hostis esset, tantis periculis rem publicam tanta pace, tanto otio, tanto silentio liberassemus.

VIII. 18. Quamquam haec omnia, Quirites, ita sunt a me administrata, ut deorum immortalium nutu atque consilio et gesta et provisa esse videantur. Idque cum coniectura consequi possumus, quod vix videtur humani consilii tantarum rerum gubernatio esse potuisse, tum vero ita praesentes his temporibus opem et auxilium nobis tulerunt, ut eos paene oculis videre possemus. Nam ut illa omittam, visas nocturno tempore ab occidente faces ardoremque caeli, ut fulminum iactus, ut terrae motus relinquam, ut omittam cetera, quae tam multa nobis consulibus facta sunt, ut haec, quae nunc fiunt, canere di immortales viderentur: hoc certe, quod sum dicturus, neque praetermittendum neque relinquendum est. 19. Nam profecto memoria tenetis, Cotta et Torquato consulibus complures in Capitolio res de caelo esse percussas, cum et simulacra deorum depulsa sunt et statuae veterum hominum deiectae et

---

1. *neque*] *ne* (ex *nec*) t. — *permisisset* d. — *testes* a b c i p r s Lg. 50. 57: *testes denique* R L O. — 4. *haec tanta in rep.* b c i q r s u x Lg. 16. 43: *tanta haec in rep.* V Lg. 24. 46. 50 (sed 9. 46. 50 om. *tanta*); *haec tanta in tota rep.* d l (sed d: *totam rem p.*); *haec in tota rep.* B C a p t w z ς Lg. 53. 57. 65; *haec tanta in rem p.* L. Cf. III. §. 15. *ex tanta coniuratione.* — *manifesto* a b s z ς: *manifesta* u et 5 Lagg.; *manifeste* R. — *atque* om. a ς, Lg. 50. 57. — 5. *hanc*] sic omnes mei et Lagg. — 6. *quoad fuit*] *quo adfuit* (vel *affuit*) C a d i m r s t w x, 6 alii Lagg.; *quod afuit* b; *quoad adfuit* z et Lg. 16. 43, fort. recte. — *consiliis potuit* (sic) *occurri* b s. — *tamen*] *tum* d. — 7. *nos* om. V. — 8. *cum* B C a t z ς, Lg. 9. 46. 50. 53. 65: *dum* R L O. Cf. Madvigii Opusc. I. p. 489. — *ille* om. w. — *hostis in urbe* C r, Lg. 9. 53. — *esset* C B a b r s z ς Lg. 9. 46. 50. 53. 57. 65: *fuisset* R L O. — *a tantis* d. — *tanta pace* z et Lg. 46. 65 post *silentio* habent. — 9. *liberavissemus* h. — 10. *a me* om. r. — 11. *nutu atque* om. a ς, Lg. 50. 57. — 12. *cum* om. B l u, 12 Lagg. dett. — *possimus* s m. pr. (sed corr. eadem) et m. — 13. *videtur* b c d i q r s w x aliique Lagg.: *videretur* C a l m t u, 4 alii Lagg.; *videatur* z et 5 Lagg. — *humani c. t. r. gub. esse potuisse*] sic a b i s z, Lg. 20. 50. 57: *humanis consiliis tantarum rerum gubernatio inesse pot.* c; *humanis consiliis tantarum rerum gubernacionem quis consequi potuisse* d; *humanis consiliis tantam molem rerum gubernatio consequi potuisse* rell. mei et Lagg., nisi quod in aliquot Lagg. vestigia verae lectionis servata sunt. — *tunc* g. — 14. *praesentes ita* V. — *et auxilia* w; *auxiliaque* B. — 15. *possimus* B a b d s z, Lg. 50. 57. — 16. *ab occidente* om. 6 Lagg. dett.; *ab oriente* l w. (*ab occid.* Schol. Gron.) — *facies* s. — *ardoresque* B et Lg. 9. — *ut fulm.*] *et fulm.* d h k. — *iactus, ut*] *actus ac* c. — 17. *motus relinquam, ut omittam cetera quae*] sic B a b c d g h i r s z Lg. 7. 9. 43. 50. 53. 57. 65: *relinquam* om. k et Lg. 20; *motus ceteraque quae* (mediis omissis) l m q t u w x, rell. Lagg., O. — *quae tam multa* om. Lg. 65. — *tam*] *ita* C V b i m q r s w x Lg. 21. 53. — *multa* om. w x, 6 Lagg. dett.; t post *consul.* ponit; *multa quae* d. — 18. *haec*] *ea* w. — *dii imm. canere* z et Lg. 65. — 19. *certe* B a b c s ς Lg. 50. 57: *certe Quirites* R L O. — *dict. sum* Lg. 46. — 20. *derelinquendum* t. — 21. *in*] *de in* h (sed *de* punctatum); *de* B a b c p s z Lg. 46. 50. 57. 65. — *res*] sic mei et Lagg. a k q x, 9. 46. 50. 53. 57: *turres* R L O. — *perculsas* d u. — *cum et*] *et cum* a. (*cum et -- depulsa sunt* om. u.) — 22. *deorum* B a b c i s Lg. 46. 50. 57. 65: *deorum immortalium* R L O. — *delapsa* cod. Franc.

legum aera liquefacta et tactus etiam ille, qui hanc urbem condidit, Romulus, quem inauratum in Capitolio parvum atque lactentem, uberibus lupinis inhiantem, fuisse meministis. Quo quidem tempore cum haruspices ex tota Etruria convenissent, caedes atque incendia et legum interitum et bellum civile ac domesticum et totius urbis atque imperii occasum appropinquare dixerunt, nisi di immortales omni ratione placati suo numine prope fata ipsa flexissent. 20. Itaque illorum responsis tum et ludi per decem dies facti sunt, neque res ulla, quae ad placandos deos pertineret, praetermissa est; idemque iusserunt simulacrum Iovis facere maius et in excelso collocare et contra, atque antea fuerat, ad orientem convertere: ac se sperare dixerunt, si illud signum, quod videtis, solis ortum et forum curiamque conspiceret, fore ut ea consilia, quae clam essent inita contra salutem urbis atque imperii, illustrarentur, ut a senatu populoque Romano perspici possent. Atque illud signum collocandum consules illi locaverunt, sed tanta fuit operis tarditas, ut neque superioribus consulibus neque nobis ante hodiernum diem collocaretur. IX. 21. Hic quis potest esse tam aversus a vero, tam praeceps, tam mente captus, qui neget haec omnia, quae videmus, praecipueque hanc urbem deorum immortalium nutu ac potestate administrari? Etenim cum esset ita responsum, caedes, incendia, interitum rei publicae comparari, et ea per cives, quae tum propter magnitudinem scelerum non-

---

1. *legum*] *regum* C c d m p r t u w x, 4 alii Lagg. — *liquef. et tactus etiam* a b ς Lg. 46. 50 (item i, sed sine *et*): *liquef. et tactus est etiam* C d r, Lg. 53. 57 (sed d om. *etiam*); *liquef. tactus est etiam* s et Lg. 7. 16. 13; *liquef. sunt et tactus etiam* B c; *liquef. sunt et tactus est etiam* z et Lg. 9. 65; *liquefacta tactus est etiam* R L O. — *ille* om. z et Lg. 46. — 2. *lactentem* om. r; *lactantem* B a b i l q s t w x, Lg. 1. 16. 13. Eadem est varietas apud·Arus. Mess. p. 234 L., ubi cod. A. Mai *lactantem*, Gudianus *lactentem* habet. — 4. *auruspices* d m t z, 8 alii Lagg.; *aruspices* rell. mei. — *e tota* g r. — 5. *ac totius* m r t w; *ad totius* 6 Lagg. dett. — *orbis* p. — 6. *di* om. r. — *omni* om. g. — 7. *iam prope* z et Lg. 46. — *facta* b s u. — *tum* B a b c d i s t u z Lg. 7. 9. 20. 50. 57. 65: *tum* om. Lg. 43. 53; *tunc* R L O. — 8. *et* om. z et Lg. 9. 46. — *per decem dies* B C a d i p r t z, 7 alii Lagg.: *per dies decem* b c q s Lg. 7; *decem per dies* R L O. — *placandum* 7 Lagg. dett., L O. (nullus ex meis.) Cf. Madvigii Opusc. I. p. 382. — 9. *idemque* mei: *itemque* m; *iidemque* L O. — 10. *facere*] *fieri* B q z, Lg. 9. 46. 50. 57. 65; iidem (praeter B et Lg. 50) habent deinde etiam *collocari* et *converti*. — *in celso* a x soli. — *locare* m. — *et* q w x, 10 alii Lagg. dett. — *antea* b c i q s t ς Lg. 3. 6. 9: om. m; *ante* rell. mei et Lagg., ut videtur, L O. — *ad orientemque* d. — 11. *ac se ita sperare* z et Lg. 9. 65; *ac ita sper.* B q, Lg. 46. — 12. *et forum* om. r. — *consilia* om. m. — 13. *clam*] *iam* a m ς Lg. 50. 57. — *illustr.*] fort. *ita illustrarentur*. Videtur *ita*, quod hic requiritur, loco suo motum et partim ante *sperare* v. 11, partim ante *collocandum* v. 15 falso illatum esse. — 14. *populoque Rom.* om. m q t u x, 7 alii Lagg. — *potuissent* u. — *signum illud* d; *signum* om. Lg. 1. 8. 21. 24, L O. — 15. *collocandum* a b c p s t Lg. 50. 57 (sed hi duo et a: *collocatum*): *ita collocandum* R L O. — *locaverunt* i l m r w x soli: *collocaverunt* a b c d p s, 5 alii Lagg.; *statuerunt* B C q t u Lg. 7 et L; *voluerunt* vel *consuerunt* vel *dixerunt* R. — 16. *neque sup. consul. neque nobis* a c w, Lg. 3. 6. 9. 46. 50. 57. 65: *neque nobis* s; *neque sup. cons. neque a nobis* B t; *neque neque a sup. consulibus nobis* b; *neque a sup. cons. neque a nobis* R et edd. vitiose. Cf. p. 695. v. 17. — *diem* om. w. — 17. *qui* a b i s, Lg. 7. 50. 57. — *esse* B V a d z, 5 alii Lagg., Prisc. Vol. II. p. 172: *esse Quirites* R L O. — *adversus* a m x z, 9 alii Lagg. (*aversus* Prisc. et Arus. p. 209.) — *praeceps furore* L. — 18. *vidimus* B x; *videtis* p z, Lg. 46. 65. — 19. *urbem* om. r. — *atque potestate* l m x z, 8 alii Lagg., L O. — 20. *ita esset* r. — *caedem* L. — *interitum* a b c i p q s z Lg. 16. 46. 50. 57. 65 et 3. 6 pr. m.: *interitumque* R L O. — 21. *parari* C u. — *per cives* B a b c i s z ς Lg. 50. 57: *per cives perditos* Lg. 20. 46; *per cives a perditis civibus* d; *a perditis civibus* R.

nullis incredibilia videbantur, ea non modo cogitata a nefariis civibus, verum etiam suscepta esse sensistis. Illud vero nonne ita praesens est, ut nutu Iovis Optimi Maximi factum esse videatur, ut, cum hodierno die mane per forum meo iussu et coniurati et eorum indices in aedem Concordiae ducerentur, eo ipso tempore signum statueretur? quo collocato atque ad vos senatumque converso, omnia quae erant contra salutem omnium cogitata, illustrata et patefacta vidistis. 22. Quo etiam maiore sunt isti odio supplicioque digni, qui non solum vestris domiciliis atque tectis, sed etiam deorum templis atque delubris sunt funestos ac nefarios ignes inferre conati. Quibus ego si me restitisse dicam, nimium mihi sumam et non sim ferendus: ille, ille Iuppiter restitit; ille Capitolium, ille haec templa, ille cunctam urbem, ille vos omnes salvos esse voluit. Dis ego immortalibus ducibus hanc mentem, Quirites, voluntatemque suscepi atque ad haec tanta indicia perveni. Iam vero illa Allobrogum sollicitatio, iam ab Lentulo ceterisque domesticis hostibus tam dementer tantae res creditae et ignotis et barbaris commissaeque litterae numquam essent profecto, nisi ab dis immortalibus huic tantae audaciae consilium esset ereptum. Quid vero? ut homines Galli ex civitate male pacata, quae gens una restat, quae bellum populo Romano facere posse et non nolle videatur, spem imperii ac rerum maximarum ultro sibi a patriciis hominibus oblatam negligerent vestram-

---

2. *esse* om. b s. — 3. *optimi maximi* om. a; *optimi maximi omnium* b i s, utrique contra Prisc. I. p. 633. — *factum* om. r et w pr. m. — *hodierna* c et Lg. 50. 57. (*hodierno* Prisc.) — 4. *et* ante *coniurati* om. q et 8 Lagg. — 5. *eo*] *et eo* B i, Lg. 21; *et* a z, 4 alii Lagg. — *quo collato* r. — 6. *omnia quae* k et Lg. 46 soli: *omnia et senatus et vos quae* R L O, sed g h vv. *et senatus et vos* post *vidistis* habent; in cod. Vindob. 295 saec. XII. a Car. Schenkelio in meum usum collato scriptum est: *et uos et senatus*. — *salutem omnium*] *senatum salutemque omnium* b c i s; *senatum et salutem omnium* z et Lg. 3. 6. 9. 46. — 7. *cogitata* habent b c s post *erant*, fort. recte. — *illustrata et* om. 5 Lagg. dett. — 8. *isti sunt maiore* d t; *maiore sunt illi* b i s. — *nostris dom.* ς; *dom. vestris* d. — 9. *ac tectis* m. — *fun. atque nef.* g; *nef. ac fun.* d. — 10. *si ego* Lg. 46. — 11. *sumam mihi* c. — *sim* om. g; *sum* i l q z, 9 alii Lagg. — *ille* s u L semel habent. — *Iuppiter* b s t z, Lg. 6. 8. 16. 57. 65: *Iupiter* L O. — 12. *ille templum* d. — *cunctam urbem* a b c i p r s z, 9 alii Lagg.: *urbem cunctam* ς; *cunctam hanc urb.* B; *hanc urbem* R L O. — *nos* d p. — 13. *dis* m: *a diis* Lg. 50. 57; *ab diis* t; *diis* O. — *ego* C a m q t, 5 alii Lagg.: *ergo* R. — *immortalibus ducibus* om. a et Lg. 50. 57. 65; *ducibus* om. p. — *mentem Quirites* a: *Quirites* om. mei omnes (etiam t) et rell. Lagg. (*voluntatem mentemque* i.) — 14. *indicia tanta* i. — *iam vero illa*] *iam illa* m q r x, 5 alii Lagg.; *illa iam* w. — 15. *sollic. iam* a b c d p s x Lg. 3. 6. 16. 43. 50. 57: *sollic. iam sic* z; *sollic. sic* R O; *iam* om. L; *sollic. suscepta* coni. Ernesti et Madvigius. («Scribe: *Iam vero* [*illa Allobrogum sollicitatio iam*] *ab Lentulo c. q. d. h. tam dementer tantae res creditae* [*et*] *ignotis, et barbaris commissae* [*que*] *litterae numquam essent.* Quae delevi, maximam partem irrepserunt ex p. 693, 10: *in hac Allobrogum sollicitatione*; praeterea *et*, item *que* addiderunt qui male iungebant *ignotis et barbaris.*» MOMMSEN.) — *ab* b i m r s t u et Vind. 295: *a P.* c d l z Lg. 46. 65; *a* p, rell. mei et Lagg., ut videtur, L O. — 16. *tam dementer* habent post *res* 5 Lagg. dett. — *tantae res creditae* B a b c i p s, Lg. 16. 20. 50. 57: *tanta credita* z et Lg. 43. 65; *tanta res credita* R L O. — *ac barbaris* d. — *commissae quirites* i; *commissae* b s. — 17. *profecto* om. z et Lg. 46. (*profecto essent* L.) — *ab* a b c i s t u w Lg. 46: *a* R L O. (*dis* habent b c.) — 19. *pop. R.*] *r. p.* w, 6 Lagg. dett. (*pop. R. bellum* L O contra codd.) — 20. *posse* a b d i s Lg. 3. 9. 20. 43. 50. 57: *et possit* ς; *et posse* R L O. — *non nolle* C c i r w x z, alii Lagg.: *nolle* a b l q s u, 6 Lagg.; *non velle* d t, 3 Lagg.; *velle* Lg. 3 corr. — *et rerum* C L O. — 21. *maximarum* B a p z ς Lg. 16. 43. 46. 50. 57. 65: *amplissimarum* R L O. — *allatam* d. — *neglegerint* u; *neglegere* a. — *nostramque* l; *vestram* d.

que salutem suis opibus anteponerent, id non divinitus esse factum putatis? praesertim qui nos non pugnando, sed tacendo superare potuerint.

X. 23. Quam ob rem, Quirites, quoniam ad omnia pulvinaria supplicatio decreta est, celebratote illos dies cum coniugibus ac liberis vestris. Nam multi saepe honores dis immortalibus iusti habiti sunt ac debiti, sed profecto iustiores numquam. Erepti enim estis ex crudelissimo ac miserrimo interitu, erepti sine caede, sine sanguine, sine exercitu, sine dimicatione; togati me uno togato duce et imperatore vicistis. 24. Etenim recordamini, Quirites, omnes civiles dissensiones, non solum eas, quas audistis, sed eas, quas vosmet ipsi meministis atque vidistis: L. Sulla P. Sulpicium oppressit, [eiecit ex urbe]; C. Marium, custodem huius urbis, multosque fortes viros partim eiecit ex civitate, partim interemit. Cn. Octavius consul armis expulit ex urbe collegam; omnis hic locus acervis corporum et civium sanguine redundavit. Superavit postea Cinna cum Mario; tum vero, clarissimis viris interfectis, lumina civitatis exstincta sunt. Ultus est huius victoriae crudelitatem postea Sulla, ne dici quidem opus est, quanta deminutione civium et quanta calamitate rei publicae. Dissensit M. Lepidus a clarissimo ac fortissimo viro, Q. Catulo: attulit non tam ipsius interitus rei publicae luctum quam ceterorum. 25. Atque illae tamen omnes dissensiones erant eius modi, quae non ad delendam, sed ad commutandam rem publicam pertinerent: non illi nullam esse rem publicam, sed in ea, quae esset, se esse principes, neque hanc urbem conflagrare, sed se in hac urbe florere voluerunt. [Atque illae tamen omnes dissensiones,

---

1. *anteponere* a; *praeponerent* d. — *non*] *ne* 5 Lagg. dett. (nullus cod. *nonne*). — *esse factum* B C a i l t u w z, alii Lagg.: *factum esse* b c d m q r s x, Lg. 1. 7. 8. 9. 21. 24. 53., L O. — 2. *putatis* om. a et Lg. 50. 57. — *praesertim - - potuerunt* om. w solus. Cum et sententia languida sit, et indicativus *potuerunt*, quem omnes codd. servant, mendosus, equidem non intercesserim, si quis totam sententiam induxerit. — *vos* g. — *potuerint* Madvigius: *potuerunt* codd., L O. — 4. *celebrate* B. — 5. *saepe numero honores* Lg. 46. — *dis* b l s: *diis* R L O. — 6. *nunquam iustiores* m. — *enim* om. B p, Lg. 65; in 3 et 6 sup. lin. est. — *estis* om. L z et 6 alii Lagg. — 7. *ac miserr.* om. 9 Lagg. dett.; *ex miserr. ac crud.* r; *a mis. et crud.* d. — *erepti* a c p Lg. 7. 16. 43. 50. 57: om. b i s; *et erepti* R L O. — 8. *togati* om. m q w x, 4 alii Lagg. — 10. *non*] *neque* d m q u w x, 5 alii Lagg. dett., L O. — *eas solum* d u; *eas tantum* q; *solum* om. m w. — *auditis* a. — *sed et eas* d; *sed has* m w x ς, alii Lagg.; *sed et has* Lg. 16. et L. (*sed eas* Arus. p. 245.) — *vosmet ipsi*] *vos* l u w x, 5 alii Lagg. contra Arus. — 11. *et vidistis* d, 5 Lagg., L O. — *P.*] *G.* d. — *eiecit ex urbe* B a b c i s z, 8 alii Lagg.: *ex urbe eiecit* R O. Recte Lambinus colon delevit, nonnullorum, ut ait, veterum codd. auctoritate ductus. — 12. *urbis*] *civitatis* z. — *viros fortes* r z et Lg. 46. — *e civitate* d. — 13. *Cn.*] *G.* r. — *expulit ex urbe collegam* a c i s: *ex urbe exp. coll. suum* B m, Lg. 9; *ex urbe coll. suum expulit* d, Lg. 9. 53, L O et u, sed hic om. *expulit*; *exp. ex u. collegam suum* R. — 15. *postea* om. t solus. (habet Schol.) — *interf. viris* s. — 16. *eius vict.* Lg. 43. — 17. *ne*] *nec* d h m q z, 8 alii Lagg. — *diminutione* mei et omnes fere Lagg., codd. Prisc. I. p. 614. — 18. *rei p.*] *P. R.* t et d in marg.; *postea rei p.* Lg. 9. 53. — *discessit* q z, Lg. 65. — 19. *ac fort.* C r s t, Vind., Lg. 50. 53: *ac f.* om. p; *et fort.* R L O. (sed d: *viro et fort.*) — 20. *tamen* om. w x, 6 dett. Lagg., L O. — *omnes* om. w L O. — 21. *eiusmodi* B C a l m r t u, Lg. 43: *huiusmodi* R L O. (*erant huiusmodi* O cum Ernestio inclusit.) — *quae* B a z, Lg. 6. 16. 46. 50. 57: *Quirites quae* R L O. — 22. *pertinebant* b s. — *ñ* (i. e. *non*) *ullam* b s. — 23. *ea*] *illa ea* ς. — *principes voluerunt neque* B c. — *hanc urbem* om. a. — 24. *se* om. B, Lg. 20. 53. — *Atque illae - - diiudicatae sint*] haec ut manifestum glossema delenda esse intellexerunt Blochius (v. Excurs. edit. eius, Hauniae 1828. p. 453 sq.) et Madvigius in Opusc. I. p. 146 sqq. Cf. etiam Ravii de hoc loco iudicium in *Var. Lectt. ad*

quarum nulla exitium rei publicae quaesivit, eius modi fuerunt, ut non reconciliatione concordiae, sed internicione civium diiudicatae sint.] In hoc autem uno post hominum memoriam maximo crudelissimoque bello, quale bellum nulla umquam barbaria cum sua gente gessit, quo in bello lex haec fuit a Lentulo, Catilina, Cethego, Cassio constituta, ut omnes, qui salva urbe salvi esse possent, in hostium numero ducerentur, ita me gessi, Quirites, ut salvi omnes conservaremini; et, cum hostes vestri tantum civium superfuturum putassent, quantum infinitae caedi restitisset, tantum autem urbis, quantum flamma obire non potuisset, et urbem et cives integros incolumesque servavi.

XI. 26. Quibus pro tantis rebus, Quirites, nullum ego a vobis praemium virtutis, nullum insigne honoris, nullum monumentum laudis postulo praeterquam huius diei memoriam sempiternam. In animis ego vestris omnes triumphos meos, omnia ornamenta honoris, monumenta gloriae, laudis insignia condi et collocari volo. Nihil me mutum potest delectare, nihil tacitum, nihil denique eius modi, quod etiam minus digni assequi possint. Memoria vestra, Quirites, res nostrae alentur, sermonibus crescent, litterarum monumentis inveterascent et corroborabuntur; eandemque diem intelligo, quam spero aeternam fore, propagatam esse et ad salutem urbis et ad memoriam consulatus mei, unoque tempore in hac re publica duos cives exstitisse, quorum alter fines vestri imperii non terrae, sed caeli regionibus terminaret, alter eiusdem imperii domicilium sedesque servaret. XII. 27. Sed quoniam earum rerum, quas ego gessi, non eadem est fortuna atque conditio, quae illorum,

---

Cic. oratt. II. p. 459 sq. — *diss. omnes* c; *omnes discessiones* p. — 2. *sed intern.* om. r in lacuna. — *internicione* b g h i l s w (sed b g *internit.*): *internecione* d t u ex meis, L O; *interemptione* p et Lg. 6. 65. — *sunt* i z, 10 alii Lagg. — 4. *barbaries* B p z, Lg. 3. 6. 46. — *in quo* z et Lg. 46. — 5. *Cethego et Cassio* g h r t, 5 Lagg. dett.; *Cassio Cethego* L O contra codd. — 7. *Quir. gessi* w. — *salvi omnes* B a c q z, 9 alii Lagg.: *omnes* om. b i s; *omnes salvi* R L O. — 8. *superf.*] *superfut. esse* l t u; *superuicturum esse* d. — *infinita a caede* Burmannus ad *Anthol. Lat.* II. p. 180.; *infinita e caede* Mommsenius. — 9. *urbis superfuturum esse quantum* m t. — *non* om. m s. — *posset* d. — 10. *cives integros*] *cives omnes* b i; *omnes cives* s. — *incolumesque*] *incolumes Quir.* b s (non i). — 11. *ego* om. z. — 12. *monimentum* b s t u w ς. — *postulo* B b d m s w, Lg. 1. 7. 8. 21. 24: *postulabo* R. Cf. IV. §. 23. — 13. *praeter* g h l m r. — *mem. sempiternam* C a d i l r t u Lg. 9. 53: *vestram mem. sempit.* vel *mem. vestram semp.* (b s w) vel *mem. sempit. vestram* R. — *ergo* d l m w. — 14. *monimenta* mei praeter h. — 15. *del. potest* z et Lg. 46. (*delectari* b s.) — 16. *nihil denique tacitum* c. — *huius modi* d q w z, 8 alii Lagg. dett., L O. — 17. *possunt* B C r t z, 11 alii Lagg. — *res nostrae* B b c q s z Lg. 3. 6. 46. 65. (sed s *uestrae*): *nostrae res* rell. mei et, ut videtur, Lagg., L O. — 18. *monimentis* b i l m s t u w. — 19. *eademque* t. — *fore*, *propagatam esse* B a b i s z Lg. 3. 6. 20. 65, item d (sed hic om. *esse*): *fore* R L O, qui *propagatam esse* post *consul. mei* habent (sed om. *esse* g h l m r t u w L O; *propagata* t; *propagandam* u). Madvigio (cf. eius Opusc. I. p. 190.) post *consul. mei* aliquid excidisse videtur velut: *omnique tempore hoc praedicatum iri, uno tempore -- exstitisse*; at v. adnot. meam in ed. Lips. altera a. 1853. — 20. *et ad sal.*] *et* om. z, Lg. 6. 46; *ad* om. t. — *unoque*] *uno* l; *uno quoque* r; *eodemque et uno* d; *omnique* Lg. 1. 3. 7. 8. 21. 24. soli. (*unoque* Schol.) — 21. *cives*] *dies* C m r t u w, 5 alii Lagg. (*civis* a c.) — *finem* z et 7 Lagg. — *imp. vestri* d l; *vestri imp. vestri* r. — 22. *eiusdem*] sic mei et Lagg. praeter B a z, 50. 57. et 5 alios, qui *huius* habent. — 23. *sedemque* k (?) Lg. 1. 8. 46. soli, L O. — 24. *eadem est fort.* B C a b c i q r s z, Lg. 9 et 3 alii: *eadem fortuna est* Lg. 3. 6. 65; *est eadem fort.* R L O. — *quae*] *quam* B a. — *eorum* b s; *illorum est* z, Lg. 6. 46; *fuit illorum* 5 Lagg. dett.

qui externa bella gesserunt, quod mihi cum iis vivendum est, quos vici ac subegi, illi hostes aut interfectos aut oppressos reliquerunt: vestrum est, Quirites, si ceteris facta sua recte prosunt, mihi mea ne quando obsint providere. Mentes enim hominum audacissimorum sceleratae ac nefariae ne vobis nocere possent, ego providi: ne mihi noceant, vestrum est providere. Quamquam, Quirites, mihi quidem ipsi nihil ab istis iam noceri potest. Magnum enim est in bonis praesidium, quod mihi in perpetuum comparatum est, magna in re publica dignitas, quae me semper tacita defendet, magna vis conscientiae, quam qui negligunt, cum me violare volent, se [ipsi] indicabunt. 28. Est etiam nobis is animus, Quirites, ut non modo nullius audaciae cedamus, sed etiam omnes improbos ultro semper lacessamus. Quod si omnis impetus domesticorum hostium depulsus a vobis se in me unum converterit, vobis erit videndum, Quirites, qua conditione posthac eos esse velitis, qui se pro salute vestra obtulerint invidiae periculisque omnibus. Mihi quidem ipsi quid est, quod iam ad vitae fructum possit adquiri, cum praesertim neque in honore vestro neque in gloria virtutis quicquam videam altius, quo mihi lubeat adscendere? 29. Illud profecto perficiam, Quirites, ut ea, quae gessi in consulatu, privatus tuear atque ornem; ut, si qua est invidia conservanda re publica suscepta, laedat invidos, mihi valeat ad gloriam. Denique ita me in re publica tractabo, ut meminerim semper quae gesserim, curemque ut ea virtute, non casu gesta esse videantur.

---

1. *iis* cod. Parc.: *hiis* d; *his* b i s ς, O; *illis* rell. mei. Ex Lagg. ad lectionem *his* nihil exscriptum est. (*mihi vivendum sit cum illis* L.) — *viv. sit* l m q t u w, 8 alii Lagg. — *vici*] *compescui* c; in h *ego* sup. lin. est; *vici ac* om. w. — 2. *et subegi* l; *aut s.* m. — *hostes autem interf.* t (*h. aut oppr. aut interf.* d). — 3. *facta sua recte* B a b c i s Lg. 20. 65: *sua f. recte* p z; *recte f. sua* C d l m r t u w x, Lg. 9. 46. 50. 53. 57; *recte* om. Lg. 3. 6. 43; *recta facta sua* R L; *sua recte facta* O. *Recte* ad *prosunt* pertinet, valetque idem quod Graeci participio καλῶς ποιοῦντες exprimunt. — 4. *mentes -- providere* om. ς; in h in marg. suppleta sunt. — *etenim* B. — 5. *nobis* r. — *possint* b i r s. — 6. *est* om. r. — *Quir.* om. B z, 6 alii Lagg. — *ab istis iam* mei (sed h *illis*), B a c k q, 5 alii Lagg.: *iam ab istis* rell. Lagg., L O. — 7. *est enim* z et Lg. 20. 46. 50. 57; *est* om. m et 6 Lagg. dett.; habet *est* post *bonis* l. — *bonis*] sic mei (praeter b s) q x Lg. 9. 20. 50. 53. 57: *nobis* vel *vobis* b s, rell. Lagg. (*vobis* etiam L.) — 8. *semper me* s. — 9. *defendit* b s. — *vis*] *vis est* B, Lg. 4. 8. 24. soli, L O. — *negligunt* B C a b c i s z, Vind., Lg. 9 et 6 alii (sed b i s *neglegunt*): *negligerit* l; *negligent* R L O. (in r *negligent* ead. m. in *negligunt* corr. est.) — 10. *volunt* c et Lg. 53. — *ipsi* om. b i s; Lag. de suis tacet. — *iudicabunt* t m. pr. — *etiam*] *enim* B a b c i s Lg. 9 et 7 alii, fort. recte. — *nobis* a b i q z, 6 alii Lagg.: *nobis* om. s; *in nobis* R L O. — *is* om. (post *nobis*) a b l s, 5 alii Lagg. — 11. *Quir.* om. d. — *improbos omnes* d; *omnes* om. r ς. — 12. *semper* om. q et Lg. 46. — 13. *verterit* d: *convertit* 4 Lagg. dett. (*omnes impetus -- depulsi -- converterint* L.) — *videndum* a b s ς: *providendum* R L O. — 14. *velitis posth. eos esse* z, 4 alii Lagg.; *eos esse vel.* om. u; *esse* om. w (*p. eos salvos esse vel.* d). — 15. *obtulerunt* b c d l q x, 7 alii Lagg. — *ipsi* om. q z. — 16. *est quod* om. w et 6 Lagg. dett.; *est* om. x. — *iam* d post *fructum* habet. — *cum praes.* a b c i s z, 6 alii Lagg.: *praesertim cum* R O. — 17. *in gratia* t. — *altius videam* u; *videam* om. r. — 18. *quo*] *quo quidem* L O contra codd. — *lubeat* b s: *iubeat* p et Lg. 46; *libeat* R L O. — *profecto perf.* b i q s Lg. 1. 7. 8. 21. 24: *perf. profecto* rell. mei et Lagg. (omnesne?) L O. — 19. *gessi*] *feci* z et Lg. 46. — *ornem*] *honorem* ς; *ordinem* i. — *invidia est* r; B habent *inv.* ante *suscepta.* — 20. *conservanda re p.* b i s: *conserv. in re p.* p; *in servanda re p.* z; *in cons. re p.* rell. mei (sed d m. pr. *conservata*) et, ut videtur, Lagg., L O. — *invidiis* t. — 21. *me ita* k et Lg. 24. 43; *me* om. h. — 22. *quae*] *eorum quae* q z et 5 alii Lagg. — *gessi* r.

Vos, Quirites, quoniam iam nox est, venerati Iovem, illum custodem huius urbis ac vestrum, in vestra tecta discedite et ea, quamquam iam est periculum depulsum, tamen aeque ac priore nocte custodiis vigiliisque defendite. Id ne vobis diutius faciendum sit atque ut in perpetua pace esse possitis, providebo.

---

1. *nox est* C b c r s, alii Lagg.: *est nox* rell. mei, Lagg. a q x z et 9 alii. — *venerati* a b s Lg. 50. 57, r sup. lin.: *veneramini* R L O. — *Iovem illum* a b c i s z, Lg. 43. 46. 57. 65: *illum Iovem* R L O. — 2. *in vestra* a b q s Lg. 50. 57: *ac in v.* C r t u z, Lg. 6. 9. 53. 65; *et in v.* R; *atque in v.* L O. — *tecta* om. r. — *et* om. z et Lg. 65. — *est iam peric.* d; *iam* om. b s. — 3. *peric. est dep.* C l m r t u w x, 7 alii Lagg. dett., L O. — *priori* b d i s, 10 Lagg. — *nocte* C a b i r s t u z, 6 alii Lagg.: *nocte fecistis* R L O. — *custodibus* b. — *vigiliis* b s. — 4. *ut* om. B q. — *in* om. t. — 5. *providebo* a b q s et Lg. 7: *providebo Quirites* R O.

M. TULLII CICERONIS

IN L. CATILINAM

ORATIO QUARTA

HABITA IN SENATU.

I. 1. Video, patres conscripti, in me omnium vestrum ora atque oculos esse conversos; video vos non solum de vestro ac rei publicae, verum etiam, si id depulsum sit, de meo periculo esse sollicitos. Est mihi iucunda in malis et grata in dolore vestra erga me voluntas; sed eam, per deos immortales! deponite, atque obliti salutis meae de vobis ac de vestris liberis cogitate. Mihi si haec conditio consulatus data est, ut omnes acerbitates, omnes dolores cruciatusque perferrem, feram non solum fortiter, verum etiam lubenter, dum modo meis laboribus vobis populoque Romano dignitas salusque pariatur. 2. Ego sum ille consul, patres conscripti, cui non forum, in quo omnis aequitas continetur, non campus consularibus auspiciis consecratus, non curia, summum auxilium omnium gentium, non domus, commune perfugium, non lectus ad quietem datus, non denique haec sedes honoris umquam vacua mortis periculo atque insidiis fuit. Ego multa tacui, multa pertuli, multa concessi, multa meo quodam dolore in vestro timore sanavi. Nunc si hunc exi-

---

1. *in me P. C.* ed. Graev. contra codd. et Schol. et Augustini Princ. rhet. p. 327. ed. Capp. (d *in me* post *oculos* habet.) — 2. *vos* in t ante *video* superscr. est. — *ac rei p. periculo* d, in quo *periculo* post *de meo* deest. — 3. *id*] *id periculum* q z, Lg. 53. 65. (*id* Schol.) — *dep. est* B. — 4. *erga me*] *meo* u. — *sed et eam* b. — 5. *imm. deponite* C a b r s t u ς Lg. 46. 53: *quaeso imm. dep.* Lg. 16. 43; in Lg. 3 et 6. *quaeso* post *depon.* sup. lin. est; *imm. quaeso dep.* R L O. Cf. Madv. Opusc. I. p. 192. — 6. *ac de*] *de* om. C V q, alii Lagg. dett. — *vestris liberis* B a c i q t u z, 4 alii Lagg.: *liberis* om. b s; *liberis vestris* R L O. — *cogitate*] pergit w sine lacunae indicio §. 13. in vv. *Gracchum est persecutus.* — *mihi quidem si* c solus et L O, sed *quidem* inclusum est in O. — 7. *feram*] *perferam* d q, Lg. 16. 43, sed om. d antecedens *perferrem.* — 8. *verum* mei, Lg. a c k q et 8 alii: *sed* rell. Lagg., O. — *lubenter* b i s: *libenter* R L O. — *vobis populoque R.*] *vobis* om. l; *vobisque populo rom.* i; *vobis Quir.* b s; *vobis populoque Rom. P. C.* t et 7 Lagg. dett. — 9. *panatur* t m. pr.; *ponatur* u et t corr. — 10. *in*, quod Gulielmius, Heumannus, Beierus *ad Offic.* II. p. 220. delendum censuerunt, firmat etiam Priscianus I. p. 546. — *aequitas omnis* c. — *continetur*] *variatur* d. — 11. *auspiciis consularibus* Schol. Ambr. (Schol. Cic. II. p. 369.) — 12. *profugium* i l q, 7 Lagg. (*comm. omnium hominum perfugium* L.) — 13. *sedes honoris* Muretus et L: *sedes honoris id est sella curulis* d m t, cod. Mur.; *sedes honoris sella curulis* Schol. Ambr., R O. — *periculo fuit atque insid.* c; *insid. fuit ac periculis* h k. — 14. *ergo* t. — 15. *quodam meo* g; *quodam* om. s; *meo quondam* p. — *dolore quodam* cod. Vindob. — *in vestro sanavi timore* s; *sanavi in v. tim.* c et b m. pr.; *in v. timore* om. l; *in v. tim. servavi* m.

tum consulatus mei di immortales esse voluerunt, ut vos populumque Romanum ex caede miserrima, coniuges liberosque vestros virginesque Vestales ex acerbissima vexatione, templa atque delubra, hanc pulcherrimam patriam omnium nostrum ex foedissima flamma, totam Italiam ex bello et vastitate eriperem, quaecumque mihi uni proponetur fortuna, subeatur. Etenim si P. Lentulus suum nomen inductus a vatibus fatale ad perniciem rei publicae fore putavit, cur ego non laeter meum consulatum ad salutem populi Romani prope fatalem exstitisse? II. 3. Quare, patres conscripti, consulite vobis, prospicite patriae, conservate vos, coniuges, liberos fortunasque vestras, populi Romani nomen salutemque defendite: mihi parcere ac de me cogitare desinite. Nam primum debeo sperare, omnes deos, qui huic urbi praesident, pro eo mihi ac mereor relaturos esse gratiam; deinde, si quid obtigerit, aequo animo paratoque moriar. Nam neque turpis mors forti viro potest accidere neque immatura consulari nec misera sapienti. Nec tamen ego sum ille ferreus, qui fratris carissimi atque amantissimi praesentis maerore non movear horumque omnium lacrimis, a quibus me circumsessum videtis. Neque meam mentem non domum saepe revocat exanimata uxor et abiecta metu filia et parvulus filius, quem mihi videtur amplecti res publica tamquam obsidem consulatus mei, neque ille, qui exspectans huius exitum diei stat in conspectu meo gener. Moveor his rebus omnibus, sed in eam partem, ut salvi sint vobiscum omnes, etiam si me vis aliqua oppresserit, potius, quam et illi et nos una rei publicae peste pereamus. 4. Quare, patres conscripti, incumbite ad salutem rei publicae, circumspicite omnes procellas, quae impendent, nisi providetis. Non Ti. Grac-

1. *esse* om. 7 Lagg. dett. — *vos populumque Rom.*] *vos populum Q. R.* u; *vos populum p. c.* t; *vos populumque Rom. P. C.* 6 Lagg. dett.; *vos Patres conscr. populumque Rom.* L O. — 2. *miserrima* b i s, Schol.: *miserima* l et Lg. 65; *miseria* a c g k m r u z, 5 alii Lagg.; *et miseria* d; *misera* R. — *vestros* om. b m. pr., Lg. 53; *nostros* d. — 3. *atque*] *ac* q z Lg. 3. 6. — 5. *et*] *ac* d. — *vastatione* C et Lg. 7. 9. 46. 53. — *uni michi* d. — *proponeretur* a et Lg. 9. 16. — 6. *a vatibus inductus* i; *a* om. b s (a vv. *a vatibus* incipit fragmentum cod. Erfurt. = e, quod hodie exstat). — *fatalibus* u. — 7. *rei p.* codd. omnes, non *pop. R.*, quod Orellius in ed. 2. in t exstare falso tradidit; habet ille plenis litteris *rei publicae.* — *laetor* 8 Lagg. — 8. *populi Rom.*] *rei p.* V et 4 alii Lagg. soli, L O. — 9. *patriae prospicite* b c s. — *liberos coniuges* d. — 10. *populique* Lg. 46; *et populi* B. — *salutem* r. — 11. *mihi -- desinite* h in marg. habet. — 12. *deos omnes* L. — *ac mereor*] *ut mereor* m; *ac merito* r. — 13. *gratiam esse* V O. — *aequo paratoque animo* q. — 14. *nam neque*] *namque* b; *neque enim* t, 7 Lagg. dett., L O. Cf. Madvigii Opusc. I. p. 441. — *turpis*] *gravis* Quintil. VI. 3, 109. — *viro forti* aliquot codd. Quintil. — *accedere* t u. — 15. *neque misera* b c h k s z, Lg. 3. 6. 50. 57. 65. (Similiter variant codd. Quintiliani.) — *sapienti* d e h t u ex meis: *aspicienti* rell. mei, et Lg. c, 50. 53. 57; *aspicient* a. — *ego* om. r. — *ille sum* r. — 16. *karissimi* b d s u. — *atque* a k q, Lg. 9 et 5 alii: *et* R. — *praesenti* i. — *monear* d. — 17. *circumsessum*] *circumfusum atque circumventum* B q, Lg. 3. 6. 65, et z, qui *esse* addit. — 18. *saepe* om. m r. — *et abiecta*] *et* om. 8 Lagg. dett., L O. Cf. Madv. Opusc. I. p. 336. — 19. *quem -- res p.*] *qui -- r. p.* q, 7 alii Lagg. dett. — 20. *huius* om. r. — *diei stat* C a b c d e i l m q r s u, 4 alii Lagg., Schol.: *dieidstat* t; *d. stans* Lg. 50. 57; *d. astat* (p) vel *adstat* R L O. — 21. *moneor* d p. — 22. *ut*] *uti* mei omnes, B c e m q z, Lg. 16. 43. 46. 53. 65. — *nobiscum* h m p. — *vis mea aliqua* t; *vis aliqua me* V x, 4 alii Lagg., L O. — 23. *una re .P. peste* s; *una res .p. peste* i; *una cum re publ.* (om. *peste*) ed. 1472. — *peream* i. — 24. *rei p. ad salutem* z; *ad rei p. sal.* L O contra codd. — 25. *provideritis* B q, Lg. 3. 6. 46. 65; *provideatis* z et e m. sec. — *Ti.*] *T.* vel *Titus* 9 mei.

chus quod iterum tribunus pl. fieri voluit, non C. Gracchus quod agrarios concitare conatus est, non L. Saturninus, quod C. Memmium occidit, in discrimen aliquod atque in vestrae severitatis iudicium adducitur: tenentur ii, qui ad urbis incendium, ad vestram omnium caedem, ad Catilinam accipiendum Romae restiterunt; tenentur litterae, signa, manus, denique unius cuiusque confessio; sollicitantur Allobroges, servitia excitantur, Catilina arcessitur, id est initum consilium, ut interfectis omnibus nemo ne ad deplorandum quidem populi Romani nomen atque ad lamentandam tanti imperii calamitatem relinquatur. III. 5. Haec omnia indices detulerunt, rei confessi sunt, vos multis iam iudiciis iudicavistis, primum quod mihi gratias egistis singularibus verbis et mea virtute atque diligentia perditorum hominum coniurationem patefactam esse decrevistis; deinde quod P. Lentulum se abdicare praetura coëgistis; tum quod eum et ceteros, de quibus iudicastis, in custodiam dandos censuistis, maximeque quod meo nomine supplicationem decrevistis, qui honos togato habitus ante me est nemini; postremo hesterno die praemia legatis Allobrogum Titoque Volturcio dedistis amplissima. Quae sunt omnia eius modi, ut ii, qui in custodiam nominatim dati sunt, sine ulla dubitatione a vobis damnati esse videantur.

6. Sed ego institui referre ad vos, patres conscripti, tamquam integrum et de facto, quid iudicetis, et de poena, quid censeatis. Illa praedicam, quae sunt consulis. Ego magnum in re publica versari furorem et nova quaedam misceri et concitari mala iam pridem videbam; sed hanc tantam, tam exitiosam haberi coniurationem a civibus numquam putavi. Nunc quidquid est, quocumque vestrae mentes inclinant atque

---

1. *quod -- quod -- quod*] *qui -- qui -- qui* d m ex meis, V x z, aliquot alii Lagg. dett., L O. — *pl.* plerique mei: *plebis* b d g i r s t. — *C.* om. b s; *tiberius* i. — 2. *concitare -- quod* om. l. — *conatus est*] *est* om. C a b c e i p r s t u Lg. 46. 50. 53. 57; fort. *est* sive ē post *concitare* intercidit. — *C.*] *consulem* i. — *Meminium* t. — 3. *in vestrae* om. ς. — 4. *tenentur vero* d; *sed tenentur* B V q t z, 3 alii Lagg., L. — *ii*] *enim* g h r. — *vestrum* l q V L Ọ. — 5. *accipiundum* b l m s; *recipiundum* Lg. 65; *acciundum* Lg. 3 et 6 sup. lin. — *Romae* om. m. — *manus signa* r. — 7. *arcessitur* t: *accersitur* rell. mei, a e k et plerique Lagg. — *id est*] *idem* vel *ide* cum linea a b c m r s u ς, 4 alii Lagg.; *item* d; *est* om. z et 4 alii Lagg.; *id est* e, superscr. *tale.* — *initur* c q z, 6 alii Lagg.; *initus* r; *initium* u (*consilii initum* m). — 8. *ne* om. B c, 8 alii Lagg. — *pop. Rom.*] *rei p.* m x, 9 alii Lagg. dett., O. — *neque ad* g; *ad* om. ς. — 9. *lamentandum* B c l r t ς, 6 alii Lagg. Cf. ad or. III. §. 20.— *tantam* p. — 10. *indices*] *ut indices* p; in e *ut* sup. lin. est. — *iam multis* C r, Lg. 46, Schol.; *iam* om. i. — *indiciis* s; *indiciis iudiciis* b. — *iudicavistis* B a b c d i l q s t, 11 alii Lagg.: *iudicastis* ς R O (sed in u syllaba *vi* eadem m. sup. lin. est). — 12. *patef. esse coniur.* x et 7 alii Lagg. dett., L O. — 13. *deinde -- coegistis* om. t; *deinde -- suppl. decrevistis* om. C et Lg. 46. (sed in h in marg. suppleta sunt.) — *se abdicare* a b c d l q r s u z, Lg. 3. 6. 50. 57. 65: *ut se abdicaret* R L O. — *praetura* om. r; *a praetura* Lg. 16. 43. — 14. *quod et eum* B; *quidem eum* d. — *iudicavistis* c m q t, 11 alii Lagg. dett., L. — 16. *est hab. ante me* B; *hab. est ante me* h. — *postremo quod hest.* L. — *hesterna* d e h k q, 4 alii Lagg. — 17. *Titoque*] *atque* p. — *Volturcio* h. l. a b c d e i m s u. — *omnia sunt* s. — *eiusmodi omnia* d. — 18. *huiusmodi* z; *huiuscemodi* m. — *ut ii* c q z, ut videtur: *ii* om. B x, 5 alii Lagg.; *uti hi* e; *ut his* 8 Lagg. dett.; *uti* rell. mei, Lg. a k, 46. 50. 53. 57. — *sunt in cust. nom. dati* C et Lg. 46. — *dati*] *traditi* z. — 19. *a nobis* d. — 21. *quid -- quid*] *quod -- quod* t. — 22. *sunt* om. a. — *in re p. magnum* s. — 23. *misceri*] *uersari* i. — *iam mala pridem* s. — 24. *tantam et tam* B c z; *tam* om. b s. — 25. *mentes vestrae* l r. — *vestrae se mentes incl.* e m; *se vestrae mentes incl.* B q; *vestr. mentes incl. se* C et Lg. 46; *ment. vestrae se incl.* d. — *atque sent.* om. d.

sententiae, statuendum vobis ante noctem est. Quantum facinus ad vos delatum sit, videtis. Huic si paucos putatis affines esse, vehementer erratis. Latius opinione disseminatum est hoc malum: manavit non solum per Italiam, verum etiam transcendit Alpes et obscure serpens multas iam provincias occupavit. Id opprimi sustentando ac prolatando nullo pacto potest; quacumque ratione placet, celeriter vobis vindicandum est. IV. 7. Video adhuc duas esse sententias, unam D. Silani, qui censet eos, qui haec delere conati sunt, morte esse multandos; alteram C. Caesaris, qui mortis poenam removet, ceterorum suppliciorum omnes acerbitates amplectitur. Uterque et pro sua dignitate et pro rerum magnitudine in summa severitate versatur. Alter eos, qui nos omnes [qui populum Romanum] vita privare conati sunt, qui delere imperium, qui populi Romani nomen exstinguere, punctum temporis frui vita et hoc communi spiritu non putat oportere, atque hoc genus poenae saepe in improbos cives in hac re publica esse usurpatum recordatur. Alter intelligit mortem ab dis immortalibus non esse supplicii causa constitutam, sed aut necessitatem naturae aut laborum ac miseriarum quietem. Itaque eam sapientes numquam inviti, fortes saepe etiam lubenter oppetiverunt. Vincula vero et ea sempiterna certe ad singularem poenam nefarii sceleris inventa sunt. Municipiis dispertiri iubet. Habere videtur ista res iniquitatem, si imperare velis, difficultatem, si rogare: decernatur tamen, si placet. 8. Ego enim suscipiam et, ut spero, reperiam qui id, quod salutis omnium causa statueritis, non putet esse suae dignitatis recusare. Adiungit gravem poenam municipiis, si quis eorum

---

1. *statuundum* i t; *statundum* l. — *ante est noctem* s; *est* om. Lg. 46. — *ad nos* V x z, 3 alii Lagg., L. — 2. *affines putatis* e solus. — 3. *dissem.*] *dissipatum* b m. pr. — *manavit enim non* B q z. — 4. *trascendit* b. — *et* om. 9 Lagg. dett. — 5. *ac*] *et* b c i s; *aut* a z Lg. 65, haud scio an rectius. Cf. tamen Ameis in *Jahrb. für Philol. u. Pädag.* Vol. LXV. p. 35. — *protelando* d l. — 6. *iudicandum* B V c d q, 3 alii Lagg., item r, sed *vind.* pr. m. correctum. — 7. *adhuc duas esse* a l m q r s z, Lg. 50. 53. 57: *duas esse adhuc* Lg. 43; *duas adhuc* B; *duas adhuc esse* R L O. — *D.*] *decimi* d; *Decii* i. — *Silani* b c e k l s u x: *Sillani* vel *Syllani* R. — *quae censet* r. — 8. *delere haec* s; *hoc del.* z et 3 Lagg. (*hoc del. con. imperium sunt* Lg. 46.) — *con. sunt delere* B; *del. con. sint* d, ut coni. Ernesti; at v. infra v. 12. — *mult. esse* g. — 9. *C.*] *Gai* i. — *mortem* B. — *acerb. omnes* m; *omnes* om. l u. (*omnes acerb.* Schol. ad §. 6.) — 10. *conplectitur* z. — *et* om. m. — *sua* B a b c d i l s x Lg. 50. 57: *sui* R. Cf. Madvigium ad *Cic. de Finibus b. et m.* p. 870 sq. — *pro reorum* m. — 11. *qui populum Ro.*] *qui .R. p.* e; *qui p. R. nomen* B z; delenda esse viderunt Blochius et Madvigius. (om. l *qui populum R.* usque ad *imperium.*) — 13. *functum* t; *puncto* 7 Lagg. dett. L; *ad punctum* b c q z, 5 alii Lagg.; *per punctum* d. — *vita frui* C r, Lg. 46. — *hoc* om. z et 4 alii. — 14. *in improbos quosque* e; *inprobos* sine *in* i. — 15. *alter*] *atque alter* c. — 16. *ab dis* Schol.: *a diis* (*dis* b s) R L O. — 17. *necessitate* B l u. — *ac*] *aut* 7 Lagg. dett. — *quietem* a b c e s x: *quiete* B l u; *esse quietem* m z et Lg. 65; *quietem esse* R L O. — 18. *numquam* om. r. — *inviti* om. p. — *saepe etiam* B C a b c d e i q r t u z Lg. 46. 53: *etiam* om. l; *etiam saepe* R L O. — *lubenter* b e i s t: *libenter* O. — *oppetiverunt* a b c i l q s: *appetiverunt* R. Cf. Madvigii Opusc. II. p. 336. — 19. *certe* om. b s; *quae certe* d m et b in marg. — *scel. nefarii* d. — 20. *municipiis*] *in municipiis* d; *itaque municipiis* L. — *dispartiri* d. — *videtur habere* B et Lg. 57. (*hab. vid.* Schol.) — 21. *impetrare* d s. — *cernatur* a. — 22. *si tamen* b c i s. (*decern. tamen si* Schol.) — *repperiam* b e i m s; *repperiar* t. — 23. *id salutis quod* b i s; *id* om. ς; *quod* om. m. — *putet* codd. (sed u *putat* m. pr.): *putent* O cum Ernestio. — 24. *recusare - - horribiles*] *recusales* u mediis omissis. — *municipis* ς; *municipibus* C m t Lg. 46. et var. lectio in e, L O. — *vinc. eorum* c r.

vincula ruperit; horribiles custodias circumdat et dignas scelere hominum perditorum; sancit ne quis eorum poenam, quos condemnat, aut per senatum aut per populum levare possit; eripit etiam spem, quae sola homines in miseriis consolari solet. Bona praeterea publicari iubet: vitam solam relinquit nefariis hominibus, quam si eripuisset, multos uno dolore dolores animi atque corporis et omnes scelerum poenas ademisset. Itaque ut aliqua in vita formido improbis esset posita, apud inferos eius modi quaedam illi antiqui supplicia impiis constituta esse voluerunt, quod videlicet intelligebant iis remotis non esse mortem ipsam pertimescendam.

V. 9. Nunc, patres conscripti, ego mea video quid intersit. Si eritis secuti sententiam C. Caesaris, quoniam hanc is in re publica viam, quae popularis habetur, secutus est, fortasse minus erunt hoc auctore et cognitore huiusce sententiae mihi populares impetus pertimescendi: sin illam alteram, nescio an amplius mihi negotii contrahatur. Sed tamen meorum periculorum rationes utilitas rei publicae vincat. Habemus enim a Caesare, sicut ipsius dignitas et maiorum eius amplitudo postulabat, sententiam tamquam obsidem perpetuae in rem publicam voluntatis. Intellectum est, quid interesset inter levitatem contionatorum et animum vere popularem, saluti populi consulentem. 10. Video de istis, qui se populares haberi volunt, abesse non neminem, ne de capite videlicet civium Romanorum sententiam ferat; sed nudius tertius in custodiam cives Romanos dedit, et supplicationem mihi decrevit, et indices hesterno die maximis praemiis affecit. Iam hoc nemini dubium est, qui reo custo-

---

1. *rumperit* t; *rumpit* Lg. 46. — *dignas*] sic i, ut Muretus et L scripserunt: *digna* RO, sic verbis distinctis: *et digna scelere h. p. sancit* cet. Cf. Madv. Opusc. I. p. 172. — *hom. perd. scelere* d. — *omnium* a et Lg. 50. 57. — 2. *sancit* om. l; *sanccit* d e l t. — 3. *populum Rom.* q z. (*aut p. pop. aut p. senatum* l.) — *possit levare* b c s Lg. 41. — *hominem* x, 9 alii Lagg. dett., L O. (*in miseriis homines* d.) — 5. *quam* om. p. — *eruisset* t. — *multos uno dolore dolores animi atque corp.* Graevius: *multos animi atque corp. uno dolore* cod. Colon. et Graevii secundus; *multos uno dolore a. a. c.* Palat. 6; *multos u. d. dolores* om. d; *multas uno dolore a. a. c.* rell. mei, L et omnes, ut videtur, Lagg. (sed u *animique* pro *animi.*) Etiam Schol. in lemmate habet: *multas uno dolore.* — 6. *atque*] *ac* vel *et* 10 Lagg. dett. — *scelerum omnes poenas* s; *omnes sceleris paenas* i; *omnium scelerum p.* ς. — *itaque si esset etiam ap. inf. aliqua form.* Schol. — 7. *in* om. u. — *impr. formido* d. — 8. *impiis*] *improbis* h k et Lg. 46. — 9. *iis* scripsi: *his (hiis)* codd. L O. — *ipsam* om. d et Lg. 43. 65. — 10. *ego P. C.* b c i q s. — *egomet ea* d. — 11. *is* om. Lg. 16. 43. — *in rem p.* e t u. — 12. *fortassis* m. — *erit* t. — *et* om. ς. — *cognitore*] *vel cognitore et genitore* m (pro *et cogn.*); *genitore* C i r t u, Lg. 46. 53; *defensore* Lg. 50; *conditore* B; *monitore* V et Lg. 21; rell. habent *cognitore*, item p ς et Schol. (*hoc monitore et auctore* L.) — 13. *huius* Schol. et m; *huiuscemodi* d. — *michi* d post *impetus* habet. — *impetus hoc* (sic) *pert.* b. — 14. *alteram* a b c e l m s t ς: *alteram Decii secuti eritis* B q z Lg. 65; *alteram seculi eritis* R. — *negotii mihi* d h k Lg. 46. — *Sed tamen -- vincat* om. u. — 15. *rei p. utilitas* e. — *vincat*] sic Schol. Gron., ut coniecit Muretus: *vindicabit* B; *vindicat* R. Cf. Madv. Opusc. II. p. 336. — *a Caesare* mei et Lagg. a c k, 46. 50. 53: *a C. Caes.* rell. Lagg., L O. — 16. *eius* om. B. — *postulat* b i l q s z; *postulabat* habent 6 Lagg. dett. post *dignitas*. — 17. *in re p.* g. — 18. *interesset* mei omnes, e p et Lagg. praeter V et 21, qui habent *interest*, et a q x, 20. 43, in quibus *intersit* esse videtur, ut est in L O. — *inter* om. b i s. — *lenitatem* d h k x z, 7 alii Lagg. — 19. *populi*] *civium* d m. pr. — *se* om. ς. — 20. *habere* d. — *civium Rom.*] sic ex meis e g h s t et plerique Lagg.: *C. R.* vel *c. r.* a b l u Lg. 50. 53. 57; *coniuratorum* i; *civis Romani* B d; *criminis .R.* r. — 21. *set* a; *is enim et* d; *is et* R L O et Schol. — *cives Rom.*] *c. r.* b l r s u; *G. P.* t; *coniuratos* i; *C. Cethegum* (vel *Cethegum*) *G.* (vel *C.*) *P. Lentulum* 14 Lagg. (habet Schol. *cives Ro.*) — 22. *die* om. l.

diam, quaesitori gratulationem, indici praemium decrerit, quid de tota re et causa iudicarit. At vero C. Caesar intelligit legem Semproniam esse de civibus Romanis constitutam, qui autem rei publicae sit hostis, eum civem nullo modo esse posse; denique ipsum latorem Semproniae legis iussu populi poenas rei publicae dependisse. Idem ipsum Lentulum largitorem et prodigum non putat, cum de pernicie populi Romani, exitio huius urbis tam acerbe, tam crudeliter cogitarit, etiam appellari posse popularem. Itaque homo mitissimus atque lenissimus non dubitat P. Lentulum aeternis tenebris vinculisque mandare et sancit in posterum, ne quis huius supplicio levando se iactare et in perniciem populi Romani posthac popularis esse possit. Adiungit etiam publicationem bonorum, ut omnes animi cruciatus et corporis etiam egestas ac mendicitas consequatur.

VI. 11. Quam ob rem sive hoc statueritis, dederitis mihi comitem ad contionem populo carum atque iucundum, sive Silani sententiam sequi malueritis, facile me atque vos crudelitatis vituperatione populus Romanus exsolvet, atque obtinebo eam multo leniorem fuisse. Quamquam, patres conscripti, quae potest esse in tanti sceleris immanitate punienda crudelitas? ego enim de meo sensu iudico. Nam ita mihi salva re publica vobiscum perfrui liceat, ut ego, quod in hac causa vehementior sum, non atrocitate animi moveor — quis est enim me mitior? —

---

1. *quaesitori* d l u ex meis et e sup. lin.: *qui mihi tullio* e m. pr.; *quaestori* rell. mei, Lagg. k z et 13 alii. — *et indici* B. — *decrerit* a et codex Lamb.: *decrevit* R L O. — *quid*] *quod* V a Lg. 20. 21; *quin* c et Lg. 50; *qui* B. — 2. *iudicaverit* C d r z, Lg. 46; *iudicaret* c et Lg. 65. — *C.* om. Schol. Ambr. — *simproniam* b i s (sic infra quoque iidem et t). — 3. *esse civibus* ed. Graev. contra codd. — *sit rei p.* d l; *in rem p. sit* V. — 4. *nullo m. esse posse* b c d l q s z: *esse* om. u; *esse nullo m. posse* mei rell. et Lagg., ut videtur, L O. — *latronem* b s. — *legis Sempr.* V g h u x, Lg. 20. 21. 46. 50. 57, L O. — 5. *iussu*] *iniussu* coni. Bucherius et Ern. retinuitque Madvigius etiam in edit. III. oratt. sell. (Hauniae 1848.); at v. Drumanni *Hist. Rom.* V. p. 521. not. — *populi* et deinde *publicae* om. b. — *pependisse* Lg. 9. — *largitorem Lentulum* l t, cod. Parc.; *ipsum largitorem et prodigum Lentulum* L; *ipsum Lentulum* Mommsenio glossa videtur. — 6. *pop. R.*] *rei p.* V l m t, 5 alii Lagg., L. — 7. *et exitio* B d, 6 Lagg. dett., L O. — *urbis huius* d. — *tam acerbe tam crudel.* a b c d e i l m q r s u Lg. 16. 43. 53: *tam acerbe quam crudel.* t; *tam crudel. quam acerbe* C et Lg. 46; *tam acerbe tamque crudel.* R L O. — *cogitaverit* d; *cogitaret* i r; *cogitare* b g. — *etiam appellari* omnes praeter k et Lg. 46. 53, qui *etiam* om. cum L O, et g h, qui *etiam* post *posse* habent (nonne sic item k et 46?). — 8. *non posse* b s. — *leniss. atque mitiss.* i. — 9. *et vinculis* C u Lg. 46. — *sanccit* e i t. — 10. *huius* om. m. — *supplicium* d. — *levando a se* a b i l s; *lev. a senatu* d; *inlevando se* B c q. — *in perniciem* C d i Lg. 9. 43. 46: *in pernicie* R O. — *rei p.* V d t, Lg. 16. 20. 21, L; *r. p. r.* — 11. *pop. posthac* d. — *puplicationem* g. — 12. *animi*] *ut animi* b. (fort. ex *et animi*) — *cruciatus animi* z. — *et* om. u. — *etiam*] *tuam* t. — *atque* B. — 13. *sequatur* V et 4 alii Lagg. — 14. *stat. hoc* d. — *comitem* om. u. — 15. *contionem* b e: *conditionem* s et corr e; *contentionem* t; *concionem* L O. — *populo*] addunt *R.* vel *Romano* L V et Lg. 20. 21. — *Silani* i t: *Sillani*, *Sylani*, *Syllani* R. — 16. *vos* B b c q s, Lg. 16. 43: *vos a* R L O. — *populus Rom.* Madvigius (Opusc. I. p. 149. II. p. 337.): *pop. Rom.* om. B C d r t u, Lg. 46. 53, L O; *P. R.* vel *p. r.* R; in e *p. r.* ab ead. m. sup. lin. est; s habet *P. R.* etiam post *exsoluitis*, quae est ultima vox paginae. — 17. *exsolvet* Madvigius ex codd. optimorum vestigiis: *exsolvetis* q et cod. Colon.; *exsolvitis* b c p s; *eripiam* i; *liberabo* l; *defendetis* R L O (sed 3 Lagg. *defenderitis*). Equidem malim: *me atque vos crudelitatis vituperatione apud populum R. exsolvam atque obtinebo* cet. — *leuiorem* I et 6 Lagg. — 18. *quae tanta potest* d; *quae potest esse* om. g. — 19. *puniendi* c et Lg. 65; *putanda* m. — *nam*] *non* l q z, 4 alii Lagg. — *mihi* om. t. — 21. *animi* om. r. — *moveor* b g h s et Lagg. praeter a c q, 50 et 6 alios, qui cum meis reliquis (praeter i t) habent *movear*;

sed singulari quadam humanitate et misericordia. Videor enim mihi videre hanc urbem, lucem orbis terrarum atque arcem omnium gentium, subito uno incendio concidentem; cerno animo sepulta in patria miseros atque insepultos acervos civium; versatur mihi ante oculos adspectus Cethegi et furor in vestra caede bacchantis. 12. Cum vero mihi proposui regnantem Lentulum, sicut ipse ex fatis se sperasse confessus est, purpuratum esse huic Gabinium, cum exercitu venisse Catilinam, tum lamentationem matrum familias, tum fugam virginum atque puerorum ac vexationem virginum Vestalium perhorresco, et quia mihi vehementer haec videntur misera atque miseranda, idcirco in eos, qui ea perficere voluerunt, me severum vehementemque praebeo. Etenim quaero, si quis pater familias, liberis suis a servo interfectis, uxore occisa, incensa domo, supplicium de servo non quam acerbissimum sumpserit, utrum is clemens ac misericors an inhumanissimus et crudelissimus esse videatur? mihi vero importunus ac ferreus, qui non dolore et cruciatu nocentis suum dolorem cruciatumque lenierit. Sic nos in his hominibus, qui nos, qui coniuges, qui liberos nostros trucidare voluerunt, qui singulas unius cuiusque nostrum domos et hoc universum rei publicae domicilium delere conati sunt, qui id egerunt ut gentem Allobrogum in vestigiis huius urbis atque in cinere deflagrati imperii collocarent, si vehementissimi fuerimus, misericordes habebimur; sin remissiores esse

---

moveat t; *admoneor* i. — *quid* r. — *est enim* b c r s, Lg. 3. 6. 21. 65; *est* om. h k q; *enim est* R L O. — *mitior*] *maior* u. — 1. *videor animo enim* m. — *mihi* om. i m. — 2. *hanc urbem videre* V x, 3 alii Lagg., L O. — *gentium* om. l. — 3. *occidentem* Lg. 16. 43. (*videre hanc urbem* et *concidentem* habet Auctor incertus in Anecd. Paris. p. 5. Eckst.) — *sepulta in patria* a l p r, Lg. 53, cod. Lambini: *sepultam patriam* R O. (*sepulta in patriam* Schol.) — 4. *mihi* om. V. — 5. *bachantis* mei plerique. — *mihi* om. c. — 6. *ipse ex f. se sperasse* B C a d e i r u Lg. 7. 9. 16. 46. 50. 53. 57. 65: *se* om. l; *ipse se sperasse ex f.* b c s z (sed b s *sperare*); *ipse manis cum factis sperasse* t; *ipse se ex f. sperasse* R L O. — *fatis* a b d h k q s, alii Lagg.: in reliquis est *fastis*, *fastis Sibyllinis* (Lg. 53.) vel *factis*. — 7. *esse* om. e. — *huic*] sic Schol. et b m. pr. vetere: *et* 9 Lagg. dett.; *hunc* R L O. Sic infra §. 21. t *hunc* pro *huic*. — *tum*] *cum* g h t. — 8. *lamentationes* c p. — *matris familias* s. — *tum*] *cum* t; *non* g. — *virginum* - - *vexat*. om. t. — 9. *vexantiam* C b i u z, 3 alii Lagg.; *vexantium* c e s, Lg. 53. — *vestalium virginum* r; haud scio an *virginum* glossa sit. — *porresco* t. — *quia* om. s et habet eius loco *Quir.* ante *haec*. — *veh. mihi haec* C; *haec veh. mihi* c et Lg. 16. — 10. *vid. esse misera* l. — *miseranda*] *perniliosa* Lg. 46. — *iccirco* s. — 11. *praebeo* C b z Lg. 7. 9. 16. 46: *praebebo* R et Arusiani cod. Gud. p. 241 Lind., in quo solo hic locus citatus est. Cf. Madv. Opusc. II. p. 336. not. — 13. *sublicum quam acerbiss.* t mediis om. — *de servo* C d, Lg. 46 et item Lg. 6. sup. lin. cum Lactantio de ira dei I. c. 17: *de servis* R. — *non quam* Lambinus ex Lactantio, cuius codices (etiam duo Monacc.) habent *numquam*: *non* om. codd. Tulliani. Cf. Madv. Opusc. II. p. 335. — *acerbissimum* codd. Tulliani: *acerrimum* Lactantius. — 14. *clementissimus* Lg. 53. — *inhumanus* Lg. 1. 8. 24. et Lact. edd., O; *immanissimus* B m. — *et* om. z; *ac* l. — 15. *vero*] *enim* p. — *qui non dolore et cruciatu nocentis suum dolorem cruciatumque lenierit*] sic B b (m. sec.) c e i p q s, Lg. 7. 9. 43. 65. (sed habent b i s O *ac cruc.* pro *et cruc.*, e *cruciatuque*, non item Lagg.; et deinde b s et dicti Lagg. *ac cruciatum* pro *cruciatumque*, quod i servavit; in p est *et cruciatum*): *qui non dolore noc. suum dol. cruciatumque len.* m et Paris. 5; *qui non dolorem cruciatumque len.* a l, Lg. 21. 53. 57; *qui non dolorem cruciatu len.* R (de cod. x Lagom. tacet); *qui non dolorem suum et cruciatum dolore nocentis et cruciatu len.* L. — 16. *his omnibus hominibus* p; *his omnibus* i (m. pr.), m, 12 Lagg. dett. (*hominibus* firmat Arus. p. 241.) — 17. *qui nos, coniuges*, *liberos* 8 Lagg. dett. — 18. *nostrum* om. V m, 4 alii Lagg. — *domus* Vindob., z et 8 alii Lagg. dett. — *et* om. 9 Lagg. — 20. *atque*] *et* C et Lg. 46. — *cinere* om. c. — *imperii deflagr.* d. — 21. *vehementes f. misericordissimi* d.

voluerimus, summae nobis crudelitatis in patriae civiumque pernicie fama subeunda est. 13. Nisi vero cuipiam L. Caesar, vir fortissimus et amantissimus rei publicae, crudelior nudius tertius visus est, cum sororis suae, feminae lectissimae, virum praesentem et audientem vita privandum esse dixit, cum avum suum iussu consulis interfectum filiumque eius impuberem, legatum a patre missum, in carcere necatum esse dixit. Quorum quod simile factum? quod initum delendae rei publicae consilium? (Largitionis voluntas tum in re publica versata est et partium quaedam contentio.) Atque eo tempore huius avus Lentuli, vir clarissimus, armatus Gracchum est persecutus; ille etiam grave tum vulnus accepit, ne quid de summa re publica deminueretur: hic ad evertenda rei publicae fundamenta Gallos arcessit, servitia concitat, Catilinam vocat, attribuit nos trucidandos Cethego et ceteros cives interficiendos Gabinio, urbem inflammandam Cassio, totam Italiam vastandam diripiendamque Catilinae. Vereamini censeo, ne in hoc scelere tam immani ac nefando nimis aliquid severe statuisse videamini: multo magis est verendum, ne remissione poenae crudeles in patriam, quam ne severitate animadversionis nimis vehementes in acerbissimos hostes fuisse videamini.

VII. 14. Sed ea quae exaudio, patres conscripti, dissimulare non possum. Iaciuntur enim voces, quae perveniunt ad aures meas, eorum qui vereri videntur, ut habeam satis praesidii ad ea, quae vos statueritis hodierno die, transigunda. Omnia et provisa et parata et constituta

---

1. *summa* B a b c i l q s z, Lg. 16. 43. 65. — *crudelitatis* d ante *fama* habet. — *perniciem* Lg. 46. — 2. *vero* om. V c. — 3. *est visus* V L O, *visus sum* l. — 4. *feminae* om. u. — *lectissimae*] sic Lg. 20 solus: *dilectissimae* p, *clementissimae* Lg. 16. 43; *electissimae* R. — 5. *esse*] *et* s. — *avum suum* B b c i p q s z Lg. 24. 65, Schol.: *avum* R L O. — *filiumque* om. s. — 6. *eius* om. i; *esse* r. — *impubem* Lg. 43. (firmant *impuberem* Prisc. Vol. I. p. 262. et Probus Inst. p. 120 Lind.) — *necandum* B e et 7 Lagg. dett. — 7. *quod*] *quid* r et 8 Lagg. — *factum est* r; *fuit factum* V et 2 alii Lagg. — *delendae* om. m. — 8. *tum*] *cum* g r; *tantum* b i s (sed h s om. *in* sequente). — 9. *eo* b c i s z, Lg. 7. 9. 65: *illo* R L O. — *huius* om. ς. — *vir clar.* B a b c d i l m q s, 5 alii Lagg. (sed aliquot Lagg. *viri clarissimi*): *clar. vir.* R L O. — *Gracchum*] hic redit w. — *persec. est* C et Lg. 46; *est consec.* u. — *ille*] *ille avus Lentuli* B t z. — *etiam grave tum*] *etiam* om. V et 2 alii; *tum* om. C, Lg. 7. 46; *etiam tum gr.* d m r. (e *tam* m. pr.) — 11. *de summa re p.* h k et Lg. 16. 53. 65. (sed *rep.* h; ceteri *r. p.*): *de summa rei p.* e g r t u Lg. 46; *de summa rei p. dignitate* a m; *de summa dignitate rei p.* (vel *r. p.*) R; *de dignitate summae rei p.* L. — *diminueretur* b c d i p s; *minueretur* codd. rell. noti, L O. — *hic*] *hic Lentulus* B d m q t z Lg. 65. — *vertenda* B g r t u, 6 alii Lagg. — 12. *rei p. fundam.* a d h k z, Lg. 65: *fundam. rei p.* R L O. — *arcessit* q: *accersit* B C a b c d e i r s t u z ς, 7 alii Lagg.; *arcessivit* (L) vel *accersivit* R. — *concitavit* V L. — *vocavit* Lg. 7. 9. 21; *evocavit* V L. — 13. *tribuit* m. — *trucidandos* om. 7 Lagg. dett. — *Cethego -- interf.* om. l. — *et ceteros*] *et* om. V w x, Lg. 50. 57 et 4 alii, L O. — *interficiundos gabino* i. — 14. *Cassio* om. C a b c e p q r s t u, Lg. 46. 53. (habent ex meis d i l m w.) — *Italiam totam* s; *totam* om. b. — — *diripiundamque* i (*dirip. vastandamque* d). — 15. *katilinae* u. — *veremini* O ex Ern. coni. — *ac tam nefando* b c i q s; *ac nefario* V w x Lg. 20. 21, L O. — 16. *severius* C a d e l m p r t u z, Lg. 16. 43. 46. 50. 53. 57. 65. (habent *severe* ex meis b i s w.) — *multo* C a b c e i p s t u ς, Lg. 46. 53: *cum multo* R L O. — *est*] sic iidem qui *cum* omittunt, et 5 alii Lagg.: *sit* R L O. — 17. *poenae -- animadversionis* om. t. — *crudeliores* b i q s z, Lg. 57. 65. et 3. 6. pr. m.; *crudeles magis* V et Lg. 20. 21. — *ne* om. C et Lg. 46. — 18. *videamini* B a b c i q s Lg. 3. 6. 57. 65: *videamur* R L O. — 19. *ea* om. Lg. 1. 8. 24. et L. — 20. *possumus* i. — *iactantur* i l m r w x V L. — *enim* om. l. — 21. *ut*] *ne non* b i s; *quod non* B q z, Lg. 3. 6. 65. (*ut* Schol.) — 22. *hodierna* b i r s. — *transigenda* d l w et u pr. m. ex meis, L. (de Lagg. nihil constat.) — *et prov.*] *et* om. V d l w z Lg.

sunt, patres conscripti, cum mea summa cura atque diligentia, tum multo etiam maiore populi Romani ad summum imperium retinendum et ad communes fortunas conservandas voluntate. Omnes adsunt omnium ordinum homines, omnium denique aetatum; plenum est forum, plena templa circum forum, pleni omnes aditus huius templi ac loci. Causa est enim post urbem conditam haec inventa sola, in qua omnes sentirent unum atque idem, praeter eos, qui cum sibi viderent esse pereundum, cum omnibus potius quam soli perire voluerunt. 15. Hosce ego homines excipio et secerno lubenter, neque in improborum civium, sed in acerbissimorum hostium numero habendos puto. Ceteri vero, di immortales! qua frequentia, quo studio, qua virtute ad communem salutem dignitatemque consentiunt! Quid ego hic equites Romanos commemorem? qui vobis ita summam ordinis consiliique concedunt, ut vobiscum de amore rei publicae certent: quos ex multorum annorum dissensione huius ordinis ad societatem concordiamque revocatos (hodiernus dies vobiscum atque haec causa coniungit) quam si coniunctionem in consulatu confirmatam meo perpetuam in re publica tenuerimus, confirmo vobis nullum posthac malum civile ac domesticum ad ullam rei publicae partem esse venturum. Pari studio defendundae rei publicae convenisse video tribunos aerarios, fortissimos viros; scribas item universos, quos cum casu hic dies ad aerarium frequentasset, video ab exspectatione sortis ad salutem communem esse conversos. Omnis ingenuorum adest multitudo, etiam tenuissimorum. 16. Quis est enim, (cui non haec templa,

---

50. 57. 65. et L. — *et* ante *parata* om. V L; *parata sunt* z. — *sunt const.* l; *sunt* om. a e p t z Lg. 53. — 1. *cum summa mea* w; *mea* b in marg. habet. — *etiam multo* b c q s Lg. 6. 16. — 2. *maiori* i. — *pop. Rom.* om. i; *R. P.* w. — *et communes* z et Lg. 3. 6; *et ad omnes* Lg. 9. 50. 57 et 3 alii. — 3. *fort. communes* d. — *assunt* 9 mei. — *hominum ordines* b c i q s (*ordinum homines* habet etiam r). — 4. *denique omnium* 6 Lagg. dett. — *plena t. c. forum* om. w V L. — 5. *circum* a b c d e i l m p r s u x ς Lg. 16. 43: *circa* R O. — *omnes* om. V. — *templi ac loci* B a c e z Lg. 3. 6. 16. 43. 50. 57. 65: *templi et loci* C m r t u Lg. 46. 53; *loci ac templi* R L O. Cf. or. in Vat. §. 24. *templo ac loco*; contra de imp. Pomp. §. 70. *loco temploque.* — 6. *enim est* V L O; *est* om. z et 4 alii Lagg. — *sentire* a m t u, 3 alii Lagg.; *sentiunt* b c i p q s. — 7. *et idem* d. — 8. *ego*] *ergo* c x z; *igitur* Lg. 65. — 9. *lubenter* b e m r s t: *libenter* L O. — *neque* C a c d e m p t u w, Lg. 16. 43. 46. 53: *neque enim* R L O. — *in* ante *inprob.* om. V b i m, 7 alii Lagg. — 10. *ceterum* B c m q z, 4 alii Lagg. — *di* b s: om. i; *dii* L O. — 11. *sal. dignitatemque* C a b c e i s t u z, 9 alii Lagg.: *utilitatem salutem dignitatemque* m; *dignitatem salutemque* R L O. — 12. *Quod* t. — *ergo* e g l r t u w, 5 Lagg.; *ego ergo* m. — *hic* om. b i q s Lg. 53. 65. — 13. *nobis* d. — *ita* om. b i s. — *summa* L. — *et consilii* B; *auxiliique* C m t u, e pr. m., Lg. 46; *auxilii consiliique* d L. — *nobiscum* d p. — 14. *diss. ad huius ordinis societatem* d solus et L O. — 15. *nobiscum* d. — 16. *causa haec* d; *haec* om. V w x. — *adiungit* c. — *quam coni. si* 10 Lagg. dett., L O (nullus ex meis); om. *coniunctionem* u, qui post *si* habet: *ut iuncta nunc est.* — *in* om. l; *conf. in cons. meo* b c q s; *in cons. meo conf.* g h; *conf. in meo cons.* k et Lg. 46; vv. *in cons. conf. meo* mallem abessent. — 17. *nullum* om. V. — 18. *civile* om. t. — *ac*] *aut* s. — *domesticorum* u. — *nullam* V z, 6 alii Lagg. — *rei publ. partem*] *rem publicam* l; *r. p.* V; ponunt *partem* post *venturum* Lg. 20. 21. 24. — 19. *defendundae* b g i s t u: *defendendae* R L O. — 20. *tribunos et erarios* r. — *viros fort.* z. — 21. *haec dies* ed. Ern. contra codd. — *frequentasset* C a b c e i m s t u Lg. 6. 46. 53: *frequentes advocasset* d; *frequentes* (vel *frequenter*) *advocavit* R. — *video*] *video ab amore debitae pecuniae* c p Lg. 43, cod. Colon., e in marg. (*et* post *pecuniae* addito); Lg. 43. et c praeterea habent *c. r.* ante *ab amore.* — *huius sortis* V l q r w z, 7 alii Lagg. — 22. *ad salutem comm.* mei, Lg. a c k x z, 6 alii: *ad comm. salutem* rell. Lagg. L O. — 23. *quis enim est* b e s z Lg. 16. 43; *est* om. m r w ς. — *cui non*] *civium* g; *cui* om. s.

adspectus urbis, possessio libertatis, lux denique haec ipsa et [hoc] commune patriae solum cum sit carum, tum vero dulce atque iucundum? VIII. Operae pretium est, patres conscripti, libertinorum hominum studia cognoscere, qui sua virtute fortunam huius civitatis consecuti hanc suam patriam iudicant, quam quidam hic nati et summo loco nati non patriam suam, sed urbem hostium esse iudicaverunt. Sed quid ego hosce homines ordinesque commemoro, quos privatae fortunae, quos communis res publica, quos denique libertas, ea quae dulcissima est, ad salutem patriae defendendam excitavit? Servus est nemo, qui modo tolerabili conditione sit servitutis, qui non audaciam civium perhorrescat, qui non haec stare cupiat, qui non quantum audet et quantum potest conferat ad salutem voluntatis. 17. Quare si quem vestrum forte commovet hoc, quod auditum est, lenonem quendam Lentuli concursare circum tabernas, pretio sperare sollicitari posse animos egentium atque imperitorum, est id quidem coeptum atque tentatum, sed nulli sunt inventi tam aut fortuna miseri aut voluntate perditi, qui non illum ipsum sellae atque operis et quaestus quotidiani locum, qui non cubile ac lectulum suum, qui denique non cursum hunc otiosum vitae suae salvum esse velint. Multo vero maxima pars eorum, qui in tabernis sunt, immo vero — id enim potius est dicendum — genus hoc universum amantissimum est

---

1. *denique lux* Lg. 53. — *ipsa haec* d z. — *hoc* om. C a e m t u, Lg. 46. 53. — 2. *cum* om. B C a b c e i m s t u, Lg. 16. 43. 46. 53. — 3. *studia* om. u; *studium* b. — 4. *qui*] *quia* B a z, Lg. 65; *qua* w. — *sua virtute* om. V z; *virtute* om. l. — *fortunam huius civitatis*] sic mei (praeter l), e p ς, Lg. a k p x z, alii: codd. rell. habent aut: *fort. civitatis huius* (l), aut: *fortunam civitatis ius* (Lg. 50. 57), aut: *fortunam huius civitatis ius* (c). (*sua virtute ac fortuna ius civitatis* L.) — *hanc* b i s: *vere hanc* C a e m r t u, Lg. 3. 6. 65; *hanc vero* l; *hanc vere iam* d; *hanc vere* R L O. — 5. *patriam suam* b m; *iam suam patr.* l q w x, 3 alii Lagg. — *iudicant* b i m s u: *iud. esse* t; *esse iud.* rell. mei, L O. Lagom. de v. *esse* tacet. — *quam quidam*] *quam qui* C a e t u, Lg. 46. 50. 53. 57; *quamquam* ς. — *hic*] sic mei, e, Lg. a c k x et 7 alii (sed d: *nati hic*): *hinc* ς R L O. — *et summo loco nati* b c d i s z Lg. 20: deest colon in l w; *et summo nati loco* R L O. — 6. *hostium urbem* m. — *hosce homines ordinesque* b c s Lg. 50. 57 (item a, ut videtur, ex quo saltem *ordinisque* affertur): *hosce ordines hominesque* i; *hosce homines* p; *hos homines ordinesque* V q w x (sed w *hom. hos*); *homines huiusce ordinisque* B; *hos et huiusce ordinis homines* d l (sed d: *huiuscemodi*); *huius ordinis homines* e; *huiusce ordinis homines* C m r t u z, 8 alii Lagg., L. (sed u om. *homines*) — 7. *commemorem* V q w x, 4 alii Lagg., L O. — *privato* u. — 8. *publ.*] *P. R.* b. — *ea - - est* om. l. — 9. *defendundam* b g t u. — *modo*] *non modo* a q z, 7 alii Lagg. — *tolerabile* t; *de tolerabili* e. — 10. *civium perditorum* L. — *perh. civium* z. — 11. *haec* om. V et Lg. 65; *hac* g h; *hic* d l p Lg. 16. — *obstare* V. — *non quantum* B C a e m r t u Lg. 46. 53. 65: *non in quantum* d; *non tantum quantum* R L O. Cf. de Offic. II. §. 34: *intelligentiae iustitia coniuncta quantum volet habebit ad faciendam fidem virium.* — *audeat* a b c i s Lg. 16. 43. 53. — *et in quantum* a d i m t u z Lg. 16. 43. 53. — *conferat tantum ad* d; *tantum conferat ad* e r, Lg. 53. — 12. *ad salutem* C a m t u Lg. 46. 53 (sed m vitiose: *ad voluntatis salutem*): in e *communem* post *sal.* sup. lin. est; *ad communem salutem rei p.* q et Lg. 43; *ad communem salutem* R L O. — *voluntatis* delendum censuit Heumannus; at v. Matth. — *forte* om. i l r, Lg. 53. — *movet* B. — 13. *est auditum* m. — *circa* i. — 14. *sperari* m r; *sperantem* L. — *posse sollicitari* b c s; *sollicitare posse* u w. — *imperatorum* r. — 15. *est quidem id* d; *quidem* om. B. — 16. *illum ipsum* a b c e h i k r s t u z, 9 alii Lagg.: *illum* om. g; *ipsum illum* R L O. — 17. *ac*] *atque* b c i s Lg. 16. 43. — *lectum* d l q t w x z; *locum* Lg. 65. — *suum*] *illum suum* b c i q s w x z; *suum illum* l. — 18. *velint salvum esse* m. — *velit* b i s V L; *vellent* Ern. — 19. *immo vero*] sic Lg. 65: *ni vero* V; *nisi vero* R. — 20. *enim* om. h. — *dicendum est* d. — *amicissimum* B V l q w x z.

otii. Etenim (omne instrumentum, omnis opera atque quaestus frequentia civium sustentatur, alitur otio) quorum si quaestus occlusis tabernis minui solet, quid tandem incensis futurum fuit?

IX. 18. Quae cum ita sint, patres conscripti, vobis populi Romani praesidia non desunt: vos ne populo Romano deesse videamini providete. Habetis consulem ex plurimis periculis et insidiis atque ex media morte non ad vitam suam, sed ad salutem vestram reservatum; omnes ordines ad conservandam rem publicam mente, voluntate, voce consentiunt; obsessa facibus et telis impiae coniurationis vobis supplex manus tendit patria communis, vobis se, vobis vitam omnium civium, vobis arcem et Capitolium, vobis aras Penatium, vobis ignem illum Vestae sempiternum, vobis omnium deorum templa atque delubra, vobis muros atque urbis tecta commendat. Praeterea de vestra vita, de coniugum vestrarum atque liberorum anima, de fortunis omnium, de sedibus, de focis vestris hodierno die vobis iudicandum est. 19. Habetis ducem memorem vestri, oblitum sui, quae non semper facultas datur; habetis omnes ordines, omnes homines, universum populum Romanum, id quod in civili causa hodierno die primum videmus, unum atque idem sentientem. Cogitate, quantis laboribus fundatum imperium, quanta virtute stabilitam libertatem, quanta deorum benignitate auctas exaggeratasque fortunas una nox paene delerit. Id ne umquam posthac non modo non confici, sed ne cogitari quidem possit a civibus, hodierno die providendum est. Atque

---

1. *oti* s; *otio* l w. — *etenim*] *et* i s; *et sunt foris* (*sed foris* c) *arma nisi* (*non* c) *est consilium domi* b c. In s glossa eadem in marg. est. — *omne instr.* C a b c e m p r s t u Lg. 46. 53: *omne instr. eorum* z et Lg. 65; *omne eorum instr.* d i l w, rell. Lagg., L O. — *atque*] *ac* 4 Lagg., L O. — 2. *civium* om. V w x; *omnium* l. — *sustentatur* mei (praeter w), c e p, Lg. 3. 6. 43. 46. 53: *sustentantur* a et Lg. 46. 65; *continetur* Lg. 50; *sustinetur* w et rell. Lagg., L. — *alitur otio* om. z et Lg. 65. — *oclusis* t; *aclusis* e; *obclusis* b; *conclusis* Lg. 43. 53. — 3. *fuit*] *flet* c p; *sit* Lg. 65; om. Lg. 46. 43; *est* V i l q w z, aliquot alii Lagg. — 4. *populi R.*] *R. P.* w. — 5. *deserunt* r. — *populi R.*] *rei p.* B V d l w x z, 6 alii Lagg.; *P. C.* r. — *providetote* i. — 6. *habetis vero cons.* C. — *ex pluribus p.* g. — 7. *servatum* Lg. 43. — 8. *conservandum* u. — *voluntate* C a e m p t u ς Lg. 46. 53: *voluntate virtute* Lg. 7. 9; *voluntate studio virtute* b d i l r s w, rell. Lagg., L O. — *voce* om. l. — 9. *faucibus* B a e m t u z, Lg. 50. 53. (*telis et facibus* d.) — *et*] *ac* C. — *vobis* om. x z Lg. 43. 65. — *subplex* t. — 10. *vobis se* om. B V q w x z, alii dett. Lagg.; *vobis* ante *vitam* om. Lg. 57. — 11. *aras* om. B V w. — *penatum* b m. pr., z et Lg. 43. 57. 65; *penates* B V. — *ignem illum* B b c i l q r s w x, Lg. 50. 57: *illum ignem* R L O. — *sempiternum* mei (praeter l w), a c e k p ς, Lg. 53: *perpetuum ac sempiternum* R L O. — 12. *omnium* C a b c d e i p s t u z, 8 alii Lagg.: *omnia* R L O. — *templa deorum* B V q L O. — *atque* om. e. — *muros et urbis* t (*urbis* r ante *muros* habet). — 13. *de vita vestra* m. — *coniugium* i m. — 14. *atque de lib.* l; *ac de lib.* w; *ac liberorum* B V q r x, 3 alii Lagg., L O. — *de fortunis omnibus* B V d l q w x Lg. 50. 57. — *de sedibus* om. V q. — 15. *hodierna* C e m r s t u, Lg. 46. 53. — *vobis* om. V et Lg. 46. — *vindicandum* d h. — 16. *quae* om. b i p s; *Quirites* d. — *datur*] *datur ut sui oblitus alii* (*alterius* l, *aliorum* Lg. 57.) *memoretur* B V l w x Lg. 50. 57. — *omnes ordines* om. t et Lg. 7. 46. — 17. *homines habetis universum* m. — 18. *hodierna* m et Lg. 43. (*primum hodie* d; *hodie primum* L.) — 19. *fundamentum* u. — *quanam virtute* e g u; *vel quanta quanam virt.* t. — 20. *auctas exaugestasque* p; *auctas atque exaggeratasque* r. — *nox una* B V d l w x. — 21. *paene*] *quam paene* Col., c, e sup. lin., O. — *deleverit* d et 2 Lagg.; *deleret* l; *dederit* t. — *non modo non* B a b c d e m p s ς Lg. 53: *non modo* R L O. — 22. *a civibus*] *a uobis* h; *a nobis* l; *nobis* w; *uobis* B V q z Lg. 65 L. — *hodierna* q u Lg. 53. — *est* om. C a t u w Lg. 21. 6. 53; in e sup. lin. est; fort. *est providendum*.

haec, non ut vos, qui mihi studio paene praecurritis, excitarem, locutus sum, sed ut mea vox, quae debet esse in re publica princeps, officio functa consulari videretur.

X. 20. Nunc antequam ad sententiam redeo, de me pauca dicam. Ego, quanta manus est coniuratorum, quam videtis esse permagnam, tantam me inimicorum multitudinem suscepisse video; sed eam iudico esse turpem et infirmam et abiectam. Quod si aliquando alicuius furore et scelere concitata manus ista plus valuerit quam vestra ac rei publicae dignitas, me tamen meorum factorum atque consiliorum numquam, patres conscripti, paenitebit. Etenim mors, quam illi fortasse minitantur, omnibus est parata: vitae tantam laudem, quanta vos me vestris decretis honestastis, nemo est assecutus. Ceteris enim bene gesta, mihi uni conservata re publica gratulationem decrevistis. 21. Sit Scipio ille clarus, cuius consilio atque virtute Annibal in Africam redire atque Italia decedere coactus est; ornetur alter eximia laude Africanus, qui duas urbes huic imperio infestissimas Karthaginem Numantiamque delevit; habeatur vir egregius Paulus ille, cuius currum rex potentissimus quondam et nobilissimus Perses honestavit; sit aeterna gloria Marius, qui bis Italiam obsidione et metu servitutis liberavit; anteponatur omnibus Pompeius, cuius res gestae atque virtutes isdem, quibus solis cursus, regionibus ac terminis continentur: erit profecto inter horum laudes aliquid loci nostrae gloriae, nisi forte maius est patefacere nobis provincias, quo exire possimus, quam curare ut etiam illi qui absunt habeant, quo victores revertantur. 22. Quamquam est uno loco conditio

---

1. *haec* om. w; *hoc* BVz. — *studio* om. m. — *exhortarem* e m. pr. — 4. *antequam P. C. ad* e u Lg. 50. 57, O. — *ad sententias* l w. — *redeam* B e s, 5 Lagg. — 5. *vidistis* w. — 6. *suscep. multit.* d. — *eam* om. g. — 7. *iudico esse turpem* b c d l s Lg. 16. 53: *esse uideo t.* g; *esse t. iudico* r t; *turpem* om. w; *esse iud. t.* RLO. — *et infirmam*] sic C a d e m r t u, Lg. 3. 16. 46. 53 (sed om. d t *et*): *et infirmam et contemptam* b i l s w, L O et rell. Lagg., quorum aliquot (item L O) posterius *et* omittunt. — *quod si*] *sed si* l. — 9. *actorum* s (*fact. meorum consiliorumque* r). — *P. C. numquam* V et Lg. 57. — 10. *illi fort.* C a e m q t u z Lg. 3. 6. 43. 46. 53. 65: *mihi illi fort.* l r w Lg. 16; *illi fort. mihi* d et Lg. 21; *illi mihi fort.* R L O. — *forsitan* z. — 11. *minantur* B w Lg. 50. 57; *comminantur* Lg. 7. 9. — *tantam*] *tamen* s; *tandem* w. — *me vos* u; *vos* om. z et Lg. 65. — 12. *honestastis* a c h k m q z Lg. 9 et 6 alii: *honestatis* R. — *consecutus ceteris consulibus enim* B. — *enim*] sic mei (praeter d l w), a c e k Lg. 7. 46. 53: *enim semper* d l w, rell. Lagg., L O. — *gestae* b l q s w x, 6 alii Lagg. et L O; *rei gestae* Lg. 7. 9; *gestis* Lg. 16; *gesta* om. Lg. 43.— 13. *conservatae rei p.* L O et codd. iidem, qui *gestae* habent, item Lg. 16. 43. — 14. *ille clarus* b c i s: *cl. ille* RLO. — *Annibal* b s z Lg. 7. 20. 21. 65: *Hannibal* R L O. — 15. *Italia* C a e m r t u g, Lg. 16. 43. 46. 53. 65: *ex Italia* R L O. (*Italiam deserere* d) — *excedere* Lg. 46; *redire* w. — *orietur* b s et r (sed *ornetur* in r corr. m. pr.) — *alter* om. V q w x. — 16. *huic*] *hunc* t. — *infestissumas* t u. — *Karthaginem* e l: *Kartag.* u w; *Carthaginem* vel *Cartag.* rell. mei. — 17. *habetur* b r. — *vir* om. d m. — *Paulus*] *L. Paulus* d l q w x z B V L O. — 18. *sit in aeterna* B d l Lg. 57, L O. Cf. Madv. Opusc. I. p. 493, qui confert p. Sest. §. 142, de Orat. II. §. 75. — *Mario* i. — 19. *qui bis*] *quibus* b l; *bis* om. g. — *anteponitur* b s. — 20. *Pomp. omnibus* e. — *virt.*] *virtutes continentur* t. — *isdem* b g m s t: *idem* u; *hisdem* d l r w; *eiusdem* i; *iisdem* L O. — *quibus* om. t. — *cursus*] *decursis* p. — 21. *ac terminis* om. b s; *et term.* B i. — *continetur* C V e r t u, Lg. 2. 65. — 22. *aliquod* s. — *nisi -- revertantur* affert Diomedes p. 389 P. — *nobis patefacere* B; *uobis patef.* d cum Diom. (etiam cod. Monac.) — 23. *possitis* d. — *qui absint* g et Diom. — 24. *est*] *inest* V; *non est* B. — *uno*] *in uno* V l w x L; *uno in* 4 Lagg.; *omni in* r superscr. *uno*.

melior externae victoriae quam domesticae, quod hostes alienigenae aut oppressi serviunt aut recepti *in amicitiam* beneficio se obligatos putant: qui autem ex numero civium dementia aliqua depravati hostes patriae semel esse coeperunt, eos, cum a pernicie rei publicae reppuleris, nec vi coërcere nec beneficio placare possis. Quare mihi cum perditis civibus aeternum bellum susceptum esse video: id ego vestro bonorumque omnium auxilio memoriaque tantorum periculorum, quae non modo in hoc populo, qui servatus est, sed in omnium gentium sermonibus ac mentibus semper haerebit, a me atque a meis facile propulsari posse confido. Neque ulla profecto tanta vis reperietur, quae coniunctionem vestram equitumque Romanorum et tantam conspirationem bonorum omnium confringere et labefactare possit. XI. 23. Quae cum ita sint, pro imperio, pro exercitu, pro provincia, quam neglexi, pro triumpho ceterisque laudis insignibus, quae sunt a me propter urbis vestraeque salutis custodiam repudiata, pro clientelis hospitiisque provincialibus, quae tamen urbanis opibus non minore labore tueor quam comparo; pro his igitur omnibus rebus, pro meis in vos singularibus studiis proque hac, quam conspicitis, ad conservandam rem publicam diligentia nihil a vobis nisi huius temporis totiusque mei consulatus memoriam postulo: quae dum erit in vestris fixa mentibus, tutissimo me muro saeptum esse

---

1. *victoriae*] *gloriae victoria* w; *gloriae victoriae* x et 2 Lagg.; *invidie et victorie* d. — *quod*] *quia* b i s; *qui* m. — 2. *serviunt oppr.* B; *oppr. servitute* r. — *recepto* corr. e. — *in amicitiam* b c s: om. R L O. — 3. *ex civium num.* m. — *esse* om. b m. pr. — 4. *coeperint* c et w pr. m. — *reppuleris* i w: *prepuleris* a; *depuleris* c q r, Lg. 3. 6. 7. 9; *repuleris vel removeris* t; *removeris* m; *depellendi sunt* Lg. 46; *repuleris* R L O. — *nec -- nec*] *neque -- nec* h l w; *neque -- neque* d q x V L. — 5. *benef.*] *officio* q. — *placere* u. — *mihi* d post *civibus* habet. — 6. *susc. aet. bellum* r. — *esse susceptum* d. — *id ego* C a b c e p r s t u ς Lg. 46. 53: *quod ego* R L O. — *bonorum* u. — *omnium* om. z. — *auxilio*] *consilio* m (*auxilio -- omnium* om. s). — 7. *tantorumque* b. — 8. *conservatus* z et Lag. 43. — *sed* B C a b e i m p q t u z ς, 8 alii Lagg.: *sed et* r et Lg. 16. 43; *sed etiam* R L O. — *in omnium*] sic ex meis w, et 12 Lagg., ut videtur: *in omnibus* l; *in* om. rell. mei, a c e k p z ς, 8 alii Lagg. — 9. *haerebit semper* m. — *atque meis* c z, 5 alii Lagg.; *et a meis* d. — *neque ulla confido* d. — 10. *profecto* om. m. — *repperitur* b; *reperiretur* c. — *conductionem* C a d e p r t u Lg. 46; *coniurationem* m. — *equitatumque* t ς. — 11. *confringere* C a b c e i m p r s t u z ς, 7 alii Lagg.: *perfringere* R L O. — *Quae cum*] *quare cum haec* l. — *sint* mei (praeter d l w), a c e k p, Lg. 3. 6. 46. 53. 65: *sint P. C.* R L O. — 13. *pro exercitu*] *pro exercitu pro diligentia* t; *pro diligentia p. exerc.* B z, 5 alii Lagg. — *pro* ante *prov.* om. m. — *pro* ante *triumpho* om. p. — 14. *laudibus* B r z, 4 alii Lagg. — *propter urbis*] *pr. hanc urbis* Lg. 1. 8. 24; *pr. huius urbis* s; *pr. urbem* i; *pr. urbem vestram* (vel *nostram*) V d l m q w x. — *vestraeque*] *vestrae* s. — 15. *clientelis* mei, Lg. B a c k q x et 46. 53: in rell. Lagg. sunt varia menda. — *hospitiisque provincialibus* C a b c e l r s t u, Lg. 46. 53: *provincialibusque hospiciis* d; *hospitibusque prov.* p; *pro provincialibus pro hospitio officii* i w x, 9 alii Lagg.; *pro hospitio officii pro provincialibus* z et Lg. 46. 65; *pro hospitio officii* q et 5 Lagg. — 16. *operibus* m. — 17. *igitur* om. B d. — *pro meis* C a e m q t u Lg. 3. 6. 46. 53: *ac pro meis* i; *et pro meis* R L O. — *proque*] *et pro* b c s. — 18. *conspicitis* a c i p q r Lg. 3. 6. 9. 16. 50. 53. 57: *perspicitis* s w x, cod. Lamb. O; *prospicitis* R. Cf. de frequenti confusione syllabae *con* cum *per* vel *pro* supra v. 11. et Wesenbergii emendatt. Tuscull. Part. II. p. 55 not. — *ad servandam* l; *adeo conservanda* e. — *rem p.*] *P. R.* t. — *nihil* codd. et edd. ante Hervag.: *nihil aliud* L O. — 20. *in vestris* C a b c e i p q r s t u z, 7 alii Lagg.: *in* om. R L O. — *fixa mentibus* C a c e i p q r s t u z, 5 alii Lagg.: *mentibus fixa* b; *confixa ment.* Lg. 50. 57; *infixa ment.* d l m w, 3 Lagg.; *mentibus infixa* R L O. — *tutissimo*] sic mei (praeter l w), a c e k p z ς, 8 alii Lagg.: *firmissimo tutissimoque* d; *firmissimo* l w, rell. Lagg., L O. — *esse septum* m.

arbitrabor. Quod si meam spem vis improborum fefellerit atque superaverit, commendo vobis parvum meum filium, cui profecto satis erit praesidii non solum ad salutem, verum etiam ad dignitatem, si eius, qui haec omnia suo solius periculo conservarit, illum filium esse memineritis. 24. Quapropter de summa salute vestra populique Romani, de vestris coniugibus ac liberis, de aris ac focis, de fanis atque templis, de totius urbis tectis ac sedibus, de imperio ac libertate, de salute Italiae, de universa re publica decernite diligenter, ut instituistis, ac fortiter. Habetis eum consulem, qui et parere vestris decretis non dubitet et ea quae statueritis, quoad vivet, defendere et per se ipsum praestare possit.

---

1. *arbitror* l w x z, 7 alii Lagg. — *fefellit* l m. — *superavit* m; *superarit* cod. Lamb. — 2. *meum parvum* b i s u, Lg. 50. 57; *meum parvulum* c (*p. filium meum* d). — 4. *suo solius*] e h k m r (pr. m.) w x: *sui solius* l; *sui solus* Lg. 65; *suo solus* R L. (lectio in b incerta est propter rasuram et correctionem extremae syllabae.) — *periculo*] in e superscr. *et aris*. — *conservarit* a c m Lg. 16. 43. 50. 53. 57: *conservavit* b d i l r s w x, 9 alii Lagg.; *conservaverit* C e t u rell. Lagg., L O. — *esse filium* B V l q r w x, alii Lagg. dett., L O. — 5. *vestra*] *nostra* d; *P. C.* addunt i l w, Lg. 50. 57; item 7 alii dett., qui *populique Rom.* omittunt. — *populique R.*] *P. C.* addunt B L O. — 6. *nostris* d. — *de aris de focis* t u. — *ac templis* B V r s z L O. — 7. *ac libert.*] *de libertate* B V d l q w x, L O. — 8. *deque univ.* Lg. 1. 8. 9. 24. 43, L O. — *dil. ac fortiter ut instit.* m. — 9. *eum* mei (praeter m r), a e p q x z, 6 alii Lagg.: *enim eum* c k O; *enim* m r, rell. Lagg., L. — 10. *statuetis* z; *instituistis* m. — *defendat* Lg. 46. — *et* om. m. — 11. *possit*] sic mei et Lagg. omnes: *quoad possit* cod. Col. et Graevii secundus; Heumanno et Madvigio (Opusc. I. p. 150 sqq.) *possit* omittendum videtur.

Mur.

M. TULLII CICERONIS

ORATIO PRO L. MURENA

AD IUDICES.

RECOGNOVIT

CAROLUS HALMIUS.

NOTARUM EXPLICATIO.

G = codex Helmstadtiensis 304, nunc Wolfenbuttelanus (205 Ebert), ab ALFREDO FLECKEISENO diligentissime collatus.
E = codex Monacensis lat. n. 68. ex bibliotheca quondam electorali.
M = codex Monacensis lat. n. 15734, quondam Salisburgensis aulicus n. 34. Utrumque codicem ipse contuli.
C H S T χ ψ = codices Oxonienses.
Parr. = Parisini a Steinmetzio collati. (4. 7. 8. 9.)
Lagg. = codices a Lagomarsinio collati, ex quibus lectiones excerptas Niebuhrius in exemplo suo editionis Garatonianae notavit, his numeris signati: 1. 3. 7. 8. 9. 13. (18.) 20. 24. 25. 26. 65.
St. Vict. = est codex ad aedem St. Victoris, quo Lambinus usus est, idem fortasse, quem Steinmetzius Par. 4. significavit. Cum eo plerumque conspirat cod. G.
Pall. = Palatini Gruteri. (1. 2. 3. 8.)
Franc. = codex Francii, quo usus est Graevius.
Guelf. = codex Wolfenbuttelanus, quem habuit Ernesti.
v = ed. Veneta a. 1472. a me collata.
L = Lambiniana a. 1566.
O = ed. Orelliana.
mei = E G M v.

Non habemus huius orationis codices saeculo XV. vetustiores, omnesque ex uno exemplo derivati sunt, quod Poggius initio saeculi XV. primus ex Germania in Italiam portasse dicitur.

I. 1. Quae precatus a dis immortalibus sum, iudices, more institutoque maiorum illo die, quo auspicato comitiis centuriatis L. Mure-

---

1. *Quae precatus* Manutius et L: *quae deprecatus* codd. et O. Cf. Quintil. IX. 4, 107: «Creticus et initiis optimus: *Quod precatus a diis immortalibus sum*, et clausulis cet.» Donatus autem ad Terentii Andriam III. 4, 3. locum sic citavit: *Quod precatus sum a diis immortalibus.* Fieri tamen potest ut uterque locum orationis p. Red. ad Quir. respexerit, quae ab his verbis orditur: *Quod precatus a Iove . . . ceterisque diis immortalibus sum*: sed utcumque est, non *deprecari*, sed *precari* verum h. l. videtur. — *iudices* E ante *a diis* habet. — 2. *centurinis* E M, sed M *centuriatis* in marg.; *centurnus* G.

nam consulem renuntiavi, ut ea res mihi, fidei magistratuique meo, populo plebique Romanae bene atque feliciter eveniret: eadem precor ab eisdem dis immortalibus ob eiusdem hominis consulatum una cum salute obtinendum, et ut vestrae mentes atque sententiae cum populi Romani voluntatibus suffragiisque consentiant, eaque res vobis populoque Romano pacem, tranquillitatem, otium concordiamque afferat. Quod si illa sollemnis comitiorum precatio consularibus auspiciis consecrata tantam habet in se vim et religionem, quantam rei publicae dignitas postulat, idem ego sum precatus ut eis quoque hominibus, quibus hic consulatus me rogante datus esset, ea res fauste feliciter prospereque eveniret. 2. Quae cum ita sint, iudices, et cum omnis deorum immortalium potestas aut translata sit ad vos aut certe communicata vobiscum, idem consul eum vestrae fidei commendat, qui antea dis immortalibus commendavit; ut eiusdem hominis voce et declaratus consul et defensus beneficium populi Romani cum vestra atque omnium civium salute tueatur. Et quoniam in hoc officio studium meae defensionis ab accusatoribus atque etiam ipsa susceptio causae reprehensa est, antequam pro L. Murena dicere instituo, pro me ipso pauca dicam; non quo mihi potior hoc quidem in tempore sit officii mei quam huiusce salutis defensio, sed ut meo facto vobis probato maiore auctoritate ab huius honore, fama fortunisque omnibus inimicorum impetus propulsare possim.

II. 3. Et primum M. Catoni, vitam ad certam rationis normam dirigenti et diligentissime perpendenti momenta officiorum omnium, de officio meo respondebo. Negat fuisse rectum Cato, me et consulem et legis ambitus latorem et tam severe gesto consulatu causam L. Murenae attingere. Cuius reprehensio me vehementer movet, non solum ut vobis, iudices, quibus maxime debeo, verum etiam ut ipsi Catoni, gravissimo atque integerrimo viro, rationem facti mei probem. A quo tandem, M. Cato, est aequius consulem defendi quam a consule? Quis mihi in re publica potest aut debet esse coniunctior quam is, cui res publica a me † una traditur sustinenda, magnis meis laboribus et periculis sustentata? Quod si in iis rebus repetendis, quae mancipi sunt, is periculum iudicii praestare debet, qui se nexu obligavit, profecto etiam rectius in iudicio consulis designati is potissimum [consul], qui consulem declaravit, au-

---

1. *mihi, fidei magistratuique* Lambinus: *michi fides magistratusque* G; *mihi magistratuique* E M v O. «Conf. Varro de L. L. V, 9. [VI. §. 87. Muell.] Ennii *fragm.* p. 39. Col. Arntzen ad *Plin. Paneg.* pag. 321.» ORELLI. — 2. *ab eisdem* T: *ab iisdem* E M v, *ab hiis* G. — 3. *optin.* G v. — 4. *voluntate* T v. — 5. *conveniant* T v. — 6. *adferat* E G. — 8. *postulat* om. G. — 10. *rogare* G; *rogatore* Mommsenius. — 11. *omnium* C. — 12. *idem* om. T. — *eum*] *ei* E G C T χ v, *eidem* H. — 13. *qui* codices: *quem* coni. C. Benecke in *Lectt. Tull.* p. 13. — 18. *non quod* Lamb. — 20. *ab huiusce* ψ. — 21. *impetum* χ. — 25. *ambitus legis* E. — *latronem* M m. pr. — 26. *me* om. C E. — 29. *est equus* G. — 30. *me* om. E C; *me et* v. — 31. *una* E G M v χ ψ, 3 Parr.: *uno* Par. 7. et O; *una* del. censent Ern. et Schütz.; *iam* coni. Klotzius; equidem suspicor: *cuncta*. Cf. ad or. pro Archia §. 2. — 32. *in his* mei. — *mancipii* T χ v. — 33. *obligare debet* v. — 34. *consulisque* G. — *consul* delendum esse perspexit Madvigius in *Append. crit. ad Disput. de Q. Asconio* pag. 50. «Cum *is potissimum consul* dicitur, non id significatur, consulem praeter ceteros defendere debere, sed *hunc* consulem praeter alterum, quod ineptissimum est; neque enim quaeritur, num hic consul, sed num consul ambitus reum defendere debeat.»

ctor beneficii populi Romani defensorque periculi esse debebit. 4. Ac si, ut nonnullis in civitatibus fieri solet, patronus huic causae publice constitueretur, is potissimum summo honore affecto defensor daretur, qui eodem honore praeditus non minus afferret ad dicendum auctoritatis quam facultatis. Quod si e portu solventibus ii, qui iam in portum ex alto invehuntur, praedicere summo studio solent et tempestatum rationem et praedonum et locorum, quod natura fert ut eis faveamus, qui eadem pericula, quibus nos perfuncti sumus, ingrediantur, quo tandem me esse animo oportet, prope iam ex magna iactatione terram videntem, in hunc, cui video maximas rei publicae tempestates esse subeundas? Qua re si est boni consulis non solum videre quid agatur, verum etiam providere quid futurum sit, ostendam alio loco, quantum salutis communis intersit duos consules in re publica Kalendis Ianuariis esse. 5. Quod si ita est, non tam me officium debuit ad hominis amici fortunas quam res publica consulem ad communem salutem defendendam vocare. III. Nam quod legem de ambitu tuli, certe ita tuli, ut eam, quam mihimet ipsi iam pridem tulerim de civium periculis defendendis, non abrogarem. Etenim si largitionem factam esse confiterer, idque recte factum esse defenderem, facerem improbe, etiam si alius legem tulisset: cum vero nihil commissum contra legem esse defendam, quid est quod meam defensionem latio legis impediat? 6. Negat esse eiusdem severitatis, Catilinam, exitium rei publicae intra moenia molientem, verbis et paene imperio ex urbe expulisse, et nunc pro L. Murena dicere. Ego autem has partes lenitatis et misericordiae, quas me natura ipsa docuit, semper egi libenter: illam vero gravitatis severitatisque personam non appetivi, sed ab re publica mihi impositam sustinui, sicut huius imperii dignitas in summo periculo civium postulabat. Quod si tum, cum res publica vim et severitatem desiderabat, vici naturam et tam vehemens

---

1. *Romani* om. G. — *ac si ut*] *atque ut* G, *at si ut* C T v, *at si* ψ. — 3. *potissimum summo* Madvigius (Opusc. II. p. 369.): *potissime* M O, *potissimo* E G v, 5 Oxx. In unam vocem, id quod haud raro accidit, vv. *potissumum summo* coaluerunt. — 5. *e portu* aliquot codd. Quintil. V. 11, 23. et ed. Manut. 1540: om. *e* codd. Cic. et O. «Non facile quisquam antiquior prosae orationis scriptor *solvere portu, urbe, terra* dixit. Quod a Steinmetzio laudatur, de Off. III. §. 50. *Alexandrea solvisse*, eandem rationem habet, atque ibidem *Alexandrea Rhodum advexerit*. Caesar quidem *ex portu* dixit (B. G. 4, 28.), *a terra* (B. C. 3, 101.), Livius *a litoribus* (22, 31.), *ab Hippone* (29, 5.), *ab Corintho* (21, 7.).» Wesenberg *ad Sest.* p. 49, 1. — *hi* mei. — 6. *praedicere* aliquot codd. Quintil.: *praecipere* codd. Cic. et O. «Aptissime dicitur *praedicere tempestatum* cet. *rationem*, i. e. quo modo comparatae sint tempestates: num *praecipere rationem* significare possit *tradere artem tempestates evitandi*, valde dubito; certe aliena sunt quae a Steinmetzio comparantur. Neque vero solventibus, qui et ipsi nautae essent, opus erat discere, quo modo illas res vitare possent, sed tantum ante audire, quid sibi evitandum esset.» Wesenb. l. c. — *ei*] *ei* G T v, *eis* H S, *eius* C E. — 7. *ac pred.* G. — *fert* P. Victorius in exemplo suo ed. Manut., L et aliquot codd. Quintil.: *affert* vel *adfert* codd. Tulliani. Cf. Wesenb. l. c. — 8. *ingrediuntur* E et cod. Franc. — 9. *me esse animo* E G: om. *esse* M; *me animo esse* O v. — 12. *previdere* E. — *facturum sit* G. — *quam salutis* G. — 13. *Kal.* om. C E. — 14. *me officium me* G. — 15. *rei p.* ψ v. — 17. *mihimet* -- *defend. non* om. G. — 18. *abrogarim* probabiliter coni. Wesenbergius ad Sestianam p. 46. — 21. *At negat Cato esse* Mommsenius. — *severitatis Cato* L ex coni. Hotom. — 23. *ex* E ψ: *et* G M T χ v; om. *ex* edd. — 24. *autem* om. M. — *partes*] *artis* vel *artes* codd. et edd. vett. — *ipsa* om. χ. — 26. *a re p.* M (*mihi a re p.* v). — 27. *sustinebat* T. — *tum* om. χ. — 28. *desideraret* coni. Reisigius in *Schol. de L. L.* p. 493; at v. Haasium ibid. not. 449.

fui, quam cogebar, non quam volebam: nunc, cum omnes me causae ad misericordiam atque ad humanitatem vocent, quanto tandem studio debeo naturae meae consuetudinique servire? Ac de officio defensionis meae ac de ratione accusationis tuae fortasse etiam alia in parte orationis dicendum nobis erit.

7. Sed me iudices, non minus hominis sapientissimi atque ornatissimi, Servii Sulpicii conquestio, quam Catonis accusatio commovebat: qui gravissime et acerbissime se ferre dixit, me familiaritatis necessitudinisque oblitum causam L. Murenae contra se defendere. Huic ego, iudices, satis facere cupio vosque adhibere arbitros. Nam cum grave est vere accusari in amicitia, tum, etiam si falso accuseris, non est negligendum. Ego, Servi Sulpici, me in petitione tua tibi omnia studia atque officia pro nostra necessitudine et debuisse confiteor et praestitisse arbitror. Nihil tibi consulatum petenti a me defuit, quod esset aut ab amico aut a gratioso aut a consule postulandum. Abiit illud tempus, mutata ratio est. Sic existimo, sic mihi persuadeo, me tibi contra honorem Murenae, quantum tu a me postulare ausus sis, tantum debuisse, contra salutem nihil debere. 8. Neque enim, si tibi tum, cum peteres consulatum, adfui, nunc, cum Murenam ipsum petas, adiutor eodem pacto esse debeo. Atque hoc non modo non laudari, sed ne concedi quidem potest, ut amicis nostris accusantibus non etiam alienissimos defendamus. IV. Mihi autem cum Murena, iudices, et magna et vetus amicitia est, quae in capitis dimicatione a Ser. Sulpicio non idcirco obruetur, quod ab eo in honoris contentione superata est. Quae si causa non esset, tamen vel dignitas hominis vel honoris eius quem adeptus est amplitudo summam mihi superbiae crudelitatisque famam inussisset si hominis, et suis et populi Romani ornamentis amplissimi, causam tanti periculi repudiassem. Neque enim iam mihi licet neque est integrum, ut meum laborem hominum periculis sublevandis non impertiam. Nam cum praemia mihi tanta pro hac industria sint data, quanta antea nemini: † sic et si ceperis eos, cum adeptus sis, depo-

---

1. *nunc* om. G. — *me omnes* v. — 2. *atque hum.* χ. — 3. *at de* Goerenz ad *Acad.* II. 2. — 4. *et de* L. — 5. *nobis* om. T. — 7. *serui* E G. — *accusatio*] *tactio* G. — 8. *qui*] *quam* G. — *se ferre* L: *ferme* mei et 5 Oxx.; *ferre se* Klotz; *ferre* O. Cum codd. *ferme* habeant, non est mirandum etiam *se* abiectum esse. — 12. *Servi* mei: *Ser.* O. — *tibi* om. G. — 14. *aut ab*] *ut* ψ. — 15. *abit* G. — *tempus illud* L. — 16. *tibi* om. G. — 17. *Murenae* mei et χ: *L. Mur.* L O. — 18. *neque*] *nichil* G. — *tum* om. H. — *cum* om. E. — *peterem* Lag. 9. — 19. *consulatum adfui nunc* om. E G v, 5 Oxx.; habent soli H M et Lag. 9, sed M *abfui*, Lag. 9. *faui*; *consulatum*, *adfui*, *idcirco nunc* L O contra codd. — *petis* L. — 22. *et magna et vetus* mei: *et vetus et magna* O. — 23. *ab servio* v. — 24. *ab eo* G v: *ab eodem* E M L O. — 26. *superbiam* H χ. — *formam* E; *infamiam* coni. Gulielmius. — 27. *iniunxisset* T. — *suis* om. *et* T. — *amplissimis* C H; om. E. — 29. *impartiam* E. — 31. *sic et si ceperis eos cum* E C H ψ, Parr., Lag. 20. 86: *sic exceperis eos cum* M G T v, Lag. 18. 24. 26. 65. (sed M *ceperis*, G *excipereris*, T *excipies*, Lag. 24. *si* pro *sic*, ut M super *sic* m. 2. habet); *sic etiam si ceperis eos cum* Lag. 7; *sic *** eos cum* Ox. χ, Lag. 1. 3. 8. 10; contra habet Lag. 9: *sic existimo si ceperis ea cum*, qua lectione fretus Niebuhrius suspicatus est: *q. a. nemini, sic existimo, ea cum adeptus sis desinere, esset hominis* cet. Lectio vulgata: *nemini: labores, per quos ea ceperis, cum adeptus sis, deponere* cet. per se ipsa bonam sententiam habet, sed ex codd. vestigiis apparet aliud quid latere in loco corrupto et lacunoso. Ad sententiam similis est locus Catonis apud Prisc. I. p. 566. ed. Kr.: *Nam periniurium fiat, cum mihi ob eos mores, quos prius habui, honos detur, ubi datus est, tum uti eos mutem atque alii modi sim.*

nere, esset hominis et astuti et ingrati. 9. Quod si licet desinere, si te auctore possum, (si nulla inertiae nota, nulla superbiae turpitudo, nulla inhumanitatis culpa suscipitur) ego vero libenter desino. (Sin autem fuga laboris desidiam, repudiatio supplicum superbiam, amicorum neglectio improbitatem coarguit,) nimirum haec causa est eius modi, (quam nec industrius quisquam nec misericors nec officiosus deserere possit) Atque huiusce rei coniecturam de tuo ipsius studio, Servi, facillime ceperis. Nam si tibi necesse putas etiam adversariis amicorum tuorum de iure consulentibus respondere, et si turpe existimas te advocato illum ipsum, quem contra veneris, causa cadere, noli tam esse iniustus, ut, cum tui fontes vel inimicis tuis pateant, nostros etiam amicis putes clausos esse oportere. 10. Etenim si me tua familiaritas ab hac causa removisset, et si hoc idem Q. Hortensio, M. Crasso, clarissimis viris, si item ceteris, a quibus intelligo tuam gratiam magni aestimari, accidisset: in ea civitate consul designatus defensorem non haberet, in qua nemini umquam infimo maiores nostri patronum deesse voluerunt. Ego vero, iudices, ipse me existimarem nefarium, si amico, crudelem, si misero, superbum, si consuli defuissem. Quare quod dandum est amicitiae, large dabitur a me, ut tecum agam, Servi, non secus ac si meus esset frater, qui mihi est carissimus, isto in loco: quod tribuendum est officio, fidei, religioni, id ita moderabor, ut meminerim me contra amici studium pro amici periculo dicere.

V. 11. Intelligo, iudices, tres totius accusationis partes fuisse et earum unam in reprehensione vitae, alteram in contentione dignitatis, tertiam in criminibus ambitus esse versatam. Atque harum {trium partium} prima illa, quae gravissima debebat esse, ita fuit infirma et levis, (ut [illos] lex magis) quaedam accusatoria, (quam vera maledicendi facultas de vita L. Murenae dicere aliquid coëgerit) Obiecta est enim Asia: quae ab hoc non ad voluptatem et luxuriam expetita est, sed in militari labore peragrata. Qui si adolescens patre suo imperatore non meruisset, aut hostes aut patris imperium timuisse aut a parente repudiatus videretur. An, cum sedere in equis triumphantium praetextati potissimum filii soleant, huic donis militaribus patris triumphum decorare fugiendum fuit, ne rebus communiter gestis paene simul cum patre triumpharet? 12. Hic vero, iudices, et fuit in Asia, et viro fortissimo, parenti suo,

---

1. *esse* M; *est* v. — *si a te* E. — 2. *inertiae nota* Lambinus: *nota* om. codd. O. (*inercia* G.) — *superbia* G; *nulla sup.* om. T v. — 4. *supplicium* M χ ψ. — 5. *causarum* E C T ψ (*harum* G, om. *haec*). — *quam nec ind.* om. M. — 6. *quisquam* Gulielmius: *quam* mei, C S T χ, Par. 4; om. *quisquam* L O et codd. quidam, ut videtur. — *posset* E G M, 5 Oxx.; *potest* T v. — 7. *fac. reperis* ψ. — 9. *avocato* M. — 10. *causa* M: *causae* E G C T v. — *cedere* E. — *tametsi iniustus* M; *tam ini. esse* L. — 11. *nostros* codices: *nostros rivulos* edd. pleraeque et O, quod defendunt ex or. p. Cael. c. 8. de Orat. II. c. 27. — 12. *tui* χ. — 13. *quinto* G. — 17. *existumarem* C. — 18. *est* om. T. — 20. *esset* G v: om. E; *esses* M S L, 2 Parr., in quibus *isto in loco* cum *quod trib. est* coniunctum est. — 21. *ita meditabor* χ. — 23. *tris* E M v. — *partis* E M. — 24. *reprehensionem* E G T v, M m. pr. — 26. *debebat esse* mei: *esse deb.* L O. — 27. *illos* om. G. — *vero* G. — 29. *sed et in* C T et mei. — 31. *hostis* G; *hostem* E M v L O. — *repudiatus esse* L; fort. *esse* post *parente* intercidit. — 32. *an*] *aut* mei, 6 Oxx. — *praetextati* -- *triumpharet* om. T. — *potissimum* E: *potissimi* G v, *potissime* M. — 34. *ne rebus* M: *ut rebus* G L O v, *ne ut rebus* E, 5 Oxx.; *ne in rebus* Klotzius in ed. II. — *paene*] *per te* G. — *triumphares* G.

magno adiumento in periculis, solatio in laboribus, gratulationi in victoria fuit. Et si habet Asia suspicionem luxuriae quandam, non Asiam numquam vidisse, sed in Asia continenter vixisse laudandum est. Quam ob rem non Asiae nomen obiiciendum Murenae fuit, (ex qua laus familiae, memoria generi, honos et gloria nomini constituta est) sed aliquod aut in Asia susceptum aut ex Asia deportatum flagitium ac dedecus. Meruisse vero stipendia in eo bello, quod tum populus Romanus non modo maximum, sed [etiam] solum gerebat, virtutis, patre imperatore libentissime meruisse pietatis, finem stipendiorum patris victoriam ac triumphum fuisse felicitatis fuit. Maledicto quidem idcirco nihil in hisce rebus loci est, quod omnia laus occupavit.

VI. 13. Saltatorem appellat L. Murenam Cato. Maledictum est, si vere obiicitur, vehementis accusatoris: sin falso, maledici convitiatoris. Quare cum ista sis auctoritate, non debes, Marce, arripere maledictum ex trivio aut ex scurrarum aliquo convitio, neque temere consulem populi Romani saltatorem vocare, sed circumspicere, quibus praeterea vitiis affectum esse necesse sit eum, cui vere istud obiici possit. Nemo enim fere saltat sobrius, nisi forte insanit, neque in solitudine neque in convivio moderato atque honesto. Tempestivi convivii, amoeni loci, multarum deliciarum comes est extrema saltatio. Tu mihi arripis hoc, quod necesse est omnium vitiorum esse postremum: relinquis illa, quibus remotis hoc vitium omnino esse non potest. (Nullum turpe convivium, non amor, non comissatio, non libido, non sumptus ostenditur) Et cum ea non reperiantur, quae voluptatis nomen habent quaeque vitiosa sunt, in quo ipsam luxuriam reperire non potes, in eo te umbram luxuriae reperturum putas? 14. Nihil igitur in vitam L. Murenae dici potest? Nihil, inquam, omnino, iudices. Sic a me consul designatus defenditur, (ut eius nulla fraus, nulla avaritia, nulla perfidia, nulla crudelitas, nullum petulans dictum [in vita] proferatur) Bene habet: iacta sunt fundamenta defensionis. Nondum enim nostris laudibus, quibus utar postea, sed prope inimicorum confessione virum bonum atque integrum hominem defendimus. Quo constituto facilior est mihi aditus ad contentionem dignitatis, quae pars altera fuit accusationis.

VII. 15. Summam video esse in te, Servi Sulpici, dignitatem generis, integritatis, industriae ceterorumque ornamentorum omnium, quibus

---

2. *suspitionem* E G v. — *non asiam dum non asie nomen* mediis om. G. — 5. *est* om. G. — 8. *etiam* om. G. — *libentissimo* ψ. — 10. *nihil* om. E. — 12. *appellat*] addunt T v *fuisse*, H S χ *falso*. — *M. Cato* v. — 13. *vero* G. — *convitiatoris* E: *conviciatoris* vulgo. — 14. *Marce* E C H S, Lagg. praeter 9 et 13: *marre* G, *in arte* v, *anni* Lag. 13, *M. Cato* Lag. 9, M O. (*M. Cato, non debes* L.) — *corripere* χ. — *maledictum -- temere* om. E. — 15. *aut ex*] *ex* om. T χ v. — *comitio* G (ortumne ex *concilio*?); *convivio* L. — 16. *circumspicere* G et Par. 4, ut Gulielmius coniecit: *conspicere* rell. L O. — 17: *adf.* E G. — *necesse* om. G. — *eum qui* G. — 18. *fere* om. E. — *insaniat* T v. — 19. *tempestivi* G v, Lag. 10. 13. 26. 65, Par. 4: *intempestivi* E M, rell. Lagg., 5 Oxx. — 20. *sit* v. — *hoc* mei, C T ψ: *id* edd. — 23. *comessatio* E M H T v. — 24. *quanque* v, *quanquam* E M χ ψ. — *sint* v. — 25. *potest* G. — 26. *vita* E ψ v. — 27. *iudicio* mei, 5 Oxx. — *design. consul* v. — 28. *ut in eius vita nulla* G, qui deinde v. 29. *in vita* omittit. — *nulla avar.* om. v. — 29. vv. *in vita* Ernestio auctore ut suspecta inclusi. — 30. *enim*] *in* G. — *nostris* om. H. — 31. *sed* om. G. — *integerrimum* E C. — 32. *faciliores mihi* G. — 34. *in te esse* v; E *in te* ante *dignit.* habet. — *Servi* mei: *Ser.* O.

fretum ad consulatus petitionem aggredi par est. Paria cognosco esse ista in L. Murena atque ita paria, ut neque ipse dignitate vinci potuerit neque te dignitate superarit. Contempsisti L. Murenae genus, extulisti tuum. Quo loco si tibi hoc sumis, nisi qui patricius sit, neminem bono esse genere natum, facis ut rursus plebes in Aventinum sevocanda esse videatur. Sin autem sunt amplae et honestae familiae plebeiae, (et proavus L. Murenae et avus praetor fuit) et pater cum amplissime atque honestissime ex praetura triumphasset, hoc faciliorem huic gradum consulatus adipiscendi reliquit, quod is iam patri debitus a filio petebatur. 16. Tua vero nobilitas, Servi Sulpici, tametsi summa est, tamen hominibus litteratis et historicis est notior, populo vero et suffragatoribus obscurior. Pater enim fuit equestri loco, avus nulla illustri laude celebratus. Itaque non ex sermone hominum recenti, sed ex annalium vetustate eruenda memoria est nobilitatis tuae. Quare ego te semper in nostrum numerum aggregare soleo, quod virtute industriaque perfecisti, ut, cum equitis Romani esses filius, summa tamen amplitudine dignus putarere: nec mihi umquam minus in Q. Pompeio, novo homine et fortissimo viro, virtutis esse visum est quam in homine nobilissimo, M. Aemilio. Etenim eiusdem animi atque ingenii est posteris suis, quod Pompeius fecit, amplitudinem nominis, quam non acceperit, tradere, et, ut Scaurus, memoriam prope intermortuam generis sui virtute renovare. VIII. 17. Quamquam ego iam putabam, iudices, multis viris fortibus ne ignobilitas generis obiiceretur, meo labore esse perfectum: qui non modo Curiis, Catonibus, Pompeis, antiquis illis fortissimis viris, novis hominibus, sed his recentibus, Mariis et Didiis et Caeliis commemorandis iacebant. Cum vero ego tanto intervallo claustra ista nobilitatis refregissem, ut aditus ad consulatum posthac, sicut apud maiores nostros fuit, non magis nobilitati quam virtuti pateret: non arbitrabar, cum ex familia vetere et illustri consul designatus ab equitis Romani filio, consule, defenderetur, de generis novitate accusatores esse dicturos. Etenim mihi ipsi accidit, ut cum duobus patriciis, altero improbissimo atque audacissimo, altero modestissimo atque optimo viro, peterem: superavi tamen dignitate Catilinam, gratia Galbam. Quod si id crimen homini novo esse deberet, profecto mihi neque inimici, neque invidi defuissent. Omittamus igitur de genere dicere, cuius est magna in utroque dignitas: videamus cetera.

---

1. *fretus* ψ. — *cons. suspitionem* C. — *adgr.* G. — 2. *ita esse paria* χ. — 4. *sumus* χ v. — 5. *ut*] *ne* G. — *plebes* G C ψ: *plebis* E, *plebs* M v. — 7. *praetor fuit* G M H T ψ v, Parr.: *praetores fuerunt* L O. (*pater fuit et praetor* E.) — *pater*] sequuntur deinde in E G M χ ψ v, Lagg. omnibus (praeter 65.) verba *etenim mihi ipsi accidit* §. 17. v. 30. usque ad *multis profutura* §. 19. extr. Cf. Niebuhrium *Kleine histor. u. philol. Schriften* II. p. 222. — *et hon.* G. — 8. *hunc gradum ad cons.* G. — 10. *Servi* E M v: *Ser.* O. — *est*] *etiam* E. — 11. *a populo* χ. — *vere* v. — 12. *est obscurior* v. — *ordine et loco* v. — *inlustri* G. — 14. *erudienda* G. — *mem. est* E G M L: *est mem.* O v. — *vetustatis* χ. — 15. *adgr.* E G. — 16. *esses eq. Rom.* M. — 17. *minus* om. v, habet ante *virtutis* M. — *in quinto* G. — 19. *suis* om. G. — 21. *generis* om. χ. — 23. *generis obiceretur* G M v: *obiic. generis* E O. — *meo*] *in eo* G. — *est p.* M. — 24. *Pompeis* G: *Pompeiis* vulgo. — 25. *coeliis* G; *clodiis* E C. — *iacebam* M H; *iacebunt* χ. — 26. *cum vero ego* E G M v (sed G *tum*): *quum ego vero* L O. — *tanto* om. G. — *infregissem* χ. — 27. *ut sic aput* G. — 28. *pareret* χ. — *vetere* mei: *veteri* Prisc. VII. 2, 62. p. 333. Kr. — *inlustri* G. — 30. *dicturos*] sequitur in codd. plerisque *Quid Murena* §. 20. in.; vid. supra v. 7.— *etenim*] *et* M. — 32. *peterem* om. G. — *dignitatem - gratiam* G. — 33. *quid si* H.— 35. *dicere de genere* E.— *magno* G.

18. «Quaesturam una petiit, et sum ego factus prior.» Non est respondendum ad omnia. Neque enim vestrum quemquam fugit, cum multi pares dignitate fiant, unus autem primum solus possit obtinere, non eundem esse ordinem dignitatis et renuntiationis, propterea quod renuntiatio gradus habeat, dignitas autem sit persaepe eadem omnium. Sed quaestura utriusque prope modum pari momento sortis fuit. Habuit hic lege Titia provinciam tacitam et quietam: tu illam, cui, cum quaestores sortiuntur, etiam adclamari solet, Ostiensem, non tam gratiosam et illustrem quam negotiosam et molestam. Consedit utriusque nomen in quaestura; nullum enim vobis sors campum dedit, in quo excurrere virtus cognoscique posset. 19. Reliqui temporis spatium in contentionem vocatur: ab utroque dissimillima ratione tractatum est. IX. Servius hic nobiscum hanc urbanam militiam respondendi, scribendi, cavendi, plenam sollicitudinis ac stomachi, secutus est: ius civile didicit: multum vigilavit laboravit: praesto multis fuit: multorum stultitiam perpessus est, arrogantiam pertulit, difficultatem exsorbuit: vixit ad aliorum arbitrium, non ad suum. Magna laus et grata hominibus unum hominem elaborare in ea scientia, quae sit multis profutura. 20. Quid Murena interea? Fortissimo et sapientissimo viro, summo imperatori, legatus L. Lucullo fuit: qua in legatione duxit exercitum, signa contulit, manum conseruit, magnas copias hostium fudit, urbes partim vi, partim obsidione cepit, Asiam istam refertam et eandem delicatam sic obiit, ut in ea neque avaritiae neque luxuriae vestigium reliquerit: maximo in bello sic est versatus, ut hic multas res et magnas sine imperatore gesserit, nullam sine hoc imperator. Atque haec, quamquam praesente L. Lucullo loquor, tamen, ne ab ipso propter periculum nostrum concessam videamur habere licentiam fingendi, publicis litteris testata sunt omnia; quibus L. Lucullus tantum *huic* laudis impertit, quantum neque ambitiosus imperator neque invidus tribuere alteri in communicanda gloria debuit. 21. Summa in utroque est honestas, summa dignitas quam ego, si mihi per Servium liceat, pari atque in eadem laude ponam. Sed non licet: agitat rem militarem, insectatur totam hanc legationem, assiduitatis et operarum harum quotidianarum putat esse consulatum. «Apud exerci-

---

2. *vestrum quemquam* mei: *quemquam vestrum* L O. — 3. *pares* G M v: *pari* E H S χ ψ. — *fiant* om. G. -- *primus* T L; *primum locum* Mommsenius. — *posset* E v, 5 Oxx. — *non*] *in* G. — 5. *sit* om. G; *habet, dign. autem pers. eadem o. sit. Quaestura* Mommsenius. — *omnibus* v. — 6. *momentu* G et M pr. — 7. *ticia* G. — 8. *declamari* G. — 10. *excurri* M, *exculi* χ ψ. — 11. *tempori* G. — *spatium quod in* M. — *contentione* G; *contionem* H S. — 12. *utroque*] *eodem* G. — *traductum est* susp. Matthiae. — 13. *canendi* G. — 14. *et stom.* E G. — 15. *fuit inultis* E ψ. — 16. *est* om. G. — *adrogantiam* E G. — *exorbuit* mei. — 17. *gratia* χ. — 19. *fort. viro et sap.* v; *et sapient.* om. E. — *summo* om. E et 4 Oxx. — 21. *hostium copias* E. — *fundit* G. — 22. *cepit* om. G. — *referctam* C; *repertam* G M χ v. — *obit* G. — 25. *quanquam* M. — 26. *loquor* M, ut Ern. coniecit: *loquar* codd. rell. noti et O. Cf. Wesenberg. *Emend. Tuscul.* I. p. 40. Bake ad *Cic. de Legg.* p. 606. Reisig *Vorles. über lat. Sprachw.* p. 528. — *propter* om. G. — 27. *litteris* -- *quantum* om. G. — 28. *huic*, quod codd. omittunt, ex coni. addidi praeeunte Lambino, qui *tantum Murenae laudis* scripserat: *tantum ei laudis* Klotzius 2. — *impartit* E C H S v; *impertiit* Ernesti probabiliter. — 31. *pari* om. G; *liceat aeque in eadem* Mommsenius. — *in eadem* mei, edd. vett.: *eadem in* L O. — *ponere* χ. — 32. *assiduitas* G. — 33 *cotid.* G. — *apud exerc.* -- *contendas* habet Quintil. V. 13, 27.

tum mihi fueris, inquit, tot annos? forum non attigeris? afueris tam diu et, cum longo intervallo veneris, cum his, qui in foro habitarint, de dignitate contendas?» Primum ista nostra assiduitas, Servi, nescis quantum interdum afferat hominibus fastidii, quantum satietatis. Mihi quidem vehementer expediit positam in oculis esse gratiam: sed tamen ego mei satietatem magno meo labore superavi, et tu item fortasse: verum tamen utrique nostrum desiderium nihil obfuisset. 22. Sed ut hoc omisso ad studiorum atque artium contentionem revertamur, qui potest dubitari quin ad consulatum adipiscendum multo plus afferat dignitatis rei militaris quam iuris civilis gloria? Vigilas tu de nocte, ut tuis consultoribus respondeas, ille, ut eo quo intendit mature cum exercitu perveniat: te gallorum, illum bucinarum cantus exsuscitat: tu actionem instituis, ille aciem instruit: tu caves ne tui consultores, ille ne urbes aut castra capiantur: ille tenet et scit ut hostium copiae, tu ut aquae pluviae arceantur: ille exercitatus est in propagandis finibus, tu in regendis.

X. Ac nimirum — dicendum est enim quod sentio — rei militaris virtus praestat ceteris omnibus. Haec nomen populo Romano, haec huic urbi aeternam gloriam peperit, haec orbem terrarum parere huic imperio coëgit: omnes urbanae res, omnia haec nostra praeclara studia et haec forensis laus et industria latent in tutela ac praesidio bellicae virtutis. Simul atque increpuit suspicio tumultus, artes ilico nostrae conticiscunt.

23. Et quoniam mihi videris istam scientiam iuris tamquam filiolam osculari tuam, non patiar te in tanto errore versari, ut istud nescio quid, quod tanto opere didicisti, praeclarum aliquid esse arbitrere. Aliis ego te virtutibus, continentiae, gravitatis, iustitiae, fidei, ceteris omnibus, consulatu et omni honore semper dignissimum iudicavi. Quod quidem ius civile didicisti, non dicam, operam perdidisti, sed illud dicam, nullam esse in illa disciplina munitam ad consulatum viam. Omnes enim

---

1. *tot inquit* E. — *tot annos* codd. Cic., item cod. Goth. et Par. 2. Quintiliani: *tot annis* codd. rell. Quintil., in quibus *tot annis* ad sequentia relatum est. Recte tum diceretur *tot annis* i. e. intra tot annos; sed aeque verum est *apud exerc. fueris tot annos* i. e. per tot annos. Quod ait Steinmetzius, etiam in omnibus Parr. et Bavaricis Cic. codicibus referri vv. *tot annos* ad sequentem sententiam, saltem de M falsum est. Ceterum cf. de loco etiam Wesenb. ad *Sestianam* p. 26 not. — *forum*] *eorum* G. — *afueris* G L, cod. Ambr. 2. Quintil.: *abfueris* E M O v. — *tandiu* G L. — 2. *et* v et codd. Quint.: *ut* E G M, 5 Oxx. — *cum tam longo* codd. Quint.; *cum longo post* T v. — *cum his* mei et codd. optimi Quint.: *cum iis* L O. — *habitarint* G M T χ v: *habitarunt* E L O et codd. Quintiliani. — *de* om. 2 et codd. plerique Quint. — 3. *nostra* om. χ. — 4. *adf.* E G. — 5. *expediit* L: *expedit* mei, 6 Oxx. — 6. *tu item* scripsi ex Orellii coniectura: *tu idem* codd., L O. — 7. *uterque* G. — *offuisset* G. — *hoc commisso* G. — 8. *dubitare* mei, 4 Oxx.; *quis potest dubitare* cod. Memmii. — 9. *res mil.* E C H χ ψ. — 10. *Vigilas -- tu in regendis* affert Quintil. IX. 3, 32 sq., eadem vv. usque ad *exsuscitat* idem IX. 2, 100; *Vigilas -- perveniat* Rufinianus de fig. sent. §. 37. — *consultatoribus* aliquot codd. Quint. IX. 3, 32. — 11. *contendit* (alii *tendit*) codd. plerique Quint. IX. 2, 100; *ut mature quo intendit* Rufin. — 12. *bucinarum* G M C: *buccin.* E v L O. — *exuscitat* E M v, codd. Quint. complures. — *act. instruis* χ. — 13. *ne consultores tui* codd. Quint.; *ne tu consultes* G. — 14. *tenet ut scit* G. — 15. *exercitatur* codd. plerique Quint. — *tuque* E C χ v. — 16. *at nim.* v. — 17. *praestat*] *prae* G. — *haec* om. G. — *populi R.* C H. — *haec huic*] *huic* G; *hoc* χ. — 18. *gloriam* om. G. — *cogit* C. — 20. *lateat* ψ. — 21. *suspitio* E G v. — *ilico* M v: *ilice* G; *illico* E L O. — *vestrae* ψ. — *conticiscunt* G: *conticescunt* rell. et edd. Cf. Bait. ad p. 97, 1. 499, 13. — 22. *Et -- tuam* affert Auctor incertus in Anecd. Paris. rhet. ed. Eckst. p. 8., qui habet *iuris scientiam* et *complecti* (fort. recte) pro *osculari*. — 23. *te diutius in* χ. — *versari errore* E. — 26. *iudicari* G. — 28. *omnis* E G.

artes, quae nobis populi Romani studia conciliant, et admirabilem dignitatem et pergratam utilitatem debent habere. XI. 24. Summa dignitas est in iis, qui militari laude antecellunt; omnia enim, quae sunt in imperio et in statu civitatis, ab iis defendi et firmari putantur: summa etiam utilitas, si quidem eorum consilio et periculo cum re publica tum etiam nostris rebus perfrui possumus. Gravis etiam illa est et plena dignitatis dicendi facultas, quae saepe valuit in consule deligendo, posse consilio atque oratione et senatus et populi et eorum, qui res iudicant, mentes permovere. Quaeritur consul, qui dicendo non numquam comprimat tribunicios furores, qui concitatum populum flectat, qui largitioni resistat. Non mirum, si ob hanc facultatem homines saepe etiam non nobiles consulatum consecuti sunt, praesertim cum haec eadem res plurimas gratias, firmissimas amicitias, maxima studia pariat. Quorum in isto vestro artificio, Sulpici, nihil est. 25. Primum dignitas in tam tenui scientia non potest esse: res enim sunt parvae, prope in singulis litteris atque interpunctionibus verborum occupatae. Deinde, etiam si quid apud maiores nostros fuit in isto studio admirationis, id enuntiatis vestris mysteriis totum est contemptum et abiectum. Posset agi lege necne, pauci quondam sciebant; fastos enim vulgo non habebant. Erant in magna potentia qui consulebantur, a quibus etiam dies, tamquam a Chaldaeis, petebantur. Inventus est scriba quidam, Cn. Flavius, qui cornicum oculos confixerit et singulis diebus ediscendis fastos populo proposuerit et ab ipsis capsis iureconsultorum sapientiam compilarit. Itaque irati illi, quod sunt veriti, ne dierum ratione promulgata et cognita sine sua opera lege agi posset, verba quaedam composuerunt, ut omnibus in rebus ipsi interessent. XII. 26. Cum hoc fieri bellissime posset: «Fundus Sabinus meus est:» «immo meus:» deinde iudicium: noluerunt. FVNDVS, inquit, QVI EST IN AGRO QVI SABINVS VOCATVR. Satis verbose: cedo quid postea? EVM EGO EX IVRE QVIRITIVM MEVM ESSE AIO.

---

1. *vobis* C. — *concilient* Ernesti. — 3. *his* E M v. (*hiis que in mil.* G.) — *in* post *sunt* om. E v. — 4. *ab his* E M v. — 6. *possimus* χ. — *et* om. v. — 7. *diligendo* C. — 10. *largitioni* M: *largitione* E G C χ ψ v. — 13. *paria* G. — *quorum* om. v. — 14. *nostro* E. — *Sulpici*] *simplici* M. — *tam*] *causa* χ. — 15. *non* E G M, 5 Oxx., Par. 4. 8. 9. v: *quae* Par. 7 (?), O. (sed E v: *esse non potest.*) — *prope* om. χ. — 16. *interpretationibus* v. — 17. *in isto studio* M: *in istosduo* E, *in istrosduo* Par. 4. 8; *ministros duos* G; *in isto iure* v; *industriae isti* Par. 7. — *amiserationis et denuntiatis* E; *admiserationis denunciatis vestris ministris* G. — 18. *esse* H ψ. — *lege* om. G. — *nec* v. — 19. *volgo* M. — *in*] *enim in* G; *ii* L. — 21. *caldeis* G v. — *petebatur* E, Par. 4. 7., *petabatur* χ. Cf. Plin. *Nat. Hist.* XXXIII. 1. §. 17. — 22. *ediscendis* G M S χ: *discendis* Steinmetz; *eliscendis* E, 3 Parr., ψ; *eligendis* C; *ediscendos* v O. — *fasto* G. — 23. *capsis iureconsultorum* Madvigius (Opusc. II. p. 370.): *causis iuris consultis eorum* codd.; *cautis iureconsultis eorum* O. (*capsis iureconsultorum* in vetere codice se repperisse testatur Io. Sambucus *Epp. ad P. Victorium* ed. Band. II. p. 60. BAIT.) — 24. *promulgata* G et cod. Franc.: *pervulgata* codd. rell. noti et L O, ut est de Orat. I. §. 186. At v. infra §. 26. s. f. et Plin. l. cit. — 25. *lege agi* scripsi: *agi* om. codd. noti (E G M v, Parr., 5 Oxx.); in editt. est *agi* post *posset*. — *posset* H v: *possit* E G M C H χ ψ, 3 Parr. — *verba quaedam* Niebuhr et Steinmetz: *uero ac aedam* M, 3 Parr., Lagg. plerique (aut *vero acedam*, ut est in E C ψ v); *vero ac eadem* Lag. 65; *vere cicadam* Lag. 24; *vero* Lag. 9 et 26, S (sed Lag. 26. cum lacuna); *accedam* G (unde Mommsenius: *lege posset agi, quaedam comp.*); *notas quasdam* edd. priores et O. — 26. *in omnibus* v. — 27. *possit* χ. — 28. *uoluerunt* G ψ. — *fundum* L. — 29. *verbose meus dicitur. cedo* T v. — *cum ego* M χ ψ v. — *ex iure Quiritium* Lambinus (cf. Gaium IV. §. 16.): *ex iureque* E G M C ψ, 7 codd. Lag.; *ex iure quod* χ et Lag. 13.; *ex iure verboque* T v; *Quiritium* om. H S et rell. Lagg. — *aios* G; *animo* T χ v.

Quid tum? INDE IBI EGO TE EX IVRE MANVM CONSERTVM VOCO. Quid huic tam loquaciter litigioso responderet ille, unde petebatur, non habebat. Transit idem iureconsultus, tibicinis Latini modo: VNDE TV ME, inquit, EX IVRE MANVM CONSERTVM VOCASTI, INDE IBI EGO TE REVOCO. Praetor interea ne pulchrum se ac beatum putaret atque aliquid ipse sua sponte loqueretur, ei quoque carmen compositum est, cum ceteris rebus absurdum, tum vero in illo: SVIS VTRISQVE SVPERSTITIBVS PRAESENTIBVS ISTAM VIAM DICO: ITE VIAM. Praesto aderat sapiens ille, qui inire viam doceret. REDITE VIAM. Eodem duce redibant. Haec iam tum apud illos barbatos ridicula, credo, videbantur: homines, cum recte atque in loco constitissent, iuberi abire, ut, unde abissent, eodem statim redirent. Isdem ineptiis fucata sunt illa omnia: QVANDO TE IN IVRE CONSPICIO: et haec: [SED] ANNE TV DICIS, QVA EX CAVSA VINDICAVERIS? quae dum erant occulta, necessario ab eis, qui ea tenebant, petebantur: postea vero promulgata atque in manibus iactata et excussa, inanissima prudentiae reperta sunt, fraudis autem et stultitiae plenissima. 27. Nam cum permulta praeclare legibus essent constituta, ea iureconsultorum ingeniis pleraque corrupta ac depravata sunt. Mulieres omnes propter infirmitatem consilii maiores in tutorum potestate esse voluerunt: hi invenerunt genera tutorum, quae potestate mulierum continerentur. Sacra interire illi noluerunt: horum ingenio senes ad coëmptiones faciendas interimendorum sacrorum causa reperti sunt. In omni denique iure civili aequitatem reliquerunt, verba ipsa tenuerunt: ut, quia in alicuius libris

---

1. *qui tum* G M. — *inde ibi* E G M C H S, Parr., Lag. 9 et 7 alii: om. *ibi* L v et aliquot Lagg. — *manum* L, et sic etiam infra ex Gellio N. A. XX. 10: *manu* codd. O. — *quid hoc* χ. — 2. *litigioso* E M: *litigiosum* G χ v, *litigiose* H S ψ. — 3. *transit ad eum* L ed. 1566; *transit eodem* altera Lamb. susp. — *iuris consultus* mei. — *latino* E C. — 4. *ex iure* om. ψ. — *manum* L: *manu* codd. O. — *ibi* om. L. — *praeter* E v, 6 Oxx. (*pretor* M.) — 5. *ac beatum se* v. — *aliud ipse* v. — *ipsa* G. — 7. *in illo suis*] sic χ ψ v, Par. 4. 7. 8., Lagg. omnes (nisi quod aliquot habent *in illa*): *nullo suis* E; *in illis suis* G fort. recte; *nullo usui* M et Par. 9. — *superstitionibus* M, sed *on* punctatum. — *praesentibus* om. χ, ut voluerat Hotomanus; at v. Festum p. 305. ed. Müller. — 8. *ite viam* Arusianus Mess. p. 237. L (*it illam rem*. Cic. p. Mur. *ito viam, redite viam*), Servius ad Virg. Aen. V. 86. et IV. 468. (*ire viam* veteri modo iuxta ius, ut *ite viam, redite viam*), Prisc. XVIII. 20 et 24. p. 179 et 197. Kr. (ubi bis habet: *hanc viam dico: ite viam*): *in te viam* C, *inite viam* rell. codd. Cic. et O. Non dubitavi vetustiora grammaticorum testimonia sequi in oratione, cuius non habemus codices saeculo XV. antiquiores omnesque ex uno cod. iam valde corrupto derivatos, praesertim cum sequens *inire viam*, quod re diversum est, ansàm interpolationis suppeditarit. — *praesto -- doceret* habet Arusianus p. 253. — 9. *redire* E; *ire* L. — *tum*] *tot* E. — *barbatos* E, M corr. m. pr. et Lag. 9: *barbaros* G H S T v, rell. Lagg. — 10. *recte*] *ratione* v. — 11. *constituti essent* M. — 12. *fucata* ed. Asc. 1511: *fugata* E G M C H χ ψ v. — *sunt illa* om. G. — *conspicio sed haec sed* E C H S, Par. 8; *conspicios et haec sed* G et Par. 4; *conspicio sed* M, add. a m. sec., ut videtur, *sed hec* sup. lin.; *conspicio et haec et similia sed* T v et Par. 9. Equidem in re incerta *sed* cum Orellio inclusi, quod deest in H et ed. Iunt.; malim tamen ex vestigiis cod. M scribere: *CONSPICIO: et: ANNE* cet. — 13. *qua ex causa*] *qui causa* E G M cum codd. plerisque; *quae causa* χ; *causam qui* T v. Emendationem suppeditavit Gaius IV. §. 16. — *iudicaveris* E C T ψ v. — 14. *petebant* H. — *promulgata* G: *pervulgata* E M v L O; cf. ad p. 725, 24. — 17. *multa* T. — *iurecons.* G M v: *in re cons.* E; *iuriscons.* L. — 19. *esse* om. G. — 20. *que in potestate* G; *quorum potestate* T. — *continentur* T v. — 21. *illi* om. G. — *non uoluerunt* G, *uoluerunt* ψ v. — *interemendorum* E M. — 23. *quia* G v et 3 Lagg. (24. 26. 65.), ut videtur: rell. codd. habent: *cuia* (E), *caia* (Lag. 9.), *cura*, *curia*, *in curia*, *in Caia, cum, caia qui* M (i. e. *caia*, superscr. correctione *qui*) cet.

exempli causa id nomen invenerant, putarunt omnes mulieres, quae coëmptionem facerent, Gaias vocari. Iam illud mihi quidem mirum videri solet, tot homines, tam ingeniosos, per tot annos etiam nunc statuere non potuisse, utrum diem tertium an perendinum, iudicem an arbitrum, rem an litem dici oporteret. XIII. 28. Itaque, ut dixi, dignitas in ista scientia consularis numquam fuit, quae tota ex rebus fictis commenticiisque constaret; gratiae vero multo etiam minus. Quod enim omnibus patet et aeque promptum est mihi et adversario meo, id esse gratum nullo pacto potest. Itaque non modo beneficii collocandi spem, sed etiam illud, quod aliquamdiu fuit, LICET CONSVLERE? iam perdidistis. Sapiens existimari nemo potest in ea prudentia, quae neque extra Romam usquam neque Romae rebus prolatis quicquam valet. Peritus ideo haberi nemo potest, quod in eo, quod sciunt omnes, nullo modo possunt inter se discrepare. Difficilis autem res ideo non putatur, quod et perpaucis et minime obscuris litteris continetur. Itaque si mihi, homini vehementer occupato, stomachum moveritis, triduo me esse iureconsultum profitebor. Etenim quae de scripto aguntur, scripta sunt omnia; neque tamen quicquam tam anguste scriptum est, quo ego non possim QVA DE RE AGITVR addere; quae consuluntur autem, minimo periculo respondentur. Si id quod oportet responderis, idem videare respondisse, quod Servius: sin aliter, etiam controversum ius nosse et tractare videare. 29. Quapropter non solum illa gloria militaris vestris formulis atque actionibus anteponenda est, verum etiam dicendi consuetudo longe et multum isti vestrae exercitationi ad honorem antecellit. Itaque mihi videntur plerique initio multo hoc maluisse: post, cum id assequi non potuissent, istuc potissimum sunt delapsi. Ut aiunt in Graecis artificibus eos auloedos esse, qui citharoedi fieri non potuerint: sic nonnullos videmus, qui oratores evadere non potuerint, eos ad iuris studium devenire. Magnus dicendi labor, magna res, magna dignitas, summa autem gratia. Etenim a vobis salubritas quaedam, ab iis qui dicunt salus ipsa petitur. Deinde vestra responsa atque decreta et evertuntur saepe dicendo et sine defensione oratoris firma esse non possunt: in qua si satis pro-

---

1. *putarunt* ed. Asc. 1511: *putarent* mei, 5 Oxx. — 2. *Gaias* E G C χ ψ v: *Caias* M O. Verrius Flaccus nomen *Gaia* sub. litt. *G* habebat; v. Paul. Diac. p. 95 M. — *illud quidem mihi* G, *mihi illud quidem* E. — 4. *perhendinum* G. — 6. *consularis in ista scientia* v. — 7. *vero*] *etiam* G. — *minus* ed. Crat. 1528 et L: *minores* codd. noti, v O. — 9. *benefici collocandis* G, *beneficiis collocandis* M m. pr. — 10. *aliquandiu* M O v; *aliquando* E et cod. Franc. — *perdidisti* C. — 12. *unquam* E C ψ. — *igitur* E C. — 13. *nemo haberi* v. — *quod*] *non* G. — *omnes* ed. Crat.: *homines* mei, C H χ. — *possunt* om. E. — 14. *quod ex p.* χ. — 16. *veh. impedito stomacum* E. — *me esse iurisc.* G; *me iurisc. esse* E M, *esse iurisc. me* v, del. *esse* Ernesti. At cf. Verr. III. §. 217. — 17. *quo descripta* G. — 18. *tamen* om. G. — *possum* G. — 19. *minime* G. — 20. *si autem* (*apte* Mommsenius) *responderis* G. — *iudicare* v, *iudicabere* χ. — 21. *contrauersum* G. — 22. *quapropter anteponenda verum etiam* mediis om. G. — 24. *antecellit* M L: *antecellet* codd. rell. O. — *ita michi* G. — 25. *hoc multo* E. — *adsequi* E, *seq* (sic) G; fort. *id* delendum. — 26. *istud* G. — *ut aiunt* -- *devenire* affert Quintil. VIII. 3, 79; *Et*, *ut aiunt* L. — 27. *auledos* M, *auleolos* v. — *citharedi* M v, *cytaredi* G. — *potuerunt* E v et codd. Quintiliani, qui praeter cod. Turic. bis indicativum habent; contra est in Turic. bis coniunctivus. — *sic* -- *potuerint* om. G. — *sic nos videmus* Quintil. — 28. *potuerint* M T L v: *potuerunt* E O, codd. rell. — *devenire*] *divertere* codd. plerique Quintil. — 29. *magna res* om. v. — *autem*] *etiam* cod. Franc. et L. — 32. *in qua re si* L contra codd. Cf. Fabri ad *Sal. Catil.* 18, 1. Ellendt. ad *Cic. de Orat.* Vol. II. p. 163.

fecissem, parcius de eius laude dicerem: nunc nihil de me dico, sed de iis, qui in dicendo magni sunt aut fuerunt.

XIV. 30. Duae sunt artes, quae possunt locare homines in amplissimo gradu dignitatis: una imperatoris, altera oratoris boni: ab hoc enim pacis ornamenta retinentur, ab illo belli pericula repelluntur. Ceterae tamen virtutes ipsae per se multum valent, iustitia, fides, pudor, temperantia; quibus te, Servi, excellere omnes intelligunt, sed nunc de studiis ad honorem dispositis, non de insita cuiusque virtute disputo. Omnia ista nobis studia de manibus excutiuntur, simul atque aliqui motus novus bellicum canere coepit. Etenim, ut ait ingeniosus poëta et auctor valde bonus, proeliis promulgatis *pellitur e medio* non solum ista vestra verbosa simulatio prudentiae, sed etiam ipsa illa domina rerum, *sapientia: vi geritur res: spernitur orator*, non solum odiosus in dicendo ac loquax, verum etiam *bonus: horridus miles amatur:* vestrum vero studium totum iacet. *Non ex iure manum consertum, sed ferro,* inquit, *rem repetunt.* Quod si ita est, cedat, opinor, [Sulpici,] forum castris, otium militiae, stilus gladio, umbra soli; sit denique in civitate ea prima res, propter quam ipsa est civitas omnium princeps. 31. Verum haec Cato nimium nos nostris verbis magna facere demonstrat et oblitos esse, bellum illud omne Mithridaticum cum mulierculis esse gestum. Quod ego longe secus existimo, iudices, deque eo pauca disseram; neque enim causa in hoc continetur.

Nam si omnia bella, quae cum Graecis gessimus, contemnenda sunt, derideatur de rege Pyrrho triumphus M'. Curii, de Philippo T. Flaminini, de Aetolis M. Fulvii, de rege Perse L. Pauli, de Pseudophilippo Q. Metelli, de Corinthiis L. Mummii: sin haec bella gravissima victoriaeque eorum bellorum gratissimae fuerunt, cur Asiaticae nationes atque ille a te hostis contemnitur? Atqui ex veterum rerum monumentis vel maximum bellum populum Romanum cum Antiocho gessisse video: cuius belli victor L. Scipio aequiparata cum Publio fratre gloria, quam

---

1. *parce* χ. — *de me nihil* v; *nihil de re* E C. — *dicam* G. — 3. *sint* G. — *possunt* E G v: *possent* M, *possint* χ. — 7. *intelligant* G v. — 8. *ab honore* H S T χ v, M sup. lin. — *dispossitis* G; *depositis* E M v, 6 Oxx., Par. 4. 8, quod mendum ex lectione *adpositis* ortum videtur, quam veram cum Lamb. habeo. — *cuiusquam* G. — 9. *aliquis* M v, Lag. 9 soli ex notis. — 10. *nouos* E G χ Par. 4. 8. 9; *per tubicines* v, *nouos per tubicines* Par. 9. — 11. *proel. prom.* om. χ. — *pellitur* M, cod. Lamb., Par. 9, Gellius XX, 20: *repellitur* Lag. 9, *bellatur* G, *tollitur* E v, 3 Parr., rell. Lagg. — 12. *nostra* v. — 13. *vi geritur res: spernitur* codd. Gellii: *vi geritur res repellitur* v, *videtur respui spernitur* M, *videtur respuitur* G, *videtur resperni* E C S χ (ut E G C S χ, habent etiam plerique Lagg., qui omnes h. l. corrupti sunt). — 14. *bonus -- iacet* om. G. — *bonus et horr.* χ. — *horridu* L. — 15. *manum* G L, Lag. 65: *manu* E M v, Lagg. rell., O. — *sed ferro* codd. Tulliani: *sed magis ferro* cod. Franc. solus; *sed mage ferro* edd. post Hervag. pleraeque ex Gellio; O *mage* uncinis inclusit. — 16. *Sulpici* om. G. — 18. *res*] *ars* S L, fort. recte. — 19. *hoc* T v. — *uos uestris* G. — 20. *mulieribus* χ. — 21. *deseram* G. — 24. *M'.*] *.m.* mei, C T. — 25. *flamini* G, *flaminii* E M C H S T L v. — *fului* G. — *Pauli* mei: *Paulli* L O. — 26. *chorintis* G. — *sin* M: *si* E v et 5 Oxx.; *sed* G. — 27. *gratissimae* Lag. 13 et χ, item P. Victorius in exemplo ed. Manutianae, quod est in bibliotheca Monacensi: *gravissimae* codd. rell., L, edd. vett.; *clarissimae* coni. Klotzius. — 28. *Atqui*] *at qui* G, *atque* E C T ψ. — 29. *vel maximum -- gessisse* affert Prisc. Vol. I. p. 623 Kr., qui habet *cum rege Antiocho.* — *populum* om. E. — *Rom.*] *.r.* E. — 30. *aequiparata* Madvigius (Op. II. p. 374): *si qua pertha* G; *si qua parta* codd. rell.; *partita* L, *parta* O. — *Publio* om. C.

laudem ille Africa oppressa cognomine ipso prae se ferebat, eandem hic sibi ex Asiae nomine assumpsit. 32. Quo quidem in bello virtus enituit egregia M. Catonis, proavi tui: quo ille, cum esset, ut ego mihi statuo, talis, qualem te esse video, numquam [cum Scipione] esset profectus, si cum mulierculis bellandum arbitraretur. Neque vero cum P. Africano senatus egisset, ut legatus fratri proficisceretur, cum ipse paulo ante Hannibale ex Italia expulso, ex Africa eiecto, Karthagine oppressa maximis periculis rem publicam liberasset, nisi illud grave bellum et vehemens putaretur. XV. Atqui si diligenter, quid Mithridates potuerit et quid effecerit et qui vir fuerit, consideraris, omnibus regibus, quibuscum populus Romanus bellum gessit, hunc [regem] nimirum antepones: quem L. Sulla, maximo et fortissimo exercitu, pugnax et acer et non rudis imperator, ut aliud nihil dicam, cum bello invectum totam in Asiam, cum pace dimisit: quem L. Murena, pater huiusce, vehementissime vigilantissimeque vexatum, repressum magna ex parte, non oppressum reliquit: qui rex sibi aliquot annis sumptis ad confirmandas rationes et copias belli tantum spe conatuque valuit, ut se Oceanum cum Ponto, Sertorii copias cum suis coniuncturum putaret. 33. Ad quod bellum duobus consulibus ita missis, ut alter Mithridatem persequeretur, alter Bithyniam tueretur, alterius res et terra et mari calamitosae vehementer et opes regis et nomen auxerunt; L. Luculli vero res tantae exstiterunt, ut neque maius bellum commemorari possit neque maiore consilio et virtute gestum. Nam cum totius impetus belli ad Cyzicenorum moenia constitisset, eamque urbem sibi Mithridates Asiae ianuam fore putasset, qua effracta et revulsa tota pateret provincia:

---

2. *adsumpsit* G. — 3. *cum isset* M. — *egomet* L coni. — 4. *statuo* M: *statuam* codd. rell., etiam Lagg. omnes. — *esse* om. G. — *cum Scipione* pro gloss. habet Ernestius, cum M. Cato cum M'. Glabrione ad illud bellum profectus sit et iam ante quam Scipio ex Asia decessisset (Liv. XXXVII. 57) Romam redierit. Contra Klotzius in ed. 2. ex sua coni. *cum Glabrione* scripsit. Falso Moebius *cum Scipione* idem esse quod *pariter atque Scipio* contendit; potius si vera sit lectio librorum, error historicus oratori imputandus est. — 5. *profectum cum* (om. *si*) G. — *bellandum* codd.: *bellandum esse* L O. — 6. *ipso* G χ. — 7. *carthagine* E M, *cartagine* G. — 8. *liberavisset* E. — 10. *et quid egerit* Franc. — *regibus quibuscum* M v, 4 Lagg.: *quibus regibus cum* G, *quibuscum regibus* E χ et rell. Lagg. — 11. *regem* om. G. — *nimium* T, ut volebat Gulielmius. — 12. *silla* G, *sylla* E M v. — *atque fort.* G. — *pugnax et acer et* Niebuhrius (cf. de Rep. fragm. lib. V: *Marcellus ut acer et pugnax*, *Maximus ut consideratus et lentus*): *pugna exetaceret* M, Par. 4, St. Vict.; *pugna exacceraret* E ψ et 4 Lagg., 2 Parr., cod. Vatic. 1742; *pugna exacetaret* C S; *pugna certe* Lag. 9; codd. reliqui habent: *pugna excitaret* vel *excitarit* vel *exercitaret*; *pugna excitatum* L O cum Pal. 1 et Par. 7. — 13. *cum bellum invectum totam* codices, nisi quod 4 Oxonn. *bello* habere dicuntur; *eum bello invectum totam* L O; *bello invectum totam* Ern.; *cum bellum invexisset totum* Niebuhrius (*Opusc. hist. et philol.* II. p. 217 sqq.). — 15. *ex magna parte* v. — 16. *qui rex* M: *quid rex* E G, 5 Oxx.; *quod rex* v. — *ipse sibi* v. — 17. *nationes* ψ v. — *tantum spe conatuque* Klotzius: *tantum ipse conatuque* E M, 3 Parr., 4 Oxx.; *tantum ipse conatu* G ψ, *tantum ipse opibus conatuque* L O v. — *valuit* mei, 3 Parr., 5 Oxx.: *invaluit* L O incerta auctoritate. — 18. *sertori copiam* G. — 19. *Mithridatem* M: *Mithridate non* G et Par. 4 (i. e. *Mithridate ñ* pro *Mithridaten*); *Mithridatem non* E, 2 Parr., 5 Oxx., v. — 20. *prosequeretur* G T v. — 21. *calamitose* M v. — *et opes*] *ut opes* G. — *et* om. G. — 22. *res vero* E. — *extiterunt* mei. — *posset* E G. — 23. *maiori* v. — 24. *cizicenorum* M C. — *constitisset* ed. Crat.: *extitisset* E G M, 4 Oxx., 4 Parr., edd. vett. — 25. *putasset* G M v: *putavisset* E L. — *qua effecta a lucullo* mediis om. E. — *pareret* C. — *prov.*] *Asia* H.

perfecta ab Lucullo haec sunt omnia, ut urbs fidelissimorum sociorum defenderetur et omnes copiae regis diuturnitate obsessionis consumerentur. Quid? illam pugnam navalem ad Tenedum, cum contento cursu, acerrimis ducibus, hostium classis Italiam spe atque animis inflata peteret, mediocri certamine et parva dimicatione commissam arbitraris? Mitto proelia, praetereo oppugnationes oppidorum: expulsus regno tandem aliquando tantum tamen consilio atque auctoritate valuit, ut se rege Armeniorum adiuncto novis opibus copiisque renovarit. XVI. Ac si mihi nunc de rebus gestis esset nostri exercitus imperatorisque dicendum, plurima et maxima proelia commemorare possem: sed non id agimus. 34. Hoc dico: si bellum hoc, si hic hostis, si ille rex contemnendus fuisset, neque tanta cura senatus et populus Romanus suscipiendum putasset neque tot annos gessisset neque tanta gloria L. Lucullus; neque vero eius belli conficiendum exitum tanto studio populus Romanus ad Cn. Pompeium detulisset: cuius ex omnibus pugnis, quae sunt innumerabiles, vel acerrima mihi videtur illa, quae cum rege commissa est et summa contentione pugnata. Qua ex pugna cum se ille eripuisset et Bosporum confugisset, quo exercitus adire non posset, etiam in extrema fortuna et fuga nomen tamen retinuit regium. Itaque ipse Pompeius regno possesso, ex omnibus oris atque notis sedibus hoste pulso, tamen tantum in unius anima posuit, ut, cum omnia, quae ille tenuerat, adierat, sperarat, victoria possideret, tamen non ante, quam illum vita expulit, bellum confectum iudicarit. Hunc tu hostem, Cato, contemnis, quocum per tot annos tot proeliis tot imperatores bella gesserunt? cuius expulsi et eiecti vita tanti existimata est, ut morte eius nuntiata tum denique bellum confectum arbitraretur? Hoc igitur in bello L. Murenam, legatum fortissimi animi, summi consilii, maximi laboris cognitum esse defendimus, et hanc eius operam non minus ad consulatum adipiscendum quam hanc nostram forensem industriam dignitatis habuisse.

XVII. 35. «At enim in praeturae petitione prior renuntiatus est Servius.» — Pergitisne vos, tamquam ex syngrapha, agere cum populo,

---

1. *ab Luc.* ed. Asc. 1511: *a Luc.* mei, 4 Oxx. — fortasse: *omnia ita ut.* — *urbes -- defenderentur* T v. — 2. *et* cod. Franc.: *ut* mei, L. — *obsessionis* mei, Lagg. omnes, 5 Oxx., alii plerique: *obsidionis* L v et M sup. lin. a m. sec. Cf. or. de domo c. 3. p. Balbo c. 3. in Pis. c. 17, quos locos Steinm. affert. — 3. *qui illam* G, *quod illam* E. — *ad Tenedum* M: *attenede* E, *attened* G, *attenendum attendis* v, *a tenedo* H ψ. — 6. *praeterea* v. — *expulsis* G χ. — 7. *ut sibi* v. — 8. *renovaret* H, *renovatis* E. — *ac si* E M: *at si* G H T v. — 9. *esset ii nostri* G. — 10. *posse* G, *posset* χ. — 12. *fuit sed neque* G. — *se senatus* G. — 13. *cessisset* M v, 4 Oxx. (*annis desisset* G.) — *L.* om. M T. — 14. *Lucullus* Mommsenius: om. G χ et E, sed hic in lac.; *Luculli* rell. et edd. — *conficiendum exitum* E G, 3 Parr., Pall., 6 Oxx. St. Vict.: *conficiendi exitum* M v, Par. 7; *conficiendi curam* L O. — 15. *contulisset* G. — 16. *vel*] *valde* G. — *cum hoc rege* susp. Niebuhrius in exemplo suo ed. Garat. — 17. *qua ex pugna* om. E C H. — *ille se* v. — 18. *bosphorum* G M. — 19. *et in* C. — *regum* G. — 20. *ipse* G: *ipso* E M C H S χ; *eo ipso* v. — *ex*] *et* M. — *atque* G: *ac* E M v L O. — 21. *propulso* v. — *omnia quae ille* Manutius: *ille omnia quae* E G M v, 5 Oxx. — 22. *tum non* v. — 23. *expulisset* coni. Ernesti. — 24. *tot* ante *imp.* om. G. — 25. *eiecta* G. — *tanti* om. G. — *existimata* (vel *extimata*) mei et 4 Oxx.: *aestimata* L O. — 26. *tum denique* Manutius: *tum* om. mei et 5 Oxx. — *arbitraretur* codices: *arbitraremur* L O, recte, ut vide.ur; nam Verr. V. §. 106. lectio *arbitraretur* falsa est (cf. adn. meam); Priscianus tamen I. p. 370. Kr. locum similem ex Caelio, aequali Ciceronis, attulit. — 28. *non nimis* G. — 29. *quam ad hanc* M. — 32. *exingrafa* G.

ut, quem locum semel honoris cuipiam dederit, eundem in reliquis honoribus debeat? Quod enim fretum, quem Euripum tot motus, tantas, tam varias habere putatis agitationes fluctuum, quantas perturbationes et quantos aestus habet ratio comitiorum? (Dies intermissus aut nox interposita saepe perturbat omnia) et totam opinionem parva non numquam commutat aura rumoris. Saepe etiam sine ulla aperta causa fit aliud atque existimaris, ut non numquam ita factum esse etiam populus admiretur, quasi vero non ipse fecerit. 36. Nihil est incertius vulgo, nihil obscurius voluntate hominum, nihil fallacius ratione tota comitiorum. Quis L. Philippum summo ingenio, opera, gratia, nobilitate, a M. Herennio superari posse arbitratus est? quis Q. Catulum, humanitate, sapientia, integritate antecellentem, a Cn. Mallio? quis M. Scaurum, hominem gravissimum, civem egregium, fortissimum senatorem, a Q. Maximo? Non modo horum nihil ita fore putatum est, sed ne cum esset factum quidem, qua re ita factum esset, intelligi potuit. Nam ut tempestates saepe certo aliquo caeli signo commoventur, saepe improviso nulla ex certa ratione, obscura aliqua ex causa concitantur: sic in hac comitiorum tempestate populari saepe intelligas quo signo commota sit, saepe ita obscura est, ut casu excitata esse videatur. XVIII. 37. Sed tamen, si est reddenda ratio, duae res vehementer in praetura desideratae sunt, quae ambae in consulatu Murenae profuerunt: una, exspectatio muneris, quae et rumore nonnullo et studiis sermonibusque competitorum creverat; altera, quod ii, quos in provincia ac legatione omnis et liberalitatis et virtutis suae testes habuerat, nondum decesserant. Horum utrumque ei fortuna ad consulatus petitionem reservavit. Nam et L. Luculli exercitus, qui ad triumphum convenerat, idem comitiis Lucio Murenae praesto fuit; et munus amplissimum, quod petitio praeturae

---

1. *in reliquis* scripsi: *in* om. codd. O. — 2. *quod fretum -- aura rumoris* affert Quintil. VIII. 6, 49. — *quem* Quintil.: *quod* E M v, 5 Oxx.; *quid* G. (*aut quem* Schol. Lucani V. 235.) — *etripum* G.— 3. *putetis* E C H S ψ; *creditis* Quintil. — *agitationesq.* G χ ψ, Par. 4.— *fluctuum* E G v: *quos fluctus* M. *quot fluctus* Par. 9. Ex his lectt. diversis verisimile fit aliquid turbatum esse in codd. Tullianis et fort. veram esse lectionem, quam servavit Quintilianus: *agitationes commutationes fluctus*. — 4. *intermissus* codd. Tulliani: *intermissus unus* L O et Quintil. — 5. *saepe et perturbat* codd. Quintil. — 6. *commutat* M et Quintil.: *commutata* E G v, 6 Oxonn. — *rumoris* Quintil.: *rumores* E G v, 6 Oxx.; *rumore* M. — *causa aperta* v. — 7. *existimaris* mei, C L, Lag. 9. 10. 20. 25. 26. 65: *existimamus* codd. rell. et O. — *ut* om. χ et 6 Lagg. — 8. *quasi -- fecerit* om. M. — 10. *opibus* ex Hotomani coni. L. — 11. *quisque* E C H S. — 12. *Cn.*] *non* G. — *Mallio* E G M C ψ, Par. 4: *manilio* T χ v, *Manlio* alii, L. Cf. Steinmetzium. — 13. *ac quinto* G. — 15. *Nam ut -- excitata videatur* affert Quintil. VIII. 3, 80. — 16. *caeli* om. χ. — *improvisae* aliquot codd. Quint. — 17. *ratione sed obscura* v. — *concitantur* G M T χ v, Lag. 9 et 5 alii, codd. Quintil.: *excitantur* E L. — *sic haec com. tempestas popularis* sine causa coni. Lamb. — 19. *obscura inest* G; *eius obscura causa est* coni. Lamb. — *ut sine causa excita videatur* codd. plerique Quintiliani. — 20. *in praet. vehementer* v. — 21. *ambo* χ. — *in*] *et* G. — *in consulatu* Lag. 9: *in consulatu tum, in consulatum, in consulatum tum* (*tamen* Par. 7) codd. rell. Tulliani, unde coniecit Orellius: *in consulatu multum*. — 22. *et*] *ex* M v χ. — *timore* ψ. — *sermonibus* G. — 23. *creverat*] *increbuerat* nescio qui apud Lamb. — *altera* M v: om. E G et 4 Oxx. — *quia ii* M. — *in provinciam* E G. — *et* G. — *omni* G, Par. 4, St. Vict. — 24. *testis* E G M, 4 Oxx. — *discesserant* G. Est deinde in omnibus Lagom. (praeter 9 et 24) et in 6 Oxx. glossema: *exercitum Luculli significat*, et simile in v et G, qui habet: *exercitum luculli set horum*; carent E M eo additamento. — 26. *comitiis* Hotomanus: *comes* codd. — *Lucio* Garatoni: *L. (Lucii)* vulgo. — 27. *amplissimi* G. — *praet. petitio* v.

desiderabat, praetura restituit. 38. Num tibi haec parva videntur adiumenta et subsidia consulatus? Voluntas militum? quae cum per se valet multitudine, cum apud suos gratia, tum vero in consule declarando multum etiam apud universum populum Romanum auctoritatis habet suffragatio militaris; imperatores enim comitiis consularibus, non verborum interpretes deliguntur. Quare gravis est illa oratio: «Me saucium recreavit: me praeda donavit: hoc duce castra cepimus, signa contulimus: numquam iste plus militi laboris imposuit, quam sibi sumpsit ipse, cum fortis, tum etiam felix.» Hoc quanti putas esse ad famam hominum ac voluntatem? Etenim si tanta illis comitiis religio est, ut adhuc semper omen valuerit praerogativum, quid mirum est in hoc felicitatis famam sermonemque valuisse?

XIX. Sed si haec leviora ducis, quae sunt gravissima, et hanc urbanam suffragationem militari anteponis, noli ludorum huius elegantiam et scaenae magnificentiam valde contemnere, quae huic admodum profuerunt. Nam quid ego dicam populum ac vulgus imperitorum ludis magno opere delectari? Minus est mirandum; quamquam huic causae id satis est; sunt enim populi ac multitudinis comitia. Quare si populo ludorum magnificentia voluptati est, non est mirandum eam L. Murenae apud populum profuisse. 39. Sed si nosmet ipsi, qui et ab delectatione omni negotiis impedimur et in ipsa occupatione delectationes alias multas habere possumus, ludis tamen oblectamur et ducimur, quid tu admirere de multitudine indocta? 40. L. Otho, vir fortis, meus necessarius, equestri ordini restituit non solum dignitatem, sed etiam voluptatem. Itaque lex haec, quae ad ludos pertinet, est omnium gratissima, quod honestissimo ordini cum splendore fructus quoque iucunditatis est restitutus. Quare delectant homines, mihi crede, ludi, etiam illos, qui dissimulant, non solum eos, qui fatentur: quod ego in mea petitione sensi; nam nos quoque habuimus scaenam competitricem. Quod si ego, qui trinos ludos aedilis feceram, tamen Antonii ludis commovebar, tibi, qui casu nullos feceras, nihil huius istam ipsam, quam irrides, argenteam scaenam adversatam putas? 41. Sed haec sane sint paria omnia:

1. *desiderarat* Ern. susp. — 3. *cum apud* E G χ L, Par. 1. 8. 9 (*aput* G): *tum apud* M O v. — 4. *Romanum* om. χ. — *habet suffragatio* codd.: *habet? Suffragatio* L O. Cf. Madvig. ad *Cic. de Finn.* p. 809. — 5. *non*] *in* G, om. E C. — 6. *diliguntur* G, M m. pr., v. — *est illa*] *illius* v. — 7. *recitavit* ψ. — 8. *plus iste* v. — *militis* T. — *lab. imposuit* om. H. — *sumpsit. ipse* E M S χ L. — 9. *cum* E M: *tum* G T χ v. — 10. *comitis* G. — *adhuc super omne praevaleat* v. — 11. *omen*] *honori* E. — *valuerit* om. χ. — *praerogantium* M m. pr. — *quod* G. — *est* om. v. — 12. *sermonisque voluisse* G. — 15. *scaenae* v: *scenae* E G M O (et sic infra). — 16. *aut volgus* E. — *vulgus imperitum* susp. Ern.; at v. de Orat. III. §. 195. de Deor. Nat. I. §. 101. — 17. *minus*] *nimis* G. Immerito hoc colon «*minus est mirandum*» post Beckium Schützio suspectum fuit. — *quanque causae* v. — 18. *id* om. G. — 19. *eam*] *causam* χ. — 20. *ab delect.* E G aliique: *a delect.* M; *ab* om. T χ v; *ab oblectatione* Lag. 10. 13 et χ (χ sine *ab*), fort. recte. — 21. *omni*] *communi* susp. Benecke. — 22. *possimus* H S χ. — *et ducimur* M sup. lin. habet. — *admirare* mei, C ψ, Lag. 9. 20. 25. 26. 65. — 23. *de mult. ind.*] *multitudinem indoctam* coni. Lamb.; at v. Madv. ad *Cic. de Finn.* p. 10. — 24. *ordine* G. — *constituit* χ. — 25. *et o. gravissima est* ψ. — 27. *et illos* v, *etiam eos* L. — 29. *si* om. G. — 30. *ternos* v. — *antoni* G. — 31. *nullus* G. — *nihil*] *non* M. — *inrides* G. — 32. *putes* T v. — *sunt* χ v.

(sit par forensis opera militari, militaris suffragatio urbanae) sit idem magnificentissimos et nullos umquam fecisse ludos: quid? in ipsa praetura nihilne existimas inter tuam et huius sortem interfuisse? XX. Huius sors ea fuit, quam omnes tui necessarii tibi optabamus, iuris dicundi: (in qua gloriam conciliat magnitudo negotii, gratiam aequitatis largitio) qua in sorte sapiens praetor, qualis hic fuit, offensionem vitat aequabilitate decernendi, benevolentiam adiungit lenitate audiendi: egregia et ad consulatum apta provincia, in qua laus aequitatis, integritatis, facilitatis ad extremum ludorum voluptate concluditur. 42. Quid tua sors? tristis, atrox: quaestio peculatus, ex altera parte lacrimarum et squaloris, ex altera plena catenarum atque indicum. Cogendi iudices inviti, retinendi contra voluntatem: scriba damnatus, ordo totus alienus: (Sullana gratificatio reprehensa, multi viri fortes et prope pars civitatis offensa est) lites severe aestimatae: cui placet obliviscitur, cui dolet meminit. Postremo tu in provinciam ire noluisti. Non possum id in te reprehendere, quod in me ipso et praetore et consule probavi. Sed tamen L. Murenae provincia multas bonas gratias cum optima existimatione attulit. Habuit proficiscens dilectum in Umbria: dedit ei facultatem res publica liberalitatis, qua usus multas sibi tribus, quae municipiis Umbriae conficiuntur, adiunxit. Ipsa autem in Gallia, ut nostri homines desperatas iam pecunias exigerent, aequitate diligentiaque perfecit. Tu interea Romae scilicet amicis praesto fuisti. Fateor; sed tamen illud cogita, nonnullorum amicorum studia minui solere in eos, a quibus provincias contemni intelligunt.

XXI. 43. Et quoniam ostendi, iudices, parem dignitatem ad consulatus petitionem, disparem fortunam provincialium negotiorum in Murena atque in Sulpicio fuisse, dicam iam apertius, in quo meus necessarius fuerit inferior Servius, et ea dicam vobis audientibus, amisso iam tempore, quae ipsi soli re integra saepe dixi. Petere consulatum nescire te, Servi, persaepe tibi dixi; et in iis rebus ipsis, quas te magno

---

1. *militari*, *militaris* nos: *militaris* E G C H T ψ v; *militari* M; *militari, sit par militari* cum ed. Hervagiana L O. — *suffratio* G; *suffragationi* L. — *urbane* G; *urbana* E M v L O. — 2. *idem et magn.* v. — *quod* v. — 3. *huius* mei, C T L: *istius* O. — 5. *dicendi* v. — *conciliat* ed. Asc. 1541: *conciliatam* E G M, 5 Oxx.; *conciliarat* v. — 6. *quam in* E H T, *quam* sine *in* M ψ v. — *forte* ψ v. — *offensionem vitat* ed. Crat. et G, ut videtur: *offensione vitata* E M v, 5 Oxx., Lagg. — 7. *aequabilitate* mei: *aequalitate* codd. alii. — *benivolentiam* mei et Lagg. praeter 1 et 26. — *egregia*] *et grecia* G. Editiones recentiores post *audiendi* punctum habent. — 8. *integritatis* om. G, *integritatis benignitatis* v. — 9. *Quid? tua sors tristis* distinxit Schützius. — 10. *parte plena lacrim.* ψ. — 11. *squaloris plena, ex altera catenarum* coni. Matthiae. — *iudicum* M χ v. — 12. *damn. est* v. — 13. *sillana* G, *syllana* E M v. — *repreh. est* G. — *prope*] *proba* Kritz ad *Sall. fragm.* p. 167. — 14. *est* om. L. — 15. *tu* om. χ, *cum* v. — *provincia* E G C. — *uoluisti* E ψ v. — 16. *et praetore et consule* Steinmetz: *et presente et consule* E; *et pre* (i. e. *praetore*) *s consule* Par. 4, St. Vict., duo Pall.; *et praes. consule* G M, *proconsule* v; *et praetor et consul* ed. Asc. 1541, L O. Habent codd. rell. plerique *consule* aut corrupte *consulte* vel *consulto*; verba autem *praetore et* in omnibus varie sunt vitiata. — 17. *cum*] *cui* G. — 18. *dilectum* E G M C: *delectum* O v. — *in umbra* G ψ v. — 19. *libertatis* E, 4 Oxx. — *multa* G. — *quae in* H, *quod* χ. — *municipis* χ. — 20. *ipsa* Ernesti: *ipse* codd., quorum lectionem defendit Stuerenburg ad or. Arch. §. 11. — *autem* om. G. — 22. *fatear* G. — 23. *cogito* G. — 24. *intelligunt* G M v χ, Par. 4. 9: *intelligant* E L O. — 28. *fuerit necess.* E. — *inferior* om. G. — *servio* v. — 29. *quo* v. — 30. *tibi* om. M χ ψ. — *et in hiis* E, *et in his* v, *et his* M, *ut in hiis* G. — *maximo* χ.

et forti animo et agere et dicere videbam, tibi solitus sum dicere, magis te fortem senatorem mihi videri quam sapientem candidatum. Primum accusandi terrores et minae, quibus tu quotidie uti solebas, sunt fortis viri, sed et populi opinionem a spe adipiscendi avertunt et amicorum studia debilitant. Nescio quo pacto semper hoc fit, neque in uno aut altero animadversum est, sed iam in pluribus: simul atque candidatus accusationem meditari visus est, ut honorem desperasse videatur. 44. Quid? ergo acceptam iniuriam persequi non placet? Immo vehementer placet, sed aliud tempus est petendi, aliud persequendi. Petitorem ego, praesertim consulatus, magna spe, magno animo, magnis copiis et in forum et in campum deduci volo: non placet mihi inquisitio candidati, praenuntia repulsae, non testium potius quam suffragatorum comparatio, non minae magis quam blanditiae, non declamatio potius quam persalutatio, praesertim cum iam hoc novo more omnes fere domos omnium concursent et ex vultu candidatorum coniecturam faciant, quantum quisque animi et facultatis habere videatur. 45. «Videsne tu illum tristem? demissum? iacet, diffidit, abiecit hastas.» Serpit hic rumor: «Scis tu illum accusationem cogitare, inquirere in competitores, testes quaerere? alium faciam, quoniam sibi hic ipse desperat.» Eius modi candidatorum amici intimi debilitantur, studia deponunt; aut totam rem abiiciunt, aut suam operam et gratiam iudicio et accusationi reservant. XXII. Accedit eodem ut etiam ipse candidatus totum animum atque omnem curam, operam diligentiamque suam in petitione non possit ponere. Adiungitur enim accusationis cogitatio, non parva res, sed nimirum omnium maxima. Magnum est enim te comparare ea, quibus possis hominem e civitate, praesertim non inopem neque infirmum, exturbare; qui et per se et per suos, et vero etiam per alienos defendatur. Omnes enim ad pericula propulsanda concurrimus, et qui non aperte inimici sumus, etiam alienissimis in capitis periculis amicissimorum officia et studia praestamus. 46. Quare ego expertus et petendi et defendendi et accusandi molestiam sic intellexi, in petendo studium esse acerrimum, in defendendo officium, in accusando laborem. Itaque sic statuo, fieri nullo modo posse ut idem accusationem et petitionem consulatus diligenter adornet atque instruat. Unum sustinere pauci possunt, utrumque nemo. Tu, cum te de curriculo petitionis deflexisses animumque ad accusandum transtulisses, existimasti te utrique negotio satis facere

---

1. *animo agere* v. — 3. *cotidie* G. — 5. *aut in altero* C, *neque in altero* χ. — 6. *est* om. χ. — 8. *Quid? ergo acceptam* Lambinus distinxit: *Quid ergo? acceptam* O. (*quod ergo acc.* E.) — *accepta iniuria* H. — 9. *est petendi aliud* om. G. — 12. *pronuntia* E, *prouintiae* v. — 13. *magis*] *potius* cod. Franc. — *salutatio* E T L v. — 14. *hoc iam* G. — 15. *quis* G. — 16. *vides* χ. — *tristem illum* v. — 17. *dimissum* G. — *diffidit*] *desidet* v. — *nescis* coni. Lamb. — 18. *illam* T. — *adcusatorem* E. — *testis* E G M C H S. — 19. *quoniam*] *quem* v. — *desperet* G. — 20. *studium* E ψ. — *aut totam* Lambinus (secutus est Klotzius in ed. II, cum in priore *ante istam* coniecisset): *aut testam* E C S χ, Par. 4, 2 Pall., St. Vict.; *autestam* Par. 8; *aut testem* G; *aut testatam* Par. 7, Pal. 1, Franc., O v; *aut certam* M et Par. 9; *aut exteram* T; *aut desperatam* Ernesti; ipse tentavi: *ut desertam rem abiiciunt*. — 21. *gratiam et operam* v. — *aut gratiam* L. — 22. *eodem tempore ut eam ipse* v. — *atque omnem* om. G. — 25. *enim est* G. — 26. *nec* v, *atque* E ψ. — *infimum* v. — 27. *vero* om. v. — 28. *cucurrimus* G. — *aperti* G. — 33. *consulatus et petitionem* M. — 34. *instruet* G. — 35. *de te* χ. — 36. *extimasti* G.

posse? Vehementer errasti. Quis enim dies fuit, posteaquam in istam accusandi denuntiationem ingressus es, quem tu non totum in ista ratione consumpseris? XXIII. Legem ambitus flagitasti, quae tibi non deerat; erat enim severissime scripta Calpurnia: gestus est mos et voluntati et dignitati tuae. Sed tota illa lèx accusationem tuam, si haberes nocentem reum, fortasse armasset: petitioni vero refragata est. 47. Poena gravior in plebem tua voce efflagitata est; commoti animi tenuiorum: exilium in nostrum ordinem; concessit senatus postulationi tuae, sed non libenter duriorem fortunae communi conditionem te auctore constituit. Morbi excusationi poena addita est: voluntas offensa multorum, quibus aut contra valetudinis commodum laborandum est aut incommodo morbi etiam ceteri vitae fructus relinquendi. Quid ergo? [haec] quis tulit? Is, qui auctoritati senatus, voluntati tuae paruit; denique is tulit, cui minime proderant. Illa, quae mea summa voluntate senatus frequens repudiavit, mediocriter adversata tibi esse existimas? Confusionem suffragiorum flagitasti, perrogationem legis Maniliae, aequationem gratiae, dignitatis, suffragiorum. Graviter homines honesti atque in suis vicinitatibus et municipiis gratiosi tulerunt, a tali viro esse pugnatum, ut omnes et dignitatis et gratiae gradus tollerentur. Idem editicios iudices esse voluisti, ut odia occulta civium, quae tacitis nunc discordiis continentur, in fortunas optimi cuiusque erumperent. Haec omnia tibi accusandi viam muniebant, adipiscendi obsaepiebant.

48. Atque ex omnibus illa plaga est iniecta petitioni tuae, non tacente me, maxima: de qua ab homine ingeniosissimo et copiosissimo, Hortensio, multa gravissime dicta sunt. Quo etiam mihi durior locus est dicendi datus, ut, cum ante me et ille dixisset et vir summa dignitate et diligentia et facultate dicendi, M. Crassus, ego in extremo non partem aliquam agerem causae, sed de tota re dicerem, quod mihi videretur. Itaque in isdem rebus fere versor et, quoad possum, iudices, occurro vestrae satietati. XXIV. Sed tamen, Servi, quam te securim putas iniecisse petitioni tuae, cum populum Romanum in eum metum adduxisti, ut pertimesceret ne consul Catilina fieret, dum tu accusationem

---

1. *posse* om. χ. — *quis*] *quot* G. — *in istam*] *in* om. C, *tu istam* Matthiae. — 3. *agitasti* χ. — *non tibi* G. — 4. *diligentissime scripta* Aquila Romanus §. 27. — *et vol. tuae et dign. tuae* v. — 6. *vero*] *non* T. — 7. *animi sunt tenuiorum* L. — 8. *exilium* mei: *exsilium* O. — 11. *aut*] *autem* χ. — *valitudinis* mei. — 12. *etiam exteri* χ. — *quod ergo* E. — *haec* om. G. — *tulit is qui*] *colitisque* G. — 13. *cui* M: *cum* E G S T χ v. — 14. *proderant* om. T, *prodiderant* v; *proderat* Ern. susp.; fort. *qui minime probarat*. — *Illa*] «Legendum *quid? illa*, ut habent nonnulli libri etiam impressi.» Lamb. — *mea*] *mea est* G. — *repudiorum flagitasti* mediis omissis E. — 15. *tibi advers.* v. — 16. *perrogationem* Mommsenius: *prerogationem* E G M, 5 Pall., St. Vict.; *prorogationem* v. — *manile* G, *matuliae* χ, *Mamiliae* L. At v. Th. Mommsen *de collegiis et sodal. Rom.* p. 48 not. 28 et Drumanni *hist. Rom.* V. p. 447 not. 62. — 17. *vicinitatibus* G et St. Vict.: *civitatibus* v et codd. rell. noti. — *et*] *et in* G C. — 18. *municipis* G. — 19. *idem* M v: *eidem* E G et 5 Oxx. — *eiditicios* G, *editiosos* v. — 20. *occulta* om. G, *occultata* v. — 21. *cuiusque*] *ciuis* ψ v. — 22. *minuebant* v. — 24. *maxime* G. — 26. *datus* om. χ. — *me ut ille* G. — 29. *hisdem* G M v. — *quoad* E H L: *quod* G M v. — 30. *satietati* G (sed *sacietati*), ut Hotomanus coniecerat: *sapietati* Par. 4, *pietati* Par. 1, *sapientiae* E M v et rell. — *sed tamen* E: *sed tam* M, *sed tu* v, *certamen* G. — *quem te securum* v. — 31. *tuae* om. ψ. — *cum* G M v χ: *cum tu* E O.

comparares deposita atque abiecta petitione? 49. Etenim te inquirere videbant, tristem ipsum, maestos amicos; observationes, testificationes, seductiones testium, secessionem subscriptorum animadvertebant, quibus rebus certe ipsi † candidatorum vultus obscurior ei videri solet: Catilinam interea alacrem atque laetum, stipatum choro iuventutis, vallatum indicibus atque sicariis, inflatum cum spe militum tum collegae mei, quem ad modum dicebat ipse, promissis, circumfluentem colonorum Arretinorum et Faesulanorum exercitu, quam turbam dissimillimo ex genere distinguebant homines perculsi Sullani temporis calamitate. Vultus erat ipsius plenus furoris, oculi sceleris, sermo arrogantiae, sic ut ei iam exploratus et domi conditus consulatus videretur. Murenam contemnebat; Sulpicium accusatorem suum numerabat, non competitorem; ei vim denuntiabat, rei publicae minabatur. XXV. 50. Quibus rebus qui timor bonis omnibus iniectus sit quantaque desperatio rei publicae, si ille factus esset, nolite a me commoneri velle: vosmet ipsi vobiscum recordamini. Meministis enim, cum illius nefarii gladiatoris voces percrebruissent, quas habuisse in contione domestica dicebatur, cum miserorum fidelem defensorem negasset inveniri posse, nisi eum, qui ipse miser esset: integrorum et fortunatorum promissis saucios et miseros credere non oportere: quare qui consumpta replere, erepta recuperare vellent, spectarent quid ipse deberet, quid possideret: quid auderet: minime timidum et valde calamitosum esse oportere eum, qui esset futurus dux et signifer calamitosorum: 51. tum igitur, his rebus auditis, meministis fieri senatus consultum referente me, ne postero die comitia haberentur, ut de his rebus in senatu agere possemus. Itaque postridie frequenti senatu Catilinam excitavi, atque eum de iis rebus iussi, si quid vellet, quae ad me allatae essent, dicere. Atque ille, ut semper fuit apertissimus, non se purgavit, sed indicavit atque induit. Tum enim dixit duo corpora esse rei publicae, unum debile infirmo capite, alterum firmum sine capite: huic, si ita de se meritum esset, caput se vivo

---

1. *comparas* Lamb. susp. — *te pro lile inquirere testes videbant* v. — 3. *secessus* T, *successiones* v. — 4. *vultus* v: om. E G M, 6 Oxx. — *obscurior ei videri solet* E G C H S χ ψ (sed G *uidere*, χ *solent*): *obscuriores videri solent* M T; *vultus obscuriores videri solent* v L O. At hanc vulgatam lectionem foedam interpolationem esse comprobavit Madvigius in Opusc. II. p. 373. Klotzius scripsit in ed. altera: *quibus rebus esse ipsi candidato obscurior spes videri solet.* Ego tentavi: *quibus rebus certe ipsi candidato rationem suffragiorum obscuriorem videri liquet.* — 5. *alacrem*] *autem* G. — 6. *indicibus* E G M: *iudicibus* T v, *audacibus* L. — *cum* mei: *eum* χ, *tum* Schütz. et Matth. — *tum* G v: om. M m. pr., E C S T ψ. — 7. *ipsis* ψ. — 8. *Faesulanorum* G: *Fesulanorum* E M O v. — *exercitum* E M χ. — 9. *perculsi* E C L v, Par. 7, Franc.: *percussi* G M, 3 Parr., rell. codd. noti. Conf. Ellendt. ad *Cic. de orat.* Vol. II. p. 314. — 10. *erat ipsi* χ, *ipsius erat* E v. — *oculus* E C H S. — *sermo* om. M. — *arrogantiam* M. — *ut etiam* χ. — 11. *explor. iam* v. — 12. *munerabat* G v, *enumerabat* E. — 14. *timor*] *tibi* G. — 15. *vos vobiscum metipsi* v. — 16. *percrebruissent* Franc. et L: *percrebuissent* mei, C H S T O. — 17. *contione* E M v: *concione* O. — *dicebatur* om. G. — 20. *credi* χ. — *qui sumpta* E. — *reciperare* M C. — 21. *quid ipsi deberet* G, om. Par. 4. — 22. *timendum* χ v et E m. pr. — *et* om. G. — 23. *calamitosorum. Tum* edd. Interpunctionem correxit Frid. Car. Wolffius in interpretatione Germanica, cuius v. adnot. p. 131. — *tum hiis ergo hiis rebus audistis* G. — *iis* E. — 24. *postera* χ, *postremo* E. — 25. *hiis* E. — *rebus* om. G. — *agere -- senatu* om. E. — *die posteri* G. — 26. *de iis* E: *de his* G M L O v. — 27. *quae a me* E χ. — 28. *sed indicavit* om. E. — *induit* E G M: *innuit* v, *imminuit* T. — 29. *firmo cap.* Manutii susp. — *alt. firmum sine cap.* om. G. — *alt. infirmum* v. — 30. *si* E G v, 5 Oxx. et Lagg. omnes: *cum* M L O. — *ita* M m. sec. sup. lin.

non defuturum. Congemuit senatus frequens, neque tamen satis severe pro rei indignitate decrevit: nam partim ideo fortes in decernendo non erant, quia nihil timebant, partim, quia timebant. Atque erupit e senatu triumphans gaudio, quem omnino vivum illinc exire non oportuerat: praesertim cum ille idem in eodem ordine paucis diebus ante Catoni, fortissimo viro, iudicium minitanti ac denuntianti, respondisset, si quod esset in suas fortunas incendium excitatum, id se non aqua, sed ruina restincturum. XXVI. 52. His tum rebus commotus, et quod homines iam tum coniuratos cum gladiis in campum deduci a Catilina sciebam, descendi in campum cum firmissimo praesidio fortissimorum virorum et cum illa lata insignique lorica, non quae me tegeret — etenim sciebam Catilinam non latus aut ventrem, sed caput et collum solere petere —, verum ut omnes boni animadverterent et, cum in metu et periculo consulem viderent, id quod factum est, ad opem praesidiumque concurrerent. Itaque cum te, Servi, remissiorem in petendo putarent, Catilinam et spe et cupiditate inflammatum viderent, omnes, qui illam ab re publica pestem depellere cupiebant, ad Murenam se statim contulerunt. 53. Magna est autem comitiis consularibus repentina voluntatum inclinatio, praesertim cum incubuit ad virum bonum et multis aliis adiumentis petitionis ornatum. Qui cum honestissimo patre atque maioribus, modestissima adolescentia, clarissima legatione, praetura probata in iure, grata in munere, ornata in provincia, petisset diligenter et ita petisset, ut neque minanti cederet neque cuiquam minaretur: huic mirandum est magno adiumento Catilinae subitam spem consulatus adipiscendi fuisse?

54. Nunc mihi tertius ille locus reliquus est orationis de ambitus criminibus, perpurgatus ab iis, qui ante me dixerunt, a me, quoniam ita Murena voluit, retractandus: quo in loco P. Postumio, familiari meo, ornatissimo viro, de divisorum indiciis et de deprehensis pecuniis, adolescenti ingenioso et bono, Servio Sulpicio, de equitum centuriis, M. Catoni, homini in omni virtute excellenti, de ipsius accusatione, de senatus consulto, de re publica respondebo. XXVII. 55. Sed pauca, quae meum animum repente moverunt, prius de L. Murenae fortuna conquerar. Nam cum saepe antea, iudices, et ex aliorum miseriis et ex meis curis laboribusque quotidianis fortunatos eos homines iudicarem, qui remoti a studiis ambitionis otium ac tranquillitatem vitae secuti

---

1. *non futuro* G. — 3. *atque* Mommsenius: *que* G, *qui* E; *tum* v M L O. — *ex sen.* v, *a sen.* G. — 4. *vivom* M C, *unum* G. — 5. *ille idem* E G v: *idem ille* M L O. — 6. *si*] *et si* E G C v ψ. — 8. *extincturum* χ. — *his tamen* v. — *homines* om. χ. — 9. *deduci* -- *in campum* om. G. — 10. *fortissimo* E. — *praesidio*] *.P. R.* G. — *virorum fort.* v. — *et* om. χ. — 12. *non latus*] *uero latus* G. — 13. *verum etiam ut* G. — 14. *factum est* G: *est f.* E M v L O. — *praesidiumque* E G M χ ψ, 4 Parr.: *praesidiumque meum* v L O. — 16. *inflatum* nescio qui apud Lamb. — *a re .p.*E. — 18. *et repentina* L. — 19. *praesertim* -- *bonum* affert Arusianus Mess. p. 235 L. — 23. *minatim* G. — 25. *locus reliquus est* scripsi: *locus relictus est* G; *locus est relictus* E v, 6 Oxx., M m. sec.; *locus est* M m. pr. L O. De confusione vv. *reliquus* et *relictus* v. var. ad or. p. Rosc. Com. §. 45. — 26. *propurgatus* G, *repugnatus* T. — *ab his* mei. — 27. *P.* addidi. — *Postumio* ed. Asc.: *postumo* G M χ ψ v, Lagg. omnes, et sic infra §. 56 et 57; *postremo* E. — 28. *de diversorum* v. — *iudiciis* 4 Oxx. et v, *iudicis* G. — *reprehensis* 4 Oxx., 2 Parr. — 30. *homini* om. v. — *in omni* om. ψ; *omnino* E C. — 32. *priusquam de* M H. — 33. *iudices ex* χ. — 34. *cotid.* G. — *eos* om. v. — 35. *remote* ψ. — *vitae* E G: om. v, *ante* M m. pr.

sunt: tum vero in his L. Murenae tantis tamque improvisis periculis ita sum animo affectus, ut non queam satis neque communem omnium nostrum conditionem neque huius eventum fortunamque miserari: qui primum, dum ex honoribus continuis familiae maiorumque suorum unum ascendere gradum dignitatis conatus est, venit in periculum ne et ea, quae relicta, et haec, quae ab ipso parta sunt, amittat; deinde propter studium novae laudis etiam in veteris fortunae discrimen adducitur. 56. Quae cum sint gravia, iudices, tum illud acerbissimum est, quod habet eos accusatores, non qui odio inimicitiarum ad accusandum, sed qui studio accusandi ad inimicitias descenderint. Nam ut omittam Servium Sulpicium, quem intelligo non iniuria L. Murenae, sed honoris contentione permotum, accusat P. Postumius, paternus amicus, vetus, ut ait ipse, vicinus ac necessarius, qui necessitudinis causas complures protulit, simultatis nullam commemorare potuit: accusat Servius Sulpicius, sodalis filii, cuius ingenio paterni omnes necessarii munitiores esse debebant: accusat M. Cato, qui quamquam a Murena nulla re umquam alienus fuit, tamen ea conditione [nobis] erat in hac civitate natus, ut eius opes atque ingenium praesidio multis etiam alienis, exitio vix cuiquam inimico esse deberent. 57. Respondebo igitur Postumio primum, qui nescio quo pacto mihi videtur praetorius candidatus in consularem, quasi desultorius in quadrigarum curriculum, incurrere. Cuius competitores si nihil deliquerunt, dignitati eorum concessit, cum petere destitit: sin autem eorum aliquis largitus est, expetendus amicus est, qui alienam potius iniuriam quam suam persequatur.

De postvmii criminibvs. De servii adolescentis.

---

1. *tantisque provisis* G. — *ita sumam huius adfectum ut* G. — 2. *neque - - conditionem* om. G. — 3. *misereri* v. — 4. *dum*] *quoniam* L. — *unum*] *ultimum* Mommsenius. — 5. *est* om. E. — 6. *parta* Lag. 65., ut videtur, et L: *parata* mei, Parr., Lagg. reliqui; sed Par. 4. *pata* (sic?) teste Steinm. — 7. *novae legis etiam veteris* G. — 8. *sint* G χ v: *sunt* E M L. De Parr. tacet Steinmetz, qui habet *sunt*. — *tamen illud* v. — 10. *descenderint* L: *descenderunt* T v, Par. 7; *descenderent* codd. rell. noti. — *servum sulpici* G. — 12. *commotum* χ. — *amicus*, *P. Postumius*] *amicus tum postumus* E G M, 5 Oxx., item T, sed hic nomine proprio omisso; (*accusat paternus postumus amicus tum vetus* v;) *amicus*, *Cn. Postumius*, edd., ut primum in Ascensiana a. 1511 inveni. At cum neque hic ullus codex praenomen *Cn.* habeat, neque §§. 54. 57. 69., potius *P.* addendum putavi. Num *tum*, quod codd. habent, ex *P.* depravatum sit dubito; potius maius vulnus videtur latere, cum concinnitas oratoria suadeat ut sic locus scribatur: *accusat P. Postumius, cum paternus amicus*, *tum vetus* cet., ut est deinde: *accusat Serv. Sulpicius* et *accusat M. Cato*. — 14. *compluris* E G M χ. — 15. *filii* om. G. — 16. *debebant* E G: *debeant* M, *debent* v. — 17. *nobis* v: *nobilis* E G M C H ψ, quae lectio librorum Mommsenio glossa videtur. — 18. *atque ing.* T v: *ut ing.* E M G C H χ; *et ing.* O. Lectio *ut ingenium,* quam Steinmetzius et Klotzius amplexi sunt, propterea non videtur ferri posse, quod meliores libri habent *deberent*, non *deberet*. — *etiam* om. C. — *alienis exitio*] sic M, Lag. 9., Par. 4. 9: *alienis ex mo* G, *alienissimo* E, 6 Lagg. et 3 Oxx., *alienissimis* codd. alii et O v. — 19. *inimico* G M, Lag. 9., Par. 4. 9: *inimicus* E, rell. Lagg., 6 Oxx., v; *inimico exitio* O. (Deest *exitio* in omnibus codd. nisi in iis qui post *alienis* habent.) — *deberent* G M: *deberet* v et codd. qui falsam lectionem *inimicus* habent. — *postumo* mei et Lagg. praeter 1. 3. 7. 8. — 20. *praetoris* E. — 21. *in* post *des.* om. G. — *quadrigarium* cod. Guelf. a m. sec. et Pantagathus. — 25. *DE POSTVMII CRIMINIBVS. DE SERVII ADOLESCENTIS*] sic Lag. 9. 24. 25. 26. 65., Par. 1. 4. (sed omnes *postumi*, et plerique *serui adulesc.*): *depositum criminibus de serui adolescentis* G; *de serui adolescentis hactenus de postumi criminibus* v; verba in E M, ut in aliis codd., omissa sunt et additum in marg. «*deficit*». Sed nihil

XXVIII. 58. Venio nunc ad M. Catonem, quod est firmamentum ac robur totius accusationis: qui tamen ita gravis est accusator et vehemens, ut multo magis eius auctoritatem quam criminationem pertimescam. In quo ego accusatore, iudices, primum [illud] deprecabor, ne quid L. Murenae dignitas illius, ne quid exspectatio tribunatus, ne quid totius vitae splendor et gravitas noceat; denique ne ea soli huic obsint bona M. Catonis, quae ille adeptus est, ut multis prodesse posset. Bis consul fuerat P. Africanus et duos terrores huius imperii, Karthaginem Numantiamque, deleverat, cum accusavit L. Cottam. Erat in eo summa eloquentia, summa fides, summa integritas, auctoritas tanta, quanta in imperio populi Romani, quod illius opera tenebatur. Saepe hoc maiores natu dicere audivi, hanc accusatoris eximiam dignitatem plurimum L. Cottae profuisse. Noluerunt sapientissimi homines, qui tum rem illam iudicabant, ita quemquam cadere in iudicio, ut nimiis adversarii viribus abiectus videretur. 59. Quid? Servium Galbam (nam traditum memoriae est) nonne proavo tuo, fortissimo atque florentissimo viro, M. Catoni, incumbenti ad eius perniciem, populus Romanus eripuit? Semper in hac civitate nimis magnis accusatorum opibus et populus universus et sapientes ac multum in posterum prospicientes iudices restiterunt. Nolo accusator in iudicium potentiam afferat, non vim maiorem aliquam, non auctoritatem excellentem, non nimiam gratiam. Valeant haec omnia ad salutem innocentium, ad opem impotentium, ad auxilium calamitosorum: in periculo vero et in pernicie civium repudientur. 60. Nam si quis hoc forte dicet, Catonem descensurum ad accusandum non fuisse, nisi prius de causa iudicasset, iniquam legem, iudices, et miseram conditionem instituet periculis hominum, si existimabit iudicium accusatoris in reum pro aliquo praeiudicio valere oportere.

XXIX. Ego tuum consilium, Cato, propter singulare animi mei de tua virtute iudicium vituperare non possum; nonnulla forsitan confor-

---

deesse testis est Plinius epist. I. 20., quem locum primus Niebuhrius ad *Cic. Fragm.* p. 40. attulit: *Testes sunt multae multorum orationes et Ciceronis pro Murena, pro Vareno, in quibus brevis et nuda quasi subscriptio quorundam criminum solis titulis indicatur. Ex his apparet illum permulta dixisse, cum ederet omisisse.* (Orelli: *De Cn. Postumii criminibus. De Ser. Sulpicii adolescentis criminibus.*) — 1. *quod est -- accusationis* om. H. — *fundamentum* G et codex Lamb., (St. Vict.?), fort. recte; v. tamen de imp. Cn. Pomp. §. 40. — *et robur* v.— 2. *et vehemens* om. G.— 4. *illud* om. G.— 5. *expect.* mei.— *totius* om. G.— 7. *prodesse multis* v.— *posset* v: *possit* G M L χ (*prodesset* pro *prodesse posset* E C H S ψ, quod recepit Klotzius). — 8. *carthag.* M v, *cartag.* G. — *nemantiam* G.— 9. *in ea* H; *eo* om. G M.— 10. *in imperio* E G M, 5 Parr., 4 Oxx., Lagg. omnes: *in* om. T ψ, *in ipso imperio* Pal. 1, ed. Naug. L O. (*quanta in homine quoquam et in ipso imp.* v.) — 12. *audivi dicere* v. — *eximiam* M m. pr.: *eximiam vim* E G v, Par. 1. 4., 5 Oxx.; *eximiam vim et* M m. sec. Par. 7. 8. 9., H. — *plurimum* E M: *plurimam* G v, Par. 1. 4. — 13. *tum* om. M. — 14. *iudicium* H χ. — *nimis* E H, *unius* M. — *adversari* G. — *viribus* om. E. — 15. *obiectus* C. — *seruius* G. — 16. *est* M: om. E G C H v. — 17. *pop. Rom.*] *pater* G cum lacuna. — 18. *operibus* ψ. — 20. *adferat* G. — 22. *innocentum* Lag. 9. 24. — *ad opem impot.* om. v. — *impotentum* Lag. 3. 7. 8. 9. — 23. *in pernicie vero et in periculo* v. — *vero* om. χ. — 24. *diceret* v. — *disconsurum* M. — *non* om. E. — 25. *iudices legem* v. — 26. *instituit* ψ. — *existimabat* G, *estimabit* E. — 27. *pro* om. E C S ψ. — 28. *tuum*] *enim* v. — *Cato* om. G. — 29. *non possum* M H, Par. 7. 9., ed. Asc. 1511: *non poss.* om. E G v, 3 Parr., 4 Oxx.; *non audeo* ed. Crat., L O. — *nonnulla* E G C S T χ, Pall., St. Vict., Franc.: *nonnullam* v, *nonnulla in re* Par. 9., ed. Asc., O; *nonnulla in te* L; *in re* habet M post *forsitan.* — *conformare* M: *confortare* G, *confirmare* H S T, 3 Parr., *infirmare* v; *conferam re* E, om. ψ.

mare et leviter emendare possim. *Non multa peccas*, inquit ille fortissimo viro senior magister; *sed, si peccas, te regere possum.* At ego verissime dixerim peccare te nihil, neque ulla in re esse huius modi, ut corrigendus potius quam leviter inflectendus esse videare. Finxit enim te ipsa natura ad honestatem, gravitatem, temperantiam, magnitudinem animi, iustitiam, ad omnes denique virtutes magnum hominem et excelsum. Accessit his dotibus doctrina non moderata nec mitis, sed, ut mihi videtur, paulo asperior et durior, quam aut veritas aut natura patitur. 61. Et quoniam non est nobis haec oratio habenda aut in imperita multitudine aut in aliquo conventu agrestium, audacius paulo de studiis humanitatis, quae et mihi et vobis nota et iucunda sunt, disputabo. In M. Catone, iudices, haec bona, quae videmus divina et egregia, ipsius scitote esse propria: quae non numquam requirimus, ea sunt omnia non a natura, verum a magistro. Fuit enim quidam summo ingenio vir, Zeno, cuius inventorum aemuli Stoici nominantur. Huius sententiae sunt et praecepta huius modi: sapientem gratia numquam moveri, numquam cuiusquam delicto ignoscere: neminem misericordem esse nisi stultum et levem: viri non esse neque exorari neque placari: solos sapientes esse, si distortissimi sint, formosos; si mendicissimi, divites; si servitutem serviant, reges: nos autem, qui sapientes non sumus, fugitivos, exules, hostes, insanos denique esse dicunt: omnia peccata esse paria: omne delictum scelus esse nefarium, nec minus delinquere eum, qui gallum gallinaceum, cum opus non fuerit, quam eum, qui patrem suffocaverit: sapientem nihil opinari, nullius rei paenitere, nulla in re falli, sententiam mutare numquam. XXX. 62. Haec homo ingeniosissimus, M. Cato, auctoribus eruditissimis inductus arripuit, neque disputandi causa, ut magna pars, sed ita vivendi. Petunt aliquid publicani: cave quicquam habeat momenti gratia. Supplices aliqui veniunt miseri et calamitosi: sceleratus et nefarius fueris, si quicquam misericordia adductus feceris.

---

1. *possum* H v. — *non multa -- magister* habet Quintil. VIII. 6, 30. Addunt aliquot edd. Quintil. ex Cicerone *et si peccas, te regere possum*; sed desunt haec verba in omnibus, ut videtur, codicibus. — *inquit ille peccas* M. — 2. *sed si* Asc. 1511: *si* om. mei, C χ, Par. 1. 4. 7. Cf. Tragic. Rom. Rel. ed. Ribbeck. p. 205. — *ego* nos: *ego non te* E G M C χ ψ, 5 Parr.; *ego te non* v; *ego te* ed. Crat., L O. — 3. *te nihil* mei, C H χ ψ, 5 Parr.: *te* om. L O cum ed. Crat. — *esse* G: *te esse* E M v L O. — 4. *leviter* om. v; *leniter* χ, Par. 7., ed. Manut. At cf. or. p. Font. §. 42. [32.] — *viderere* Lag. 9. — 7. *his dotibus* scripsi: *his tot* E M v, codd. plerique; *tot* G, Par. 1. 4; *istuc* Ernesti et O ex cod. Guelf., quae est manifesta interpolatio; immo in *tot* latet *dotibus*, quod (vel *virtutibus*) post *tot* in codd. intercidisse Beckius et Fr. C. Wolffius coniecerunt. — *nec moderata* v, *immoderata* χ. — 8. *quam aut* codd. etiam Lagg.: *quam* 2. — *patitur* G M χ, Par. 1. 4: *patiatur* E v L O. — 9. *in imperita* E M C H, Parr. (E *inperita*): *in* om. T χ, *imper. in* v, *natura aut imperita* (sine *in*) G; *cum imperita* Crat., L O. — 11. *iucunda* v (sed *iucunda et nota*): *iudicanda* E G M, Parr., Lagg., 5 Oxx. — *in M. Cat. -- magistro* om. C E. — 12. *vidimus* v. — 14. *verum* G M v χ, Par. 1. 4. 8: *verum sed* Par. 9; *sed* L O. — *vir summo ing.* E. — 15. «Cic. p. Mur. *Zeno* pro *Zenon* profert.» Prisc. I. p. 238. Kr. — *scientie* G. — *sunt etiam praecepta* E. — 16. *huiusmodi* G: *eiusmodi* vulgo. — *gratia sapientem* v. — 17. *delicta* E. — *esse* ante *nisi* om. v. — 18. *sapientis* G C. — 19. *discordissimi formosissimi divites* G. — *formosos* E M: *formosi* T χ v. — *mendacissimi* v; *mendicissimi sint* (*sunt* ψ) C H S ψ. — *servitute* H T v. — 21. *hostis* mei. — *insanos. denique etiam dicunt* E. — 23. *gallinacium* M, *gallinarium* E, *cacelinatium* G. — *eum* om. v. — *parentem* H. — 25. *haec* G v: *hoc* E M H S T χ Parr. — 26. *inductus* G v: *indutus* χ, *iter inductus* E M C H S ψ. — 27. *petunt illi quid* G.

Fatetur aliquis se peccasse et eius delicti veniam petit: nefarium est facinus ignoscere. At leve delictum est: omnia peccata sunt paria. Dixisti quippiam: fixum et statutum est. Non re ductus es, sed opinione: sapiens nihil opinatur. Errasti aliqua in re: maledici putat. Hac ex disciplina nobis illa sunt: «Dixi in senatu me nomen consularis candidati delaturum.» Iratus dixisti. «Numquam, inquit, sapiens irascitur.» At temporis causa. «Improbi, inquit, hominis est mendacio fallere; mutare sententiam turpe est, exorari scelus, misereri flagitium.» 63. Nostri autem illi — fatebor enim, Cato, me quoque in adolescentia diffisum ingenio meo quaesisse adiumenta doctrinae —, nostri, inquam, illi a Platone et Aristotele, moderati homines et temperati, aiunt apud sapientem valere aliquando gratiam: viri boni esse misereri: distincta esse genera delictorum et dispares poenas: esse apud hominem constantem ignoscendi locum: ipsum sapientem saepe aliquid opinari quod nesciat, irasci non numquam, exorari eundem et placari, quod dixerit interdum, si ita rectius sit, mutare, de sententia decedere aliquando: omnes virtutes mediocritate quadam esse moderatas. XXXI. 64. Hos ad magistros si qua te fortuna, Cato, cum ista natura detulisset, non tu quidem vir melior esses nec fortior nec temperantior nec iustior — neque enim esse potes —, sed paulo ad lenitatem propensior. Non accusares nullis adductus inimicitiis, nulla lacessitus iniuria, pudentissimum hominem, summa dignitate atque honestate praeditum: putares, cum in eiusdem anni custodia te atque L. Murenam fortuna posuisset, aliquo te cum hoc rei publicae vinculo esse coniunctum: quod atrociter in senatu dixisti, aut non dixisses aut seposuisses aut mitiorem in partem interpretarere. 65. Ac te ipsum, quantum ego opinione auguror, nunc et animi quodam impetu concitatum et vi naturae atque ingenii elatum et recentibus praeceptorum studiis flagrantem, iam usus flectet, dies leniet, aetas mitigabit. Etenim [ipsi] mihi isti videntur vestri praeceptores et virtutis magistri fines officiorum paulo longius, quam natura vellet, protulisse, ut, cum ad ultimum animo contendissemus, ibi tamen, ubi oporteret, consisteremus. «Nihil ignoveris.» Immo aliquid, non omnia. «Nihil gratiae causa

---

1. *et* om. v. — *eius*] *cui* G, unde suspicor: *sui*. — 2. *et leve* G. — *sint* v. — 3. *quippiam* Manutius: *quippe iam* codd. et edd. vett.; *quidpiam* O. (*Dixisti. quippe fixum* L, idque se in cod. vet. invenisse testatur.) — *opinione*] addit v *moveris*. — 4. *errasti si aliqua* v. — *putant* E, *putas* v. — 5. *vobis* E χ. — *consulatus candidatus* G. — 7. *est* ed. Asc. 1511: om. M, *sed* E G C v χ. — 8. *miserari* v. — *autem* ed. Crat.: *enim* mei, 6 Oxx. — 9. *enim*] *illi* G. — 11. *aput* G ut semper. — 12. *aliquando valere* v. — *esse genera* G v: *gen. esse* E M L O. — 13. *ut dispares* G. — *esse poenas apud* v. — 14. *quid* G. — 15. *interdum* ante *mutare* habet E. — *ita* om. v. — 16. *omnis* G. — 17. *moderandas* v, fort. recte. — 18. *tum ista* v. — 19. *temperantior* E G v: *temperatior* M C H S T. Cf. v. 11. — *neque iustior* C. — *enim* om. χ. — 21. *prudentissimum* E v ψ. — 22. *in* om. G. et M m. pr. — 23. *custodia* E v: *custodiam* G, Par. 1. 4., *custodem* M. — *potuisset* G ψ, Par. 1. 4. — *cum* om. E. — 25. *dixisse si posuisses* G. — *aut seposuisses* E M v: *aut sepotuisses* nonnulli Parr.; *si posses* om. *aut* coni. Niebuhrius in exemplo suo ed. Garat.; *aut*, *si potuisses*, *mitiorem* ex Hotomani coni. L; ego coniicio ex lectione codicis G: *aut posuisses*. — *interpretare* E T χ et G, qui deinde habet *recte* pro *ac te*. — 26. *animi*] *cum* v. — 27. *est et vi* G. — 28. *aetas*] *usus* χ. — 29. *ipsi michi isti* G, *mihi isti ipsi* E; *isti ipsi mihi* E M v L O. — 30. *finis* G. — 31. *oporteret* E G M Lagg. praeter 1: *oportet* χ ψ v et Lag. 1. — *non consisteremus* L coni. — 32. *nihil gr.* Lag. 9 et 24: *immo* vel *ymmo gr.* mei, 6 Oxx., Lagg. rell. — *causa feceris* ed. Crat.: *cum feceris* G (cf. var. lect. ad p. 750, 4); *confeceris* E M v, 6 Oxx., Lagg. praeter 9 et 24, in quibus est *concesseris*.

cesseris.» Immo resistito gratiae, cum officium et fides postulabit. «Misericordia commotus ne sis.» Etiam; sed tamen in dissolvenda severitate est laus aliqua humanitatis. «In sententia permaneto.» Vero, nisi sententiam sententia alia vicerit melior. 66. Huiusce modi Scipio ille fuit, quem non paenitebat facere idem, quod tu: habere eruditissimum hominem, Panaetium domi, cuius oratione et praeceptis, quamquam erant eadem ista, quae te delectant, tamen asperior non est factus, sed, ut accepi a senibus, lenissimus. Quis vero C. Laelio comior? quis iucundior eodem ex studio isto? quis illo gravior, sapientior? Possum de L. Philo, de C. Gallo dicere haec eadem, sed te domum iam deducam tuam. Quemquamne existimas Catone, proavo tuo, commodiorem, communiorem, moderatiorem fuisse ad omnem rationem humanitatis? De cuius praestanti virtute cum vere graviterque diceres, domesticum te habere dixisti exemplum ad imitandum. Est illud quidem exemplum tibi propositum domi, sed tamen naturae similitudo illius ad te magis, quoniam ab illo ortus es, quam ad unum quemque nostrum pervenire potuit: ad imitandum vero tam mihi propositum exemplar illud est quam tibi. Sed si illius comitatem et facilitatem tuae gravitati severitatique asperseris, non ista quidem erunt meliora, quae nunc sunt optima, sed certe condita iucundius.

XXXII. 67. Quare ut ad id quod institui revertar, tolle mihi e causa nomen Catonis: remove ac praetermitte auctoritatem, quae in iudiciis aut nihil valere aut ad salutem debet valere: congredere mecum criminibus ipsis. Quid accusas, Cato? quid affers ad iudicium? quid arguis? Ambitum accusas: non defendo. Me reprehendis, quod idem defendam, quod lege punierim. Punivi ambitum, non innocentiam; ambitum vero ipsum vel tecum accusabo, si voles. Dixisti senatus consultum me referente esse factum, «si mercede conducti obviam candidatis

---

1. *immo* om. v. — *resisti* χ v. — 2. *Etiam; sed tamen in diss. severitate est* scripsi: *etiam; in diss. severitate: sed tamen est* O cum codd., quorum lectionem defendit Wolffius p. 138; *Sed tamen est etiam in dissolv. severitate* ex Hotomani coni. L; *Etiam; in diss. sever. tamen est* Schütziuis. (*et* pro *etiam* C E.) — 3. *humanitatis*] *severitatis* E C S ψ. — *permaneto. permaneto vero* v; *permanet vero* E; *permaneto. enimvero* L. — *sententiam sententia* E G M, Oxx., Parr., alii, L: *sententia* om. O, habet v post *melior*; *nisi vicerit melior* susp. Ernesti. — 4. *aliqua* E, 3 Oxx., Par. 8. 9. — *huiuscemodi edii scipio* G. — 6. *Panaetium domi* Lag. 9: *et paene divinum* Lag. 24, *et pane domi* G, St. Vict., *et paene domi* M χ ψ, Lagg. rell.; *et paene divinum domi* L O. — 7. *istis* Graevii susp. — *asperior* om. G. — 8. *C.* M v: *est* E G C H S ψ (abiit nota *c.* in: *ē*). — *communior* ψ. — 9. *e studio* C. — *gravior quis sapientior* T v. — 10. *Philo* Manutius: *philippo* codd. — *haec eadem dicere* L. — 11. *existumas* C. — *commodiorem* mei et Lagg. omnes: *communiorem* cod. Franc. — *communiorem* codd. plerique (*communioremque* M): *comiorem* v, Lag. 9. et Par. 7. (sed hic hoc ordine: *comiorem commodiorem*) L O. — 13. *vere*] *iure* χ. — 14. *ad imitandum - - exemplum* om. G. — 15. *domi* om. χ. — *sed tamen*] Ne exspectes *sed tantum*, sententia est: «sed tamen, cum naturae similitudo ad te magis pervenire potuerit, ad imitandum tam mihi propositum exemplar illud est quam tibi.» Cf. adnot. ad Sest. §. 105. ed. Lips. — *natura* G. — *quoniam* nos: *quam* G χ; *qui* E M L O v. — 16. *es* E M: *est* G v χ. — 18. *facilitatique* S ψ, *felicitatique* E H. — 21. *ad id ut* E. — *e*] *et* E (pro *ex*). — 22. *ac* M et Lag. 9: *in* G; *ac* om. E v, Oxx. et Lagg. rell. — 23. *valere nihil* E. — 24. *accuses* G. — *adfers* E, *adferas* G. — *ad* E G M v, 5 Oxx., Lagg.: *in* L O. — 25. *quid* G; fort. *qui*. — 26. *poenierim poenivi* G L. — *non innocentiam non* (*num* M) *ambitum vero* G M. — 27. *vere* v. — *consulto* v. — 28. *me proferente* χ; cf. var. lect. ad §. 70. — *mercede conducti* E G M H S ψ L, Parr., Lagg. plerique: *merc. corrupti* Lg. 10, 13. 24. 65, O v.

issent, si conducti sectarentur, si gladiatoribus vulgo locus tributus, et item prandia si vulgo essent data, contra legem Calpurniam factum videri.» Ergo ita senatus si iudicat, contra legem facta haec videri, si facta sint, decernit, quod nihil opus est, dum candidatis morem gerit. Nam factum sit necne, vehementer quaeritur: si factum est, quin contra legem sit dubitare nemo potest. 68. Est igitur ridiculum, quod est dubium, id relinquere incertum: quod nemini dubium potest esse, id iudicare. Atque id decernitur omnibus postulantibus candidatis: ut ex senatus consulto, neque cuius intersit neque contra quem sit, intelligi possit. Quare doce ab L. Murena illa esse commissa, tum egomet tibi contra legem commissa esse concedam.

XXXIII. «Multi obviam prodierunt de provincia decedenti, consulatum petenti.» Solet fieri. Eccui autem non proditur revertenti? «Quae fuit ista multitudo?» Primum, si tibi istam rationem non possum reddere, quid habet admirationis tali viro advenienti, candidato consulari, obviam prodisse multos? quod nisi esset factum, magis mirandum videretur. 69. Quid? si etiam illud addam, quod a consuetudine non abhorret, rogatos esse multos, num aut criminosum sit aut mirandum, qua in civitate rogati infimorum hominum filios prope de nocte ex ultima saepe urbe deductum venire soleamus, in ea non esse gravatos homines prodire hora tertia in campum Martium, praesertim talis viri nomine rogatos? Quid? si omnes societates venerunt, quarum ex numero multi hic sedent iudices, quid? si multi homines nostri ordinis honestissimi, quid? si illa officiosissima, quae neminem patitur non honeste in urbem introire, tota natio candidatorum, si denique ipse accusator noster P. Postumius obviam cum bene magna caterva sua venit, quid habet ista multitudo admirationis? Omitto clientes, vicinos, tribules, exercitum totum Luculli, qui ad triumphum per eos dies venerat: hoc dico, frequentiam in isto officio gratuitam non modo dignitati ullius umquam, sed ne voluntati quidem defuisse. 70. «At sectabantur multi.» Doce mercede, concedam esse crimen: hoc quidem remoto, quid reprehendis? XXXIV. «Quid opus est, inquit, sectatoribus?» A me tu id quaeris, quid opus

---

1. *essent* E G. — *locus vulgo* M, sed cum signis transpositionis. — *tributus* Lag. 9. Par. 7, v: *tributui* G; *tributum* E T, *tributim* M L O. — *et idem* G. — 3. *senatus si iudicat* M v χ: *senatum iudicat* Par. 4. et G, *senatus iudicat* E O, rell. noti. — *hec tibi videri* M, *haec* om. χ. — *si facta* om. G. — 4. *sunt* v. — *discernit* G. — *candidatus* ed. Manut. At v. Guil. Reinii *quaest. Tull.* (Isenaci 1841. 4.) p. 6 sq., qui loci sententiam subobscuram luculenter explicuit. Cf. etiam C. Peter in *Ann. philol. novis* Vol. XXXIII. p. 312. — 5. *ni factum* G. — *est* Klotz.: *sit* codd. — 6. *legem factum sit* susp. Lamb. — *quod est dubium* om. E. — 7. *posset* G. — *id* om. G. — 8. *atqui* perperam maluit Pantagathus. — 10. *ab* nos: *at* G; *a* rell. et edd. — *ego nec tibi* E. — 12. *omniam* G. — 13. *eccui* ed. Asc. 1511: *et cui* mei. — *ante* v. — 14. *possum* mei, 4 Oxx.: *possim* ed. Asc. L O. — 16. *obviam ivisse* E ψ. — *videtur* G T. — 17. *quod si* v; *quid -- rogatos* om. E C. — 19. *rogati* M: *roganti* G E v, 4 Oxx. — *infirmorum* G v. — 22. *quod si* v; *quid -- iudices* om. χ. — 23. *hic* v: *on* (sic! sed *on* punctatum) M; *hic* om. E G C H S ψ. — 24. *non*] *nisi* χ. — 25. *noster -- caterva* om. G. — *P.* addidi. — *postumus* E M v ψ. — 26. *qui habet istam multitudo ammirationis* G. — 27. *tribulis* mei. — *totum*] *motum* G χ. — 28. *ad triumphos per hos dies* v. — *venerit* ψ, *venerant* M. — 29. *non modo*] malim *non modo non*; vereor enim ut, cum sequatur *ullius umquam*, negatio deesse possit. — *ne dignitati voluntati* M, sed *dignitati* punctatum. — 30. *sectabuntur* G. — 32. *inquam* χ, *inquit cato* v. — *tu id* om. ψ.

sit eo, quo semper usi sumus? Homines tenues unum habent in nostrum ordinem aut promerendi aut referendi beneficii locum, hanc in nostris petitionibus operam atque adsectationem. Neque enim fieri potest, neque postulandum est a nobis aut ab equitibus Romanis, ut suos necessarios candidatos adsectentur totos dies: a quibus si domus nostra celebratur, si interdum ad forum deducimur, si uno basilicae spatio honestamur, diligenter observari videmur et coli: tenuiorum amicorum et non occupatorum est ista assiduitas, quorum copia bonis viris et beneficis deesse non solet. 71. Noli igitur eripere hunc inferiori generi hominum fructum officii, Cato: sine eos, qui omnia a nobis sperant, habere ipsos quoque aliquid, quod nobis tribuere possint. Si nihil erit praeter eorum suffragium, tenue est: † si ut suffragantur, nihil valent gratia. Ipsi denique, ut solent loqui, non dicere pro nobis, non spondere, non vocare domum suam possunt: atque haec a nobis petunt omnia, neque ulla re alia, quae a nobis consequuntur, nisi opera sua compensari putant posse. Itaque et legi Fabiae, quae est de numero sectatorum, et senatus consulto, quod est L. Caesare consule factum, restiterunt. Nulla est enim poena, quae possit observantiam tenuiorum ab hoc vetere instituto officiorum excludere. 72. «At spectacula sunt tributim data et ad prandium vulgo vocati.» Etsi hoc factum a Murena omnino, iudices, non est, ab eius amicis autem more et modo factum est, tamen admonitus re ipsa recordor, quantum hae conquestiones in senatu habitae punctorum nobis, Servi, detraxerint. Quod enim tempus fuit aut nostra aut patrum nostrorum memoria, quo haec, sive ambitio est sive liberalitas, non fuerit, ut locus et in circo et in foro daretur amicis et tribulibus? Haec homines tenuiores * * * a suis tribulibus vetere instituto assequebantur * * * *Desunt pauca.*

---

1. *usu* G. — 2. *referendi* v: *proferendi* codd. noti; *offerendi* Mommsenius. — 3. *n. beneficiis* E. — *adsect.* E G: *assect.* M O, *assectationem esse oportet* v. — 5. *adsectentur* Klotzius: *non sectentur* M et Lag. 9; *aut sectentur* E G v, 5 Oxx., Lagg. rell.; *sectentur* L O. — *totos dies*] *aut praeeant totos* (*tot* v) *dies* Lag. 24. et v. — *vestra* χ. — 6. *ad domum* G. — 7. *amicorum et non occup.* mei, Lagg. omnes: *et non occup. amicorum* L O. — 8. *adsiduitas* E. — *bonis viris* mei, 5 Oxx.: *viris* om. L O. — *beneficiis* E G C. — 9. *non potest* χ. — *hunc eripere* E, *hunc* om. C. — 10. *offici* G. — *a uobis* G χ. — 11. *ipsosque* C. — *possunt* G. — *si nihil* mei et Lagg.: *sin nihil* Graevius. — 12. *eorum* G v: *ipsorum* E M L O. — *ut suffragantur* mei, edd. vett., codd. plerique: *ut suffragentur* Par. 7. et Guelf. soli ex notis, L O; *si qui suffragantur nihil valent gratia* coni. Mommsenius; ipse tentavi in loco perobscuro: *tenue est, si tantum suffragantur, nihil valent gratia.* Manutio autem totum incisum *si ut - - gratia* abundare videbatur. — 13. *solent ut loqui* E. — *respondere* χ. — 14. *possunt* ed. Crat.: *possint* E M v, 4 Oxx.; *possit* G. — *atque ipsi haec* χ. — 15. *consecuntur* M v. — *sua* om. G. — 16. *posse putant* v. — *numero*] *lege* E. — 19. *at* M: *ut* G, *ac* E v. — 20. *prandia* v. — *volgo* M. — 21. *non est iudices* E. — 22. *haec* E. — *conquestiones* E G M C H S ψ: *quaestiones* L O v. — 24. *aut nostra* om. T v. — *p. nostrum* E C. — 26. *haec*] *nec* T v. — *tenuiores a suis*] sic G M, Par. 4., St. Vict., Guelf. (sed *a* om. M, G habet *et* pro *a*): *tenuiores primum nondum qui ea suis* H T χ ψ v L, Lagg. omnes praeter 9. 20. 25. (sed χ ψ L *nedum* pro *nondum*); *tenuiores primum, nondum qui a suis* O et Lag. 25., ut videtur. E habet post *tenuiores* lacunam duorum versuum et pergit in verbis *semel locum tribulibus*, et sic etiam Lag. 20; Lag. 9. habet: *tenuiores tribulibus suis dedisse* med. omissis; in C et Lag. 86. post *tenuiores* vv. usque ad *assequebantur* desunt. Post *assequebantur* in Lag. 3. legitur: *hic deficiunt versus quatuor in exemplari.* — 27. *adsequi* G cum lacuna. Hinc Mommsenius locum sic supplendum censet: *h. tenuiores solebant a viris splendidis et suis tribulibus vet. inst. adsequi.*

XXXV. 73. * * * praefectum fabrum semel locum tribulibus suis dedisse: quid statuent in viros primarios, qui in circo totas tabernas tribulium causa compararunt? Haec omnia sectatorum, spectaculorum, prandiorum item crimina a multitudine in tuam nimiam diligentiam, Servi, coniecta sunt: in quibus tamen Murena senatus auctoritate defenditur. Quid enim? senatus num obviam prodire crimen putat? «Non, sed mercede.» Convince. Num sectari multos? «Non, sed conductos.» Doce. Num locum ad spectandum dare? aut ad prandium invitare? «Minime, sed vulgo [passim].» Quid est vulgo? «Universos.» Non igitur, si L. Natta, summo loco adolescens, qui et quo animo [iam] sit et qualis vir futurus sit videmus, in equitum centuriis voluit esse et ad hoc officium necessitudinis et ad reliquum tempus gratiosus, id erit eius vitrico fraudi aut crimini: nec, si virgo Vestalis, huius propinqua et necessaria, locum suum gladiatorium concessit huic, non et illa pie fecit, et hic a culpa est remotus. Omnia haec sunt officia necessariorum, commoda tenuiorum, munia candidatorum.

74. At enim agit mecum austere et stoice Cato. Negat verum esse allici benevolentiam cibo; negat iudicium hominum in magistratibus mandandis corrumpi voluptatibus oportere. Ergo ad cenam petitionis causa si quis vocat, condemnetur. «Quippe, inquit; tu mihi summum imperium, tu summam auctoritatem, tu gubernacula rei publicae petas fovendis hominum sensibus et deleniendis animis et adhibendis voluptatibus? Utrum lenocinium, inquit, a grege delicatae iuventutis an orbis terrarum imperium a populo Romano petebas?» Horribilis oratio, sed eam usus, vita, mores, civitas ipsa respuit. Neque tamen Lacedaemonii, auctores istius vitae atque orationis, qui quotidianis epulis in robore accumbunt, neque vero Cretes, quorum nemo gustavit umquam cubans, melius quam Romani homines, qui tempora voluptatis laborisque dispertiunt, res publicas suas retinuerunt: quorum alteri uno adventu nostri exercitus deleti sunt, alteri nostri imperii praesidio disciplinam suam legesque conservant. XXXVI. 75. Quare noli, Cato, maiorum instituta,

---

1. *fectum fabrum* G; *praesertim fabium* v et Vat. 1742. teste Niebuhrio (*praesertim* habet etiam T). Quae hic exciderunt, ea Mommsenio *de Collegiis* cet. p. 56. ita fortasse explenda videntur: [*quod si criminosum videtur amicum quendam Murenae*] *praefectum fabrum semel locum tribulibus suis dedisse*, *quid statuetur* cet. — 2. *statuerint* v, *statuerit* ψ. — 3. *tribulium* G v: *tribulum* E M C H T ψ. — *et haec* G. — 4. *nimiam*] *animum* G. — 5. *Murena senatus* Ernesti: *murena a sen.* M v, *Murena ab sen.* E G L O. — 6. *putat sed non merc.* E. — 7. *mercede. Mercede convince* de Hotomani coni. L. — *sectare* E C S T et M m. pr., *sectar* v. — *non* om. G. — *conductos. Conductos doce* de Hotom. coni. L. — 8. *aut ad* E: *ad* om. G M v. — 9. *volgo* M. — *passim* merito ut glossema Beckio suspectum est. — *quid* - - *universos* affert Quintil. I. O. VII. 3, 46. — 10. *nata* v, *nacta* G M, 4 Oxx., *cocta* E. — *iam* om. G. — 12. *erit* om. G. — 13. *victrico* E ψ, *vitricos* G χ. Hinc fortasse, cum *erit* in G desit, scribendum est: *vitrico est.* — *aut*] *ut* G, *et* E. — 14. *suum* om. χ. — *gladiatorium* E G M, Parr. et Oxx.: *gladiatorum* v ψ; *gladiatoribus* Lamb., qui sic se in vett. libris invenisse dicit, et Ursinus (ex scriptura cod. sui *gladiat.*) et O. — *nonne* χ v. (*non* Lamb. perperam ante vv. *est remotus* transposuit.) — 16. *numina* E. — 17. *agit*] *negat* G. — 18. *benivol.* E G M v. — 19. *cenam* E M: *coenam* O v. — 20. *mihi* om. v. — 21. *tu summam* Lambinus: *tu* om. codd. — 22. *ac* G. — *deleniendis* G L: *deliniendis* E M v. — 27. *cumbans* v. — 28. *dispartiunt* E C H T. — 30. *suam* om. G. — 31. *instituta maiorum* L.

quae res ipsa, quae diuturnitas imperii comprobat, nimium severa oratione reprehendere. Fuit eodem ex studio vir eruditus apud patres nostros et honestus homo et nobilis, Q. Tubero. Is, cum epulum Q. Maximus P. Africani patrui sui nomine populo Romano daret, rogatus est a Maximo ut triclinium sterneret, cum esset Tubero eiusdem Africani sororis filius. Atque ille, homo eruditissimus ac Stoicus, stravit pelliculis haedinis lectulos Punicanos et exposuit vasa Samia, quasi vero esset Diogenes Cynicus mortuus, et non divini hominis Africani mors honestaretur: quem cum supremo eius die Maximus laudaret, gratias egit dis immortalibus, quod ille vir in hac re publica potissimum natus esset; necesse enim fuisse ibi esse terrarum imperium, ubi ille esset. Huius in morte celebranda graviter tulit populus Romanus hanc perversam sapientiam Tuberonis. 76. Itaque homo integerrimus, civis optimus, cum esset L. Pauli nepos, P. Africani, ut dixi, sororis filius, his haedinis pelliculis praetura deiectus est. Odit populus Romanus privatam luxuriam, publicam magnificentiam diligit: non amat profusas epulas, sordes et inhumanitatem multo minus: distinguit rationem officiorum ac temporum, vicissitudinem laboris ac voluptatis. Nam quod ais nulla re allici hominum mentes oportere ad magistratum mandandum nisi dignitate, hoc tu ipse, in quo summa est dignitas, non servas. Cur enim quemquam, ut studeat tibi, ut te adiuvet, rogas? Rogas tu me, ut mihi praesis, ut committam ego me tibi. Quid tandem? istuc me rogari oportet abs te an te potius a me, ut pro mea salute laborem periculumque suscipias? 77. Quid? quod habes nomenclatorem, in eo quidem fallis et decipis. Nam si nomine appellari abs te cives tuos honestum est, turpe est eos notiores esse servo tuo quam tibi. Sin, etiam si noris, tamen per monitorem appellandi sunt, cur ante petis, quam insusurravit? aut quid, cum admoneris, tamen, quasi tute noris, ita salutas? quid, posteaquam es designatus, multo salutas negligentius? Haec omnia ad ra-

---

1. *res ipsa* E G M, 6 Oxx., Lagg.: *res p. ipsa* v, *res ipsa publica* ed. Wald. et L. — *imperium* G. — *comparabat* ψ. — 3. *homo* om. v; *homo -- Maximus* om. G. — 4. *P. Africani* G M v χ: *P.* om. E L O. — *sui* om. v. — *a* om. G. — 6. *aedinis* E, *edinis* G M C H ψ, *hedinis* v. — 7. *punicatos* v. — *vero*] *non* v. — 8. *hominis* om. ψ. — 10. *potissimum* om. H. — *potiss. decus nactus esset* v. — 11. *imperium terrarum* v. — 12. *sententiam* χ. — 14. *Pauli* mei: *Paulli* L O. — *hedinis* v, *edinis* E G M ψ. — 15. *Odit -- diligit* affert Quintil. I. O. IX. 3, 82. — 16. *amatas* E C. — 17. *et* om. χ. — *ratio* M. — *et temp.* v. — 18. *ais*] *ab hiis* G. — 21. *ut me praesis* E. — 22. *egomet tibi* M, *ego* om. v. — *istuc* Ascens. 1511: *istunc* vel *is tunc* E G, 4 Oxx. et Lagg. praeter 9 et 24, in quibus est *ais tunc*; *tunc* v, *quid tandem ais anne me rogari* M. — 23. *labores* C. — *periculum* T. — 24. *commendatorem* Lag. 9. ex scriptura *nomendatorem*, quae est in E v. — 25. *civis* E G M. — *honestatum* G. — 26. *sin etiam si noris* Lambinus: om. G; *sin etiam noris* codd. rell. noti; *etiam ut non noris* Camerarius; *si etiam noris. tamen -- appellandi sunt?* Manutius. — 27. *cur ante* M: om. Lag. 26., *cur tamen* Lag. 9., *cur autem* v, *cur eius* T (qui habet *pacis* pro *petis*), *curam* E G C H χ ψ, Par. 4. 8., Lagg. reliqui. — *petis*] *petunt* G, *pellis* libri veteres, ut ait Lamb., unde ipse dedit in ed. 1566. *appellas*; *prendis* vel *prensas* coni. Orellius probabiliter. — *insusurravit* ed. Crat.: *inceravit* (sic G et plerique), *niceravit*, *uiceravit*, *ulceravit*, *narravit* (M H, Par. 9.) codices corrupte. (Lag. 9. *cur tamen petis cum incertum sit*; Par. 7. Franc. et v: *cur autem petis quem non nosti*, sed v *quae*.) — *aut quid* G M: *a quid* C E, *ad quid* S ψ et Par. 8., *quid* T, *aliquid quid* Par. 4. (*aut cur admoneris etiam quasi* v.) — 28. *cum*] *quod* G, *quaeso* T. — *tamen*] *eciam* T. — *salutes* E. — *quid posteaquam* M v: *quod p.* G, Lag. 9., *quidem p.* C E, Lag. 20. 25. 86., *quid enim p.* H S, Lag. 1. 3. 7. 8. — *postquam* ψ. — 29. *multos* M.

tionem civitatis si dirigas, recta sunt: sin perpendere ad disciplinae praecepta velis, reperiantur pravissima. Quare nec plebi Romanae eripiendi fructus isti sunt ludorum, gladiatorum, conviviorum, quae omnia maiores nostri comparaverunt: nec candidatis ista benignitas adimenda est, quae liberalitatem magis significat quam largitionem.

XXXVII. 78. At enim te ad accusandum res publica adduxit. Credo, Cato, te isto animo atque ea opinione venisse: sed tu imprudentia laberis. Ego quod facio, iudices, cum amicitiae dignitatisque L. Murenae gratia facio, tum me pacis, otii, concordiae, libertatis, salutis, vitae denique omnium nostrum causa facere clamo atque testor. Audite, audite consulem, iudices, nihil dicam arrogantius, tantum dicam, totos dies atque noctes de re publica cogitantem. Non usque eo L. Catilina rem publicam despexit atque contempsit, ut ea copia, quam secum eduxit, se hanc civitatem oppressurum arbitraretur. Latius patet illius sceleris contagio, quam quisquam putat; ad plures pertinet. Intus, intus, inquam, est equus Troianus: a quo numquam me consule dormientes opprimemini. 79. Quaeris a me, quid ego Catilinam metuam. Nihil, et curavi ne quis metueret; sed copias illius, quas hic video, dico esse metuendas: nec tam timendus est nunc exercitus L. Catilinae quam isti, qui illum exercitum deseruisse dicuntur. Non enim deseruerunt, sed ab illo in speculis atque in insidiis relicti in capite atque in cervicibus nostris restiterunt. Hi et integrum consulem et bonum imperatorem et natura et fortuna cum rei publicae salute coniunctum deiici de urbis praesidio et de custodia civitatis vestris sententiis deturbari volunt. Quorum ego ferrum et audaciam reieci in campo, debilitavi in foro, compressi etiam domi meae saepe, iudices, his vos si alterum consulem tradideritis, plus multo erunt vestris sententiis quam suis gladiis consecuti. Magni interest, iudices, id quod ego multis repugnantibus egi atque perfeci, esse Kalendis Ianuariis in re publica duo consules. 80. Nolite arbitrari, mediocribus consiliis aut usitatis viis aut * * * Non lex improba, non perniciosa largitio, non auditum aliquando aliquod malum rei publicae quaeritur. Inita sunt in hac civitate consilia, iudices, urbis delendae, civium trucidandorum, nominis Romani exstin-

---

1. *sed dirigis* G. — 2. *reperientur* E, fort. recte. — *quare ne* E et 5 Oxx. — 3. *sunt laborum* G. — 4. *ademenda* E. — 6. *Ac* E. — 7. *tum prud.* G, ex *tu inprud.*, ut est in E. — 8. *cum*] *causa* v, qui deinde habet *ac gratiae* pro *gratia*. — *dignitatis* E. — 9. *facios cum me pacis oti concordiae liberalitatis* G. — 10. *vestrum* Par. 7. et L. — *obtestor* Par. 7. et Franc. — 11. *adrog.* E G. — 12. *ac noctes* E. — *non usque* G: *nusquam* Par. 4., *usque* (om. *non*) E M v, 6 Oxx., Lagg. omnes. — 13. *dispexit* M m. pr. — *adduxit se hac* M. — 14. *scel. cogitatio* M m. pr. — 15. *intus* semel habent E T v. — 17. *quaeritis* χ. — 18. *dico* om. χ. — 20. *diruerunt* G. — 21. *speculis* M v: *seculis* G, *speluncis* E C S ψ. — *in insidiis* scripsi (ut est statim in antitheto *in capite atque in cervicibus*): *in* om. codd. et edd. — 23. *deici* mei. — 25. *reiecí* E v: *reici* G M. — 26. *et domi* E. — 27. *consecuti que perfecti esse* om. med. G. — 28. *ego* om. E. — 29. *duo* Par. 4. et G: *duos* E M v, 5 Oxx., Lagg. — 30. *med. iudiciis* E. — *viis* cod. Memmii et ed. Crat.: *vitis* G, Par. 4., M m. pr., Lag. 10. 25.; *votis* Par. 7. et Franc., *viltis* E v, M m. sec., 6 Oxx., Lagg. rell. In iis autem quae deinde desiderantur non videtur amplius quam unus versus in archetypo intercidisse. — 31. *largitio non* G: *largitionum* E M v, Par. 4., Lag. 1. 20. 24. 65. (sed in M syllaba *num* punctata); *largitionum non* $\chi\,\psi$, Lag. 25. 26., ut videtur. — 33. *extinguendi* mei.

guendi. Atque haec cives, cives, inquam, si eos hoc nomine appellari fas est, de patria sua et cogitant et cogitaverunt: horum ego quotidie consiliis occurro, audaciam debilito, sceleri resisto. Sed moneo, iudices: in exitu iam est meus consulatus: nolite mihi subtrahere vicarium meae diligentiae: nolite adimere eum, cui rem publicam cupio tradere incolumem, ab his tantis periculis defendendam. XXXVIII. 81. Atque ad haec mala, iudices, quid accedat aliud, non videtis? Te, te appello, Cato: nonne prospicis tempestatem anni tui? iam enim hesterna contione intonuit vox perniciosa designati tribuni, collegae tui: contra quem multum tua mens, multum omnes boni providerunt, qui te ad tribunatus petitionem vocaverunt. Omnia, quae per hoc triennium agitata sunt, iam ab eo tempore, quo a L. Catilina et Cn. Pisone initum consilium senatus interficiendi scitis esse, in hos dies, in hos menses, in hoc tempus erumpunt. 82. Qui locus est, iudices, quod tempus, qui dies, quae nox, cum ego non ex istorum insidiis ac mucronibus non solum meo, sed multo etiam magis divino consilio eripiar atque evolem? Neque isti me meo nomine interfici, sed vigilantem consulem de rei publicae praesidio demoveri volunt: nec minus vellent, Cato, te quoque aliqua ratione, si possent, tollere, id quod, mihi crede, et agunt et moliuntur. Vident, quantum in te sit animi, quantum ingenii, quantum auctoritatis, quantum rei publicae praesidii: sed cum consulari auctoritate et auxilio spoliatam vim tribuniciam viderint, tum se facilius inermem et debilitatum te oppressuros arbitrantur. Nam ne sufficiatur consul non timent: vident in tuorum potestate collegarum fore; sperant sibi Silanum, clarum virum, sine collega, te sine consule, rem publicam sine praesidio obiici posse. 83. His tantis in rebus tantisque in periculis est tuum, M. Cato, qui mihi non tibi, sed patriae natus esse videare, videre quid agatur, retinere adiutorem, defensorem, socium in re publica, consulem non cupidum, consulem, quod maxime tempus hoc postulat, fortuna constitutum ad amplexandum otium, scientia ad bellum gerendum, animo et usu ad quod velis negotium.

---

1. *cives, cives inquam* M et Quintil. IX. 2, 18: *que si cives inquam* C E ψ, *quae cives inquam* χ v, *sine inquam* G. — *hoc eos* Quintil. — 2. *cotidie* G. — 3. *sed moneo* mei, Oxx., Lagg.: *sed vos moneo* L O. — 4. *iam est* mei: *est iam* L O. — 6. *defendam* G ψ. — *atqui haec* χ. — 7. *accidat* ψ. — *te te*] *te* v, *te tamen* χ. — 8. *hesternas* M, *externa* E v, 4 Oxx. — *concione* O. — 9. *designauit* G; *designati* suspectum iam Lambino Ernestius et Beckius sine causa uncinis incluserunt. — *tribuni* v: *TR.* E M, om. G. — 10. *mens*] *uis* ψ. — *multum* om. G. — 12. *Cn.* E v: *c.* G, *L.* M. — 16. *eripiat atque evolet* E. — *isti*] *isti mo* C, *existimo* E. — 18. *demoveri* Lamb.: *dimoveri* Lag. 9., *dimovere* Lag. 24., M m. sec., H ψ; *removere* C E, *demovere* G M O c, codd. rell. — *alia ratione* M. — 19. *et* ante *agunt* mallem abesset. — 20. *vide* χ. — 21. *quantum in rei p.* M, *quam resp.* χ. — *presidi* G. — 23. *te* om. G. — 24. *vident te in tuorum* perverse L. — *sillanum* M, *syllanum* C H v, *sylamum* E, *salanum* G. — 26. *obici* E G M. — *impericulis* E, *in* om. v. — 27. *qui mihi non tibi -- natus esse videare, videre*] sic scripsi ex vestigiis codicum (itemque Klotzius et Madvigius ad Cic. *de Finn. b. et m.* p. 224., nisi quod *videris* pro *videare* addere maluerunt): *qui non mihi, non tibi, sed patriae natus es, videre* O et edd. priores. Sed habent *non* ante *mihi* soli M, Lag. 9. 24., omittunt E G v, 6 Oxx., Lagg. rell.; *natus es* habent M v, Lag. 9. 24. 26; *natus esset* G, *natus esse* reliqui omnes; in Lag. 13. denique est *viderere* pro *videre.* — 28. *socium* om. v. — *consulem non cupidum* om. E. — 29. *tempus hoc* G M v: *hoc tempus* E. — *postulat non cupidum consulem fortuna costitutus* E.

XXXIX. Quamquam huiusce rei potestas omnis in vobis sita est, iudices: totam rem publicam vos in hac causa tenetis, vos gubernatis. Si L. Catilina cum suo consilio nefariorum hominum, quos secum eduxit, de hac re posset iudicare, condemnaret L. Murenam: si interficere posset, occideret. Petunt enim rationes illius, ut orbetur auxilio res publica, ut minuatur contra summum furorem imperatorum copia, ut maior facultas tribunis pl. detur depulso adversario seditionis ac discordiae concitandae. Idemne igitur delecti ex amplissimis ordinibus honestissimi atque sapientissimi viri iudicabunt, quod ille importunissimus gladiator, hostis rei publicae iudicaret? 84. Mihi credite, iudices, in hac causa non solum de L. Murenae, verum etiam de vestra salute sententiam feretis. In discrimen extremum venimus: nihil est iam, unde nos reficiamus aut ubi lapsi resistamus. Non solum minuenda non sunt auxilia, quae habemus, sed etiam nova, si fieri possit, comparanda. Hostis est enim non apud Anienem, quod bello Punico gravissimum visum est, sed in urbe, in foro; — di immortales! sine gemitu hoc dici non potest — non nemo etiam in illo sacrario rei publicae, in ipsa, inquam, curia non nemo hostis est. Di faxint ut meus collega, vir fortissimus, hoc Catilinae nefarium latrocinium armatus opprimat, ego togatus, vobis bonisque omnibus adiutoribus, hoc, quod conceptum res publica periculum parturit, consilio discutiam et comprimam! 85. Sed quid tandem fiet, si haec elapsa de manibus nostris in eum annum, qui consequitur, redundarint? Unus erit consul et is non in administrando bello, sed in sufficiendo collega occupatus. Hunc iam qui impedituri sint * * * [illa pestis immanis,] *manus* importuna Catilinae prorumpet, qua poterit * * * in agros suburbanos repente advolabit: versabitur in castris furor, in curia timor, in foro coniuratio, in campo exercitus, in agris vastitas: omni

---

1. *potestas* om. G. — 2. *vos gubernatis* om. E. — 3. *Si L. -- Murenam* affert Quintil. V. 10, 99., cuius codd. plerique *concilio* habent et *L.* omittunt, sed est *L.* et *consilio* in Ambr. 1. Ne quis *concilium* malit, dicitur h. l. *consilium* quasi iudicum. — 4. *de hac re* G: *hac de re* E M v L O; *hac de rep.* H. — 6. *summum* G: *suum* codd. rell. et edd. — *fatuitas* G. — 7. *tribuno* H. — 8. *idemne* M v: *iidemne* E, 5 Oxx. (*concitanda eademne* G.) — *ex amplissimis* mei, Lagg. omnes: *ampliss. ex* O (*ex ord. ampl.* L). — *ordinis* G. — 10. *iudicaret* M: *iudicarit* E G v, 6 Oxx., Lagg. — 11. *de nostra* v. — 12. *veniemus* v. — *nos* om. G. — 13. *solum*] *solum enim* v. — *minuenda non* G M v: *non min.* E. — 15. *non* om. χ. — *anionem* v, *anienen* G. — *sed urbe* E. — 16. *et in foro* v. — 17. *non* om. G. — 18. *ut*] *ue* E. — *meus*] *musico* G. — 19. *togatus* om. χ. — 21. *Sed*] *si* G. — 22. *redundarent unus hic erit* G. — 23. *in* bis om. E. — 24. *huc iam* E, *nunc iam* ψ. — *sunt* T χ v. — *illa pestis immanis* om. E G C, Par. 4. 7. Franc. (de Lagg. tacet Niebuhrius.) — 25. *immanis* om. T (Lacuna in multis codd. indicata est, sic est in M: *desunt duo versus*, in Lag. 3: *deficiunt tres versus in exemplari*). — *manus* addidi ex coni. Cf. or. p. Sest. §. 42. — *importunae* T. — *catilina* C E L. — *prorumpet* G v, Par. 7., Franc., Lag. 24. 26. 65: *perrumpet* M C S ψ, Lagg. reliqui, Par. 4. 8. 9., 3 Pall., St. Vict.; *perrumperet* E. — *qua poterit* * * *] *qua po .... minatur* G C, St. Vict., Pal. 3. 8., Lag. 25. 26.; *qua poterit etiam* (*et iam* M) *minatur* M et Lag. 9; *qua poterit minabitur* Pal. 1. et v; *qua .... minatur* E, *qua potest minuatur* T, *qua p. r.* (vel *pop. r.*) *minatur* S χ, Lagg. reliqui; *qua poterit:* † *et iam populo Romano minatur* L O. (Ait Niebuhrius in *Scriptis min. histor. et philol.* II, p. 222. codicem Lag. 9. habere: *qua poterit et iam populo Rom. minatur*, sed abest *populo R.* ab excerptis ipsius manu scriptis, eamque veram esse lectionem codicis, testimonio codicis M, quem saepe in hac orat. cum Lag. 9. conspirare vidimus, convincitur.) — 26. *advolavit* E G C χ ψ. — *in castris* M v: *in rostris* Lag. 24; om. C E G, Par. 4. cum lacuna; videtur intercidisse: *in urbe*.

autem in sede ac loco ferrum flammamque metuemus. Quae iam diu comparantur, eadem ista omnia, si ornata suis praesidiis erit res publica, facile et magistratuum consiliis et privatorum diligentia comprimentur.

XL. 86. Quae cum ita sint, iudices, primum rei publicae causa, qua nulla res cuiquam potior debet esse, vos pro mea summa et vobis cognita in re publica diligentia moneo, pro auctoritate consulari hortor, pro magnitudine periculi obtestor, ut otio, ut paci, ut saluti, ut vitae vestrae et ceterorum civium consulatis: deinde ego idem vos defensoris et amici officio adductus oro atque obsecro, iudices, ut ne hominis miseri et cum corporis morbo tum animi dolore confecti, L. Murenae, recentem gratulationem nova lamentatione obruatis. Modo maximo beneficio populi Romani ornatus fortunatus videbatur, quod primus in familiam veterem, primus in municipium antiquissimum consulatum attulisset: nunc idem squalore et sordibus confectus, lacrimis ac maerore perditus, vester est supplex, iudices, vestram fidem obtestatur, misericordiam implorat, vestram potestatem ac vestras opes intuetur. 87. Nolite, per deos immortales! iudices, hac eum re, qua se honestiorem fore putavit, etiam ceteris ante partis honestatibus atque omni dignitate fortunaque privare. Atque ita vos L.Murena, iudices, orat atque obsecrat, ut, si iniuste neminem laesit, si nullius aures voluntatemve violavit, si nemini, ut levissime dicam, odio nec domi nec militiae fuit, sit apud vos modestiae locus, sit demissis hominibus perfugium, sit auxilium pudori. Misericordiam spoliatio consulatus magnam habere debet, iudices; una enim eripiuntur cum consulatu omnia. Invidiam vero his temporibus habere consulatus ipse nullam potest: obiicitur enim contionibus seditiosorum,

---

2. *omnia ista* G. — 3. *comprimentur* Pal. 1. et Lag. 24: *confirmetur* Lag. 13, *confirmatur* Lag. 65; *confirmentur* G M, 5 Oxx., Parr., Lagg. rell.; *opprimentur* v L. — 4. *cum* om. G. — *causa*] *cum* G. — 5. *debet esse potior* v. — 6. *in re publica* mei, C H S T: *in rem publicam* L O. — 7. *ut* ante *vitae* om. G. — 8. *ceterorumque* v. — *denique* E. — *idem vos* Madvigius (Opusc. II. p. 372.): *fide in vos* Pal. 2. 3. Lag. 10. 13. 26. 65., χ; *fidem in vos* Pal. 3. 8; *fides in vos* T v; *fidemue* Guelf.; *fidem vestram* Lag. 9; *fidem vestram vel* M O; *fidem vestram et* L; *fidem vel* E G H S ψ, Par. 4., Lagg. reliqui, nisi quod unus alterve *fide uel* habet. — 9. *oro* om. G. — 11. *novam lamentationem* G. — *obruatis* M corr. et E: *obstruatis* χ, 3 Parr., M m. pr.; *obseruatis* G v, St. Vict., Par. 4. — 14. *squalore et sordibus* E G M C H, Par. 7. 8. 9., Lag. 9. 20. 25. (sed 25: *ac*): *squalore a sordibus* Lag. 24; *squalore sordibus* Lag. 13; *squalore et sordidus* Lag. 1. 3. 7. 8; *squalore sordidus* rell., L O v. — *confectus* E G C H S, Par. 7. 8. 9., Lag. 1. 3. 7. 8. 9. 20. 25: *confectus idem* M; *confectus morbo* rell., L O v. — *praeditus* v. — 15. *vester*] *vestri* χ, *videtur* E C H, 3 Parr. — 16. *intuetur* om. G; *tuetur* T v χ. — 17. *hac eum re* E M v: *hac enim re* G; *hac cum re* ed. Ven. 1483, unde post Garatonium, qui *cum hac eum re* suspicatus erat, Orellius coniecit: *hac eum cum re*. — *se* om. v. — *et ceteris* v. — 18. *omni* om. χ. — *privari* susp. Beckius. — 19. *Atque ita vos* om. G. — *L. Murena* T v, Lg. 24. (Lag. 24. et T: *Lu.*): *Murena* M m. pr., *si Murena* G χ, Par. 4., Lag. 9. 10. 13. 26. 65: *sic Murena* E, M m. sec. rell. Lagg. Parr. Oxx.; *si L. Murena* Klotzius. — *ut* post *obsecrat* addidi. — *iniuste neminem* om. G in lacuna. — 20. *auris* E G M v. — *voluntatem* C E, *voluntatemque* H S. — *si*] *sed* G. — 21. *in odio* coniecit A. W. Zumptius de *Cicer. ad M. Brutum epist.* (Berol. 1845. 4.) p. 43. not. 1; at v. C. Fr. Hermanni *Vindic. Brut. epimetrum* p. 28. et Fr. Schneiderum in *Iahnii Ann. philol. novis* Vol. 43. p. 395. — ante *sit apud vos* puncto distinguunt Ern. et Beckius. Mihi verisimilius visum est *ut* post *obsecrat* oblitteratum esse. — 22. *demissis*] *de* E in extremo versu. — *profugium* C E T v. — 23. *spoliato* E. — *debet habere* v. — 25. *obicitur* E G M. — *contionibus* G M v: *conc.* O. — *seditiorum* E G, *seditionum* C.

insidiis coniuratorum, telis Catilinae: ad omne denique periculum atque ad omnem invidiam solus opponitur. 88. Quare quid invidendum Murenae aut cuiquam nostrum sit in hoc praeclaro consulatu, non video, iudices: quae vero miseranda sunt, ea et mihi ante oculos versantur et vos videre et perspicere potestis. XLI. Si, quod Iuppiter omen avertat! hunc vestris sententiis afflixeritis, quo se miser vertet? domumne? ut eam imaginem clarissimi viri, parentis sui, quam paucis ante diebus laureatam in sua gratulatione conspexit, eandem deformatam ignominia lugentemque videat? an ad matrem, quae misera, modo consulem osculata filium suum, nunc cruciatur et sollicita est, ne eundem paulo post spoliatum omni dignitate conspiciat? 89. Sed quid ego matrem aut domum appello, quem nova poena legis et domo et parente et omnium suorum consuetudine conspectuque privat? Ibit igitur in exilium miser? Quo? ad Orientisne partes, in quibus annos multos legatus fuit et exercitus duxit et res maximas gessit? At habet magnum dolorem, unde cum honore decesseris, eodem cum ignominia reverti. An se in contrariam partem terrarum abdet, ut Gallia Transalpina, quem nuper summo cum imperio libentissime viderit, eundem lugentem, maerentem, exulem videat? In ea porro provincia quo animo C. Murenam, fratrem suum, aspiciet? (qui huius dolor, qui illius maeror erit?) quae utriusque lamentatio? quanta autem perturbatio fortunae atque sermonis, quod quibus in locis paucis ante diebus factum esse consulem Murenam nuntii litteraeque celebrassent, et unde hospites atque amici gratulatum Romam concurrerint, repente existet ipse nuntius suae calamitatis? 90. Quae si acerba, si misera, si luctuosa sunt, si alienissima a mansuetudine et misericordia vestra, iudices, conservate populi Romani beneficium, reddite rei publicae consulem; date hoc ipsius pudori, date patri mortuo, date generi et familiae, date etiam Lanuvio, municipio honestissimo, quod in hac causa tota frequens maestumque vidistis. Nolite a sacris patriis Iunonis Sospitae, cui omnes consules facere necesse est, domesticum et suum consulem potissimum avellere. Quem ego vobis, si quid

---

1. *iniuriis* CHS. — *atque omnem* M. — 2. *quid* om. G, *qui* M ψ. — 4. *miseranda* G. — *sint* v. — *ea* om. G. — 5. *perspicere* EM: *prospicere* Gv. — *si quod si quod* E, *quod si* G. — *Iuppiter* E: *Iupiter* GMOv. — 6. *adflix.* G. — *vertatur* v. — *ut* om. G, *aut* C. — 9. *modo cos. osculata* M, *modicos osculata* G. — 10. *cruciatus* E, *cruce* M, in quo deinde vv. *et sollic.* -- *dignitate* desunt, sed in marg. vera lectio alia manu suppleta est. — *post paulo* v. — 11. *domum appello in eo, quem* malim. — 12. *appellem* G. — *qui* -- *privetur* v. — *poena* om. G. — *et omnium* om. G. — 13. *conspectu* om. G. — 14. *ad* om. G. — *partis* EGM. — *legatos* E. — 15. *et res* Lag. 24. et v: *et* om. EGM CHS χ, Lagg. reliqui. Hinc vide ne scribendum sit: *in quibus a. m. legatus fuit, exercitus duxit, res maximas gessit.* — *magnas* ψ. — *at* Mv: *ac* EG. — *magno dolore* G. — 16. *decesseris* GM, Parr.: *decesserit* Ev, 4 Oxx. — 17. *abdetur* v. — 19. *C.*] $\bar{c}$ G. — 20. *aspiciet* mei: *adsp.* O. — *dolor*] *vultus* E. — 21. *atque* om. M, *ac* sup. lin. m. sec. — 23. *sospites* M. — 24. *concurrerent* EC ψ. — *existet* Gulielmius: *excidet* mei, Lagg. omnes, CT, Par. 4. 7; *exciderit* HS, Par. 8. 9., M m. sec.; *excideret* χ; *eo accedet* L, *eo accedat* O. In emendatione recepta ex superioribus *in iis locis* repetendum est. — *ipse* om. χ, *ille* C. — *quae* om. v. — 25. *sunt* om. χ. — *a* E: om. GMHSLv. — 26. *conservare* E. — *pop. R.*] $\overline{pr}$ G. — 28. *Lanuvio* M m. pr.: *lanuio* G, *lauinio* v, *lanuuino* ECHS ψ et M corr. m. sec. — 29. *causa* om. EGCT; edd. habent post *tota.* — *tota* om. HS χ. — 30. *patris* CE. — *Iunonis*] *in nominis* v.

habet aut momenti commendatio aut auctoritatis confirmatio mea, consul consulem, iudices, ita commendo, ut cupidissimum otii, studiosissimum bonorum, acerrimum contra seditionem, fortissimum in bello, inimicissimum huic coniurationi, quae nunc rem publicam labefactat, futurum esse promittam et spondeam.

---

1. *habet mom.* χ. — *auctoritati* G. — *consul* om. M. — 2. *ut* M v: om. E G C. — *cupidissimi oci* G; *otii* om. C E v. — *studiosissimumque* C.